SVMMA CASVVM CONSCIENTIÆ

R. P. F.

EMANVELIS RODRIQVEZ

Lusitani, Ord. Minor. Regularis obseruantiæ Prouinciæ S. Iacobi.

IN DVAS PARTES DIVISA.

Complectens resolutionem penè omnium dubiorum, quæ communiter in sacris Confessionibus occurrere solent.

Ex materno sermone per D. BALTHASAREM *de* CANIZAL *Hispanum iampridem in Latinum translata.*

Hac vltima editione à multis, qui irrepserant, erroribus expurgata, Summarijsq; omnibus, ac duplici Indice à R. eu. D. TROIANO CRISPO Eccl. S. Mariæ Formosæ Venetiarum Præsbytero Titulato

SINGVLARI QVA POTVIT DILIGENTIA AVCTA, ET LOCVPLETATA.

Adiecto in fine Tractatu Ordinis Iudicialis tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus Iudicibus necessario, ac perutili ab eodem Auctore composito.

CVM NOVO INDICE DICTO TRACTATVI ad maiorem Lectoris commoditatem solum deseruienti.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

VENETIIS, MDCXXVIII.

Apud Variscos.

INDEX EARVM VOCVM QVAE IN HAC SVMMA CONTINENTVR.

Noto-

Socer.

FINIS.

INDEX RERVM
INSIGNIORVM IN SVMMA COMPREHENSARVM.

A

Abbas.

Abbatissa.

Abortus.

Absentia.

Acceptio personarum.

Accidia.

Accusatio,& Accusator.

Adoptio.

Adulte

In

Cano-

Cle-

Com-

Con-

Corri-

Debi-

Di-

Dimi-

Epi-

Excom-

Fru-

Hære-

In-

Inui-

Iu-

A iu-

d Le-

Lit-

Matri-

Pro

Mu-

Offi ia

Re-

Ornamenta & ornatus.

Osculum.

P

Pactum.

Papa.

Parentes, siue pater, & mater.

Parochus, & Parochia.

Pars.

Po

Per

Inuentor

Senibus

Spe-

Suf-

Vota

Votum

FINIS.

SVMMÆ CASVVM CONSCIENTIÆ

A R. P. EMANVELE RODRIQVEZ Lusitano, Theologo Ordinis Minorum, de Obseruantia sermone Hyspano compositæ.

Ac opera, & studio R. D. BALTHASARIS de CANIZAL Hispani, Latinitate donatæ.

PARS PRIMA.

Qui possint esse Aduocati? Cap. I.

SVMMARIVM.

Vtrum clerici in minoribus, aut maioribus ordinibus constituti possint esse aduocati, aut procuratores, Concl. 1. num. 1.

An dicti possint exercere huiusmodi ministeria in Romana Curia. ibidem.

1 PRIMA Conclusio. Clerici sacris initiati; aut in minoribus constituti ordinibus, si beneficium habent ecclesiasticum, non possũt esse aduocati, nec procuratores, eo quod prohibitum est per sacros canones; nisi in causis viduarum, pupillorum, orfanorum, aut propriæ Ecclesię; vnde monachus de licentia sui prælati potest aduocare pro suo monasterio. Item gratis, causa eleemosynæ, zelo defendendæ iustitiæ, possunt aduocare ẽt in causis ecclesiasticis in foro canonico; possunt etiam facere allegationes in iure, & dare consilia, quoniam hoc est opus meritorium; Possunt etiam aduocare clerici primæ tonsurę, aut quatuor minorum ordinum non solum in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus, vt tenet Nau. Nec obstat periculum irregularitatis, nã sicut non tenentur accipere ordinem sacrum, aut beneficiũ ecclesiasticum, sic non tenentur se abstinere ab hoc periculo, vt resoluit idẽ Nauarrus. Tenet tamen quod clerici primæ tonsuræ peccant grauiter exercẽtes se in similibus officijs, quam opinionem tenet Salzedus. Possunt tamen esse aduocati in Romana Curia, vbi est consuetudo, & Papa videt, ac consentit clericos aduocare, non solum in proprijs causis, sed cũ in alienis, ita quod exercent ministerium aduocati, & procuratoris etiam in causis multum profanis, pro eisque habent stipendia, vt dicit Maiolus.

c. 1. vbi not. Abbas nõt. 5. ne clerici, vel vouentes.

Nauar. i

Man. c. 25. nu. 110.

Nauar. i c. nõ dicatis. numer. 99 In prac. cr c. 63. ext. fin.

De Aduocatis quoad defensionem causarum. Cap. II.

SVMMARIVM.

An aduocati possint defendere litem dubiam pro vtraque parte, concl. 1. nu. 1.

An possint in causis ciuilibus defendere causam minus probabilem, concl. 2. n. 2.

An sit licitum aduocare cum actore contra reum in causis criminalibus subiectis pęnæ mortis, aut effusionis sanguinis, concl. 3. nu. 3.

An liceat aduocato consulere suæ parti, vt componatur cum contraria, quoniã non habet

habet iustitiam, concl. 4. nu. 4.

An liceat aduocato defendenti causam iustam occultare aliquid, quod potest impedire iustitiā sui processus, concl. 5. n. 5

An mendacia, quæ dicunt aduocati & procuratores defendentes causam iustam, sint peccata mortalia, aut venialia, ibid.

An aduocati teneantur restituere partibus damnum, quod eorum culpa ipsis euenit, concl. 6. nu. 6.

An aduocati habentes propositum defendendi quamcunque causam siue iustam siue iniustam peccent defendentes causam iustam suo iudicio, cum sit ipsa in se iniusta, concl. 7. nu. 7.

1 PRima Conclusio. Possunt aduocati bona cōscientia defendere causam, quæ realiter & verè sit dubia in iure aut in facto, taliter quod pro vtraque parte sit probabilitas, vt tenent Theologi, quos allegat Burgos de Pace, & Soto, debet tñ aduocatus esse huius animi, q̄ in quacunque hora ei constiterit causā esse iniustam, deseret eam, admonebitque partem suā de veritate: & animaduertat, ne defendat causam, quia sit alicuius amici sui, aut propinqui, aut quia est ei multum lucratiua, nisi cognoscat post multum studium super ea habitū esse probabiliorem, aut saltē æquè probabilem sicut est contraria. Dixi habito super ea studio, nā si eius culpa aut negligentia videtur ei probabilior pars, quam assumit defendendam, aut æquè probabilis, hic error super ipsum cadet, vt notat Burgos de Pace; & ideo melius facerēt aduocati, si causa æque probabilis est pro vtraque parte, quod litigantes componere curarent.

In prooem. legū tauri nu. 339. & 411. cū sequ. Soto li. 5. de iust. q. 7. ar. 3 pag. 463

Vbi sup. nu. 404.

2 Secunda Conclusio. Quamuis in causis ciuilibus vix possunt aduocati defendere causam minus probabilem, tamē si admoneant partem suam de iustitia dubia, quam habent, non vtentes aliqua falsitate, cautela, aut dolo in allegatione, aut explicatione legum, nō debēt condemnari ex eo, quod vtantur multis iuris allegationibus, quæ pro illis faciunt, tacentes argumenta, quæ pro parte contraria videntur conuincere, vt tenet Soto.

Lib. 5. de iust. q. 7. art. 5. p. 463.

Verū est, quod aduertit, aduocatos defendentes similes causas exponere se periculo adulterandi, & torquendi verum legum sensum, & doctorum, quod debent inquirere Confessores.

3 Tertia Conclusio. In causis criminalibus mortis, aut effusionis sanguinis, aut vbi est periculum amissionis famæ non est licitum aduocare pro actore cōtra reum, excepto si accusatio tenet maiorem probabilitatem, quam defensio rei, nam melior est conditio rei, qui possidet, ac defendit vitam, & honorē suū: & propter eandem rationem dicēdum est de eo, qui curat perturbare aliquem pacifice possidentem aliqua bona.

Denique in causis ciuilibus, & criminalibus defendere reum est laudabile, dummodo absit dolus, & mendacium, nisi in casu, quod reus est homo Reipubl. perniciosissimus, & pro tali reputatur, vt notat Burgos de Pace cū Theologis communiter.

Vbi sup. nu. 421.

4 Quarta Conclusio. Aduocatus admonens partem suam, causam esse iniustā, non potest absque peccato, & restitutione inducere suum cliētem ad pactū cum contrario, vt tenet Caiet. & alij allegati a Burgos, & Didaco Perez. Verū est, quod si aduocatus supradictum fecerit sine damno partis contrariæ, non peccabit, nec tenebitur ad restitutionē, vt dicit D. Tho. & tenet Burgos de Pace, qui docet, qualiter possit aduocatus facere dictam compositionem absque damno aduersarij, & dicit licitam fore concordiam consentiente parte contraria voluntatie, absq; fraude, vi aut metu interposito; immo debet admoneri de sua iustitia, & qd vt euitētur lites, expensæ, & propter alios bonos respectus petitur cōpositio, & in hoc casu loquitur Caiet. sic explicatus ab Azeuedo.

Vbi sup. nu. 255. Perez in l. 2. tit. 19. li. 2. or. col. 666. D. Th. 2. 2. q. 71. art. 1. Burgos. Vbi sup nu 2

5 Quinta Conclusio. Licitum est aduocato defendenti causam iustam celare prudenter, quod possit impedire iustitiam suam, dummodo nulla vtatur falsitate. Sic tenet D. Tho. 2. 2. q. 71. art. 3. ad 3.

ad 3. Circa quod est notandum, quod si vtuntur falsitate, est semper illicitum, quod intrinsice malum est: Sed si partes & aduocati defendentes causam iustam, producant instrumenta & testes falsos, vt sui voti compotes euadant, nõ tenentur ad restitutionem, postquam nullam rem alienam surripuerunt, neque peccauerunt contra iustitiam, sed solum cõtra veritatem, & virtutem religionis, cum iurauerint non vsuros in executione litis falsis testibus, aut instrumentis. Et hinc sequitur, quod mendacia interposita in iudicijs ab aduocatis defendentibus causas iustas, sunt peccata venialia, nisi iuramento ipsa confirmauerint, nam tunc erunt mortalia.

6 Sexta Conclusio. Aduocati tenentur ad restitutionem omnium expensarũ, damnorumque, quæ partibus eorum culpa, fraude aut negligentia, euenerint. Hæc conclus. est D. Tho. Soti, Nauar. & Medinæ. Circa quod est notandũ, quod culpa, de qua hic loquimur, est culpa lata (quã sic vocant doctores vtriusque iuris & Theologi) quæ accidit, quando aduocatus errat, quamuis posuerit debitam diligentiam in re notissima, sicut esset in casu cuius decisio est tam expressa in iure, quod omnes habent eius notitiam: & idem erit, quãdo errauit bona fide non adhibita diligentia vt tenet Burgos, & Nauar. Hinc infertur quod aduocati defensantes causam iniustam ignoranter, putantes esse iustam, taliter quod, in eis nõ sit dolus nec lata culpa, non tenentur ad dictam recompensationem, quamuis habuerint aliquam culpam, leuem tamen aut leuissimam. Sic tenet Sylu. dicens, quod idem iudicandum est, quando aduocatus est imperitus, & affirmat se esse peritum cum constet parti de eius insufficientia in aduocandi ministerio; quod debet intelligi de ignorantia excusabili, quod posuit omnem possibilẽ diligentiam, nihil relinquens quod ordinarie euenit, neque parcens labori in quantum potuit, & debuit secundum suam sciẽtiam particularem, vt ait Caiet. dicens, quod ignorantia, quæ illum excusat in hoc casu, erit quando, si plus sciret plus faceret: nam aduocati defendentes causam iustam, vel iniustã, quãuis defendant aliquam causam, cuius iustitiam ignorant, defendunt eã ignorantia, quæ non excusat a peccato, & a reliquis, postquam sunt eius patroni iniuste, & idem est de illis qui non adhibent curam ad discurrendum & penetrandum, si causa, quam defendunt, est iusta aut iniusta, nam huiusmodi homines manifeste sunt negligentes in re, quam scire debent; sed qui adhibent omnem curam, & faciunt totum id, quod ordinarie solet fieri in similibus causis, remanent securi, quamuis errent, vt dicit Caiet. loco dicto.

Vbi sup. Soto lib. 5. de iust. q. 8. ar 3. cõcl. 1. Nauarr. in Man. c. 25. nu. 29. Medin. in sum. l. 1. c. 16. 4. 4. de aduocatis. Vbi sup. nu. 178. Nau. vbi sup. c. 17. nu. 132. Sil. ver. aduoc. nu. 16.

Caiet. 2. 2 q. 71 art. 3.

7 Septima Conclusio. Aduocatus, qui proposuit in animo suo formaliter defendere velle quamcumque causam, quamuis iniustam, peccat; si postea posuit diligentiam sufficientem, putans defendere causam iustam, non peccat contra iustitiam, & per consequens non tenetur ad restitutionem, quoniam non peccauit, quando assumpsit causam sibi, iniustam scilicet, nec inficit hanc actionem propositam, quod tenet assumendi quamcunque causam, postquã ad ponendum id in executione adhibuit debitam diligentiam: nec item nocet complacentia, quæ sequuta sit de defensione causæ iniustæ, quamuis ipsa in se sit peccatum iniustitiæ, nam talis complacentia non fecit actionem, qua fuit defensa causa iniusta, vt esset peccatum iniustitiæ, quia talis complacentia non fuit causa illius actionis. Certũ enim est complacentiæ actum non esse productiuum alicuius actionis, potius supponit eã, aut saltem comitatur ipsam. Immo potest dari casus, in quo cõplacentia actus sit mala, cum ipse actus in se fuerit bonus; vt si quis obediens principi iubenti, venando cum debita consideratione occidisset inimicum suũ putãs occidere feram; complacẽs enim postea sibi peccaret mortaliter, quamuis homicidium non fuerit peccatum,

immo fuerit opus meritorium, postquã ex supposito venabatur iussu Principis.

Vnde sequitur quod quamuis aduocatus cognoscat defendisse causam iniustam, & lætetur de hoc, non ideo defensio ipsa causę in se fuit peccatũ postquam ad assumendam eam adhibuit debitam diligentiam, vt suppositum est. Hoc tenet Aragon.

2.2.qõ. 71.ar.3. p. 544. col.2.

De secreto, quod debent Aduocati custodire. Cap. III.

SVMMARIVM.

An Aduocati, & Medici teneantur ad secretum eorum, quæ ratione officij illis cõmunicantur concl. 1. nu. 1.

An teneantur ad secretum cum sit causa, quam defendunt, & protegunt, manifestè iniusta, concl. 2. num. 2.

1 PRima Conclusio. Aduocati tenẽtur sub pęna peccati mortalis ad secretum rerum grauium, quę illis cõmissæ sunt rõne officij, & sic non tenentur reuelare, quamuis eorum superior id iuberet; immo in hoc casu non tenentur respondere litteris excõmunicatorijs, vt tenent Palud. & Nau. qui dicit, quod Aduocati, Confessores, & Medici, alijq; similes, quibus cõmittuntur arcana, dubia, aut infirmitates, peccant testificãtes de eis, nisi ipsa sciãt alia via, & quamuis alia via hoc sciuerint, non possunt nihilominus denunciare, nec declarare plusquam quod necessarium est, immo nec totum, quod necessariũ est, si ex eo maior infamia inficit reum, quam sit damnum, quod sequi debeat, quãuis non declaret totũ, ꝙ est necessarium, secundum quod ample traditur à prædicto Nau. & Corduba.

Palud. in 4. d. 27. q. 9. in 9 casu, folio 146. Nau. in Man. c. 25. n. 42 & 46.

2 Secunda Cõclusio. Aduocatus tenetur reuelare iudici & parti contrarię secreta, quę illi sunt communicata admonens eos veritatem, & iustitiam, quando euidenter cognoscit causam, quæ illi cõmunicatur, esse iniustã, & esse periculum mortis, aut abscissionis membri, aut alterius rei grauissimæ, & æquiualentis (vt si agatur de aliquo magno statu) quoniam hoc est de iure naturæ: sed tamen vt hoc rectè fiat, debent concurrere sequentes conditiones.

In c. inter verba, nu. 799 & in c. 18. nu. 60

Cord. d. casib cõsc. qõ. 6. 4.2. pun cto, ver. 3. & idẽ lib. 1. q. 42 p. 348. ver. 3.

Primò, quod non dubius, sed certus sit de iniustitia causæ.

Secundò, quod possit hoc facere absque scandalo.

Tertio, quod debet pręcedere correctio fraterna admonendo litigantẽ, qui ei cõicat casum, vt deserat intentum. & hoc cum tanta cautela, vt non sequatur mors, aut periculum vitæ eius, qui communicauit negotiũ. Quod si adhuc obstinatus non vult desistere, tenetur Aduocatus quamuis cum periculo litigantis reuelare secretum ei, qui potest adhibere remediũ debitũ: sic tenet Arag.

2.2.q.71 ar.3. pa. 544. colum....

De Aduocatorum stipendijs. Cap. IIII.

SVMMARIVM.

An sit licitũ Aduocatis petere multũ pro suo ministerio, & labore, concl. 1. nu. 1.

An liceat Aduocatis pacisci cum parte, ꝙ dabitur eis aliqua pars eius quod lis importat, si obtinet victoriã, concl. 2. nu. 2.

An possint Aduocati habere integre stipẽdia deserendo quandoque lites, concl. 3. num. 3.

An Aduocati possint accipere donatiua, concl. 4. nu. 4.

An Aduocati, qui viderunt ius vnius partis possint aduocare pro alia concl. 5. n. 5.

An Aduocati teneãtur aduocare pro pauperibus concl. 6. nu 6.

PRima Conclusio. Non est licitum Aduocato, petere nimis pretij pro suo ministerio & labore; nam quamuis non sit contra iustitiam recipere pro eo recompensationem, debet tamen esse moderata; qui enim petit aut accipit plus iusto, peccat & tenetur restituere: iustum autem pretium debet regulari secũdum laudabilem morem loci; sic tenet Frater Ludouicus Lopez dicens esse opinionem Victorię, & multũ secun- 1

in instr. negotia l. 1. c. 23.

secundum mentem D. Th. si tamen aduocato offeratur plus debito, & ipse replicat nolle recipere, si adhuc litigãs instat, non peccat recipiens, præcipuè si litigans est diues, & videtur affici verecundia si non recipitur, quod offert, vt tenet Azeuedo; quod tanto magis procedit, quando offertur finita lite: possunt etiam recipere aduocati a partibus aliquod delicatum munus; nam quantum ad hoc cessat lex Castellæ prohibens ne recipiant dona.

In li. 11. tit 16. li. 2. nouæ recompil.

Habetur i nouã cop. titu. de aduo.

2 Secunda Conclusio. Non licet aduocatis facere pactum cum parte, quod habituri sint partẽ de eo, quod per litem postulatur, aut speratur hac conditione, si victoriam obtineat; vt est definitũ per ius ciuile; nam aliter aduocatus per fas, & nefas procuraret victoriam faciẽdo fraudes, & dolos, videndus est Sylu.

L. si q, C. depo stul.

Verbo aduocatus, nu. 11.

3 Tertia Conclusio. Aduocatus, qui sine culpa sua non prosequitur litem, sed quia pars deserit eam, bene potest recipere totum, integrumq; salarium, seu mercedem, quæ illi deberetur in fine prosecutionis litis, postquam per ipsum non stetit, & hoc in tantum est verum, vt secundum ius commune, si aduocatus lite pendente decedat vita, possint eius hæredes agere pro toto integroq; salario. Verum tamen est quod per legem partitæ in Castella est dispositum, vt non possint petere nisi pro rata temporis quo aduocauit, & docet Lupus.

Li. 2. in institut. negot. c. 28. p. 425. col. 2. in fi.

4 Quarta Conclusio. Prohibitũ est aduocatis per leges regni Castellæ recipere strenas, neque possunt recipere salarium nouum pro informando, si habẽt assignatum stipendium pro illa causa, pro qua informare debeat, nec possunt recipere, nisi duas dracmas seu argenteos pro qualibet petitione seu libello in causa, in qua nõ habent assignatum stipendium, nisi forsitan excusentur ex eo quod regium consilium dissimulat, quamuis cõstet de transgressione illius legis, vt tenet Corduba, in alio casu.

5 Quinta concl. si alicui aduocato mõstretur aperte ius suũ, & processus, quo viso dat spem seu signum velle esse illi patronum, & postea non soluit ei stipendium, aut partem eius, ita quòd diffidit de solutione, potest aduocatus aduocare pro parte contraria, dummodo putet habere iustitiam probabilem; nã quando dedit spem alteri parti, supposuit quod solueretur ei stipendium: caueat tamen ne secundæ parti reuelet secreta seu iura primæ partis, nam tunc peccabit mortaliter. Item caueat ab aduocatione tali, quãdo incępit aduocare pro parte prima, nam hoc non potest facere: & si nõ vult soluere ei stipendiũ, in hoc casu põt petere in iudicio vt notat Burgos de Pace, quod non posset facere in alio casu non incipiẽs aduocare in lite.

Vbi supra, nu. 114.

6 Sexta conclusio. In casu necessitatis extremæ tenentur aduocati, & procuratores aduocare pro pauperibus gratis, quamuis in hoc perdant aliquid; nam ad hoc obligat ordo charitatis, secundum quem vita spiritualis anteponi debet bonis fortunæ. Hinc infertur, quòd quando aliquis pauper est in carcere pro re graui, ita quod infallibiliter punietur morte, & nõ habet aliter, vnde succurri possit, nec hominem, qui loquatur pro eo, aduocatus tenetur aduocare pro illo etiam cum aliquo damno suorum bonorum; in necessitatibus tamen communibus solum debẽt aduocare pro pauperibus gratis, & cum aliquo dispendio, leui tamen & parui momenti, vt resoluit Didacus Perez, & est opinio Soti, quod ordinatur in quadã lege nouę recompilationis; quoniam sicut præceptum eleemosynæ obligat sub pęna peccati mort. non solum in extrema necessitate, sed etiam in graui, de superfluo bonorum, sic obligatur aduocatus patrocinari pauperi non solum in extrema necessitate, sed ẽt in graui, postquam patrocinium suum est illi eleemosyna ex superfluo temporis, quod habet vt possit facere, quod tempus numquam deest volenti procurare pro pauperibus cum paruo dispendio; quòd debuisset animaduertere Caietan. qui dicit quod solum peccat venialiter non aduocando pro

Li. 1. tit. 9. lib. 2. ordin. art. 6. Soto li. 5. de iustit. q. 8. art. 1. li. 17. ti. 16. lib. 2. noua cop.

L. 22. q. 43. ar. 5.

paupere in maxima necessitate, nō recordatus, quod dare eleemosynam de superfluo obligat ad mortale in graui necessitate, vt ipse fatetur. Cuius opinio potest defendi, quando aduocati non aduocāt in necessitatibus communibus pro vno, aut duobus pauperibus dummodò aduocent pro reliquis; nam in hoc casu solum peccant venialiter.

Et nota, quod si pauperi in necessitate communi potest succurri propria industria, aut per aliam personam, quæ sit propinquior ei, aut ab alio aduocato ditiori, quàm iste, quod hic non tenetur sub pęna peccati mortalis, vt docet Caiet. quamuis si fecerit, erit dignus laude: & quod dictum est, intelligi debet de procuratoribus, & notarijs, nam in hoc sunt pares.

De Abortibus. Cap. V.

SVMMARIVM.

An Medicus, aut obstetrix possint præbere prægnanti in periculo positæ potionem cum periculo fœtus viuentis, conclus. 1. num. 1.

An quando prægnans, & fœtus sint sine spe salutis possit dari potio aliqua, concl. 2. num. 2.

An in casu dubio debeat dari prægnanti medicina periculosa, conc. 3. num. 3.

An motus proprius Sixti V. de abortibus sit reuocatus, conc. 4. num. 4.

An procurantes, & adiuuantes abortum fiant irregulares, sequuto abortu, ibid.

An qui est causa abortus fœtus animati possit absolui à quocumque Confessario, ibid.

Anima rationalis quando infunditur mari, & feminæ, ibid.

IN tractatu Cruciatæ quē edidimus, tractauimus de hac materia quantum ad expositionem cuiusdam motus proprij Sixti V. exhibiti contra procurantes abortus & adiuuantes ad hoc, & ideo in hoc loco breuiter decidam, non tractans hic, quòd in illo tractatu declaratum est, nam prædicta nostra explicatio bullæ cruciatæ fuit tam bene accepta in his regnis (Dei gratia) vt pauci sint ex ijs, ad quorum manus deuenerint præsentes libri, qui illam non habeant, aut legerint; & sic in hoc cap. solum tractamus si medicus, aut obstetrix possunt exhibere prægnanti potionem, vt pariat cum periculo fœtus adhuc viuentis, de qua quæstione post Syluest. & alios tractat Corduba, ad cuius resolutionem ponuntur conclus. sequentes. In ad. dit. de casi. con scien. q. 173. f. 473. & fol. qu. 58 dub. 3.

1 Prima conclusio. Licite possunt exhiberi medicinę, quę ex sua natura magis ordinatæ sunt ad sanandum, quam ad occidendum, & huiusmodi medicinæ sunt sicut vnctio, balnea, ac potiones salutiferæ, quod intelligitur, quando non est aliud remedium ad succurrendum miseræ matri: nam quamuis ipse moriatur fętus, hoc tamen est quid accidentale, sicut est mors innocentis in bello iusto, cuius mors est iusta per accidens, vt dicunt theologi; sed si medicina est talis, quòd de se magis ordinatur ad occidendum fœtum, quam ad sanandam matrem, contrarium debet dici.

2 Secunda Conclusio. Si medicina ex sua natura est tam salutifera quā mortifera, & constat, quod mater, & fœtus debent perire, non licet exhibere talem medicinam; quoniam qui tribuit eam, exponit se periculo occidendi matrem, aut fœtum, aut ambos, vt tenet Corduba seq. Syluestrum, & est communis opinio. Et quamuis hæc sit communis, non videtur tamen improbabilis, contraria, quæ est Almoyn. quoniam si certum est matrem & fœtum esse sine spe salutis, non videtur fieri iniuria fętui ex eo, quod prædicta experientia fiat in matre, vt euitetur maius malum. Bell. 2. q. 6.

3 Tertia Conclusio. In casu dubio, quando creatura, fœtus scilicet moreretur, aut exiret viua, si fieret dicta experientia in matre, securius est, quod mater capiat potionem, si fœtus est inanima-

nimatus, quamuis sequatur abortus. At si fœtus habet iam animam rationalem, tunc licitum erit matri accipere medicinas salutiferas, sed non erit licitum accipere periculosas, quæ ordinatæ sunt æqualiter ad occidendum ac ad sanandum; nam secundum Sotum in periculo mortis, vt educatur fętus, non est licitum incidere matrem propinquam morti; quoniam non debet occidi mater, vt viuat filius. Vltra quod ex morte matris per incisionem non vacat periculo vita filij.

4 Quarta Concl. Debet notari, quod Gregor. XIV. in quadam constitutione data Romę vltimo die Maij. 1591. anno 1. sui pontificatus deleuit censuras, quas Sixtus V. imposuerat contra facientes, procurantes, aut consulentes, aut alio modo iuuantes abortus, & quod quiuis sacerdos approbatus ab ordinario posset absoluere ab hoc peccato, reduxitque pœnas & censuras positas in dicto proprio motu Sixti V. ad ius commune: itaque qui nunc procurant abortum alicuius fœtus animati, & qui adiuuant, & fauent, solum remanent irregulares, si sequatur abortus, & non illi qui fauent, aut adiuuant ad abortum fętus inanimati. Et nota, quod dare fauorem, auxilium, & quid tale vt sequatur abortus, si sequatur effectus, est casus episcopo reseruatus, sicut est homicidium voluntarium, & sic constitutio Gregorij XIV. quæ dicit, quod quiuis confessor approbatus ab ordinario potest absoluere de peccato abortus, debet intelligi si fętus fuit inanimatus, quoniam si est animatus non solum est abortus, sed etiam homicidium voluntarium. Et debet notari, quod pater alicuius fętus concepti si dixerit ei mulier, quæ ex eo concepit, quod vult accipere potiones ad abortum, si taceat & non impediat hoc factum, cum possit, remanet irregularis si fętus erat animatus; nam lege patris erat obligatus de iure ad defensionem filij impediendo tale factum, vt respódit semel in quodam casu doctissimus vir Granica Cathedraticus primarius Sacræ Theologiæ Compluti: & si fętus non erat animatus, non incurrit dictam pœnam, & si dubitatur post 40. dies conceptionis si est mas, aut fęmina, debet præsumi, quod sit mas ad effectum incursionis irregularitatis, nam mari infunditur anima rationalis in 40. vt dicitur Nau. fęminæ vero in 80. vt dicitur etiam cap. 174. num. 4. Nau. in Man. c. 27. nu. 223.

De acceptione personarum. Cap. VI.

SVMMARIVM.

Quid sit acceptio personarum, & si est, vbi non debetur aliquid de iustitia, numero 1.

Quando peccatum acceptionis personarum est mortale aut veniale, ibid.

Si peccant iudices omittendo facere informationem, & negando precibus interuenientibus terminos partibus a lege concessos, concl. 1. num. 2.

Si peccant prælati dispensando cum aliquibus, & non cum alijs, ibid.

Si possunt iudices iudicare eandemmet causam nunc pro vna, nunc pro alia parte, ibid.

An honorare diuitem, quia diues est, sit acceptatio personarum, concl. 2. nu. 3.

1 De materia huius capituli videndus est D. Tho. Gabriel, Abulęsis, Sotus, & alij Summistæ. Ad eius claram, & distinctam resolutionem debet notari, quod acceptio personarum est vitium, quo mediante, quod vni de iustitia debetur, alteri tribuitur, non propter merita quæ in eo sint, sed propter alios respectus humanos alienos a re, quæ prætenditur, vt si Rex det episcopatum Petro, quia est filius illius Comitis, quamuis in eo non sint merita, alienus est ille respectus ab electione, & pręsentatione in episcopū. Dixi, quod debeatur vni de iustitia, nam si nō est debitum de iustitia, non acceptio est perso- 2. 2. 72. Gabr. n. 4. d. 15. q. 7. Abul. super Mat. c. 25. & qu. 108. vsq; ad qu. 110. Sot. li. 3. de iust. q. 6.

 sona-

sonarum; & sic qui dat libere centum ducatos bonorum suorum ratione amicitiæ, aut consanguinitatis, quam cum eo habet, & non dat eos alteri extraneo quamuis sit meliorum morum; & habeat maiorem necessitatem, non est acceptor personarum; & è contrario ille erit acceptor personarum, qui habet potestatem distribuendi bona communia debita dignioribus de iustitia, distribuitque ea non secundum ordinē prædictæ iustitiæ, sed propter alios fines alienos à fine talis distributionis, & ideo dare cathedram ad legendum in ipsa, alicui sancto, quod sit sanctus, est acceptio personarum, nam ibi litteræ, non sanctitas requiruntur. Hinc sequitur, quod acceptio personarum ex natura sua est peccatum mortale, postquā est opposita iustitiæ. Dixi ex natura sua: nam propter paucitatem materiæ pōt aliquando esse peccatum veniale, vt si aliquis eligat amicum minus dignū ad aliquod officium parui momēti in Republ. reijciendo alium magis dignum, vt dicetur in c. de beneficijs, & in c. de præsentationib. & electionibus, & in c. de iudicibus, nam in hoc capite nolo in hoc detineri, quorum casus singulares huius materiæ tractantur in dictis capitibus: solum proponam duas conclusiones hic ad maiorem claritatem eius, quod proponitur.

2 Prima Conclusio est. Iudices peccāt mortaliter, & sunt acceptores personarum secundum id, quod leges illis præcipiunt, omittentes facere informationes, & accipere testes, propter amicitiā aut preces personarum ad quas habēt respectum; & eodem modo dicēdū est concedendo, aut negando sine ratione terminos partibus à lege concessos, vt tenet Sotus cum cōi, & in hoc peccato falluntur Principes condonantes veniā alicui reo, & non alijs, cum sit idem crimen, concurrentibus ijsdem circumstātijs: & peccant etiam prælati dispensantes cum vno, & nō cum alio, si sint eædē causæ amborum: nam huius res non sunt gratuitæ, sed debitæ de æquitate

Lib. 3. de iustit. q. 6. art. 5.

naturali. Ex dictis sequitur, quod si sint opiniones plures probabiles super aliquo puncto iuris, possunt iudices, dum modo absit scandalum, fauendo suis amicis, iudicare nunc secundum vnam opinionem, nunc secundum aliam contrariam, postquam hoc est mere liberum, & gratuitum, & non dependens ab aliqua lege, sed hoc debet fieri raro: nam regulariter sequitur scandalum, tanto magis, quod amicitia est magna interceptrix cum intellectu, & sæpe facit illum intelligere esse probabile, quod penitus est sine ratione: nam si prætereant probabiliorem, & sequantur probabilem solum, peccant grauiter, exponentes se periculo peccādi, vt docet Sotus, & est opin. Sylu. Cor dub. & Caiet.

Vbi supr in solut. ad 4. Syl verbo opin. Sess. 1. Cōr. cō tra q vl. Caieta. ver. opinio.

3 Secunda Conclusio. Honorare diuitem, quia diues est, est peccatum, quia non sunt sufficiens causa honoris diuitiæ, & in rebus grauibus potest esse peccatum, si non obseruentur debitæ circumstantiæ, & quando in honoribus debitis est prælatus indignior, est acceptionis personarum peccatum, si quidem non tribuitur vnicuique quod suū est; & sic qui in aliqua communitate dat locum alicui, cui non debetur secundum suam qualitatem, sed solum quod est diues, peccat, vt dicit Beatus Iacobus in sua canonica. Circa quod debet notari, quod honorare diuitem, quia propter suas diuitias habet altiorem locum in Republ. aut quod diuitiæ sunt instrumentum virtutum, & bonorum operum vtilium illi aut alijs, qui cum tali diuite communicant, non est acceptio personarum, neque peccatum, vt tenet Caiet. nec erit peccatum honorare illum propter diuitias solum, in casu quod talis honor alteri non debeatur, nec fiat iniuria, postquā in hoc casu non fit contra iustitiam distributiuam, vltra quod, cum communiter materiæ iniustitiæ, quæ fit dādo honorem diuiti, vt diues est, sit leuis, erit solum peccatum veniale.

Iacob. c. 2.

Et nota, quod non loquimur hic de quo-

quocunque honore, qui fit diuitibus extrinsece, vt est auferre illis pileum seu biretum, facere illis reuerentias, & humiliationes genu propter suas diuitias secundum regulas vrbanitatis e nam huiusmodi non sunt peccata, vt dicit Diuus August. & post alios tradit Medina.

Aug. super Iac. c.2.epist. 19

D. Tho. vbi Medina.ca. 74.ar. 2. q.9

De Ariolis, & Strigibus, deq; peccatis diuinantium per artes diabolicas.

Cap. VII.

SVMMARIVM.

An sit peccatum mortale, vti artibus diuinatorijs, & superstitiosis, concl. 1. nu. 1.

An vti chiromantia sit peccatum, ibi.

An sit peccatum vti Astrologia ad cognoscendum de cœlis, & planetis, concl. 2. num. 2.

An liceat per natiuitatem alicuius coniecturare eius phisionomiam, conclus. 3. num. 3.

An liceat interrogare per viam Astrologiæ si inueniantur, aut vbi sint res furto surrepta, concl. 4. nu. 4.

An ars magica sit probibita conclusio. 5. num 5.

An peccent, qui vtuntur orationibus licitis secundum Sacram Scripturam non mittendo in ipsis verba vana, conclu 6. num. 6.

An sit superstitio exire domo tali die, & tali hora. concl. 7. num. 7.

An peccent qui portant nomina, quæ Itali vocant breues, concl. 8. nu. 8.

An peccent, qui putant lamias, seu striges asportari de vno loco in alium, concl. 9. num. 9.

An peccent mortaliter striges, vtentes suis fascinationibus, concl. 10. nu. 10.

An sit peccatum petere à strigibus fascinationes, vt tollantur alia, concl. 11. n. 11.

An sit peccatum petere iuramentum ab infideli, cum sciatur ipsum iuraturum per suos falsos deos ibidem.

An sit peccatum petere ab aliquo mutuum, cum sciatur daturum cum vsura ibidem.

An vti diuinationibus, fascinationibus, &c. sit peccatum reseruatum Episcopis; an potius possint absoluere ab illo Confessores seculares, aut regulares numero 12.

1 PRima Conclusio. Vti artibus diuinatorijs, aut alijs similibus, vt somnijs, sortilegijs, canum latratibus, aut aliorum animalium mugitibus, auium cantibus, est peccatum mortale, si fiat ad sciendum aliquam rem supernaturalem, casualem, aut contingentem, aut vt sciatur certitudinaliter aliquid, quod pendet à libero hominis arbitrio: vti tamen aliqua re naturali ex dictis ad coniecturandam aliquam rem, quæ per hæc signa solet significari, non est nisi culpa venialis, vt tenet D. Thom. Caietan. & Sot. nec est peccatum mittere sortes ad euitandam aliquam litem, vt dicit Nauar. & quamuis vti arte chiromantica ad diuinandum sit peccatum, quia ista ars est prohibita, vt constat ex eo, quod adfert Petrus Cirbellus, Castro, Symancas, & Petr. de Nauarra, & constat etiam ex nouo Cathalogo librorum prohibitorum per sanctam inquisitionē si hoc tamen fiat ioco, & ex certa curiositate, vt inspicere manus lineas, solum est peccatū veniale, vt docet Alcocer.

D. Tho. 2.2.q.95 art. 8 & Caie. Soto li 8. de iust. q.3. Nau. in Man. c. a num. 37. Cirbell. de pba. superstitia. Ca h. li. de hære. pup. c. 3. Symā. de iusti. Ca thec. c. 21 num 18. Nau. lib. 2. de resti ta c a. 2. nu. 109. In Sūm. cap. 14. fol. 46. Vbi sup. ar. 1. & 5 Cirb. li. 4. Fōtis Sar. Mirādul. lib. 4. ad Olui A strolo. c 13.

2 Secunda Conclusio. Vti Astrologia ad sciendum motum cœlorum, planetarum, & aliarum stellarum coniūctiones, & oppositiones, aliosque aspectus. Item eclipses, & dierum incrementa, aliaq; similia attinentia ad theoricam Astrologiæ legere ac studere huiusmodi materijs, & vti instrumentis ad eas necessarijs, licitum est, bonum & vtile, quia hæc non habent in se quid mali, aut superstitiosi, potius est vtile ad coniecturandam humiditatem, siccitatem, frigus, calorem, sterilitatem, aut fecunditatem tēporis, vt colligitur ex D. Th. Petro Cirbello, & Mirandulano.

3 Tertia Conclusio. Licitum est per natiuitatem alicuius diuinare, aut potius coniecturare eius phisionomiā, staturam, pulchritudinem, complexionē, incli-

inclinationem, virtutes, & vitia, aut aliquas artes, habilitatem, sanitaté, & infirmitatem, dicere tamen certitudinaliter, quod pendet à libera hominis arbitrio, vt quod N. erit latro, luxuriosus, homicida, murmurator, liberalis, humilis, amatus a Principibus, &c. est vanitas, superstitio, ac peccatum mortale, & idem erit velle diuinare per hanc arté, qd N. morietur morte aquæ, aut ignis, in prælio, aut duello, quoniam huiusmodi res, & similes non pendent a causa naturali, vt tractat D. Th. Albertus, & resoluit Medina.

D. Th. 3. cõtra gétes c. 93. Alber. in opusc. Astronomico! c. 3. Med. de recta viderif. 2. c. De re cęli l. 1. c. 1. in Apolog. Astro.

4 Quarta conclusio. Illicitum est, & peccatum mortale vti interrogationibus Astrologicis, vt inueniatur surreptũ furto, vt resoluit Gerson. Hinc infertur, quod si res amissa est inuẽta per artem Astrologiæ, quod Astrologus habuit mercedis, non tenetur restituere, nec etiam pauperibus, quia quamuis ista merces sit acquisita per artem diaboli, tamen Astrologus se obtulit, & interposuit laborem suum quamuis turpem, quod intelligitur si res fuit inuenta per dictam artem Astrologiæ, quia si aliter inuenta sit, nempe casu, tunc tenetur ad restitutionem mercedis, quam habuit, quæ fuit data ei propter laborem, quem debebat adhibere, quem in hoc casu non adhibuit; sicut quando aliquis dicit se callere artem curandi, & tamen non callet, & recipiat, ordinatq; res impertinentes, non potest recipere mercedem, si fortè sanus euasit infirmus, vt docet Petrus de Nauarra.

Lib. 1. de rest. cap. 2. in nu.! 118. Lup. in instr. cõfil. 1. p. c. 4. !col. 313. Nauar i Man. c. 11 num. 28.

5 Quinta Conclusio. Ars Magica prohibita est; & sic qui habent eius libros, non debent absolui, donec comburant eos, vt docet Fr. Ludou. Lop. & Nau.

6 Sexta conclusio. Mulieres vtentes orationibus licitis secundum sacram scripturam, & sanctorum doctrinam, non miscendo in ipsis verba vana, si sunt mulieres honestæ, & prudentes ac bonæ famæ, non peccant, sed Confessores debent aduertere eas, nè vtantur illis, si ex earum vsu alię mulieres simplices capiũt occasionem dicendi eas orationes cum aliqua superstitione, vt tenet Nau.

7 Septima conclusio. Qui obseruant has vanitates, vt non exeant domo nisi tali die, & tali pede, non peccant mortaliter, donec admoneantur à Prædicatoribus, aut Confessoribus, sed post monitionem eorum, si perseuerant, peccãt mortaliter. Etiam peccant, qui vtuntur musicis, & herbis contra dæmonium, putantes habere virtutem contra ipsũ, sed non peccant, putantes tales herbas esse bonas contra humores, & per consequens contra dęmonium, qui sæpe, & sæpius agit bellum contra homines ipsis humoribus mediantibus, quod agit tam sanguinolentum, quando inuenit humores temperatos, & non tam aptos dispositioni solitæ.

Nauar. i Man. c. 11. n 36.

8 Octaua conclus. Peccant mortaliter, qui portant in collo, aut secum nomina, seu breues habentes in se scripta nomina, quæ in se non habent virtutem neque naturalem, neque supernaturalẽ dispositione diuina aut ecclesiæ ad effectus, ad quos ordinãtur; sicut quod talis homo non sit moriturus in aqua, aut morte repentina, & subitanea; est tamẽ licitum portare huiusmodi bullas, seu breues concurrentibus quatuor conditionibus.

Prima, quod habeant nomina cognita, & sancta.

Secunda, quod nõ habeant signum, quod non sit sacrum.

Tertia, quod non habeat rem vanã, aut falsam attinentem ad inuocationẽ dæmoniorum.

Quarta, quod qui ferunt eas, non ponant spem in modo scribendi, aut in simili re vana; sic docent Doctores allegati.

9 Nona Conclusio. Peccant mortaliter, qui putant lamias, seu striges asportari de vno loco in alium, sicut ipsæmet putant: sic est definitum in iure. Verum est, quod credere, qd aliquando, quãuis raro, ducatur vna istarum de vno loco in alium permittente id Deo, non est peccatum, vt tenet Caietanus, & probat

c. episc. 26. q. 5.

bat author vocatus Malleus maleficarum.

10 Decima Conclusio. Peccant mortaliter maleficæ vtentes suis fascinationibus, seu maleficijs, siquidem in illis continetur tractatio implicita, & inuocatio dæmoniorum: & vt cognoscatur, quando similis tractatio adest, notandæ sunt regulæ Caiet. quas adfert Medina, quæ omnes resoluuntur in hoc punctum, nempe videre, si sapiant superstitionem, quod colliget sapiens Cõfessor ex his, quæ dicta sunt in conclusionibus præteritis.

Caiet. 2. 2. q. 45. ar 4. Malleus malef. 2. p. c. 7. & 1. p. q. 1.

11 Vndecima Conclusio. Quamuis maleficæ sint paratæ ad facienda sua maleficia, non potest quis ab eis petere vt per aliqua maleficia soluant alia, nam qui hoc petit, directè petit id quod fieri non potest sine peccato; vnde qui petit iuramentum ab aliquo infideli, quẽ scit iuraturum per suos falsos Deos, aut petit mutuum ab eo, qui non est daturus nisi cum vsura, non peccat, quia directè petit id quod potest fieri sine peccato, vt resoluit Couar.

In c. q̄uis pactum de pact.

12 Debent notare Confessores, quod superstitiones, & maleficia petere aut diuinationes, & cetera, est peccatum, quod solẽt Episcopi reseruare sibi; ideo aduertant non posse absoluere ab illis, nisi habeant priuilegium, & sic Confessor sæcularis, qui non habet authoritatem absoluendi a casibus Episcopi, debet iubere pœnitenti, vt adeat alium Confessorem regularem ordinum mendicantium: nam hi approbati ab ordinario, & admissi in capitulo, aut congregatione sui ordinis, & de licentia suorum superiorum, habent authoritatem absoluendi a casibus Episcopi, habentes præcipuè bullam cruciatæ in regnis, vbi datur; nam vbi non est bulla, non egent ipsa, vt exposui in ipsa declaratione bullæ cruciatæ; immo addo, quod habent prædicti Confessores regulares dictam auctoritatem absoluendi a casibus reseruatis Episcopis, si sunt approbati ab ipsis, quamuis non sint præsentati per cõgregationem, aut capitulum, si communicant cum priuilegijs Patrum societatis Iesu, qui approbati ab ordinario secundum formam Concil. Tridentin. habent auctoritatẽ ad supradicta, vt explico in bulla cruciatæ.

De Adoratione. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

Quot sint species adorationis nu. 1.
An adoratio, quæ vocatur latria, debetur soli Deo conc. 1. nu. 2.
An procurare homines incenso suffumigari a sacerdotibus paratis sit peccatũ. ibidem.
An sint aliqui actus adorationis externi soli Deo debiti, ibid.
An adoratio duliæ, & hyperduliæ debeatur imaginibus sanctorum: conc. 2. numero 3.
An adorans absolutè demonem, putans esse Christum peccet. ibid.
An peccet adorans hostiam non consecratam putans esse consecratam. ibid.
Reliquiæ internæ, & externæ sanctorum qua adoratione adorari debeant, conc. 3. num. 4.

1 AD intelligẽtiam eius, quod proponitur, est notandum tres esse species, seu modos adorationis, prima vocatur latria, secunda dulia, tertia hyperdulia. Adoratio latriæ est suprema reuerentia debita Deo, quia est vnicus, & supremus dominus, quæ solum suæ diuinæ maiestati debetur, quæ secundũ suam verã etymologiam importat seruitutem, de qua loquitur Christus Redemptor noster per Sanctum Matthęũ dicens, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Alia est, dulia, quæ est reuerẽtia debita sanctis propter excellentiam, quam participãt illius abyssi excellentiarum Dei. Alia vocatur hyperdulia, quæ est reuerentia minor latria, & maior dulia, quæ debetur aliquibus sanctis, propter singulares præroga- Matt. 4.

rogatiuas, quæ in illis concurrunt, vltra communem sanctitatem cęterorum: sicut adoratio, quæ debetur Virgini Mariæ, quæ propter prerogatiuas suæ sanctitatis, & excellentiam maternitatis omnibus sanctis anteponitur, & excellit, & sic de ea canit ecclesia, quòd fuit exaltata super omnes choros Angelorum: illic exponit D. Tho. & alij allegati a Corduba, & Orante. Supposito hoc fundamento oportet resoluere hanc materiam per conclusiones.

5. p. qu. 25. art. 1. cord. li. 1. qu. 5. Oran. d. locis cato. li. 3. c. 31.

2 Prima Conclus. Actus adorationis vocatæ latria soli Deo debetur, & nulli alteri creaturæ debetur; nam esset idolatrare, quod etiam in gentibus, quæ solo sunt præditæ lumine naturali reprehendit Paulus; & actus exteriores, quibus significatur actus interior latriæ, soli Deo debiti sunt multi. Primus est, sacrificium altaris, quòd soli Deo offertur, & thuris suffitus, qui fit in eo secũdum cœremonias Eccl. Cath. & sic videtur mihi sapere idolatriam, quod domini temporales etiam lite interposita prætendant suffiri a Sacerdote, qui paratus præbet suffitum Sanctiss. Sacramento, & cum hoc sic se habeat, deberet illis denegari absolutio a suis Confessorib. si nolint abstinere ab hac Diabolica vanitate, qua volunt, vt alter lucifer assimilari altissimo, nisi forsitan ignorãtia huius doctrinę excusaret eos: nec in hoc casu potest allegari consuetudo, nam non esset cõsuetudo, sed corruptela, vt colligitur ex eo, quod dicit D. Greg. cuius sententia est inserta iuri cano. & expressius ponitur a Greg. IX. in alia decretali, cap. 1. de Consuet. Cui etiam prouidit Pius V. in quodam suo Breu. quod incipit. Ad hoc nos Deus vnxit. Dat. Rom. anno 1570. an. 5. sui Pont. in quo iubet, quod nec Diaconus, nec Subdiaconus vadant in chorum cũ thure, nec portent pacem, & iubet per sanctam obedientiam, & sub pęna excommunicationis Ordinarijs ne intendant audenter contrarium & reuocat omnes consuetudines. Quo motu proprio deberent muniri Domini Episcopi aduersus vanitatem aliquorum dominorum temporalium. Siquidem maioris auctoritatis est chorus Ecclesiæ cathedralis, quam ipsi sint, & si denegatur hoc choro, multo magis debet illis denegari. Secundus actus est Martyriũ, quòd non offertur nisi pro veritate diuina, & defensione virtutis. Tertius actus est administratio, aut receptio alicuius sacramenti: nam hic cultus quãuis fiat in memoriam alicuius sancti, soli Deo nihilominus offertur. Quartus est petere veniam peccatorum. Quintus petere gratiam, & gloriam, nam solus Deus potest hoc facere: quamuis verum sit, quòd quotidie petamus ea per intercessionem sanctorum. Sextus percutere pectus, nam hoc signo significamus solum Deum penetrare intima nostrorum cordium infirmorũ per peccata, quæ petimus vt ipse sanet. Septimus est ędificare aliquod templum, nã soli Deo ędificantur templa, & consecrantur, quamuis in memoriam, & honorem etiam alicuius sancti. Octauus est institutio festorum, de quibus idem dicendum est. Nonus sunt vota, & iuramentum, quæ fiunt sanctis, sicut fit in professione religiosorum, capiendo eos pro testibus quamuis soli Deo vouetur & iuratur. Hæc doct. est August. qui dicit multas esse reuerentias debitas cultui diuino translatas ad homines, & ab ipsis vsurpatas, aut propter nimiam humilitatem; aut adulationem ecclesiasticorum, aut propter pestiferam ambitionem dominorum temporalium, tamen reuerentiæ supradictæ semper reseruatæ sunt ad cultum diuinum.

Ad Roman. 1.

3 Secunda Conclusio est. Adoratio duliç, & hyperduliç debetur sanctis sicut explicatum est, & eadem debetur eorũ imaginibus, sicut debetur latria Dei imaginibus, & Christi Redemptoris nostri, in quantum hæ imagines repræsentant Deum Christum, & Sanctos, quorum imagines sunt taliter, vt nihil sit adorare imagines, ac adorare earum prototypum repræsentatum actualiter per ipsas, vt explicat D. Th. & eius commen-

D.Th.2. 2.qō.15. artic. 3. Cirbell. Cōc.Tr. seff. 25. De inuoca.& vener. sanctorum, & de sacris imagin.

mentator Caiet. & in hoc sensu iubetur in sancto Concil. Trident. adorari imagines eadem adoratione, qua adorantur illa, quorum sunt imagines; quoniam non est vsus Ecclesiæ adorare picturam, aut materiam eius, nam hoc esset idololatrare. Hinc infertur, quod si aliquis adorat absolute dæmonem in figura Christi, putans esse Christum verum, peccat mortaliter: nec obstat, quod ista figura dicat ei, quod est Christus, nam in re tam graui non debet esse tam facilis ad credendum, & qui tam cito credit, monstrat euidenter esse in vitio superbiæ putans se dignum, quod à Christo visitetur, vt docet D. Bonauent. Sed si iste adorat hanc figuram consulto negotio cum suo Confessore, aut cum alijs, cum quibus solet tractare negotia suæ conscientiæ propter ignorantiam inuincibilem, excusatur à peccato isto, vt affirmat Michael de Palatijs.

In 3.d 9

Palatios in d.d.9.

Dixi, *adorat absolute*, quia si adorat dæmonem in figura Christi cum conditione actuali, & expressa, si est Christus, non peccat peccato idolatriæ, sed incurrit in aliud, nempe credere faciliter, quod Christus visitet eum, & maius peccatum committet adorans dæmonium, non cum conditione expressa & actuali, sed cum illa conditione virtuali, cum qua nos Christiani solemus adorare hostiam consecratam; nam quamuis adorare hostiam consecratam adoratione latriæ virtuali, scilicet, (si est consecrata) sit actus virtutis, tamen adorare dęmonem in figura Christi adoratione latriæ virtuali, si es Christus, adoro te, & si non es, non adoro, absque expressione actuali; esset peccatum grauissimum; quod est hæc visio, & transfiguratio insolita, & quæ non debet, nec conuenit, quod tam præcipitāter credatur, & adoretur, sed multa maturitate opus est, cōmendādo se prius Deo, vt dicetur in cap. sequen. at adoratio hostiæ est solita in ecclesia Dei; propter quod ad delendum peccatum idolatriæ sufficit adorare cum illa conditione virtuali, si forte aliquando adoratur ignoranter, quæ nō est cōsecrata, vt explicat Palatios. loco dicto.

4 Tertia Conclusio. Reliquiæ internæ sanctorum quæ sunt, caro, ossa, &c. debent adorari eadem adoratione, qua adorātur illi, quorū sūt reliquiæ. Hęc sūt definita per Conc. Trid. immo quamuis sint reliquiæ externæ, vt vestimenta, debemus venerari, postquam videmus, quod Deus accipit ea pro instrumento ad facienda multa miracula, & etiam videmus magnam venerationē, quę habebatur in Synagoga arcæ testamenti, & supplicia, quibus Deus castigauit Mohabitas, qui cum pauca humilitate ausi sunt ponere oculos in eā. 1. Reg. c.6.

Qualiter debeat se gerere Confessor cum personis habentibus visiones.

Cap. IX.

SVMMARIVM.

Quomodo cognoscitur visio esse vera, aut falsa, num. 1.

Quid considerandum Confessoribus, circa visionem in seipsa, nu 2.

An visiones sint desiderandæ, ibid.

Visiones patientes, quid præstare debeant. ibidem.

An animæ defunctorum aliquando infestent homines, ibidem in fine.

1 DEbent Confessores attente considerare, si persona quæ confitetur, habet aliquas visiones, seu apparitiones, considerans, & examinans si sint veræ, an falsæ; quod obtinebit mediante Deo, si obseruet sequentia documenta, quæ diuiduntur in duo capita.

Primum est considerare personam, cui apparent.

Secundum est considerare ipsam visionem, seu apparitionem in se ipsa. Quantum ad primam inspiciat, si persona

sona, cui apparent, est bonæ, & sanctæ vitæ, nam si non est talis, illa visio est illusio, nam quamuis legamus in sacra scriptura reuelasse Deum arcana sua magnis peccatoribus per ministerium suorum Angelorum, vt Balaham; hoc tamen euenit raro, ita vt ordinarium sit appariciones, quæ fiunt malis, mixtas esse mille illusionibus, & fraudibus inimici & patris mendacij, quem tales homines sequūtur. Debet præterea introspicere ingenium, & iudicium talis personæ, nam si in gubernatione suæ familiæ, & domus deficit, magis deficit in hoc negotio, de quo tractamus. Item debet aduertere, si est persona sana, nā sunt multi infirmi imaginatiui, qui efficiuntur semiamentes ratione debilitatis causatę præ tenacissima attentione cum qua ordinariè imaginantur, & sic sicut gens extracta à cardinibus proprij iudicij, dicunt se vidisse visiones, cum sint imaginationes, quod accidit ordinarie illis, qui præter solitum morem incipiunt maximo feruore Dei contemplationem ieiunando, & abstinendo, ac vigilando magis quam à magistris, & superioribus suis permittantur, facientes in hoc sicut in alijs propriam voluntatem.

Debent item videre, si talis persona habet faciem, aut colorem nigrum, macilentum, & melancolicum; nam qui huiusmodi abundant humore, sæpe falluntur ab inimico, adiuto hoc humore, qui est tamquam quædam amentia; vnde prouenit, quod senes, in quibus multum dominatur, facile delirent, & aberrent. Debet etiam considerare conuersationem, & contractus talis personæ, si est amica solitudinis, aut potius committit se magis vitæ actiuæ, quam contemplatiuæ, & si vtitur vestibus curiosis nimis componens se; nam quam Deus componit, non componit se; & aduertat prudens Medicus, quod conuersatio solitaria est sæpe, & sæpius filia superbiæ, quæ quatit totum id quod in spiritu boni est; at conuersatio communis ordinarie est signum sinceræ humilitatis, in qua residet spiritus diuinus. Debet etiam considerare, si talis persona fugit illos, a quibus potest doceri, & gaudet tractare cum confessoribus iuuenibus, & paruæ experientiæ, amicis audiendi huiusmodi visiones, & facilibus ad credendum eis: & si hæc persona est solita & consueta dicere veritatem, an potius aliquomodo aduertit dixisse aliquando mendacium; nam quamuis fuerit culpa venialis, potest habere huiusmodi visiones pro falsis; quia cum Deus sit summa veritas, non communicatur ei, qui est mendax. Debet etiam considerare, si hęc persona fuit aliquando illusa a dæmone, & si visiones hæ efficiunt in ea terrorem; nā Deus non est terrori suis amicis, sed potius exhilarat sub lumine, & adhibet calçaria illorum desiderijs, vt facilius volent: & super omnia debet considerare, si est mulier, nam mulieres facile falluntur visionibus falsis; quod illis est hæreditarium, esse scilicet elatas, nouitatum amicas, vnde facile porrigunt manum ad prohibitum pomum, inuitantes etiam cum eo filios Adæ, vt credant eas esse sanctas, præterquam, quod habent imaginatiuam debiliorē hominibus, vnde sunt aptiores huiusmodi illusionibus.

a Quantum ad secundum caput considerandum à Confessoribus hoc est, quantum ad visionem in se ipsa, dico quod primo debent inspicere, si docet aliquid contra fidem, & legem Dei, & sua consilia, & contra doctrinam sanctorum, & ritus ecclesiæ, vt docebat quędam visio, quam habebat quædam mulier, quæ affirmabat dicere ei Christum assistentem suis precibus, ne diceret in fine Psalmorum, Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sed quod diceret, Gloria patri, & sibi, & spiritui sancto. Debent magis inquirere, si visio est constans, similis visionibus sanctorum, qui habebant pro fine gloriam Dei, & vtilitatem spiritualem proximi, & si in omnibus dicit veritatem: & debet multum notari, quod non statim debet homo

me credere visionibus, quamuis sint cõsuetæ, neque minus eis non credere, nisi videat aperte esse malas, & quod consulunt mala. Iacob enim non statim credidit visionibus amati filij sui Ioseph, potius dicit scriptura, quod tacẽs considerabat eas: & virgo Maria, quãdo ei apparuit sãctus Gabriel, non statim consentit ei audiens suum nuntiũ, sed dicit scriptura, qđ cogitabat qualis esset ista salutatio. Considerent quid dicat D. Bonauentura, quod visiones potius sunt timendæ, quam desiderandæ, & quod multi putantes se dignos Dei visitatione, & reuelatione suorum arcanorum, ceciderunt in multos, & graues errores; & sic moneant, quod hi qui habent huiusmodi visiones, ne cadant in similes foueas, vtantur oratione mentali, & manu teneant scutum sacræ scripturæ ad vincendam hanc tẽtationem dæmonij meridiani, nec velint in oratione aliquam consolationẽ sensibilem, potius reputent se indignos ea, clamando ad Deum in medio lapidum siccitatis. Pro quo adfert D. Bonauentu. exemplum de quodam monacho sancto, cui apparuit dęmon in figura Christi crucifixi, qui reputans se indignum tali visitatione operuit oculos dicens, si es Christus domine non mereor videre te in terra, in cœlo volo videre te, ac frui te, & hac humilitate abijt dæmon confusus. Videndus est circa hoc sanctus Vincentius in tractatu de vita spirituali. Ex dictis colligitur, quod quando homines, aut mulieres sunt vexatæ à dæmonio, & dicunt esse animam N. qui petit, & iubet, vt dicant pro eis missas, aut faciant aliquas restitutiones, quod animæ purgatorij non sunt, quæ vexant eos, sed dæmones, qui loquuntur in illis, nam multi vexati a dæmone fuerunt tempore Christi Domini nostri, & nullus dæmon illorum ausus est dicere esse animam alicuius defuncti, vt notat doctè Palatius; hoc est credendum; quod animæ purgatorij, quæ sunt in gratia Dei vexent corpus humanum: & quamuis non potest negari, quod animæ defunctorum apparent aliquando viuis, vt multis exemplis sanctorum probat Sotus, tamen ingredi corpora humana animas purgatorij ad ea vexanda nõ permittit Deus de sua potentia ordinaria, quamuis possit de absoluta, & si forsitan fecit aliquando, fuit hoc raro, vt post alios doctores tenet Med.

Gen. 37. Luc. 1. In d. d. 9. Vinc. de vita spiri. In animaduersione super Isa. & in d. 3 disp. 1. In 4. d. 45. q. 1. art. 4. 3 p. qu. 44.

De Alimentis. Cap. X.

SVMMARIVM.

An pater teneatur relinquere in testamento alimenta filijs spurijs vltra quintum, concl. 1. num. 1.
An patres possint facere legata filijs spurijs ad eorum alimenta ibidem.
An sufficiente ad alimenta spurij minore parte quinti, possit pater legare minus, quam quintum conclus. 2. num. 2.
Et an ordinatus ordine sacro teneatur dare alimentum filio illegitimo, concl. 3. num. 3.
An sit licita renunciatio alimentorum futurorum, concl. 4. nu. 4.

1 PRima Conclusio. Pater non tenetur relinquere in testamento filijs spurijs vltra quintum, & hoc etiam si non habeant filios legitimos; & quamuis non sufficiat eis ad sustentationem cõformem qualitati suæ, dummodo sufficiat ad sustentationem necessariam vitæ, vt determinatur in quadam lege Tauri.

Quod in tantum est verum, vt si habeat pater alios filios legitimos, & non sufficiat dicta quantitas pro sustẽtatione necessaria ad vitam filijs illegitimis, non possit dictus pater relinquere plus eis; nec ipsi petere, nam educatio legitimorum est legitima absoluto procedens a iure naturali, & sic debent præferri educationi filiorum illegitimorũ, sed si pater non habet filios aut descendentes legitimos, tunc debent dari de suis bonis alimenta necessaria filijs illegiti-

gitimis, quamuis excedant quintã partem bonorum potius; nam cùm hæc alimenta debeantur iure naturæ, non possunt diminui a iure ciuili cessante causa suæ limitationis; sic tenet Molina, quem sequitur Guttierez, explicans dictam legem Tauri.

De primogen. Hisp. l. 1. c. 15. nu. 53. Gut. li. 1. prac. q. 109.

Hinc infertur, quod possunt patres legare filijs spurijs ratione alimentorũ, & dotare, ac legare dotes filiabus spurijs, quia dos succedit in loco alimenti, vt tenet Panormitanus; immo potest compelli pater ad dotandam filiam illegitimam, vt disponit quædam lex iuris ciuilis; quod debet intelligi, nisi pater patiatur necessitatem. Et nota, quod filijs, quibus debentur alimenta, debentur etiam expensæ pro studio Grammaticæ, & Rethoricæ, si sunt nobiles; nam sine hoc non possunt viuere secundum decẽtiam sui status, vt dixi suprà.

In c. cũ haberet de eo, q duxit. v. quã volu. p ac. Lex vxoré. §. pater naturalis, ff de legat. 3.

2 Secunda Conclusio. Si filius spurius non habet necessitatem totius quintæ partis ad sui sustentationem, quia sufficit ei minus, secundum qualitatem personæ, & status sui, & patris, non potest pater legare ei totum quintum, nam hoc est permissum patribus ratione alimentorum in casu, quod ipsi teneantur ad alimenta præstanda illis, sed in hoc casu non tenetur ad tantum alimentũ, & hæc sententia tenetur contra Couar. Tellã, Molina, & Matiens.

Tellus in lib. 10. Tau n. 8 & 9. Moli. de pri mog. Hisp. li. 1. c. 15. nu. 54.

Hinc infertur primo idem dicẽdum esse, si spurius petat alimenta a patre viuente, vt tenet Baeza.

Secundo infertur, quod idem debet dici, si filius habet aliunde, vnde possit sustentari.

Sed hæc conclusio limitatur, quod non habeat locum in matre filij spurij, quamuis habeat alios legitimos, nam permissum est illi per leges horum regnorum, quod possit legare quintam partem suorum bonorum, quam posset legare pro anima sua; quamuis non sit ratione alimentorum, sic tenet Matienzus.

Matien. in lib. 8. tĩtu. ti. li. 5. nou. gl. 5. nu. 13. & 14 Baeza. de nun. mul. rõne dot. c. 8 n. 37

3 Tertia Conclusio. Clericus ordinis sacri tenetur dare alimenta filio spurio, & viuens potest ei facere donationem ad hunc effectum: sic tenet Sotus, nam ius naturale hoc dictat, quod est in tantum verum, vt possint peti hæc alimenta coram iudice ecclesiastico ab hæredibus clerici, vt tenet Antonius Gomezius, quem sequitur Couar.

Vbi su. Gutierez, li. 2 prac. q. 11. In fine. Ant. Gomez. iubet 10. & 11. tã ti Cou. l. vau. p. 2. §. 4. vsque ad 8. in l cũ hi, ff de transac. Ioc. quãuis pactum, 2. p. §. 6. n. 4.

4 Quarta Conclusio. Non est licitum renunciare alimentis futuris, & quamuis iuramento confirmentur, est inualida renunciatio, vt tenet Bartolus, & alij quos allegat Couar. qui dicit hanc opinionem debere teneri, quando post renunciationem factam cecidit in magnam necessitatem qui renuntiauit, qui debet petere relaxationem iuramẽti, vt possit petere sine peccato.

De Amore qui debetur Deo, Cap. XI.

SVMMARIVM.

An sit particulare præceptum amandi Deum conclus. 1.

An possit homo in peccato mortali adimplere istud præceptum, conclus. 2 nu. 2.

An obliget omni tempore, & loco hoc præceptum conclus. 3 num. 3.

An peccet, qui vult esse perpetuò in hac vita, conclus. 4. num. 4.

PRima Conclusio. Certum est esse particulare præceptum amãdi Deũ super omnia, vt constat ex illo loco D. Matth. & tradit D. Thom. vbi dicitur teneri nos ad amorem Dei ex toto corde, & ex tota mente, hoc est ex toto intellectu nostro & ex tota anima, & ex omnibus sensibus, & ex omnibus viribus, quæ sunt potentiæ exteriores, & executiuæ, & hinc amor quantum ad æstimationem debet esse maior, quam amor, quem habemus in creaturas, quia pluris debemus æstimare Deum, quam omnes ipsas; quamuis, quantum ad intensionem amoris sæpe cõtingat, quod plus amemus creaturas, vt explicat Nauar. cum communi. 1

Matth. 14. 22. q. 44.

3 Nec est peccatum amare Deum propter

poer retributionem, quam ab ipso expectamus æstimantes hanc retributionem tacitam aut expressam pluris quã ipsummet Deum, quemadmodum definit Concilium Tridentinum.

In man. c. 11. nu. 5.

2 Secunda Conclusio. Præceptum hoc quantum ad substantiam actus seruari non potest absque gratia Dei, & charitate, & si hoc fit absque ipsa, non satisfit obligationi. Conclus. hæc est D. Th. quem sequitur Vega, & Medina, etiam si aliorum sit sententia diuersa, vt constat ex Soto, & Nauar. & probatur qđ sub hoc præcepto includitur modus eius, idest, quod debet amari toto corde, quod homo non potest facere, si est separatus a Deo, causa ipsius peccati mortalis.

Sef. 6. c. 1. & canon. 31. D. Th. 2. 2. q. 100. a. 10. ad 2. Vega de iust. qu. 13. Med. l. 2 qu. 109. a. 3. Sot. lib. 1. de natur. c. 22. Nau. in Ma. c. 21. 6.

3 Tertia Conclusio. Hoc præceptum postquam est affirmatiuum, obligat semper, sed non ad semper, nisi quando offertur necessitas demonstrandi hunc amorem, & hoc est, quando Christiano offertur Martyrium pro confessione fidei videnti apostatare ab ipsa malos, & prauos homines; & quando videt blasphemari nomen Dei, quoniam in his casibus tenetur Christianus respondere per ea: & sic debent confessores interrogare pęnitentes, si aliquando cum videretur illis esse in statu gratiæ, obtulerunt se toto corde Deo; nam hoc actu satisfit huic pręcepto. D. Tho. dicit teneri hominem ad hunc actum sub pœna peccati mortalis, quando accedit ad ætatem discretionis: videndus est Nauar. Sotus, Medina, Fr. Ludouicus Lopez.

Nau. vbi sup. 2. 7. vsq; ad 21 Sot. l. 2 đ nat. &9 c. 19 Med. vbi supr. ver. 4. Lop. in inst. cõs. 1. p. 1. c. 4. col. 36 Adr. i 4. q. cõfes. q. 4. Nauar. ĩ Ma nu. c. 11. nu. 16.

4 Quarta Conclusio. Peccat mortaliter ille, qui cum deliberatione vult viuere perpetuo in hac vita infęlice, vt fruatur suis bonis fortunarum, & diuitijs; quamuis desiderare longam vitam non sit peccatum. Debet tamen aduertere etiam hoc desiderans quòd sic differtur fruitio vitæ æternæ, vt dicit Adrianus, quem sequitur Nauar.

De Amore naturali, & supernaturali, qui debetur proximo. Cap. XII.

SVMMARIVM.

Quotuplex sit amor honestus in proximũ, num. 1.

An homo teneatur amare proximum sicut semetipsum amore naturali, aut supernaturali concl. 1. nu. 2.

An homo teneatur succurrere proximo in necessitate corporali, & spirituali, ibidem.

An cui competit ratione officij prouidere saluti proximi spirituali, teneatur mori pro succurrendo illius saluti, conclus. 2. num. 3.

An homo teneatur amare se plusquam proximum, concl. 3. nu. 4. & benefactores magis, quam qui non benefecerunt, conclus. 4. nu. 5.

Quot sint opera misericordiæ? nu. 6.

An non exercere opera misericordiæ in casu magnæ necessitatis sit mor. & an Episcopi teneãtur redimere captiuos suorum Episcopatuum, num. 7.

An sepelire mortuos sit opus misericordiæ non impediente id iure, ibidem.

An sit peccatum consulere, vt fiat aliquod peccatum minus, vt euitetur maius, numero 8.

An non facere opera misericordiæ spiritualia sit peccatum mort. nu. 9.

1 AD resolutionem eius, quod proponitur in hoc capite, & in sequentibus, quæ tractant de amore, est notandum cum D. Thom. allegato a Nauar. quod amor honestus proximi, seu in proximum est duplex, nam vnus est naturalis, alter supernaturalis; amor naturalis est ille, quo desideramus proximo bona naturalia: supernaturalis autem, quo desideramus bona supernaturalia, qualia sunt gratia, & vita æterna: & sic quamuis obiectum materiale huius amoris supernaturalis sit proximus, obiectũ tamen formale, quæ est ratio præcisa eius,

D. Th. 2. 2. q. 23. ar. 1. & q. 14. ar. 11. Nau. c. 14. n. 6

eius, est diuina bonitas, & actus huius amoris, sicut actus cuiuscunque virtutis potest esse imperatus, & ductus a charitate, quæ est virtus, qua supernaturaliter amamus Deum, & omnes res propter suum diuinum amorem, qui est multum rarus inter Christianos; nã quamuis Christiani vulgares ament vxores, filios, amicosque propter fines humanos licitos, attamen non amant eos, in quantum sunt capaces beatitudinis, desiderantes, quod illorum capacitas impleatur per fruitionem summi boni, quod est Deus, ipsum videndo: immo etiam magnates, & qui satis intelligunt inter Christianos, raro considerant hoc: nam si hoc considerarent, honorarent vtique pauperes, quamuis sordidos & seminudos considerãtes esse creatos ad illas summas diuitias, & candorem cælestem: & quod Christus Redemptor noster obliget nos ad hũc amorem supernaturalem in proximũ, non est Catholicus, qui dubitet, postquam D. Pau. dicit, amate vos inuicem, nam hæc mutua charitas est perfectum ligamen, quod vnit nos, & ligat cum Deo; & D. Matth. dicit, quod amemus proximum sicut nosmetipsos, hoc supposito ponuntur sequentes conclus.

2 Prima Conclusio. Homo tenetur amare proximum, sicut semetipsum, quod præceptum obligat nos, ne excludamus ab amore nostro fratrem nostrũ, quãuis sciamus esse inimicum Dei, aut nostri, ostendendo ipsi signa amoris, nisi in casu, quod sit in inferno condemnatus: obligat item hoc præceptum, vt succurramus nostris proximis, si videmus eos in aliqua extrema necessitate animæ, vt si videmus aliquem infantẽ non baptizatum, tenemur, si sit in periculo mortis, succurrere ei de remedio baptismi, si non sit alius, qui hoc possit facere: obligat nos itẽ vt succurramus nostro fauore, & nostro consilio illi, qui sine illo intelligimus, quod sit moriturus in peccato: nam si non succurrimus, violatur præceptum amoris supernaturalis, sicut violatur præceptum amoris naturalis, si non succurrimus in extrema necessitate corporali proximi. Ex quo infertur secundum Nauarr. cum communi, quod qui transiens per aliquod iter videt aliquem mulum cæno infixum, & non adhibet operam adiuuando, vt extrahatur, peccat mortaliter; quia est positus in extrema necessitate: sequitur hinc etiam quod qui videt gregem proximi intrare sata alicuius, & nõ euocat eum, aut videt domum proximi sui, aut suppellectilem comburi, & non curat ignis extinctionem cum possit sciens non esse alium, qui possit facere, peccat mortaliter; & idem est de illo, qui videt, aut audit incidi vestem honoris, aut famæ, aut vitæ fratris sui, & non impedit potens, aut quia non est alius qui possit melius efficere; peccat enim mortaliter videns quodammodo, quod sequitur ex hac murmuratione damnum notabile: idem est etiam de illis, qui vident aliquos emere bona, aliasque res, quarum defectus ignorant, si non admonent illos videntes neminem esse, qui id possit facere. Quod dictum totum debet intelligi, nisi in casu, quod non possent facere hoc sine damno suo tanti aut maioris doloris, & sic non tenetur quis ponere in periculo vitam suam pro vita fratris sui, nec tenetur accedere ad conuertendam mulierem prauæ vitæ, si ex accessu timet sibi, & animæ suæ: nam vt dicit Diuus Thomas, exponere se alicui periculo spirituali est vituperabile, quamuis exponere se periculo temporali propter res spirituales sit laudabile, hæc doctrina est Nauarr. & communis. In Man. c. 14. nu. 14. Quol. 3 ar. 9 art. 3.

3 Secunda Conclusio. Si alicui incumbit ratione officij prouidere saluti spirituali aliorum, (vt sunt Episcopi, & qui habent curas animarum,) & dubitat de salute spirituali præsenti, aut futura, tenetur mori pro succurrendo huic necessitati, & hoc non solum de charitate, sed etiam de iustitia, vt affirmat Sanctus Thomas, Adrianus, Sotus, & Nauarrus: verum est, quod homo particularis c. 10. in Io. lect. 3.

laris tenetur solum lege charitatis ad id, quod dictum est.

4 Tertia Conclusio. Quamuis teneamur amare nos magis quam proximos quantum ad bona spiritualia, in temporalibus tamen non est ista obligatio; & sic licitè possumus ponere vitam nostrã temporalem ad periculum propter vitam proximi; quod limitatur nisi simus valde vtiles Reipubl. & ille pro quo ponimus vitam, non est sic vtilis, & secundum hanc limitationem debet intelligi quædam doctrina communis, quæ affirmat posse nos demere panem ab ore nostro, etiam in extrema necessitate, & præbere illum proximo posito in eadem extrema necessitate, vt colligitur ex eo quod resoluit Bannezius.

Ad marg.: 2 ... de conf. q. 5. dub. 8 Sot. lib. 10. de iustit. q. 3. artic. 4. Nau. c. 25. nu. 10. in fi.

Ad marg.: 22. q. 26 artic. 4. colum. 1034.

5 Quarta Conclusio. Quamuis omnibus proximis debeamus amorẽ, tamen illis, qui in nos contulerunt beneficia, debemus tribuere maiorem, in tantum quod si habemus aliquem amicũ, qui succurrit nobis aliquando in temporali, aut spirituali, conferens multa beneficia, peccat mortaliter, qui viderit eum in extrema necessitate, & nõ succurrat ei potius, quam consanguineo in tertio, aut quarto gradu, immo etiam in secũdo, ac tanta etiam talia possunt esse beneficia, quæ talis contulit, vt etiam fratribus sit præferendus. Quamuis numquam venit præferendus patribus naturalibus, nisi fortè fuerint, aut sint nimis crudeles illi filio, vt resoluit Bannez concludens non posse dari regulam certam omnibus casibus, vt docet Aristoteles, sed est necessaria prudentia.

Ad marg.: Vbi sup. artic. 8. colum. 1045.

6 Notent Confessores, quod ad materiam huius capitis reducuntur opera misericordiæ, quæ sunt 14. septem corporalia, & sunt hæc; primum visitare infirmos, secundum cibare esurientem, tertium dare potum sitienti, quartum operire nudos, quintum redimere captiuos, sextum dare hospitium peregrinis, septimum sepelire mortuos. Alia septem sunt spiritualia, & sunt hæc, primum dare bonum consilium indigenti, secundum corrigere peccantes, tertiũ consolari afflictos, quartum ferre patiẽter iniurias propter Deum, quintum compati libenter defectibus proximorum, sextum docere ignorantes, septimum orare Deum pro viuis, & defunctis, quamuis inimicis.

7 Quantum ad hæc opera misericordiæ est notandum primum, quod non adimplere ea in casu magnæ necessitatis est culpa mortalis, vt fatentur Alexander de Ales, D. Tho. Medina Complutensis & Sotus, quod probatur, quia omnia correspondent obligationi eleemosynæ, & præter hos duos casus difficile est cognoscere, quomodo sit peccatũ mortale, aut quomodo veniale. Secundo est notandum circa quartum opus misericordiæ corporalis nempe redimere captiuos, quod Episcopi tenẽtur sub pęna peccati mort. redimere captiuos suorum episcopatuum, qui sunt inter mauros, turcas, aut hæreticos, primo ratione eleemosynæ, quam tenẽtur dare pauperibus sui Episcopatus, & huiusmodi captiui sunt pauperes non habentes aliunde: secundo quia inter alias querelas, quas Deus posuit per Ezech. Prophetam contra pastores Israel dicens, væ vobis pastores Israel, vna principalis fuit hęc *& quod perierat non quæsistis*; certum autem est, qui sic sunt captiui inter infideles sine spe redemptionis propter suam paupertatem, esse in magno periculo perdendi animas apostatãdo a fide, vt ꝓpter nostra peccata quotidie videmus; & sic positos in tali periculo, tenebuntur Episcopi liberare, ne dicat illis Dominus, Væ vobis pastores Israel, quia propter vestram iniutiã perijt ouis mea, quæ vestræ custodiæ erat commissa. Et quod peccent mortaliter colligitur ex verbo, væ, quod in sacra Scriptura significat pœnam æternã correspondentẽ peccato mortali. Hanc doctr. legit publice in conuentu Diui Francisci Salmanticæ Frater Gaspar de Vzeda, tunc Guardianus conuentus, cuius litteræ in illa Illustri vniuersitate erant satis notæ, & multi filij, quos suis litteris instituerat, (cum illis plusquam

Ad marg.: Alex. 4. p. q. 103 D. Tho. 2. 2. qu. 32. ar. 3. lib. 5. de pęn. Soto doct. Christ.

Ad marg.: Ezec. 34

viginti annis Theologiam legerit) dant, vt credo, clarum testimonium sui boni patris, ac magistri, ex quibus multi viuunt adhuc illustrando matrem suam prouinciam scilicet D. Iacobi cũ libris multæ eruditionis, inter quos minimus sum ego. Dicebatque hic meus magister & pater, quod D. Hier. super dicto loco Ezech. tenebat istam opinionem, & ego vidi eius commentarium, & quamuis hoc non dicat aperte, colligitur ex eo ista Doctrina, quoniam affirmat, quòd illæ querelæ ibi positæ contra Prælatos Synagogæ militant contra Episcopos huius temporis.

Tertio debet notari circa sepulturam opus misericordiæ, q̃ est sepelire mortuos, esse opus misericordiæ, dummodo nõ impediant id iura propter aliquam rationẽ, nam si impediũt, esse peccatũ non obedire Ecclesiæ: Et nota quia est peccatum mortale nolle sepelire mortuos, quando homo potest id facere sine damno sui, & non est alius, qui faciat.

8 Quarto debet notari circa primum opus misericordiæ spirituale, quod est dare consilium indigenti, q̃ est licitum dare consiliũ vni, vt faciat aliquod peccatum mortale, si ille est determinatus, & aptus ad faciẽdum aliud maius absque eo, quod possit impediri, nam qui dat istud consilium, non petit formaliter quod peccet, neque ibi tendit suum consilium, sed solum petit, q̃ non faciat illud peccatum mortale maius. Sic docet D. August. cuius doctrinam sequitur Caiet. Sot. & Med. quod debet intelligi, vt bene aduertit Sotus, quando idem peccatum mortale maius, q̃ euitatur, est contra eundem tertium, contra quem debet fieri peccatum minus; nam alias non liceret consulere, vt percutiat, vulneretvè Ioannem, & non occidat Petrum: quamuis ad occidendum Petrum esset ille paratus, bene tamen posset persuadere, vt vulneraret Petrũ ad euitandam eius mortem.

Aug. li. 9. super Exod. Caie. in opus resp. 13. dub. 30. tõl. 3. Sotus li. 6. de iust. q. 1 ar. 1. Med. 1. 2 q. 14. art. 6. c. 4. de

9 Quinto debet notari circa secundum opus misericordiæ spirituale, q̃ est corrigere errantes, seu peccantes, quod nõ dare consiliũm egenti, non docere ignorantẽ, non orare, nec ferre iniurias, nec solari afflictũ in magna necessitate est peccatum mortale, vt dicit Sotus, & cõstat ex eo quod traditur in capitulo, *fraterna*. Sextum opus misericordiæ quod est remittere iniurias obligat ad nõ habere odium in proximum, sed non obligat ad condonandam satisfactionẽ iniuriæ, aut opprobrij, vt dicetur in cap. de Amore erga inimicos, cap. 17. doctr. Christ.

De Amore Parẽtum in filios, de educatione, correctione illorum, & de prouidendo eis necessaria. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

An mater teneatur educare filium proprio lacte concl. 1. num. 1.

An pater teneatur prouidere de necessarijs filios quamuis spurios, ibid.

An pater possit minuere legitimas filiorũ mediantibus veris donationibus, concl. 2. num. 2.

An sint licitæ leges Aragonum, & Nauarræ permittentes patribus, quòd possint exhæredare filios relinquendo eis quinque solidos, ibid.

An peccent patres, non inspicientes quomodo viuant filij, concl. 3. num. 3.

An peccet pater permittens quòd, qui promisit filiæ eius esse illi maritum, habeat cum ea tactus impudicos, ibid.

An possit pater ad corrigendos filios ligare illos, ac verberare, concl. 4. num. 4.

An liceat Domino excoriare seruos suos verberibus, ibid.

An auus possit castigare nepotes, & frater fratrem minorem, aut sororem, & auunculus consobrinos, ibid.

QVamuis omnes teneamur amare proximum, vt dictum est in c. præcedenti, tamen specialiter ad hoc tenentur aliquæ personæ ratione consanguinitatis, sicut patres, & filij, maritus, & vxor & fratres; & ideo i hoc tractamus de amore, quem patres debent habere

in

in filios; circa quod notentur præsentes Conclusiones.

1 Prima Conclusio. Mater, quæ non educat filios proprio lacte, aut est notabiliter negligens in eligendo nutricē, quæ illud faciat, & non indagatur, si id fiat bene, aut non prębet necessaria huic effectui, peccat mortaliter vsque ad ætatem tamen trium annorum, vt tenet Nau. cum communi. Verum est, quod si nolit illum filium educare proprio lacte, quamuis sine causa iusta, non peccat nisi venialiter, & si est causa, nullum committit peccatū. Dixi vsque ad tres annos; nam his præteritis pater tenetur ad necessaria illi suppeditanda, nisi pauper sit, si filius non habet artem, nec bona, nec officium decens, quo valeat sustentari, nec est tam ingratus peccator, quòd secundum ius mereatur exhæredari a patre secundum quòd tradit Syluester, quòd est intantum verum, quod tenetur alere filios spurios, & naturales, vt tradit Mol. & resoluit Guttierez. Hinc colligitur, quòd peccat mortaliter, si per auaritiam misit pater filium ad hospitale, aut exponit eos portæ ciuitatis, aut alijs locis publicis, aut priuatis, aut si potens non dotauit filiam suam spuriam, cuius dos succedit in locum alimenti, vt dicetur in cap. de dote, & dictum est in cap. 10. de Alimentis.

In Man. c. 14. n. 17.

Verbo filij, §. 21.

Mol. de primogen. li. 1. c. 15. n. 55.

Gutt. li. 1. prac. quęst. q. 109.

2 Secunda Conclusio. Pater non potest minuere legitimas filiorum, cum eius donationibus, nec contractibus onerosis fictis, qui re vera sunt donationes, & vt tenet Iason, & Ioannes Lopezius. Potest tamen minuere legitimam contractibus veris onerosis, & donationibus remuneratorijs, nec debet remuneratio consistere in indiuisibili, sed potest addere aliquid amplius vltra merita donatarij, nam vera gratitudo non solum petit remunerationem æqualem, sed ampliorem debito, vt tradit D. Tho. nec potest pater sine iustissimis causis auferre a filijs hanc legitimam, Verum est, quòd non ideo debet condemnari lex Aragonum, & Nauarræ permittens patribus exhæredare filios, dummodo relinquāt illis quinque solidos singulis; nam quamuis legitima debeatur illis secundum legem fundatam in iure naturali, nihilominus ad conseruationem alterius iuris naturalis maioris valoris, quale est reuerentia, & obedientia filialis, bene possunt Principes sæculares facere statuta, vt possit deleri dicta legitima; & sic videmus, quod leges humanæ iustissime adiuuauerunt, quod patres possent exhæredare filios iustis de causis, subtrahendo illis, quod concedebatur a iure naturali, vt sic conseruando aliud ius naturale pluris habendum, quod filij exhæredētur a patre: quod in illis regnis conuenit sic fieri, quia iuuenes sunt, quamuis non semper, magis libertati dediti, ac magis audētes ratione libertatum Regnorum, quibus ab incunabulis creuere magis quā aliorum Regnorum incolæ: præter quam quòd secundum Nau. dictę leges non loquuntur cum filijs infirmis, debilibus, & qui non habent aliud remedium, quo substētari possint, quoniam huiusmodi affectis non possunt patres denegare legitimas ratione alimentorum debitorum a iure naturali, tam præcise, vt non sufficiat irreuerentia, nec inobedientia quæ timetur ad ea demenda: cui ego addo quod quando legitima fuisset tam pinguis, & diues, potest pater non legare eam integram, sed solum quantum de ea sufficit ad eorum sustentationem: nec hoc puto negaret Nauarr. potius ex suo fundamento deducitur.

Iason in l. hoc iure, ff. de iustit. & iu. Pala. rubr. in c. per vestras, §. 26. de don. inter.

I. 2. qu. 106. art. 8.

In Man. c. 26. n. 38.

3 Tertia Conclusio. Peccant mortaliter patres deficiēdo notabiliter in prouisione necessariorum filijs ad vitam spiritualem; & sic peccant non docendo doctrinam christianam, & non habens curæ, qui obseruent legem Dei, & mādata ecclesiæ: & hinc sequitur quod si consentiunt filiabus, vt habeant amātes ad prauos fines, & non retrahant ipsas, ne tractent cū lamijs, aut alijs personis suspectis, peccant mortaliter non obseruantes fidelitatem, quam debent tam-

tamquam patres secundum quod dicit Pau. & idem est si videt filiam viuere inhoneste, & vti pigmentis ad finem peccati mortalis, & non corrigit eam. Dixi ad finem peccati mortalis, nam si vtitur ipsis ad finem communem ornamenti, quod est pura vanitas, peccat solum venialiter: sic patres peccant solum venialiter permittendo. Ex quo sequitur, quod patres peccant mortaliter, si consentiunt, quod cum filia desponsata per verba de futuro sponsus vtatur tactibus impudicis, & enormibus, vt tenet D. Th. & eius commentator Caiet. verum est quòd consentire, vt tales spósi vtantur osculis, & amplexibus nó erit peccatum mortale, dummodo non permittant eos per multum spatium temporis in loco secreto; nam ex huius continuatione communiter sequũtur tactus impudici, & pollutiones voluntariæ.

1. ad Timot. 5. c. 5.

D Tho. q. 154. a. 4. & ibi Caiet.

4. Quarta Conclusio. Potest pater licite ad corrigendos filios verberare eos & ligare, vt post Syluestrum, & Caiet. tenet Sot. cum D. Th. nam si hoc possunt facere pedagogi, & nutritij, & domini in seruos, quæ ratio est, vt denegetur patribus, qui sæpe non possunt gubernare familiam, nec educare filios nisi vtẽtes hoc rigore, quam communiter temperant Doctores tribus limitationibus; prima quod non est licitum occidere, vulnerare, aut simile damnum inferre, quod sit notabile. Secunda quod sint moderati in his correctionibus, nam si prætereunt iustum, peccant mortaliter, vt fatetur Sylu. Hinc colligitur, quod peccant mortaliter domini excoriando seruos flagellis taliter, vt sit necessaria bona diligentia, vt curentur; nec valet dicere esse improbos, vel fures, & quod merentur illud, & multo plus; nam ego fateor hoc idem; nihilominus hæc castigatio non pertinet ad potestatem œconomicam, quæ est gubernare aliquã familiam, nisi ad potestatem publicam, quæ ad illud habet iurisdictionem. Tertia est, quòd similia supplicia fiant facta bono zelo, & non procedant ab animo

Syluest. verbo percussio, & verbo verberatio vbi Caie. D. Tho. 22. q. 65. ar. 2. & So. lib. 5. de iust. q. 2. art. 2.

Vbi supra.

inordinate irato, quia non tenentur patres prouocare huiusmodi rigoribus filios ad iram, vt dicit Apostolus, & sic non solum ipsi peccant secundum qualitatem iræ, & indignationis, quã ostendunt, sed etiam peccant, quod est occasio sufficiens filijs, vt concipiant dictam iram: quod tenentur reprehendere Cõfessores: Et vt fugiantur scrupuli, qui ex his supplicijs possunt nasci, debent notare, quod non solum patres possunt facere hoc, vt corrigant filios, vt emendentur, sed etiam, vt castigetur eorum ausus, in quo non potest fieri, quin sit aliqua indignatio non inordinata, sed ordinata ad bonum eius qui castigatur & ad custodiam legis Dei, quæ est bona, si oritur ex potẽtia irascibili. vt allegãs D. Th. & alios tradit Nau. Hæc sñia tenetur a Petro Nauar. allegante pro sua parte D. Th. Panor. & Sylu. Difficultas quidem est, si auus possit hoc modo castigare suos nepotes, & frater fratrẽ minorem, aut sororem, & auunculus cõsobrinos; quæ parua est, si ipsos domi retinent, quos in hoc casu certum est esse commissos suæ curæ, vt sũt pueri nutritijs, quos certum est posse castigare illorum excessus, sed si non fuerint sub eorum potestate, non video quo iure possint eos castigare. Verum est, quòd per modum correctionis possunt adhibere remedium aliquod, & sic possunt facere, quod fragilis soror sua recludatur, immo & percutere eam aliquantulum, non quòd habeant potestatem, sed ratione charitatis, vt sic reducatur.

Præl. 5. nu. 21. Nau. li. 2. de rest. c. 3. nu. 464.

De amore filiorum erga parentes.

Cap. XIV.

SVMMARIVM.

An filij teneantur amare patres, & reuereri ac obedire, concl. 1. num. 1.

An filius qui ducit vxorem contrà voluntatem patris peccet, conclus. 2. nu. 2.

An pœnæ quas ponit ius contra filios, qui ducunt vxores contra voluntatem patrum, habeant locum in filijs qui ducunt vxo-

vxores secundum formam Concil. Trident. concl. 3. nu. 3.
An filius qui ducit vxorem sine voluntate patris possit exhæredari in his regnis Castellæ, concl. 4. nu. 4.
An peccent mortaliter filij, qui percutiunt, aut maledicunt patribus, concl. 5. nu. 5.
An peccent mortaliter filij non succurrentes patri posito in necessitate graui, conclus. 6. nu. 6.
An teneatur filius deserere religionem vt succurrat patri. ibi. & concl. 7. nu. 7.
An peccent filij non adimplendo legata, & testmenta patrum concl. 8. nu. 8.
An filius teneatur magis succurrere filijs quam patribus, cum sint in æquali necessitate conclus. 9. nu. 9.
An teneatur filius succurrere potius patri quam matri concl. 10. nu. 10.
An præceptum honorandi patres obliget semper, concl. 11. nu. 11.
An qui confitentur, teneantur confiteri quod sæpe reiterarunt eadem peccata, de quibus habuerunt veniam. ibid.

Debēt filij amare patres tamquam principium sui esse, quem amorē debent significare actibus reuerentialibus, & succurrendo eis in eorum infirmitatibus, necessitatibus, & laboribus, secundum quod tractat D. Tho. ad cuius resolutionem ponuntur sequentes conclusiones. 2. 2. qu. 101.

1 Prima Conclusio. Filij tenētur amare parentes obediendo, & reuerendo illos corde, verbis, operibus & signis amoris, & sic inspicientes eos aspere & monstrando, quod oderint ipsos, peccāt mortaliter, vt dicit Angelus, & Syl. peccant etiam mortaliter non obediētes parentibus in rebus grauibus, quæ pertinent ad gubernationē suæ domus: excepto si incuria, & inaduertentia deficiunt in hoc, nō quia adsit contēptus, & obstinatio. Dixi in rebus grauib. nā nō obedire eis in rebus parui momenti, non est nisi peccatum veniale, vt dicunt Sotus, Victoria, & sæpissime nō erit nec peccatum veniale, quia vt dicit Vict. nō semper patres volunt obligare filios quando illis imperant, vt obediant sub pœna obedientiæ illis debitæ, sicut non semper mariti obligant vxores ad peccatum mortale, petentes ab illis debitum: Ex dictis colligitur etiam, quòd filij tenentur sub pęna peccati mortalis obedire patribus quantum ad bonos mores, relinquendo ludos, amicos, & huiusmodi alia, vt docet Aragon. (Ang. ver bo filius §. 30. Syl. ver. filij §. 16.) (Sotus l. 3. de iustit q. 6. art. 2.) (Vict. de potest. in fine.) (Aragon. 2. 2. q. 62 art. 3.)

2 Secunda Conclusio. Filius, aut filia, quæ nubit contra voluntatem patris, peccat mortaliter, vt dicit Sotus. Nauar. & Guttier. quia quamuis Concil. Tridentin. dicat quòd valeat matrimonium contractum contra voluntatem parentum, non ideo impedit filios, vt accipiant consilia a parentibus; nam ius naturæ hoc dictat, & sic patres possunt impedire filios, ne vxores ducant persuadentes, & exhortantes illos: nec ideo incurrunt in pœnas Concilij, quamuis sub pœna obedientiæ iubeant illis, ne ducāt tales mulieres, quòd Concil. Trident. loquitur solum de dominis temporalibus, qui impediunt matrimonia mediante dominio ac potestate tyrannica. (Sot. in 4. d. 18. q. 1 ar. 1. Nauar. in Man. c. 14. nu. 15 Gutt. in q. 9 c. 20 nu. 3.) (Concil. Trid ses. 24. c. de reform. 1.) (Concil. Trid. ses sion. 24. c. 9.)

3 Tertia Conclusio. Si filia nubat contra voluntatem patris, qui ducit eam, ac testes castigantur grauibus pęnis in his Regnis Castellæ secundum dispositum per legem quandam Tauri. Et pater potest exhęredare filios sic ducētes, quam legem resoluit Guttierez valere etiam post Concil. Trident. quod annullat clandestina matrimonia, & hoc quādo matrimoniū contrahitur contra voluntatem patris etiam coram parocho, & testibus absq; denunciationibus pręcedentibus: quod probat, si quidem fit tanta iniuria patri nunc, ac prius ante Cōcil. si filia remaneat ducta, præcipue si maritus est peioris conditionis quam ipsa, quod debet intelligi, si matrimonium sit secutum contemptis denūciationibus absque licentia ordinarij, nam si de eius licentia fuerint relictæ, saltem testes non debent puniri pęna dictæ legis, quia iustissimè possunt præsumere, q postquam ordinarius dispensauit, ha- (leg. 44. Tauri q̄ ē hodie 1. tit. 1. l. 5. nouæ cop. Guttier. lib. 2. pract. q. 1.)

Gutt.li. 2. pract. q.4.n.8. buit ad illud iustam causam: sic tenet Guttierez, qui limitat pœnam dictæ legis, in casu quòd pater tractet male filiam, aut differat eius matrimonium dotis retinendæ causa, & ipsa nuberet pari: quam sententiam tenet Menoch. Menoc. de arbi. li.2. cét. 4. casu 398. nu. 47. sed nunc post Concilium non habet locum dicta lex si fiat matrimonium clandestinum sine parocho & testibus; nam cum sit matrimonium nullum, filia redditur patri, & non fit ei tanta iniuria, vt sit digna tanta pœna, vt docet Guttierez. vbi sup. nu.7. Est notandum, quod loquitur hæc conclusio in casu quod filij nubant sine licentia patrum, & non quando nubunt solum sine consensu; nam in hoc casu est multa difficultas, si possunt exhæredari per dictam legem, ad quod respondetur sequenti conclusione.

4 Quarta Conclusio. Filius, qui ducit vxorem sine consensu patris clandestinè sine debitis denunciationibus corã parocho, & testibus, potest in his Regnis Castellæ exhæredari, vt probat per multas leges horum regnorum Guttierez contra Sotum. Gutt. vbi sup q. 3. Sotus in 4. d. 15. q. 1. ar. 4. ad 4. Idem debet dici de filia, quæ est in potestate patris, & viuit cum illo, sed si hoc fiat publice in facie ecclesiæ coram parocho, & testibus, factis debitis denuntiationibus in Missa maiori, nõ possunt exhæredari, quamuis id faciant sine consensu parentum, vt probat allegans multos, Didacus Perez, Perez l. 1. tit. 1. li. 5. ord. 1. 25 Gut tier. vbi sup q. 1. p 9. & Guttierez, & in hoc casu pater tenetur dotare filiam non solum, quando ipsa promisit dotem, sed etiam quamuis non promiserit, quando nupsit, & hoc quamuis nupserit homini inferioris conditionis, & status. Quod procedit non habendo, vnde possint sustentari secundum suam qualitatem, nam si habeant, non tenetur pater, vt resoluit Guttierez. Gut. vbi sup.

5 Quinta Conclusio. Filij, qui percutiunt parentes, aut dicunt in eos verba contemptus taliter quod prouocent eos notabiliter ad iram, peccant mortaliter, & idem est si male dicunt illis de toto corde, si accusant eos de aliquo crimine, præterquam de crimine hæresis, aut traditionis; sicut etiam peccant mortaliter filij, qui taliter contemnunt & parui perdunt patres, vt iudicentur inhonorati ex eo, quod reputentur filij eorum, excepto si hoc faciunt ad fugiendum damnum suum, aut patrum, eo præcipuè, si ipsi patres consentiant, vt tenet Nauar. Naua. c. 14. nu. 3

6 Sexta Conclusio. Filij, qui non succurrunt patribus positis in maxima necessitate potentes id facere commode, peccant mortaliter, quamuis sciant aliquam artem, aut officium, quo possint sustentari, si est indecens, secundum suam qualitatem & statum; quod probatur, quia ad idem tenetur pater cum filio posito in eadem necessitate, & in tantum est verum hoc, quod peccant mortaliter filij ingredientes religionem si deserunt patres positos in hac necessitate, & post professionem debent prouidere secundum suum posse illorum necessitati, obedientiam, & statum regularem obseruando. Circa quod est notandum cum Nauar. quod tenetur filius exire è religione ad prouidendum patri, quando est ingressus eam post necessitatem ipsam, si aliter ei succurrere non potest: in quo casu potest teneri quædam opinio Anglesij, Nau. vbi sup. n. 14 qui affirmat quod iste filius propter necessitatem patris non tenetur ad obseruantiam voti paupertatis, sed obedientiæ; immo addit, quod, vt succurrat ei, potest exire de religione, quod intelligendum est, si professio fuit præcedente paupertate patris, vt dicit Fr. Ludou. Lopez: nam si sequuta est, solum tenetur ad succurrendum ei, obseruata obedientia, & regulari statu secundum D. Thomam. Lop. in motu. cõstringi, 1. p. c. 54. col. 394.

7 Septima Conclusio. Stante patre in prædicta necessitate, si Prælatus negauerit filio licentiam prouidendi patri necessaria, imponendo pœnam obediẽtiæ, & excommunicationis, filius nihilominus potest per modos non prohibitos à sua regula secrete, & sine scandalo succurrere ei. Sic tenet Corduba infe-

De casibus cōs. q. 141. i 3. punc. 4. opin.

inferens hinc, quod Frater minor non posset ad hunc effectum recipere pecuniam, nec exire è monasterio sine licentia Prælati, quod causaret scandalum.

8. Octaua Conclusio. Peccant filij non adimplentes statim testaměta patrum, quantum ad faciendum vt dicantur missæ, adimpleantur legata pro animæ; nam notum est, quantum egeant his bonis operibus animæ positæ in Purgatorio; peccatum autem eorum & dilatio habet excusationem, si hoc differunt, vt melius vendantur bona, & sic etiam possint completius fieri, quæ pater iussit, & legauit, vt aduertit Ludouicus Lopez.

Lop. supra col. 396.

9 Nona Conclusio. Si aliquis filius habeat filios suos ex vna parte, & patrem ex alia positos in eadem necessitate, dummodo extrema non sit, filijs debet succurrere prius, si ambobus simul succurrere non possit: nam natura cōmisit patribus curam filiorum, sed si necessitas est extrema, prius debet succurrere parentibus, quam filijs, quoniā maius bonum est in illis, quam in filijs, vt docet D. Th. Verum est, quod succurrere in hoc casu prius filijs quam patri non esset peccatum mortale: nam non est tanta differentia harum duarum obligationum, vt sufficiat ad constituěndum peccatum mortale, vt tenet Bannez. qui affirmat idem dicendum esse de matre ac de patre: & quamuis hoc sit verum quantum ad prouisionem rerum temporalium, tamen quantum ad actus reuerentiæ semper filius debet anteponere parentes filijs, si quidem parentes sunt principium sui esse.

D. Tho. 22 q. 26 ar. q. ad 3.

Ara. in d. art. 9. & Bannez.

10 Decima Conclusio. Quamuis loquendo absolutè maior ratio sit amandi patrem quam matrem, quia est principium actiuum nostræ generationis, quod quamuis concurrat etiam in matre, tamen non est in gradu tam principali, nihilominus potest accidere casus, in quo homo teneatur maiori obligatione succurrendi matri, quam patri stantibus in æquali necessitate, scilicet si mater. contulerat maiora beneficia in filios, quam pater, quia sit negligens, & vitiosus quantum attinet ad bonum tēporale, & spirituale illorum, mater aūt est solicita, & accurata, vt dicit Bannez.

Bānez. vbi sup. arti. 30. col. 10. c. 50.

Aduertenda Confessoribus.

11 Vndecima Concl. Nō facere reuerētiā, qd aduertere debēt primo Cōfessores, patribus spiritualib. aut corporalib. si non offeratur oportunitas temporis, non est culpa; quoniā illud præceptum cum sit affirmatiuum, quamuis obliget semper, nō obligat ad semper, & sic nō est, qd se accusent pęnitentes, quod nō habuerint reuerentiam in parentes, solū debent confiteri, qd obiata occasione non significarunt reuerentiā, quod erit mortale, aut veniale secundum qualitatem culpæ.

Aduertant secundo, qd confitentes, dum eos pęnitet horum peccatorum factorū contra parentes, solent confiteri, qd non recognouerunt beneficia accepta à largissima manu Dei Patris sui principalis. Circa quod debet notare pęnitens, quod si Deus pepercit illi vnum peccatū, & nō se emendauit de illo, debet de consilio explicare hoc; quoniā, quamuis verū sit, quod peccata semel condonata non redeunt, quantum ad essentiam, & quantum ad pęnā, quæ illis debebatur, tamen secundum sňiam sanctorum redeūt in hoc sensu, scilicet, quod cadendo iterum in eadē propter ingratitudinem in Deum habitam merentur maiorē pęnam, vt dicit D. Th. & sic debet confiteri hæc circunstantia ingratitudinis, nō quia ipsa sit peccatum speciale, sed quia aggrauat multū, quāuis nō mutet speciē: verum est, quod si homo iterū cōmitteret dicta peccata in contemptū Dei, & beneficij accepti, esset ingratitudo necessaria, vt confiteretur eam, nam tunc est speciale peccatū ingratitudinis, vt docet D. Th.

D. Tho. nu. 4.

De Amore coniugatorum. Cap. XV.

SVMMARIVM.

An teneatur maritus amare filios, aut vxo-

uxorem magis, quam parentes. num. 1.
An peccet maritus verberando; aut castigando atrociter vxorem suam, concl. 1. num. 2.
An vxor teneatur obedire marito; concl. 2. num. 3.
An teneatur maritus sustentare parentes, aut fratres pauperes vxoris suæ, concl. 3. num. 4.
An peccet maritus prohibens vxorem ire ad audiendam Missam in diebus festis concl. 4. num. 5.

1 AD explicationem huius capitis est notandum, quòd ordo charitatis petit, quod amemus prius Deum, & prius homo amet seipsum quantum ad animam, quam quantum ad corpus; & magis debet amari pater, quam mater, qui est principium actiuum principalius in generatione, dummodo sit æqualitas in ambobus, vt supra declarauimus, & ratione obiecti plus debent amare homines parentes, quam filios, quia sunt principia sui esse. Verum est, quòd ex parte sua, quia filij sunt pars suæ substantiæ intensiori amore amantur filij quam parentes; & eadem ratione si consideretur obiectum amoris, plus debent amare homines parentes quam vxores, sed si respicitur subiectũ amoris quòd est, quod amatur; plus debent amare vxores, quia cum eis sunt eadem caro, & sic maiori conatu possunt amare mariti vxores, quam parentes. Sed debet notari quod quamuis sit aliquis excessus in amando magis filios & vxorem quam parentes, aut ẽ cõtra, nõ erit peccatum mortale, vt docet Fr. Lud. Lopez, affirmãdo esse opinionem fratris Petri de Soto Catedratici Primarij Theol. Salmanticæ, & hoc tenet Aragon. ratione allegata. Hoc supposito ponuntur seq. concl. Vbi sup. cap. 59. col 389 Ara. 22. q. 26. ar. 9. ĩ fine.

2 Prima Cõclusio. Maritus peccat mortaliter verberãdo, aut castigando atrociter vxorem suam, quia hoc facere esset illicitum etiam in serua; & idẽ dicere ei verba contumeliosa, si sequatur inde infamia, aut si est periculum probabile illius, quamuis non esset illi animus infamandi eam: verum est, quòd potest illam verberare aut castigare, si habet suspicionem, quod committit adulteriũ: aut si est duræ ceruicis, ita vt propter suam peruicaciã non possit domus gubernari, vt decet; quod debet intelligi præcedente debita monitione, & nõ sequuta emendatione, vt tenet Sotus: & etiam peccat mortaliter, vxor prouocando maritum ad iram, ita vt sit causa rixarum, & maritus eius causa blasphemat, & maledicit. Li. 5. de iust. q. 2. art. 1. in fine.

3 Secunda Conclusio. Vxor tenetur obedire marito in illis rebus, quæ pertinent ad gubernationem domus, & ad actus matrimoniales, vt dicetur in c. de matrimonio. Hic sequitur, quod peccat mortaliter non sequendo maritum volentem rationabili de causa mutare domum in aliam terrã, nisi inter illos fuit factum pactum de nõ mutanda vxore a patria: nam in hoc casu nõ tenetur cũ sequi, nisi fortè ortæ sunt nouæ aliquæ occasiones & necessitas, vt si ipse est infirmus, & non potest facere quin mutet aerẽ, aut si habet inimicitias capitales. Dixi cum causa rationabili, quia si non est talis causa, nõ tenetur sequi eum, vt si est vagabũdus, quod ignorabat vxor tempore sui matrimonij, vt tenet Nau. d. c. 14. nu. 20.

4 Tertia Conclusio. Maritus non tenetur de suis bonis sustentare parentes, & fratres vxoris suæ in necessitate constitutos, nec ipsa vxor potest hoc facere, quia administratio bonorũ pertinet ad maritum, & non ad vxorem, vt tenet Sylu. & Cord. quòd intelligitur nisi necessitas sit extrema, vt post Sylu. tradit Cord. debet tamen notari, quod si pater vxoris, & filij, quos habet de primo marito sint positi in tali necessitate, qd non possint sustentari nisi mendicando ostiatim cadendo de suo decenti statu, quod tunc potest petere licentiã a marito ad succurrendum illis, & si maritus nolit dare talem facultatẽ, potest vxor timens discordias, si hoc petat litigiose, surripere paulatim, & clã de rebus domesticis, vt succurrat patri, & filijs, ita Sil. ver. alimen. q. 1. Cor dub. de casibus cõst. 125

vt

vt maritus nesciat, habens tamen intentionem; quod in fine in distributione bonorum habeatur ratio eius, quod durãte matrimonio surripuit; nam lex naturalis dictat supradictum, quæ non patitur, quod maritus sit tam parcus, & miser cum rebus vxoris, quam habet vt sororem, & sic in illo gradu amare eius parentes, & fratres, sic tenet Cord. & Fr. Lud. Lopez.

Cordu. vbi sup. Lop. in instru. cauf 2. p.c 19.

5 Quarta Conclusio. Peccat mortaliter maritus, qui sine causa prohibet vxorẽ ire ad audiendam rem sacram, aut constringit eam vt transgrediatur aliquod præceptum Dei, aut Ecclesiæ, ad quod tenetur sub pœna peccati mortalis. Dixi sine causa, quia si esset causa, tenetur obedire ei, & si contemnendo non obedit ei, peccat mortaliter; si vero non facit contemptum, non est peccatũ mortale; nam præceptum obediendi marito non est maius præcepto ecclesiæ, & cum hoc non semper obligat ad mortale; sic nec obedientia mariti, si non est contemptus formalis, aut virtualis, & erit virtualis, si ei non obediat sciens, quod ex eo sequetur discordia in domo.

De amore mutuo inter fratres. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

An frater teneatur relinquere hæreditatem fratribus, num. 1.

An teneãtur fratres dare alimenta fratribus, num. 2.

An patroni bona conscientia possint dare aliquid pro alimentis sorori fundatoris patronatus, quia dixerit, quod ex redditibus eius locentur virgines orphanæ. ibid.

Conclusio est verificata, quod fratres, qui non habent parentes, neque filios, neq; alios hæredes legitimos, & necessarios, vt sunt ascendentes, & descẽdentes, non tenentur relinquere hęreditatem fratribus, aut alijs cõsanguineis, quamuis sint pauperes, nisi sint in extrema necessitate, & pauperie, nam in hoc casu tenẽtur relinquere illis aliquid pro alimentis, si non habent alium consanguineum proximiorem, qui id possit facere, sic tenet Nauarr. cum communi.

2 Nota, quòd frater tenetur dare alimentum fratribus non solum secundum necessitatem naturalem, sed secundum suum statum; quia si est eques, & nobilis, non sufficit dare eis, quod sufficit ad vitam communem plebeij, sed debet dare, dummodo possit, quod est necessarium ad sustentationem sui, vt filij nobilis, quamuis sit naturalis, quia sicut successit patri in hęreditate, sic successit in onere eius: itaque si est filius nobilis, tenetur dare ei, quo possit studere Grãmaticæ, & Rhethoricę: nam hoc petit decentia sui status, quod filij nobilium exerceantur in huiusmodi exercitijs. Et hinc sequitur, quod tutor, aut curator pupilli tenetur sustentare fratres dicti pupilli positos in necessitate, & dare dotes sororibus, cum dos succedat in locum alimentorum, quomodo ad hoc tenetur pupillus, cuius est curator, aut tutor, vt tenet Cord. quem sequitur Lud. Lop. & confirmat quædam lex partitæ. Et eadem obligatione tenentur fratres dare fratribus in necessitate positis, vt defendit quædam glossa quam approbat Sal. & Sylu. Ex quo colligitur responsum ad quendam casum, An quidam ex testamento relictus Commissarius teneatur ad soluendum de bonis suis, cui relicta fuerunt quædam bona, vt ex illorum redditibus locarentur virgines orphanæ institutoris consanguineę, & permisit pietate motus, vt habitaret in domo dicti institutoris quædam eius soror, quæ post mortem fratris inciderat in maximam necessitatem; dicẽdo, quod dictus Commissarius non tenetur ad soluendum fructus quos dicta domus redderet illo tempore, quo vixit dicta soror, & per consequens, qui capiunt rationem a dicto patrono, debent habere

In Man. c.26 nu. 36.in fi.

Cordu. de casibus cõs. q.185. Lop. in instr. negotiau. lib.2. c. 39. p.4. 84.c.2.l. 3. tit.4. p.5.

bere ratam dictam retentionem domus à sorore, illámque approbare bona conscientia; si quidem præsumendum est rationabiliter dictum fundatorem sorori suæ relicturum, si sciret, quod in illam necessitatem esset casura; quoniam tenebatur in hoc casu dare & relinquere illi alimenta, & sic determinarunt Casum principales Doctores Theologiæ Vniuersitatis Salmanticæ.

De amore erga inimicos habendo.
Cap. XVII.

SVMMARIVM.

An qui recepit offensam, teneatur remittere rancorem, & petere veniam ab offensore, concl. 1. num. 1.
An qui accipit iniuriam, possit negare iniurianti beneficia communia, conclu. 2. num. 2.
An quando inimicus petit veniam, teneatur contrarius ostendere illi signa amoris, concl. 3. nu. 3. et si teneatur tractare eum, sicut antea, concl. 4. nu. 4.
An teneatur aliquis alloqui primo inimicum, sciens, quod sic reducetur ab odio, concl. 5. nu. 5.
An possit quis desiderare mortem sui contrarij, concl. 6. nu. 6.
An pater teneatur alloqui filium petentem ab illo veniam, concl. 7. nu. 7.

AD resolutionem huius capitis sit Prima Conclusio. Vnusquisq; homo offensus, & iniuria affectus tenetur deserere odium, & rancorem malum sub pęna peccati mortalis, quamuis, qui fecit iniuriam nolit pęnitere, nec petere veniam. Dixi odium malum, quia bonum non tenetur relinquere; & bonum odium erit, velle, quòd ille qui offendit, castigetur à iudice; immo sæpius tenetur ostendere hoc odium bonum, si intelligit, quod sic conuenit ad salutem spiritualem offensoris, aut ad gloriam Dei, aut ad bonum publicum, & commune, vt dicit Nau. cum communi. Sed circa hoc debent offensi inspicere accurate, & rimari eas circūstantias, ne fallat eos odium, qui inimicos prosequuntur. Et nota, quod non est peccatum simoniæ remittere offensam pro pter aliquod pretium, quoniam in foro exteriori non tenetur quis gratis remittere damna in honore, & fama, aut bonis sequuta ex offensione, & iniuria, vt resoluit Corduba.

2 Secunda Conclusio. Vix potest fieri sine peccato, quod aliquis excludat inimicum à bonis, & beneficijs communibus, & non remaneat aliquid odij in intimo cordis radicatum, vt post D. Thoma tenet Aragon. nam quamuis non teneatur alloqui inimicum supposito, quod ipse non offendit illum, tamen odium semper est absconditum in intimo cordis, propter quod tenetur illum alloqui in casu, quòd alias sequetur scādalum propter eos, qui sciunt inimicitias eorum, vt tenet Ludouic. Lopez, dicens esse opinionem Petri de Soto. & Cord. dicit, quòd potest offensus negare loquelam ei, qui offendit, nisi in casu, quòd offendit illum licitè data causa sufficiente ad offensionem, et si petiuit ab eo veniam secundum qualitatem eius; & si ex negata loquela oritur scādalum, quia putant hoc videntes non cessasse inimicitiam, si tantum huiusmodi signa amicitiæ negantur secreto semel, aut bis inter illos, qui fuerunt inimici, non erit culpa mortalis. Dixi semel, aut bis, quia si negaretur regulariter, & frequenter, esset peccatum mortale.

Cord de casib. cōst. q. 78.

Aragō. 22. q. 25 ar. 5.

Lopez ī monteū cōscientię. ip. 153. col. 408. Libro 1 quæst. q. 27

3 Tertia Conclusio. Quando inimicus petit veniam, contrarius inimicus tenetur ostendere illi signa amoris non solum vniuersalia, sed etiam particularia in quantum fuerint necessaria, vt intelligatur vere esse reconciliatio: hæc opinio est Caietani, quæ secundum Cord. debet limitari, vt non intelligatur, quando offensus ex allocutione offensoris perdit in foro exteriori aliquod ius ad sequendam causam, petēs

recom-

recompensationem iniuriæ, quia in hoc casu potest differre loquelam, cum nõ teneatur ad condonandum illi satisfa-ctionem pro iniuria, quamuis petat veniam, vt dicit Sylu.

Syl. ver. caritas, §.6.

4 Quarta Conclusio. In casu, quod sit probabile, quod alloqui inimicum conciliatum erit occasio rixarum, & aliorum malorum, non tenetur inimicus conuersari cum eo ea familiaritate qua prius, sic tenet Corduba, & Medina. Verum est, quod petente inimico veniam offensus tenetur se ostẽdere illi benignum.

Cordu. vbi sup. Medin. in sum. fo.69.

5 Quinta Conclusio. Quando aliquis sine causa est contemptus ab inimico, & scit quod si eũ alloquitur, prius placabitur eius odium, & non aliter, tenetur illum alloqui prius sub pena peccati mortalis, cum dicat Deus, Conciliare aduersario tuo obuians illi; quod debet intelligi, quando id poterit facere sine suo detrimento, vt dicit Ludouic. Lopez. & sic non tenetur ad hoc aliquis Nobilis, aut Eques, persona ve talis, quã do ex eo amitteret honorẽ suum, & famam, ita vt esset occasio contumeliæ, quasi quod id faceret pusillanimitate victus; est tamen bonum illum monere, vt illud faciat si vult videri magis miles Christi quam mundi. Supradictũ debet intelligi, quando supradictus Nobilis non sentit in corde suo odium, nã si sentit illud, & putat, quod alloquendo inimicum, liberabitur ab odio: tenebitur, quamuis cum aliqua amissione sui honoris ad alloquendum illũ prius, quia vt aliquis liberetur a peccato, omni periculo temporali debet se exponere: & idem est, quando omittit illum alloqui per contemptum notabiliter, ita quod ipse contemptus sit peccatum mortale, quod in illo casu tenetur alloqui.

Lopez vbi sup. col.411.

6 Sexta Conclusio. Qui habet inimicum æque potentem, a quo potest liberari, non licet desiderare mortem illius, nec aliud damnum, nisi tale desiderium ordinetur ad bonum inimici prædicti, aut Reip. ita quod ex eius morte, aut infirmitate vetabuntur multa mala, & ipse videns se afflictum mutabit vitam; si tamen inimicus est tam potens, quod ab eo probabiliter non potest liberari nisi cum magno periculo suæ vitæ, licitum est desiderare mortem illius, aut aliud malum, si intelligat esse remedium necessarium ad sui defensionem; nam licitum est cuicunque defendere se meliori modo quam possit: & idem debet dici de illo, qui vult vsurpare bona aliena, a cuius tyrannide non potest liberari aliter; vt si aliquis litigat cum aliquo Principe potenti, qui habet iudices in manu sua, & litigant de aliquo magno statu, & timet iniustam sententiam, licitum erit desiderare illius mortem, aut alia mala necessaria ad sui defensionẽ: sic tenet Arag. quod intelligitur dummodo tale desiderium non procedat ab odio, nec procuret illi mortem.

Arago. 22.q.11. art.9. p. 628. col. 1.

7 Septima Conclusio. Quando pater est offensus à filio, si filius petat veniam, sufficit illi condonare absque eo quod pater ostendat illi signa amoris, ad quæ non tenetur, cum potius posset illum castigare; & sic videmus, quod Dauid pepercit filio suo Absalon addens, ꝙ non videret faciem suam; & idem debet dici, quando vxor committit aliquod graue crimen contra maritum, aut frater contra fratrem maiorem, dummodo absit odium; vnde sequitur, quod si pater negat loquelam per multos annos aut semper filio suo, non debet absolui: nam negare illam hoc modo, procedere videtur ab animo nimis irato, & inordinato, & non ordinato ad emendationem filij, quæ imponitur pro supplicio: & idem debet dici, quando pater non visitat filium in aliquo infortunio, aut infirmitate positum, aut in aliquo magno festo, & hilaritate congratulando illi, quoniam in hoc casu sequitur graue scandalum, vt tenet Cord. & Medina.

2. Regũ 4.

De

De contractu rei locatæ, & conductæ. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 AD perfectam intelligentiam eius, quod in hoc capite, & sequentibus debet de hac materia tractari, notandum est, quod iste cõtractus nihil aliud est, quam concessio quædam alicuius rei ad vsum eius pro certa pecunia, & precio percipiendo: & sic percipere in locatum nihil aliud est, quam recipere rem in vsum soluendo pro eo aliquam pensionem: sic tractatur in quadam lege Iuris Ciuilis. Et natura huius contractus est, vt proprietas, & dominium rei locatæ non transferatur in locatarium, sed solum vsus: hoc supposito ad resolutionem propositi ponuntur aliquot conclusiones. (Leg. 1. ff. locati.)

2 Prima Conclusio. Omnes res, quæ possunt vendi, possunt etiam locari, sic tenent omnes Iuristæ, qui declarant, quomodo debeant intelligi. (In l. localia, ff. locat.)

3 Secunda Conclusio. Loquendo de pecunia quantum ad eius principalem vsum, qui est expendere eam in cõmutationibus, non est licitum locare illam, nec recipere pro ea pretium; nam esset vsura palliata, cum hoc realiter, & vere non sit aliud quam contractus mutui, cuius respectu bona conscientia non potest pretendi interesse.

4 Tertia Conclusio. Si consideratur pecunia quantum ad vsum secũdum, qui est sustentatio, & pompa possidentis, aut ad ponendam eam loco pignoris, licitum est locare eam cum obligatione dandi aliquid pro eius vsu, dummodo non sit fraus, nec dolus, quando fit contractus: erit autem fraus, & dolus, quando, qui recipit, tenetur ad casum fortuitum eius; nam hoc esset ire contra naturam dicti contractus, in quo dominium semper remanet apud illum, qui locauit, & per consequens casus fortuitus se tenet pro eo, saluo si in dicto casu fortuito fuit lata culpa, & praua pro parte eius, qui recepit dictam rẽ locatam; nam tunc damnum stabit pro illo; & sic in hoc differt iste contractus a contractu emptionis, & venditionis, nam in venditione non solum res quantum ad vsum, sed etiam quantum ad proprietatem, & dominiũ trãsfertur in illum, qui emit, & per consequens omnis casus fortuitus, aut periculum ipsius. Conclusio ista est Diui Thomæ, & secundum eam debet intelligi; quod dicit quidam modernus vocatus Gratia in libro quem fecit de contractibus. Et hinc infertur, quod potest locari alicui Equiti aliqua summa pecuniæ ad sui sustentationem, & pro expensis obseruando conditiones supradictas. (D. Tho. 2.2.q.78 art. 1. ad 6. Gratia. de cõtr. li. 1. p. 2)

5 Quarta Conclusio. Locatio facta de redditibus Ecclesiæ, vt sunt redditus beneficiorum, & decimarum non potest fieri, nisi ad spacium trium annorum, & si ad plus fit, erit irrita, & nullius valoris; quod est verum, vt dicunt Corduba, & Couarruuias, in prouintijs vbi est recepta extrauagãs, *Ambitiosæ*, quæ id disponit; nam si non est vsu recepta, non valet, vt affirmat Nauarrus cum (Cord. de casibus consciẽ. q. 3. Cou. li. 2. var. c. 26. n. 2.)

Caietan.

Extrauagan. Ambitiosæ, de reb. eccl. nō alien. Nau. in Man. ca. 27. nu. 150.

Caietan. qui dicit non fuisse receptam in Regnis Portugalliæ quantum ad locationem trium annorum; sæpe enim fit locatio ad quatuor annos, & dicit amplius credere illam esse receptam in paucis locis, quantum ad pœnas extrinsecas excommunicationis; quamuis putet esse receptam in multis, quātum ad dispositionem principalem ipsorum trium annorum, in quibus locis sunt irritæ, & nullæ locationes factæ ad plus spatij; & sic dicit se iudicasse Salmanticæ, quando pronunciauit nullā quandam locationem factam ad maius spatium, & quod clericus, qui ipsam fecit celebrans nō incurrit irregularitatem, cum non esset excommunicatus: & sic Confessores debent interrogare iudices Ecclesiasticos, qualiter est in vsu dicta extrauagans, ne faciant pœnitentes huc illucque agitari. Et nota, quod Concil. Tridentinum dicens, quod irritentur locationes rerum ecclesiasticarum factæ ad longum tempus, nō reuocat dictam extrauagantem, in qua fiunt irritæ locationes factæ ad plus quam tres annos, quoniam Concil. loquitur de locationibus factis triginta annis antea per prælatos Ecclesiasticos contra Canones sacros in damnum Ecclesiæ, & sic non est expresse contrarium eius, quod decretum est in dicta extrauaganti; quoniam lex disponens, quod locationes factæ ad longum tempus in damnum ecclesiæ contra Sacros Canones sint irritæ, non irritat dictas locationes; & sic tenet Nauarrus, quem sequitur Ludouicus Lopez. Et nota, quod fructus beneficiorum non possunt locari, nisi ad tres annos secūdum dictam extrauagantem, quæ etiam habet locum in illis cū sit recepta; sic dicit Io. Gutierez. Nota etiam ex Concil. Tridentino: quod nullæ locationes factæ de beneficijs cum solutione præcedente in damnum prælatorum successorum valent nec in Curia Romana, nec extra, ad quod reuocat omnia priuilegia in contrarium. Item nota, quod dictū Cōcilium prohibet locationem cuiuscunque facultatis nominandi, aut deputādi vicarios in spiritualibus prohibendo ipsos locatarios, ne per se vel per alium similis res intereat. Nota vltimo, quod dictæ extrauagans. *Ambitiosæ*, non habet locum in ordinibus mendicātium, in quibus propter sua antiqua priuilegia vltra dictos tres annos est consuetudo locare suas possessiones, fundos, & montes, quarum rerum locationes factæ a prælatis dictorum ordinum valent, nisi Capitulum Generale, aut Prouinciale proximum nollet consentire, vt ordinauit Leo Decimus in Conc. Lateranensi.

Cōc. Tr. sess. 25. c. 11.

Nau. vbi supra. Lopez ob neg. li. 2. c. 14 pa. 398. col. 1. Guttier. ī can. c. 8. nu. 14 Cōc. Tr. sess. 25. ca.

6 Quinta Conclusio. Licitum est locatario locare alijs rem quam ipse accepit locatam, quod intelligitur, nisi fuerit pactum in contrarium, aut si ex hac secunda locatione sequitur aliquod graue præiudicium alicui; item si locat domum quam ipse acceperat alicui persona inhonestæ, aut amenti, ac nisi etiam socij locatarij nolint, quod ipse locet suam partem alteri contra ipsorum voluntatem; nam tunc illicitum erit, vt dicunt Doctores communiter cum Nauarro. Nau. in ca. inter electos, de fide instr.

7 Septima Conclusio. Domus, quæ est sita apud aliquem magistrum Grammaticæ, aut qui docet legere, & scribere, non potest locari fabro ferrario, aut alteri lectori simili, quoniam perturbarentur vocibus, & rumore nimio confunderentur, & sic impediretur finis prædictæ Doctrinæ. Vnde sequitur, quod magister, qui prius habet domū in illo loco, potest expellere de nouo venientem Magistrum ratione disconuenientis, vt tenet Bart. & est veritas notissima Iure Ciuili, & Canon. debet tamen notari relinqui arbitrio iudicis iudicare, qui istorum debet expelli, consideratis circunstantijs, & æquitate, præferri enim debet, qui est magis necessarius ad bonum commune ciuitatis. Bart. in l. 1. ff. soluto matrim.

De

De iustificatione contractus locationis. Cap. XIX.

SVMMARIVM.

An sit licitum locare terras quindecim mensurarum seminaturæ pro triginta mensuris quindecim ordei, & quindecim frumenti pro singulis annis, concl. 1. num. 1.

An licitum sit mercenario obligare se ad metiendum eo tempore, quo fiet messis cum pacto anticipatæ solutionis, concl. 2. num. 2.

An sit licitus contractus locationis animalium, in quo interuenit pretium iniustum, & pactum de casu fortuito in dānum conducentis, concl. 3. nu. 3.

An sit licitum locare animalia pro iusto pretio cum conditione reddendi alia animalia eiusdem ætatis, ac erant illo tempore, quo fuerunt locata, Conclu. 4. num. 4.

An sit licitum emere ab alio aliqua animalia quæ scit ipsum non habere, & postea, item de nouo locare illa pro certa pensione concl. 5. num. 5.

An sit licitum locare mullum, seu equum à meridie vsque ad serum, & accipere integram mercedem, concl. 6. num. 6.

An qui locat mulum, vel equum ad multos dies, possit recipere mercedem pro illis diebus, in quibus talis equus non fecit iter, concl 7. nu. 7.

An qui locat mullum, aut equum debeat emere soleas ferreas pro itinere necessarias, concl. 8. nu 8.

1 PRima Conclusio. Licitus erit contractus locationis prædij, quo quis accipit quindecim mensuras seminaturæ pro triginta mensuris, quindecim ordei, & quindecim frumenti, dummodo dominus prædij fecerit experientiā, quod dictum prædium soluat prædictas triginta mensuras demptis impensis solicitudine, & labore qui debebat sustineri vsque ad collectionem dicti fructus. Debet etiam considerari, quod non singulis annis respondent prædia eodem modo, ita vt aliquando accidat non posse colligi ipsum semen, & impensas, maxime si colantur singulis annis; & factis hisce considerationibus licitus erit contractus, quas si non fecerit, erit illicitus, & iniustus, cum constet esse notabiliter in præiudicium ipsius locatarij, vt notat Cord. si tamen huic contractui addatur alius, in quo dominus tribuat colono vnum par boum, aut tot ducatos pro illorum emptione ad colendum dictum prædium, pro quo teneretur soluere plusquam viginti mensuras, dimidium frumenti, & dimidium ordei pro singulis annis per spatium octo annorum, & non amplius, & dicti boues remanerent apud ipsum colonum, aut valor illorum, talis contractus quantum ad hoc esset illicitus, quoniam par boum, aut eorum valor, nempe sexdecim ducati, vt supponitur non est iustum precium dictarum centum, & sexaginta mensurarū, quas colonus tenetur dare in illo spatio octo annorum, quæ valent plus, & sic ista esset vsura non solum palliata, sed clara; tanto magis si dominus dedit boues sanos, & statim, aut parum post mortui sunt, nam cum fuerit cōtractus venditionis, & statim translatum sit dominium in colonum; cum perierint, ipsi valebant multo minus; sic dicit Corduba, quem sequitur Ludouicus Lopez.

Cord. & cas. cons. q. 95.

Cord. vbi sup. Lopez ī instr. negantiū, l. 2. c. 24

2 Secunda Conclusio. Licitus est contractus ordinarius Hispaniæ, in quo mercenarij obligantur metere prædia alicuius in Augusto pro illo pretio, pro quo alij eo tempore laborauerint, dum modo illis statim soluatur merces, aut pars illius. Quod intelligitur nisi in casu, quo prædicti mercenarij petunt nummos ab aliquo homine, cum quo nec tunc, nec vnquam habebant animum contrahendi, quos & ipse nolit dare, nisi hac conditione, quod denuo obligentur, in hoc enim casu esset vsura, quę non committeretur, si apertè diceret, illis nolle se dare prædictos nummos

mos mutuo, sed in partem pretij conductionis.

3 Tertia Conclusio. Illicitus est contractus locationis, in quo locantur mulli, boues, aut alia animalia cum pensione iniusta, aut in quo astringitur locatarius soluere locationem diebus, in quibus non laborant absque propria culpa ratione alicuius casus fortuiti, qui accidat ei, aut animalibus, aut si compellitur soluere pretium illorum, quæ moriantur apud illum; nam hoc totum debet currere in damnum veri domini animalium, & non locatarij; & sic iste contractus erit vsurarius, vt dicit Gabriel. & Rosella; non erit autem vsura, si colonus, qui accipit dicta animalia pepigit cum locatore, quod periculum, aut damnum currat pro ambobus facta tamen debita diminutione pensionis, seu mercedis, nam sine illa esset etiam iniustus contractus, & quamuis Dominus habeat in animo diminuendi de pretio, quod fuerit secutum de damno, quamuis in contractu non exprimit, vt colonus timore damni melius se gerat in tractatione, & gubernatione animalium: & nihilominus Dominus peccat mortaliter; quia illi, quibus ignota est eius intentio, scandalizantur ex notitia huius contractus, tanto magis quòd potest mori absque declaratione talis animi; & sic ipse, aut hæredes possunt molestare prędictum colonum, sic dicit Nauar. Verum est, quòd non erit peccatum vsuræ, postquam ipse non habuit animum habendi illum excessum.

Gabr. i 4. d. 15. q. 2. ar. 3 dub 2. Rosella ver. vsura, para gr. 1. 3.

Nau. c. 17. n. 26

4 Quarta Conclusio. Illicitum est locare alteri animalia ad colenda prædia pro certo iusto pretio, hac tamen conditione, quod reddantur alia animalia pro ijs eiusdem ætatis, quam habebant ista conducta tempore conductionis; nam iste est contractus de renouatione; & idem est, ac dicere, Petre accipe hæc animalia mutuata, vt postea reddas mihi alia meliora, & maioris valoris; sic dicit Sotus, & Medina Complut. & Anglef. Hinc sequitur esse illicitum contractum (vt mihi dicitur) multum vsitatum in noua Hispania, vbi datur in locatum pastoribus grex ouium hac conditione, quod si defecerint oues, numerus debeat suppleri cum nouis agnis nascituris; quoniam non possunt locari oues cum pacto quod reddātur integræ, & sanæ; quia cum eius dominium remaneat apud dominū, ad eundem debet pertinere damnum, & imminutio gregis: sic tenet Medina in sua Summa, quòd ego iudico verum, nisi in casu, quòd dictum damnum pastoribus recompēsetur in stipendio, quod deberent remittere pastores, si non esset secutum damnum.

Sotus l. 6. de iusti. q. 1. ar 4. Med de restit. q. 38 Angl. & vsura, rō. ēem ptionis ar. 3. dif ficul. 4. Medina in sum. p. 149.

5 Quinta Conclusio. Iniustitiam, ac peccatum vsuræ committit ille, qui emit ab alio animalia, quæ scit ab illo non haberi, & post emptionem factam locat eas illimet pro certa pensione soluenda, nam hic recepit pensionem vere, quam certo scit non esse. Verum est, quod si iste crederet probabiliter talem hominem habere dicta animalia, quod tunc non tenetur ad restitutionem eius, quod expendit bona fide; quamuis postea cognouit veritatem; nec ad restitutionem eius, quod non expendit, sed ad restitutionem eius, quod remanet, & cum quo factus est diues, in casu, quo emisset dicta animalia ab alio, si ille non offerret dicta animalia, & sic propter suum interesse potest secure ferre suam pensionem, vt dicit Nauar. qui affirmat esse hanc opinionem Ang. & Sylu.

Nau. ca. 17. nu. 230.

6 Sexta Conclusio. Iniustitia est locare mullas, seu equos à meridie solum in sero, & velle totam mercedem diei, sicut & est iniustitia mercenarij velle pro dimidio diei totam mercedem integram diei, nec consuetudo excusat ab hoc peccato. Verum est, quod non erit peccatum, si culpa conductoris factum fuit, quominus tota die laborarent, aut si idem dat illis voluntarie totam mercedem integram.

7 Septima Conclusio. Qui locat mullam,

lam, aut equum per multos menses, aut dies ad longum aliquod iter, non potest recuperare mercedem pro diebus, quibus dicta mulla, aut equus quiescit, vt melius possit ferre longitudinem, & laborem itineris, quod relinquitur arbitrio boni viri; & hoc debet intelligi, nisi in pensione aliorum dierum diminuitur pensio pro diebus quietis necessarijs, sic tenet Fr. Ludou. Lopez.

Lop. mini. neg. l.1 c.25. pa. 407. col. 1.

8 Octaua Conclusio. Mulla, aut equus locatus ad breue iter, si eget soleis debet eas ponere dominus talis bestiæ, nã esset manifestum damnum conductoris, quod ad iter trium dierum deberet ponere ipse res necessarias itineris nisi de salario, aut mercede resumeretur illa impensa; verum est, quod si iter est longũ, secus se res habet; nam tunc certum est non posse ijsdem inet soleis iter finiri, vnde ad viatorem pertinet eas ponere, postquam sic conduxit mullam, aut equum absque alia conditione: sic sentit Fr. Ludou. Lopez cum Gratiano.

De precijs locationis, & conductionis. Cap. XX.

SVMMARIVM.

An qui non potest vti re locata propter culpam domini, teneatur ad pensionem locati concl. 1. nu. 1.

An vxor mortuo marito teneatur soluere locationem, quã fecit maritus, cõc. 2. n. 2

An qui conducit domum, si exit ab illa ante tempus, teneatur ad totum pretiũ anni, concl. 3. nu. 3.

An dominus possit bona conscientia accipere totum pretium domus locatæ, quã deserit locatarius in medio anni tempore sciens dominus, quod iterum potest illam locare, concl. 4 nu. 4.

An possit dominus domus, ante tempus eijcere à domo locatarium, concl. 5. nu. 5.

Ad quid teneatur operarius, qui promittit laborare cum aliquo per tot dies, si non adimpleat promissum. conc. 6. nu. 6.

An operario non adimplenti promissum laborandi ob casum fortuitum debeatur stipendium à domino, conc. 7. num. 7.

An possit famulus petere totum salarium ab hero, qui illum eiecit à domo ante annum pactum ab illis, concl. 8 nu. 8.

An famulus, qui promisit seruire per annum, poterit petere totum stipendium temporis, quo ægrotauerit. concl. 9. nu. 9.

An famulus, qui pepigit seruire per annum possit petere dimidiam partem, si terminauit hiemali tempore, concl. 10. num. 10.

1 PRima Conclusio. Qui accipit aliquam rem in locatum, qua non potest postea vti culpa domini, tunc dominus tenetur ad totum interesse, vt disponit ius. Vnde sequitur, quod si dominus rei culpa sua, aut propter aliquẽ casum fortuitum am sit rem, tenetur ad remissionem partis, qua non potuit frui locator. Verum est, quod non tenetur soluere ei interesse lucri cessantis, aut damni emergentis, quod illi euenit ex eo, quod fuit vsus dicta re locata, vt dicit Nauar.

Nau. in Man. ca. 17. nu. 287.

Secunda Conclusio. Quãdo maritus cepit in locatum aliquam rem aut prædia, & mortuus est ante tempus finitũ locationis rei, vxor aut eius heredes tenentur soluere, & habere dictam rem locatam per illud tempus, quod deest, si volunt frui parte illa, quæ euenerat ante mortem mariti durante matrimonio; nam quamuis solutio fiat soluto matrimonio, sufficit tamen ad dictum quod fiant de bonis communibus ipsi matrimonio secundum eius legem, in quo damna, & vtilitates debent esse cõmunia inter maritum, & vxorem, vt resoluit Guttier.

3 Tertia Conclusio. Si quis conducens domum ante tempus discedit ab ea, tenetur ad integram solutionem, nec tenetur dñs rei locatæ remittere illi aliqd de pensione: cuius cõtrariũ dicendũ est, si discedit forte propter pestem, aut aliqua alia vrgenti causa astrictus, nam in hoc casu debet dominus remittere pensionem

sionem pro rata temporis; immo, quãuis necessitas non sit tam vrgens, vt supradicta, si dominus potest eijcere de domo sua ante tempus contractum locatarium propter aliquam necessitatem, quare locatarius eadem aut simili necessitate non poterit relinquere domum, vt explicatur a Nauarro esse decretum per ius canonicum? Et nota, quod qui accipit domum, in qua inuenit, aut sentit esse phantasmata, terræmotus, aliasvè vmbras horribiles, non potest compelli ad solutionem locationis; sed possunt libere relinquere eam, solum quod tenebuntur ad tempus quo habitauerunt in illa, vt tenet Couarr. dicens sic fuisse decisum in Concilio Granaten.

c. propter §.1 de loc. Nau. vbi sup. nu.193. & 194.

Cou. li. 4. var. c. 6.

4 Quarta Conclusio. Volente domino domus locatæ accipere illam a locatore, qui deserit eam nulla de causa, sed quod sic conuenit inter eos quia dominus habet alium conductorem, non potest licite recipere totum stipendium anni, sed solum pro rata temporis, & damnum, quod interuenit, & laborem, quem adhibuit in quæsitione alius locatarij.

5 Quinta Conclusio. Dominus domus potest eijcere a domo locata locatariũ, in quinque casibus, idest, quando locatio facta est per nimium tempus, vtpotè per quinque annos, vt sentit Nauar. quod debet intelligi si non respondet cum solutione pensionis, quæ mora in soluendo relinquitur arbitrio boni viri.

Nau. vbi sup. nu.193.

Secundus, quando domino domus superuenerit aliqua necessitas eius, vt dixi sup.

Tertius, quando qui habitat domũ, recipit in ea mulieres prauæ famæ, & vitæ, quamuis ex eo nihil damni domino, nec domui eueniat.

Quartus, quando domum dãnificat.

Quintus, quando iurat solut urũ pensionem, & non adimplet etiam in spatio vnius anni, vt Imola docet.

Consil. 126.

6 Sexta Concl. Si operarius, qui promisit operari cum aliquo per 10. dies, non adimplet promissum propria culpa, vltra peccatum tenetur ad dãmna, quæ inde sequuta sunt, vt determinat ius ciuile, & tenet Nauar. & Fr. Ludou. Lopez. Dixi, *propria culpa*, quoniam si casus fuit fortuitus, non tenetur ad dãna. Verum est, quod non potest recipere plus stipendij quam pro tempore quo operatus est; nec operarius dictus soluere illi interesse, quod amisit ratione suæ moræ, quod supponitur nõ fuisse ipsum in causa; sic definit ius.

l. fin. ff. ad l. Rodr. Nau. vbi sup. nu.197.

7 Septima Conclusio. Quando operarius promissum nõ adimpleuit ratione alicuius rei aut casus, qui euenit illi, cũ quo pepigerat, in foro conscientiæ tenetur dominus ad stipendium soluẽdum tali operario, quoniam, si cum hoc non pepigisset, supponit ius, quod inueniret alium, cum quo posset operari, quia si detur casus, quod non esset futurus alius, non teneretur vt dicit Syl. nisi ad tale seruitium faciendum parauit se, & fecit aliquas impensas, quod in hoc casu poterit petere damna.

L. si vno § cũ qui dam, ff. loca ti.

Syl. verbo loc. q.12.

8 Octaua Conclusio. Si famulus qui tenetur seruire per annum, eiectus est, ante tempus, potest petere stipendium integrum, vt definiunt doctores. Quod intelligendum est, nisi missus sit ab hero propter causam legitimam, vt docet Didacus Perezius.

Perez l. 1 lit. a. l.1.

9 Nona Conclus. Famulus, qui pepigit per annum, si non possit adimplere propter infirmitatẽ, quæ euenit, finito anno, non tenetur ad tempus, quo ęgrotauit, sic dicit Didacus Perez. Verum est, quod dominus non tenetur ad solutionem, nisi pro tẽpore, quo seruiuit cõputando etiam expensas, quas fecit in ęgritudine, quæ fuerint magni momẽti, secus de paruis impensis, vt dicit Bartol.

Bart. in l. si dote § si autem.

10 Decima Concl. Famulus qui pepigit seruire per annum alicui agricolæ; si postea nõ seruiuit ei, nisi per dimidium anni, & hæc fuit pars hiemalis, non potest pro illa medietate hiemali habere medietatem stipendij promissi, quoniã labor hiemis non est æqualis labori æstatis, & veris, in quo colliguntur fructus; & hinc sequitur quod si contrario

Lop. in insi.cōl. 2.p.c.6. & c.59. seruiuit in medietate æstatis debet illi aliquid amplius dari, quam sit medietas stipendij, quod relinquitur arbitrio boni viri, vt docet Frater Ludou. Lopez.

De diminutione facienda pro sterilitate, aut fertilitate temporis, aut propter alias causas emergentes, in pretijs locati.
Cap. XXI.

SVMMARIVM.

An locans teneatur diminuere, & remittere de pēsione si superuenerit sterilitas, conclusio prima, nu.1.

An fructus locationum debeant augeri propter aliquam fertilitatem magnam, conclusio secunda, nu.2.

An pistor, qui se obligauit parare panem familiæ N. crescente illa familia possit petere augmentum salarij, seu stipendij, conclusio.3.num.3.

PRima Conclusio. Si superuenerit aliqua sterilitas notabilis sine culpa locatarij, tenetur dominus prædiorum remittere de pensione pro rata damni, nisi in casu, quod prædictum damnum possit compensari cum fertilitate anni præteriti, aut futuri, sic est diffinitum in iure canonico, & notat Nauar. Quando autem dicatur magna sterilitas relinquitur arbitrio boni viri, & experti in huiusmodi rebus. Et nota quod si in aliquo prædio herba subcrescens, & zizania fuerunt in causa subfocationis seminis, quod non debet imputari sterilitati, sed pigritiæ, & incuriæ ipsius coloni, qui debebat expurgare dictum prędium, sicut nec quando fructus iam collecti pereunt in arca propter negligentiam colonorum, sic tenet post Syluestr. Nauarr. quem sequitur communis.

cap. propter de locat. Nau. vbi supr. nu. 289.

Nauar. vbi sup. nu. 290.

2 Secunda Conclusio. Si propter fertilitatem, aut aliā causam fructus prædij nimis creuerunt, pensioni debet etiam aliquid addi; ratio est, quod si propter sterilitatem debet minui, quare nō etiam propter fertilitatem augebitur? Sic tenet Syluester, si tamen hoc fuit propter industriam locatarij, non debet augeri pensio, ratio est, quod sterilitas propter negligentiam non minuit, vt dictum est supra: ergo neque fertilitas propter industriam debet augere. Et idem debet dici, quando fructus sunt multi propter fœcunditatem prædij locati, quoniam ista fertilitas nō est fortuita, sed cognita a locatario, qui sciebat illud prædium esse fœcundum & idem debet etiam dici, quando creuit pretium fructuum, quamuis fuerint pauci, vt docet Gratianus.

Silu. verbo locati.q.14.

Grat. li. 2. de cōtra.c.46

3 Tertia Conclusio. Pistor, qui se astrinxit pro certo stipendio ad dādum panem coctum familiæ alicuius, quę v.g. constabat decem personis, si crescat numerus psonarū licite poterit petere argumentū stipēdij, sicut econtrario si diminuatur numerus, p̄t ēt diminui stipendium. Si tamen numerus personarum erat determinatus, vt accidit in conuentibus fratrum religiosorum nō augebitur neque minuetur pro augmēto fratrum, aut minutione, quod intelligitur, nisi notabiliter augeatur, aut diminuatur, vt post Abbatem tradit Frater Ludou. Lop.

Li.2 instr. nego.c.26

Ad quid teneatur accipiens rem in locationem, si pereat eius culpa.
Cap. XXII.

SVMMARIVM.

Quod sint tres modi, seu differentiæ culpæ, scilicet lata, leuis, & leuissima, nu.1.

Quid sit dolus.nu.2.

An operarij, aut alij artifices mechanici teneantur ad restitutionem damni, quod euenit eorum leui culpa in rebus, quas assumpserunt ad faciendum, conclus.1. num. 3.

An mulla aut equus locatus debeat perire domino eius, concl 2.nu.4.

An mulla seu equus, qui fugit, pereat domino, qui misit cum illo famulum, cui viator tradit illum itinere confecto, cōclus.3.num.5.

Ad

Ad quid teneatur ille, qui dat in locationem dolia, seu cados, quos scit esse infectos, concl. 4. nu. 6.

In quibus casibus imputatur casus fortuitus habenti rem locatam, conclus. 5 numero 7.

Si renuncians aliquibus casibus fortuitis videatur renunciare alijs maioribus, ibidem.

AD perfectam explicationem propositi debet notari tres esse species, seu differentias culpæ. Prima est lata, quam homines multum negligentes communiter solent committere, vt si aliquis librum mutuo ei datum desereret apud ostium apertum, & aliquis surriperet. Alia est leuis, in quã solet incidere homo mediocriter diligens, vt si prædictum librum quis sinat in camera sua, ostio aperto, & domo stante sine custodia. Tertia est leuissima, quæ inuenitur etiam in homine diligẽtissimo sæpius, vt si occlusit quidem ianuam, sed non inspexit, an esset rectè pessulis firmata; sic explicat Medina in sua summa, Nauar. ponit alia exempla pro horum intelligentia.

Med. in sum. fol. 1561.

2 Secundo notato amplius, quod dolus nihil aliud est, nisi quædam machinatio in facto, aut verbo, ordinata ad fallendum alterum, vt explicat Nauar. cum alijs.

Nau. vbi sup. nu. 178.
Nau. vbi sup. nu. 177.

Nota etiam casum fortuitum esse illum, qui accidit sine culpa alicuius, & sine dolo, vt sunt fulgura, grando, glacies, terræmotus, & latronum insultus.

Hoc supposito expedit resoluere, quæ tanguntur in hoc capite quantum pertinet ad forum interius conscientiæ, quod est institutum nostrum, relinquẽdo forum exterius litigantibus.

3 Prima Conclusio. In contractu locationis, aut conductionis, qui obligant se aliqua pensione, aut mercede ad faciendum aliquod opus, vt sunt operarij, & artifices mechanici tenentur in foro cõscientiæ ad damnum, quod eorum leui culpa euenit; hanc concl. contra Sylu. tenet Nau. & probat, ꝙ quãdo contractus, qui celebratur, sit in fauorẽ amborũ contrahentium, vnusquisq; tenetur ad damnũ, ꝙ eius culpa lata, vel leui sequutum sit, non tñ si venit culpa leuissima: quam opinionẽ tenet ẽt Medina, & Ludou. Lopez. Quod probatur, quia ratio naturalis dictat, ꝙ ad plus tenẽatur contrahentes in cõtractu ambobus fauorabili, vt est iste contractus locationis, quã in contractu, qui fit in fauorem vnius partis solum, vt in contractu depositi accidit, propter quod quãuis in contractu depositi solum teneatur (regulariter loquendo) depositatius ad damnum quod eius lata culpa euenit, sequitur quod in contractu locationis teneatur vnusquisq; ad dãnũ, quod euenit non solum lata culpa illius, sed etiam leui; & erit leuis culpa, quomodo erit venialis, quãuis non sit mortalis. Hinc infertur, quod operarij, vt artifices mechanici, qui recipiunt aliquã rem faciendam pro certa mercede, aut mercedem pro singulis diebus, tenẽtur ad restitutionem damni euenientis eorum culpa leui, quamuis non sit mortalis, vt dicunt Doctores allagati.

4 Secunda Conclusio. Qui conduxit mulam aut equũ ad quatuor dies Salmantica vsq; Pintiam, & accelerãs iter cõfecit iter in duobus, si moriatur illud animal, quãuis in foro exteriori teneatur soluere illud propter præsũptionẽ, tñ i foro interiori, quia nõ fuit mortuũ eius culpa leui, aut alia fraude, nõ teneτor; ratio est, quia quamuis verum sit, ꝙ deceperit herũ dicens se locare ad quatuor dies, tñ reuera duo dies sufficiunt ad prædictum iter conficiendum, dummodo detur prædictæ mulę, aut equo necessarius victus, & quies, vt tenet Medina; quod debet intelligi, vt dicit Lud. Lopez. nisi dominus eius locauit eam hac conditione putans iturum in dictis quatuor diebus, & sic dedit eam quam alias non daret, quod erat ex alio itinere defessa, quod probat quia hic est dolus, & culpa contra pactum.

Vbi sup. fol. 157.
Lopez. min. negotiã. l. 2. c. 27. p. 419. c. 2.

5 Tertia Conclusio. Si dominus mulæ, aut equi mittit cum eo famulum ad

eius custodiam, tunc qui vtitur eo, non tenetur eum custodire; si tamen insimul conduxit etiam famulum, tunc nō excusatur, quia tradat illam ei confecto itinere, post quam traditionem, si amittatur, aut fugiat, peribit domino, & non venienti, vt dicunt omnes Doctores communiter: cui debet addi, quòd qui remisit mulam aut equum ad dominū eius per nuntium fidelem, & qui pro tali habebatur, si postea fugiat cum ea, in foro conscientiæ non tenetur ad solutionem; quia hic non fuit dolus, nec culpa leuis, postquam ille reputabatur communiter fidelis.

6 Quarta Conclusio. Qui dat in locatum aliquam rem vitiosam, vt dolium, aut cadum, quam sciebat esse infectā, vt quia tenuerat acetum, aut quid simile, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem damni, si tamen ignorat vitium, & protestatur non esse in tali re vitium, quod si sciret esse, doleret de illo; tunc non tenetur in foro interiori ad illa damna, sic tenent post Sylu. Angelus, & Nau. Hinc infertur, quod qui locat aliqua prata herbosa ignorans esse aliquam herbam mortiferam, non tenetur ad damnum sequutum in armentis locatarij.

Nau. vbi sup. nu. 196.

7 Quarta Conclusio. Casus fortuitus non imputatur ei, qui habet rem nisi in tribus casibus. Primus, quando euenit casus fortuitus ex aliqua præcedente culpa, quamuis leui, vt si aliquis ducit mulam Salmantica Barcinonam vsque, quam non locauerat, nisi Cæsaraugustam iturus, quem in Regno Cataluniæ expoliauerunt latrones, surripueruntque mulam. Secundus, quando res perijt in potestate conducentis propter moram quam fecit in reddenda re domino suo, vt si aliquis teneret domi mulam locatam, qua iam vsus est, & morante ipso reddere, cecidit domus, & occidit mulam.

Tertius, quando contractus est factus cum hac conditione, si fuit licitum illum facere, quod scilicet non habeatur ratio casus fortuiti.

Ad cuius meliorem intelligentiam debet notari, quod qui renunciat casibus fortuitis dicens in contractu quòd renunciat alijs similibus, si accidant casus maiores, non videtur illi renunciasse, vt colligitur ex iure, & tenet Innocentius dicens, quod hoc non solū procedit in rebus odiosis, sed etiam in fauorabilibus. Quod est in tantum verū, quod quamuis clausula generalis renunciatoria sit iuramento confirmata, nihilominus non obligat, nisi secūdum intentionem iurantis, vt colligitur aperte ex iure Canonico.

De ieiunio quoad eius definitionem, diuisionem, & obligationem. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 AD declarationem huius materiæ notandum est, quod ieiunium est obseruantia ecclesiastica, qua iubetur non manducare, nisi semel in die hora conuenienti non manducando oua, carnes, nec lac, nec alia, quæ ex his fiũt. Dicitur obseruantia ecclesiastica ieiunium, quod quamuis à iure diuino sit introductum ieiunium, ecclesia tamen signauit tempus, quod debeat exerceri. Dixi, *non mãducare nisi semel in die hora cõuenie.i*, quia non præterit hoc præceptũ, q̃ via necessitatis, & medicinæ mãducat aliquid: neque coqui probantes cibos, quamuis sint ex carnibus; verum est, quod rumpunt ieiunium naturale, quòd requiritur ad communionem; neque rumpunt ieiunium, qui semel manducantes nimis manducant, cum Caiet. tenet Couarruuias; transgreditur tamen istud præceptum, qui interdum ad bibendum sumit aliquid prius cibi, quamuis id faciat vrbanitatis ratione, quia est ab aliquo inuitatus; nam vera vrbanitas Christiani est obseruare præcepta Christi, & Ecclesiæ, quicquid dicat Medina in sua Summa. Notetur vlterius, quòd si aliquis manducat sæpe in die, non ideo facit plura peccata, sed vnum solũ quod committit, quando manducat secundo post prandiũ principale, nam præceptum Ecclesiæ solum est, non comedere nisi semel in die; & sic statim, ac transit illam vicem, peccat; etsi plus manducat, non peccat, & hoc videtur mihi verius quam contrarium, quòd tenet Couarr. Verumtamẽ erit contrarium in pręcepto non comedendi carnes in diebus prohibitis, nam in hoc præcepto sine respectu ad aliud iubetur abstinendum à carnibus, sicut iubetur non furandum, & ideo, quoties quis comedit carnes, toties peccat, sicut peccat toties, quoties committit furtum. Quod intelligitur in diebus ieiunij Ecclesiæ, aut regulæ, sed non in ieiunijs voti, nam in his debet inspici intentio eius, qui fecit votum, qui si vouit solum ieiunaturum tali die solum peccat mortaliter statim, ac comedit carnes ista vice, sed non peccat mortaliter; quamuis postea comedat carnem ter, aut quater, quoniam solum vouit ieiunium: si vero habuit intentionem non solum ieiunandi, sed etiam non comedendi carnes, tunc non solum peccabit in prima vice, sed etiam in reliquis. Hinc sequitur, quod Frater Minor, qui comederit carnes in quacunque die Aduentus sine necessitate, peccat mortaliter toties, quoties illam comederit in illa die, qua tenetur ieiunare per pręceptum suæ Regulæ; quod præceptum obligat eo modo, quo alia præcepta Ecclesiastica ieiunij. Dixi, non comedere, quia bene potest bibere ante prandiũ, & post prandium, quantum videbitur illi absque peccato non ieiunandi; verum est, quòd peccabit peccato gulæ,

Couar. li.4.var. c.20.n 13

quod erit veniale, aut mortale secundum quòd ex potu immoderato sequitur damnum, vel non, & secundum quod est præuisum in se, aut in sua causa. Dicitur hora competenti, quia competens antiquitus erat tertia hora post meridiem, sed nunc communiter est meridies, aut dimidia horæ pars plus ante, aut post meridiem, vt resoluit Couarruuias, & sic hoc non est quod multum habeatur scrupuli, quia iam consuetudo inualuit, vt hora sit contra meridiem per vnam horam parum minus: immo sunt Doctores, qui tenent posse fieri prandium de mane dummodo postea nihil manducetur in toto die, vt notat Medina: & notent fratres minores obseruantiæ, quòd Pius V. ad instantiam Patris Aguilez Commissarij Romani concessit anno 1566. in sexto die Maij viuæ vocis oraculo, quòd prædicti Fratres Minores qui pedibus iter faciunt, possint aliquid de mane comedere, & de sero cęnare, nec ideo perdãt meritum ieiunij. Quæ fuit aperta concessio, vt deleantur scrupuli, & succurratur necessitati, in quam si incidãt iter facientes possunt vti quodam priuilegio concesso per Leonem Decimum, fratribus Minoribus iter facientibus, vt possint transferre ieiunium in alium diem: Dicitur non manducando carnes, oua, lac, nec alia quæ ex his fiunt: hæc particula est explicata in declaratione Bullæ Cruciatæ, quare in hoc loco non detinebor in disputatione casuum qui solent agitari, qui ibi sunt declarati. Et nota, quòd quamuis aliqui dixerint, quod in Quadragesima possint manducari sine bulla biscoti ex sacaro & ouis conditi, ego dubito multum; nã non obstat, quòd substantia oui, quam intrat, conuertitur in aliam substantiam; quoniam idem dicere possemus in cibo albo vocato, quòd caro sit conuersa in aliam substantiam, & sic quòd licitè posset mãducari his diebus, quod nemo vnquam dicet; nec obstat substantiam oui esse paucam, & sic quod non est materia peccati mortalis, nam illę mulieres, qui faciunt huiusmodi biscotos ex sacaro affirmant ac certum me faciunt habere singulos vnum ouum & amplius.

Cou. li. 4. var. c. 20. n. 14

Med. in sum. f. 97. p. 2.

Habetur in cõpen. priuil. tit. fratres itinerãtes.

2 Prima Conclusio. Qui non attingunt ætatem 21. annorum completorum non tenentur ad ieiunium (sub pœna mortalis) totius Quadragesimę; bene tamen tenentur ad aliquos dies, & ad ieiunia intra annum occurrentia secundum quòd magis, aut minus accedunt ad dictam ætatem, secundum etiam consuetudinem terrarum, & locorum, vt dicit Syluest. Angelus, Nauarr. & Corduba, quamuis Canonistæ aliud dicant, & quidem quantum ad non comedendas carnes consuetudo vlterius interpretatur, quod peccant contra pręceptum Ecclesiæ qui prætereunt septem annos, & vtuntur ratione, & discretione scientes, quòd vetitum est, si ipsi manducassent carnes in Quadragesima diebus Veneris, & Vigilijs, quamuis excusentur à ieiunio in dictis diebus, & sic eodem modo secundum consuetudinem loci possunt dari carnes, & oua puerulis in Quadragesima, vbi sic est in vsu, vt docet Caietan & tenet Pedraca, & alij relati a Cordu. vbi dicit, quod qui accedunt ad dictam ætatem tenentur ad obseruationem præceptorum Dei, & Ecclesiæ.

3 Secunda Conclusio. Quando aliquis dies ieiunij decretus est a pluribus Summis Pontificibus confirmantibus id quod fecit antecessor, qui illo die nõ ieiunauerit non committit, nisi vnicum peccatum mortale, nec est necesse, vt confiteatur illam circunstantiam, quòd tale ieiunium est confirmatum a multis Pontificibus, sicut nõ est necesse quod rumpens votum castitatis confiteatur illud votum fuisse sæpius confirmatum.

4 Tertia Concl. Qui fecit votum ieiunandi in diebus præceptis ab Ecclesia si non ieiunet, tenetur confiteri illam circunstantiam, quod fecerat votum de ieiunando illis diebus: nam circunstantia voti est actus vnius virtutis spe-

Caietã. 22. qu. 147. ar. 8.

Pedraca in 3. pręcepto. parag. 14 f. 34.

Cordu. vbi sup.

specialis quæ est religio,& sic ire contra eam addit nonam deformitatem quæ mutat speciem peccati. Hinc sequitur, quod qui nõ ieiunat in aliquo die quatuor temporum in quo etiam aliqua alia vigilia obligatoria intercedit, tenetur confiteri hanc circunstantiam, cum addat nouam deformitatem; nam si in tali die non esset duplex obligatio & vigilia incidisset in alio die, duo ieiunia deberent fieri, ac per consequens duo peccata committerentur illa transgrediendo, ergo eadem ratio est, si incidant in eodem die. Ex dictis infertur, quòd qui non audit rem sacram in die S. Petri incidente cum Dominica tenetur ad id exprimendum in confessione, quod defecit duabus obligationibus: sic tenet Nauar. quem sequitur Frater Ludouicus Lopez. Verum est quòd cõtrarium huius tenent recentiores contra Nau. vt tradit Henriquez.

Nau. in Man. c. 2. nu. 4. Lop. in instr. const. 1. p. c. 39. col. 220 Henriq. lib. 1. de pœnit. c. 5.

5 Quarta Conclusio. Non peccat paterfamilias non compellens ad ieiunia ecclesiastica suam familiam, nam solum tenetur corrigere eam fraternè maiori diligentia, quam extranei: hæc sententia est Sot. quæ debet intelligi, quando filij, famuli, aut alij prædictæ familiæ non ieiunabunt, quamuis iubeatur illis a patrefamilias, potius clam surripient, aut petent ab aliquo extraneo aliquid pro cœna, & ientaculo, debet tamen illis denegare cœnam, quamuis dicant illum esse auarum, sic dicit Nauarr. Et peccat mortaliter pater familias qui in diebus ieiunij, quo possunt familiares ieiunare, iubet illis res laboriosas, & incompatibiles cum ieiunio, quæ faciliter possunt transferri ad alium diem, vt cum Palud. & Gabr. tenet Nauarr.

Sot. de tegẽdo sec. mẽbro 29. 3. cõcl. 3

Nau. li. 3. cõpl. ti. de ob seru. ieiunij, cas. 2. f. 355. Nauar. vbi sup. nu. 27.

6 Quinta Conclusio. Peccant hospites, & cauponarij, qui in diebus ieiunij ministrant hospitibus indifferenter cœnas varias, & cibos quibus ieiunium perturbatur, si faciunt hoc intentione, vt rumpant ieiunium: nam si inuitant illos animo sincero, & simplici præsumentes, ꝙ tales habent excusationem a ieiunio nõ peccabunt mortaliter; quod procedit, quamuis ignorent, si habent necessitatem, qua non obligentur ad hoc præceptum: nec sufficit ad hoc vt non peccẽt, præsumptio, quod non erunt tam obliti suæ salutis spiritualis, vt voluerint cœnare transgredientes præceptum ecclesiasticum: & eadem ratione non peccãt secundum Caiet. supradicti administrãtes cœnam hospitibus, qui dicunt velle cœnare in die ieiunij, nam non pertinet ad eos scrutari illas conscientias, immo adde, quod, quamuis administrent cibos supradictos illi, quem sciunt posse ac debere ieiunare, non peccant sciẽtes etiam illos esse præparatos ad rumpendum ieiunium, nam ipsi solum seruiũt potentiæ nutritiuæ horum, & sustentationi, & non cooperantur ad peccatum rumpendi ieiunium. Nec propter præceptum correctionis fraternæ tenentur negare illis cibos, nam si ipsi negant, alij rogabunt, & ipsi quærent, tanto magis, ꝙ actus exterior nõ addit ad actum interiorem malitiam, vt docet D. Tho. & sic stantibus ipsis paratis ad rumpẽdum ieiunium non committunt minus peccatum apud Deum, quamuis, quantum ad homines committant etiam peccatum scandali, rumpendo ieiunium mediante actu exteriori: & hinc infertur, quod qui non tenetur ieiunare inuitãs alium ad cœnam non peccat mortaliter sciens illum esse paratum ad rumpẽdum ieiunium; hanc opinionem sequitur Nauarr. cum Caiet. contrarium tamẽ debet dici, quando inuitat aliquem ad cœnam qui est paratus ad ieiunandum; nã tunc iam cooperatur eius peccato. Nec est eadem ratio de illo qui inuitat alium ad bellum iniustum, quamuis sit paratus ad idem, nã talis ad nullum bonum naturale inuitat, nisi ad occidendum, & dilacerandum, vt notat Fr. Ludouicus Lopez.

Nau. in Man. c. 21. n. 24

7 Sexta Conclusio. Qui ponit impedimentum, cum quo non potest adimplere præceptum, sine dubio peccat, non adimplens: si quando posuit illud, vidit vt debuit videre, quòd ex illo

seque-

sequebatur transgressio præcepti ieiunij; verum est, quod quando aliquis ponit impedimentum sine culpa sua, quia non vidit, nec videre tenebatur peccata, quæ inde sequebantur, non peccabit in tali transgressione, nec imputatur ei nisi per modum sequelæ, & casus, qui nullo modo præuideri potuit: hæc sententia est Caietan. quam sequitur, & commendat multum Corduba dicens esse opinionem Alexan. de Ales; & est opinio multorum antiquorum, & modernorum quos refert, & sequitur Vega. Et hinc sequitur, quòd debet legi caute Medina, qui in sua summa loquendo de illis, qui non tenentur ad ieiunium, dicit; Ad hoc caput reducuntur omnes, qui laborant vt itinerantes, quamuis capiant iter exercitij, & delectationis causa, immo quamuis fecerint iter pro videnda amica; peccabunt quidem contra aliud præceptum, quòd iubet illos esse honestos, non tamen cõtra præceptum ieiunij; ratio est, quod præceptum iubet ieiunare ijs, qui possunt, sed hi non possunt, quamuis impedire se fuerit peccatum, & non laudabile: & idem, vt dicit Medina, debet iudicare de eo, qui ludit pila, ita quòd noctu inuenitur nimis defatigatus, qd talis possit cœnare, cum iam non possit ieiunare commode, hoc dicit Medina. Circa quod debet notari primo, quod itinerantes non ieiunando peccant, si iter non est necessarium; hoc tenet Nauar. quod est contra Medinam; probatur hæc veritas, quia laborantes, & itinerantes, si commode possunt minuere laborem, non excusantur a ieiunio, vt cum communi dicit Anglés. ergo multo minus qui prædictum laborem & iter faciunt recreationis gratia. Secundo debet notari circa id, quod dicit Medina, quòd ille qui restat nõtabiliter fatigatus, quia quæsiuit amicam, non est tunc obligatus ad ieiunium, & sic non peccat non ieiunando: hæc doctrina est cõtra D. Th. & contra ipsum in 1. 2. quod probatur, quia quamuis pro tũc non possit ieiunare, & sic non peccet

Caiet. 22. qu. 150 art. 4. an. q. 20. ar. 4. & 5. Cord. l. 5 quęst. q. 10. Vega de iustifi. q. 13. cõcl. 5. Med f. 96.

Nauar. in Manu c. 21. nu. 417.

Angl. in flor. 4. q. 6. de ieiun. dub. 5. folio 43. in imp. est lo Messinæ.

non ieiunando, peccat; nihilominus in sua causa, quando dedit causã huic trãsgressioni præmissæ in dicta causa; vnde sequitur, quod qui fatigatur in quærenda amica non solum peccat contra honestatem, sed etiam contra ieiunium, quod rupit, cuius transgressionem prę uidit, aut præuidere debuit in sua causa: & idem dicendum est de illo, qui lusit pila, & defatigatus est; qui quamuis non peccauit ludendo, supposito quod ludus in se sit licitus, peccauit tamen in non ieiunando, quod debebat præuidere, quod scilicet ludus erat futurus causa talis transgressionis, & sic etiam postea debet confiteri periculum, cui se exposuit, vt fatentur omnes decisiones, & firmat etiam ipse Medin. in prima secundæ, vt infra dicetur. Et si Medin. voluit dicere, quod hucusque diximus in verbis sup. allegatis, quamuis impedire se fuit malum, & culpabile, per consequens debebat dicere, quòd qui fatigatur in quærenda amica, & non ieiunat non solum peccat contra honestatem, sed etiam contra præceptum ieiunij, cuius impletio quamuis tunc non fuit in sua potestate, tamen fuit, quando posuit impedimentum, in quo præuidit, aut debuit præuidere suã trãsgressionem. Quod Medina loquatur contra se, probatur, quia in prima secundæ explicans Diuum Thom. dicit secundum eius doctrinam hæc verba, *quãdo aliquis dat causam peccato, clarum est, quòd peccat*; volo dicere quod quando aliquis voluntaria ponit impedimẽta, quibus non implet præceptum affirmatiuum, peccat; quod est clarũ, quia exponit se periculo peccandi. Certum est (dicit Medina) quod si aliquis inebriatus est, & nõ audiuit Missam, quòd non solum peccauit peccato ebrietatis, sed etiam in non audienda Missa, cum tunc exposuerit se in periculo non audiendi. Et sic dicit Medina in eodem loco primo, quod si ebrius blasphemat, vulnerat, & transgreditur aliquod pręceptum, si hæc præcepta fuerunt pręuisa, tunc etiam committit contra ea. Ex dictis

Med 12. q. 75. c 5 i 2. cõc. dubij citat.

vbi sup. conclus. 4.

dictis colligitur, quòd qui defatigatur propter inueniendam, aut videndam amicam, aut propter ludum pilæ, & se impossibilitauit ad ieiunandum in illo die, peccat non ieiunando ob impedimentum, quod posuit ieiunio, quod præuidit, aut debuit præuidere: Sequitur vltimo, quod si non præuidit, nec debuit præuidere, quia numquam transgressus est, quamuis habuerit dictas occasiones, non peccabit contra præceptũ ieiunij, non ieiunando, quoniam peccatum, vt sit peccatum debet esse volũtarium in se, aut in sua causa, & in hoc casu est verum, quod dicit Medina, cuius opinio tam clara & aperta sine glossa, & modificatione non deberet scribi saltem sermone vulgari, nam vt dicit D. Paulus multa licent quæ non expediunt.

8 Septima Conclusio. Si curatus, aut eius locum tenens in Missa die Dominico secundum morem non publicat esse in illa hebdomada aliquem diem ieiunij, non tenentur qui sunt præsentes ieiunare, cum sint personæ quæ hoc nõ possunt alias scire nisi a prædictis moneantur. Sed tamen qui non adfuerunt Missæ peccauerunt dupliciter, quia non adierunt ecclesiam ad sciendum quid illis esset faciendum. Secundo etiam quia non ieiunarunt ad cuius periculũ se exposuerũt, sicut tenet Almanus in suis Moralibus, quem sequitur Corduba, quod ego limito vt non intelligatur in absentibus qui interrogarunt eos, qui fuerant præsentes, an a parocho fuerit aliquis dies vigiliæ annuntiatus, nam eodem modo liberantur a peccato, sicut illi qui fuerunt præsentes.

cord. li. 2. quęst. q. 21. in fine.

9 Octaua Conclusio. Facere collationem in vigilia Natiuitatis Domini, cũ omnibus rebus, quas volunt ieiunãtes, vt cum omnibus fructibus, & conseruis, quas volunt, est transgredi præceptum, vt docet Nauarr. quæ opinio debet teneri contra Medinam, qui affirmat non rumpi ex hoc ieiunium, quia est consuetudo recepta, & prælati vident, & consentiunt, & ipsimet faciunt, cui rationi respondeo, quòd non est cõsuetudo recepta inter timoratos Dei, & dicere quod prælati id faciunt, transeat, sed non sunt omnes, & si qui faciunt, erit propter suam senectutem, vt possint ferre laborem officiorum diuinorum illius noctis, quæ sunt multa, & magna, & quamuis id faciant, nõ ideo approbare videntur, nec dispensare, quia id solum Papa potest facere absolute, & ad semper, quòd scilicet non ieiunetur tali die generaliter in Ecclesia, quod Episcopi non possunt facere: solum possunt dispẽsare cum aliquibus, vt non ieiunent certis quibusdam diebus, & hoc non quia sit illis concessum a iure expresse, nisi quia consuetudo inualuit fundata in necessitatibus, quæ singulis diebus occurrunt, cum quibus non possunt tam frequenter recurrere ad suam Sanctitatem, vt in simili casu resoluit Nauar. & dato casu quòd opinio Medinæ sit vera (quod ego non admitto) solum erit in illis qui tenentur ieiunare in vigilia Natiuitatis ratione præcepti ecclesiæ, non autem in illis qui ieiunare tenentur ratione voti, quoniã quamuis consuetudo multum valeat cõtra illud quod est de iure positiuo, nihil tamen valet contra id, quòd tenet de iure diuino, vt dicit Panormitanus cum communi: Greg. Lopez, & Petrus de Rauenna quos sequitur Didacus Perez & votum de quacumque re est obligatio concernens ius diuinum, vt dicunt omnes Doctores. Hinc sequitur quòd fratres ordinis S. Francisci Patris nostri non possunt vti hac Medinæ opinione, dato, quod sit probabilis, quia ieiunant ex voto à festo omnium sanctorum vsque ad Natiuitatem Domini.

Na. vbi sup. c 21 n. 15. Medin. in sum. fo. 91.

Na. vbi sup. n. 21

Panor. in c. 1. de treg. & pace Gregor. in l. 16. tit. 1. p. 1. verbo populus. Rauen. de consu. paragr. 21. n. 47. Perez i quæst. proemia. c. ordin. q. 11.

10 Nona Conclusio. Abbreuiare ex proposito vitam ieiunijs nimijs, & excessiuis est peccatum grauissimum, quoniam quamuis non teneatur ad omnia media licita procuranda ad conseruandam vitam, nihilominus vti solum cibis nociuis, parum sanis, & paucæ substãtiæ non est licitum, si fit intentione abbreuiandi vitam, cuius non sumus domini,

mini, ficut non est licitum infirmo sumere cibos, quos scit ipsi fore multum damnosos, & relinquere quos scit futuros iuuamento, nisi in casu, quòd sit in vltimo vitæ transitu, & a medicis derelictus, & cum tanta nausea, & odio ciborum, vt non possit quicquam ferre; immò quamuis non sit a medicis derelictus, si vtitur cibis communibus, quãuis nõ tam proficuis respectu aliorum quos poterat recipere secundum ordinem medici (dummodo non sint nimis suæ saluti contrarij) nam in hoc casu non peccabit mortaliter, sed venialiter si potest vti cibis melioribus ad suam salutem, sic tenet Victor. Couarr. Nau. Sotus, & Petrus de Nau. Ex dictis infertur, quod, quando aliquis æger est sine spe viuendi dato quòd aliquo medicamento pretioso possit prolongare vitã, non tenetur ad illud emendum, nam sufficit quòd vtatur medicamentis cõmunibus: dixi in conclusione *cum animo abbreuiandi vitam*; nam si aliquis zelo, ac desiderio eundi ad fruendum Deo moueatur ad prędictam vitæ asperitatem in pœnitentiam suorum peccatorum, credens, quòd in hoc casu erat illi licitum abbreuiare vitam, non peccaret mortaliter, nec venialiter, vt post Caiet. tenet Couarru. quod debet sine dubio teneri, quidquid dicat Nauarra.

Vict. de homic. cõ. l. 33. & 34. Couar. lib. 1. variar. c. 2. num. 10. Nau. in man. li. 2 c. 15. nu 12. Sot lib. 5. de iustit q 1. art. 4. Nau. de eccl 3. c. nu. 83. cũ seq. Couar. vbi sup. Nau. vbi sup. nu. 93.

11 Decima Conclusio. Non est obligatio abstinentiæ ab ouis, lacte, & similibus in diebus Veneris intra annum occurrentibus, nec in quatuor temporib. nec vigilijs, si non est consuetudo in cõtrarium, quæ debet examinari ab Ordinario, si est præscripta per spatium 40. annorum, & fuit inducta animo obligandi, & recepta voluntarie, & sic tenent homines docti, quod in his Regnis Hispaniæ consuetudo non comedendi in ijs diebus dictis cibis non fuit introducta scienter, & ex animo, sed ratione bullarum, quas maior pars hominum capiunt, & sic ignoranter putat gens simplex, quòd tenetur abstinere ab his cibis iam dictis; quod debent examinare Episcopi: & refert Henriq. quòd Don Gaspar de Chiroga Archiepiscopus Toletanus declarauit esse licitum vesci ouis, & similibus in Archiepiscopatu Toletano, & sic multi alij Episcopi aliorum Episcopatuum fecerunt, & frater magister Ioan. de la Penna tenet licitum esse agricolis in locis, vbi vix est piscis, & habent ad manus oua propria posse vti eis in vigilijs, saltẽ pauperibus, qui ostiatim petunt, & nõ inueniunt aliud, nisi vnicum ouum; nõ enim debemus illos intantum affligere negando illis cuius esum, cum paupertatis ratione multis debeant frui priuilegijs.

Quibus modis tollatur obligatio ieiunij: & quis possit dispensare in illo: & ad hoc vt valeat dispensatio, quæ debent concurrere. Cap. XXIV.

SVMMARIVM.

Quot modis tollatur obligatio ieiunij: numero 1.

An fratres minores qui non attigerũt 21. annos, teneãtur ieiunare ieiunia suę regulæ, ibid.

An infirmi, & senes sint exempti a ieiunio, ibid.

An qui de licentia medici manducant in quadragesima oua, & lacticinia, ieiunent num. 2.

An concedens medicus licentiam ad oua, videatur eam dare ad reliqua lacticinia, ibid.

An Papa, & Episcopi possint dispensare in ieiunijs. Concl. 1. nu. 3.

An remaneat liber a ieiunio qui dispensante superiori sine causa non ieiunat. Concl. 2. nu. 4.

An Episcopus, aut inferior Papa possit dispensare sine causa in ieiunio ecclesiastico. Concl. 3. nu. 5.

An inferior videatur facere dispensationem ad non ieiunandum, si id non dicat expresse. Concl. 4 nu. 6.

An Episcopus possit dispensare sine causa in ieiunio quod ordinauit alius Episcopus

put æqualis ei. Concl. 5, num. 7.

An possit superior dispensare in ieiunio votiuo sine causa. Conclus. sexta numero 8.

An qui est dispensatus, vt comedat carnes in die ieiunij, possit cœnare. conclus. 7. numero 9

An qui dispensatur, vt comedat carnes possit in diebus ieiunij comedere pisces, Concl. 8. num. 10. & an ieiunia pro iubileo possint fieri mãducando oua, &c. vide in ver. iubilaeum.

An qui habet necessitatem euidentem ad non ieiunandum, peccet non ieiunando, quia prælatus non dispensauerit cum illo. Conclus. nona, numero 11.

1 AD explicationem eius quòd in hoc cap. proponitur, notandum est primo quòd quatuor modis tollitur obligatio ieiunij, scilicet impotentia, necessitate, pietate, aut dispensatione. In primo modo comprehenduntur minores 21. annorum, quamuis sint mulieres; quia hoc est determinatum ratione incrementi naturalis; verum est quia si minor 21. annorum vouet ieiunium in aliquo die, quòd tenebitur ad illud, dummodo habeat 14. annos sicut fratres minores tenentur ad ieiunia particularia ex voto, quamuis non attingant 21. annos. Eodem modo senes non tenentur ad ieiunium, sicut nec infirmi, quia senectus infirmitas est incurabilis, & senex dicitur communiter, qui habet sexaginta annos, & inde vltra, vt dicit Nauar. quod secundum Caiet. debet relinqui arbitrio boni viri, nam aliqui in ætate quinquaginta annorum sunt debiliores, quam alij in sexaginta. Secundo tollitur propter necessitatem hæc obligatio, & sic non tenentur ad ieiunium laborantes, qui non possunt exercere suum officium recte, nec quærere victum ieiunando, vt sunt ferrarij, solea tores, itinerantes, & alij similes nam qui non exercent officia tam laboriosa, vt sunt notarij, aduocati, sutores &c. tenebuntur quidem ad ieiunium; & laborantes qui non tenentur ad ieiunium, aduertant, quia tenentur ieiunare in illis diebus, qui non sunt laboriosi sed festiui, nisi forte tanta est lassitudo dierum præteritorum, vt non possint id facere; sicut si ieiunando non habituri sint vires sufficientes ad sequentem diem. Tertius modus quo tollitur obligatio ieiunij est pietate, scilicet quando ieiunium impedit aliud opus maioris charitatis, vt si aliquis vigilaret tota nocte super aliquem infirmum, & non posset ferre laborem ieiunans. Quartus modus est dispensatione ad cuius intelligentiam ponam inferius aliquas conclusiones.

Nau. vbi supr. num. 16. Cait. 2. 2. q. 47. art. 4.

2 Secundo debet notari, quod ille, cui dat medicus licentiam alicui ad comedenda oua in quadragesima, vere ieiunat, si in reliquis obseruat formam ieiunij; nam quamuis abstinentia carnis est de essentia ieiunij ecclesiastici, vt constat ex iure, abstinentia tamen ouorum, & lacticiniorum non sunt de essentia, cum secundum opinionem communem supra relatam in quatuor temporibus, & aliis diebus ieiunii intra annum, possint comedi, & sic manducando quis in quadragesima huiusmodi cibos de licentia medici vere ieiunat, si in reliquis obseruat formam ieiunij: nec obstat quòd in quadragesima prohibeatur eorum esus, quoniam non est propter essentiam ieiunij, sed solam propter tempus penitentiæ, quæ cessat, si adsit necessitas. Tertio nota, quòd ille, cui medicus dat licentiam ad comedenda oua propter necessitatem, quam habet, potest comedere caseum, lac, &c. vt dicit Henriquez, & Medina, quòd ego intelligo nisi aliqua horum sint nociua eius infirmitati, propter quam oua conceduntur, nam tunc erit peccatum mortale, quia tales cibi sunt prohibiti in quadragesima, & vt comederentur, non dedit, nec potuit dare licentiam medicus, cum

c. de esu carniũ, de consecr. d. 3 Libr. 4. variar. c. 10. numer. 15.

Medina in sum. fol. 102 p. 2. Hẽriq. lib. 7. de indulg. c. 103. n. 9

cum essent contraria necessitati quæ illi proponebatur; verum est quòd non erit peccatum mortale, si quod comeditur, fuerit in pauca quantitate: hoc supposito ponentur conclusiones.

3 Prima Conclusio. Papa potest dispēsare in ieiunijs generaliter, & Episcopus potest dispensare, vt aliquis habēs iustam causam non ieiunet, immo Parochus absente Episcopo, potest id facere, c. & vnusquisque prælatus religionum potest dispensare cum suis subditis, & aduertant fratres minores obseruantiæ, quòd Sixtus Quartus concessit illis, quòd non potentes bene ieiunare propter infirmitatem, & debilitatem, non teneantur ad illud; & sic non est illis necesse petere similem dispensationem a suis Prelatis, nisi ad maiorem securitatem suarum conscientiarum petentes, vt declarent, an sit illa, qua laborant, sufficiens causa non ieiunandi. Et aduertant circa hoc prælati, quod notat Caiet. quia quando subditi petunt ab illis licentiam, & dispensationem, nō debent remittere negotium illorum cō scientijs, imò potius debent illis compati tanquam patres liberantes eos a scrupulis.

Habetur in Cōp. ieiunij §. 4. caiet. 2. 2. q. 147. art. 4.

4 Secunda Conclusio. Quando aliquis tenetur ieiunare per legem Ecclesiasticam, solum dispensante superiore, vt non ieiunet, quamuis sit sine causa sufficiente, remanet liber ab obligatione ieiunij; superior tamen, qui dispensauit, peccauit, imò qui obtinuit dispensationem, si petiuit, & sciuit concedi sine causa rationabili, quia sine causa noluit conformari cum moribus honestis illorum, cum quibus viuit. Dixi *si sciuit concedi sine causa*, quia si putat superiorem concessisse licentiam cum causa rationabili, donec est in hac bona fide, non peccat, sic dicit Nau. quem sequitur Frater Ludouicus Lopez. Idem dicendum est de dispensatione habita a monarca, qui non cognoscat superiorem in suis legibus, quoniam satis dispensatio facta sine causa valet, quamuis peccat dispensans, & peccat qui cā petiuit sciens, quòd illi concessa est sine causa. Verum est quod peccatum huius solum erit veniale, nisi adsit scandalum, & damnum notabile tertij, vt tenet Caietan.

Nau. in prælud. 9. nu. 2. Lopez ī instr. cō. sc. 1. p. c. 4.

Cai. 2. 2. q. 96. a. 5

5 Tertia Conclusio. Quando petitur dispensatio ad non ieiunandum ab inferiori, qui non fecit legem ieiunij, vt quando petitur ab Episcopo ad non ieiunandum in die ieiunij Ecclesiæ ab illa præcepti, non valet talis dispensatio facta sine causa rationabili, nam dispensatio facta ab inferiori circa legem superioris sine causa non valet, vt est ordinatum per canones Ecclesiasticos, qđ ego intelligo nisi inferior habeat ad illum casum, & alios similes plenitudinē potestatis à superiori, vt ego intelligo habere Nūcios suę Sanctitatis, ad casus ipsis cōcessos: & sic debet intelligi quòd dicit Nauar.

c. dudū il 2. đ elect.

Nau. vbi sup. nu. 13.

6 Quarta Conclusio. Non videtur inferior facere prædictam dispensationē, nisi dicat expresse illam facere, quamuis permittat, aut iubeat aliquid fieri, quod sine eius dispensatione fieri non possit: quod debet intelligi, vt dicit Frater Ludouicus Lopez, nisi sit rationabilis causa ad dispensandum: nam tunc si iubet aliquid fieri, videtur dispensare in illo, & sic si Episcopus iubet alicui, vt manducet carnes in die prohibito, videtur dispensare cum illo, si adsit causa rationabilis; sicut iubens Papa, aut qui habet auctoritatem ad hoc, quòd ordinetur illegitimus, videtur dispensare cum illo in irregularitate, vt dicit Medina.

Lop vbi sup. c. 4. col. 33.

Med. in sum. fo. 54. p. 1.

7 Quinta Conclusio. Quando ieiunium cuius petitur dispensatio ab aliquo inferiori, fuit impositum ab aliquo equali illi, eiusque antecessore, potest tunc dictus inferior cum causa dispensare, vt tenet Nauar. & tunc videtur dispensare quando cum prudentia sciens iubet aliquid contra legem, quamuis non faciat mentionem dispensationis.

Nau. vbi sup.

8 Sexta Conclusio. Non potest Superior dispensare in ieiunio obligatorio ratione voti, aut iuramenti, sine causa ratio-

rationabili: nam obligationes voti, aut iuramenti concernunt ius diuinum, & quamuis in foro exteriori sint dispensationes validæ, & ratæ: in foro interiori, & conscientiæ non semper est securitas, nisi fuerit sufficiens causa dispensationis; scilicet, si qui petiuit, tacuit aliquam circunstantiam necessariá; ideo quantum ad hoc forum sæpe dispensationes non similibus casibus concernentibus ius diuinum non valent tantum quantum sonant: secundum communé opinionem defensam a Soto, & Michaele de Palatijs.

Sot. li. 2. de iust. q. 7. ar. 3 Palat. in 4. d. 16. d. 3.

9 Septima Conclusio. Ille cum quo est dispensatum quod possit comedere carnes in diebus ieiunij, non potest cœnare, si dispensatum fuit cum illo, quia pisces nocebant illi, & oua. Si tamen concessa fuit illi licentia, quia est debilis ad recuperandam salutem, & vt melius possit conualescere, licite poterit cœnare: & hæc opinio est Victoriæ quam sequitur Corduba; & videtur mihi multum conformis rationi naturali, & morali, cum quibus magis quam cum Metaphysicis debemus regulare res morales, & sic non admitto opinionem Caietani qui dicit absolute, quòd dispensatus ad carnes potest cœnare, nec minus admitto illam Medinæ Complutensis, qui incidens in aliud extremum dicit contrarium, & sic deserit eos Corduba.

Cord. i sum. q. 143. fol. 420.

10 Octaua Conclus. Ille cum quo est dispensatum, vt comedat carnes tempore ieiunij; non potest comedere pisces; nisi forte comedat eos ratione excitandi appetitum, nam in hoc casu neque esset peccatum veniale quando egeret huiusmodi excitatione ratione alicuius infirmitatis: nec dicerē esse peccatum mortale si aliquis dispensatus ad carnes, vt conualescat, & recuperet vires, manducet de piscibus aliquid simul cum ipsis carniū, præcipue si est persona assueta piscibus, & quæ gaudeat magis eorum esu quam carnium, nisi in casu quod a medico dicatur illi, quod tunc non comedat; quia exponit se periculo magnæ infirmitatis; nec item dicá peccatum, si ille, cui conceditur licentia manducandi carnes, quia ei nocent pisces, comedat cum ijs aliquá tructam, aut similem piscem sanum. Et secundū hoc debet intelligi, quod super hac re disputant Corduba, & Angles, si scilicet ad facienda ieiunia iubilæi sufficit ea facere cum ouis, propter eos qui habent bullam Cruciatæ. Vide Iubilæum cap. 183. num. 10.

Cor. vbi supra q. 168. Angl in fin. c. de abstin. i cibo dis. C. f. 427

11 Nona Concl. Qui habet necessitatem euidentem ad non ieiunandū, non peccat non ieiunans, quamuis prælatus non dispensauerit cum illo, vt dicit D. Tho. & Caiet. affirmat, quod non peccat mortaliter qui omisit ieiunium putans bona fide habere causam rationabilem ad non ieiunandum, quamuis re vera causa non sit sufficiens.

D. Tho. 2. 2. qu. 147. art. 3. vbi Caiet.

De Baptismo quo ad eius essentiam materiam, formam, & ministrum, & an possit iterari. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

Quid sit baptismus, & quæ eius materia, num. 1.

An sit verus baptismus, dicente Episcopo, Nos te baptizamus ibid.

An possit aliquis eadem forma, & lauacro baptizare multos ibid.

An valeat baptismus, dicendo in nomine Patrias, & filias, &c. aut dicendo in nomine genitoris, geniti, & ab vtroque procedentis, aut dicendo in nomine Trinitatis, ibid.

An sæcularis quamuis sit mulier, aut regularis possit baptizare, concl. 1. num. 2.

An teneatur in tempore necessitatis adultus petere baptismum ex manibus præcisi, ibidem.

An si Parochus dubitat aliquem, esse baptizatum vere, possit iterum baptizare, concl. 2. num. 3.

Ad ex-

AD explicationem propositi debet notari quòd baptismus est lauacrum exterius corporis factum cũ certa forma verborum a Christo instituta. Dixi lauacrum, quia est necessarium quòd alius faciat, & non sufficit quòd qui vult baptizari, lauet semetipsum, & hoc lauacrum debet esse cum aqua naturali, nam in alio liquore non potest fieri, vt est diffinitum in Concil. Trid. & cum sit lauacrum, necesse est, quòd aqua, qua debet fieri non sit mixta terræ, ita vt potius possit dici lutum quam aqua, & est necessarium quòd non sit congelata in glaciem, aut grandinem, aut niuem: nam hæc sunt corpora densa, & non fluida, nisi liquescant, quia aliter non sunt apta ad lauandum, nec potest fieri in aqua rosacea, aut extracta per aliquod artificium, nam aqua naturalis est materia huius sacramenti. Dixi facta cum certa verborum forma, quæ sunt, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vt constat ex d. Matt. & necessariò in hac forma debetur exprimi persona eius qui baptizatur, quamuis persona baptizantis sufficit quòd tacitè, aut expresse exprimatur. Et nota quod est opinio Catholicorum quòd erit verus baptismus si dicatur in nomine Patris, & Iesu Christi, & Spiritus Sancti; nota item q. si Episcopus dicat cum auctoritate. Nos te baptizamus, in nomine, &c. valet baptismus, vt sentit D. Thomas, & alij, & omnes moderni, & Henriquez in sua summa. Nota etiam quod potest vnus vnica forma, & vnico lauacro multos baptizare dicens ego vos baptizo. Sicut potest quis multos absoluere dicens ego vos absoluo, & sicut potest quis consecrare multas hostias dicens hoc est corpus meum; & sic videmus quod Episcopus dicens semel hæc verba, Accipite potestatem ordinat multos qui tangũt simul, aut successiue materiam; videndus est in hac materia Sotus, Nauarr. & Alcocer. Nota etiam quòd valet baptismus dicens in nomine Patrias, & Filias, & Spiritua Sancta, nam mutatio verborum huius formæ in alia verba habentia eundem sensum non variat baptismum, vt dicit Sotus; & quamuis est dubium, an valeat baptismus, si dicatur ego te baptizo in nomine genitoris, geniti, & ab vtroque procedentis; probabilior opinio est non valere, si quidem non exprimuntur in hac forma personæ sub ijsdem nominibus proprijs relatiuis, sed per actus notionales, vt dicit D. Tho. Scotus, Sotus, & Ledesma. Itaque neque valet baptismus dicendo in nomine Trinitatis, vt tenet D. Thom. Scotus, Sotus & Ledesma cum communi. Multa possent dici circa hoc, scilicet si valuit baptismus factus aliquando in nominibus & aliæ difficultates quas in hac materia adducunt Theologi, quas ex professo relinquo, quoniam intentio mea est in hac summa dicere solum quòd ordinarium est in praxi, & quod magis inter manus versatur. Videndus est Henriquez in sua summa, nam in illa dicit totum id quod potest dici in hac materia, & allegat auctores necessarios, vt intelligatur. Accedamus ergo ad resoluendum id quòd restat per conclusiones.

[Margin: Sess. 7. de Bapt. cap. 2. — Mat. c. vlt. — D. Tho. in 3. p. q. 66. ar. 5. ad 7. Sc. in 4. dist. 3. Sot. l. 5. ar. 5. Ledes. in sum. tit. de bap. diff 4. D. Tho. in 4. 3. q. 21. ar. 2. ad 4. Sot. art. 6. Ledes. q. 2.]

2 Prima Conclusio. *Sæcularis potest baptizare, & quiuis alius quamuis sit regularis nostri Patris D. Francisci potest, & tenetur ad baptizandum in casu extremæ necessitatis*, sic est decretum in Iure Canonico, quod intelligitur si non sit (in illa necessitate) præsens aliquis sacerdos qui possit dare baptismũ, vt definiuit Vrbanus Papa. Vnde sequitur quod laicus baptizans sine necessitate peccat, si ignorantia non excusat, quoniam qui administrat aliquod sacramentum sine licentia parochi, peccat mortaliter, in tantum, vt religiosi administrantes Sacramentum Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis, & Matrimonij sine eorum licentia castigentur pœna excommunicationis, vt disponitur in quadam Clemen. Vnde secundo colligitur, quod mulier baptizans in præsentia viri, & sæcularis in præsentia diaconi non peccant mortaliter, si quidem

[Margin: In c. super quibus 30. q. 1.]

dem non vsurpant officium alienum, quoniam nec viro, neque diacono, nec subdiacono pertinet in hoc casu administratio huius Sacramenti ex iure. Sequitur amplius, quòd pater, qui baptizat filium in vrgenti necessitate non peccat, potius debet ex hoc laudari: quamuis si hoc fecit sine tali necessitate, peccauit mortaliter, sed tamen valet baptismus, & redditur inhabilis ad petendum debitum ab vxore, vt dicam suo loco. Et nota ad perfectam explicationem huius puncti, quòd in extrema necessitate hæretici, & præcisi possunt baptizare conformantes se cum intentione ecclesiæ, vt post alios resoluit Sotus, nam omnes mortales possunt esse ministri huius Sacramenti, si non adsit aliquod impedimentum naturæ: nam qui non habet manus, non potest baptizare, nec mutus, quia vnus eorum non potest lauare, nec immittere aquam, & alter non potest proferre verba, quæ sunt forma huius sacramenti, nec amẽs potest baptizare, quia deest illi intẽtio, quæ est necessaria saltem virtualis faciendi illud, quod Ecclesia, aut quod Christus instituit, & sicut amenti deest hæc intentio, sic non potest esse minister. Hinc infertur, quod volens adultus baptizari, si sit in extrema necessitate, & non est Catholicus, qui possit baptizare, potest, & tenetur recipere hoc sacramentum de manibus præcisi, qui velit succurrere ei, vt post Canum, & Victor. tenet Nauar. & Gutier.

Nu. 4. d. 1. q. 5. ar tic 7. p. 108. c. 2. & seq.

Nau. in Man. ca. 22. nu. 7. Gutier. in quib. ca non. q. 1 p. 27. c. 1 & 2.

3 Secunda Conclusio. Si aliquis dubitat probabiliter, an aliquis sit baptizatus potest iterum illum baptizare cum conditione, Si non es baptizatus, ego te baptizo, sic est determinatum in iure, & sic Sacramentum Extremę Vnctionis potest dari alicui de quo dubitatur, an sit mortuus sub conditione, si es viuus, vt dicunt communiter Doctores. Dixi *si probabiliter dubitat*, nam si non dubitat probabiliter, illicitus erit iste baptismus. Vnde sequitur, quod parochus sciens puerum esse domi baptizatum, antequam in ecclesiam asportetur, tenetur petere, an sit baptizatus, sub qua intentione, & forma, & si inuenit esse factum secundum formam determinatam ab ecclesia, baptizans puerum secundo quamuis sit sub conditione, erit irregularis, vt est determinatum in iure. Et aduertat, quod si aliqua pars minima baptizati est baptizata, quod iteret baptismum sub conditione; si vero aliqua pars principalis, vt caput, scapulæ, aut similis baptizata est, non debet iterari: nam cum sit varietas opinionum, sicut est in hoc casu, & alijs huius materiæ, securior debet eligi, & precipue aduertat, quod si aqua tetigit solum capillos, quod debet iterari, nam vt sit baptismus debet baptizari saltem aliqua pars integralis corporis, in qua sit tota anima rationalis, quam certum est non esse in capillis: & hanc ob caussam, si aqua baptismalis solum tangit vestes, & non corpus, non valet baptismus.

De obligatione, qua tenentur administrare Parochi Baptismi Sacramentum tempore pestis, aut alterius similis necessitatis.

Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

An tempore pestis teneantur Parochi baptizare infantes, quamuis cum periculo sua vita, concl. 1 num. 1.

An tempore pestis possint compelli saculares ad baptizandos infantes infirmos, ne ponantur in periculo sacerdotes necessarij ad Confessiones, concl. 2. nu. 2.

An tempore pestis possint saculares esse ministri huius sacramenti, conclusio. 3 numero 3.

An in extrema necessitate possit sacularis baptizare prasente aliquo fratre minorum sacerdote, ibid.

An tempore pestis possit baptizari puer in domo, aut in aliquo sacello propin- quiori

quiori, & an in hoc tempore possint relinqui solemnitates baptismi, conclus.4. num.4.

An peccet laicus baptizans in mortali. Conclus.5.num.5.

1 PRima Conclus. Tempore pestis tenentur parochi omnes ratione officij administrare sacramentum Baptismi pueris, quamuis cum periculo vitæ, vt dicit Ripa, cum sine hoc remedio non possint saluari, vt resoluit Sotus.

(De peste c. de pri. iud. causa pestis n.47. in 4.d.5. q.vn.ar.1.& 2.)

2 Secunda Concl. Quamuis persona parochi sit multum necessaria ad administrationem Sacramenti Confessionis, tempore pestis præcipue, & baptizando ponat se ad periculum mortis, non ideo possunt compelli ad administrandum hoc sacramentum laici, illis præsertim qui tanguntur peste; nam parochus est proprius minister eius: sic tenet Sotus, & cum teneantur ad id lege charitatis, & non de iustitia, non peccabunt, etsi nolint facere cum periculo suæ vitæ: nam lex charitatis non obligat tanto rigore: si vero voluerint facere zelo salutis animarum proximorum, erunt digni laude.

(in 4. d. 4. q.vni. art.1.)

3 Tertia Conclusio. Tempore pestis possunt esse ministri huius sacramenti etiam laici, quamuis sint præsentes sacerdotes, vt vita sacerdotũ seruetur pro administratione sacramentorum, quæ laici non possunt administrare. Quod probatur, quia præcepta ecclesiastica, vt est istud, quòd laici non possint esse ministri baptismi præsentibus sacerdotibus, non obligant tanto rigore, vt dicit Sotus. Ex dictis infero, quod laicus non potest baptizare in casu necessitatis præsente aliquo sacerdote ordinis minorum, quia hoc non est illi prohibitum in hoc casu à sua regula, vt fuit declaratum in quodam capitulo generali nostræ sacræ religionis, dummodo non sit alius sacerdos qui possit, & velit facere: & nota, quod quamuis fratri minori sit prohibitum baptizare nisi in extrema necessitate: non ideo remanet excommunicatus, quamuis id fecerit sine licentia Episcopi, aut Parochi, vt dicit Nauarrus.

(Lib.1.de iustit. q.6. art.4. dub.vlt. li.10. q.3. art.4.)

(Nau.22. c.nu.7.)

4 Quarta Conclus. Tempore pestis potest baptizari puer in domo, aut in sacello aliquo propinquo, aut oratorio, propter periculum, si adeat ecclesiam, pueri. Quamuis secundum ius extra hanc necessitatem, aut similem, nemo potest baptizari nisi in ecclesia, vbi est fons baptismi; sic est dispositum à iure; & rationabilius hoc procedit nunc post Concil. Trid. quòd vt cognoscantur patrini, seu tenentes, iubet, vt ponãtur eorum nomina in libro, vt suo loco dicemus tractantes de cognatione spirituali. Quod supra dicitur in conclus. tenet Ripa, & tanta potest esse necessitas in hoc tempore, quod possit relinqui solemnitas baptismi hac cõditione, vt nõ omittatur essentiale; nam regulariter loquendo ecclesiæ præcepta non obligãt tanto rigore, dummodo absit contemptus, & scandalum, vt docet Sotus; & essentiale baptismi est materia, & forma, & minister cum intentione faciendi id, quòd facit ecclesia; & reliqua quæ præcedunt, aut sequuntur baptismum sunt solemnitates, aut ritus ecclesiæ: vt explicat Sotus. Ex dictis sequitur, quod sacerdos qui baptizat aliquem puerum positum in agone sine solemnitate non peccat, quia tunc non baptizat de officio tanquam sacerdos, quia in hoc casu si non esset sacerdos, posset quicumque laicus baptizare, quam opinionem post S.Tho. tenet Fr.Ludou.Lopez.

(Clem.1. de bapt. & ibi gl. verbo periculi Ripa de peste, c. de priu. contra caus.pesti. nu.110.)

(Lib.10. de iust. q.6.ar.4 dub.vlt.)

(Sot.in 4 d. q. vn. art.10.)

(In instr. consc. p. c.10.col. 100.)

5 Quinta Conclus. laicus, qui baptizat in extrema necessitate, quamuis sit in peccato mortali, non peccat mortaliter, nam non baptizat de officio, & baptizat sine solemnitate, vt insinuat Nauarr. ita vt dicat Scotus, quamuis sit excommunicatus excommunicatione maiori, nam concurrentibus duobus præceptis incompatibilibus, illud obligat, cuius transgressio esset causa maioris damni, vt esset non succurrere ei, qui esset in tali necessitate, quod esset maioris damni, quam administrare baptismum

(In Man. c.22.n.3 In 4. d. 69.c.)

mum in peccato, aut excommunicatione, vnde licitum erit illi sic baptizare.

De illis qui tenentur ad baptismum. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

An possit aliquis esse saluus sine baptismo aquæ, sanguinis, aut ignis. Conclus. 1. num. 1.

An adultum, qui falso putat esse baptizatum, iuuent alia sacr. concl. 2. num. 2.

An adulto possit hoc sacramentum administrari antequam instruatur in fide, concl. 3. num. 3.

1 PRima Concl. Nemo sine baptismo aquæ, aut sanguinis recipiens martyrium, aut ignis desiderans recipere baptismum potest saluari post sufficiētem promulgationem Euangelij, nisi in casu quòd habeat ignorantiam inuincibilem eius, vt resoluit Castrus, & Sotus. Et sic secundum legem ordinariam Dei impossibile est, quòd puer intret in Regnum cœlorum sine baptismo aquæ, aut martyrio, & impossibile est adultum illuc ire sine baptismo aquæ, martyrij, aut ignis, qui est desiderium magnum recipiendi baptismum. Dixi nisi habeat ignorantiam inuincibilem, quia qui inuincibiliter ignorat illum, saluabitur cum voto implicito eius. Quod votum implicitum accidit, quando aliquis adiutus cum fauore speciali diuino habens saltem fidem implicitam vnius mediatoris, dicit pœnitere se offendisse Deum, & facit quod in se est, vt colligitur ex his, quæ tradit D. Thom. & S. Bonauent. Ex dictis colligitur, quòd baptismus est medium necessarium ad salutem, & sic est præceptum diuinum eius, & quamuis est præceptum affirmatiuum, obligat semper, & ad semper. Verum est, quòd qui semel, aut bis omiserit recipere habita opportunitate, si postea moriatur contritus de hoc peccato, saluabitur, nam desiderium baptismi tollit hunc defectum, & abstergit omnem maculam culpæ negligentiæ.

(3. 2. qu. 190. ar. 6. ad 2. & 2. & qu. 112. art. 2. D. Bon. in 2. d. 28. ar. 2. q. 1.)

2 Secunda Conclus. Adultum, qui falso putat se esse baptizatum, cum nō sit, non iuuant alia sacramenta, quamuis accipiat ea, quoniam baptismus est ianua omnium sacramentorum: verum est, quod iste est liber à præcepto baptismi propter ignorantiam quam habet, & habens contritionem suorum peccatorum, in qua includitur desiderium baptismi, saluabitur, vt resoluit Henriquez allegans multos. Lib. 1. sacr. in gen. c. 10

3 Tertia Conclus. Non debet minister huius sacramenti administrare illud incapaci sciens, quod sit incapax: & sic peccat mortaliter administrando illud adulto, qui non est rectè instructus, aut est in peccato mortali nolens agere pœnitentiam, aut vult regredi ad infideles cum periculo apostatandi à fide, aut videt, quòd contritus per metum recipit baptismum, & sic non potest baptizare infantem, aut puerum contra voluntatem suorum parentum infidelium, relinquendo illum sub protectione, & potestate eorum: vt tenet S. Thom. à quo quantum ad hoc non discedit Scotus; & tenetur Parochus aduertere, quod nullus suorum subditorum, si saltem vnus parentum eius sit Christianus, moriatur sine baptismo, vt allegans multos resoluit Henriquez. An sit necessaria contritio infra videbitur in verbo contritio.

De benedictionibus ornamentorum Ecclesiasticorum, & ecclesiarum pollutarum.

Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

An soli Episcopo sit concessum benedicere albam & stolam, & corporalia, & si prælatus religionum habeat ad illud autoritatem. Conclus. 1. num. 1.

An prælati religionem possint benedicere suas ecclesias, & monasteria, & reconciliare ea, cum sunt polluta, conclus. 2. num. 2.

1 PRima Conclus. secundum ius commune soli Episcopo concessum est benedicere albam, stolam, & manipulum, & alia ornamenta dicendi missam, vt est opinio Riccard. quem seq. Scotus, & bene potest dici Missa sine cingulo benedicto; nam secundum illum neque calceamenta solent benedici: tamen ministri Prouinciales fratrũ minorum possunt benedicere corporalia; & ipsimet, & Custodes, & Guardiani possunt benedicere reliqua ornaméta pro seruitio sui ordinis, & pro Monialibus S. Claræ, & pro Tertiarijs, dummodo illis sint subiectæ, & non amplius, vt dicitur in priuilegio, & notat collector. sed non possunt per hoc priuilegium benedicere corporalia nisi solum Prouinciales: & debet notari, quod patres Priores ordinis Beati Hieronymi per particulare breue Innocentij VIII. confirmatum à Pio Quinto, possunt benedicere corporalia suorum conuentuum, & alia ornamenta ad ministerium altaris, & per consequens per participationem priuilegiorum possunt idem facere Guardiani nostræ religionis in suis conuentibus solum, vt aduertunt patres deputati per capitulum generale nostræ religionis celebratum in nostro Conuentu Sancti Ioannis Regum Ciuitatis Toletanæ ad faciendum cæremoniale ad nostrum ordinem. Circa quod debet notari, quod quamuis dicti Prouinciales, & Guardiani non possunt benedicere dicta ornamenta extra ordinem, & suos Conuentus, si tamen moti pietate fecerint eleemosynam cum aliquo horum ornamentorum pro alia ecclesia extra ordinem, possunt clerici vti prædictis ornamentis, nec est in eo peccatum aliquo modo.

2 Secunda Conclus. Omnes prælati nostri ordinis ad suos subditos solum possunt benedicere Ecclesias, & cœmeteria, & possunt reconciliare ecclesias pollutas cum aqua benedicta per ipsos, si Episcopus abfuerit vltra duas dietas, quæ sunt 42. millia passuum, vt concesserunt summi Pontifices, & notat Collector. Dixi si distet per duas dietas, nam si non distat tantum, Episcopo conuenit, & ad illum pertinet benedictio dictarum ecclesiarum, aut saltem benedicere aquam, vt cum ipsa dicti prælati purificent ecclesias, vt aduertit dictus Collector.

Qui sint incapaces beneficiorum Ecclesiasticorum, ratione insufficientiæ, natalium, excommunicationis, aut irregularitatis. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

An possint episcopi ponere coadiutores beneficiatis idiotis, concl. 1. num. 1.

An qui dat aliquod beneficium ecclesiasticum illi, qui non habet litteras, teneatur ad aliquam restitutionem, conclus. 2. num. 2.

An collatio facta personæ ignoranti sit ipso iure nulla, concl. 3. num. 3.

An filij spurij clericorum possint habere beneficia ecclesiastica, aut pensiones in ecclesiis, in quibus patres eorum fuerunt beneficiati, & si idem debeat dici de nepotibus clericorum, conclus. 4. num. 4.

An collatio beneficij facta excommunicato excommunicatione maiori sit nulla, concl. 5. num. 5.

An qui impetrat aliquod beneficium tacens aliquam irregularitatem, aut culpam, quam contraxit, habeat aliquam necessitatem dispensationis ad habendũ beneficium, concl. 6. num. 6.

An sint incapaces beneficiorum ecclesiasticorum, & dignitatum sæcularium, qui descendunt a Mauris, aut Iudæis, concl. 7. num. 7.

Pri-

PRima Conclus. Si episcopi inuenerint rectores curatos sine sufficientia necessaria ad officium, non debent eos castigare, si de cætero sint homines bonæ, & sanctæ vitę; debent tamen dare eis coadiutores, vt ordinat Concil. Trident. quæ determinatio procedit in ijs, qui iam sunt promoti, nam qui promoti non sunt, si non habeant sufficientiam necessariam, non debent admitti, vt declarat Maiolus, & constat ex conclusionibus sequentibus.

Sess.21. c.6.

De irregul.c.32 nu.13.

2 Secunda Concl. qui dat beneficium ei, qui non habet litteras, tenetur ad restitutionem omnium damnorum, quæ ex tali electione procedunt, vt post alios tenet Angelus, & tanquam admirabilem ac horribilem doctrinam sequitur eam Nauarr. & Ioannes Lopez: & hinc sequitur quod qui dant beneficium ecclesiasticum ignoranti, peccant mortaliter, & incurrunt in alias pœnas iuris, quæ sunt 12. relatæ à Rebuffo.

Angel. verbo rest.

Nau. in c.2. de rescr.ex cept.2.

Lopez i c.1.ver. 26.n.15

Rebuff. in prac. benef. de pęnis contra collatores.

3 Tertia Concl. Collatio beneficij facta ignoranti est nulla ipso iure, sic tenet Nauar. quem allegans cum alijs sequitur Salzedus probans hanc veritatem aliquibus canonibus quę opinio est tam vera, vt nec colorem tituli præbeat ignorāti, vt affirmat Rebuffus: quę sententia debet intelligi de eo, qui in totum est ignorans, qui nec calleat linguā Latinam pro Ecclesia Latina, nec Græcā, pro Ecclesia Græca, non quādo habeat aliquam scientiam quamuis non idoneam, nam quamuis collatio facta huic non sit firma secundum ius, præbet tamen colorem tituli.

Nau. vbi sup.

Salzed.i prac.cr. c.25.qu. 65.col.1

Rebuff. de pacif. possess. nu.203.

Hæc Conclus. vt sit vera, debet intelligi duabus limitationibus: prima est, quod solum procedat in illo, qui nunquam didicit litteras, & non de illo, qui didicit quidem, sed post obtentum beneficium, aut infirmitatis causa, aut ob aliam rationem obliuiscitur taliter, vt nihil sciat, nam ad iudicandum, si aliquis est habilis ad beneficium, debet respici tempus, quo habuit beneficium. Secunda limitatio est, quòd quamuis collatio facta ignoranti sit nulla, si ille pudore ignorantiæ motus resipiscit, & studet, in discendoque laborat, si non sit ei sublatum beneficium, antiqua collatio resuscitat hac tacita collatione, sic tenet Rebuffus.

Rebuff. vbi sup. pag.65.

4 Quarta Conclus. Concilium Trident. disposuit, vt filij non legitimi clericorum non possint habere pensiones super beneficijs, quæ habent, aut habuerunt patres eorum, & quòd reciprocæ resignationes, quæ fiebant à patribus clericis in fauorem filiorum illegitimorum, aut quæ simili cautela factæ fuerint illis, nihil prodesse possint, & quod omnes qui recipiunt aliquod beneficium non habentes qualitates, quas petunt statuta fundationis illius, peccant, & tenentur resignare, vt dicitur in dicto Concil. Triden. Circa quòd Concilium debet notari primo, quòd solum filius non legitimus clerici non potest habere beneficium, & non sunt incapaces eius nepotes, filij scilicet talis prædicti filij: nam Concilium solum dicit, quòd filij illegitimi clerici non possunt habere beneficium in ecclesia, vbi pater ministrauit. Et cum hæc sit lex pœnalis non debet ampliari, vt tenet quædam glossa communiter recepta secundum Belameram, & Præpositum, & sic practicatur secundum Gueuaram, quod debet teneri, quamuis contrarium teneat Rebuffus. Secundo debet notari, quod si hic pater clericus non ministrauit in ecclesia illa, non procedit talis prohibitio, vt dicit Salzedo in sua praxi criminali. Tertio debet aduerti, quod prohibitio Concil. Trident. non procedit in casu, quo pater esset mortuus ante prohibitionem Concilij; sic fuit declaratum per Cardinales reformationis his verbis, *Filij presbyterorum non prohibentur habere beneficium legitime obtentum in eadem ecclesia, in qua fuit beneficiarius eorum pater, qui ante publicationem eiusdem Concilij à vita migrauit.* Quarto debet notari, q̄ filius legitimus clerici habitus de legitimo matrimo-

Concil. Triden. ses.25.c. 15.

In c.1.§. d.verbo prębendas, & i c. Apos. 89. vbi dicit cō munem Belam. nu.3. & Præp.n. 20.

Gueu. l. 9. de potest. leg. nu.117.

Rebuff. de disp. sup def. nat. nu. 27.

Salzed. vbi sup. c.28.extra finé, per Rebuf. vbi sup.

nio, ante ordinem sacrum, potest habere beneficium, & esse rector in illa ecclesia, in qua pater sit beneficiatius: sic obseruatur in praxi, vt affirmat Rebuffus, & sic possunt filij legitimi esse canonici in ecclesia vbi pater est Episcopus, nam Concil. solum loquitur de filijs natis post ordines sacros a patre receptos. Quinto debet notari, quòd pater clericus potest succedere in beneficium filij, nam hoc neq; Concil. neque aliud ius prohibet, vt docet Rebuffus.

Rebuff. vbi sup. nu. 29.

5 Quinta Conclusio. Collatio beneficij facta excommunicato excommunicatione maiori est nulla, quamuis ignoret eam: hæc opinio est communis, quam sequitur Nauar. & Couar. Quòd probo; nam, quamuis ignorantia liberet a pœnis, quas ius imponit contra excommunicatos, qui faciunt aliquam rem prohibitam per ius positiuum, nõ habilitat eos, & facit capaces contra prohibitionem ipsius iuris: & vt possit habere tale beneficium, non sufficit probare schedula Confessarij, quod est liber ab excommunicatione, vt probat Rebuff. tamen ad fugiendas controuersias, & lites, quæ circa hoc possunt contingere, est consuetudo multum recepta, & ordinaria in Curia Romana, quòd quotiescunque fit collatio alicuius beneficij, aut dantur litteræ ad illud, datur etiam absolutio excommunicationis impetranti ad hunc effectum dũtaxat, vt affirmat Ioannes Staphilius, Gigas, Rebuffus, & Nauarr. & quamuis absoluat de omnibus censuris, non videtur dispensare in irregularitate; nam nunquam videtur dispensare in ea, nec dare potentiam ad illud, nisi hoc exprimat, vt dicit idem Nauarr. Et nota, quòd excommunicatus excommunicatione maiori si acceptet beneficium, quod datur sibi scienter, non valet dicta collatio, sed si acceptat ignorãs excommunicationem, valet dicta collatio in foro conscientiæ, quamuis in foro exteriori est, & debet esse irrita; vt resoluit Henriquez, qui dicit etiã quòd impetratio beneficij facta alicui per aliquem excommunicatum excommunicatione maiori est irrita, & non potest beneficiatus habere fructus eius, nisi qui debentur eius seruitio, quia dixit horas canonicas, aut fecit officium Parochi, aut Canonici.

Nau. c. 17. nu. 171. Cou. in c. alma mater, 2. p. §. 7. nu. 3. Rebuff. in conc. in forma mã datorũ apost. verbo absoluẽtes; fol. 557. Staphil. de litteris Gratiæ, f. 82. Gigas de pensio. q. 14. Rebuff. mo. con cor. tit. de excõica non vitãd. Nau in Man. c. 27. Nauar. vbi sup. nu. 254. Hẽriq. de excom. li. 13. c. 3. nu. 7.

6 Sexta Cõclusio. Qui tacuit aliquam irregularitatem occultam, quam contraxit, & ordinatur, & impetrat beneficium, & capit possessionem de eo, debet procurare occultè dispensationem irregularitatis; & si scienter cepit possessionem, clarum est, quod ideo se inhabilitauit ad tale beneficiũ, propter quòd debet se conferre ad Papam ad petendam dispensationem inhabilitatis, & postea vadat ad Ordinarium ad petendam collationem, si tale beneficium, quando illud habuit, non erat Papæ reseruatum; sic dicit Nauarr. consuluisse; immo tenet Henriquez, quòd Ordinarius potest dispensare in foro conscientiæ, si casus est occultus, si minatur magnũ scandalum, non dispensari statim.

Nau. vbi sup. nu. 193. Henriq. to. 2. lib. 13. de excõ. c. 14. n. 2. & 3

7 Septima Concl. Non est incapax habendi beneficium ecclesiasticum, aut aliam dignitatem Ecclesiasticam, aut sæcularem, qui statim, ac natus est, fuit baptizatus, & iã amplius non defecit a fide, quãuis descẽdat a patribus, aut auis Mauris, aut Iudæis, vt resoluit Couarr.

In Clẽ. si furiosus 1. p. §. 2. iuxta finẽ.

De ijs, qui non possunt habere beneficia ecclesiastica ex defectu ætatis, aut ordinis sacri, aut quia matrimonium contraxerunt. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

An possit dari beneficium ecclesiasticum, minoribus 14. annis, & beneficia curata minoribus 25. concl. 1. num. 1.

An laicus possit concurrere ad beneficium in ecclesia, in qua est statutum, quòd intra annum debeat recipere ordinem sacerdotij, seu presbyteratus. ibid.

An qui habent beneficium curatum, & nõ ordinantur intra annũ, remaneant, ipso iure priuati tali beneficio, concl. 2. nu. 2.

An

An qui accipit beneficium simplex sine animo suscipiendi sacerdotium, teneatur ad restitutionem fructuum, concl. 3.nu.3.

An ratione studij possit Episcopus dispensare cum beneficiario, vt intra septem annos accepter ordinem presbytery.conclus.4.nu.4.

An possit facere fructus beneficij curati, qui recipit illud sine animo ordinem recipiendi, cum postea intra annum ordinem recipiat, concl.5.nu.5.

An qui recepit aliquam ecclesiam parrochialem animo recipiendi ordinem presbyteratus quòd postea pœnitens non efficit, teneatur ad restitutionem fructuum integre receptorum, antequam mutaret consilium.concl.6.nu.6.

An possit quis accipere beneficium animo recipiendi ordines intra annum simul cum animo, quòd si frater eius moreretur sine filijs contrahendi matrimoniũ ad substinendam domum patris, ibidem.

An teneatur restituere fructus, qui recipit beneficium animo relinquendi, si illi detur aliud pinguius, ibid.

An beneficiarius ordinatus minorib. contrahēs matrimonium per verba de præsenti amittat statim beneficium, concl. 7.num.7.

Concil. Tri.sess. 23.c.6. a PRima Conclusio. Determinatum est in Concil. Trident.esse semper illicitum dare beneficium simplex ijs,qui non habent quatuordecim annos, nec post dictos 14. annos possunt illis dari beneficia de cura, nisi ad minus attingant 25. annos, vt dicitur in eodem Concilio, in quo ordinatur, quod clerici idonei qui non sunt minores 22.annis, possunt habere canonicatus,dignitates, aut portiones, quibus non est annexa cura animatũ, ex quo Concilio colligitur clare, quòd si Episcopus fecerit collationem beneficij contra declaratum in illo loco, peccat mortaliter, & erit collatio nulla, & irrita, ita vt Papa dispensans sine iusta, & rationabili causa peccaret. Secundo (Concil. Tri. sess. 24.c.12. de Ref.) circa Concilium est notandum. Primo quòd dare minoribus 14. annis beneficium simplex vocatum, est peccatum acceptationis personarum, vt dicit Caiet. affirmans, quòd dare beneficium ecclesiasticum iuueni, si adsit alius maioris ætatis, & idoneus nõ solum est peccatum inexcusabile, sed etiam intolerabile, nã iuuenes solũ sunt idonei in spe: at homines iam sũt tales actualiter, immo magis quòd non possunt soluere officium diuinum deuotè,ac attentè,sicut oportet, quã sententiam sequitur, & laudat Aragon. aduertens, quòd tempore Caietan. non erat adhuc prohibitum, quòd iuuenes minores 14. annis possēt habere beneficiũ simplex, sicut nũc post Concil. Trid.est prohibitũ, & sic habēt minus idoneitatis nũc quã prius. Secũdo notandũ, q̃ aliquãdo potest esse licitũ facere collationē horum beneficiorũ iuuenibus, si videantur in illis signa bonorũ morum, & reliqua; hoc tamen, vt dicit Aragõ, dēt fieri raro, & cũ magna cautela; nam experientia docet q̃ bonæ iuuenum demonstrationes infrigidantur, & lãguescunt. Tertio debet notari, q̃ laicus potest opponere se ad beneficiũ in sua ecclesia, vbi est statutũ, quòd qui in illa habuerit beneficiũ, recipiat omnes ordines intra annum, dato casu, quòd iste laicus non haberet 25. annos completos, solũ enim requiritur, quod attingat illos; nec obstat non posse recipere omnes ordines intra annum ratione interstitiorum, quæ debent esse in illis, vnde non poterit habere dictum beneficium secundum prædictam constitutionem; quoniam clarum est, quòd si adsit iusta causa, potest Episcopus dispensare in interstitijs, & sic poterit eos recipere intra annum, vt dicitur in Cõcil. Trident. & ego explico in fine Bullę Cruciatæ, secundæ impressionis declarans non esse contra hoc motum quendam proprium Sixti V. datum contra Episcopos, qui ordinant sine obseruatione dictorum interstitiorum. Supradictum notabile tenet Nauar. Et iusta causa ad dispensandum Episcopo erit

(Verbo benef.§. 2.) (Sess. 23. c.11.) (Nau. in Man. c. 25. nu. 102.)

ista de qua tractamus, scilicet perdere hunc sęcularem suum beneficium, si non recipit ordinem intra annum. Et notetur, quòd patronus, qui præsentauit ad beneficium absentem, sufficit quòd in tempore quo nuntius peruenit ad illum cum schedula habeat ætatem quam ius decernit, vt sentit Nau. nam patronus semper est in eadē volūtate, & sic ætas fit interim habilis ante collationem. Hinc infertur, quòd qui est electus ad Episcopatum sufficit, quòd antè collationem, aut confirmationem accipiat gradum licentiaturæ, vt ordinat Sacrum Concil. Trident. & sic si Rex præsentat aliquem illegitimum ad aliquem Episcopatum, sufficit, quòd obtineatur dispensatio ante collationē, & idem etiam dicendum si præsentaret aliquem irregularem, sic tenet Henriquez. Notetur amplius, quòd ille cum quo Papa dispensat, vt possit habere aliquod beneficium ante ætatem non admittit illud, quamuis attingens 22. annos non recipiat ordinem subdiaconatus, quia dispositio pęnalis iuris non debet extendi vltra casum expressum, vltra quòd dispensatio principis fauorabilis debet amplè interpretari, dummodo non præiudicet alicui tertio; & etiam, quia causa finalis huius dispensationis est, vt factus iste sacerdos possit per se ipsum seruire beneficio administrans sacramenta, & non tenetur recipere diaconatum, & subdiaconatum nisi per modum sequelæ, vt dicit Henriquez.

Nau. l. 3. cōsi. de tempor. ordin. cōs. 43. ex li. 3. cōsi. de iure patron. con. 8.

Henriq 7. tom. l. 13. q. de interdi. c. 17. nu. 3. c. licet

2 Conclusio secunda. Si illi qui habent beneficium curæ, non ordinentur intra annum, remanent ipso iure priuati tali beneficio, & per consequens tenentur ad restitutionem fructuum: sic est ordinatum in iure Canonico, & tradit late Rebuff. & vltra id quòd ipse dicit, est multum aduertendum, quòd ille, qui habet aliquam ecclesiam parochialem non recipiens intra annum ordinem prȩsbyteratus, cum remaneat ipso iure priuatus a beneficio, tenetur in foro conscientiæ ad restitutionem omnium fructuum, quos habuerit transacto dicto anno; sic dicit Nauarr. nam restitutio fructuum non est pœna, quæ non debetur nisi post sententiam latam, sed pertinet ad modum & conditionem, qua collatum fuit illi dictum beneficiū.

Cap. de electi li. 6. Rebuff. in practica benef. tit. de p. motis, intra annum. p. 443.

Nau. c. 25. p. 117 & d. oratione c. 22. n. 49

Et nota ad hoc propositum quandam declarationē Cardinalium reformationis, cuius verba sunt hæc, *Pœna canonis præscripta eis, qui intra annum sacerdotium non susceperint, non habet locum in rectore, qui intra annum a die susceptæ possessionis pacificæ, vel intra tempus comparuit, & se promoueri petit asserens, quantum in eo est, se paratum ad suscipiendum sacerdotium, sed Ordinarius noluit eum propter illiteraturam, vel aliam causam promouere.* Hanc declarationem affert Salzed. in sua practica criminali. Et nota quod non incurretur in dictam pęnam vsque ad annum transactum, propter quod si forte clericus mortuus fuerit vltimo die anni, vacabit beneficium per obitum eius, sic tenet Paulus Paris. & poterit in dicto vltimo die anni ante suam mortem permutare, aut resignare dictum beneficium, cum ad illud habeat ius, vt tenet Rebuff.

Salzed. in prac. c. 52. p. 147.

Paulus Paris cō sil. 119. num. 28

3 Tertia Conclusio. Ille, qui sine animo suscipiendi sacerdotium intra annum accipit aliquod beneficium simplex, non tenetur ad restitutionem fructuum eius, vt tenet Nauar. Sot. & Angl. contra Gabr. nam canon priuans huiusmodi homines fructibus loquitur de beneficio curam animarum habenti, vt diximus in conclusione præterita: verum est quod talis peccat, cum priuet ecclesiam suo ministerio fruens eius redditibus, nisi ad ministerium huius beneficij est annexus ordo sacerdotij, vt cum Soto tenet Fr. Ludouic. Lopez. in Instruct. Conf. 2. par. cap. 106.

Vbi supra nu. 48.

Na. d. c. 29. n. 117 Sot. d. iustit. l. 10. q. 5. a. 5. Angl. in mat. de res.

4 Quarta Conclusio. Potest Episcopus dispensare cum studente habente beneficium curatum in eius pacifica possessione, vt possit non recipere sacerdotium intra septem annos ratione studendi, dummodo intra annum, quo debebat recipere ordines, recipiat subdiaco-

diaconatum; sic definitum est in iure, cap. cum eo, de elect. lib. 6. Quæ dispensatio non valebit ei, qui non se exercuerit in studendo, vt dicit Silu. verb. benef. 3. q. 2.

Addit. Quod verum erat ante Concil. Trident. Sed post non est in vsu dispensare hac de causa cum eo, qui obtinuit beneficium curatum, vt sacra Cõgreg. Cardin. Concilij, interpretum declarauit illa verba Conc. *& subtractionem fructuum* Sess. 23. cap. 1. de reform. Verba dictæ Cong. Sic se habent. Quãdo alicui Parocho conceditur studendi facultas, vt fructus suos faciat, hæc seruare debet. Primo, vt studeat Theologiæ, aut iuri Canonico in celebri Vniuersitate. Secundo, si est annorum ætatis triginta, nulla facultas concedi debet; ideo ætas est exprimenda, & hoc nisi iam studia incępisset, & illa nondũ absoluisset; propter quod iam cępta studia potest finire. Tertio, ad quinquennium tantum à principio studij computandum, licentia hæc est concedenda, adiecta clausula, *vt infra annum ad Subdiaconatum promoueatur*. Quarto, cura animarum per idoneum Vicariũ ab Ordinario eligendum, assignata illi vna pensione fructuum, exerceatur. Atque hæc facultas solum habet locũ in Parochialibus ante Concil. Trid. obtentis, quia in obtentis post Conc. prædicta licentia non datur, &c.

5 Quinta Conclusio. Ille, qui sine animo suscipiendi sacerdotium acceperit aliquam ecclesiam parochialem, tenetur ad restitutionem fructuum receptorum, nisi forsitan mutans consilium susceperit ordines intra annum, vt definitum est in iure, quod intelligitur de ecclesia parochiali, cui est annexa cura animarum, & non de ecclesia collegiata; & ratio est, quia tenetur clericus residere in Ecclesia, & seruire ei per semetipsum, quod non potest facere antequam sit sacerdos.

6 Sexta Conclusio. Ille, qui accepit ecclesiam parochialem cum animo suscipiendi sacerdotium, & postea mutauit consilium, & non suscepit, non tenetur ad restitutionem fructuũ receptorum ante mutationem cõsilij, nec tenebitur restituere integrè omnes fructus, quos recepit, postquam commutauit dictum consilium, si interim pro illo anno posuit Vicarium idoneum, & de cetero satisfacit obligationi dictæ ecclesiæ; nam in casu, quod teneretur restituere fructus, deberet prius extrahi pars, quam dedit Vicario, & sic non tenetur hanc restituere, sicut nec tenebitur ad residuum, quod remanet in eius potestate, quia hoc debetur illi propter seruitium personale, & alia ministeria, quæ interim adhibuit in dicta ecclesia; & si tenetur aliquid restituere, esset ratione dãni, quod ecclesia recepit, quod damnum fuit paucum, & parui momẽti, cum supponatur quod posuerit Vicarium idoneum, & sic non tenetur restituere integre fructus, sed solum respectu damni, quod euenit. Hanc opinionem tenet Nau. contra Sotum, & alios. In d. ca. 25. n. 118 Sot. l. 10 de iust. q 5. ar. 5 Hinc infert Nauar. Primo, quod potest aliquis licite accipere beneficium cum animo suscipiendi ordines intra annũ, & insimul cum animo, & proposito, quod si frater eius mortuus esset sine filijs, cõtraheret matrimonium ad sustentandã domum suorum parentum. Secundo infertur, quod si aliquis accipit beneficium cum animo deserendi statim, ac illi offeratur aliud pinguius, non tenetur restituere fructus eius, si correspondit cum seruitio debito ipsi beneficio, donec obtinet aliud, & idem dicendum est de illo, qui accepit beneficium, ad quod non requiritur sacerdotium cum animo firmo adimplẽdi omnia ad quæ tenetur, quamuis sine animo suscipiendi sacerdotium, aut alium ordinem sacrũ, nam hoc a nullo iure prohibetur. Hæc duo Nauar. corollaria recepit Frater Ludouicus Lopez modificãs ea sic: Lupus i istr. cõs. 2. p. cõ. 105. primò, in casu quod qui recepit ecclesiã parochialem cum tali animo non recipiendi ordinem correspondeat eius seruitio, aut ponat aliquem Vicarium idoneum, & denique sic prouideat Ecclesiæ,

AD explicationem propositi debet notari quòd baptismus est lauacrum exterius corporis factum cũ certa forma verborum a Christo instituta. Dixi lauacrum, quia est necessarium quòd alius faciat, & non sufficit quòd qui vult baptizari, lauet semetipsum, & hoc lauacrum debet esse cum aqua naturali, nam in alio liquore non potest fieri, vt est diffinitum in Concil. Trid. & cum sit lauacrum, necesse est, quòd aqua, qua debet fieri non sit mixta terræ, ita vt potius possit dici lutum quam aqua, & est necessarium quòd non sit congelata in glaciem, aut grandinem, aut niuem: nam hæc sunt corpora densa, & non fluida, nisi liquescant, quia aliter non sunt apta ad lauandum, nec potest fieri in aqua rosacea, aut extracta per aliquod artificium, nam aqua naturalis est materia huius sacramenti. Dixi facta cum certa verborum forma, quæ sunt, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vt constat ex d. Matt. & necessariò in hac forma debetur exprimi persona eius qui baptizatur, quamuis persona baptizantis sufficit quòd tacitè, aut expresse exprimatur. Et nota quod est opinio Catholicorum quòd erit verus baptismus si dicatur in nomine Patris, & Iesu Christi, & Spiritus Sancti; nota item q̃. si Episcopus dicat cum auctoritate. Nos te baptizamus, in nomine, &c. valet baptismus, vt sentit D. Thomas, & alij, & omnes moderni, & Henriquez in sua summa. Nota etiam quod potest vnus vnica forma, & vnico lauacro multos baptizare dicens ego vos baptizo. Sicut potest quis multos absoluere dicens ego vos absoluo, & sicut potest quis consecrare multas hostias dicens hoc est corpus meum; & sic videmus quod Episcopus dicens semel hæc verba, Accipite potestatem ordinat multos qui tangũt simul, aut successiue materiam; videndus est in hac materia Sotus, Nauarr. & Alcocer. Nota etiam quòd valet baptismus dicens in nomine Patrias, & Filias, & Spiritua Sancta, nam mutatio verborum huius formæ in alia verba habentia eundem sensum non variat baptismum, vt dicit Sotus; & quamuis est dubium, an valeat baptismus, si dicatur ego te baptizo in nomine genitoris, geniti, & ab vtroque procedentis; probabilior opinio est non valere, si quidem non exprimuntur in hac forma personæ sub ijsdem nominibus proprijs relatiuis, sed per actus notionales, vt dicit D. Tho. Scotus, Sotus, & Ledesma. Itaque neque valet baptismus dicendo in nomine Trinitatis, vt tenet D. Thom. Scotus, Sotus & Ledesma cum communi. Multa possent dici circa hoc, scilicet si valuit baptismus factus aliquando in nominibus & aliæ difficultates quas in hac materia adducunt Theologi, quas ex professo relinquo, quoniam intentio mea est in hac summa dicere solum quòd ordinarium est in praxi, & quod magis inter manus versatur. Videndus est Henriquez in sua summa, nam in illa dicit totum id quod potest dici in hac materia, & allegat auctores necessarios, vt intelligatur. Accedamus ergo ad resoluendum id quòd restat per conclusiones.

Sess. 7. de Bapt. cap. 2.

Mat. c. vlt.

D. Tho. in 3. p. q. 66. ar. 5. ad 7. Sc. in 4. dist. 3. Sot. l. 5. ar. 5. Ledes. in sum. tit. de bap. diff 4. D. Tho. in 4. 3. q. 21. ar. 2. ad 4. Sot. art. 6. Ledes. q. 2.

2 Prima Conclusio. *Sæcularis potest baptizare, & quiuis alius quamuis sit regularis nostri Patris D. Francisci potest, & tenetur ad baptizandum in casu extremæ necessitatis*, sic est decretum in Iure Canonico, quod intelligitur si non sit (in illa necessitate) præsens aliquis sacerdos qui possit dare baptismũ, vt definiuit Vrbanus Papa. Vnde sequitur quod laicus baptizans sine necessitate peccat, si ignorantia non excusat, quoniam qui administrat aliquod sacramentum sine licentia parochi, peccat mortaliter, in tantum, vt religiosi administrantes Sacramentum Eucharistiæ, & Extremæ Vnctionis, & Matrimonij sine eorum licentia castigentur pœna excommunicationis, vt disponitur in quadam Clemen. Vnde secundo colligitur, quod mulier baptizans in præsentia viri, & sæcularis in præsentia diaconi non peccant mortaliter, si quidem

In c. super quibus 30. q. 1.

dem non vſurpant officium alienum, quoniam nec viro, neque diacono, nec ſubdiacono pertinet in hoc caſu administratio huius Sacramenti ex iure. Sequitur amplius, quòd pater, qui baptizat filium in vrgenti neceſſitate non peccat, potius debet ex hoc laudari: quamuis ſi hoc fecit ſine tali neceſſitate, peccauit mortaliter, ſed tamen valet baptiſmus, & redditur inhabilis ad petendum debitum ab vxore, vt dicam ſuo loco. Et nota ad perfectam explicationem huius puncti, quòd in extrema neceſſitate hæretici, & præciſi poſſunt baptizare conformantes ſe cum intentione eccleſiæ, vt poſt alios reſoluit Sotus, nam omnes mortales poſſunt eſſe miniſtri huius Sacramenti, ſi non adſit aliquod impedimentum naturæ: nam qui non habet manus, non poteſt baptizare, nec mutus, quia vnus eorum non poteſt lauare, nec immittere aquam, & alter non poteſt proferre verba, quæ ſunt forma huius ſacramenti, nec amēs poteſt baptizare, quia deeſt illi intētio, quæ eſt neceſſaria ſaltem virtualis faciendi illud, quod Eccleſia, aut quod Chriſtus inſtituit, & ſicut amenti deeſt hæc intentio, ſic non poteſt eſſe miniſter. Hinc infertur, quod volens adultus baptizari, ſi ſit in extrema neceſſitate, & non eſt Catholicus, qui poſſit baptizare, poteſt, & tenetur recipere hoc ſacramentum de manibus præciſi, qui velit ſuccurrere ei, vt poſt Canum, & Victor. tenet Nauar. & Gutier.

Nu. 4. d. 1. q. 5. ar tic 7. p. 108. c. 2. & ſeq.

Nau. in Man. ca. 22. nu. 7. Gutier. in quib. canon. q. 1 p. 27. c. 1 & 2.

3 Secunda Concluſio. Si aliquis dubitat probabiliter, an aliquis ſit baptizatus poteſt iterum illum baptizare cum conditione, Si non es baptizatus, ego te baptizo, ſic eſt determinatum in iure, & ſic Sacramentum Extremę Vnctionis poteſt dari alicui de quo dubitatur, an ſit mortuus ſub conditione, ſi es viuus, vt dicunt communiter Doctores. Dixi *ſi probabiliter dubitat*, nam ſi non dubitat probabiliter, illicitus erit iſte baptiſmus. Vnde ſequitur, quod parochus ſciens puerum eſſe domi baptizatum, antequam in eccleſiam aſportetur, tenetur petere, an ſit baptizatus, ſub qua intentione, & forma, & ſi inuenit eſſe factum ſecundum formam determinatam ab eccleſia, baptizans puerum ſecundo quamuis ſit ſub conditione, erit irregularis, vt eſt determinatum in iure. Et aduertat, quod ſi aliqua pars minima baptizati eſt baptizata, quod iteret baptiſmum ſub conditione; ſi vero aliqua pars principalis, vt caput, ſcapulæ, aut ſimilis baptizata eſt, non debet iterari: nam cum ſit varietas opinionum, ſicut eſt in hoc caſu, & alijs huius materiæ, ſecurior debet eligi, & præcipue aduertat, quod ſi aqua tetigit ſolum capillos, quod debet iterari, nam vt ſit baptiſmus debet baptizari ſaltem aliqua pars integralis corporis, in qua ſit tota anima rationalis, quam certum eſt non eſſe in capillis: & hanc ob cauſam, ſi aqua baptiſmalis ſolum tangit veſtes, & non corpus, non valet baptiſmus.

De obligatione, qua tenentur adminiſtrare Parochi Baptiſmi Sacramentum tempore peſtis, aut alterius ſimilis neceſſitatis.

Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

An tempore peſtis teneantur Parochi baptizare infantes, quamuis cum periculo ſuæ vitæ, concl. 1 num. 1.

An tempore peſtis poſſint compelli ſaculares ad baptizandos infantes infirmos, ne ponantur in periculo ſacerdotes neceſſarij ad Confeſſiones, concl. 2. nu. 2.

An tempore peſtis poſſint ſaculares eſſe miniſtri huius ſacramenti, concluſio. 3. numero 3.

An in extrema neceſſitate poſſit ſacularis baptizare præſente aliquo fratre minorum ſacerdote, ibid.

An tempore peſtis poſſit baptizari puer in domo, aut in aliquo ſacello propin-

quiori, & an in hoc tempore possint relinqui solemnitates baptismi, conclus. 4. num. 4.

An peccet laicus baptizans in mortali. Conclus. 5. num. 5.

1 PRima Conclus. Tempore pestis tenentur parochi omnes ratione officij administrare sacramentum Baptismi pueris, quamuis cum periculo vitæ, vt dicit Ripa, cum sine hoc remedio non possint saluari, vt resoluit Sotus.

De peste c. de pri. iud. causa pestis n. 47 in 4. d. 5 q. vn. ar. 1. & 2.

2 Secunda Concl. Quamuis persona parochi sit multum necessaria ad administrationem Sacramenti Confessionis, tempore pestis præcipue, & baptizando ponat se ad periculum mortis, non ideo possunt compelli ad administrandum hoc sacramentum laici, illis præsertim qui tanguntur peste; nam parochus est proprius minister eius: sic tenet Sotus, & cum teneantur ad id lege charitatis, & non de iustitia, non peccabunt, etsi nolint facere cum periculo suæ vitæ: nam lex charitatis non obligat tanto rigore: si vero voluerint facere zelo salutis animarum proximorum, erunt digni laude.

in 4. d. 4. q. vni. art. 1.

3 Tertia Conclusio. Tempore pestis possunt esse ministri huius sacramenti etiam laici, quamuis sint præsentes sacerdotes, vt vita sacerdotũ seruetur pro administratione sacramentorum, quæ laici non possunt administrare. Quod probatur, quia præcepta ecclesiastica, vt est istud, quòd laici non possint esse ministri baptismi præsentibus sacerdotibus, non obligant tanto rigore, vt dicit Sotus. Ex dictis infero, quod laicus non potest baptizare in casu necessitatis præsente aliquo sacerdote ordinis minorum, quia hoc non est illi prohibitum in hoc casu à sua regula, vt fuit declaratum in quodam capitulo generali nostræ sacræ religionis, dummodo non sit alius sacerdos qui possit, & velit facere: & nota, quod quamuis fratri minori sit prohibitum baptizare nisi in extrema necessitate: non ideo remanet excommunicatus, quamuis id fecerit sine licentia Episcopi, aut Parochi, vt dicit Nauarrus.

Lib. 1. de iustit. q. 6. art. 4. dub. vlt. li. 10. q. 3. art. 4.

Nau. 22. c. nu. 7.

4 Quarta Conclus. Tempore pestis potest baptizari puer in domo, aut in sacello aliquo propinquo, aut oratorio, propter periculum, si adeat ecclesiam, pueri. Quamuis secundum ius extra hanc necessitatem, aut similem, nemo potest baptizari nisi in ecclesia, vbi est fons baptismi; sic est dispositum à iure; & rationabilius hoc procedit nunc post Concil. Trid. quòd vt cognoscantur patrini, seu tenentes, iubet, vt ponãtur eorum nomina in libro, vt suo loco dicemus tractantes de cognatione spirituali. Quod supra dicitur in conclus. tenet Ripa, & tanta potest esse necessitas in hoc tempore, quod possit relinqui solemnitas baptismi hac cõditione, vt nõ omittatur essentiale; nam regulariter loquendo ecclesiæ præcepta non obligãt tanto rigore, dummodo absit contemptus, & scandalum, vt docet Sotus; & essentiale baptismi est materia, & forma, & minister cum intentione faciendi id, quòd facit ecclesia; & reliqua quę præcedunt, aut sequuntur baptismum sunt solemnitates, aut ritus ecclesiæ: vt explicat Sotus. Ex dictis sequitur, quod sacerdos qui baptizat aliquem puerum positum in agone sine solemnitate non peccat, quia tunc non baptizat de officio tanquam sacerdos, quia in hoc casu si non esset sacerdos, posset quicumque laicus baptizare, quam opinionem post S. Tho. tenet Fr. Ludou. Lopez.

Clem. 1. de bapt. & ibi gl. verbo periculi Ripa de peste, c. de priu. contra caus. pesti. nu. 110.

Lib. 10. de iust. q. 6. ar. 4 dub. vlt.

Sot. in 4 d. q. vn. art. 10.

In instr. consc. p. c. 10. col. 100.

5 Quinta Conclus. laicus, qui baptizat in extrema necessitate, quamuis sit in peccato mortali, non peccat mortaliter, nam non baptizat de officio, & baptizat sine solemnitate, vt insinuat Nauarr. ita vt dicat Scotus, quamuis sit excommunicatus excommunicatione maiori, nam concurrentibus duobus præceptis incompatibilibus, illud obligat, cuius transgressio esset causa maioris damni, vt esset non succurrere ei, qui esset in tali necessitate, quod esset maioris damni, quam administrare baptismum

In Man. c. 22. n. 3 In 4. d. 69. c.

mum in peccato, aut excommunicatione, vnde licitum erit illi sic baptizare.

De illis qui tenentur ad baptismum. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

An possit aliquis esse saluus sine baptismo aquæ, sanguinis, aut ignis. Conclus. 1. num. 1.

An adultum, qui falso putat esse baptizatum, iuuent alia sacr. concl. 2. num. 2.

An adulto possit hoc sacramentum administrari antequam instruatur in fide, concl. 3. num. 3.

1 PRima Concl. Nemo sine baptismo aquæ, aut sanguinis recipiens martyrium, aut ignis desiderans recipere baptismum potest saluari post sufficiẽtem promulgationem Euangelij, nisi in casu quòd habeat ignorantiam inuincibilem eius, vt resoluit Castrus, & Sotus. Et sic secundum legem ordinariam Dei impossibile est, quòd puer intret in Regnum cœlorum sine baptismo aquæ, aut martyrio, & impossibile est adultum illuc ire sine baptismo aquæ, martyrij, aut ignis, qui est desiderium magnum recipiendi baptismum. Dixi nisi habeat ignorantiam inuincibilem, quia qui inuincibiliter ignorat illum, saluabitur cum voto implicito eius. Quod votum implicitum accidit, quando aliquis adiutus cum fauore speciali diuino habens saltem fidem implicitam vnius mediatoris, dicit pœnitere se offendisse Deum, & facit quod in se est, vt colligitur ex his, quæ tradit D. Thom. & S. Bonauent. Ex dictis colligitur, quòd baptismus est medium necessarium ad salutem, & sic est preceptum diuinum eius, & quamuis est præceptum affirmatiuum, obligat semper, & ad semper. Verum est, quòd qui semel, aut bis omiserit recipere habita opportunitate, si postea moriatur contritus de hoc peccato, saluabitur, nam desiderium baptismi tollit hunc defectum, & abstergit omnem maculam culpæ negligentiæ.

3. p. q. 66. ar. 11. 3. p. q. 68. ar. 2. 2. 2. qu. 190. ar. 6. ad 1. & 2. & qu. 112. art. 2. D. Bon. in 2. d. 28. ar. 2. q. 1.

2 Secunda Conclus. Adultum, qui falso putat se esse baptizatum, cum nõ sit, non iuuant alia sacramenta, quamuis accipiat ea, quoniam baptismus est ianua omnium sacramentorum: verum est, quod iste est liber à præcepto baptismi propter ignorantiam quam habet, & habens contritionem suorum peccatorum, in qua includitur desiderium baptismi, saluabitur, vt resoluit Henriquez allegans multos. Lib. 1. sacr. in gen. c 10

3 Tertia Conclus. Non debet minister huius sacramenti administrare illud incapaci sciens, quod sit incapax: & sic peccat mortaliter administrando illud adulto, qui non est rectè instructus, aut est in peccato mortali nolens agere pœnitentiam, aut vult regredi ad infideles cum periculo apostatandi à fide, aut videt, quòd contritus per metum recipit baptismum, & sic non potest baptizare infantem, aut puerum contra voluntatem suorum parentum infidelium, relinquendo illum sub protectione, & potestate eorum: vt tenet S. Thom. à quo quantum ad hoc non discedit Scotus; & tenetur Parochus aduertere, quod nullus suorum subditorum, si saltem vnus parentum eius sit Christianus, moriatur sine baptismo, vt allegans multos resoluit Henriquez. An sit necessaria contritio infra videbitur in verbo contritio.

De benedictionibus ornamentorum Ecclesiasticorum, & ecclesiarum pollutarum.

Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

An soli Episcopo sit concessum benedicere albam & stolam, & corporalia, & si prelatus religionum habeat ad illud authoritatem. Conclus. 1 num. 1.

An prælati religionem possint benedicere suas ecclesias, & monasteria, & reconciliare ea, cum sunt polluta, conclus. 2. num. 2.

1 PRima Conclus. secundum ius commune soli Episcopo concessum est benedicere albam, stolam, & manipulum, & alia ornamenta dicendi missam, vt est opinio Riccard. quem seq. Scotus, & bene potest dici Missa sine cingulo benedicto; nam secundum illum neque calceamenta solent benedici: tamen ministri Prouinciales fratrũ minorum possunt benedicere corporalia; & ipsimet, & Custodes, & Guardiani possunt benedicere reliqua ornaméta pro seruitio sui ordinis, & pro Monialibus S. Claræ, & pro Tertiarijs, dummodo illis sint subiectæ, & non amplius, vt dicitur in priuilegio, & notat collector. sed non possunt per hoc priuilegium benedicere corporalia nisi solum Prouinciales: & debet notari, quod patres Priores ordinis Beati Hieronymi per particulare breue Innocentij VIII. confirmatum à Pio Quinto, possunt benedicere corporalia suorum conuentuum, & alia ornamenta ad ministerium altaris, & per consequens per participationem priuilegiorum possunt idem facere Guardiani nostræ religionis in suis conuentibus solum, vt aduertunt patres deputati per capitulum generale nostræ religionis celebratum in nostro Conuentu Sancti Ioannis Regum Ciuitatis Toletanæ ad faciendum cæremoniale ad nostrum ordinem. Circa quod debet notari, quod quamuis dicti Prouinciales, & Guardiani non possunt benedicere dicta ornamenta extra ordinem, & suos Conuentus, si tamen moti pietate fecerint eleemosynam cum aliquo horum ornamentorum pro alia ecclesia extra ordinem, possunt clerici vti prædictis ornamentis, nec est in eo peccatum aliquo modo.

2 Secunda Conclus. Omnes prælati nostri ordinis ad suos subditos solum possunt benedicere Ecclesias, & cœmeteria, & possunt reconciliare ecclesias pollutas cum aqua benedicta per ipsos, si Episcopus abfuerit vltra duas dietas, quæ sunt 42. millia passuum, vt concesserunt summi Pontifices, & notat Collector. Dixi si distet per duas dietas, nam si non distat tantum, Episcopo conuenit, & ad illum pertinet benedictio dictarum ecclesiarum, aut saltem benedicere aquam, vt cum ipsa dicti prælati purificent ecclesias, vt aduertit dictus Collector.

Qui sint incapaces beneficiorum Ecclesiasticorum, ratione insufficientiæ, natalium, excommunicationis, aut irregularitatis. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

An possint episcopi ponere coadiutores beneficiatis idiotis, concl. 1. num. 1.

An qui dat aliquod beneficium ecclesiasticum illi, qui non habet litteras, teneatur ad aliquam restitutionem, conclus. 2. num. 2.

An collatio facta personæ ignoranti sit ipso iure nulla, concl. 3. num. 3.

An filij spurij clericorum possint habere beneficia ecclesiastica, aut pensiones in ecclesijs, in quibus patres eorum fuerunt beneficiati, & si idem debeat dici de nepotibus clericorum, conclus. 4. num. 4.

An collatio beneficij facta excommunicato excommunicatione maiori sit nulla, concl. 5. num. 5.

An qui impetrat aliquod beneficium tacens aliquam irregularitatem, aut culpam, quam contraxit, habeat aliquam necessitatem dispensationis ad habendũ beneficium, concl. 6. num. 6.

An sint incapaces beneficiorum ecclesiasticorum, & dignitatum sæcularium, qui descendunt a Mauris, aut Iudæis, concl. 7. num. 7.

Pri-

Sess.21. c.6.

PRima Conclus. Si episcopi inuenerint rectores curatos sine sufficientia necessaria ad officium, non debent eos castigare, si de cætero sint homines bonæ, & sanctæ vitę; debent tamen dare eis coadiutores, vt ordinat Concil. Trident. quæ determinatio procedit in ijs, qui iam sunt promoti, nam qui promoti non sunt, si non habeant sufficientiam necessariam, non debent admitti, vt declarat Maiolus, & constat ex conclusionibus sequentibus.

De irregul. c.32 nu.13.

2 Secunda Concl. qui dat beneficium ei, qui non habet litteras, tenetur ad restitutionem omnium damnorum, quæ ex tali electione procedunt, vt post alios tenet Angelus, & tanquam admirabilem ac horribilem doctrinam sequitur eam Nauarr. & Ioannes Lopez: & hinc sequitur quod qui dant beneficium ecclesiasticum ignoranti, peccant mortaliter, & incurrunt in alias pœnas iuris, quæ sunt 12. relatæ à Rebuffo.

Angel. verbo rest. Nau. in c.2. de rescr. except.2. Lopez i c.1. ver. 26. n.15 Rebuff. in prac. benef. de pęnis contra collatores.

3 Tertia Concl. Collatio beneficij facta ignoranti est nulla ipso iure, sic tenet Nauar. quem allegans cum alijs sequitur Salzedus probans hanc veritatem aliquibus canonibus quę opinio est tam vera, vt nec colorem tituli præbeat ignorãti, vt affirmat Rebuffus: quę sententia debet intelligi de eo, qui in totum est ignorans, qui nec calleat linguã Latinam pro Ecclesia Latina, nec Græcã, pro Ecclesia Græca, non quãdo habeat aliquam scientiam quamuis non idoneam, nam quamuis collatio facta huic non sit firma secundum ius, præbet tamen colorem tituli.

Nau. vbi sup. Salzed. i prac. cr. c.25. qu. 65. col.1 Rebuff. de pacif. possess. nu.203.

Hæc Conclus. vt sit vera, debet intelligi duabus limitationibus: prima est, quod solum procedat in illo, qui nunquam didicit litteras, & non de illo, qui didicit quidem, sed post obtentum beneficium, aut infirmitatis causa, aut ob aliam rationem obliuiscitur taliter, vt nihil sciat, nam ad iudicandum, si aliquis est habilis ad beneficium, debet respici tempus, quo habuit beneficium. Secunda limitatio est, quòd quamuis collatio facta ignoranti sit nulla, si ille pudore ignorantiæ motus resipiscit, & studet, in discendoque laborat, si non sit ei sublatum beneficium, antiqua collatio resuscitat hac tacita collatione, sic tenet Rebuffus.

Rebuff. vbi sup. pag. 65.

4 Quarta Conclus. Concilium Trident. disposuit, vt filij non legitimi clericorum non possint habere pensiones super beneficijs, quæ habent, aut habuerunt patres eorum, & quòd reciprocæ resignationes, quæ fiebant à patribus clericis in fauorem filiorum illegitimorum, aut quæ simili cautela factæ fuerint illis, nihil prodesse possint, & quod omnes qui recipiunt aliquod beneficium non habentes qualitates, quas petunt statuta fundationis illius, peccant, & tenentur resignare, vt dicitur in dicto Concil. Triden. Circa quòd Concilium debet notari primo, quòd solum filius non legitimus clerici non potest habere beneficium, & non sunt incapaces eius nepotes, filij scilicet talis prædicti filij: nam Concilium solum dicit, quòd filij illegitimi clerici non possunt habere beneficium in ecclesia, vbi pater ministrauit. Et cum hæc sit lex pœnalis non debet ampliari, vt tenet quædam glossa communiter recepta secundum Belameram, & Præpositum, & sic practicatur secundum Gueuaram, quod debet teneri, quamuis contrarium teneat Rebuffus. Secundo debet notari, quod si hic pater clericus non ministrauit in ecclesia illa, non procedit talis prohibitio, vt dicit Salzedo in sua praxi criminali. Tertio debet aduerti, quod prohibitio Concil. Trident. non procedit in casu, quo pater esset mortuus ante prohibitionem Concilij; sic fuit declaratum per Cardinales reformationis his verbis, *Filij presbyterorum non prohibentur habere beneficium legitime obtentum in eadem ecclesia, in qua fuit beneficiarius eorum pater, qui ante publicationem eiusdem Concilij à vita migrauit.* Quarto debet notari, quod filius legitimus clerici habitus de legitimo matrimo-

Concil. Tridem. ses.25.c.15.

In c.1.§. d. verbo prębendas, & i c. Apos. 89. vbi dicit cõmunem Belam. nu.3. & Præp. n. 10. Guev. l. 7. de pot. tes. leg. nu.317. Rebuff. de disp. sup def. nat. nu. 27. Salzed. vbi sup. c.28. extra finẽ, per Rebuf. vbi sup.

 nio,

nio, ante ordinem sacrum, potest habere beneficium, & esse rector in illa ecclesia, in qua pater sit beneficiarius: sic obseruatur in praxi, vt affirmat Rebuffus, & sic possunt filij legitimi esse canonici in ecclesia vbi pater est Episcopus, nam Concil. solum loquitur de filijs natis post ordines sacros a patre receptos. Quinto debet notari, quòd pater clericus potest succedere in beneficium filij, nam hoc neq; Concil. neque aliud ius prohibet, vt docet Rebuffus.

Rebuff. vbi sup. nu. 29.

5 Quinta Conclusio. Collatio beneficij facta excommunicato excommunicatione maiori est nulla, quamuis ignoret eam: hæc opinio est communis, quam sequitur Nauar. & Couar. Quòd probo; nam, quamuis ignorantia liberet a pœnis, quas ius imponit contra excommunicatos, qui faciunt aliquam rem prohibitam per ius positiuum, nó habilitat eos, & facit capaces contra prohibitionem ipsius iuris: & vt possit habere tale beneficium, non sufficit probare schedula Confessarij, quod est liber ab excommunicatione, vt probat Rebuff. tamen ad fugiendas controuersias, & lites, quæ circa hoc possunt contingere, est consuetudo multum recepta, & ordinaria in Curia Romana, quòd quotiescunque fit collatio alicuius beneficij, aut dantur litteræ ad illud, datur etiam absolutio excommunicationis imperranti ad hunc effectum dűtaxat, vt affirmat Ioannes Staphilius, Gigas, Rebuffus, & Nauarr. & quamuis absoluat de omnibus censuris, non videtur dispensare in irregularitate; nam nunquam videtur dispensare in ea, nec dare potentiam ad illud, nisi hoc exprimat, vt dicit idem Nauarr. Et nota, quòd excommunicatus excommunicatione maiori si acceptet beneficium, quod datur sibi scienter, non valet dicta collatio, sed si acceptat ignorãs excommunicationem, valet dicta collatio in foro conscientiæ, quamuis in foro exteriori est, & debet esse irrita, vt resoluit Henriquez, qui dicit etiã quòd impetratio beneficij facta alicui per aliquem excommunicatum excommunicatione maiori est irrita, & non potest beneficiatus habere fructus eius, nisi qui debentur eius seruitio, quia dixit horas canonicas, aut fecit officium Parochi, aut Canonici.

Nau. c. 17. nu. 171. Cou. in c. alma mater, 2. p. §. 7. nu. 3. Rebuff. in conc. in forma mãdatorũ apost. verbo absolué tes, fol. 557. Staphil. de litteris Grææ, f. 83. Gigas de perso. q. 14. Rebuff in con cor. tit. de excõica non vitãdis. Nau in Man. c. 27. Nauar. vbi sup. nu. 254. Hẽriq. de excom. li. 13. c. 3. nu. 7.

6 Sexta Cõclusio. Qui tacuit aliquam irregularitatem occultam, quam contraxit, & ordinatur, & impetrat beneficium, & capit possessionem de eo, debet procurare occultè dispensationem irregularitatis; & si scienter cepit possessionem, clarum est, ꝙ ideo se inhabilitauit ad tale beneficiũ, propter quòd debet se conferre ad Papam ad petendam dispensationem inhabilitatis, & postea vadat ad Ordinarium ad petendam collationem, si tale beneficium, quando illud habuit, non erat Papæ reseruatum; sic dicit Nauarr. consuluisse; immo tenet Henriquez, quòd Ordinarius potest dispensare in foro conscientiæ, si casus est occultus, si minatur magnũ scandalum, non dispensari statim.

Nau. vbi sup. nu. 193. Henriq. to. 2. lib. 13. de ex cõ. c. 14. n. 2. & 3

7 Septima Concl. Non est incapax habendi beneficium ecclesiasticum, aut aliam dignitatem Ecclesiasticam, aut sæcularem, qui statim, ac natus est, fuit baptizatus, & iã amplius non defecit a fide, quãuis descẽdat a patribus, aut auis Mauris, aut Iudæis, vt resoluit Couarr.

In Clé. si furiosus 1. p. §. 2. iuxta finé.

De ijs, qui non possunt habere beneficia ecclesiastica ex defectu ætatis, aut ordinis sacri, aut quia matrimonium contraxerunt. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

- *An possit dari beneficium ecclesiasticum, minoribus 14. annis, & beneficia curata minoribus 25. concl. 1. num. 1.*
- *An laicus possit concurrere ad beneficium in ecclesia, in qua est statutum, quòd intra annum debeat recipere ordinem sacerdotij, seu presbyteratus. ibid.*
- *An qui habent beneficium curatum, & nõ ordinantur intra annũ, remaneant, ipso iure priuati tali beneficio, concl. 2. nu. 2.*

An

An qui accipit beneficium simplex sine animo suscipiendi sacerdotium, teneatur ad restitutionem fructuum, concl. 3 nu. 3.

An ratione studij possit Episcopus dispensare cum beneficiario, vt intra septem annos accepiet ordinem presbyterij, conclus. 4. nu. 4.

An possit facere fructus beneficij curati, qui recipit illud sine animo ordinem recipiendi, cum postea intra annum ordinem recipiat, concl. 5. nu. 5.

An qui recepit aliquam ecclesiam parochialem animo recipiendi ordinem presbyteratus quòd postea penitens non efficit, teneatur ad restitutionem fructuum integre receptorum, antequam mutaret consilium. concl. 6. nu. 6.

An possit quis accipere beneficium animo recipiendi ordines intra annum simul cum animo, quòd si frater eius moreretur sine filijs contrahendi matrimoniũ ad substinendam domum patris, ibidem.

An teneatur restituere fructus, qui recipit beneficium animo relinquendi, si illi detur aliud pinguius, ibid.

An beneficiarius ordinatus minorib. contrahẽs matrimonium per verba de presenti amittat statim beneficium, concl. 7 num. 7.

Concil. Tri. sess. 23. c. 6.

1 PRima Conclusio. Determinatum est in Concil. Trident. esse semper illicitum dare beneficium simplex ijs, qui non habent quatuordecim annos, nec post dictos 14. annos possunt illis dari beneficia de cura, nisi ad minus attingant 25. annos, vt dicitur in eodem Concilio, in quo ordinatur, quod clerici idonei qui non sunt minores 22. annis, possunt habere canonicatus, dignitates, aut portiones, quibus non est annexa cura animarũ, ex quo Concilio colligitur clare, quòd si Episcopus fecerit collationem beneficij contra declaratum in illo loco, peccat mortaliter, & erit collatio nulla, & irrita, ita vt Papa dispensans sine iusta, & rationabili causa peccaret. Secundo circa Concilium est notandum. Primo quòd dare minoribus 14. annis beneficium simplex vocatum, est peccatum acceptationis personarum, vt dicit Caiet. affirmans, quòd dare beneficium ecclesiasticum iuueni, si adsit alius maioris ætatis, & idoneus nõ solum est peccatum inexcusabile, sed etiam intolerabile, nã iuuenes solũ sunt idonei in spe: at homines iam sũt tales actualiter, immo magis quòd non possunt soluere officium diuinum deuotè, ac attentè, sicut oportet, quã sententiam sequitur, & laudat Aragon. aduertens, quòd tempore Caietan. non erat adhuc prohibitum, quòd iuuenes minores 14. annis possẽt habere beneficiũ simplex, sicut nũc post Concil. Trid. est prohibitũ, & sic habẽt minus idoneitatis nũc quã prius. Secũdo notandũ, ꝙ aliquãdo potest esse licitũ facere collationẽ horum beneficiorũ iuuenibus, si videantur in illis signa bonorũ morum, & reliqua; hoc tamen, vt dicit Aragõ, dẽt fieri raro, & cũ magna cautela; nam experientia docet ꝙ bonæ iuuenum demonstrationes infrigidantur, & lãguescunt. Tertio debet notari, ꝙ laicus potest opponere se ad beneficiũ in sua ecclesia, vbi est statutũ, quòd qui in illa habuerit beneficiũ, recipiat omnes ordines intra annum, dato casu, quòd iste laicus non haberet 25. annos completos, solũ enim requiritur, quod attingat illos; nec obstat non posse recipere omnes ordines intra annum ratione interstitiorum, quæ debent esse in illis, vnde non poterit habere dictum beneficium secundum prædictam constitutionem; quoniam clarum est, quòd si adsit iusta causa, potest Episcopus dispensare in interstitijs, & sic poterit eos recipere intra annum, vt dicitur in Cõcil. Trident. & ego explico in fine Bullę Cruciatæ, secundæ impressionis declarans non esse contra hoc motum quendam proprium Sixti V. datum contra Episcopos, qui ordinant sine obseruatione dictorum interstitiorum. Supradictum notabile tenet Nauar. Et iusta causa ad dispensandum Episcopo erit

Concil. Tri. sess. 24. c. 12. de Ref.

Verbo benef. §. 2.

Sess. 23. c. 11.

Nau. in Man. c. 25. nu. 102.

diaconatum; sic definitum est in iure, cap.cum eo,de elect.lib.6.Quæ dispensatio non valebit ei, qui non se exercuerit in studendo, vt dicit Silu. verb.benef.3.q.2.

Addit.Quod verum erat ante Concil. Trident. Sed post non est in vsu dispensare hac de causa cum eo,qui obtinuit beneficium curatum, vt sacra Cōgreg.Cardin.Concilij, interpretum declarauit illa verba Conc. *& subtractionem fructuum*.Sess.23.cap.1. de reform. Verba dictæ Cong.Sic se habent. Quādo alicui Parocho conceditur studendi facultas,vt fructus suos faciat, hæc seruare debet. Primo,vt studeat Theologiæ, aut iuri Canonico in celebri Vniuersitate. Secundo,si est annorum ætatis triginta, nulla facultas concedi debet; ideo ætas est exprimenda,& hoc nisi iam studia incepisset, & illa nondū absoluisset; propter quod iam cępta studia potest finire. Tertio, ad quinquennium tantum à principio studij computandum, licentia hæc est concedenda,adiecta clausula, *vt infra annum ad Subdiaconatum promoueatur*. Quarto, cura animarum per idoneum Vicariū ab Ordinario eligendum, assignata illi vna pensione fructuum, exerceatur. Atque hæc facultas solum habet locū in Parochialibus ante Concil.Trid. obtentis, quia in obtentis post Conc. prædicta licentia non datur,&c.

5 Quinta Conclusio. Ille, qui sine animo suscipiendi sacerdotium acceperit aliquam ecclesiam parochialem, tenetur ad restitutionem fructuum receptorum,nisi forsitan mutans consilium susceperit ordines intra annum, vt definitum est in iure, quod intelligitur de ecclesia parochiali, cui est annexa cura animarum, & non de ecclesia collegiata; & ratio est, quia tenetur clericus residere in Ecclesia, & seruire ei per semetipsum, quod non potest facere antequam sit sacerdos.

6 Sexta Conclusio. Ille,qui accepit ecclesiam parochialem cum animo suscipiendi sacerdotium, & postea mutauit consilium, & non suscepit,non tenetur ad restitutionem fructuū receptorum ante mutationem cōsilij, nec tenebitur restituere integrè omnes fructus, quos recepit,postquam commutauit dictum consilium, si interim pro illo anno posuit Vicarium idoneum, & de cetero satisfacit obligationi dictæ ecclesiæ; nam in casu, quod teneretur restituere fructus, deberet prius extrahi pars, quam dedit Vicario, & sic non tenetur hanc restituere, sicut nec tenebitur ad residuum,quod remanet in eius potestate, quia hoc debetur illi propter seruitium personale, & alia ministeria, quæ interim adhibuit in dicta ecclesia; & si tenetur aliquid restituere, esset ratione dāni, quod ecclesia recepit, quod damnum fuit paucum,& parui momēti,cum supponatur quod posuerit Vicarium idoneum, & sic non tenetur restituere integrè fructus, sed solum respectu damni, quod euenit. Hanc opinionem tenet Nau.contra Sotum,& alios. In d.ca. Hinc infert Nauar.Primo,quod potest 25.n.118 aliquis licite accipere beneficium cum Sot.l.10 animo suscipiendi ordines intra annū, de iust. & insimul cum animo,& proposito,cū q 5.ar.5 si frater eius mortuus esset sine filijs, cōtraheret matrimonium ad sustentandā domum suorum parentum. Secundo infertur, quod si aliquis accipit beneficium cum animo deserendi statim, ac illi offeratur aliud pinguius, non tenetur restituere fructus eius,si correspondit cum seruitio debito ipsi beneficio, donec obtinet aliud,& idem dicendum est de illo, qui accepit beneficium, ad quod non requiritur sacerdotium cum animo firmo adimplēdi omnia ad quæ tenetur,quamuis sine animo suscipiendi sacerdotium, aut alium ordinem sacrū, nam hoc a nullo iure prohibetur. Hæc duo Nauar.corollaria recepit Frater Ludouicus Lopez modificās ea sic: Lupus ī primò, in casu quod qui recepit ecclesiā istr. cōs parochialem cum tali animo non reci- 1. p. qō. piendi ordinem correspondeat eius 105. seruitio, aut ponat aliquem Vicarium idoneum, & denique sic prouideat Ecclesiæ,

clesiæ, vt nihil ei desit, nam in hoc casu, quamuis non restituat partem fructuũ vltra eam, quam assignauit Vicario, nõ debet compelli, nec condemnari ad talem restitutionem; nam intentio Summi Pontificis principalis est, vt nihil ecclesiæ desit, quod in hoc casu supponitur. Secundo erit vera doctrina Nauarri in exemplis, quæ ipse ponit, scilicet, in illis, qui animo conditionali acceperunt beneficium parochiale, & non quando absolute dubitatur de suscipiendis ordinibus, nam accidiendo, in hoc casu dicit, quod tenebuntur restituere fructus, vt tenet Sotus; & ratio est; nam qui dubitat, non habet intentum suscipiendi ordinem sacrum, & sic iniuste fruitur fructibus. Dicet aliquis quod, qui recipit beneficium cum animo conditionali supradicto, etiam dubitat de recipiendo ordine; cui respõdeo, quod talis non sit tam indifferens ad ordinationem, cum teneat propositum firmum eius, in casu quod conditio non adimpleatur; at quando dubitat absolute, nullum firmum, & constãs propositum habet.

7 Septima Conclusio. Beneficiarius ordinatus quatuor minoribus contrahens matrimonium per verba de præsenti, statim amittit beneficium, taliter quod nunquam illud habebit, quamuis eius vxor ingrediatur religionem ante consummationem matrimonij, vnde peccat tenens prædictum beneficium, vt dicit Nauar. quod in tantum est verum, quod si matrimonium fuerit nullum propter aliquod impedimẽtum dirimens amittit beneficium, si habuit intentionem contrahendi per verba de præsenti: quod ego intelligo esse verum, si consensus fuerit legitimus, & declaratus coram Parocho, & testibus secundum formam Conc. Trid. & nota quòd beneficiarius sacro ordine initiatus contrahens matrimonium per verba de præsenti non amittit ipso iure beneficium, quamuis possit illo priuari, vt tenet communis contra Panorm. quæ communis etiam dicit, quod solũ per sponsalia de futuro non amittit beneficium clericus in minoribus constitutus.

An sit licitum habere multa beneficia. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

An sit licitum habere multa beneficia curata, concl. 1 num. 1.

An sit licitum habere multa beneficia simplicia sine dispensatione Papæ, concl. 2. num. 2.

An desiderium faciendi multas eleemosinas, & opera pia sit iusta causa ad possidenda multa beneficia concl. 3. nu. 3.

An beneficiarius curatus priuetur suo beneficio statim, ac obtinet aliud, concl. 4. num. 4.

An sit licitum habere duo beneficia curata vnum in titulum, aliud in commẽdam perpetuam, vel temporalem, conclus. 5. num. 5.

An nunc post Conc. Trid. sit licitum habere duo benefic a curata, vnum in actu, aliud in potentia concl. 6. nu. 6.

An valeat dispensatio Papæ sine iusta causa, vt aliquis possit habere duo beneficia curata, & si tenens ea possit absolui, cõcl. 7. nu. 7.

An possit absolui, qui est dispensatus sine iusta causa ad habenda duo beneficia curata, & ponit omnem diligentiam possibilem pro seruitio ambarum Ecclesiarum, concl. 8. num. 8.

PRima Conclusio. Non licet habere multa beneficia Ecclesiastica curata, vt definit Concil. Trid. & tradunt Sotus Nauar. & Rebuff. qui ponit duodecim rationes huius prohibitionis; nec in hoc potest Papa sine iusta causa dispensare, & ille cum quo dispensatur sine iusta causa, non debet absolui vsque eo, quod deserat vnum illorum, vt dicit Nauarr. 1 Cõc. Trid. Sess. 7. c. 24 Sot. li. 3. de iust. q. 6. ar. 3. Nau. in Man. c. 25. num. 125. Rebuf. in tract. benef. tit. de

2 Secunda Conclusio. Non licet habere multa beneficia, quamuis sint simplicia sine Papæ dispensatione; sic tenet

ñet Nauar. cum communi, & est defini nitum in Concil. Trid. declaratumque per Cardinales reformationis cum sequentibus verbis, *Plura beneficia non possunt obtineri licet sint simplicia sine dispensatione Papæ.* Circa quod aduertant impetrantes beneficia simplicia a summo Pontifice, quod non sunt securi quamuis in supplicatione oblata Papæ fateã tur habere alia beneficia, & Papa concedat beneficium, quòd petitur; nam non ideo videtur dispensare cum illis; & facere mentionem in supplicatione, quod habebant alia beneficia, solũ valet ad hoc, vt gratia non sit subreptitia, quod multis rationibus probat Nauar. declarans, quod beneficium sit compe tens ad hoc vt illud habenti non conce datur aliud. Debet amplius notari, quod nunc post Concil. Trid. potest aliquis obtinere duo beneficia simplicia, quæ non requirunt personalem residentiã, saltem vnum eorum, quando vnicum non sufficit ad congruã substẽtationẽ, & hoc sine dispensatione Papæ, aut Episcopi, vt dicit Nauarr. & Angl. nec erit necessaria dispẽsatio Papæ aut Ordinarij, ad obtinenda duo beneficia coniũcta, & annexa legitimè, vt dicit Nauar. nam cum sint annexa reputantur vt vnum beneficium.

dispensatione ad plura benefic. pag. 366. Nau vbi sup. Cõcil. Trid. ses. 24. c. 17. de reform.

Nau. de oratione c 22. nu. 64. & 67.

Nau ca. 25. nu. 117. Angles in suis floribus. Nauarr. vbi sup. nu. 129.

3 Tertia Concl. Intentio faciendi maiores eleemosinas, & maiora opera pia retinens solum, quod necessarium est ad substentationem vitæ, non est causa sufficiens ad hoc, vt aliquis nunc post Concil. Trident. possit bona conscientia obtinere plura beneficia, vt dicit Nauar. nam Conc. expresse prohibuit eorum retentionem, quamuis sint compatibilia, si vnum eorum sufficit ad cõgruam substentationem. Verum est, quod qui obtinuerũt duo beneficia dispensatione Papæ ante Conc. Trident. possunt ea retinere cum animo erogandi largius pauperibus, & operibus pijs retinentes solum sibi, quod necessariũ est ad vitam honestè substentandam, vt dicit Nauar. quem sequitur Fr. Ludouic. Lopez.

Nauar. vbi sup. nu. 129.

Nauar. vbi sup.

4 Quarta Concl. Qui obtinuerit aliquod beneficium coram animarum habens priuatur eo, statim ac habuerit aliud, & si fuerit obstinatus in retentione primi, iubet ius, vt priuetur ambobus, & ille ad quem pertinet conferre primum beneficium, potest licitè illud dare statim, ac beneficiarius accipit secundum: hoc est ordinatum à iure antiquo; sed tamen Nauar. inducens pro se Concil. Trident. in illis verbis, *Cogantur omnino.* dicit nullum beneficium vacare ipso iure, non aduertens, quod Concil. ibi loquitur in casu differenti; nam dicit quòd cogantur, antequam prætereant sex menses à receptione secundi: nam in ijs sex mensibus debet Ordinarius compellere beneficiarium, vt deserat vnum illorum, sed transactis ipsis sex mensibus, statim vacat ipso iure beneficium, quod prius obtinebat, vt in ipso Concil. determinatur: sic aduertit Salzed. in sua Practica criminali contra Nauarrum. Est etiam notandum, quod quando aliquis indignatus, & molestia ductus recipit secundum beneficium curatum, non vacat primum, si statim pęnitet illud recepisse, vt dicit Tiraqu. & constat ex dictis. Nota etiam, quod Concilium habet locum etiam in illis, qui iusta dispensatione obtinebãt duo beneficia curata ante dictum Cõciliũ; nam tenentur eodem modo relinquere vnum eorum, vt notat Nauar. Nota etiam, quod non habet locum Concilium quando duo beneficia sunt compatibilia, vt est aliqua dignitas cum beneficio curato.

Lop. in inst. cõs. 2. p cap. 101. in fi.

cap. de multa. de pb. Nauar. vbi sup. Concil. Trid. ses. 24. c. 17.

Salzed. cap. 47. iuxta finem. Tiraq. in tract. de pęna, ca usa. 1. n. 29.

vbi sup. nu. 129.

5 Quinta Concl. Non licet habere duo beneficia curata, aut quæ requirũt personalem residentiam, vnum in titulũ, & aliud in commẽdam perpetuam, vt est definitum in Concil. Trident. Circa quod est notandum primo, quod licitum est sine dispensatione Papæ habere duo beneficia curata vnum in titulum, & aliud in commendam temporalem, & non perpetuam, scilicet per spatium sex mensium solum, vt permittitur in iure, nec contrarium dicitur in

Conci.

Concil. cum illud loquatur solum de cõmenda perpetua. Secundo debet notari, quod adhoc, vt aliquis recta consciẽtia possit habere duo beneficia vnum in titulum, & aliud in commendam perpetuam cum dispensatione Papę, requiritur alia causa necessaria, vltra eã, quæ requiritur ad habenda duo beneficia curata in titulum, vt dicunt Sotus, & Nauar. nam in hoc casu sub colore commendæ potest esse clanculum prævaricatio legis tanto magis culpabilis, quanto magis est in fraudem ecclesiæ. Hinc infertur, ꝙ sicut ille, cum quo est illegitime dispensatum à Papa, vt possit retinere duo beneficia curata, nõ debet absolui, nisi deserat vnum illorum; sic non debet absolui ille, qui retinet duo beneficia, vnum in titulum, & aliud in commendam sine iusta causa, nec potest facere fructus eorum bona conscientia; nam quamuis Papa possit dispensare super dictis fructibus, nam potest dare, vt alias dixi, etiam Regi de fructibus ecclesiasticis ad gerendum bellum contra infideles, hoc tamen facit motus vrgentissima causa, quæ est defensio fidei: at ad dãdam similem facultatem sine legitima causa obtinenti duo beneficia nulla vrgens est ratio, vt aduertit Fr. Ludou. Lopez sequens Syl. contra Angl.

Sotus 3. de iust. q. 6. ar. 3 Nau. d. c. 25. nu. 115.

Lop. in intr. cõsil. 2. p. c. 103. et Sylu. verbo beneficiũ.

6 Sexta Concl. licitum est nunc post Concil. Trident. habere duo beneficia curata vnum in actu, & aliud in potentia, volo dicere vnum in quo residet, & seruit, aliud, in quo antiquitus erãt subditi, qui multis ab hinc annis non sunt, nam omnes mortui sunt, hanc opinionem allegans Abbatẽ, & alios multos Canonistas, & Theologos tenet Gutierrez dicens, quod secundum illam fuit iudicatum in Metropoli Placentię. Et eius fundamentum principale est, quia canones prohibentes habere multa beneficia curata fundantur in eo, qđ parochus non potest residere administrans sacramenta in omnibus; quæ ratio cessat in hoc casu, postquam supponimus, quòd non sunt. Verum est, quòd si dicta ecclesia haberet parochiam, ac terminum limitatum videlicet talium subditorum, non esset licitum habere illius beneficium, nam quamuis hodie non sint subditi, cras forsitan erunt, quibus erit necesse administrare sacramenta. Et aduertatur, quòd qui obtinet dictum beneficiũ, in casu, quòd illud possit habere, debet facere mentionem illius Summo Pontif. dicens beneficium habere curam animarum, quãuis hoc sit solum in potentia, nam si huius non fiat mentio, erunt litteræ surreptitiæ, vt dicunt Staphil. & Rebuf.

Gutier. alleg. 8. nu 1. cũ seqq.

Staphil. de lit & exp. in rubr. de statu, & qualit. benef. in pricip. nu. 22. volu. 14. diuers. doctorũ Rebuff. in rubr. de dispẽsatione ætatis ver. etiã sicuram habeat animarum pa. 191. in princ.

7 Septima Conclus. Si Papa sine iusta causa dispensat cum aliquo, vt possit habere duo beneficia curam animarum habentia, salua censura, & reuerentia tanto pastori debita dico, quòd talis dispensatio in foro conscientiæ non erit valida, quamuis collatio quantum ad titulũ valebit, & sic erit verus parochus ambarum ecclesiarum, & in ambabus habebit iurisdictionem. Prima pars huius conclusionis probatur, nam communis sententia est Theologorum, ꝙ in ijs, quæ sunt iuris diuini, aut naturalis non potest Papa dispensare sine iusta causa, & habere duo beneficia curã animarum habentia est contra ius diuinum, cum impediatur residentia in vno illorum, quòd est contra ius diuinũ, vt dicetur infra tractando de residentia Prælatorum. Secunda pars probatur, quia si collatio horum beneficiorũ non valeret quantum ad titulum, & iurisdictionem, esset graue damnum animabus, magnumq; præiudicium, quia ex ambabus ecclesijs tribuuntur beneficiario decimæ ac primitiæ: & quamuis in iure canonico dicatur quod Papa habeat liberam potestatem faciendi collationem multorum beneficiorum solũ vni, hoc debet intelligi non de potestate dominatiua, tamquam dominus, sed de dispensatiua, vt dispensarius, cum dicat Apostolus, quod Papa, & Episcopi sunt dispensatores ministeriorum Dei, & ad dispensandum debet esse causa; sic dicit Frater Ludou. Lopez allegans

Clem. 1. vt lite pendente nihil innouetur.

Fr.

Fr. Ioanné de la Pẽna eius Magistrum.

Lopez vbi sup. c. 101. 8 Octaua Concl. Qui est dispensatus sine causa ad habẽda duo beneficia curam animarum habentia, quorum nullum est alteri annexum, quamuis sit sollicitus, & ponat omnem diligentiã possibilem ad hoc, vt ecclesiæ sufficienter prouideatur, nihilominus nõ debet absolui, donec resignet vnum illorũ: hæc conclus. est contra Caiet. qui dicit, ꝙ licet non resignet in hoc casu, debet absolui, quæ opinio ante Concil. Trident. quamuis haberet aliquem colorem veritatis, post illud tamen non debet absolutè admitti, nisi cum modificatione; hoc est, quod non debet absolui, donec cum Ordinario conueniatur, an sit sollicitus sufficienter, & ponat diligentiã possibilem in seruitio dictarum ecclesiarum: quia dicit Conc. Trid. quod priuilegium perpetuum, aut tẽporale de recuperandis fructib. in absentia nemini valeat, nisi concessum fuerit causa rationabili, quã debet examinare, & approbare Ordinarius tanquam sedis Apostolicæ delegatus: Si ergo Episcopi debent examinare istam causam, quare etiam non debent examinare istam, de qua in nostra agitur conclusione, cũ in ipsa cõtineatur virtuale priuilegium recuperandi fructus in absentia aliquorum beneficiorum, cum non possit, vt supponitur, ambobus adesse.

Caiet. verbo benefic.

Concil. sess. 7. c. 2. de reform.

De obtinentibus beneficium ob iniustã sententiam, & sine titulo canonico. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

An qui habet aliquod beneficium per iniustam sententiam, quamuis iusta secundum allegata, & probata, teneatur illud renuntiare. conclus. 1. num. 1. & conclus. 2. num. 2.

An qui tenet aliquod beneficium sine titulo canonico habeat aliquod ius in illud, quia toleratur à Prælato nesciente, conclus. 3. nu. 3.

1 PRima Concl. Si aliquis habet aliquod beneficium per sententiam iniustam declaratiuam contra alium, qui cum ipso litigabat, tenetur renunciare, si constet illi, quod iniustè possidet illud, quamuis pars contraria non appellauerit, cum sciat dictam sententiam nullum ei ius dedisse: sic tenent Ang. Silu. & Sotus.

Ang. verbo senten. a. § 8. Sylu. eo. tit. § vlt. Sot. li. 3. de iust. q. 4. ar. 5

2 Secunda Concl. Si sententia fuerit priuatiua, & iniusta, quoniã iudex dolo aliove modo iniusto priuat aliquem suo beneficio, si hoc constat illi, cui tribuitur, tenetur statim ad eius resignationẽ, sed si iudex debitè secundum allegata, & probata priuat aliquem suo beneficio, quamuis postea constet priuationẽ fuisse iniustam, ille tamen cui facta fuit collatio licitè potest retinere sic tenet Sotus quem sequitur Aragon, contra alios alio itinere incedentes, qui addit hãc opinionem esse veram in beneficijs ecclesiasticis, quorum collationem faciunt Prælati, & non in alijs rebus; nam si aliquis falsè accusatus est de hæresi, & secundum allegata, & probata iustè condemnatus est, & ideo fiscus occupat bona sua, & postea constet talem fuisse falsè accusatum, teneretur tunc fiscus restituere illi omnia bona prædicta, nam quamuis fuerit legitimè condemnatus secundum allegata, & probata, illa tamen sententia fundatur in falsa præsumptione, & licet aliquis possit dicere, quòd etiam sẽtẽtia lata secundum allegata, & probata fuit fundata in falsa præsumptione; vnde ille cui facta fuit collatio beneficij tenebitur ad eius resignationem, ad hoc respondet Aragon, adducendo aliquas rationes quæ ipsum non cõuincunt, & finaliter concludens dicit Doctores communiter illud tenere, q̃uis nullum habeant textum, quo fulciantur quantum ad forum conscientiæ, de quo tractamus; propter quod ego teneo contrarium probabilius, & verius, esse, scilicet quod talis retentor tenetur ad resignationem dicti beneficii non aliter quã fiscus tenetur restitue

Sotus vbi supr. Arag. 2a. 2. q. 60. ar. 5 p. 106. colu. 2.

re bona prædicta hæretici falsè accusati, si constet illi, quòd sententia lata fundata fuit in falsa præsumptione: quæ ratio est efficax, cum non sit textus in contrarium, nec ratio diuersitatis inter hos duos casus, vt fatetur Arag.

3 Tertia Concl. Si aliquis obtinet aliquod beneficium non canonicè, & prælatus ignorat, in hoc casu, neque toleratia Papæ, neque Ordinarij, immo neq; eius expressus consensus est sufficiēs ad tribuendum ius. Ideoque ius acquirit beneficiatius ex eo, quod ille permittat, aut consentiat; si tamen Prælatus sciat, quod beneficium non est canonicè collatum, si talis Prælatus est Papa, eius tolerātia expressa, aut alterius, qui ad hoc habeat authoritatem, sufficiens est ad tribuendum ius, nam ista esset tolerantia approbationis in quantum Papa non est alligatus formę, quam ius ponit in conferendis beneficijs, per quam acquiritur ius, & si tolerantia non fuerit expressa, non est sufficiens ad tribuendum ius: si verò talis Prælatus sciens beneficium nō esse canonicè collatum, non est Papa; sed inferior illo, in hoc casu eius tolerantia nullum tribuit ius, si non interuenit canonica electio, aut prouisio, quia talis prælatus est alligatus formæ, quam ius tenet determinatam ad conferenda beneficia.

De amissione fructuum, & distributionum Beneficiorum causa non residendi, & excommunicationis; & quibus restituendi. Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

An non residentes in suis beneficijs gaudere possint fructibus bona conscientia, concl. 1. num. 1.

An sit licita consuetudo aliquarum ecclesiarum cathedralium, collegialium, & parrochialium, quod non residentes amittant partem fructuum primi anni, & reliquis beneficiarijs tribuatur. ibid.

An sit licita consuetudo quarundam ecclesiarum, in quibus est statutum, quod fructus primi anni distribuantur inter cæteros beneficiarios, reseruantes eos ad pompas funerales talis beneficiarij. ibid.

An sit licita consuetudo quarundam ecclesiarum, in quibus est statutum, quod noui beneficiarij soluant, 12. ducatos, pro singulis prebendis ad fabricam eccl. ibi.

An legentes publicè in Scholis Theologiā, aut canones possint gaudere fructibus beneficiorum, concl. 2. nu. 2.

An Capellani Papæ, aut Regis possint gaudere fructibus in absentia. concl. 3. nu. 3

An possit absolui curam animarum habens, & non residens. ibid.

An excōicati gaudeant fructib. c. 4. nu. 4.

An suspenso debeātur alimēta. c. 5. nu. 5.

An iniustè excommunicatus gaudeat fructibus. concl. 6. nu. 6.

An infirmatus sua de causa gaudeat fructibus & distributionib. quotidianis. ib.

An infirmus qui alias non resideret gaudeat distributionibus. ibid.

An distributiones amissæ a non residentibus reliquis bene distribuantur, concl. 7. num. 7.

1 PRima Concl. Qui non resident in suis beneficiis, nō possunt bona conscientia habere corū fructus, & tenentur eos restituere, vt disponitur à iure, & ordinatur à Conc. Trid. in quo imponitur Episcopis, & Archiepiscopis alijsq; quibuscunque Prælatis curam animarum habentibus, quacunque fulgeant dignitate, aut præeminentia, vt teneantur residere in suis episcopatibus, neq; possint abesse ab illis, nisi per spatium trium mensiū pro singulis annis, & si habuerint necessitatē maioris spatii ipsi non possunt abesse sine licentia in scriptis a Papa, vel Metropolitano cōcessa, aut ipso absente ab episcopo antiquiore eius vices habēti, & inter alias pęnas, quæ imponuntur, vna est, vt fructus talium episcopatuum, auferantur illis pro rata temporis quo fuerint absentes, quos fructus ipso iure amittant, teneanturque tribuere fabricæ dictarum ecclesiarum, aut pauperibus absq; eo quod possit in hoc ca-

c. cōquerente de cle. non resid cōcil. Trid sess. 6. de refor ca. 1. de ref. sess. 23. c. 1. §. si quis autem. In verbo Absent.

so esse aliquod pactum, aut compositio, quæ solet fieri auctoritate Apostolica pro fructib. malè perceptus, aut virtute bullæ Cruciatæ, vel aliarum bullarum; & sic quando Episcopus sine dicta licentia abest extra tempus prædictum illi concessum, amittit fructus taliter, quod necessario tenetur restituere illos fabricæ dictæ ecclesiæ, aut pauperibus absque eo quòd possit gaudere beneficio compositionis, vt determinat dictum Concil. & notat Nauar. Et idē dicendum est de omnibus illis, qui habent beneficia curam animarum habētia, si absentes fuerint vltra duos menses sine licētia suorum Ordinariorum; vt declarat Nau. & Saly. Ex dictis infertur reprobari, tanquam contrariam dicto Concilio consuetudinem aliquarū ecclesiarum cathedralium, collegialiū, & parochialium, quod non residentes amittant fructus, aut certam illorum partem primi anni, & aliorum; qui fructus applicentur reliquis beneficiarijs, & sic tanquam contrariam dicto Concil. Trid. fecit irritam, & nullam Pius V. in quodam suo motu proprio dato anno 1570. licet fuisset immemorialis, mādans quòd omnes beneficiarij moderni, & antiqui residentes in suis ecclesijs gauderent fructibus æqualiter a tempore, quo incepissent seruire suis beneficijs, propter quem motum proprium tenet Gutier. esse quendam prælatum in quadam ecclesia huius Regni, qui sustulit prædictam consuetudinem, a cuius sententia per modum vis appellatum fuit ad regiam cancellariam Vallisoleti, in qua sententia prælati confirmata fuit tanquam iusta: notat tamen Gutier. quod non ideo est reprobata consuetudo aliquarum ecclesiarum, in quibus est statutum quòd fructus primi anni auferantur à beneficiarijs, qui in primo anno resident, qui fructus reliquis combeneficiarijs distribuūtur asseruantes illos pro exequijs post mortem dictis beneficiarijs faciendis; nec ista consuetudo est contra Concil. nec contra motum proprium, vt respōsum

Naua. c. 25. n. 121

Nau. vbi sup. Saly. in practic. crim. c. 52. pag. 144.

Sess. 24. c. 14.

Gutier. in cano. q. 29 nu. 29.

Gutier. vbi sup. nu. 31

fuit ecclesiæ Cathedrali Ciuitaren. quę misit ad hoc quēdam Canonicum Romam, vt peteret Consilium à Cardinalibus reformationis, qui declarauerunt prædictum dubium. Notat etiam Gutier. quod non debet condemnari consuetudo immemorialis dictæ ecclesiæ Ciuitaren. qua nouiter admissi ad illam soluunt duodecim ducatos pro singulis præbendis ad fabricam ecclesiæ: nā talis consuetudo non solum est valida secūdum ius commune, sed etiam quātum ad Concil. Trident. quod ordinat, vt seruentur consuetudines, quibus aliquid conuertitur in opera pia.

2 Secunda Concl. Concil. Trident. pręcepit quod Doctores, qui docent sacrā Theologiam publicè in scholis, & illi qui student, ipsi, possint per spatiū quinque annorum gaudere absentes ratione dicti studij fructibus beneficiorum suorum, & dicit Fely. idem dicendum esse de studentibus & legentibus ius canonicum publicè in scholis cum sit prędicta scientia multum necessaria ad gubernationem ecclesiasticā, & spiritualem, & comprehendat in se scientiam theologiæ, & legum; quam opinionem sequitur Nauar.

3 Tertia Concl. Capellani Regum possunt in absentia gaudere fructibus beneficiorum, si habent priuilegia Capellanorum Papæ; sic tenet Nauarrus. Et debet notari quod beneficiarius curam animarum habens, qui non residet in suo beneficio, quamvis sit nobilis, & dicat se habere dispensationem, non debet absolui, si constet Confessario non fuisse iustam causam obtentionis dictæ dispensationis; si autem eius beneficiū fuerit simplex, multi tamen momenti, non residens in ipso, nec prouidens de Vicario sufficiente non debet absolui, si velit perseuerare; si vero prædicto beneficio substituit dignum Vicarium, licet non sit securus in foro conscientiæ, non tamen illi debet negari absolutio, quia in hoc casu non est culpa intrinseca, & est casus in quo non reclamante ecclesia potuit esse locus dispensationis

Papæ,

Concil. Tri. sess. 5 c. 1. de reform.

In c. fin. de magist.

Naua. c. 25. num. 58.

Nau. d. c. 25 n. 12.

Papæ, aut Episcopi ad non residēdum. Et nota, quod vnus Canonicus alteri potest remittere distributiones pro sua absentia à choro, dummodo hoc non faciat in fraudem legis, vt dicit Nauarrus. Reliqua quæ pertinent ad residentiam Præ[...]rum in suis ecclesijs, videnda sunt in verbo, Residentia. Et quandoqui sunt excommunicati amittunt fructus beneficiorum multis de causis, & quia non resident ministerijs ipsis beneficijs annexis. Ideo de illis statim dicamus.

Nauar. vbi sup.

4 Quarta Conclusio. Beneficiarij, qui sunt excommunicati, non gaudent fructibus suorum beneficiorum, aut præbendarum in tempore, quo sunt excōmunicati, quamuis appellauerint ab excommunicatione, vt statutum est à iure, & sic tenētur eos restituere, vt resoluit allegans alios Didac. Perez. & Borias; quod procedit, quamuis excommunicatus non sit denunciatus in ecclesia secundum formam Concilij Cōstantiæ, quoniam intentio Concil. non est reuelare in aliquo tales excommunicatos, aut suspensos, vel interdictos, esset que magnus fauor illorum, si esset illis permissum gaudere fructibus propterea, quod non sunt declarati, vt resoluit Gutier. qui addit, quod supra dictum procedit, quamuis in sententia excommunicationis non sit condemnatus ad amissionē dictorum fructuū.

Didac. per c. pastoralis, §. verū de sent. exc. Perez. in l. orit. 5. l. 8. ordin. f. 17. col. ver. nihilominus Borias de irregu. 6. p. tit. quot sūt fructus excom-nu. 4.

5 Quinta Conclusio. Clericus depositus, & suspensus à beneficio propter aliquod crimen ali debet ex fructibus, ne incedat mendicus in opprobrium habitus clericalis, quod debet intelligi de deposito, suspenso, & excommunicato, qui sine culpa, & contumacia est ligatus huiusmodi censuris ecclesiasticis; vt dicit Nauarrus, Frater Ludouic. Lopez. & Couarru. Hinc infertur, quod si aliquis excommunicatus est iusta de causa taliter, quod non potest obtinere dispensationem, licet petat faciens ex parte sua quantum in se est ad obtinendam eam, nec in hoc est negligentia, huic debentur alimenta. Secundo infertur, quod in casu extremæ necessitatis excommunicato debent præberi alimēta, ne moriatur fame, vt tenet Gutier.

Gut. in qq. can. ca. 16. p. 36. colu. 2. Nau. vbi sup. nu. 124. Lopez. in instru. cōs. 2 p. 47. i prin. Couar. li. 3. nu. 8. in ver. 11.

Gut. in qq. cano. c. 1. p. 38. colum. 2.

6 Sexta Conclusio. Ille qui iniustè est excommunicatus; non amittit fructus, nec redditus sui beneficij, aut præbendæ, vt statutum est per canones ecclesiæ, & est communis omnium doctorū allegatorum; quos fructus recuperabit iniustè excommunicatus per viam litis; & hæc conclusio procedit etiam respectu distributionum quotidianarū, quas debebat habere excommunicatus, si esset præsens horis canonicis in sua Ecclesia, vt contra Dominicum resoluit Didacus Perez, quod intelligitur, nisi excommunicati culpa fiat, vt non absoluatur, cum ipse non curet de absolutione. Hinc infertur, quod infirmus potest iustè gaudere distributionibus quotidianis, quamuis eius culpa prouenerit talis infirmitas, dummodo ipsa infirmitas, vt sic sit causa absentiæ, quia dum erat sanus, solebat esse præsens: quod etiam intelligitur, quando infirmatur in loco, vbi est ecclesia; nam si est absens non poterit gaudere distributionibus, quia infirmitas tunc non est causa absentiæ nisi a consuetudine sit introductum, quod infirmus absens gaudeat eis: & idem dicendum est quādo consuetudine est admissum, vt infirmus gaudeat distributionib. quamuis ipsemet sanus existens non esset solitus assistere personaliter horis canonicis, vt resoluit Gutier. & idem dicendum de Canonico, qui incidit in infirmitatē, cui intra se erat propositum non assistendi ecclesiæ etiam si esset sanus, nam non ideo propter hanc malam cogitationem amittit infirmus dictas distributiones, dummodo antea sanus existens esset solitus assistere, quia aliter amittit eas, nisi cōsuetudo sit in contrarium, vt diximus: quod sic intellectum si animaduerteret Petrus de Nau. non desereret communem dicens, quod Canonicus infirmus gaudet distributionibus, quamuis non esset solitus per salutem ire ad ecclesiam, cum eis fruatur infir-

c. super causa 2. q. 4. alias 2. q. 5.

Didac. Perez l. 1. tit. 5. l. 8. noui ord col. 2. fe 179

Gut. de pra. qq. cap. 1 p. 47.

Nau. l. 2. de resti. c. 2. nu. 241.

infirmus, qui proposuerat intra se non ire ad ecclesiam, quamuis esset sannus.

7 Septima Concl. Distributiones, quę amittuntur propter absentias à diuinis officiis in ecclesijs cathedralibus, collegialibus, aut alijs, non datur secundum ius fabricæ ecclesiæ, sed reliquis clericis assistentibus dictis officiis, vt dicit Nauar. & est expresse statutum a iure.

Nau. d. 25. n. 113 cap. 1. de cler. nō resid. 16

Bipliopola, vide Librarius. cap. 196.

De blasphemia. Cap. XXXIV.

SVMMARIVM.

Quot sint species blasphemiæ, & ad quem pertineat eius castigatio, num. 1

An sit blasphemia dicere per Dei corpus & per eius sanguinem. concl. 1. nu. 2

An sit blasphemia uera nominare sanctos per sua pudenda. ibid.

An sit blasphemia dicere ad conspectum talis ibid.

An sit blasphemia dicere ad conspectum Dei. ibid.

An sit blasphemia dicere sicut Deus est ueritas. ibid.

An sit blasphemia maledicere alicui creaturæ. ibid.

An sit blasphemia aplicare verba sacræ script. rebus iocosis. concl. 2. nu. 3.

An blasphemia sit reseruata episcopo. numero 4.

An debeat absolui qui habet consuetudinē blasphemandi num. 5

An sit obligatio de denuntiando blasphematores quando pendent litera excommunicationis contra illos & scientes et quid debeat in hoc casu fieri a confessario & pœnitente, num. 6.

Cou. in c. quamuis pactum. §. 7. nu. 8. cū sequ. Castro de iusta hær. pu-

1 DE Materia huius capituli tractant Couar. Castrens. Siman. & Menoch. ad cuius explicationem debet notari, quod blasphemia est duplex, vna hæretica, altera vero non hæretica: hæretica est, non credo in Deum, renego Deum, & fidem, & crucem chrismа, aut puritatem D. N. D. Mariæ; nam omnia hæc verba continent nefandam significationem infidelitatis, & proponuntur confessioni fidei; veruntamen est quòd non sunt hęresis, nam blasphemia consistit in dicēdo, at hæresis in credendo pertinaciter aliquid contrarium fidei: blasphemia non hæretica est, vt quando dicitur ad cōspectum Dei, per vitam Dei, malum eueniat Deo, & similia, quæ quamuis grauissima sit, quia negat aliquid de Deo, quod conuenit illi, & tribuit illi, quod illi non competit; tamen non est hæretica, & sic eius castigatio pertinet ad Ordinarium, vt dicit D. Tho. Castr. & Soto.

nitione c. 12. Sima. in iu stit. cath. tit. 8. Meno. l. 2. de arb. cētur. 4. casu 375

D. Th. 2. 2. q. 13. artic. 1. Castro vbi sup. Sot. li. 8. de iu. q. 2

2 Prima conclusio. Non est blasphemia dicere per corpus Dei, aut per eius sanguinem intelligendo de Christo, cum Deum homo habeat corpus, & sanguinem: esset tamen blasphemia nominare sanctos per suas partes pudendas iniuriose vocando eas propriis, & vulgaribus nominibus, quamuis hoc dicatur ioco, licet non est verba blasphemia, vt resoluit Couari. Dicere ad conspectum talis non videtur esse blasphemia, dummodo absit animus dicēdi ad conspectum Dei: alij tamen dicunt hác esse blasphemiam, si dicitur subleuando oculos in cęlum, quod ego puto verum saltem in foro exteriori: & licet Sot. dicat quod dicere sicut Deus est veritas, ita hoc, quod dico est veritas, esse blasphemiam; Medina tamen in suo instructorio Confessorum affirmat non esse, si absit animus adæquandi veritatem humanam veritati diuinæ. Est etiā blasphemia maledicere alicui creaturæ Dei inquantum creatura Dei est, nam si dicit solum sine respectu, non erit blasphemia, vt affirmat Fra. Ludouicus Lopez secundum communem.

Cou. in c. quamuis pactum 1. p. §. 1. n. 6.

Med. in summa fol. 76. par. 2.

Lop. in instru. co. fil. 1. pa. c. 51.

3 Secunda Conclusio. Est etiam species blasphemiæ applicare verba sacræ Scripturæ rebus iocosis, falsis Pasquinis, adulationibus, detractionibus, superstitionibus incātationibus diuinationibus sortibus, & libellis famosis;

sis,& Conf.Trid.præcipit ordinariis vt grauiter puniant,comprehensos in huiusmodi delictis;& in nouo cathalogo Inquisitionis inter alias regulas,quę ponuntur ad extirpandas hæreses, est vna prohibere nempè libellos famosos,& Pasquinos. Et nota multas pęnas esse positas contra blasphemantes,de quib. tractat Castr.de hæreticis tamen principaliter tractant,& cognoscuntur domini Inquisitores in iis Regnis Hispaniæ,vt docent Bannes.

Bag li.1 de iusta hæret. quin ca 21. Bannes 2.2.q.13 art.1.

4 Circa hoc peccatum blasphemiæ aduertant Confessarij, quòd si est publica,est reseruata Episcopo,non quia ius reseruet eā absolutè,sed rōne solemnis pęnitentiæ,quæ huic peccato debet. & sic Concil. Lateranense celebratum tēpore Leonis Decimi non ponit eam inter casus reseruatos. Propter quod, quando peruenerit ad Confessarios hic casus,imponant talem pęnitentiam,vt nō sit necessarius Episcopus,vt præcipitur in dicto Concilio.

Concil. Lat.sess. 9. §. ad abolendam.

5 Debent amplius notare, quod si aliquis est consuetus dicere blasphemias, si veniens ad confessionem dicit promisisse in confessionib. præteritis emēdationem,idemq; promittat in præsenti,non debet absolui, sed debet differri illi absolutio,vt sic resipiscat,& emēdetur;quod si fiat,poterit illū absoluere, & non aliter;nā qui toties incidit in idē & non est emendatus, debet præsumi, quod non emendabitur,nec nunc: si tamen fuisset ab illo cōmissum illud peccatum semel aut bis, & promittit tunc emendationem pęnitentia motus, non debet detineri,vt dicit Medi. & fra. Ludou.Lop.qui addit,hoc intelligendum esse,quamuis proferat pdictas blasphemias inconsideratè:Ita que parua consideratio fit in causa eas dicēdi, quas nō diceret,si bene aduertisset, quoniam talis peccat in causa, quæ est praua consuetudo,quam habet, & sic non debet absolui statim,vt dictum est, vt aduertat in posterū,& eradicetur istud malū.

Med. in summa sol. 77. q.1. Lopez in instr. cō sc.1.p.c. 25. cap. 188.

6 Debent item notare Confessarij, qd si aliquis accedit ad confitendum,& dixerit se scire,quod aliquis blasphemauerit, & quod affixæ sunt litteræ excōmunicationis, in quibus dicitur, quod qui sciuerit aliquem blasphemasse, dicat,non debent obligare illum ad denūtiandum,antequam præcedat fraterna correctio secundum tenorem Euangelij,quod non debet obseruari, quando pœnitens dixerit scire, N.dixisse aliquā hæresim;nam tunc, licet non præcedat fraterna correctio,tenetur statim denūtiare Inquisitoribus, & non possunt illum absoluere, nisi prius faciat prædictam denuntiationem si statim potuerit illam commodè facere, nam si non potest,sufficit,vt id facturum promittat,cui dabunt Confessarii ordinem, qd debeat fieri:hoc est cōmune inter omnes Theologos,& Canonistas,quod debet intelligi secundum illud,quod inferius dicam de correctione fraterna.

De captura ferarum, vel de venatione quo ad personas,quæ possunt ea prohibere. Cap. XXXV.

SVMMARIVM.

An Reges & Principes possint sibi applicare loca communia Reipubl. vt in illis ipsi solum possint venari,conclus. 1. num.1.

An sit licitum magnatibus prohibere suis vasallis venationem animalium, quæ inuenerint in suis prædijs. conclusio 2. num.2.

An sit licitum dominis iustis de causis prohibere vasallis venationem certis temporibus,concl.3 num.3.

An sit licitum dominis prohibere, ne occidant animalia quæ habent recollecta, quamuis exeant à loco, & faciant damnum in satis colonorum.conclus.4. num.4.

An domini prohibentes iustè venationem, possint ponere pęnas excessiuas, cō clus.5 num.5

An si prohibita venatione cresceret numerus ferarū,vt faciat multū damni,

teneatur dominus, & satisfaciat cum restitutione eius damni, aut quid fieri debeat, conclus. 6. nu. 6.

1 PRima Cõclusio. Reges, & Principes possunt applicare sibi loca communia Reipublicæ, vt ipsi solum possint in illis venari, nam iustum est quod talibus personis concedatur ad recreationem aliqua venatio particularis quæ sit prohibita personis communibus.

2 Secunda Conclusio. Nulli Magnatum Regni est licitum prohibere vasallis venationem in suis possessionibus, & prædijs, dummodo faciant illam cum instrumentis concessis a legibus huius Regni, quod debet intelligi, quamuis venatio sit ceruorum, aprorũ, & similium, nisi inter Dominum, & vassallos sit aliquod pactum in cõtrarium, quod sit factum absque vlla vi, & metu, & quidem vt plurimum adhibetur talis metus, aut saltem vasalli pauperes non amplius petentes cum graui eorum dãno reducantur ad tirannica desideria suorum dominorum, vt colligitur ex ijs, quæ tradunt Sot. Cordu. & Nauarr.

Sot. l. 4. de iusti. q. 6. ar. 4 cord. de casib. cõsc. q. 119 Nauar. in Man. c. 27. nu. 120.

3 Tertia Conclusio. Quando iustis de causis possunt domini prohibere vasallis venationem in locis communibus tenentur ad omnia damna, quæ animalia fecerint; aut tenentur dare licentiam prædictis vasallis, vt possint occidere illa armis non prohibitis si inuenerint ea in suis campis, & prædijs.

4 Quarta Conclusio. Reges, & Magnates, qui prohibent suis vasallis, vt non occidant feras ambulantes extra sua nemora, vbi detinẽtur, quamuis ea inueniant in suis montibus, & prædijs seminatis, peccant mortaliter, quamuis habeant animum restituendi damnũ, sicut peccat mortaliter fur, qui rapit aliena, quamuis intentione restituendi quod tanquam nouum, & dignum notatu a prædicatoribus, & Confessarijs tenet Nau. qui debent consulere huiusmodi dominis dicentes illis nunquam benè restitui colonis huiuscemodi damna, quia priusquam illi soluantur oportet illos ambulare de Herode ad Pilatũ, & qui computant huiusmodi damna, semper se tenent magis ex parte dominorum, & eorum vtilitate, quam pauperum: & hanc conclusionem notent multum prędicti confessarij talium dominorum.

Nau. in Manu. c. 27. n. 125

5 Quinta Conclusio. Quando domini prohibent iuste vasallis venationem, non debent illis imponere pęnas excessiuas, crudeles, & excedentes: sufficit enim quod pro prima vice puniatur trãsgressor pęna pecuniaria, & pro secunda vice dupla, & pro tertia addatur aliqđ aliud; respicere enim debent esse contra æquitatem, quam leges requirunt imponendo pęnam mortis, aut abscissionis alicuius membri, aut verberum saltem, quamuis lex imponat pęnam verberũ, non tamẽ debet exequi saltem pro prima vice, quia rigor legis non debet seruari nisi in contemptores, videndus est Nauarr. & Couarr. Nau. & Couarr. vbi sup.

6 Sexta Conclusio. In casu, quo dominus iustè prohibuerit venationem, si ferarum numerus creuit in tantum, vt afferat magnum laborem subditis ad custodienda, & defendenda sua prædia, nisi cum magnis impensis, & occupationibus diei, & noctis, quas agunt cũ multo discrimine suę salutis ratione pluuiarum grandinum, glaciei, grauitatis armorum; & denique post prædictum laborem adhuc recipiunt damnum in prædictis prædijs, & vineis; non satisfacit inquam dominus, quamuis persoluat damna, & concedat licentiam colonis ad defendenda prædia occidẽtes dictas feras, quas in illis inuenerint: tiam etiam tenetur ad laborem extraordinarium, quem adhibuerunt in ipsis defendendis, & vt fiat ista restitutio prædictorum damnorum in fructibus, impensis, labore, & periculo salutis, non potest dari certa regula, sed debet reuinqui arbitrio boni viri: & quia hæc restitutio fit cum multa difficultate propter malitiam ministrorum, quos isti magnates habẽt, & quia est res iniqua obligare

ligare subditos, vt debeant pernoctare in campis media hyeme custodiendo prędia sua tanto discrimine salutis, ideo non debent confessarij eos absoluere, nisi circuncidant prędictum numerum ferarum, ita vt cesserint dicta inconuenientia, nam illis stantibus non video qua theologia possint fundari ad absoluendum eos ascendente in cœlum clamore huiusmodi pauperum coram oculis, & auribus omnium.

De captura ferarum, vel de venatione quoad personas, quibus est prohibita. Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

An liceat clericis venari. concl. 1. nu. 1.
An liceat Episcopis venari, concl. 2. nu. 2. & concl 3. nu. 3.
An sit licitum monachis, & fratribus venari, conclus. 4. nu. 4.
An sit licitum dominis temporalibus venari in campis, & prædiis alienis suorũ vasallorum, in quibus faciunt venantes damna, concl. 5. nu. 5.

c Episcopi 34. d. Per. l. 2. nu. 22. in li. 1. ord. vers. habem⁹ iã. Menoc. l. 2. de arbitr. cen tur. 5. c. 413. Concil. Trid in sess. 24. c. 12. de re for ma. lib. 3. de resti. c... nu. 190. Salc. in practic. crim. c. 27. p. 123

1 PRima Conclusio. Prohibita est venatio clericis de iure communi canonico, vt tradit Didacus Perez, & Menochius, & nouiter præcipitur a Concil. Trid. quod debet intelligi quantum ad venationem, quæ fit nimio rumore, & apparatu, & scandalo, vt in venatione falconum, leporum, immo non peccant nisi venialiter, dummodo non sit scandalum, vt dicit Per. de Nauarr. Hinc colligitur, quod non peccant nec venialiter venantes cum pernicibus masculis, quia hoc fit sine rumore.

2 Secunda Conclusio. Non licet Episcopo venari, & piscari suis manibus, non est tamen illi prohibitum videre venationem pro sua recreatione, & salute, vt post alios resoluit Salcedo concordans cum ista resolutione multos canones, qui videntur in contrarium, qui dicit non esse prohibitum nec dicto Episcopo, nec alijs clericis piscari.

3 Tertia Conclusio. Prohibitum est clericis, & episcopis venari, & piscari in temporibus prohibitis, aut cum retibus, & alijs instrumentis prohibitis, & attento quod animalia cęli non solum seruiunt ad sustentationem hominum, sed etiam ad ornatum cęli, & Reipublicæ pulchritudinem. Et ideo iustissimè possunt prohibere hanc venationẽ iudices sęculares comprehendentes ẽt personas ecclesiasticas, vt resoluit Tiraquell. Sot. & Nauarr. verum est tamen quod non poterit sęcularis iudex mulctare ipsos ecclesiasticos pęnis ordinatis in dicta prohibitione, sed debẽt puniri à iudice Ecclesiastico secundum qualitatem culpæ regulatam canonibus ecclesiasticis, vt dicit Greg. Lopez. Debet tamen notari, quod si iudex sęcularis inuenerit clericos venantes, aut piscantes in temporibus, aut locis prohibitis, aut cum instrumentis prohibitis, poterit surripere illis venata, & piscata, & instrumenta absque eo quod incurrat in aliquam censuram ecclesiasticam, vt dicunt Couarr. & Salced.

Tiraqu. d nobil. c. 37. nu. 140. Sot. lib 4. de iust. q 6. art 4. p. 355. Na. in man. c 27. nu. 120. Gre go. Lop. in l. 57. tit. 5. pa. gin. 1. versic. p tres an tos. Co uarr. in practic. quæst. q. 33. in fi. Salzed. vbi sup. pag. 214 Perez. in l. 1. ti. 22. lib. 2. or din.

4 Quarta Conclusio. Nec causa recreationis est licitum monachis, & fratribus venari, licet sit in suis montibus, vt resoluit Didacus Perez in quadam lege ordinamenti, quæ illud determinat, quod debet intelligi de venatione, quæ fit clamore, & apparatu; nam ista quãuis in clericis sæpè non sit causa scandali, aliquando monachis tamen, & alijs religiosis semper est causa ratione professionis, quam faciunt.

5 Quinta Conclusio. Non potest dominus venari in campis, & prædijs alienis, quamuis sint suorum subditorum, si facta debita diligentia non possunt inuenire cui debeatur restitutio damnorum, quæ ex tali venatione sequantur; nam si inueniunt cui debeatur restitutio damni, benè possunt venari, sic dicit Couarru. quia damnum quod faciunt, non prætenditur ab eis

nisi

nisi casu quod accidit sepè currentibus istis post feras, aut alia animalia; nam si consulto id facerent, non liberarem eos ego a peccato mortali, quamuis haberent intentionem restituendi; quoniam nunquam fit ista restitutio integrè culpa ministri talium dominorum, & sic intelligendus est Couarr.

Couarr. in regu. peccatũ, 2. p. §. 8

An Leges prohibentes venationem, piscationem obligent in foro conscientiæ ad suam pœnam, & ad restitutionem damni. Cap. XXXVII.

SVMMARIVM.

An pena, quæ imponitur a legibus, debeatur ante condemnationem, conclus. 1. num. 1.

An piscantes, venantes, aut cædentes aliqua ligna in locis communibus alterius populi teneantur ad aliquam restitutionem conclus. 2. nu. 2.

An capiens aliqua animalia posita intra muros alicuius pradÿ peccet, & teneatur ad aliquam restitutionem, conclus. 3. num. 3.

An qui impedit, quod feræ, aut pisces vadant ad sua loca, & clausuram, peccet, & teneatur aliquid restituere, conclus. 4. nu. 4.

An dominus remittens tributa vasallis illi debita, vt ipse solus possit venari, peccet, & teneatur ad aliquam restitutionem. concl. 5. nu. 5.

An peccet mortaliter, qui occidit aut grauiter vulnerat aliquod animal domesticum, quod inuenit in suis prædÿs, conclus. 6 nu. 6.

An sit licitum capere pisces, aut aues quas alius prius irretiuerat vel in laqueum miserat, conclus. 7. nu 7.

An quando quis piscatur in aliquo loco prohibito iuste, sit obligatio aliquid restituendi, concl. 8 nu 8.

An clericus teneatur restituere, quod lucratur piscando, aut venando illicite, conclus. 9. nu. 9.

1 PRima Conclusio. Qui venantur, piscantur, aut incidunt arbores in locis, in quibus per leges prohibitum est, tenentur ad pęnas dictarum legum nõ antea, sed postquam condemnati sunt; nam lex pęnalis non obligat ad pęnam nisi post condemnationem, vt resoluit Castrens. quod intelligitur, dummodo leges, quæ hoc prohibent, sint iustę; & vt sint iustæ, debent cõcurrere tres causæ, prima vt sit causa, & vtilitas publica, scilicet ne pereant feræ, nec aues in totum, sed sit earum copia, & propter hanc causam iustè prohibetur, ne possint piscari, aut venari in temporibus quibus feminæ sunt prægnantes, aut educantes. Secunda causa est propter recreationem, quæ debetur magnatibus ob multas curas, quæ illis incumbunt, ob quas licitum est illis prohibere, ne piscatio, vel venatio fiat in certis locis; verum est quod isti loci debent esse pauci, & non omnibus æqualiter, hoc est licitum, nam plura loca potest prohibere Rex quàm Dux, aut Comes, & plura hi, quam alij inferioris conditionis. Tertia causa est proprietas, & ideo dominus alicuius montis, fluminis, aut stagni licite potest prohibere venationem, & piscationem in illis.

Castro d. l. pęn. lib. 1. c. 10 §. 1.

in verb. piscatio

2 Secunda Conclusio. Qui piscantur venantur, aut cædunt ligna in locis cõmunibus alicuius loci vicini, non tenentur ad restituendum, quod ab illis colligit, si illis habitantibus alium locum est æquè licitum facere idem.

3 Tertia Conclusio. Si locus in quem aliquis ingreditur ad venandum, est proprius alicuius domini, qui habet positos muros, & sepes, ne feræ, aut alia animalia extra vagentur, tunc talis venator peccat, & tenetur ad restitutionẽ venati; sic dicit Sot. & Couarr. nam hoc est genus quoddam furti. Hinc sequitur, quod quamuis feræ, & alia animalia exeant a tali loco, nemo possit illa capere, dummodo ipsa habeant animum redeundi ad suum locum; Ita vt non amiserint consuetudinem redeundi, vt tenet Nauar. & tunc videntur amisisse animum, quando bis in hora, & diebus cõsuetis non redeũt ad sua loca.

Soto l. 4 de iusti. q. 6. ar. 4 Cou. in reg. peccatu, 2. p. paragr. 8. nu. 14. Nau. ca. 17. nu. 128.

4 Quarta Conclusio. Feræ montium, & pisces aliquorũ stagnorum habentium aliquam clausuram licet non tam strictam, si impedirentur exire ab huiusmodi locis, quando libuerit, qui venantur, aut piscantur, aut aliqua alia arte auocant ea à prædictis locis, vel impediunt cominus ad ea redeant, non tenentur ad aliquam restitutionem per viam furti; sic tenet Cord. & Couar. Debet tamen aduerti, quod si in tempore, quo dominus talium locorum venatur, aut piscatur, aliquis det industriam, & modũ, quo pisces, aut feræ diuertant ad aliam partem, aut destruit, & fugat, tenebitur nõ per viam reparationis damni facti in fluuio, sed per modum restitutionis facere aliquam recompensationem domino non integram, sed regulatam secundum iudicium boni prudentisque viri considerantis quantum differentiæ sit inter id, quod possidetur actu, & illud, quod possidetur in potentia, sicut est ista venatio, aut piscatio, sic aduertit Fr. Ludou. Lop.

Cord. de casib. cõsc. q. 119. Cou. in reg. peccatum 2 p para. gr. 8.

Lop. in instr. cõcil. 1. p. c. 148.

5 Quinta Conclusio. Si dominus bona fide remittit tributa, quæ debentur illi à suis vasallis, vt ipse solus habeat ius venandi, tunc tenentur ad restituendũ totum id, quod venati fuerint, aut occiderint tam intra, quam extra sua prædia, si factum fuit pactum liberè; non erit autem factum liberè, si factum fuerit precibus, & instantia dicti domini, nam preces dominorum sunt vis, & pro tali reputantur, & sic Confessarij debent inquirere libertatem, quæ interuenit in hoc casu.

6 Sexta Concl. Peccat mortaliter, qui vulnerat, aut occidit aliq̃d animal domesticum, quod inuenit in suis prædijs, nam solum habet licentiam fugandi illud, aut includẽdi, donec dominus eius monitus de damno satisfaciat pro illo, nisi priuilegium, statutum, aut consuetudo aliud ordinauerint, sic tenet Nauarr. & nota, quod si ex vulnere animalis aliquid damni domino euenerit, tenebitur ad restituendum.

Nau vbi sup. nu. 120.

7 Septima Conclusio. Fera, aut piscis, qui est collectus in hamo, aut laqueo, aut retibus alicuius, & animal, quòd fugit iam vulneratum à canibus alicuius venatoris, qui sequitur illud quamuis secundum ius sit eius, qui primus ceperit illud, vt dicit vterque Couarr. tamẽ per consuetudinem ista animalia sunt, & pertinent ad illos, qui illa vulnerauerunt, aut illaquearunt suis retibus, quæ practica debet obseruari, vt dicunt Cordub. & Spec. consciet. tiæ, in partibus vbi est in vsu.

in verb. piscatio

Couar. vbi sup. nu. 13. Couar. de remedijs lapsorũ, 1. p. c. 19. Cordu. vbi sup. Spec. cõsc. li. 1. c. 7.

8 Octaua Conclusio. Quando fit venatio, aut piscatio in aliquo loco iniustè prohibito, non est obligatio restituendi aliquid, aut soluẽdi aliquam pœnam in foro conscientiæ, etiam post sententiam latam, quia huiuscemodi venatores, & piscatores nulli in hoc casu fecerunt iniuriam.

9 Nona Conclusio. Quod clericus obtinet, aut lucratur venando, aut piscando illicitè cum scandalo, non tenetur restituere, vt tenent Couarru. & Nauarr. qui allegans alios affirmat procedere hoc ante condemnationem iudicis, secus post sententiam condemnatoriam ad illud.

Cou. d. §. ad 8. num. Nauarr. vbi sup. nu. 124.

An sit licitum cędere ligna in montib. particularibus, aut communibus. Cap. XXXVIII.

SVMMARIVM.

An peccet, & teneatur ad restitutionem, qui secat, aut extrahit ligna à monte commum, concl. 1. nu. 1.

An liceat cędere ligna in montibus alienis ad proprium vsum concl. 2. nu. 2.

An faciens magnã stragem lignorum ad vsum domus suæ teneatur ad pœnam legis, & ad damnum datum, concl. 3. n. 3.

An domini locorum commorantes in eis, possint secare ligna ex montibus illorum ad vsum suæ domus, concl. 4. nu. 4.

An qui secat aut incidunt ligna ex mõtib. locorũ vicinorũ peccẽt, & teneantur ad restitutionem alicuius rei, concl. 5 nu. 5.

An qui emunt ligna, quæ sciunt esse furto surrepta, peccent hoc faciendo, & tenean-

neantur ad restitutionem, conclus. 6. num. 6.

1 PRima conclusio. Peccat mortaliter qui cædit, aut distrahit ligna à monte communi, cum trasgrediatur legem iustam, quę id prohibet fundata in bono communi Reipublicæ, cui expedit habere copiã montium, & arborum; sic tenet Nauar. Sotus, Castrens. & Couar.

Sot li. 4 de iust. q. 6. ar. 4 Nauar. vbi sup. Cast. de lege pęnali, li. 1 c. 10 §. 1 Cou. in reg. peccatũ, 2. p. §. 8. Castro vbi sup. Perez in q. proœmia ordi. q. 9. Cou. & Castr. vbi supr.

2 Secunda Concl. Lex quæ imponit pęnam cædentibus ligna in montibus alienis, tam communibus quam particularib. obligat ad restitutionem damni, sic tenet Castr. quod intelligitur, nisi ex forma statuti, aut conuentionis partium colligitur esse suam intentionem obligandi solum ad pęnam legis, quæ debetur non ante, sed post sententiam latam, quod intelligit esse verum. Didacus Perez dicens sic se consuluisse, dummodo qui afferunt ligna, afferant ad proprium vsum suæ domus, & non si arripiunt ea ad vendendum, pro quanto in hoc casu cessat vtilitas rei communis, & succedit nimia cupiditas, vnde tenentur ad restituendum totum id, quod extraxerunt ex lignis venditis. Hinc sequitur, quod, quamuis habitatores alicuius vici possint cędere ligna in montibus alterius vici, vt dicetur in quinta Conclusione, tenebuntur tamẽ ad restitutionem, si illa cædunt ad vendenda ea, nisi fuerit consuetudo in contrarium.

3 Tertia Concl. Proprij vicini facientes magnam stragem lignorum in montibus communibus populi eiusdem nõ solum tenentur ad pęnam legis, sed etiã ad restitutionem damni, quamuis inciderint ligna ad vsum domus, & familię suæ, inquantum faciant graue damnũ Reipublicæ, sic tenent Couar. & Castr. & qualis sit ista strages, relinqui debet arbitrio viri prudentis, qui debet considerare magnitudinem montis, & quid in illo solent incidere similes personę ad vsum quotidianum.

Couarr. & Castren. vbi supr.

4 Quarta Conclusio. In Regnis Castellæ cõsuetudo introduxit, quod domini locorum ibi commorantes possint cędere de montibus eorum totum id, quod est necessarium ad vsum domus, & familiæ suæ; & si hoc prætererint cũ notabili damno, & strage, tenentur ad restituendum, non tamen in integrum, sed solum secundum excessum lignorũ, quæ cæsa fuere extrahendo, quæ ad vsum domus erant necessaria; sic tenet Cord. allegans multos alios. Dixi commorantes ibi; nam, si habẽt domus suas in ciuitate, aut curia non poterunt hoc facere. Hinc sequitur, quod nõ possunt religiosi cædere ligna necessaria ad suas domos, & familias in montibus locorum, vbi commorantur, sicut non possunt ea cædere reliqui vicini, siquidem realiter quantũ ad id, quod non cõtradicit professioni eorũ, vicini possũt nominari.

Cord. de casib. concl. q. 118.

5 Quinta Conclus. Qui cædunt ligna ex montibus vicorum conuicinorum, licet habeant alios montes in suis locis, ex quibus ẽt prædicti vicini cędetint ligna, neque peccant, neque tenentur ad restitutionem; vt tenet Cord. & cõmunis; quia ĩ hoc casu, mutuo vsu tollitur obligatio; & ẽt consuetudo introduxit quod tales vicini in quibusdam partib. contenti sint sola pœna, quam exigunt ab illis, quos capiunt in furto; sic dicit Soto, quem sequitur. Lud. Lopez dicẽs hoc nõ habere locum in religiosis, quoniam hi nõ possunt cædere ligna à mõtib. alienis à populo, in quo cõmorantur, sine peccato, & restitutione, nec valet dicere, quod sufficienter reddunt illis cum orationibus, quoniam domini montium non satisfiunt hac compensatione, nam si contenti sint ea, nec peccant, nec tenentur ad restitutionem.

Cord. de casib. concl. q. 117. Lopez ĩ instr. cõ cl. 1. p. c. 149.

6 Sexta Concl. qui emunt ligna furto surrepta, tenentur ad restituendum ea, aut saltem eorum valorem, si fures non possunt restituere, quia in casu quod isti possint, illi non tenebuntur. Dixi, *aut saltem eorum valorem*, quoniam rẽs, quæ vsu consumuntur, vt ligna ad cõburendum, & ædificandum, non sunt subiecta restitutioni in propria specie.

De illis qui possunt carcerare.
Cap. XXXIX.

SVMMARIVM.

An sit licitum personis priuatis incarcerare, & capere delinquentes. conclus. 1. num. 1.
Quãdo sit licitum iudicibus mittere in carceres delinquentes, concl. 2. nu. 2.
An sint irregulares iudices, qui ponunt delinquentes in carceribus tam inhumanis, vt veniãt ad mortem, concl. 3. n. 3.
An benefitiarius captus iniustè possit gaudere fructibus sui beneficij quamuis ecclesiæ non astiterit carcere detentus, cõclus. 4. num. 4.

1 PRima conclusio. Nullus homo priuatus potest propria authoritate capere, aut detrudere in carcerem suũ inimicum, qm̃ hoc esset supliciũ, & vindicta, cuius executio pertinet ad illum, qui habet publicam authoritatem; tñ non est illicitum homini priuato mittere manum in latronem, quem videt ferre rem suam furto surreptam, nam hoc est defendere bona sua, qd secundũ legẽ naturalẽ permittitur.
2 Secunda Concl. Non licet iudici deputato ad puniendum delinquẽtes, mittere in carcerẽ illos, antequã processus delicti sit perfectè visus, nã contra rõnẽ naturalem est, quod aliquis castigetur, antequã conuictus sit propter suspicionẽ solam, quę in illũ habetur: quod intelligitur, nisi probabile sit cõmisisse aliquod delictũ, de quo conueniat supplitium suum, & timẽt iudices illius fugã, nisi in carcerem detrudatur. Debet tñ aduerti, quod licitum est patrib. recludere filios in aliqua camera, aut cubili ad castigandos eos alligantes illos catenis, si necesse sit, sicut ẽt licitũ est Guardianis religionũ, & in eorum absentia Vicariis mittere suos subditos nimis audentes in domum disciplinæ castigãtes eos in illa sicut patres, non auferentes ab illis habitum religionis, nam vt iudices nõ possunt illud facere, cũ non sint tales de iure, nã iudicare & mittere in carcerẽ religiosos pertinet ad p̄latos superiores, sicut sunt Ministri Generales, & Prouinciales, sic tenet Arag. sequens D. Thom. & Caietan. Ara 2. 2. q. 65. ar. 3. vbi D. Tho. & Caieta.
3 Tertia Cõcl. Iudices, qui ponũt reũ in aliquo carcere obscuro, qui non hẽt sufficientẽ transpirationẽ, & aerẽ, aut exhibẽt reo tã parcè cibũ, vt veniat ad mortẽ, sunt irregulares, vt tenet Couar. Auiles, & Meno. hius, & est cõis opin. vt docet Nauar. qui sequitur eã, & quã uis p̄ licti non moriantur, peccant tñ mortaliter ĩ supradicta carceratione nisi per sententiam reus ad illam condemnatus sit; in quo aduertant multũ iudices, quod faciunt, & nõ obcęcet eos colera, & desideriũ vindictæ, vt ego vidi in quodã loco, & vidi ẽt punitionẽ Dei pro hoc & alijs peccatis (vt intellectum fuit) missã cuidã iudici, qui misit in carcerẽ prædicto rigore delĩquentẽ quendam non cõuictum adhuc de peccato. Cou. in cle. si furiosus 2. p. §. 5. n. 7. Auiles ĩ c. præto rũ c. 18. ver. carcer. Meno. de arb. I. 2. centu. 4. casu. 305. n. 3 Nau. Lc. statuimus. nu. 65. 19. q. 3.
4 Quarta Concl. Prȩlatus vnius ecclesiæ Cathedralis, qui pp suspicionẽ cuiusdã homicidij fuit captus, sed postea verificata re fuit solutus, põt facere, & debẽtur illi fructus ecclesiæ, qui distribuũtur solũ inter canonicos, qui sunt præsentes diuinis officiis, cũ ipse nõ habuerit culpã suę carcerationis, quamuis forsitan dederit malis aliquam suspitionẽ. Quod probatur, quia si necessitas corporalis facit, quod tales possint gaudere non solum fructibus, quos vocãt corpus beneficij, sed etiam distributionib. quotidianis, vt iure statutum est: quare hæc detentio in carcere idem non operabitur? & sic exul iniustẽ a ciuitate habet ius in dictas distributiones cũ fuerit absẽs, vt determinat Cardinalis quẽ sequitur Felinus, quæ ratio est, ob quã isti sic detenti debeant denegari? tãto magis, quod cõclusio est satis verificata in iure, q excõicato iniustè debẽt reddi distributiones, & fructus postquam absolutus fuerit constito ipsũ esse innocentẽ: hanc conclusionẽ tenet Nau. in quodã consilio, q dedit super hoc casu. c. r. decl. non resi de. Car. cons 17. de præb. Fel. in c. cum omnes de constit. Sup. cau sam 2. q. 4 Nau. li. 3. cõs. de cler. non res. consi. 9.

De Carceratis. Cap. XL.

SVMMARIVM.

An carcere detentus propter delictum possit fugere ab eo frangens compedes, ac portas eius: & an possint alij eum adiuuare, concl. 1. nu. 1.

An carceratus possit facere resistentiam ministris iustitiæ, ibidem.

An peccent qui dant limas, aut alia instrumenta carcere detento, vt paret sibi fugam, ibidem.

An liceat amicis detenti in carcerem facere motus, ireque in carcerem, vt illum ab eo liberent, ibidem.

An sit licitum religioso fugere a carcere, ibidem.

An peccet, & teneatur ad soluendum creditoribus, qui pietate motus soluit carceratum pro debitis, concl. 2. nu. 2.

An teneatur redire in carcerem quamuis cum periculo vitæ, qui iurauit redire ad illum, concl. 3. num. 3.

PRima Conclusio. Qui retinetur in carcere propter aliquod delictum, ex quo potest sequi mors, aut abscissio alicuius membri, aut sit peccatum publicum, aut secretum, potest fugere a carcere licitè: hæc opin. est D. Th. & tenet Caie. & hic talis, vt dicit Sot. potest licite perfringere cõpedes, & portas, minare parietes; nam fugere non est resistere, neq; præbari, sed solũ nolle stare in certo aliquo loco; & sicut non tenetur cõdemnatus ad mortem, ad standum illic: sic rũpere, & frangere compedes, & portas, & parietes, & denique fugere à carcere non est resistere, sed solum liberare se: carcere autem detentus, non tenetur ad non se liberandum. Vnde sequitur, ꝙ si volẽs fugere infligit vim in ministros, qui illũ custodiunt, committit iniustitiam, si tñ ipsis absentibus, aut dormientib. frãgit cõpedes, & aperiens carcerẽ fugiat, iudicib. alijsq; ministris culpa debet imputari, qui posuerunt illum sine debita custodia; ꝙ procedit, licet etiam mali alij fugerint videntes apertam portam; nã talis vtitur iure suo, & nõ tenetur custodire reliquos. Ex dictis sequitur, ꝙ qui fauent huic carcere detento, vt fugiat porrigentes illi limas, aut alia instrumẽta nõ peccant, nisi in casu, quod illis cõmissa sit eius custodia, vt sunt ministri iustitiæ, quibus incumbit inspicere bonum commune, & si alij possunt dare consilium, vt fugiat detẽtus, non video quare non possint adiuuare præbentes instrumenta supradicta; hęc sentẽtia est Sot. quam tenet Arag. Verum est, ꝙ esset illicitum amicis, & cõsanguineis detenti facere motus aut rebellionẽ, ireq; in carcerem ac perfringere illum, vt exeat detentus in eo, quoniam non põt fieri sine magna iniuria; nam si non est licitum perfringere vectes alicuius domus particularis, multo minus debet esse licitum ire armata manu ad frangendos vectes portæ domus publicę: est autem magna differentia inter ipsum carceratum, & qui extra sunt liberi, quoniã factum istorum est offendere publicã potestatem, & eius carcerem, & illius factum est ordinatum ad fugiendum, & liberandum se, vel alios, ꝙ est licitum, vt aduertit Arag. & Fr. Lud. Lopez addit, quod talis posset esse delinquens tã facinorosus, vt in illo casu adiuuare illum esset peccatum; quocunque modo fieret, propter mala, quę verisimiliter ab eo expectantur, si liber fiat, & in hoc casu admittam ego libenter opin. Sot. Debet tamen notari, quod quamuis laicus, & etiam clericus sęcularis, non faciens violentiam ministris possit fugere à carcere ante condemnationem, religiosus non potest hoc facere, sed debet in eo esse etiam ante condẽnationem, vbi pręlatus iussit illum stare, vt tenet Caieta. quod debet intelligi, quando iuste est carcere detentus, vt tenet Couarru. & Nauar. Secundo non debet intelligi, quando carcer quidem est iustus, modus tamen quo in eo detinetur, est iniustus auferendo illi victum, aut si carcer sit crudelis, vt dicit

D. Th. 2. 2. q. 69. ar. 4. ad 2. vbi Caiet. Soto libro 5. de iust. q. 6. ar. 4

Arag. 2. 2. q. 69. art. 4. p. 511. & 512.

Arag. vbi supra Lopez i instr. cõs. 2. p. c. 3

Caiet. 2. 2. q. 69. art. 4. in respons. ad 2. cõclus.

Cou li. 1 var. c. 2. num. 14

Nau. in c. statuimus 14. q 3. n. 63

cit Nauar. Ideo aduertant religiosi, qui adiuuant alios, vt liberentur à carcere, quod peccant mortaliter in hoc casu, cum cooperentur peccato.

2 Secunda Conclusio. Qui motus pietate soluit aliquem iustè detentum pro debitis peccat, & tenetur soluere creditoribus totum debitum, nisi in casu, quod detentus sit tam pauper, qui nec per se nec per alium possit soluere, vt probabiliter intelligitur; nam in hoc casu sicut ipse fugiens non peccat, sic ille, qui est author suæ fugæ, non peccat, neque tenetur ad damnum, quod secutum est custodi carceris ex tali fuga, vt dicit Caiet. nam qui fugit, aut adiuuat ad fugiẽdum solum intendit liberari, & si custodi euenit aliquod damnum, hoc est accidentale, & non intentum. Caiet. videtur sequi Nauar. & Fr. Lud. Lop. quamuis tamen ista opin. Caiet. sit probabilis, mihi contrarium videtur dicẽdum, quia licet directè non intendat, qui adiuuat, damnum custodis, indirectè tamen, & in causa proxima intendit illud, quod sufficit ad hoc, vt teneatur restituere; quamuis enim ipse detẽtus fugiens non teneatur, non ideo debemus idem sentire de eo, qui adiuuat, cũ liber, & extra sit; sic enim videmus esse licitum detentum perfringere portas, & seras, vt fugiat, esse tamen illicitum hoc idem facere illis, qui extra sunt liberi, quamuis eorum intentum non sit aggrauare iustitiam, publicamque potestatem, cum id faciant moti solum pietate, & animo liberandi delinquentem.

Caiet. 2. 2. q. 66. ar. 4. Nau. in Man. ca. 17. num. 101.

3 Tertia Conclusio. Qui solutus à carcere iurat redire ad eum, si iustè erat detentus, tenetur redire, etiam cum periculo vitæ, licet non iurauerit animo redeundi secũdum Caiet. quem sequitur Iac. de Tab. Armilla dicit, quòd iste talis petat relaxationem iuramenti, qua obtenta potest non redire, nec debet illi denegari in casu, quod si redeat est periculum suæ vitæ, pro quanto ius naturale vult, vt vnusquisque conseruet vitam suam, tanto magis, si hic homo nõ iurasset se rediturum, non teneretur redire in carcerem cum periculo vitæ; & melius deberet concedi relaxatio talis iuramenti homini probo, qui propter aliquod infortunium erat in carcere detentus, vt tenet Fr. Lop. & est opin. Nauar. relaxatio autem huius iuramenti secundum aliquos potest fieri ab Episcopo, quod mihi videtur dubium, si ex eius relaxatione sequitur damnum ministri iustitiæ; non enim debent fieri similes dispensationes in damnum tertij, nisi in casu, quod tale damnum compẽsaretur aliqua alia re illi proportionatã, & æquiualenti. Et nota hoc, quod diximus procedere, quando detentus in carcere est iustè detentus, nam si iniustè esset detentus à Iudice incompetenti, aut non procedente secundum iuris formam, non tenetur talis redire; & in hoc casu facile dispensabit Episcopus in iuramento, quamuis ex tali dispensatione aliquid damni eueniat illi, cui factũ promissum iuratum est: & aduertendum quod in virtute Bullæ cruciatæ non potest commutari istud iuramentum, quia iuramenta, quæ illius virtute commutantur, sunt iuramenta votiua, hoc autem iuramentum non est votiuum.

Lop. vbi sup. 1. p. c. 42. colum. 342 Nau. in Man. ca. 12. n. 18.

De captiuis. Cap. XLI.

SVMMARIVM.

An captiui Christiani, qui sunt inter infideles, peccent fugientes à domino, concl. 1. num. 1.

An captiuus qui non est christianus fugiẽs à suo domino peccet, & fautor teneatur ad damnum, concl. 2. nu. 2.

An captiuus Christianus qui est inter infideles, si iurat exiens ab illis se missurum aliquam quantitatem nummorum, teneatur implere iuramentum, cõcl. 3. n. 3.

An filius teneatur computare in sua legitima, quod pater consumpsit in liberatione eius, & redemptione ab infidelibus, concl. 4. nu. 4.

1 Prima Conclusio. Christianus, qui est captiuus inter infideles, non peccat fugiens ab eis, neque ille qui adiuuauit illum, vt definitum est in iure, quòd intelligitur si tempore pacis, aut iniusti belli, ex parte infidelium captus fuerit: & idem est quando Christianus iniustè detinetur ab alio Christiano. Dixi, *aut iniusti belli ex parte infidelium*, quoniam si Christianus captus in bello iusto ex parte infidelium (quòd euenit quando christiani mouēt bellum contra illos tempore induciarum) fugit ab eis, tenetur ipse, & adiutores illius ad faciendam aliquam honestam recompensationem, quamuis non teneantur reddere personam propter periculum animæ, & ad nullam restitutionem tenebuntur, si infidelis captiui dominus compellat Christianū ad iudaizandum, aut ad idolatrandū; imò potius fautores illius fugæ in hoc casu fecerunt opus ex se meritorium coram Deo, vt tenet Syluest. quem sequitur Nauarr.

Sil. ver. furtum q. 6. Nau. c. 17. nu. 103. in Man.

2 Secunda Conclus. Quando captiuus, qui non est Christianus, fugit à verò domino, ipse, & eius fautores peccant, & tenentur ad restitutionem eiusdem captiui, aut alterius æquè boni, & omnia quæ secum attulit à domino surrepta, quod intelligitur non solum quādo est captiuus emptus à domino, sed etiam quando est captus iusto in bello, vt tenent Couar. Nauarr. & Arag. cōtra Sot. qui solum admittebat nostram conclusionem in seruis qui empti fuerant, non tamen in captis bello, quamuis iustè; nam hi licitè possunt fugere, nisi promiserint dominis suis se non arrepturos fugam. Quæ distinctio Sot. est iuxta communem, vt colligitur ex iure expressè: & contra Sot. facit sequens ratio, quia non minus transfertur dominium propter ius gentium, quam propria voluntate serui, qui se vendit, propter quod, sicut ille, qui se vendit, non potest fugere, vt fatetur Sot. sic non poterit fugere neque captus iusto bello, cum secundum ius gentium efficiatur seruus capientis.

Cou. in reg. pec catū 2. p. §. 1. n. 6. & lib. 1. var. c. 11. n. 10 Nauarr. vbi sup. Arag 2. q. 62. de domi- nio. not. 2. f. 138. Sot. li. 4. de iust. q. 2. ar. 2

3 Tertia Conclusio. Propositio est multum verificata, quòd qui iurat aliquam rem adimplere, in qua patitur iniuriam, siue iurauerit vi, siue voluntariè, legitimam habet causam petēdi relaxationem talis iuramenti in foro cōscientiæ, dicit tamen Caietanus, quod in relaxandis istis iuramentis debet esse magna cautela, ne detur occasio blasphemandi nomen Dei, propter quod si alicui detento inter turcas, aut infideles concedatur licentia, vt adeat domū suam prēstito illi iuramento, quod missurus sit aliquam quātitatem nummorum pro sua redemptione, non debet facilè relaxari huiusmodi iuramentum, quia esset dare occasionem infidelibus blasphemandi nomen christianum, & ecclesiam catholicam.

c. si quis seruum 17. q. 4.

4 Quarta Conclusio. Non tenetur filius computare in sua legitima, quod pater expendit in eius redemptione, & per consequens non tenetur adducere illud ad globum, & cumulum bonorū paternorum cum reliquis fratribus, vt cum Baldo resoluit Ant. Gomez. & Anton. Menesius, & Ioan. Garzia; in tantū, vt filius legitimus, qui potuit redimere patrem suum captiuum, & non redemit, fiat indignus patris successione, & debet ei præferri filius illegitimus, qui tractauit de redemptione patris, quāuis esset habitus à muliere infidele, vt tenēt Greg. Lopez, & Aluaradus; quod totum fundatur in hoc, quod opus hoc redemptionis est valde heroicum.

De capellanijs, & cappellanis. Cap. XLII.

SVMMARIVM.

Quæ differentia sit inter capellaniam, & beneficium, num. 2.

An possit esse electus in capellanum, qui est in minoribus, ordinante fundatore, quod eligatur sacerdos deficiente sacerdote, concl. 1. num. 2.

An

An teneatur Capellanus dicere quotidie Missam Capellania reddente ducentos, aut trecentos solidos, ordinauerit id nec ne institutor Capellaniæ, concl. 2. nu. 3.

An faciat male testator, qui instituit Capellaniam cum onere dicendi Missam singulis diebus, ibid.

1 AD resolutionem huius materiæ oportet scire differentiam, quæ est inter beneficium, & capellaniam. Et est notandum, quòd ad hoc vt sit beneficium ecclesiasticum, debet esse institutum cum authoritate iurisdictionis ecclesiasticæ, quæ non est necessaria in institutione capellaniæ; nam fundatur cum authoritate priuata alicuius sæcularis, qui ratione sui patrimonij instituit eam sine aliqua authoritate ordinaria, aut delegata; quòd & accidit, quando instituit eam aliqua persona ecclesiastica, vt Archiepiscopus faciens hoc non in quantum talis, sed authoritate priuata, qua quiuis alius sæcularis: hoc colligitur clare à iure propter quod institutæ fuerunt capellaniæ hac conditione, quod patronus possit mutare cappellanum, quando voluerit habens iustam causam ad illud, quòd non accidit in beneficijs ecclesiasticis; nam hæc saltem si sunt sæcularia, non possunt auferri, nisi cognoscat iudex ecclesiasticus causam propter quam fit, cum talia sint perpetua, vt statuitur in iure.

2 Hoc supposito, sit prima conclusio. In cappellania fundata ab aliquo patrono authoritate priuata hæc conditione, quod ipse, & eius successores nominarent aliquem de sua familia, qui sit sacerdos, deficiente sacerdote potest eligi de eadem familia alius, qui solum sit clericus in minoribus. Quod probatur quoniam præsentatus est de familia fundatoris, & habet qualitates requisitas, vt possit nominari secundum clausulam, & intentionem fundatoris, attento quòd non est in eadem familia sacerdos, neque alius sacris initiatus: verum est tamen quòd peccabit mortaliter talis præsentatus accipiens cappellaniam sine efficaci proposito accipiendi sacerdotium, & residendi in ipsa, sicut ordinauit testator; & non sufficit, quod recipiat solum ordinem Sacrum, cum hoc sit præter eius intentionem: sic tenet Nauarr. in quodam consilio, quod dedit super hoc casu. Itaque debet esse præsentatus legitimè ad ordinem sacerdotij, & quod statim in prima celebratione ordinum suscipiat sacerdotium, aut ordines quos potest, vt decretum est in iure. Nau. li. 3. cons. de præbend. & dignit. cons. 9.

3 Secunda Conclusio. Capellanus, qui possidet capellaniam reddentem ducẽtos, aut trecentos solidos ad hoc, vt celebret Missam non exprimens institutor quot Missas vult celebrari, non tenetur quotidie dicere Missam, postquam testator id non ordinauit expresse, & quamuis id iussisset, non teneretur ad illud, vt colligitur ex iure. Itaque ex institutione dictæ cappellaniæ solum tenebitur ad eas missas, quas dicere poterit honestè, ac deuotè; nec obstat contra supradicta quod sit constitutio Sinodalis in illo episcopatu, vbi est cappellania, quod cappellania habens centum solidos redditus habeat hoc onus, idest, quod cappellanus dicat singulis hebdomadibus vnam Missam, & si habuerit quingentos solidos dicat quinque Missas; nam si per hanc regulam deberemus regulare cappellaniam de qua tractamus, deberet dici, quod eius cappellanus tenebatur ad minus celebrare octo Missas singulis hebdomadibus, quod clare patet esse non posse; ergo tenetur solum dicere quas honestè ac deuote dicere poterit: & sic non peccat, neque peccauit dicens solum vnam Missam, aut quandoq; duas in septimana, dummodo non omittat dicere reliquis diebus Missam ob suos gustus, & recreationem, sed ob augẽdam deuotionem, aut similem ob causam, vt notant DD. loquentes de hac materia. Supradictũ autem procedit, quamuis dictus beneficiarius per spatium 20. annor. dixerit quotidie Missam, quia si dixit eas, non dixit ea intentione, aut animo obligãdi c. signifi catũ cũ ibi nota tis præbendic.

di se ad maius onus illo, ad quòd testator obligare voluit, præterquam, quòd possessio 20. annorum nō sufficit ad inducendam prescriptionem in rebus eccles. propter has, & similes rationes: Tenet hanc opin. Nauarr. in quodam cōs. quòd dedit. Et nota, quod testator, qui instituisset cappellaniam ad hoc, vt aliquis sacerdos quotidie celebret obligans illum ad hoc, fecit male, & eius mandatum non debet exequi propter inconuenientia quæ ex eo sequuntur, secundum id quod multa allegans resoluit Spinus.

Nau. li. 3. consil. de preb. & digit. concl. 7. Spin. in suo spec. 3. par. de cappell. nu. 51 & 52.

De Clausura Religiosorum. Cap. XLIII.

SVMMARIVM.

An Religiosus possit permanere extra Religionem, aut monasterium sine licentia superioris, concl. 1. num. 1.

An Religiosus exiens per paucos passus à monasterio sine licentia sit apostata, cōclus. 2. num. 2.

An Religiosus fugiens ad Generalem, siue Prouincialem nimium grauatus ab inferiori superiore peccet mortal. conclus. 3. num. 3.

An Religiosus deserens Religionem, si ferat habitum sit apostata, & simul excommunicatus, concl. 4. num. 4.

An Religiosus expolians se habitu, vt incognitus incedat per vicos, sit excommunicatus, & an id sit dicendum de eo, qui domi ob nimium calorem illum deponit, concl 5. num. 5.

An moniales, quæ non promiserunt clausuram, teneantur custodire illam. concl. 6 num 6.

An mulieres, quæ viuunt in aliqua Congregatione approbata à Sede Apostolica sine certa regula, teneantur ad clausuram, ibid.

An Papa possit dispensare cum Monialibus infirmis, vt exeant à monasterio, concl. 7. num. 7.

An Episcopi possint dare licentiam monialibus, vt exeant à monasterio pro curanda infirmitate, concl. 8. nu. 8.

An Prouincialis, aut ordinarius monialium possit mutare monialem de vno loco in alium, concl. 9. num. 9.

An fratres minorum possint ingredi monasteria suarum monialium, concl. 10. num. 10.

An peccet mort. qui potest ingredi monasterium in casibus concessis, si per spatium aliquod detineatur ad videndum fabricam monasterij, aut ad alloquendas moniales, ibid.

An in extrema necessitate deficiente Confessario quilibet frater minorum possit ingredi monasterium suarum monialium, ibid.

An Episcopi possint ingredi monasteria suarum monialium, & an possint dare licentiam alijs ad ingrediendum, concl. 11. num. 11.

An mulieres possint ingredi monasteria monialium, concl. 12. nu. 12.

An minor septem annis possit permitti ad ingrediendum monasteria monialium, ibid.

Quæ pena sit statuta ingredientibus, & permittentibus ingredi monasteria monialium, ibid.

De clausura Regularium, & monialium tractaturus non dicam de Religionibus in particulari, sed in communi resoluturus breuiter, quod potest dici circa hanc materiam.

1 Prima Concl. Monachus non potest permanere extra suum monasterium nisi de licentia sui superioris in scriptis obtenta data iusta de causa; quę erit iusta, quando ex eo prouenerit directè, aut indirectè vtilitas monasterio. Et vtilitas erit illa, vt causa studendi, & similium; quod relinquendum est arbitrio religiosi, & viri probi. Et nemo debet à suis conuentibus recedere, etiam prætextu ad superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missus, & vocatus fuerit; sic dicit Concil. Trid. sess. 25. cap. 4. & 19. de Regul. & monial.

Dixi iusta de causa; nam, vt aliquis sit

extra

extra monasterium pacata conscientia seruiens alicui beneficio, aut occupatus in aliquo ministerio, debet inspicere, si fuit iusta causa obtinendi licentiam ad illud; nam si non fuit iusta, non est in conscientia securus, nisi Papa declaret esse iustam. Sic tenet Nauar. lib. 3. Consil. de Regul. cons. 67.

2 Secunda Cõclusio. Religiosus exiẽs à Monasterio per aliquot passus sine licentia Superioris, animo redeundi statim, non est apostata; quia talis exitus non est peccatum mortale propter leuitatem, quæ in omni materia excusat ab illo. Vnde dicit Nauar. lib. 5. cons. tit. de apostata. cons. 1. cap. 2. quod non est apostasia, vbi non est peccatum mortale: & sic quod peccabunt Superiores absoluentes prædictos modo apostatarum, si sunt certi, quod talium exitus non fuit peccatum mortale.

3 Tertia Conclusio. Religiosus, qui fugit ad Generalem, siue Prouincialẽ grauatus nimium à Superiore inferiori, vt tanquam pater protegat illum, non debet condemnari de peccato mortali; nã Concil. solum prohibet Religiosum exire à suo Monasterio sine licentia Superioris, sed non prohibet, quod qui sentit se nimium grauatum ab inferiori ratione grauaminis, & iustæ appellationis possit confugere ad Superiorem ad cõquerendum; quia hoc est de iure naturali, cui non derogat dictum Conc. vt probat Nauar. in cap. Non dicatis, nu. 61. sequens Baldum in cap. de appell. Verum est tamen quod Bannez tenet contrarium, cuius opinionem sequeretur, quando ex tali fuga ad Superiorem sequeretur scandalum, & perturbatio Religionis propter ignorantiam causæ, qua monetur Religiosus ad talem fugam.

4 Quarta Conclusio. Religiosus professus deserens Religionem animo non redeundi, deserensque habitum, est apostata, si hoc fit sine licentia; & erit etiam apostata, licet non deserat habitum, tamen non est excommunicatus; quia ius solum excommunicat illos, qui temerarie deserunt habitum; quod est adeo verum, vt deserentes habitum animo tamen redeundi ad Religionẽ, etiam si sint excommunicati, tamen non sũt apostatæ, vt resoluit Bannez.

5 Quinta Conclusio. Religiosus expolians se habitu, vt incedat incognitus per vicos, incurrit excommunicationẽ, licet nõ vagetur, nisi per spatium vnius horæ; non tamen incurrit, qui domi sui patris deponit habitum ob magnũ calorem, aut similem causam; neque qui solum peccat venialiter deponendo habitum; quando autem peccet venialiter, relinquitur iudicio prudentis viri. Hac doctrina responderi potest multis casibus.

6 Sexta Conclusio. Moniales tacitè, aut expresse professæ tenentur custodire clausuram, quamuis non promiserint eam secundum Bullam Pij Quinti, datem super hoc declarantis sic determinatum in Concil. Trident. viso quod ius antiquum tantum hoc commendabat, tantique faciebat hanc rem; & causa supradicti est, quia moniales per professionem regularem, quam fecerunt, renunciauerunt suæ propriæ voluntati, obligaueruntque se in manibus prælatorum obedire eis in omnibus illis, quæ conueniunt obseruationi trium votorũ essentialium, quæ faciunt, & clausura est medium importãtissimum ad illud. Dixi moniales tacitè, aut expresse professæ, quoniam istæ sunt religiosæ. Pro quo est notandum, quod solum illæ sũt religiosæ, quę faciunt tria vota essentialia in aliqua religione approbata à sede Apostolica in manibus superioris habentis ad id authoritatem, vt dicit Panormit. cum communi. Hinc sequitur, quod beatæ vulgo dictæ, quę viuunt in congregatione sine regula approbata a sede Apostolica, quamuis fecerint dicta vota, non tenentur ad clausuram, quoniam istæ non sunt religiosæ, cum non profiteantur certam regulam approbatam à sede Apostolica, vt resoluit Nauarr. adducens multa circa hoc in quodam consilio.

Panor. in c. ad apostata & in ca. cũ ad monast. cum de statu monach.
Nau. li. 3 consil. de regular. consil. 81.

Septima

7 Septima Conclus. Potest Pont. dispensare cum monialibus professis, vt possint exire à suis monasterijs ad curandam aliquam grauem infirmitatē, aut ob aliam iustam causam, vt resoluit Nauarr. & ideo Greg. XIII. dispensauit cum quibusdam monialibus cuiusdam illustris monasterij, vt sine scrupulo conscientiæ possent se conferre ad domus parentum, aut consanguineorum pro curatione alicuius infirmitatis periculosæ, qua finita redirent ad monasterium.

Nau. in c. statuimus 19. q. 3. nu. 49.

8 Octaua Conclusio. Non possunt Episcopi, neque Ordinarij concedere licentiam exeūdi suis monialibus nisi ratione alicuius incendij monasterij, aut ob aliquam infirmitatem lepræ, aut pestis, vt concessit Pius V. in quodam suo motu proprio, quia intentio sūmi Pontificis fuit prouidere cōmunitati, & omnibus monialibus, quod si non concederet in his tribus casibus, veniret in magnum detrimentum; quod probatur, quoniam prima causa, quæ est incendium, certum est, quod si est magnum, & moniales non exeunt, quod comburerentur in eo: & infirmitas etiā lepræ est contagiosa, etsi non exit à domo eam habens, reliquas poterit inficere: & propter eandem causam infirmitas pestis, aut epidemiæ. Et stando in hac consideratione non potest extendi dicta constitutio Pij V. ad casum, aut infirmitatem dissimilem, quæ pertinet solum ad vitam particularem monialis infirmæ, licet dicatur à medicis ipsam sine dubio morituram, si non exeat à monasterio. Ideo debet patienter ferre considerans quod ipsa promisit clausuram seminarium multarum infirmitatum. Hinc sequitur, quod constitutio Pij V. potest se extendi ad alios similes casus, scilicet, quandò est timor iustus alicuius belli, & hostes adoriuntur ciuitatem, vbi sunt moniales, quia hac de causa possunt exire, ne tota communitas pereat gladio, vt in hoc casu consuluit Nauar. fauens quibusdam monialibus qui erant in Regno Galliæ apud Narbonam, vt ipsemet refert. Hinc sequitur, quod opinio. Nauar. concedens Episcopis, & Ordinarijs monialium, quod possint concedere illis licentiam ad exeundum extra sua monasteria, vt curētur ab aliqua infirmitate graui vltra prædictas, quamuis non sit contagiosa nec nociua communitati, non debet admitti nec obseruari tamquā contraria menti dictæ constitutionis, & ideo in nostra Sacra religione patet fr. Franciscus Gonzaga minister Generalis nunquam voluit eam admittere, sed potius corripiebat Prouinciales, qui sequentes dictam opinionem dederant similem licentiam, vt refert Io. Gutier. tenens opinionem contrariam Nauar. & si hoc aliquid valet meum cōsilium, consulo Prouincialibus, ne concedant similes licentias; tum quia faciunt contra mentem dictæ constitutionis, tum etiam, quia visitatores, qui veniunt ad visitandum, possunt esse contrariæ opinionis, propter quod procedent contra illos.

Nau. vbi sup. nu. 48.

9 Nona Conclus. Potest Prouincialis, aut Ordinarius monialium mutare aliquam illarum de vna domo in aliam aliqua iusta de causa, nempè, vt sit Abbatissa alicuius monasterij, aut alia. Hæc Conclus. est Nauarr. & sequitur eā Gutier. nam in constitutione Pij V. solum prohibetur, quod moniales non exeant à suis monasterijs ad remanendum extra ea per aliquod tempus visitantes parentes, fratres, aut consanguineos; non autem prohibet, quòd possint exire, vt præsint alijs monasterijs, aut ad ędificandum ea, aut ad commorandum iustis de causis, quoniam hoc non est frangere clausuram, sed transire solum de vna in aliam ad maius bonum religionis, quòd pręcipuè prætenditur.

Nauarr. vbi sup. nu. 48.

10 Decima Concl. Nullus frater minorum potest ingredi absque transgressione regulæ in clausuram monasteriorum monialium cuiusuis religionis exceptis Ministro generali, Visitatoribus, & Fratribus deputatis ad seruitiū monia-

nialium sanctæ Claræ in casibus à sede Apostolica concessis, & in modo illis concesso: quia ingredi dictam clausurã ad dandum velum, aut videndum illi dari, aut ad professionem monialium, aut ad visitandas afflictas, vel infirmas est peccatum mortale: peccat etiam Confessarius capiens occasionem ad ingrediendum dicens velle renouare Sacramentũ Eucharistiæ, vt sic introducat secum aliquem Fratrem, si pro tunc absit necessitas renouandi, quia non est tẽpus, quo solet fieri, & si ingreditur colore dandi votum suum circa ædificiũ, aut aliud opus, quod fit nõ habens hoc pro fine principali, aut carens arte, & industria ad hoc faciendum, aut quando non est necessarium, quando sufficiunt artifices sæculares, aut ipsæ moniales, aut potest dare dictum votũ extra, etiam peccat mortaliter; & idẽ est, si vtatur qualibuscunque inuentionibus, fictionibus cautelis & excusationibus ad ingrediendum prædicta monasteria deficiente realiter vera, & iusta causa ad illud, cessantibusque causis, per quas Sum. Pontifex concedunt illis ingressum, quia regula est iuris multum nota, quod quando aliqua res prohibetur generaliter, quod non conceditur expresse, videtur esse negatum. Et ad abolendos multos scrupulos, qui circa hoc possunt esse, debent notari duo. Primum est, quod licet, qui ingreditur supradictam clausuram cum sufficienti licentia, teneatur exire statim finito negotio, ad quod ingressus est, non peccat tamen mortaliter, nec incurrit aliquam cẽsuram, quamuis per aliquod spatium detineatur ad videndum fabricam monasterij ad alloquendas aliquas monialium, dummodo non sit corrupta intentione; quia in tali casu peccaret mortaliter, & incurreret in dictas censuras. Secundum est, quod nullus Fratrum, nisi in extrema necessitate, vt si aliqua monialium esset vicina morti, & non esset ibi eius Confessarius, vel Confessarij socius, potest ingredi clausurã prędictam exceptis Visitatoribus fratribus deputatis ad earum seruitium; in illis enim casibus posset quilibet sacerdos ingredi; aut si adest Confessarius, poterit vocare alium socium deficiente suo socio, & hoc omni fraude, & deprauata intentione cessante. Supradictum ponit author compendij priuilegiorum Apostolicorum in quibusdam annotationibus, quas facit in fine huius materiæ dicens huius opinionis fuisse grauissimos patres in litteris, & virtutibus nostræ religionis; in quo loco ponit casus, in quibus licet ingredi dictam clausuram explicans eos doctè, secundum opinionem dictorum patrum, quos non pono hic, quoniam mea intentio est in his tractatibus ponere doctrinam necessariam ad status in communi, & non doctrinam, quæ pertinet ad aliquam religionem in particulari; & si positum est supradictum, fuit consulto factũ, quia potest ẽt facere pro alijs religionibus.

11 Vndecima Conclusio. Possunt Episcopi iusta de causa ingredi monasteria monialium illis subiectarum, licet non habeãt licentiam Papæ, aut Metropolitani, quoniam Concil. Trid. sess. 25. c. 5. de Reg. & monial. dicẽs neminem posse ingredi sine licentia Episcopi, aut superioris non loquitur de Episcopo, cui sunt subiectæ, quia iste, & quilibet alius superior ipsorum, vt sunt Prouinciales ordinum, quibus sunt subiectæ, possunt ingredi iusta de causa, & Episcopi possunt concedere licentiam reliquis ad ingrediendum in casibus necessarijs, vt dicit Conc. Trid. sess. 25 c. 5.

12 Duodecima Conclusio. Post Concil. Trid. non est licitum mulieribus ingredi monasteria monialium, quod prohibuit etiam Gregorius XIII. in quadam sua Constitutione data anno 1575. idibus Iulij pont. sui anno 4. sub pęna excõmunicationis, & alijs grauissimis, q. s. moniales consentientes ingredi, priuentur officijs, quæ habent, & inhabiles fiãt ad habendum de cętero. Circa q. est notandũ cum Nau. q. moniales, quæ facerent ingredi clausuras earũ h[illegible]ies amẽtes, simplices, stultos ẽt incurrũt in pęnã

d. Concil.

d. Concil. & constit. Apostol. contra eas, quæ introducunt homines sanæ mētis: & idem est introducere mulieres amētes turbatas, & puellas, quæ prætereant septimum ætatis annum: nam huiusmodi non sunt in ætate infantili, si tñ sint minores septem ann. & non habeant satis iudicij ad peccandum non incurrūt in dictas pœnas, vt resoluit idem Nau.

Nau. in c. statuimus, 19. q. 3. nu. 59. idem in Man. c. 25. nu. 43

De Censibus. Cap. XLIV.

SVMMARIVM.

An census ad vitam sint iusti, conclus. 1. num. 1.

An census ad vitam sint reprobati in motu proprio Pij V. concl. 2. nu. 2.

An cēsus redimibilis pauperum possit emi per partes, aut per totum, concl. 3. nu. 3.

An census diuitum redimi possit in partē, aut in totum, concl. 4. nu. 4.

An census venditus absolute possit redimi per partes, concl. 5. num. 5.

Circa materiam huius cap. esset multū dicendū, nisi explicauissemus in tract. de censib. posito in fine explicationis Bullæ Cruciatæ in secūda impressione addito declarantes motum proprium Pij V. qui loquitur de censibus. Hic itaque solum dicam, quod ibi non posui resoluens illud per quasdam concl.

1 Prima Concl. Cēsus ad vitā, qui ordinarie fiūt, sunt iniusti; sic tenet Garzias in suo trac. de cōtractib. quod probatur quia pēsiones sūt, vt plurimū, iā excessiuæ, vt non remaneāt contrahentes æqualiter subiecti fortunę lucri, & damni; & quia cōiter datur pro septem vnus, aut tres pro 21. Et vt hoc melius intelligatur, est notandū hunc cōtractū sic fieri; Quidā dat centū nummos aureos alteri, dicens nūquam ipsos repetiturum, vt vita durante alicuius eorū soluat certā quandā pēsionē pro illis annuatim, & qui emit hūc cēsū exhibet securitatē, aut fideiussionē se soluturū huiusmodi pensiones, vnde hic contractus est comparatus cō tractui sortium, quia in illo vnusquisq; contrahentiū exponit se sorti lucrandi, aut perdendi, fm, quod citius, vel tardius moriatur, & sic debet taliter fieri, vt fm arbitriū hominū prudētiū seruetur proportio, & æqualitas inter sortē principalē, & pēsiones, quæ debent persolui, vt cōtrahentes æquè remaneant subiecti lucro, & dāno. Quod debet multū animaduerti; nā si hæc æqualitas nō seruetur, erit contractus mutui cū lucro, quod est vsura, vt dicit Decius, quem sequitur Nau. & in Regnis Hisp. est prag. data Madritij, die 15. Iul. 1583. in qua ordinatur, quod non possint fundari hmōi census, nisi pro vna vita tm, & quod pretiū eorū iustū censeatur septē pro vno annuo dare; & quod quantitas principalis non possit dari in argento elaborato, aut in auro, aut pannis alijsq; reb. ad supellectilē pertinentib. neq; sint monilia æstimata, sed, quod nummus sortis principalis soluatur, & numeretur in principio in pecunia numerata, absque interuentu alicuius rei, quæ non sit pecunia, cuius numerationis faciat fidē notarius, coram quo fit contractus; & contractus, ac vēditiones dictorū censuum, quę taliter facti non fuerint, sint ipso facto nullæ, & nullius valoris, & effectus; imponiturque grauis pœna notarijs, qui fidem fecerint censuum aliter factorum, iubeturque, quod census ante hanc prag. facti pro vna vita reducantur ad hoc pretiū, & si facti fuerint, per duas vitas est permissum permanere dummodo reducantur ad 8. mille pro milliario annuo, & facti ad plures vitas reducantur ad duas vitas, & ad dictum pretium.

Garz de contr. 1. p c. 5. p. 165.

Dec cōs. 123. Nau. de vsuris, num. 78.

2 Secūda Conclusio. Non est iste cōtractus reprobatus in motu proprio Pij V. in quo reprobantur oēs census personales; nam huic censui ad vitam euenit iustificatio ex alio iustissimo contractu, qui est sortium, dummodo in eo seruetur æqualitas debita, vt dictum est, tanto magis, quod iste non est census redimibilis, de quo loquitur Pius Quintus, sed census ad vnam vitam, aut ad duas vitas. Verum est tñ, quod si huic contractui

addatur hæc conditio, quod possit venditor redimere, quãdo voluerit, tunc esset dubia eius iustificatio, nisi talis conditio compensaretur alia re, quæ secundum arbitrium boni viri esset sufficiens ad seruandam æqualitatem.

3 Tertia Concl. Non potest licitè emi census redimibilis pauperum, intelligendo quod non possit redimi totus simul, sed per partes, nisi in eo ponatur hęc cõditio, quod possit redimi per partes. Hæc concl. elicitur ex sententia Fratris Ioan. de la Penna contra Sot. & sequitur eam Fr. Lud. Lop. & probatur quòd posita prædicta conditione considerata paupertate supradicta, sit census redimibilis sine aliqua lite.

Sot. li. 6. de iust. q. 5. ar. 3. Lop. l. 1. instr. negoc. c. 56. p. 235. col. 1.

4 Quarta Concl. Quando qui vendit censum est homo diues, & qui iudicari possit moraliter facilè redempturũ integrè, valet conditio, quod redimi non possit, nisi in integrum; hæc concl. est contra Sotum, & Nau. quod tenet Gian. & Fr. Lud. Lop. quam conclusionem puto esse ego veram, si qui vendit censum sit diues semper, quoniam confidens in suis diuitijs posuit conditionem dictam, quam non posuisset, nec admisisset, si putaret à præsenti fortuna decisurum, & bona sua passura ruinam.

5 Quinta Concl. Quando absolutè venditur census sine hac conditione, quòd possit redimi per partes, non potest venditor cõtra voluntatem creditoris redimere illũ per partes, & sic admisit consuetudo, nec est cõtraria huic cõstitutio Pij V. vt aduertitur in eius explicatione.

De collegialibus. Cap. XLV.

SVMMARIVM.

An Collegiales ingredientes Collegia contra statuta fundatoris peccent, & teneãtur restituere expensas factas pro illis e bonis Collegij concl. 1. num. 1.

An qui ingrediantur Collegia, debeant esse pauperes, ibid.

An aliqui diuites renunciantes bona ante ingressum, vt dicantur pauperes, possint ingredi Collegia sine peccato, ibid.

An fundatores Collegiorum peccent fundantes illa hac conditione. vt non ingrediantur qui descendunt à Mauris, aut Iudæis, concl. 2. nu. 2.

1 PRima Concl. Collegiales qui ingrediuntur, aut sunt in collegio contra statuta eius fundatoris, peccant & tenẽtur restituere, quod cum illis expenditur, ex bonis collegij, vna autem ex conditionibus positis à suis fundatoribus est quod sint pauperes, & aliqui diuites existentes fiunt pauperes, renunciãtes suis consanguineis, & amicis quos habent, confidentes, quod reddituri sint ipsis bona, quæ possident, quod est grauissimum peccatum, & nõ minus, quam latrocinium subiectũ restitutioni, & sic admissi hac palliata renunciatione, sunt in statu cõdemnationis; nam si aliquo modo defendi possunt, vt bene notat Nau. quem sequitur Fr. Lud. Lop. est si faciant dictam renunciationem irreuocabilem, & sine pacto tacito, aut expresso reddendi amplius. Verumtamen quis est, qui nolit saltem tacitè, quòd illi restituatur, quòd dat in hoc casu, præcipuè cum sit sępe quantitas magna, vt mille aut bis mille ducatorum annuorum, & qui sint pauperes nobiles, qui possint admitti, relinquitur ad ordinationes fundatorum dictorum collegiorum.

Nau. in Man. c. 28. sup c. 170. n. 29 Lop. in inst. cõs. 2. p. c. 9.

2 Secunda Concl. Fundatores ponẽtes conditionẽ, quod Collegiales sint Christiani veteres excludentes descendentes à Iudæis, & Mauris non peccant nisi in casu, quod faciant odio dictarum generationum, vt resoluit Cord. afferens ad hoc multa, dicens quod pp alias causas possunt expelli, & vna principaliorum est, vt reges habeãt in istis collegijs gentem notam, & claram ad officia suæ Reipubl. quæ egent personis confidentiæ, & probatæ fidei, quod quamuis descendentes à prædictis generationibus possint esse tales: est nihilominus aliqua præsumptio de illis, præcipuè si agatur de officijs inquisitionis.

Cord. l. 1. q. q. 54.

De

De contractu societatis quo ad suam æqualitatem, tam portionum, quam lucri, & damni. Cap. XLVI.

SUMMARIUM.

Quid sit contractus societatis. & quas conditiones debeat habere, vt sit iustus, conclus. 1. num. 1.

An sit licitus contractus societatis simul cum contractu securitatis, concl. 2. numero 2.

An sit licitus contractus societatis de qua resultat graue damnum alicui partiũ, concl. 3. num. 3.

An quando fit contractus absolutè debeat perire capitale danti, concl. 4. num. 4.

Quomodo se habere debeant socij, quando vnus ponit nummos, & alius diligentiam concl. 5. nu. 5.

An qui ponit pecuniam possit habere minus quam ponens industriam conclus. 6 numero 6

An sit licitum dare pecuniam cum titulo societatis, cùm pacto quod pecunia debeat semper in eodem statu esse, conclu. 7 num. 7.

An ponens pecuniam possit compellere alium socium, vt non emat, nisi tales merces & tali tempore, & loco, concl. 8 num 8.

1 AD perfectam intelligentiam huius materiæ debet notari, quod contractus societatis fit duobus modis, vno, quando multi mercatores coniungunt summam nummorum in cumulum, & habent ministros communes, ita vt nummi, industria, & expensæ in omnibus sint æquales: alius est, in quo vnus ponit nummos, & alius adhibet industriam, alius laborem.

Hoc supposito, sit prima Conclusio, Quodcunque genus societatis est licitũ dummodo adsint tres conditiones. Prima quod oẽs industriæ, labores pecuniæ æstimentur secundũ arbitriũ experti, & boni viri, & ex his fiat quasi cumulus nummorum cõis omnib. vt si sunt tres socij, quorũ vnus ponat mille ducatos, & alius ponat industriam necessariam, quæ æstimatur aliis mille ducatis, alius laborẽ, qui æstimatur quingentis, tũc societas debet fieri ac si oẽs tres posuissent duo millia, & quingẽtos ducatos. Secũda conditio est, ꝙ oẽs istæ portiones sint subiectæ lucro, & damno. Tertia est, ꝙ partes sint proportionatæ quãtum ad lucrũ, & damnum; primo, ꝙ lucrum, & damnum correspondere debeant secundũ quantitatẽ, q̃ quiuis eorum posuit, quib. conditionib. appositis est approbatus iste cõtractus ab Innocẽtio III. vt constat ex ijs, q̃ adducũt Sot. Nau. & Cou. Ex dictis infertur primo, ꝙ q̃ facit societatẽ cũ vsurario, aut cũ negotiatore, qui negotiatur illicitè, nõ põt habere lucrũ ex nummis, quos illi dedit, quia esset particeps eius iniustitiæ, & deficeret cõtractui huic conditio quædam intrinseca ad sui iustificationẽ, quæ includitur trib. supradictis. Sequitur secundo, ꝙ qui dat pecuniam socio hac conditione, vt non diuidatur lucrũ ex negotiatione, vt sic remaneãt nũmi capitalis in suo esse, cõmittit vsurã, quia iste non est contractus societatis, sed mutui. Quod probatur; q̃a sicut in mutuo redditur pecunia mutuo datã, sic redditur in isto cõtractu; & sicut qui recipit mille ducatos mutuo, vt reddatur cũ lucro, cõmittit vsuram, sic cõmittit eã prædictus faciẽs similẽ societatẽ; hæc opinio est D. Tho. Caiet. Sot. & Aragonis, & cõis omnium. Verum est, quod iste contractus societatis esset licitus in casu, ꝙ vidua dixisset alicui homini probatæ fiduciæ, accipe mille ducatos, quos habeo, vt negotieris cũ illis in tuis negotiis, ex quib. oẽs noscunt esse certũ lucrũ cũ hac cõditione, vt des mihi partem lucri, viso, quod ego deberẽ collocare istam pecuniam in loco, vbi adferret mihi aliquid lucri, nam si non scirem te lucraturum, sed potius amissurum, nihil à te expostularem; in quo negotio Confessarij debent esse multum scrutatores conscientiarum, quia sæpe putantes lucrari, falluntur.

Innoc. in c. per vestras de donati. inter virum, & vxorem Soto li. 6. de instit. q. 6. art. 1. Nauarr. in man. c. 17 nu. 2. col 6. libr. 3. var. c. 2. nu. 2.

D. T. 2. 2 q. 68. ar. 2. ad 5. & ibi Caieta. & Arag. Soto vbi sup. ar. 2

2 Secunda Concl. Illicitus est iste contractus societatis, s. in quo quis dicit, accipe mille ducatos, vt negotieris cum illis, ad lucrum, & damnū, & accipe deinde 20. ducatos singulis annis, vt mihi caueas de securitate prædictorum mille ducatorum, & iterū accipe alios decem ducatos annuos, vt permittas mihi centū ducatos lucri ex prædictis mille ducatis habiturum: nam huiusmodi contractus, siue fiant simul, siue fiant successiuè, semper sunt illiciti, si celebrētur cum eadem persona propter repugnantiam, quæ est inter illos, cum vnus corrumpatur per aliū necessario; quod manifestum fit, quia in contractu societatis, dominium pecuniæ, quæ deponitur in illa, remanet apud duos, quod nō fit, quando fit contractus assecurationis cum illo, cum quo fit contractus societatis; nam si dominium pecuniæ remaneret apud illum qui posuit, ipsi deberet currere lucrum, & damnum: sic tenet Arag. contra Caiet. quæ opinio, quamuis sit probabilis, nihilominus, si absit fraus, dolus, aut scandalum, & si adest æqualitas formalis, aut equiualēs in his tribus contractibus, videntur esse liciti, vt tenet Nauar. & Angl. quamuis fiat cū illis cum quo est factus contractus societatis, & quamuis fiant in eodem tempore, in quo fuit inita societas, si enim sunt liciti facti cum tribus personis distinctis, quare non erunt liciti facta cum vnica solum? Verum est tamen, quod nullo modo valebit hic contractus in quantum mutuum, nam qui securam facit pecuniam alterius, signū est nō recepisse illam in mutuum, quāuis si amittatur, ipsi pereat, quia per huiusmodi contractum nō transfertur dominium. videndus est Fr. Ludouic. Lop. super hoc puncto.

Arag. Nau. in l. 1. cōs. de cōst. cōs. 54. Naua d. c. 17. nu. 255. & 256 Angl. in q. de societ. ar. 1 diff. 2.

Lop. l. 1. neg. ca. 65.

3 Tertia Conclu. Omnes contractus societatis, in quibus ponuntur pacta, propter quæ secundum arbitrium prudentis viri prouenit damnum notabile alicui partium, sunt illiciti: hæc conclusio debet teneri, tanquā regula multū notabilis, & cōmendata in hac materia quam ponit S. Antoninus allegatus, & sequutus in ipsa a Nau. Hinc sequitur, quod si amicus Frācisci dicit Matthæo, accipe quingentos ducatos cum suis lucris ad sex annos, hac cōditione, quod dimittas Francisco mille ducatos, quos tibi debet, vsurarius, & illicitus est contractus; quia in hoc casu pro centū ducatis soluit Matthæus mille, qui debentur illi a Francisco, & capitale amici, s. quingenti ducati remanent securi, & sic fit graue damnum Matthæo: si autē nō assecuratur principalis pecunia; sed fit cōtractus societatis subiectus lucro, & damno, licitus est; & hoc est bonum iter ad soluendum creditorib. aliquam magnam summā faciendo cum illis cōtractus societatis ponendo aliquā magnā summā, vt ex illius lucro soluatur illis debitum paulatim, vt aduertit Angles. Secundo infertur peccare mortaliter illū, qui ponit aliquos nummos in societate piscatorum, qui volunt ire ad piscandū, & non habēt cum quo faciāt impensas, cum hoc pacto, vt eueniat illi tantū lucri, quantū singulis eorū; & quod ante omnia sint ei soluti nūmi mutuo dati; & si non attigerit lucrum quantitatem nummi dati, aut nullum sequatur lucrum, quod vnusquisque eorum teneatur ad nummos illi pro rata, & sic remaneant miseri (vt dicitur) expoliati. Hæc illatio est Nauarr. qui addit hanc conditionem admitti posse in casu, quod tota pecunia, & sors data piscatoribus, aut pars illius, si amittatur, soluissent illi partem, quam expendissent in suis domibus; nam in hoc casu, cum aliqui illorum ponant nummos, & alij laborem, non debent, qui ponunt laborem, & industriam, extrahere tantum lucri, sed solum impensas, quas fecerunt solum in ipsa nauigatione extra domum: & sic est intelligendum, quod dicitur à Doct. in hac materia resoluentibus multos casus, innixis supradictæ regulæ, quos omitto ne grauetur lector, & quia positus in prædicta declaratoria facile poterit inueni re eorum resolutionem.

Nau. vbi supr. nu. 261.

Angles. vbi sup. diff. 3.

Nau. vbi supr. nu. 282. & 283.

4 Quarta

4 Quarta Conclusio. Si fiat societas sine conditione, tunc capitale, seu principale debet perire danti, quia dominium remanet apud illum, & non trasfertur in socios; sicut etiam se tenet pro illo, quando non amittit, sed lucratur; quòd intelligitur ante, & post adhibitu laborem, & industriam sociorum. Hanc conclusionem post alios tenet Nauarr. quæ intelligitur, primo quando sine culpa leui, aut saltem lata sociorum amittitur, secundo intelligitur, quando labor, & industria sociorum est æquiualens pecuniæ, quę ex alia parte ponitur, quoniam si excedit labores valor, obligatio est recompensationis extrahendo illud à capitali, seu principali; sicut si valor industriæ, & laboris sit minor, tenetur ad recompensationem illius, qui posuit nummos, vt sic seruetur iustitia, vt dicit Couar.

Nauarr. vbi sup. nu.252.

Cou.l.3 var. c.2. num.4. concl.2.

5 Quinta Conclusio. Si societas fit hac cõditione, quod ex pecunia vnius, & ex industria alterius cõstituatur summa communis ambobus quantum ad dominium, sicut lucrum debet esse cõmune, sicut est sors ab illis posita, sic etiam damnum debet esse æquale etiã in capitali; sed si aliquis posuit minus, tunc debet sentire damnum pro rata, & per consequens si quis amisit totam industriã, & remansit principale, aliquid debet retribui pro damno industriæ; & ratio est, quia illa massa, seu summa erat communis, & non debet currere damnum vni, & non alij, aut quod soluatur vni, & non alij, aliter enim esset iniustus contractus, sic tenet Nau. quem sequitur Petrus de Nauar, referens circa hoc aliquas opiniones.

Nauarr. vbi sup. nu.253. Nau. li. de restit. c.2. nu. 460. Nau vbi sup. nu.251.

6 Sexta Concl. Non est contra æqualitatem, quę debet seruari, si qui ponit pecuniam, aufert minus lucri, quam par sit; quoniam qui ponit pecuniam, certũ est, quod si velit, potest facere donationem, & per consequens potest remittere partem lucri, quod illi debetur: sic tenet Nau. ex quo infertur, quod iustificantur multæ societates factæ ab aliquibus diuitibus cum suis consanguineis, amicis, aut famulis paucæ experiẽtiæ, & industriæ, vt sic honorentur, & recipiant creditum apud alios, & fiant diuites, qui solum constringunt eos, licet magnam illis dederunt pecunię sũmam, vt retribuant medietatem, aut tertiam partem lucri, quia in hoc casu videntur illis remittere reliquum, quæ opinio (vt dicit Fr. Ludou. Lopez debet intelligi solum in casu quo loquitur, nõ autem in alijs; quoniam sunt quidã qui habent pecuniam suam in crumenis, & capsis sine lucro propter pigritiam, aut paucã industriam suam, qui ne careant lucro, dant eam alicui homini confidenti, & industrioso, titulo societatis, de quibus non est credendum, quod velint nihil minus lucri, quã pertinet pro quantitate pecunię; nec est credendum facere donationem reliqui, præcipuè si sint homines auari, & cumulatores bonorum: quod debent inquirere Confessores in hoc casu, vt nimia cupiditas non vertat taxillum, illudens conscientiæ.

Lup. in instru. neg. li.1. c.64. p. 26. col 1

7 Septima Concl. Non est licitum dare pecuniam titulo societatis cum pacto, quod sit secura, & in suo statu sicut datur, quamuis hoc pactum ponatur, vt socius sit accuratior in negotiando; & ratio est, quia exterius causat scandalũ, & potest qui dedit pecuniam mutare consilium, & procedere contra socium, si pereat principale eius culpa; non erit tamen illicitum, si qui recipit pecuniam iusta de causa, det chirographum, affirmans recepisse in mutuum, aut depositum; quoniam hoc modo iam respicitur honor eius, qui dedit pecunias, & sic non datur occasio scandali, supradicti; quod procedit, si, qui fecit chirographum, statim rupit potens id facere, & dedit aliud in quo affirmet dedisse illã pecuniam titulo societatis; nam si hoc non fiat, potest mori, qui dedit pecunias sine declaratione suæ voluntatis, & petent hæredes sui summam pecunię positę titulo mutui, aut depositi absque eo, quod ab illa possit educi pars amissionis in tali societate, si fuit facta. Et nota, quod qui dedit pecuniam, potest

An teneatur Capellanus dicere quotidie Missam Capellania reddente ducentos, aut trecentos solidos, ordinauerit id nec ne institutor Capellaniæ, concl. 2. nu. 3.

An faciat male testator, qui instituit Capellaniam cum onere dicendi Missam singulis diebus, ibid.

1 AD resolutionem huius materiæ oportet scire differentiam, quæ est inter beneficium, & capellaniam. Et est notandum, quòd ad hoc vt sit beneficium ecclesiasticum, debet esse institutum cum authoritate iurisdictionis ecclesiasticæ, quæ non est necessaria in institutione capellaniæ; nam fundatur cum authoritate priuata alicuius sæcularis, qui ratione sui patrimonij instituit eam sine aliqua authoritate ordinaria, aut delegata; quòd & accidit, quando instituit eam aliqua persona ecclesiastica, vt Archiepiscopus faciens hoc non in quantum talis, sed authoritate priuata, qua quiuis alius sæcularis: hoc colligitur clare à iure propter quod institutæ fuerunt capellaniæ hac conditione, quòd patronus possit mutare cappellanum, quando voluerit habens iustam causam ad illud, quòd non accidit in beneficijs ecclesiasticis; nam hæc saltem si sunt sæcularia, non possunt auferri, nisi cognoscat iudex ecclesiasticus causam propter quam fit, cum talia sint perpetua, vt statuitur in iure.

2 Hoc supposito, sit prima conclusio. In cappellania fundata ab aliquo patrono authoritate priuata hæc conditione, quod ipse, & eius successores nominarent aliquem de sua familia, qui sit sacerdos, deficiente sacerdote potest eligi de eadem familia alius, qui solum sit clericus in minoribus. Quod probatur quoniam præsentatus est de familia fundatoris, & habet qualitates requisitas, vt possit nominari secundum clausulam, & intentionem fundatoris, attento quòd non est in eadem familia sacerdos, neque alius sacris initiatus: verum est tamen quòd peccabit mortaliter talis præsentatus accipiens cappellaniam sine efficaci proposito accipiendi sacerdotium, & residendi in ipsa, sicut ordinauit testator; & non sufficit, quod recipiat solum ordinem Sacrum, cum hoc sit præter eius intentionem: sic tenet Nauarr. in quodam consilio, quod dedit super hoc casu. Itaque debet esse præsentatus legitimè ad ordinem sacerdotij, & quod statim in prima celebratione ordinum suscipiat sacerdotium, aut ordines quos potest, vt decretum est in iure. Nau. li. 3. cons. de præbend. & dignit. cons. 9.

3 Secunda Conclusio. Capellanus, qui possidet capellaniam reddentem ducentos, aut trecentos solidos ad hoc, vt celebret Missam non exprimens institutor quot Missas vult celebrari, non tenetur quotidie dicere Missam, postquam testator id non ordinauit expressè, & quamuis id iussisset, non teneretur ad illud, vt colligitur ex iure. Itaque ex institutione dictæ cappellaniæ solum tenebitur ad eas missas, quas dicere poterit honestè, ac deuotè; nec obstat contra supradicta quod sit constitutio Sinodalis in illo episcopatu, vbi est cappellania, quod cappellania habens centum solidos redditus habeat hoc onus, idest, quod cappellanus dicat singulis hebdomadibus vnam Missam, & si habuerit quingentos solidos dicat quinque Missas; nam si per hanc regulam deberemus regulare cappellaniam de qua tractamus, deberet dici, quod eius cappellanus tenebatur ad minus celebrare octo Missas singulis hebdomadibus, quod clare patet esse non posse; ergo tenetur solum dicere quas honestè ac deuotè dicere poterit: & sic non peccat, neque peccauit dicens solum vnam Missam, aut quandoq; duas in septimana, dummodo non omittat dicere reliquis diebus Missam ob suos gustus, & recreationem, sed ob augēdam deuotionem, aut similem ob causam, vt notant DD. loquentes de hac materia. Supradictū autem procedit, quamuis dictus beneficiarius per spatium 20. annor. dixerit quotidie Missam, quia si dixit eas, non dixit ea intentione, aut animo obligādi c. signi- ficatū cū ibi nota tis præbendic.

di se ad maius onus illo, ad quòd testator obligare voluit, præterquam, quòd possessio 20. annorum nō sufficit ad inducendam prescriptionem in rebus eccles. propter has; & similes rationes: Tenet hanc opin. Nauarr. in quodam cōs. quòd dedit. Et nota, quod testator, qui instituisset cappellaniam ad hoc, vt aliquis sacerdos quotidie celebret obligans illum ad hoc, fecit male, & eius mandatum non debet exequi propter inconuenientia quæ ex eo sequuntur, secundum id quod multa allegans resoluit Spinus.

Nau. li. 3. consil. de preb. & digit. concl. 7. Spin. in suo spec. 3. par. de cappell. nu. 51 & 52.

De Clausura Religiosorum. Cap. XLIII.

SVMMARIVM.

An Religiosus possit permanere extra Religionem, aut monasterium sine licentia superioris, concl. 1. num. 1.

An Religiosus exiens per paucos passus à monasterio sine licentia sit apostata, cōclus. 2. num. 2.

An Religiosus fugiens ad Generalem, siue Prouincialem nimium grauatus ab inferiori superiore peccet mortal. conclus. 3. num. 3.

An Religiosus deserens Religionem, si ferat habitum sit apostata, & simul excommunicatus, concl. 4. num. 4.

An Religiosus expolians se habitu, vt incognitus incedat per vicos, sit excommunicatus, & an id sit dicendum de eo qui domi ob nimium calorem illum deponit, concl 5. num. 5.

An moniales, quæ non promiserunt clausuram, teneantur custodire illam, concl. 6. num 6.

An mulieres, quæ viuunt in aliqua Congregatione approbata à Sede Apostolica sine certa regula, teneantur ad clausuram, ibid.

An Papa possit dispensare cum Monialibus infirmis, vt exeant à monasterio, concl. 7. num. 7.

An Episcopi possint dare licentiam monialibus, vt exeant à monasterio pro curanda infirmitate, concl. 8. nu. 8.

An Prouincialis, aut ordinarius monialium possit mutare monialem de vno loco in alium, concl. 9. num. 9.

An fratres minorum possint ingredi monasteria suarum monialium, concl. 10. num. 10.

An peccet mort. qui potest ingredi monasterium in casibus concessis, si per spatium aliquod detineatur ad videndum fabricam monasterij, aut ad alloquendas moniales, ibid.

An in extrema necessitate deficiente Confessario quilibet frater minorum possit ingredi monasterium suarum monialium, ibid.

An Episcopi possint ingredi monasteria suarum monialium, & an possint dare licentiam alijs ad ingrediendum, concl. 11. num. 11.

An mulieres possint ingredi monasteria monialium, concl. 12. nu. 12.

An minor septem annis possit permitti ad ingrediendum monasteria monialium, ibid.

Quæ pena sit statuta ingredientibus, & permittentibus ingredi monasteria monialium, ibid.

De clausura Regularium, & monialium tractaturus non dicam de Religionibus in particulari, sed in communi resoluturus breuiter, quod potest dici circa hanc materiam.

1 Prima Concl. Monachus non potest permanere extra suum monasterium nisi de licentia sui superioris in scriptis obtenta data iusta de causa; quę erit iusta, quando ex eo prouenerit directè, aut indirectè vtilitas monasterio. Et vtilitas erit illa, vt causa studendi, & similium; quod relinquendum est arbitrio religiosi, & viri probi. Et nemo debet à suis conuentibus recedere, etiam prætextu ad superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missus, & vocatus fuerit; sic dicit Concil. Trid. sess. 25. cap. 4. & 19. de Regul. & monial.

Dixi iusta de causa; nam, vt aliquis sit

extra

extra monasterium pacata conscientia seruiens alicui beneficio, aut occupatus in aliquo ministerio, debet inspicere, si fuit iusta causa obtinendi licentiam ad illud; nam si non fuit iusta, non est in conscientia securus, nisi Papa declaret esse iustam. Sic tenet Nauar. lib. 3. Consil. de Regul. cons. 67.

2 Secunda Cōclusio. Religiosus exiēs à Monasterio per aliquot passus sine licentia Superioris, animo redeundi statim, non est apostata; quia talis exitus non est peccatum mortale propter leuitatem, quæ in omni materia excusat ab illo. Vnde dicit Nauar. lib. 5. cons. tit. de apostata. cons. 1. cap. 2. quod non est apostasia, vbi non est peccatum mortale: & sic quod peccabunt Superiores absoluentes prædictos modo apostatarum, si sunt certi, quod talium exitus non fuit peccatum mortale.

3 Tertia Conclusio. Religiosus, qui fugit ad Generalem, siue Prouincialē grauatus nimium à Superiore inferiori, vt tanquam pater protegat illum, non debet condemnari de peccato mortali; nā Concil. solum prohibet Religiosum exire à suo Monasterio sine licentia Superioris, sed non prohibet, quod qui sentit se nimium grauatum ab inferiori ratione grauaminis, & iustæ appellationis possit confugere ad Superiorem ad cōquerendum; quia hoc est de iure naturali, cui non derogat dictum Conc. vt probat Nauar. in cap. Non dicatis, nu. 61. sequens Baldum in cap. de appell. Verum est tamen quod Bannez tenet contrarium, cuius opinionem sequerer, quando ex tali fuga ad Superiorem sequeretur scandalum, & perturbatio Religionis propter ignorantiam causæ, qua monetur Religiosus ad talem fugam.

4 Quarta Conclusio. Religiosus professus deserens Religionem animo non redeundi, deserensque habitum, est apostata, si hoc fit sine licentia; & erit etiam apostata, licet non deserat habitum, tamen non est excommunicatus; quia ius solum excommunicat illos, qui temerarie deserunt habitum; quod est adeo verum, vt deserentes habitum animo tamen redeundi ad Religionē, etiam si sint excommunicati, tamen non sint apostatæ, vt resoluit Bannez.

5 Quinta Conclusio. Religiosus expolians se habitu, vt incedat incognitus per vicos, incurrit excommunicationē, licet nō vagetur, nisi per spatium vnius horæ; non tamen incurrit, qui domi sui patris deponit habitum ob magnū calorem, aut similem causam; neque qui solum peccat venialiter deponendo habitum; quando autem peccet venialiter, relinquitur iudicio prudentis viri. Hac doctrina responderi potest multis casibus.

6 Sexta Conclusio. Moniales tacitè, aut expresſè professæ tenentur custodire clausuram, quamuis non promiserint eam secundum Bullam Pij Quinti, datam super hoc declarantis sic determinatum in Concil. Trident. viso quod ius antiquum tantum hoc commendabat, tantique faciebat hanc rem; & causa supradicti est, quia moniales per professionem regularem, quam fecerunt, renunciauerunt suæ propriæ voluntati, obligaueruntque se in manibus prælatorum obedire eis in omnibus illis, quæ conueniunt obseruationi trium votorū essentialium, quæ faciunt, & clausura est medium importātissimum ad illud. Dixi moniales tacitè, aut expresſè professæ, quoniam istæ sunt religiosæ. Pro quo est notandum, quod solum illæ sūt religiosæ, quę faciunt tria vota essentialia in aliqua religione approbata à sede Apostolica in manibus superioris habentis ad id authoritatem, vt dicit Panormit. cum communi. Hinc sequitur, quod beatæ vulgo dictæ, quę viuunt in congregatione sine regula approbata a sede Apostolica, quamuis fecerint dicta vota, non tenentur ad clausuram, quoniam istæ non sunt religiosæ, cum non profiteantur certam regulam approbatam à sede Apostolica, vt resoluit Nauarr. adducens multa circa hoc in quodam consilio.

Panor. in c. ad apostā & in ca. cū ad monast. cum de statu monach.

Nau. li. 3 consil. de regular. cons. 81.

Septima

7 Septima Conclus. Potest Pont. dispensare cum monialibus professis, vt possint exire à suis monasterijs ad curandam aliquam grauem infirmitatē, aut ob aliam iustam causam, vt resoluit Nauarr. & ideo Greg. XIII. dispensauit cum quibusdam monialibus cuiusdam illustris monasterij, vt sine scrupulo conscientiæ possent se conferre ad domus parentum, aut consanguineorum procuratione alicuius infirmitatis periculosæ, qua finita redirent ad monasterium.

Nau. in c. ita cuimus 19. q. 3. nu. 49.

8 Octaua Conclusio. Non possunt Episcopi, neque Ordinarij concedere licentiam exeūdi suis monialibus nisi ratione alicuius incendij monasterij, aut ob aliquam infirmitatem lepræ, aut pestis, vt concessit Pius V. in quodam suo motu proprio; quia intentio sūmi Pontificis fuit prouidere cōmunitati, & omnibus monialibus, quod si non concederet in his tribus casibus, veniret in magnum detrimentum; quod probatur, quoniam prima causa, quæ est incendium, certum est, quod si est magnum, & moniales non exeunt, quod comburerentur in eo: & infirmitas etiā lepræ est contagiosa, etsi non exit à domo eam habens, reliquas poterit inficere: & propter eandem causam infirmitas pestis, aut epidemiæ. Et stando in hac consideratione non potest extendi dicta constitutio Pij V. ad casum, aut infirmitatem dissimilem, quæ pertinet solum ad vitam particularem monialis infirmæ, licet dicatur à medicis ipsam sine dubio morituram, si non exeat à monasterio. Ideo debet patienter ferre considerans quod ipsa promisit clausuram seminarium multarum infirmitatum. Hinc sequitur, quod constitutio Pij V. potest se extendi ad alios similes casus, scilicet, quandò est timor iustus alicuius belli, & hostes adoriuntur ciuitatem, vbi sunt moniales, quia hac de causa possunt exire, ne tota communitas pereat gladio, vt in hoc casu consuluit Nauar. fauens quibusdam monialibus qui erant in Regno Galliæ apud Narbonam, vt ipsemet refert. Hinc sequitur, quod opinio. Nauar. concedens Episcopis, & Ordinarijs monialium, quod possint concedere illis licentiam ad exeundum extra sua monasteria, vt curētur ab aliqua infirmitate graui vltra prædictas, quamuis non sit contagiosa nec nociua communitati, non debet admitti nec obseruari tamquā contraria menti dictæ constitutionis, & ideo in nostra Sacra religione pater fr. Franciscus Gonzaga minister Generalis nunquam voluit eam admittere, sed potius corripiebat Prouinciales, qui sequentes dictam opinionem dederant similem licentiam, vt refert Io. Gutier. tenens opinionem contrariam Nauar. & si hoc aliquid valet meum cōsilium, consulo Prouincialibus, ne concedant similes licentias; tum quia faciunt contra mentem dictæ constitutionis, tum etiam, quia visitatores, qui veniunt ad visitandum, possunt esse contrariæ opinionis, propter quod procedent contra illos.

Nau. vbi sup. nu. 48.

9 Nona Conclus. Potest Prouincialis, aut Ordinarius monialium mutare aliquam illarum de vna domo in aliam aliqua iusta de causa, nempè, vt fit Abbatissa alicuius monasterij, aut alia. Hæc Conclus. est Nauarr. & sequitur eā Gutier. nam in constitutione Pij V. solum prohibetur, quod moniales non exeant à suis monasterijs ad remanendum extra ea per aliquod tempus visitantes parentes, fratres, aut consanguineos; non autem prohibet, quòd possint exire, vt præsint alijs monasterijs, aut ad ędificandum ea, aut ad commorandum iustis de causis, quoniam hoc non est frangere clausuram, sed transire solum de vna in aliam ad maius bonum religionis, quòd pręcipuè prætenditur.

Nauarr. vbi sup. nu. 48.

10 Decima Concl. Nullus frater minorum potest ingredi absque transgressione regulæ in clausuram monasteriorum monialium cuiusuis religionis exceptis Ministro generali, Visitatoribus, & Fratribus deputatis ad seruitiū monia-

nialium sanctæ Claræ in casibus à sede Apostolica concessis, & in modo illis concesso: quia ingredi dictam clausurã ad dandum velum, aut videndum illi dari, aut ad professionem monialium, aut ad visitandas afflictas, vel infirmas est peccatum mortale: peccat etiam Confessarius capiens occasionem ad ingrediendum dicens velle renouare Sacramentũ Eucharistiæ, vt sic introducat secum aliquem Fratrem, si pro tunc absit necessitas renouandi, quia non est tẽpus, quo solet fieri, & si ingreditur colore dandi votum suum circa ædificiũ, aut aliud opus, quod fit nõ habens hoc pro fine principali, aut carens arte, & industria ad hoc faciendum, aut quando non est necessarium, quando sufficiunt artifices sæculares, aut ipsæ moniales, aut potest dare dictum votũ extra, etiam peccat mortaliter; & idẽ est, si vtatur qualibuscunque inuentionibus, fictionibus cautelis & excusationibus ad ingrediendum prædicta monasteria deficiente realiter vera, & iusta causa ad illud, cessantibusque causis, per quas Sum. Pontifex concedunt illis ingressum, quia regula est iuris multum nota, quod quando aliqua res prohibetur generaliter, quod non conceditur expresse, videtur esse negatum. Et ad abolendos multos scrupulos, qui circa hoc possunt esse, debent notari duo. Primum est, quod licet, qui ingreditur supradictam clausuram cum sufficienti licentia, teneatur exire statim finito negotio, ad quod ingressus est, non peccat tamen mortaliter, nec incurrit aliquam cẽsuram, quamuis per aliquod spatium detineatur ad videndum fabricam monasterij ad alloquendas aliquas monialium, dummodo non sit corrupta intentione; quia in tali casu peccaret mortaliter, & incurreret in dictas censuras. Secundum est, quod nullus Fratrum, nisi in extrema necessitate, vt si aliqua monialium esset vicina morti, & non esset ibi eius Confessarius, vel Confessarij socius, potest ingredi clausurã prędictam exceptis Visitatoribus fratribus deputatis ad earum seruitium; in illis enim casibus posset quilibet sacerdos ingredi; aut si adest Confessarius, poterit vocare alium socium deficiente suo socio, & hoc omni fraude, & deprauata intentione cessante. Supradictum ponit author compendij priuilegiorum Apostolicorum in quibusdam annotationibus, quas facit in fine huius materiæ dicens huius opinionis fuisse grauissimos patres in litteris, & virtutibus nostræ religionis; in quo loco ponit casus, in quibus licet ingredi dictam clausuram explicans eos doctè, secundum opinionem dictorum patrum, quos non pono hic, quoniam mea intentio est in his tractatibus ponere doctrinam necessariam ad status in communi, & non doctrinam, quæ pertinet ad aliquam religionem in particulari; & si positum est supradictum, fuit consulto factũ, quia potest ẽt facere pro alijs religionibus.

11 Vndecima Conclusio. Possunt Episcopi iusta de causa ingredi monasteria monialium illis subiectarum, licet non habeãt licentiam Papæ, aut Metropolitani, quoniam Concil. Trid. sess. 25. c. 5. de Reg. & monial. dicẽs neminem posse ingredi sine licentia Episcopi, aut superioris non loquitur de Episcopo, cui sunt subiectæ, quia iste, & quilibet alius superior ipsorum, vt sunt Prouinciales ordinum, quibus sunt subiectæ, possunt ingredi iusta de causa, & Episcopi possunt concedere licentiam reliquis ad ingrediendum in casibus necessarijs, vt dicit Conc. Trid. sess. 25 c. 5.

12 Duodecima Conclusio. Post Concil. Trid. non est licitum mulieribus ingredi monasteria monialium, quod prohibuit etiam Gregorius XIII. in quadam sua Constitutione data anno 1575. idibus Iulij pont. sui anno 4. sub pęna excõmunicationis, & alijs grauissimis, q. s. moniales consentientes ingredi, priuentur officijs, quæ habent, & inhabiles fiãt ad habendum de cętero. Circa q̃ est notandũ cum Nau. q̃ moniales, quæ facerent ingredi clausuras earũ homines amẽtes, simplices, stultos ẽt incurrũt in pęnã d. Concil.

II. Concil. & constit. Apostol. contra eas, quæ introducunt homines sanæ mẽtis: & idem est introducere mulieres amẽtes turbatas, & puellas, quæ prætereant septimum ætatis annum: nam huiusmo di non sunt in ætate infantili, si tñ sint minores septem ann. & non habeant sa tis iudicij ad peccandum non incurrũt in dictas pęnas, vt resoluit idem Nau.

Nau. in c. statuimus, 19. q. 3. nu. 59. idem in Man. c. 25. nu. 43

De Censibus. Cap. XLIV.

SVMMARIVM.

An census ad vitam sint iusti, conclus. 1. num. 1.

An census ad vitam sint reprobati in motu proprio Pij V. concl. 2. nu. 2.

An cẽsus redimibilis pauperum possit emi per partes, aut per totum, concl. 3. nu. 3.

An census diuitum redimi possit in partẽ, aut in totum, concl. 4. nu. 4.

An census venditus absolute possit redimi per partes, concl. 5. num. 5.

Circa materiam huius cap. esset multũ dicendũ, nisi explicauissemus in tract. de censib. posito in fine explicationis Bullæ Cruciatæ in secũda impressione addito declarantes motum proprium Pij V. qui loquitur de censibus. Hic itaque solum dicam, ꝙ ibi non posui resoluens illud per quasdam concl.

1 Prima Concl. Cẽsus ad vitã, qui ordinariè fiũt, sunt iniusti; sic tenet Garzias in suo trac. de cõtractib. ꝙ probatur quia pẽsiones sũt, vt plurimũ, itã excessiuæ, vt non remaneãt contrahentes æqualiter subiecti fortunę lucri, & damni; & quia cõiter datur pro septem vnus, aut tres pro 21. Et vt hoc melius intelligatur, est notandũ hunc cõtractũ sic fieri; Quidã dat centũ nummos aureos alteri, dicens nũquam ipsos repetiturum, vt vita durante alicuius eorũ soluat certã quandã pẽsionẽ pro illis annuatim, & qui emit hũc cẽsũ exhibet securitatẽ, aut fideiussionẽ se soluturũ huiusmodi pensiones, vnde hic contractus est comparatus cõ tractui sortium, quia in illo vnusquisq; contrahentiũ exponit se sorti lucrandi, aut perdendi, ſm, ꝙ citius, vel tardius moriatur, & sic debet taliter fieri, vt ſm arbitriũ hominũ prudẽtiũ seruetur proportio, & æqualitas inter sortẽ principalẽ, & pẽsiones, quæ debent persolui, vt cõtrahentes æquè remaneant subiecti lucro, & dãno. Quod debet multũ animaduerti; nã si hæc æqualitas nõ seruetur, erit contractus mutui cũ lucro, ꝙ est vsura, vt dicit Decius, quem sequitur Nau. & in Regnis Hisp.; est prag. data Madritij, die 13. Iul. 1583. in qua ordinatur, ꝙ non possint fundari hmõi census, nisi pro vna vita tm̃, & ꝙ pretiũ eorũ iustũ censeatur septẽ pro vno annuo dare, & ꝙ quantitas principalis non possit dari in argento elaborato, aut in auro, aut pannis alijsq; reb. ad supellectilẽ pertinentib. neq; sint monilia æstimata, sed, ꝙ nummus sortis principalis soluatur, & numeretur in principio in pecunia numerata, absque interuentu alicuius rei, quæ non sit pecunia, cuius numerationis faciat fidẽ notarius, coram quo fit contractus; & contractus, ac vẽditiones dictorũ censuum, quę taliter factæ non fuerint, sint ipso facto nullæ, & nullius valoris, & effectus; imponiturque grauis pęna notarijs, qui fidem fecerint censuum aliter factorum, iubeturque, quod census ante hanc prag. facti pro vna vita reducantur ad hoc pretiũ, & si facti fuerint, per duas vitas est permissum permanere dummodo reducantur ad 8. mille pro milliario annuo, & facti ad plures vitas reducantur ad duas vitas, & ad dictum pretium.

Garz de contr. 2. p c. 5. p. 165.

Dec cõs. 123. Nau. de vsuris num. 78.

2 Secũda Conclusio. Non est iste cõtractus reprobatus in motu proprio Pij V. in quo reprobantur oẽs census personales; nam huic censui ad vitam euenit iustificatio ex alio iustissimo contractu, qui est sortium, dummodo in eo seruetur æqualitas debita, vt dictum est, tanto magis, quod iste non est census redimibilis, de quo loquitur Pius Quintus, sed census ad vnam vitam, aut ad duas vitas. Verum est tñ, ꝙ si huic contractui

addatur hæc conditio, q possit vẽditor redimere, quādo voluerit; tunc esset dubia eius iustificatio, nisi talis conditio compensaretur alia re, quæ secundum arbitrium boni viri esset sufficiens ad seruandam æqualitatem.

3 Tertia Concl. Non potest licitè emi census redimibilis pauperum, intelligendo quod non possit redimi totus simul, sed per partes, nisi in eo ponatur hęc cõditio, q̃d possit redimi per partes. Hæc concl. elicitur ex sententia Fratris Ioan. de la Penna contra Sot. & sequitur eam Fr. Lud. Lop. & probatur quòd posita prædicta conditione considerata paupertate supradicta, fit census redimibilis sine aliqua lite.

Sot. li 6. de iust. q 5. ar. 3 Lop l. 1. instr. nego c 56. p. 235. col. 1.

4 Quarta Concl. Quando qui vendit censum est homo diues, & qui iudicari possit moraliter facilè redempturũ integrè, valet conditio, q̃d redimi non possit, nisi in integrum; hæc concl. est contra Sotum, & Nau. q tenet Grat. & Fr. Lud. Lop. quam conclusionem putarẽ ego veram, si qui vendit censum sit diues semper, quoniam confidens in suis diuitijs posuit conditionem dictam, quam non posuisset, nec admisisset, si putaret à præsenti fortuna decisurum, & bona sua passura ruinam.

5 Quinta Concl. Quando absolutè venditur census sine hac conditione, quòd possit redimi per partes, non potest venditor cõtra voluntatem creditoris redimere illũ per partes, & sic admisit consuetudo, nec est cõtraria huic cõstitutio Pij V. vt aduertitur in eius explicatione.

De collegialibus. Cap. XLV.

SVMMARIVM.

An Collegiales ingredientes Collegia contra statuta fundatoris peccent, & teneãtur restituere expensas factas pro illis ex bonis Collegij concl. 1. num. 1.

An qui ingrediuntur Collegia, debeant esse pauperes, ibid.

An aliqui diuites renunciantes bona ante ingressum, vt dicantur pauperes, possint ingredi Collegia sine peccato, ibid.

An fundatores Collegiorum peccent fundantes illa hac conditione, vt non ingrediantur qui descendunt à Mauris, aut Iudæis, concl. 2. nu. 2.

1 PRima Concl. Collegiales qui ingrediuntur, aut sunt in collegio contra statuta eius fundatoris, peccant & tenẽtur restituere, quod cum illis expenditur, ex bonis collegij, vna autem ex conditionibus positis à suis fundatoribus est q sint pauperes, & aliqui diuites existentes fiunt pauperes, renunciãtes suis consanguineis, & amicis quos habent, confidentes, q reddituri sint ipsis bona, quæ possident, q est grauissimum peccatum, & nõ minus, quam latrocinium subiectũ restitutioni, & sic admissi hac palliata renunciatione, sunt in statu cõdemnationis; nam si aliquo modo defendi possunt, vt bene notat Nau. quem sequitur Fr. Lud. Lop. est si faciant dictam renunciationem irreuocabilem, & sine pacto tacito, aut expresso reddendi amplius. Veruntamen quis est, qui nolit saltem tacitè, quòd illi restituatur, quòd dat in hoc casu, præcipuè cum sit sępe quantitas magna, vt mille aut bis mille ducatorum annuorum, & qui sint pauperes nobiles, qui possint admitti, relinquitur ad ordinationes fundatorum dictorum collegiorum.

Nau. in Man. c. 18. sup c 170. n. 29 Lop. in inst cõs. 1. p. c. 9.

2 Secunda Concl. Fundatores ponẽtes conditionẽ, quod Collegiales sint Christiani veteres excludentes descendentes à Iudæis, & Mauris non peccant nisi in casu, quod faciant odio dictarum generationum, vt resoluit Cord. afferens ad hoc multa, dicens quod pp alias causas possunt expelli, & vna principaliorum est, vt reges habeãt in istis collegijs gentem notam, & claram ad officia suæ Respubl. quæ egent personis confidentiæ, & probatæ fidei, quod quamuis descendentes à prædictis generationibus possint esse tales, est nihilominus aliqua præsumptio de illis, præcipuè si agatur de officijs inquisitionis.

Cord l. 1. qq q. 54.

De

De contractu societatis quo ad suam æqualitatem, tam portionum, quam lucri, & damni. Cap. XLVI.

SVMMARIVM.

Quid sit contractus societatis, & quas conditiones debeat habere, vt sit iustus, conclus. 1. num. 1.

An sit licitus contractus societatis simul cum contractu securitatis, concl. 2. numero 2.

An sit licitus contractus societatis de qua resultat graue damnum alicui partium, concl. 3. num. 3.

An quando fit contractus absolutè debeat perire capitale danti, concl. 4. num. 4.

Quomodo se habere debeant socij, quando vnus ponit nummos, & alius diligentiam concl. 5. nu. 5.

An qui ponit pecuniam possit habere minus quam ponens industriam conclus. 6 numero 6

An sit licitum dare pecuniam cum titulo societatis, cum pacto quod pecunia debeat semper in eodem statu esse, conclu. 7 num. 7.

An ponens pecuniam possit compellere alium socium, vt non emat, nisi tales merces, & tali tempore, & loco, concl. 8 num 8.

1 AD perfectam intelligentiam huius materiæ debet notari, quod contractus societatis fit duobus modis, vno, quando multi mercatores coniungunt summam nummorum in cumulum, & habent ministros communes, ita vt nummi, industria, & expensæ in omnibus sint æquales: alius est, in quo vnus ponit nummos, & alius adhibet industriam, alius laborem.

Hoc supposito, sit prima Conclusio, Quodcunque genus societatis est licitũ dummodo adsint tres conditiones. Prima quod oẽs industriæ, labores pecuniç æstimentur secundũ arbitriũ experti, & boni viri, & ex his fiat quasi cumulus nummorum cõis omnib. vt si sunt tres socij, quorũ vnus ponat mille ducatos, & alius ponat industriam necessariam, quæ æstimatur aliis mille ducatis, alius laborẽ, qui æstimatur quingentis, tũc societas debet fieri ac si oẽs tres posuissent duo millia, & quingẽtos ducatos. Secũda conditio est, ꝙ oẽs istæ portiones sint subiectæ lucro, & damno. Tertia est, ꝙ partes sint proportionatæ quãtum ad lucrũ, & damnum; primo, ꝙ lucrum, & damnum correspondere debeant secundũ quantitatẽ, q̃ quiuis eorum posuit, quib. conditionib. appositis est approbatus iste cõtractus ab Innocẽtio III. vt constat ex ijs, q̃ adducũt Sot. Nau. & Con. Ex dictis infertur primo, ꝙ q̃ facit societatẽ cũ vsurario, aut cũ negotiatore, qui negotiatur illicitè, nõ põt habere lucrũ ex nummis, quos illi dedit, quia esset particeps eius iniustitiæ, & deficeret cõtractui huic conditio quædam intrinseca ad sui iustificationẽ, quæ includitur trib. supradictis. Sequitur secundo, ꝙ qui dat pecuniam socio hac conditione, vt non diuidatur lucrũ ex negotiatione, vt sic remaneat nũmi capitalis in suo esse, cõmittit vsurã, quia iste non est contractus societatis, sed mutui. Quod probatur; qa sicut in mutuo redditur pecunia mutuo data, sic redditur in isto cõtractu; & sicut qui recipit mille ducatos mutuo, vt reddatur cũ lucro, cõmittit vsuram, sic cõmittit eã prædictus faciẽs similẽ societatẽ; hæc opinio est D. Tho. Caiet. Sot. & Aragonis, & cõis omnium. Verum est, quod iste contractus societatis esset licitus in casu, ꝙ vidua dixisset alicui homini probatæ fiduciæ, accipe mille ducatos, quos habeo, vt negotieris cũ illis in tuis negotiis, ex quib. oẽs noscunt esse certũ lucrũ cũ hac cõditione, vt des mihi partem lucri, viso, quod ego deberẽ collocare istam pecuniam in loco, vbi afferret mihi aliquid lucri, nam si non scirem te lucraturum, sed potius amissurum, nihil à te expostularem; in quo negotio Confessarij debent esse multum scrutatores conscientiarum, quia sæpe putantes lucrari, falluntur.

Innoc. i c. per vestras de donati. inter virum, & vxorem Soto li. 6. de instit. q. 6. art. 1. Nauarr. in man. c. 17 nu. 2. col 6. libr. 3. var. c. 2. nu. 2.

D.T. 2.2 q. 68. ar. 2. ad 5. & ibi Caieta. & Arag. Soto vbi sup. ar. 2

2 Secunda Concl. Illicitus est iste contractus societatis, s. in quo quis dicit, accipe mille ducatos, vt negotieris cum illis, ad lucrum, & damnũ, & accipe deinde 20. ducatos singulis annis, vt mihi caueas de securitate prædictorum mille ducatorum, & iterũ accipe alios decem ducatos annuos, vt permittas mihi centũ ducatos lucri ex prædictis mille ducatis habiturum: nam huiusmodi contractus, siue fiant simul, siue fiant successiuè, semper sunt illiciti, si celebrẽtur cum eadem persona propter repugnantiam, quæ est inter illos, cum vnus corrumpatur per aliũ necessario; quod manifestum fit, quia in contractu societatis, dominium pecuniæ, quæ deponitur in illa, remanet apud duos, quod nõ fit, quando fit contractus assecurationis cum illo, cum quo fit contractus societatis; nam si dominium pecuniæ remaneret apud illum qui posuit, ipsi deberet currere lucrum, & damnum: sic tenet Arag. contra Caiet. quæ opinio, quamuis sit probabilis, nihilominus, si absit fraus, dolus, aut scandalum, & si adest æqualitas formalis, aut equiualẽs in his tribus contractibus, videntur esse liciti, vt tenet Nauar. & Angl. quamuis fiat cũ illis cum quo est factus contractus societatis, & quamuis fiant in eodem tempore, in quo fuit inita societas, si enim sunt liciti facti cum tribus personis distinctis, quare non erunt liciti facta cum vnica solum? Verum est tamen, quod nullo modo valebit hic contractus in quantum mutuum, nam qui securam facit pecuniam alterius, signũ est nõ recepisse illam in mutuum, quãuis si amittatur, ipsi pereat, quia per huiusmodi contractum nõ transfertur dominium. videndus est Fr. Ludouic. Lop. super hoc puncto.

Arag. Nau. in l. 1. cõs. de cõst. cõs. 54. Naua d. c. 17. nu. 255. & 256. Angl. in q. de societ. ar. 1 diff. 2.

Lop. l. 1. neg. ca. 65.

3 Tertia Conclu. Omnes contractus societatis, in quibus ponuntur pacta, propter quæ secundum arbitrium prudentis viri prouenit damnum notabile alicui partium, sunt illiciti: hæc conclusio debet teneri, tanquã regula multũ notabilis, & cõmendata in hac materia quam ponit S. Antoninus allegatus, & sequutus in ipsa a Nau. Hinc sequitur, quod si amicus Frãcisci dicit Matthæo, accipe quingentos ducatos cum suis lucris ad sex annos, hac cõditione, quod dimittas Francisco mille ducatos, quos tibi debet, vsurarius, & illicitus est contractus; quia in hoc casu pro centũ ducatis soluit Matthæus mille, qui debentur illi a Francisco, & capitale amici, s. quingenti ducati remanent securi, & sic fit graue damnum Matthæo: si autẽ nõ assecuratur principalis pecunia; sed fit cõtractus societatis subiectus lucro, & damno, licitus est; & hoc est bonum iter ad soluendum creditorib. aliquam magnam summã faciendo cum illis cõtractus societatis ponendo aliquã magnã summã, vt ex illius lucro soluatur illis debitum paulatim, vt aduertit Anglés. Secundo infertur peccare mortaliter illũ, qui ponit aliquos nummos in societate piscatorum, qui volunt ire ad piscandũ, & non habẽt cum quo faciãt impensas, cum hoc pacto, vt eueniat illi tantũ lucri, quantũ singulis eorũ; & quod ante omnia sint ei soluti nũmi mutuo dati; & si non attigerit lucrum quantitatem nummi dati, aut nullum sequatur lucrum, quod vnusquisque eorum teneatur ad nummos illi pro rata, & sic remaneant miseri (vt dicitur) expoliati Hæc illatio est Nauarr. qui addit hanc conditionem admitti posse in casu, quod tota pecunia, & sors data piscatoribus, aut pars illius, si amittatur, soluissent illi partem, quam expendissent in suis domibus; nam in hoc casu, cum aliqui illorum ponant nummos, & alij laborem, non debent, qui ponunt laborem, & industriam, extrahere tantum lucri, sed solum impensas, quas fecerunt solum in ipsa nauigatione extra domum: & sic est intelligendum, quod dicitur à Doct. in hac materia resoluentibus multos casus, innixis supradictæ regulæ, quos omitto ne grauetur lector, & quia positus in prædicta declaratoria facile poterit inuenire eorum resolutionem.

Nau. vbi supr. nu. 261.

Angles. vbi sup. diff. 3.

Nau. vbi supr. nu. 282. & 283.

4 Quarta

4 Quarta Conclusio. Si fiat societas sine conditione, tunc capitale, seu principale debet perire danti, quia dominium remanet apud illum, & non trãsfertur in socios; sicut etiam se tenet pro illo, quando non amittit, sed lucratur; quod intelligitur ante, & post adhibitũ laborem, & industriam sociorum. Hãc conclusionem post alios tenet Nauarr. quæ intelligitur, primo quando sine culpa leui, aut saltem lata sociorum amittitur, secundo intelligitur, quando labor, & industria sociorum est æquiualeos pecuniæ, quę ex alia parte ponitur, quoniam si excedit labores valor, obligatio est recompensationis extrahendo illud à capitali, seu principalis; sicut si valor industriæ, & laboris sit minor, tenetur ad recompensationem illius, qui posuit nummos, vt sic seruetur iustitia, vt dicit Couar.

Nauarr. vbi sup. nu.152.

Cou.l.3 var. c.2. num.4. concl.2.

5 Quinta Conclusio. Si societas fit hac cõditione, quod ex pecunia vnius, & ex industria alterius cõstituatur summa communis ambobus quantum ad dominium, sicut lucrum debet esse cõmune, sicut est sors ab illis posita, sic etiam damnum debet esse æquale etiã in capitali; sed si aliquis posuit minus, tunc debet sentire damnum pro rata, & per consequens si quis amisit totam industriã, & remansit principale, aliquid debet retribui pro damno industriæ; & ratio est, quia illa massa, seu summa erat communis, & non debet currere damnum vni, & non alij, aut quod soluatur vni, & non alij, aliter enim esset iniustus contractus, sic tenet Nau. quem sequitur Petrus de Nauar, referens circa hoc aliquas opiniones.

Nauarr. vbi sup. nu.153.

6 Sexta Concl. Non est contra æqualitatem, quę debet seruari, si qui ponit pecuniam, adfert minus lucri, quam par sit; quoniam qui ponit pecuniam, certũ est, quod si velit, potest facere donationem, & per consequens potest remittere partem lucri, quod illi debetur: sic tenet Nau. ex quo infertur, quod iustificantur multæ societates factæ ab aliquibus diuitibus cum suis consanguineis, amicis, aut famulis paucæ experiẽtiæ, & industriæ, vt sic honorentur, & recipiant creditum apud alios, & fiant diuites, qui solum constringunt eos, licet magnam illis dederunt pecunię sũmam, vt retribuant medietatem, aut tertiam partem lucri, quia in hoc casu videntur illis remittere reliquum, quæ opinio (vt dicit Fr. Ludou. Lopez debet intelligi solum in casu quo loquitur, nõ autem in alijs; quoniam sunt quidã qui habent pecuniam suam in crumenis, & capsis sine lucro propter pigritiam, aut paucã industriam suam, qui ne careant lucro, dant eam alicui homini confidenti, & industrioso, titulo societatis, de q̃bus non est credendum, quod velint nihil minus lucri, quã pertinet pro quantitate pecunię; nec est credendum facere donationem reliqui, præcipuè si sint homines auari, & cumulatores bonorum: quod debent inquirere Confessores in hoc casu, vt nimia cupiditas non vertat taxillum, illudens conscientiæ.

Nau. li. de restit. c.2. nu. 460.

Nau vbi sup. nu.151.

Lup. in instru. neg. li.1. c.64. p. 26.col 1

7 Septima Concl. Non est licitum dare pecuniam titulo societatis cum pacto, quod sit secura, & in suo statu sicut datur, quamuis hoc pactum ponatur, vt socius sit accuratior in negotiando; & ratio est, quia exterius causat scandalũ, & potest qui dedit pecuniam mutare consilium, & procedere contra socium, si pereat principale eius culpa; non erit tamen illicitum, si qui recipit pecuniam iusta de causa, det chirographum, affirmans recepisse in mutuum, aut depositum; quoniam hoc modo iam respicitur honor eius, qui dedit pecunias, & sic non datur occasio scandali, supradictis quod procedit, si, qui fecit chirographum, statim rupit potens id facere, & dedit aliud in quo affirmet dedisse illã pecuniam titulo societatis; nam si hoc non fiat, potest mori, qui dedit pecunias sine declaratione suæ voluntatis, & petent hæredes sui summam pecunię positę titulo mutui, aut depositi absque eo, quod ab illa possit educi pars amissionis in tali societate, si fuit facta. Et nota, quod qui dedit pecuniam, potest

petere pignus, quo fiat securus, quod reddetur ei pecunia, nisi in negotio perdatur; nam hoc pignore remanebit ligatus socius, & non erit sic facile negligens in negotiatione.

8 Octaua Conclusio: Potest in hoc contractu, qui ponit pecuniam obligare socium, qui ponit laborem, & industriam, quod non emat talem, vel talé rem, nec tali tempore, aut loco, nec a talibus personis, & quod non obseruans has conditiones teneatur soluere ei totum damnū, quod illi euenerit. Quod probatur; quia istud pactum, & praetetita non sunt contra naturam huius cõtractus, vt dicit S. Antoninus, quem sequitur Frat. Ludouicus Lop. cum communi.

Anton. 2. p. c. 7. §. 38 Lop. 2. vbi sup.

Quomodo debeat fieri diuisio, & partitio in contractu societatis.
Cap. XLVII.

SVMMARIVM.

In principio contractus quod faciendum sit, vt recte fiat partitio lucri, conclus. 1. num. 1.

An in contractu societatis debeat poni lucrum in cumulum, vt secundum sortē cuiuscunque positam proportionabiliter diuidatur concl. 2 num. 2

An qui adhibent industriam, & laborem amissis nummis debeant facere hanc iacturam, concl. 3 num. 3

An vt fiat ista diuisio sit necessarium, vt extrahantur primo expensae & eleemosyna data, conclus. 4 num. 4 & concl. 5 num. 5.

An damna, & iactura quae fecerit, qui adhibet laborem debeant ex toto cumulo persolui, praecipuè cum passus sit ratione societatis, concl. 6. num. 6.

1 PRima Conclusio. In principio huius contractus, vt dicit Caiet. debet computari quantum valeat sors, quam quisque sociorum ponit, ita q si sint tres socij, & vnus ponit nūmos, alter laborem solum, tertius vero industriam, recurrendum est ad mercatores, vt ipsi computent valorem laboris, & industrię secundum quem debet fieri diuisio lucri, vt seruetur aequalitas iustitiae.

Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2.

2 Secunda Conclusio, Lucrum, quod resultat in cõtractu societatis, debet poni in cumulo, & diuidi proportionaliter inter socios, secundum illud, quod quisque illorum posuit in societate: itaque si vnus posuit mille ducatos, vt emerentur merces tanti valoris, & alius adhibuit laborem ferendi dictas merces, aut ferri faciēdi ad Indos, vt ibi vēderentur, qui labor aestimatur mille ducatis, & alius posuit industriam, & diligentiam, quae aestimatur quingentis; si ex lucro resultauerint quingenti ducati, qui posuit mille ducatos principales, habebit ducentos lucri, & qui posuit laborem, qui aestimabatur alijs mille, habebit etiam alios ducētos ex lucro, qui autem posuit industriam, quae aestimata fuit quingentis, habebit reliquos centum ducatos dicti lucri, ita, vt quisque recipiat lucrum considerata sorte posita, haec conclusio est communis omnium.

3 Tertia Conclusio. Quando aliquis sociorum posuit pecuniam, & alij posuerunt solum laborem, & industriam, hi non debent facere iacturam pecunię, quoniam labor, & industria quam pro parte sua ponebant, amissa fuit, cũ procedit siue dictus labor, & industria sit aequalis valoris cũ pecunia alterius, siue maioris: sic definitum est a iure ciuili, vt docet D. Th. Siluestr. & Nauarr. affirmans esse hanc conclusionem verā etiam in foro conscientiae.

§. de illa in si instit. de societ. D. Tho. 2. 2. qu. 78. ar. 2. Silu. ver soc. nu. 252.

4 Quarta Conclusio. Quando vult fieri partitio lucri, quod resultauit ex contractu, primum debent extrahi a corpore societatis expensae, quas fecit ille, qui adhibuit laborem, quia lucrum intelligitur deductis expensis. Verum est tamen, quòd non debent extrahi illae impensae, quas domi erat facturus, si non haberet dictam societatem, nisi in

casu,

casu, quod consuetudo sit in contrariũ, quæ debet obseruari, nisi apertè videatur iniqua; sic tenet Fr. Ludou. Lop. & est opin. Nauarr. qui in hoc puncto loquitur satis implicatè volens concordare Bald. cum Salic.

Lop. vbi sup. c. 67 p. 275. col. 9. Nau. vbi supr. nu. 283.

5 Quinta Conclusio. Eleemosynæ, quæ fuerunt erogatæ, vt Deus dignaretur præbere negotio prosperum finem, debent solui ex lucro dummodo fuerint discretæ, & moderatæ, & ratio est, quia ille, qui ponit industriam, statim habet ius (quamuis non habeat expressam licentiam aliorum sociorum ad id faciẽdum) ad faciendas impensas, quę illi videbuntur necessariæ ad augmentum societatis: dare autem eleemosynam ad impetrandum diuinum fauorem, certum est esse medium valde salutiferũ, & necessarium; sic tenet Petrus de Nauarr.

Nau. l. 3. de resti. c. 2. nu. 267.

6 Sexta Conclusio. Damna, aut iacturæ, quas passus fuerit ille, qui adhibuit industriam ratione ipsius societatis, tanquam causæ proximæ ipsarum, ex cumulo ipsius societatis debent persolui; vt exempli gratia; vnus sociorum ferebat nummos, & ob illos defendendos fuit à latronib. in itinere vulneratus, vnde fecit multas impensas, & amisit aliquas res, quas secum non asportasset, nisi incederet titulo, & nomine sociorum; hoc totum certum est esse extrahendum ex cumulo, super quo dicta societas est fundata; sic tenet Silu. Ang. & Armilla, quod debet intelligi primo, si restet aliquid ex capitali, seu principali, quia ex alijs bonis non tenetur alius socius restituere illa damna, nisi in casu, quod societas sit ex omnibus bonis, & ex communibus lucris, sic tenet Mercatus. Secundo debet intelligi secundum Silu. quãdo damnum succedit è societate, tanquam de causa proxima, quia si euenit, tanquam è causa remota, quòd quando ratione societatis abfuit à ciuitate, vnde moriens consanguineus non instituit eum hæredẽ, non tenentur socij ad hoc damnum, sicut si ob eandem occasionem adeunti curiam, Rex dedisset aliquam dignitatem, non tenebatur communicare eam socio, vel socijs.

Silu. q. 9 Angel. q. 15. Armill. verbo societ. nu. 12.

Mercat. de cõtr. tit. 1. c. 9

De Contritione prima parte Sacramenti Pęnitentiæ. Cap. XLVIII.

SVMMARIVM.

Quid sit contritio nu. 1.

An ad singula peccata sit necessaria vna contritio concl. 1. nu. 2.

An hæc cõtritio sit necessaria ratione pręcepti, & finis, concl. 2. nu. 3.

An, vt sit vera contritio, sufficiat propositum virtuale amplius non peccandi, cõclus. 3. nu. 4.

An, vt sit contritio, sufficiat feruorosus amor Dei sine actu formali pęnitentiæ, concl. 4. nu. 5.

An, vt sit contritio, sufficiat quod aliquis dicat in corde suo, nollem offendere Deũ concl. 5. nu. 6.

An sit necesse ad absolutionem, quòd aliquis proponat potius mori quam offendere Deum, *concl. 6. nu. 7.*

An sit necesse, vt habeatur vera contritio, quod quis credat amplius non peccaturum, concl. 7. nu. 8.

An sit necesse, vt quis habeat contritionẽ, quod proponat potius pati quamcunque pęnam in generali quam peccare, concl. 8. nu. 9.

An sit bonum consilium trahere peccata ad memoriam quamuis sint remissa, vt habeatur contritio de illis, conclus. 9. num. 10.

An sufficiat, vt quis habeat contritionem, quod percutiat pectus, concl. 10. nu. 11.

1 AD explicationem eius, quod est dicendum debet notari, quòd contritio est dolor animæ, & quædam detestatio, & odium peccati commissi, propter Deum super omnia. Hæc definitio est omnium Theologorum, & colligitur a Concil. Trid. Notaque, qd formaliter, & essentialiter non est contritio dolor, sed causaliter, quia est causa

Concil. Tri. ses. 14 c. 4.

Sot.in 4 d 14. & 16. Nau. in Man.c.1 1.2.&14

sa doloris, nisi alias sit impedimentum, vt explicant Sot. & Nauarr. Nota amplius, quòd sunt duo modi cōtritionis, vnus perfectus, alius imperfectus: primum definiuimus; secundus vocatur attritio, quæ nascitur ex turpitudinis peccati consideratione, & timore pęnarum inferni, vt dicit idem Concilium.

2 Prima Conclusio. Non est necesse, quod ad singula peccata adsit vna contritio, sed sufficit vnica contritio ad remissionem multorum peccatorū, sicut sufficit vnum verbum ad confitendum illa, vt dicere, commisi mille peccata cōtra secundum præceptum non iurandi, & ita de reliquis; hæc est cōis opinio omnium Doctorum, quos allegat Cordub. in suo quæstionario, sufficitq; hæc generalis contritio quāuis peccator nō scrutetur oēs locos conscientię suę, si nō liceat pro temporis breuitate, dūmodo habeat propositum faciendi pęnitentiā omnium suorum peccatorum in particulari, si offeratur occasio, & opportunitas; sicut sufficit adulto habere propositū baptizari, qn̄ tūc aliqua de causa nō potest recipere statim hoc sacramentū.

Cord.li. 1.qq. q. 25. in fi.

3 Secunda Conclusio. Hęc contritio specialis, & distincta omnium peccatorū mortalium est necessaria ad salutem animę non solum de necessitate pręcepti, sed etiam de necessitate finis, & sic in omni lege fuit necessaria sine ordine ad confessionem: hęcque est conclusio omnium: tantoque maior debet esse hæc contritio appretiatiuè, & æstimatiuè, vt dicunt Theologi, quanto fuerunt peccata maiora, vt colligitur ex Concilio Tridentino: Verum est tamen secūdum Nauarrum, quòd non est necessitas pręcisa, sed consilium habere maiorem contritionem appretiatiuè maiorū peccatorum; quia quęcunque contritio vera quantumuis remissa, concepta etiamnum in instanti, est sufficiens ad remissionem omnium peccatorū mortalium, secundum D. Thom. & communem, & sic disceditur à quadam opinione Scoti, & intensionis, & extensionis doloris vsque ad certum quendam gradum: Verum tamen est, quod Angles in suis floribus. lib. 4. excusat Scotū, ab eo, q eius aduersarij illi imponunt in hac parte, de quo non tracto pro nunc, cum faciat parum ad rem pręsentem, & intentum nostrum.

Cōc. Tr. vbi sup. & canone 5. Nau. vbi supra num. 35.

4 Tertia Conclusio. Quamuis sit necessarium in contritione, quod sit propositum formale non peccandi de cętero, tamen deficiente tempore sufficit propositum virtuale, vt dicit Nauarrus, & confitetur Sotus, quam etiam tenet Vega; erit autem propositum virtuale; quando ita pœnitet peccatorem peccatorum præteritorum, vt si pro tempore daretur locus aduertendi, faceret propositum non amplius peccandi. Quod probatur; quia amor, quem aliquis habet in Deum, post examinatam conscientiam suam, non occurrentibus amplius peccatis memoriæ, sufficit sine pęnitentia actuali ad remissionem commissorum, quia virtualiter in hoc casu est displicentia peccatorum: vnde eodē modo pęnitētia peccatorum, quam habet peccator sine proposito formali vitandi ea, quia tempus non concedit locum, est sufficiens, vt ille peccator remaneat iustificatus, cum in hoc casu contineatur quædam virtualis displicētia, & propositum emendationis.

Nau. vbi supra num. 10. Sot. in 4 d. 15. q. 1 art. 2. Vega de iustit. ca. 21.

5 Quarta Conclusio. Sufficit feruorosus amoris actus in Deum super omnia sine actu formali pęnitentiæ, vt aliquis acquirat veniam suorum peccatorum, vt legimus in conclusione præterita: Hæc conclusio est Scoti, & Adriani, quos sequitur Vega, & Nauarrus, qui confirmat eam contra S. Tho. & alios aliquibus rationibus: quę conclusio debet intelligi si hic actus amoris Dei respiciat ad pręteritum, & futurum, & sic ametur Deus, vt peccator velit nō peccasse, & de cętero placere Deo, nec in illo inueniatur scintilla complacentię peccati, in tantum vt si tūc occurreret memoria omnium peccatorum, omniū illorum haberet debitum dolorē, vt explicat Fr. Lud. Lopez; hoc q̄uo explicata hęc opinio est D. Th. quod debet intelli gi in

Scoto in 4. d. 14. q. 1. Adr qđ-li. 67. q. 4 Vega super concl. ca. 34. 35. & 36 Nau. vbi sup. Lop. in inst. cōs. c. 6. D. Th. 3. p. q. 87. art. 1. in corp. ad.

gi in casu, quo peccatum mortale facta debita diligentia non occurrat memoriæ, quia tunc dicit sufficere virtualem pęnitentiam. Hinc sequitur, quòd quædā opinio Angles quæ affirmat, ꝙ extra tp̄s præcepti pęnitentiæ erit iustificatus pęnitens pp actum amoris Dei, solū debet intelligi secundum dicta in casu, ꝙ in actu amoris Dei sit inclusa quædam pęnitentia virtualis, si non possit haberi actualis per temporis defectū; hęcq; opinio sic intellecta Angles non est intolerabilis, vt dicit Fr. Ludo. Lop. Ex dictis infertur, ꝙ quando quis est raptus ad patiendū martyriū, obtinebit veniā suorum peccatorū sine formali pęnitētia; quā non potuit habere pp defectū temporis; ꝙ probatur, quia qui paratur in puncto ad recipiendū martyriū, credibile est habuisse amorē Dei, & pęnitētiā saltem virtualē; si vero datum est illi tp̄s ad parādū se ad martyrium, tunc ēt debuit habere penitētiam formalē, nisi grauitas, & magnitudo martyrij taliter occupet potētias, vt nō possit martyriū recepturus habere hanc formalē pęnitentiā quia peccata non occurrunt memoriæ; nā in hoc casu, sufficit virtualis, quæ actualiter fugat complacentiam peccatorum.

6 Quinta Conclus. Non sufficit (vt sit contritio remittens peccata) quod peccator dicat in corde suo, nollem offendere Deum, si eijcit a se actu positiuo dolorē, quia semper in tota lege siue ordine ad confessionem fuit necessarius dolor peccatorum.

7 Sexta Concl. Ille, qui determinat potius mori quam peccare, debet absolui, si vero nō habet hunc actum deliberatum, licet dubitet, quid faceret in casu alicuius periculi spiritualis positus, non debet denegari illi absolutio, si habet propositū non peccādi, licet sit cū periculo suæ vitæ, vnde dicit Nau. qđ deberent plorare lacrymis sanguineis, qui accedunt ad confessionem, & communionem cum proposito capiendi vindictā, non deserendi concubinam, &c. (Nau. vbi sup. n. 19)

8 Septima Concl. Vt aliquis habeat verum propositum non peccandi, & sic habeat contritionē, non est necesse credere quod nunqnam amplius peccabit, & qđ omnino sit in illo fugatus timor peccandi; sufficit. n. quod pęnitens proponat firmiter nō peccare amplius cū auxilio diuino: sic enim tenet Nau. quā opinionem recipit Fr. Ludou. Lop. libenter in hominibus timoratæ conscientiæ; in illis vero qui habent eā contaminatam, putat non posse cōparari timorem cadendi cū proposito nō peccādi amplius cū auxilio diuino, si tales nō tollūt occasionē peccandi: hæc tn̄ modificatio huius partis nō est cōtra Nau. quia ēt in illis multum timoratæ cōsciētiæ timor cadēdi cū proposito non peccandi cū auxilio, si nō tollāt occasiones proximas peccati, non est contritio sm̄ doctrinā eiusdē Nau. quia impossibile est, ꝙ sufficiat, ad hoc vt aliquis habeat verā contritionē, quod habeat timorē propositum tam non peccandi cum auxilio Dei, si idem qui habet hunc actū, remaneat in ijsdem occasionibus proximis peccandi, in quibus prius erat, siue sit timoratæ conscientiæ, siue non. (Nau. vbi sup. Lop. lib. 5. c. 13.)

9 Octaua Concl. Vt aliquis habeat cōtritionem actualē, aut virtualē, est necesse, ꝙ proponat, potius pati quamcūque pęnā in genere q̄ peccare, aut peccasse mortaliter: quia secundū D. Tho. quicumque contritus habet gratiam, & charitatem; & qui habet charitatē, magis amat Deū q̄ semetipsum, & per consequens potius vellet pati quamcunque pęnā in generali, q̄ amittere, aut amisisse Deū per peccatū mortale. Dixi in generali: qa vt dicit idē D. Th. & ante eū Innoc. nemo tenetur dicere in particulari, qđ vellet magis pati hanc vel illā pęnam quā peccare; immo est melius quod fragiles non faciant hoc, faceretq; amenter Cōfessarius, qui diceret pęnitenti quod velit magis esse decapitatus, combustus & cet. quā peccare, aut peccasse mortaliter: quia hoc esset tentare grauiter pęnitentem, sine necessitate: cum videamus res in particulari consideratas efficere maiorem (D. Tho. vbi sup. Innoc. in c. oīs vtriusq; sexus de pęnit. & remiss.)

terrorem, quam res in generali, quæ in se sint terribiles, & posset esse quod qui haberet propositum in generali volendi potius pati omnia mala quam peccare, non haberet propositum patiendi hoc vel illud malum in particulari: ob quod sufficit Confessario, quod videatur pęnitens habere sufficientem contritionem suorum peccatorum, quod si videatur illi, quod non habet illam, debet corroborare illum, vt paretur ad illam cum propositis considerationib. quæ ad id magis facere videbuntur.

10 Nona Conclusio. Non est bonum consilium, reuocare in memoriam peccata iam remissa, vt habeatur contritio de illis, si talia peccata possunt causare delectationem, aut cogitationem illicitam; Verum est tamen, quod si alicui videtur, quod est securus ab his periculis, erit laudabile recordari illorum, vt humilietur, & excitet dolorem pro illis.

11 Decima Conclusio. Non sufficit vt aliquis habeat contritionem, quod percutiat pectus, & dicat Psalmum, Miserere, quia hæc sunt signa contritionis, & deseruiunt in exteriori, vt non denegetur sepultura defuncto qui moritur cum his signis, & sine confessione, quia non habet tempus, nec potest, sic enim dicit Nauarr. Requiritur ergo vt sit cõtritio, quod sit dolor, detestatio, & odiũ peccati commissi, & propositum firmũ non committendi propter Deum summè amatum.

nu.vbi nu.13.

De non absoluendo pęnitente, qui non tollit occasiones propinquas peccãdi, & quæ sint occasiones peccatorum. Cap. XLIX.

SVMMARIVM.

An possit absolui qui habet propositum faciendi aliquod opus, quod dubitat an sit peccatum mortale, concl. 1. nu. 1.

An possit absolui, qui nõ relinquit occasionem peccandi propinquam, concl. 2. n. 2.

An possit absolui, qui non vult relinquere occasionem remotam, ibid. nu. 3.

An possit absolui qui non vult desistere ire ad domos chorearum, & aliorum ludorum, cum sępè expertus sit suam fragilitatem, ibid. nu. 4.

An possint absolui iuuenes, qui incedũt ducentes choreas cum mulieribus, ibi. n. 5.

An possint absolui, qui sunt in occasione propinqua peccandi cõcurrentibus quatuor conditionibus, quas ponit Nauar. ibid.

An possit absolui mulier quæ cognoscitur ab homine quem recipit in hospitium, ib. nu. 6.

An possint absolui consanguineæ, & seruæ quę cognoscuntur a consanguineis, & dominis cum quibus viuunt, ib. nu 7.

An possit absolui maritus, qui viuit cum vxore intra idem tectum, cum matrimonium est nullum, ibid. nu. 8.

An possit absolui filia qui venit ad Confessionem cum matre pro suscipienda Eucharistia existens in occasione propinqua peccandi, ibid. nu. 9.

An possit absolui comedẽs res calidas, quę sunt causa pollutionis, ibid. nu. 10.

An possit serua fugere à domo domini qui sollicitat illam ad peccandum, conclus. 3. num. 11.

An sit peccatum in titillationibus, & stimulis carnis qui procedunt ex conuersatione honesta mulierum, concl. 4. nu. 12.

An debeat confessarius consulere vt relinquat de se licitum in quo tamen ordinariè peccat, concl. 5. nu. 13.

1 AD resolutionem supradicti sit prima Conclusio. Qui exponit se periculo faciendi aliquod opus, dubitans an sit peccatum mortale facere, non debet absolui vsque eo quod proponat firmiter non facturum huiusmodi periculum: hæc doctrina est Caiet. & communis opinio omnium.

Caiet. verb. periculo.

2 Secunda Conclusio. Non potest absolui pęnitens qui non relinquit occasionem propinquam peccati: est autem propinqua occasio peccati, solum illa, quæ ex se est peccatum mortale; aut particulare tale, vt debeat credere pęnitens aut Confessarius, quod nunquã aut raro vtitur illa sine peccato mortali

Nau. in Man. c. 3.nu.14.

tali consideratis bene eius circunstātijs. Hanc regulam ponit Nauar.& quia est notabilis, oportet eam explicare. Dicitur in illa, *quæ de se est peccatum mortale*, vt detur intelligi, quod necessario debet relinqui ars Nigromantiæ,& cōtractus vsurarius, & alij qui sine peccato mortali non possunt exerceri. Dicitur *particulare, aut tale quid*, quod debeat Confessor, aut pęnitens credere, quod numquam, aut raro vtatur illa sine peccato mortali, ad excludendam occasionē generalem, quam præbēt officia,& artes, in quibus tamen licite potest quis viuere sine peccato; quod si in illis accedit culpa, hoc est propter voluntatem exercentium; vnde solum fiunt occasiones remotæ peccati, à quibus si necessario deberent homines fugere deberent fugere è mundo, quia contingit, quod sit occasio peccandi, salus, infirmitas, diuitiæ, paupertas, vxor, filij, amici, pax, bellum: quæ res non possunt in mundo deesse, vt notat S.Thom.& tradit Nauar. quod exercitium enim est magis obnoxium peccatis, quam officium militis? & nihilominus Ioannes Baptista, non dixit militibus, vt relinquerent militiā ad saluandum se, sed solum dixit illis, quod vterentur recte ea: vnde sufficit, quod pœnitentes occupati in similibus occasionibus proponant non peccare amplius in illis cum auxilio diuino, vt sic possint absolui. Dicitur, *pęnitens aut Cōfessarius*, quia sufficit, quod vnus eorum credat occasionem esse talem. Dicitur *numquam aut raro*, ad excludendas occasiones quibus raro vtimur ad peccatum mortale. Dicitur *inspectis circunstantijs*, vt intelligatur, quod eadem occasio potest esse alicui causa casus, alteri vero non; quia conuersari simul iuuenem cum puella, aut muliere intra idem tectum, est occasio propinqua ad peccandum: & sic tenetur eam vitare, quæ non habet tantam efficaciam, si homo sit senex,& ipsa iuuenis.

D. Tho. 2.2. qu. 43. ar.1. & 4. Nau. in Man. c. 3. nu 5. & c. 14. nu.28.

3 Vnde sequitur primo, quod occasiones, quæ ex se non sunt propinquæ ad peccatum, sed remotæ, non tenētur derelinquere absolutè, vt dictum est, sed solum quantum ad illam partem, quæ sunt occasio peccandi: quod declaratur exēplo; Ars medicinæ,& chirurgię non debēt ex toto relinqui, licet sint occasio peccandi, sed solum quantum ad illas partes, quibus sunt occasio peccati, vt visitare virgines solas existētes, aut mulieres alias tangere, nimis accedere ad eas,& nimio amore eas contrectare, dū capiūt pulsus nimia delectatione, quia hoc debet amputari, quia sæpe est occasio multorum lapsuum, vt aduertit Frater Ludouicus Lopez.

4 Secundo sequitur, quod quamuis ire ad domos, in quibus est occasio peccandi mortaliter, propter choræas, ludos, aut similia, quæ ibi exercentur. non sit ex se peccatum mortale, licet sit peccatum veniale paucæ cautelæ, vt dicit Caiet. si tamen aliquis habet experientiam suæ fragilitatis, & dubitat, aut credit probabiliter, quod cadet, si vadat ad dicta loca, peccabit mortaliter, ita vt nūquam possit excusare propriā fragilitatem, quam expertus est in similibus occasionibus. Sic enim tenet Caiet. probās illud cum illo dicto apud D. Matth. Si pes tuus scandalizauerit te, præscinde eum,& abijce abs te, Quæ doctrina est contra Nau. qui dicit, quod ad hoc vt hic pęnitens teneatur vitare hanc occasionem, quæ de se non est peccatū, non sufficit, quod aliquando fuerit occasio casus; sed esse necessarium, quod sēper, aut fere semper sit peccatum, non considerans, quod si ille, qui semel est malus in foro exteriori, sēper præsumitur esse malus in eodem peccato, rationabilius debet præsumi, quod erit malus ille qui non semel, sed sæpe cecidit in idē peccatum ratione cuiusdam occasionis, vt hac de causa possit denegari illi absolutio, nisi relinquat illam occasionem,& si ille, qui promittit semel,& sępe restituere,& non restituit, si accedat ad quartam monitionem negatur iustissimè absolutio, antequam restituat, si non sint causæ rationabiles noui ter, vt absoluatur, quare debet dari

Lop. in instr. cō sec. 1 p. c.25.colu. 185. Cai.verbo periculum.

Cai. super locū Matt.

fides

fides homini fragili qui quater, & pluries cecidit, & promisit relinquere occasionem sui casus, quod non fecit, sed potius est in eodem periculo, & in eadem occasione? Hinc infert Frater Ludouicus Lopez contra Nauarr. quod nõ debẽt absolui multi iuuenes, qui incedũt inter mulieres ementes, laborantes, & conuersantes, licet nõ cohabitent in eadem domo, si sępe hæc conuersatio fuerit causa dissolutionis, & peccati, si non proponant, quod abstinebũt perpetuo ab ea occasione peccatorum, verborũ, cogitationum, & tactuum impudicorũ aut copulæ: quia licet hæc occasio in se non sit mortifera, aut quæ faciat semper peccare mortaliter eos, qui ea vtuntur, sufficit, quod his iuuenibus sit occasio mortifera sæpius, vt idem Nauarr. fatetur si rectè ponderetur, cum dicat, quod occasio, quæ non est mortifera vni, est mortifera alii.

Lop vbi supra. Nau. vbi supra.

Nauarr. vbi sup. c. 3. n. 26

Et hinc colligitur non esse securam quandam doctrinam eiusdem Nauar. qui dicit, quod iuuenes, qui ducũt choræas cum puellis secundum honestam cõsuetudinem oppidorum, possunt absolui à suis Confessariis licet peccent sępe in his chorçis delectationibus morosis, licet non habeant propositũ fugiendi has chorças, nec sit occasio vtendi ipsis, dummodo concurrant quatuor cõditiones. Prima vt peniteat illos peccatorũ commissorum. Secunda quòd sit propositum vitandi culpam. Tertia, quòd licet inueniant talem occasionẽ peccandi, non vtentur ea cum auxilio diuino. Quarta, quod sit aliqua notabilis ratio propter quam non possunt facile eximi a tali occasione. Quam doctrinam merito conatur euertere Frater Ludou. Lopez dicens, quod nec Siluester, nec Caietanus ausi fuere concedere iuuenibus tantam licentiam; quia Caietanus tractãs de hac materia, dicit quod licet choræ, ludi, &c. ex se non sunt occasiones peccãdi, vt possint prohiberi; propter periculum tamen, quòd est in eis cogitationum libidinis, vnusquisque custodiat se, & metiatur uirtutem suam, & cõsideret, si exponitur periculo peccandi, quia si habet experientiam suæ fragilitatis, tenebitur fugere huiusmodi choræas, & saltationes, eo modo, quo tenetur fugere conuersationes mulierum, si experientia compertũ habeat sentire scintillas peccatorum, licet actiones hæ ex se sint licitæ, & bonæ. Idemq; docet Siluester; nec obstat ratio Nauarri, scilicet quod ex rebus debemus iudicare secundum quod vt plurimum videmus in eis euenire, quia hoc debet intelligi ĩ foro exteriori quãtum ad præsumptionem iuris; in foro tamen conscientiæ debemus iudicare de illis, vt dictauerit conscientia pœnitentis secundum eius humorem ad malum inclinatum: & fragilitatem occasione obnoxiam. Item quia idem Nau. tenet peccare mortaliter illum, qui vt nimis exhilaret animum, vtitur cantionibus, verbis, & gestibus, prætendẽs inducere, aut credens, vel credere debẽs, quod alius prouocabitur ad peccatum mortale opere, verbo, aut cogitatione, vt explicat Caiet. Ex dictis sequitur ẽt quod opinio Nauar. affirmantis posse absolui, qui non habet propositum relinquendi occasionem, quæ facit illum cadere, concurrentibus prædictis quatuor conditionibus est nimis scrupulis subiecta, nisi limitetur, quòd procedat solum in casu; vbi concurrentibus quatuor conditionibus occasio non est tã vehemens, nec personæ ita ad malum inclinatæ, & fragiles, vt desperentur de emendatione: vnde si duo, qui sunt simul, peccauerint semel, aut bis mortaliter, non debet illis negari absolutio, licet non separentur, si statim penitentiã agentes sui peccati adhibuerunt remedium; nec debet negari absolutio illis qui simul existẽtes; sæpe peccauerunt, si superueniat aliqua sufficiens causa, mediante qua intelligitur, quod amplius non peccabunt, licet sint simul; sicut si vnus eorum ducat vxorem quã amet multum, & quæ sit zelosa, aut si factus est compater mulieri, quam cognoscebat, suscipiens aliquem filium eius

Lop. in instr. cõsc. 1. p. c. 24. Caiet. verbo chorea.

Caiet. 2. 2. q. 184. art. 6. Nauarr. vbi sup.

eius à fonte baptismi, vt affinitas spiritualis sic contracta esset illi frenum ad non peccandum ob grauitatem peccati. Itaque in his, aut similibus casibus concurrentibus prædictis quatuor conditionibus bene poterunt absolui pœnitentes, immo possunt in his casibus absolui, licet desit quarta conditio, scilicet aliqua rationabilis causa, propter quam non possint facilè relinquere talem occasionem: in quibus casibus erit bona senten. Nauar. quæ si intelligatur generaliter, posset esse seminarium multorum peccatorum, vt dicit dictus Fr. Ludou. Lopez.

Lop. vbi supra c.21.

6 Colligitur etiam ex dictis, quod non potest absolui mulier hospitium habés quæ semper admittit quendam in hospitium, & cognoscit illum, nisi proponat nunquam amplius illum recepturam, quamuis ex hoc sequeretur scandalum: & licet promittat fugere peccatum, & concurrant conditiones supradictæ si sæpe promisit obseruationé earum, & postea videns hunc suum dilectum non est illarum recordata, vt dicit Fr. Ludou. Lopez, & tenet Cord. tempetrans, & limitans opinionem Nauar. qui dicit quod concurrentibus his conditionibus, potest absolui, licet non proponat eiecturam eum, aut non recepturam illum in domum suam: quæ sententia erit vera quando ipsa experiatur, quod non peccat cum illo.

Cord. de casibus q.4. corollario, lo tercero se sigue.

7 Colligitur etiam ex dictis, quod illud, quod dicit Nau. quod possunt absolui, licet non separentur, consanguineæ, & seruæ ac famulæ, quæ habent se cum suis consanguineis, & dominis intra eandem domum existentes, si concurrant prædictę conditiones, debet intelligi cum limitatione, scilicet vt procedat solum in personis, quæ non sunt liberæ, verbi gratia, ancillæ, filiæ, filij, quia non semper est in manu harum fugere occasiones, quod probatur, quia licet sit præceptum diuinum fugere pericula peccati mortalis, vt dicitur apud S. Matth. si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te, tamen vt bene notauit Caietan. hoc intelligitur, quando est in nostra manu, & potestate vitare dicta pericula, ob quod cum non semper sit in manu earum personarum vitare eas occasiones, non est quod affligantur negatione absolutionis, si concurrant supradictæ conditiones, sic enim tenet Ludou. Lop. qui dicit quod non ideo absolueret statim eas personas si in alijs confessionibus promiserant correctionem, & non inceperint corrigi, nec (dicit hic pater) mouerent me illarum planctus, & lacrymæ, si in ipsis esset mala inclinatio ad peccatum; & pauca confidentia illorum, qui cum ipsis peccant, licet concurrerent prædictæ quatuor conditiones, nisi prius vadant ad tales dominos, dicátque illis, qualiter negatur illis absolutio, si non exeunt à domo illa; & orent illos per Deum velint prouidere animo constanti huic rei, vt possint exire à domibus talibus cum honore, & bona fama, quia alias, licet sit cum dedecore, non poterunt non obedire Confessarijs, licet non possint sustentari nisi petendo hostiatim eleemosynas. in hoc ergo casu, cumque hac limitatione potest sequi Nauarr. si vero prædictæ personæ sint liberæ, ego non admitterem illam opinionem; quia sufficit talibus ad hoc, vt fugiant huiusmodi occasiones, scire per experientiam, quod vt plurimum cadunt in eas, vt est supradictum; nec obstat; quod orietur scandalum, cum amissione notabili honoris, & famæ; quia magis conuenit succurrere conscientiæ maculando, quam famæ quæ est in periculo ad maculam: nec obstat, quod Christus dixit Petro, quod sepues, & sæpius deberet parcere peccatori, quia hoc intelligitur non ponenti obicem huic misericordiæ diuinæ nolens exire ab occasione peccati.

Nau vbi sup. nu.22.

Matt 18 Cai. su. Matt.18

Lop. vbi supra c.21.

8 Ex dictis etiam colligitur, quod non potest absolui maritus, qui habitat intra idem tectum cum vxore nullo existente inter illos matrimonio

nio propter aliquod impedimentum, cuius ipsi habent notitiam, si in ipsis sit probabile periculum peccandi ob fragilitatem, quam in se experiuntur, nisi separentur actualiter, quod quidem facile poterit facere sine scandalo, cum sit liber & possit fingere ire aliquo; nec ipsa potest absolui, licet cum suo marito habitet, nisi compelleretur contra suam voluntatem ad habitandum cum illo intra eādem domum, & est aliqua spes corectionis; sic affirmat Lopez, vbi sup. cap. 23. contra Nauar. in Manuali cap. 3. num. 24. qui dicit quod tales possunt absolui concurrentibus dictis quatuor conditionibus si expectant dispensationem, vt denuo contrahant, & ex separatione sequeretur notabile incommodum. Quando aliqua filia reclusa veniret ad confessionē, & communionem cum matre sua: videtur posse absolui, licet sit in occasione peccandi, si concurrant dictæ quatuor conditiones, propter scandalum, & magnas turbationes, quæ sequerentur, si negaretur dicta absolutio? Debet tamen Confessarius ponere illi omnia media, quæ intelligit esse necessaria, vt hæc occasio non pullulet, & persuadere obligareque hanc puellam, vt ponat ea in executionem.

10 Sequitur etiam ex dictis, quod ille, qui intelligit de se, quod comedere res calidas est sibi causa multarum tentationum, ac pollutionum voluntariū, licet non edat eas hoc fine, si nō potest alia via magis conuenienti abscindere crestas, & insultus carnis ieiuniis, & orationibus, debet se armare contra illam, & tanta potest esse necessitas, & ex alia parte eius negligentia in remedio, vt peccet mortaliter: sic dicit Lud. Lopez discedens à Nauar. qui absolute affirmat, quod comedentes prædictas res possunt absolui, licet nō habent propositum relinquendi, nisi comedāt eas ad prouocandam carnem ad peccandum, quod latius diximus in hac conclusione, quia casus in ea resoluti hoc petebant.

Lop. in d. c. 23. in fine. Nau. vbi supr. nu. 25.

11 Tertia Conclusio. Si dominus ancillæ non liberæ, qui cum ea peccauit, vult perseuerare in sua damnata intentione, & ipsa vel non potest resistere, aut videtur ei, quod ob suam fragilitatem non resistet, nisi fugiat, poterit fugere, sicut vxor potest fugere a marito, quando vult eam inducere ad peccandum; imo si ob crudelem tractationem corporis potest fugere à domino, si non habet aliud remedium, & potest compellere illum, vt vendat eam alicui, à quo non taliter tractitur, quanto magis ob malam tractationem animæ potest ab illo fugere, cū anima sit plus quam corpus? Sic enim tenet Nauarr. in Man. cap. 16. num. 21.

12 Quarta Conclusio. Quando ex loquelis cum mulieribus, & earum conuersatione honesta, & licita (si absit cōsensus) sequitur aliqua carnis titillatio cum aliqua humiditate, non ideo, qui dicto modo cum eis conuersantur, debent abstinere ab hac occasione de necessitate, quia hoc etiam inter valde spirituales spiritualiter conuersantes solet euenire, vt dicit Medina in sua summa. Medi. in sum.

13 Quinta Conclusio. Non debet Cōfessarius astringere pœnitentem, neque consulere, vt relinquat officium, quod ex se est licitum, in quo tamen multū peccat, quando adest periculum incidēdi in alium statum magis obnoxium occasionibus cadendi; vnde nō erit bonum præcipere mercatori, vt relinquat hanc negotiationem, licet in ea fallat multos, & nolit emendari; si hoc relicto incidet in alia peccata grauiora, furando, & rapiendo aliena; solum ergo debet consulere, & persuadere, vt relinquat occasiones proximas peccatorū, quæ committit, sic enim tenet Nauarr. Dixi officium licitum, quia illicitum, quod sine peccato exerceri non possit, necesse est, vt relinquatur; quia aliàs clarè patet non venire pœnitentem cum præparatione, & contritione debita.

Nau. in Man. c. 25. n. 24. in fine.

Quando

Quando obliget præceptum contritionis. Cap. L.

SVMMARIVM.

An sit necesse ratione præcepti in articulo mortis habere contritionem, aut quando obliget præceptum confessionis; conclus. 1. num. 1.

An teneatur quis habere contritionem quoties eius peccata veniunt illi in mentem, & an teneatur ceteri in die festo, conclus. 2 nu. 2.

An sit necessarium habere contritionem, quando fiunt processiones pro aliqua necessitate magna, concl. 3. nu. 3.

An sufficiat attritio ad recipiendum sacramentum Baptismi, concl. 4. nu. 4.

An ad susceptionem sacramenti baptismi & penitentiæ sufficiat dolere de peccatis propter penas inferni, conclus. 5. numero 5.

An vt aliquis fiat de attrito contritus, sufficiat, quod peniteat illum non habere sufficientem dolorem, concl. 6. numero 6.

1 CErtum est, quòd debemus habere contritionem nostrorum peccatorum tãquam remedium speciale nostræ salutis secundum quòd diximus in capitibus præteritis. Conuenit ergo scire quo tẽpore, & occasione teneamur habere hunc actum, aut si est necessariũ habere illum, qñ aliquis adultus recipit sacramentum baptismi, aut pęnitentiæ. Ad resolutionem cuius quæstionis ponam sequentes conclus.

1 Prima Concl. Necesse est habere hũc actũ in artic. mortis, & quando obligat nos præceptũ confessionis, si non adsit copia cõfessarij: quia si sit copia confessarij tenẽtur ad confessionem, oẽs christiani. Ad recipiendũ aũt hoc sacramentũ sufficit attritio cognita pro tali, sic. n. dicũt Canus. Med. q̃ & videtur approbari a Concil. Trid. q; debet teneri, licet pars negatiua post Sot. sit Nau. nec põt dici q; attritio pro tali cognita est dolor fictus, cũ verè pęnitẽs se accuset. Debet tñ notari, quod hic actus attritionis vt aliquis iustificetur cum illo, & sacramẽto pęnitentiæ, est necesse, vt ꝑcedat ab aliquo auxilio diuino speciali, vt tenet Med. cum cõi Theologorũ. Verum tñ, est, q; si aliquis habeat hunc actũ cũ solo auxilio generali, quãuis non sit idoneus, vt cum illo, & sacramento recipiatur gratia, cum non sit dispositio ad illam, valet tamen & est sufficiens ad adimplendum præceptum ecclesiæ, si pœnitens ignorat inuincibiliter suam insufficentiam, vt tenet Sotus.

Med. in sum. fol. 294. Nau. i d. c. 1. n. 11. Sess. 14. c. 4.

Sot. in 4 d. 14 q. 2 ar. 3.

2 Secunda Cõclusio. Non tenetur quis conteri pro suis peccatis quoties occurrerint memoriæ; nec tenetur habere contritionem illorum in die festo, nec alio aliquo tempore, quo non obligat sacramentum confessionis: quia in his temporibus sufficit non habere complacentiam, licet non habeatur displicentia peccatorum.

3 Tertia Conclusio. Quando fiunt preces & processiones pro aliqua magna necessitate, quæ sit in Republ. in qua cõuenit, quod fiat oratio maiori feruore, obligat præceptum contritionis, ad effectum vt fiat maiori deuotione, & obtinendum quod petitur. Hæc conclusio est Nauarricum Adriano, a quo discedit Ludouicus Lopez, cuius fundamentum est quædam doctrina Cordubæ sequuta a Medina, & est communis omnium Theologorum, quæ affirmat quod ad hoc vt aliquis acquirat lumen fidei, non debet sub pœna peccati mortalis habere contritionem suorum peccatorum, si faciat quod in se est; ita vt peccet mortaliter non faciens hoc, quia hoc nõ est medium ordinarium ad vincendam ignorantiam: & eadem ratione non est necessaria contritio ad obtinendum id, quod petitur, cum hoc nõ sit medium ordinarium. Cui rationi & fundamento respondeo, quod ex illa sumimo occasionem tenendi cum Nau. quia quod prætenditur in oratione est, quòd Deus liberet Rempub. a labore, in quo est, & medium ordinarium ad obti-

Nau i d. c. 1. n. 31 Lop. vbi sup. c 16. col. 135. Cor l. q. 2. Med. i 2. q 109. art. fin.

obtinendum, hoc est bene se habere cũ Deo. Nec obstat, quod licet bene nos habeamus cum Deo, nescimus, an hoc medio obtineamus qđ petimus: quia hæc ratio solum concludit, quod non est medium præcisum & infallibile: nõ tamen probat non esse medium ordinarium prædicatum a prædicatoribus, & confessarijs, & a cęco illuminato per Christum dominum N. qui dixit, Scimus quia peccatores Deus nõ exaudit.

4 Quarta Cõclusio. Vt aliquis recipiat sacramentum baptismi, sufficit attritio cognita, & hæc debet esse dolor quidã generalis peccatorũ: vnde potest adultus accedere ad hoc sacramentum cum conscientia peccati mortalis, si de illo habet attritionem: hæc videtur esse expressa sententia D.Th. quæ debet teneri contra Nau. vt probat Lud. Lopez, & est communior Theologorum.

D.Th.3. p. q. 64. ar.4. Na. vbi sup. n.39. Lopez vbi sup.c.9.

5 Quinta Concl. Si aliquis volens recipere baptismum, aut sacramentum pęnitentiæ sic doleret de suis peccatis ob pęnas inferni, vt diceret intra se cũ actu positiuo, si nõ essent tales pęnæ non dolerem de meis peccatis, non debet huic & similibus dari sacramẽtum: quia talis dolor in hoc casu & similibus nec attritio est, cum iam expoliatus sit amore Dei: & in hoc casu esset vera opinio Sot. & Nau. sup. posita.

6 Sexta Conclusio. Vt aliquis de attrito fiat contritus ob virtutem sacramenti sufficit, vt pęniteat illum non habere sufficientem dolorem. hæc opinio est Nau. sequentis D. Tho. & D. Bonauent. dicitque hanc doctrinam esse multę cõsolationis ad omnes: quia licet hic actus non sit sufficiens vt aliquis cum illo teneat formaliter contritionem, sufficit ad habendam attritionem; in qua pęnitens potest absolui: Hæc tamen sententia, vt dicit Fr. Ludou. Lopez, debet intelligi in casu, quod pęnitẽs habeat formaliter attritionem, dicens hanc esse sententiam Medinæ in sua summa; & realiter est omniũ Theologorum, nec Nau. credo tenere contrarium; & probatur sequenti ratione; quia sicut cum voluntate qua aliqua mulier vellet exire a peccato potest concurrere voluntas absoluta remanendi in eo, sic cum hoc actu pęnitet me non habendo sufficientem dolorem, potest concurrere actus absolutus proprię voluntatis, volo existere in peccato, & sic carere contritione: ergo debet dici necessario, qđ hic actus, Pœnitet me non habere sufficientem dolorem, vt sit attritio, debet comitari actum absolutum, pęnitet me offendisse Deum, licet iste dolor non sit nisi attritio.

Nau. vbi sup.n.22

Lop. vbi sup c.14 Med. in sum.

De Confessione secunda parte sacramẽti Pęnitentiæ. Cap. LI.

SVMMARIVM.

Quid sit confessio sacramentalis, & an possit fieri scripto aut per interpretem, numero 1.

An mutus teneatur confiteri, qui nec signis potest confiteri, concl. 1. nu. 2.

An quis impleat præceptum confessionis scribens peccata sua & exhibens cartam confessario & ostẽdens dolorem eorum, concl. 2. nu. 3.

An confessio sacramentalis, vt sit qualis debet esse, debeat habere sexdecim conditiones, quas ponunt summistæ. concl. 3. num. 4.

1 AD resolutionem supradicti est notandum quod cõfessio sacramentalis, quam alij vocant vocalem, & auricularem, quia in ea dicũtur peccata ad auriculam, est quædam accusatio peccatoris secreta suorum peccatorũ coram sacerdote confessario vt ab illis sacramentaliter absoluatur; sic dicit Gabriel. & explicat Nauarrus. Dicitur secreta quia non potest fieri per cartã, aut epistolam; aut nuntium licet sit in casu necessitatis, vt post Diuum Thomam, Alexand. de Ales, & Scotũ resoluit Chaues, & Sotus, quia potest esse, quod antequam recipiatur epistola, aut nuntius, pœnitens iam non habeat illum animũ aut commiserit alia peccata,

Gab. in 4. d. 17. q. 1. Na. in Man. c.2.n.1. Chaues in sum. sacr. q. 171. Sot. in 4.d.18 q.2.ar. 7

ta, aut sit mortuus, quod debet teneri licet contrarium cum Paludan. defendat Nauarrus non aduertens, quòd confessio facta per epistolam aut nuntium est irrita, non quia non sit secreta, sed propter rationem supra positam, quia confessio sacramentalis, vt sit valida non est necesse quod sit secreta. Verum est tamen, quod nemo debet astringi ad confitendum sua peccata publicè: & ideo in principio ecclesiæ modus confitendi semper fuit secretus, vt monet Concilium Tridentinum, & tradens multas patrum sanctorum auctoritates docet Gaspar Gallegus. Reliquę particulæ huius definitionis explicabūtur in prosecutione huius materiæ.

Nau. in Man. c. 21. n. 36 Concil. Trid. ses. 14. c. 5. & conf.

Gallego & p. obl. tēp. pe. stis 1. p. nu. 55.

2 Sit igitur prima Conclus. Mutus, si per signa non est possibile significare aliquod peccatum, non tenetur confiteri, nec debet absolui sacramentaliter, vt docet Scotus in simili casu; si vero potest instrui per signa, vt possit dicere aliquod peccatum, tenebitur confiteri, sic tenet D. Thom. Durandus, Caietanus, Sotus, Chaues & est communis omnium Theologorum.

3 Secunda Conclusio. Si pęnitens confitetur taliter, quod tradit scripturam, in qua habet scripta sua peccata sacerdoti, vt legat significans ei habere dolorem eorum; erit valida confessio: non debet tamen sacerdos admittere hunc modum confessionis si possit pęnitens loqui, vt aduertit Chaues; quod si non possit loqui, tenetur pęnitens confiteri per scriptum, vt post alios tenet Chaues Sotus, & Couar. quia talis confessio ex sua natura non est secreta, cum possit accidere, quod scriptura perdatur, aut rapiatur, & sic publicentur peccata: & in tantum est verum supradictum, vt etiam ille, qui habet fragilem memoriam, non teneatur confiteri in scriptis: verum est tamen, quod si voluerit facere, erit rectè factum, hoc tamē debet facere taliter cum zifris sic scriptis, vt si perdatur, nemo possit eas intelligere, nec personas, nec circumstātias. Supradictum debet teneri etiam in articulo mortis, in quo aliqui putant teneri pęnitentem confiteri in scriptis, vt dicit allegans alios Enriquez in sua summa.

Chaues & Soto vbi sup. Cou. l. 2 var. c. 11 nu. 7.

4 Tertia Conclusio: Confessio sacramentalis, vt sit qualis debet esse, debet constare 16. conditionibus, quæ sub his versibus comprehenduntur. Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis, atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda, integra, secreta, lacrymabilis, accelerata, fortis & accusans, & sit parere parata: has conditiones ponit & declarat D. Thom. Caietan. & Nauarr. Erit simplex quando accusatur peccator peccati mortalis tamquam mortalis, & venialis tanquam venialis sine mixtione historiarum, vel narrationū; quæ sępe reuelare faciunt aliena peccata. Erit humilis cognoscente peccatore miseriam suam. Pura, quando fit intentione obtinendi veniam peccatorum, non vt vitet pęnas, aut infamiam. Erit fidelis si confiteatur veritatem. Erit frequens, si fiat, quando obligatio iubet, & necessitas vrget, vt dicit Medina in sua summa. Erit nuda confitendo veritatē sine fuco excusationis. Erit discreta, si dicantur peccata breuiter. Libens, idest volūtaria, quando fit præcipuè propter Deum, non autem metu pœnæ. Erit verecunda, si peccatorem pudeat peccati sui. Integra, si confiteatur omnia peccata mortalia non confessa. Erit secreta, si confiteatur secretè confessario, sicut dictum est. Lachrymabilis, si comitetur eam dolor peccati, vt in materia contritionis dictum est. Accelerata, si fiat statim ac sit opportunitas. Fortis vincente peccatore semetipsum, & dicente viriliter peccata sua. Accusans, si non excuset se tribuendo peccata sua mundo, dæmoni, & carni, sed suæ malitiæ. Erit parata ad obediendum, quando pęnitens fuerit subiectus confessario. Notaque cum Soto, quod quatuor conditiones sunt necessariæ, vt sit confessio valida; prima quod accuset se in ea peccator; secunda, quod confiteatur omnia peccata sua integrè; tertia quod non omittat circumstantiam neces-

Henriq. l. 1. de sacr. pęn. 2. c. 1.

D. Thom. in 4. dis. 17. q. 3. art. 4. Caiet. in sum. Nau. in Man. c. 1. nu. 6.

Med. in summ.

necessariam: quarta, quod sit paratus ad obediendum discreto, & prudenti Confessario.

De Confessione generali, & de numero peccatorum. Cap. LII.

SVMMARIVM.

An confessio generalis, quæ dicitur in principio Missæ, & ad Primam, & Completorium sit sacramentalis, concl. 1. nu. 1.

An confessio generalis, in qua in fine confitetur pœnitens de peccatis oblitis, sit valida ad remissionem eorum, concl. 2. num. 2.

An si non recordetur peccator suorum peccatorum, sufficiat dicere, quod offendit Deũ toties plus, minusue, & an si postea veniat certus numerus in mentem, teneatur confiteri, concl. 3. num. 3.

An, si pœnitens non recordetur numeri peccatorum plus minus, sufficiat quod explicet Confessario statum suum, conclus. 4. num. 4.

An teneatur confiteri penitens certum pro certo, & incertum pro incerto, concl. 5. num. 5.

An teneatur penitens confiteri actus exteriores, & interiores, qui interfuerunt in continuatione peccati, concl. 6. nu. 6.

An penitens mentiens in confessione peccet mortaliter, concl. 7. num. 7.

1 PRima Conclusio. Confessio generalis, quæ dicitur ad Primam, in principio Missæ, & ad Completorium, non est confessio sacramentalis; nec per illam remittuntur peccata mortalia: solum enim est cæremonia ordinata ab Ecclesia ad remissionem peccatorum venialium.

2 Secunda Conclusio. Confessio generalis, in qua penitens in fine confessionis sacramentalis, accusat se de omnibus peccatis oblitis, si comitetur eam contritio, valet ad remissionem illorũ, dummodo præcesserit diligens examen conscientiæ, sic enim tenet S. Thom. & Syluester, & est definitio Concilij Tridentini. Verum est tamen, quod tenetur confiteri hæc peccata, si postea occurrant memoriæ; quod debent monere Confessarij. D. Tho. in add. ad 3. p. q. 10. ar. 5. Syl. verb. confes. 1. Concil. Trid. ses. 14. c. 5.

3 Tertia Concl. Si pęnitens non recordatur punctualiter suorum peccatorũ, sufficit dicere, quod commisit talia peccata decies plus, aut minus, & si postea veniat in mentem, ꝙ commisit duodecies, non est necesse, quin alia confessione repetat illa; quia per illa verba plus aut minus, intellexit Confessarius duo super decem: contrarium tamen debet dici, si inuenit, quod commiserit ea decies, & quinquies, quia hic numerus quinque addit multum super numerũ decies, & sic non videtur comprehendi sub illo verbo plus, aut minus.

4 Quarta Concl. Quando pęnitens nõ recordatur numerum peccatorum cõmissorum etiam facta debita diligẽtia, & examine, sufficit explicare tẽpus, per quod perseuerauit in peccato, & consuetudinem, & continuationem peccati, vt dicit Nauarr. Alcocer, & Medina. Vnde mulier publica, quæ fuit in loco publico per spatium duorum annorum parata omnibus, sufficit, quod explicet tempus, quo fuit in illo peccato, in quo non potest dari regula certa: quia vna ex his mulieribus prauæ vitæ peccabit magis in vna septimana, quam alia faciat in vno mẽse; vnde debet habere locum in hoc casu sagacitas, & prudentia Confessarij, qui debet aduertere, quod qui confitentur hoc modo non recordari numeri peccatorum plus, vel minus, facta debita diligentia, & examine, licet postea recordentur, illa non tenentur confiteri, quoniam iam habuit eorum Confessarius sufficientem notitiam, vt dicit Ludou. Lopez. Nau. in Man. c. 6. nu. 15 Alcocer in sum. c. 9. Med in sum. fol. 25 & 26 Lop. in instru. cõf. 1. p. c. 32.

7 Quinta Concl. Non debet confiteri certum pro incerto, & dubio, vnde non est secura confessio illorum, qui dicunt, fortè non peccaui, nisi septuagesies, volo tamen ad maiorem securitatem dicere octuagesies. Verum est tamen, quod ille, qui confiteretur hoc modo bona

fide,

fide, putans, quod addendo ad numerũ dubium aliquid, sit res securior, nõ debet compelli ad iterandam confessionem, cum non habuerit animum fallẽdi Confessarium. Nota autem, quod licet sit rusticus, & nunquam sit confessus suo Parocho, nisi dicens peccaui, iuraui, blasphemaui, &c. debet compelli, vt dicat numerũ plus, minusve, vt resoluit Nau. & definit Concil. Trident.

Nau. in Man. c. 6 nu 16. & in c. consi-deret d. de pç nit. d. 5. nu 5. & 41 & l 5 conf ti. de pç & remis. cõl 3. & 4. f. 575. Concil. Triden. sess 14. can 7.

6 Sexta Concl. Tenetur pęnitens confiteri Confessario omnes actus exteriores, & interiores, quos habuit in continuatione peccati, vt si aliquis cupit vindicari, aut habere aliquam mulierem, per spatium vnius anni non sufficit dicere, quod habuit hoc desiderium, sed quod in hoc spatio Deus tetigit illum toties, & pœnituit eum, & tanquam ingratus huic beneficio iterauit rediens ad vomitum peccati, toties renouans hoc peccatum malumq; propositum; ita quod tenetur confiteri actus interruptos ab actibus contrarijs, quia si interrumpantur naturaliter, non est necesse, vt cõfiteatur; vt, si quis per vnum annum persequatur aliquam mulierẽ, & distractus à rebus domus suæ, aliquando destitit à suo malo proposito, non tamen pęnitendo illum habuisse huiusmodi prauum propositum, non est necesse, quod dicat in confessione destitisse hoc modo toties à dicto proposito, & postea continuasse, sed solum debet confiteri ipsam continuationem in peccato: quomodo debet intelligi id quod tradidit Nauarrus, super hoc pũcto. Hinc soluitur quoddam satis quotidianum dubium; scilicet, quando aliquis per annũ integrum persistit in intentione occidendi quendam hominẽ, an habuerit vnicum, an plura peccata; secundum intentiones, & actus deliberatos, quos habuit occidendi illum hominem; Cui dubio ex dictis facilè respon. quod si dictum propositum continuatum non fuit interruptum ab actu contrario, non fuit nisi vnum peccatũ: sicut quando aliquis vult occidere aliũ, ad quod faciendum accipit arma, sumit occasionem, parat arma, quia in hoc casu solum est vnum peccatum, quamuis aliquando distractus ab aliquibus rebus indifferentibus obliuiscatur; quod debet intelligi nisi talis peccator delectetur morosè his cogitationibus, quia tunc omnes delectationes morosæ, & determinatè deliberatæ, quas habuerit dicens intra se, si ego haberem illum hic, ego vindictam caperem ab illo, delectatione habita in hac cogitatione faciunt, vt peccet mortaliter, vt tenet S. Thom. & explicat Med. quod debent aduertere confessarij. Debet vltra notari quod, quãdo dicimus, quod omnes actus exteriores, & interiores, qui sunt via ad vnum solum peccatum, faciunt vnum solum peccatum licet graue, quod debet intelligi, nisi huiusmodi actus ex se contineant distinctam malitiam, sicut accidit quando aliquis volens occidere aliquem, furatur arma, persuadet amicæ suæ, vt inuitet eum ad concubitum, in quo inter dormiendum possit illum securius occidere, quia hic sunt aliæ malitiæ distinctæ ab homicidio, vt aduertit Ludou. Lopez. Secundo dico, quod si continuatio fuit interrupta ab actu cõtrario, vt diximus, semper ac toties quoties accidit dicta interruptio, fuit nouum peccatum.

Nau. in Man c. 6. nu 10.

D. Tho. 1. 2. qu. 72. ar. 7. vbi Medin.

Lop. in istr cõl. 1. p. c. 31.

7 Septima Conclus. Pęnitens, qui mentitur in confessione in materia peccati mortalis, certum est, quod peccat mortaliter; quod si materia sit de peccato veniali, erit solum veniale, sic enim tenet Sot. contra Caietan. Vnde si qui cõfitetur dicat, quod in certo quodam casu nõ commisit nisi hunc numerum peccatorum venialium, licet commisserit plura, & sciat, non peccabit mortaliter: cuius contrarium debet dici, quando negaret omnia peccata venialia, ita quod non esset aliud peccatum super cuius materia fieret absolutio, quia in hoc casu peccaret mortaliter, & committeret sacrilegium petens absolutionem, vt docet Med.

Sot li. 5. de iust. q. 5 ar. 1. Caiet. 2. 2. q. 69. art. 1. ad 3.

Med. in sum. fol. 60.

De peccatorum circunstantijs. Cap. LIII.

SVMMARIVM.

1 AD resolutionem eius, quod propositum est, debet notari septẽ esse circunstantias peccatorum. Prima est, persona quæ peccat. Secunda, quantum peccat. Tertia, modus quo peccat, an rapit faciens violentiam an sine violẽtia. Quarta, locus in quo peccat. Quinta, quo auxilio peccat. Sexta, quo fine peccat. Septima, in quo tẽpore peccat. Estque notandum, quod aliquę harum circunstantiarum, nec aggrauant, nec minuunt peccatum, sicut occidere hominem ante prandium, aut post prandiũ, quod in confessione explicare non est necessarium. Aliæ sunt quæ taliter pertinent ad cõfessionem, & taliter aggrauant, aut minuunt peccatum, vt faciant illud aut mortale, aut veniale, aut omnino expoliãt actum a sua malitia; sicut si quis occidit Petrum, defendens seipsum moderatione debita, & hæ necessario debent exprimi in confessione. Aliæ circunstantiæ sunt quæ non destruunt speciem actus, qui sit mortalis facientes illum venialem; vt si alicui mulieri inferatur vis cum graui metu, vt consentiat in actum carnalem, & ipsa consentit. Aliæ circunstantiæ sũt, quæ aggrauant notabiliter peccatum: non tamen mutãt eius speciem, vt furtum centum ducatorum est notabiliter grauius, quam sit furtum decẽ aut quinque. Alię sunt quę taliter aggrauant peccatum, vt mutent eius speciẽ, vt furari in loco sacro. Ex omnibus his tribus circunstantijs tractabimus per conclusiones sequentes.

2 Prima Conclusio sit: Mulier, quæ consentit cũ metu graui, aut graui paupertate oppressa in aliquem actum carnalem, licet peccet mortaliter, eius tamen peccatum non est ita graue, sicut eius quæ libenter consensit: verum est tamen quod non tenetur confiteri hãc circunstantiam: sed potius erit melius tacere eam ob maiorem humiliationem sui, vt dicit Medina; quem sequitur Ludouicus Lopez affirmans cũ Nauarro, quod huiusmodi circunstantiæ debent declarari Confessario si interrogat illas; aut quando ex occultatione earum sumeret occasionem co-

Med. in sum. Lopez in instr. cõsc. 1 p. c. 18. circa fin. & c. 29. c. 122 Nau. in Man. c 6 num. 6.

cogitandi multum male de tali muliere. Hinc colligitur quod circunstantię, quę minuũt peccatum ita vt si sit mortale, propter eas non desit, quin sit mortale, non est obligatio quod confiteantur eas; si vero aliter minuunt eius malitiam, vt licet remaneat in specie, ex mortali tamen efficitur veniale, necesse est, quòd confiteatur illas; vt si aliquis furetur rem vilissimam, & valde paruã non faciẽs notabile damnum parti, necesse est quod confiteatur hanc circunstantiam, quia paucitas materiæ facit, quod illud, quod est ex sua natura mortale, fit veniale.

3 Secunda Conclusio. Obligatio est confitendi circunstantias, quæ aggrauant notabiliter peccatum, licet nõ mutent speciem eius, dummodo sint faciles cognitu, sicut odium inimici, aut amor prauus in mulierem continuatus per multum tempus. Hanc opinionem tenet Ludouicus Lop. contra Nauarrũ, qui dicebat, quod bonum est, confiteri quidem eas, sed non est necesse. Ex nostra conclusione infertur, quod prauè amans, qui consumit totam vnam noctem, aut diem, in cantu, musicis, & alijs similibus procurans trahere mulierem ad suam prauam intentionem, tenetur hoc explicare in confessione cum manifestè aggrauet peccatum, sicut manifestè aggrauat peccatum furtum 40. ducatorum respectu furti decem solũ; vnde hæc circunstantia debet exprimi. Et ob eãdem rationem illa circunstantia, quæ est, si quis habeat rem cum matre, sorore, aut consanguinea, aut affine, licet huiusmodi circunstantia saltem matris, & sororis ob aliam rationem efficaciorem debeat declarari, vt infra dicemus in materia de luxuria, quę est incestus; itaque circunstantię supradictæ, quæ notabiliter aggrauant peccatũ, de necessitate debent exprimi, quia in illis cessat ratio Nauarri, qui tenet contrarium, dicẽs, quod si esset talis obligatio, efficeret multo, scrupulos, & inquietas conscientias; quia nec pęnitentes, nec confessarius sæpius possent aduertere, quæ essent aggrauantes, & quæ non ita. Verum est tamen, quod non obligarem ego ad confessionem talium circunstantiarum, si ex earum declaratione timeretur aliquod periculum in cõfessione, aut simile quid propter diuersitatem opinionum, quę circa hoc sunt, quarum aliquæ dicunt teneri eas confiteri; alię dicunt non teneri, vt constat ex his, quæ tradunt Nauarrus, Palatios, & Medina, in tantum, quod Nauarr. dicit, & Palatios etiam quod post Concilium Tridentinũ, loquendo absolutè, verior opinio est, quod non sit necesse eas confiteri. Quod confirmatur; quia est bonum alleuiare hoc præceptum Confessionis quantum est possibile. Ex dictis infertur, quod qui habet rem cũ aliqua muliere desponsata per verba de futuro cum alio, obligatur explicare hanc circunstantiam, quia licet non cõmittat adulterium, cum non sit adhuc nupta, tamen aggrauat multum peccatum, cũ propter hoc possit repudiare illam sponsus; cui etiam facit magnã iniuriam, quia corrumpit illam, cui tãquam virgini sponsus promisit matrimonium: sicut fit magna iniuria ei, qui emerat aliquem cadum vini boni, immittendo portionem aquæ in illud, interea ac traditur illi, & completur venditio, ita vt necessariò sequutura sit dicti vini corruptio statim ac illud recipiat in suam potestatem, & dominium. Sic enim tenet Petrus de Ledesma cũ communi omnium DD.

4 Tertia Conclusio. Circũstantiæ quarum grauitas notabilis difficilis est cognitu, non est necesse, vt explicentur in Confessione, quia si hoc esset necessarium, efficeretur occasio multorum scrupulorum, & inquietæ conscientiæ, tam in pęnitentibus, quam in Confessarijs non potentes facilè cognoscere, quæ circunstantiæ aggrauent multũm, aut parum. Hinc sequitur, quod intentio, & conatus magnus ad peccandum, non debet necessario explicari. Hoc viso in generali, veniamus ad particulares circunstantias.

Lop. in d.c.19. Nau. vbi sup. n. 17

Ledes. in addit ad 3. p. qu. 45. ar. 1. pag. 106

5 Quarta Conclus. Loquendo de prima circumstantia personæ dico quod hæc necessario debet exprimi, quando mutat speciem, sicut si homo liber, & solutus haberet rem cum muliere nupta, aut nupta cum matrimonio coniuncto, quia hoc est adulterium, vt dicit Nauar. & si mulier peccat cum religioso, debet explicare, licet non sit necesse, quod dicat cum religioso, si ille sit præditus ordine sacro, sed sufficit dicere, quod habuit rem cum initiato ordine sacro; ob quod siue sit religiosus ordine sacro præditus, siue non, poterit dicere habuisse rem cum homine, qui vouerat castitatem solemniter; quia licet nō constet, an votum solemne religionis sit distinctum specie à voto, quod facit, qui suscipit ordinem sacrum, an potius sit eiusdem speciei, secundum quod tradunt Sotus, Nauarrus, & Cord. & Ludouicus Lopez; tamen vt aduertit Caietanus, talis distinctio non est causa notabilis grauitatis peccati, sicut non aggrauat notabiliter iurare per stellas, aut per terram. Verum est tamen, quod non sufficiet huic mulieri dicere habuisse rem cum homine; qui fecit votum castitatis non addens solemne, quia clarè patet, quod votum solemne castitatis, quod fit, quando aliquis profitetur religionem, aut recipit ordinem sacrum; distinguitur specie à voto simplici, vt dicetur in materia voti.

Nau. c. 6 n. 4 corol. 4.

Sot. li. 8. de iust. q. 2. ar. 6 ad 1. & in 4. d. 8 q. 2. ar. 4 con 7. Nau. in addi. ad c. 9. n. 11 Cord. de cas. consc. qu. 3. Lop. vbi supra c. 29. Caiet. 2. 2. q. 186 art 9.

6 Quinta Conclusio. Circumstantia personæ, quæ licet non mutat speciem peccati, aggrauat tamen illud notabiliter, & clarè, debet explicari in confessione: sicut si iudex, aut gubernator terræ, qui est positus ad castigandum peccata, vsurparet mulieres alienas; sic enim tenet Med. quod intelligit esse verum Ludouicus Lopez, quando facit hoc publicè, qui addit, quod licet hæc circumstantia debeat exprimi, tamen secundum Canum, quando persona est cognita à Confessario insimul cum eius statu, non est necesse illam declarare. Non est autem idem de reliquis circumstantijs, quæ necessario debent explicari, quia licet sint satis manifestæ, & cognitæ Confessario, tamen nihilominus debent declarari in confessione.

Med. in sum. fol. 25. p. 2.

7 Sexta Conclusio. Loquendo de secunda circunstantia, quæ est, quantum persona peccat, est notādum, quod debet explicari tēpus continuationis peccati; de quo sæpius quis confessus est. Vnde est necesse, quod ille explicet in confessione, si in peccatum, de quo accusatur, cecidit sæpius, præcipuè; si ex tali peccato obtinuit sæpius veniam à Deo, ingratus existens tanto beneficio; quia si non explicetur hæc circumstantia, non dabitur animæ medicamentum necessarium: vnde tenetur Confessarius, vt medicus spiritualis hoc interrogare.

8 Septima Conclus. Loquendo de tertia circumstantia; quæ est modus, quo peccatur; nota quod hæc circunstantia debet explicari; quando modus mutat speciem, aut notabiliter aggrauat, & clarè aggrauat, sicut si aliquis nō solū furatus aliena fuerit, sed etiam rapit ea violentia illata, quia in hoc casu debet explicari hæc circunstantia; cum redundet in notabilem contemptum domini rei ipsius raptæ; non debet tamen hæc circunstantia modi necessario explicari, quando explicamus peccata carnalia, sicut dicetur infra in verbo luxuriæ; immo potius, debet prohibere Confessor.

9 Octaua Concl. Loquendo de quarta circunstantia quæ est cum auxilio, est notandum, quod hæc circunstantia necessario debet explicari in duobus casibus, vt aduertit Medina. Primo si conuitauit aliquem, vt eum adiuuaret ad peccandum mortaliter. Secūdo si Princeps Christianus ad inferendum bellū christianis quæsiuit & procurauit auxilium à Mauris, aut Turcis, aut denique ab alijs infidelibus. Debet vlterius notari, quòd potest reuelari Confessori cōplex, quem necessario ipse cognoscet ex ipsa confessione, non existente alio cōfessore idoneo & legitimo; qui possit audire confessionem: cum nō possit pœnitens

Med. in su. f. 67.

nitens non confiteri ſpeciem peccati, dummodo ex tali reuelatione non ſequatur damnum aliquod graue complici, ſed potius eſt valdè vtile pœnitenti ad animæ ſalutem; ſic enim tenet Nauarr. in Man. cap.7.num.7. Medina in Sum. fol.267. Cordub. de caſibus Lopez, & Petrus de Nauar.lib.2.de reſtit. cap.4. num.263. cum ſequen. Dixi *ſi non ſequatur damnum graue*, quia ſi ſequitur paruum, tenetur confiteri circunſtantiam complicis. Eſſet autem graue, ſi teneretur, quod Confeſſarius reuelaret confeſſionem, & quod caperet vindictam à complice, aut à ſua ſorore, ſi fecit cum illa peccatum; quo in caſu, nec in vita, nec in periculo mortis eſt licitum manifeſtare circunſtantiam complicis.

10 Quando damnum, & amiſſio honoris complicis eſt parua poteſt dici circunſtantia, licet ex ea veniat Confeſſarius in notitiam complicis: vt ſi virgo, quæ commiſiſſet peccatum carnis, teneretur dicere, quod erat virgo; licet ex tali confeſſione Confeſſarius cognoſcat, quod talis iuuenis corrupit eam, debet confiteri, quod erat virgo: cum ex eo ſit parua amiſſio famæ, & damnum paruum, quod ſequitur iuueni. Contrarium tamen debet dici, ſi confiteretur iuuenis; quia non tenetur confiteri dictam circumſtantiam, ſi ex ea reuelatur virgo, quæ fuit complex peccati, cum ipſa ex hoc multum poſſit perdere; maximè ſi vellet tunc iungi in matrimonio, vt tenet Canus, quem ſequitur Bannes, quidquid dicat Sotus, & Henriquez, qui ſequitur eum. Notandum etiam quod, ſi pœnitens voluerit reuelare in confeſſione complicem, licet ſit reſpectu alicuius circumſtantiæ, quæ neceſſario debeat exprimi, non conſentiat illud Confeſſarius, quia peccabit grauiſſimè; in tantum quod Medina tenet eſſe hæreſim affirmare eſſe licitum dicere complicem ad declarandam circumſtantiam, quæ mutat ſpeciem peccati. Dicitque, quod ſi accedat ad confeſſionem aliqua perſona, quæ dicat quendam Cõfeſſarium præcepiſſe ei, vt manifeſtaret complicem peccati, dicendo hoc eſſe illi neceſſarium, ita vt aliter nõ poſſet abſolui, quod in hoc caſu dictus pœnitens tenetur denuntiare Inquiſitoribus dictum Confeſſarium tamquã de hæreſi ſuſpectum, quia eſt hæreſis dicere teneri pœnitentem declarare complicem peccati ad declarandam circumſtantiam; vnde hic non debet abſolui vſque eo quod faciat dictam denũtiationem coram Inquiſitoribus: quæ opinio videtur nimis dura Ludouico Lopez, & Petro de Nauarra; quia licet eſſet hæreſis dicere non eſſe illicitum infamia afficere proximum; attamen eſt adhuc controuerſia inter Doctores, an ſit afficere infamia proximũ, quando dicitur Confeſſario complex peccati: ob quod licet hanc opinionem declarandi complicem in confeſſione ego puto falſam loquendo ſpeculatiuæ, & loquendo practicè, ideſt, quod ponatur in vſu, puto eam ſcandaloſam, & offenſiuam piarum aurium, non tamen puto eam eſſe hæreticam propter dictam rationem. Vnde licet poſſit ferri, quod diſputetur in ſcholis, non debet tamen ferri, quod tractetur in confeſſionum locis: nec declarare complicem eſſe medium efficax ad hoc vt corrigatur, vt probat doctiſſimè Bannes dicens, quod loquendo regulariter eſt negotium periculoſum Confeſſarium petere à pœnitente, vt dicat ei extra confeſſionem, quis ſit complex in peccato, ponitque nouem abſurda, quę inde ſequuntur, concluditque multis adductis rationibus, quod hoc petere eſt iniurioſum Sacramento pœnitentiæ. Debet vltimo notari, quod puella, aut aliæ mulier ſollicitata in confeſſione poteſt licite extra confeſſionem petendo conſilium manifeſtare hoc peccatum alteri ad remedium ſuæ honeſtatis, licet ſciat, quod inde ſit ſequuturum damnum patri. Dixi extra confeſſionem, quia in confeſſione minus licitum eſt, ne fiat tantum odioſa: ſic enim tenent

Canus de pœnit. 5.p. Bannes 2.2. qu. 33.ar.7. Sotus in 4.diſt.8. Henriq. lib.2.de pœnit.c. 9. Med. in ſi.2.inſt. c.4.§.1.

Inſtru. conf. 1. p. c.36. Nau. li. 2. de reſtit. c.2. nu.283.

Bannes vbi ſup.

nent cum Angelo, & Syluest. Petrus de Nauarr. & Sotus, & Domini Inquisitores in his regnis Castellæ, & Aragonum virtute cuiusdam bullæ Apostolicæ, qui obligant huiusmodi mulieres sub pœna excommunicationis, vt denuncient coram ipsis hoc delictum: vt infra explicatur in materia luxuriæ quoad incestum cap. 207. num. 2. Quid vero faciendum penitenti in casibus in quibus non potest confiteri circunstantiam necessario confitendam sine alterius infamia, vide Nauar. in Man. cap. 7. num. 5.

Nau. li. 1. de restit. c. 4. nu. 279. Sotus in d. 89. q. 2. art. 5. ad 4.

10 Nona Conclus. Loquendo de circumstantia loci, vbi committitur delictum in quatuor casibus debet in confessione explicari. Primo quando committitur furtum in loco sacro. Secundo quando voluntariè, & iniustè spargitur sanguis in eo. Tertio quando voluntariè committitur pollutio. Quarto quando ab eo extrahitur delinquens iniustè contra id, quod sacri Canones ordinarunt, quia in his casibus committitur sacrilegium ob magnam irreuerentiam, quæ fit loco sacro, vt resoluit Corduba. Hinc infertur, quod non omne peccatum, nec omnis irreuerentia commissa in loco sacro debet explicari necessario, quia si aliquis murmurat, & iurat in templo, sufficit confiteri ipsa peccata, & idem debet dici, si aliquis comedat, aut dormiat in templo, quia hæc solum sunt peccata venialia, excepta ratione scandali; sic tenet Victoria, Nauar. & Med.

Cord. li. 1. qq. q. 1. in 2. op. p. 2. principaliter.

Vict. in sum. de conf. q. 176.

11 Decima Conclusio. Loquendo de circumstantia temporis regulariter non est necesse, vt explicetur, quia licet ad finem cultus festi cõuenit, quod abstineant fideles à peccatis, tamen finis non semper est de substantia præcepti, vt tenet Medina, & Ioannes Guttierez, contra Cordubam, qui dicit quod hæc circumstantia necessario debet explicari. Dixi *regulariter*, quia si aliquod graue peccatum committeretur feria sexta in Parasceue, deberet exprimi cum hac circumstantia, propterea quod notabiliter aggrauat.

Nau. c. 6 nu. 9. in fine. Med. in sum. sel. 167. p. 2 Med. in sum. c. 17. p. 1. Gutt. in qq canonic. c. 31

12 Vndecima Conclusio. Circumstantia diei sacri, aut dedicati orationi, & ieiunio, non debet necessario exprimi si in eo committatur peccatum: sic enim tenet Sotus litigans cum Scoto, qui dicebat quod præceptum amoris Dei debet impleri in diebus festiuis. Hanc conclusionem tenet etiam Ludouicus Lopez assignans differentiã, quæ est inter diem sacrum, & locum sacrũ: quia locus sacer est magis corporalis quam dies, qui non habet esse permanens, sed successiuum.

Cord. li. 1. qq. q. 6. in 2. opin.

Sot li. 1. de nat. cap. 22. Lop. vbi supra 134. col. 175.

13 Duodecima Conclusio. Loquendo de circumstantiã finis debet necessario explicari, quando finis affert nouam deformitatem, & mutat speciem peccati; vt si aliquis occidit maritum vt fruatur vxore, quia hic sunt duæ malitiæ distinctæ, vna homicidij, alia adulterij, & principalis est, quæ accipitur à fine; confiteri tamen ob vanam gloriã, cum sit solum peccatum veniale, non est circumstantia, quę necessario debeat exprimi, cum illa circumstantia non faciat confessionem infructuosam: cum per illam adimpleatur pręceptum; contrarium cuius debet dici, si vanagloria sit peccatum mortale, quia tunc ex toto reddit confessionem infructuosam.

14 Decimatertia Conclusio. Loquendo de circunstantia vanæ gloriæ, quam peccator recipit ex commissis peccatis mortalibus, debet necessario explicari in confessione, quia non solum aggrauat peccatum, sed etiam est in se peccatum. De quo dubitatum est, vtrum debeat pęnitens necessario dicere peccata in speciali, de quibus sumit vanam gloriam. Nauarrus tenet quod non est necesse specialiter ea explicare, sed sufficit dicere toties habuisse huiusmodi vanã gloriam de peccatis. Ludouicus Lopez. tamen non putat hanc opinionem esse certam, ob quod dicit primo: quod si complacentia solum est gloriæ humanæ quæsitæ ex commisso peccato mortali, non vero ex opere ipsius peccati in particulari, tunc sufficit quod pe-

Nauarr. prælud. 9. nu. 9. Lop vbi sup. col. 42. 43. 44.

nitus

nitus dicat toties peccaui quærens honorem,& gloriam meorum peccatorũ licet non specificet peccata,in quo casu est vera opinio Nauar. Secundo dicit,si complacentia non solum est gloriæ mũdanæ obtentæ de peccatis cõmissis, sed etiam ex ipsis operib. peccatorum mortalium in speciali,in hoc casu non sufficit dicere in confessione toties peccaui quærens gloriam mundanam ex peccatis mortalibus, sed etiam est necesse explicare illa peccata,quę commisit,quia sicut luxuria,quæ est vitium mortale, non declaratur sufficienter in confessione,quando pęnitens non specificat,cũ qua commisit peccatum, an cum virgine,an cum nupta,&c. sic peccatũ vanæ gloriæ,quæ aliquando est peccatũ mortale, non est sufficienter declaratum in confessione dicente aliquo habuisse vanam gloriã,& peccasse mortaliter, sed est necesse,quod explicet peccata in particulari, quod debet multũ aduertere Confessarij,vt sciãt interrogare pęnitentes.

15 Decimaquarta Conclusio. Qui infamauit hominẽ nobilem,& ab omnibus cognitum dicens,quod descendit a prosapia maculata,nõ est necesse,quod confiteatur talem infamiam asserens quod talis v.g. erat Iudæus; sed sufficit dicere infamasse personam nobilẽ: Et si ex tali dicto sequatur notitia talis psonæ Cõfessario,taceat hoc peccatum: & confiteatur illud alij qui non possit cognoscere infamatum;& maiori rõne tenetur Cõfessarius tacere in sua cõfessione errorẽ,quẽ commisit absoluẽs infamantem,quando scit,quod suus Cõfessarius veniet in cognitionẽ dicti infamati,sicut cum alijs docet Henriqu.

Lib. 2. de Sacra mẽto pęnit. c. 12. nu. 6. & 7.

De forma Sacramenti Pęnitentiæ,quæ est absolutio. Cap. LIV.

SVMMARIVM.

Quæ sit forma huius sacramenti. concl. 1. num. 1.

An possit quis absolui cum conditione,conclus. 2. nu. 2. & concl. 3. num. 3.

An possit iterari absolutio conclu. 4. nu. 4.

An peccata venialia sint materia huius sacramenti, & an sit sacrilega confessio quæ fit sine animo vitandi peccata concl. 5. num 5.

An sit bonum finita absolutione dicere pœnitenti, Passio Domini nostri Iesu Christi. concl. 6. num. 6.

1 PRima Cõclusio. Forma huius sacramẽti est sequẽs,s. Ego te absoluo: imo pronomẽ, ego nõ est necessariũ: vnde si qs diceret absoluo te a peccatis tuis essēt verũ Sacramentum: præambulum aũt, quod dicit sacerdos ante ipsã absolutionẽ: Misereatur tui. &c. licet nõn sit de essentia, bonũ est tñ qđ sacerdos dicat illud, cũ illo vtatur ecclesia: & ipso dicto dicat, Dñs noster Iesus Christus te absoluat, & ego te absoluo a peccatis tuis in noĩe Patris,& Filij, & Spiritus sancti: noteturque ꝙ licet in sacramento baptismi hæc verba, In nomine Patris,& Filij,& Spiritus sancti sint essentialiæ formæ baptismi,in hoc tñ sacramento pęnitentiæ nõ sunt de essentia: Notetur ẽt,quod nõ oportet addere: Absoluo te a peccatis contritis,quia est periculosum cũ per Confessionem remittantur non solũ contrita sed attrita,vltra quod esset causare scrupulũ desperationis in pęnitente præcipue in articulo mortis. Addere etiã oblitis est superfluum, quia si pęnitens recipit gratiam sacramentalem,iam remanẽt peccata oblita remissa cõsequutiue cũ oblitione confitendi ea,si occurrant memoriæ. Nec est necessarium dicere, Restituo te vniuersitati ecclesiæ,& sacramẽtis eius,quia si est absolutus iam remanet restitutus, vt aduertit Nauarrus.

2 Secunda Conclusio. Absoluere ponendo in absolutione conditionem præteriti licitum est, vt si dicat sacerdos, Absoluo te; si non es absolutus; absoluere tamen cum conditione de præsenti secundum Caietan. non semper est licitum, sicut si diceret sacerdos, Ego te absoluo, si habes dolorem Nau. in cap. 1. in princip. de pęn. d. 6. nu. 32.

&

& propositum emendæ, quia sic absoluere esset inquietare conscientiam pęnitentis. Dixi nō semper, quia extra casus, quos ponit Caiet. licitum est absoluere, cum conditione de pręsenti, sicut patet in exemplis sequentibus. Primum dubitans sacerdos, si puer, qui cōfitetur, habet vsum rationis an non, licitum est tunc dicere. Si habes vsum rationis, Ego te absoluo. Secundus casus, si confiteatur persona tam sanctæ vitę, vt vix ex eius confessione colligatur; an habeat peccata, licitum erit absoluere sic: Si forte habes peccata, ego te absoluo, potestque addere hanc conditionē exterius, aut interius, vt libuerit, ne illud intelligat pœnitens.

3 Tertia Conclusio. Absoluere cum conditione de futuro semper est illicitum, vt si dicat Confessarius, Ego te absoluo, si restitueris, quia non potest sacerdos suspendere effectum sacramenti: & quia tenetur absoluere pęnitentē secundum propositū, quod tenet, quia est in actu confessionis accusator, & testis sui propositi & debet illi dari fides, quod si non dat illi fidem, non deberet absoluere illum.

4 Quarta Conclusio. Quando forma absolutionis datur in distinctis confessionibus licitū est iterare absolutionem in omnibus illis super iisdem peccatis, quia licet sint eadem peccata, ipsa sunt materia remota huius sacramenti, & materia proxima est confessio, vnde licet in distinctis confessionibus confiteantur eadem peccata, postquam illa sunt multa, possunt in illis etiam esse distinctæ absolutiones: in eadem tamen confessione est peccatum mortale absoluere sæpe ab eisdem peccatis, eritq. sacrilegium, quia hic non est nisi vnica materia proxima, quæ est vna confessio cum vno dolore.

5 Quinta Conclusio, Peccata venialia, licet non sint materia necessaria huius sacramenti, non tamen potest negari esse veram materiam, vt definitur in Concilio Tridentino; vnde cum nō sint materia necessaria, qui confitetur ipsa, licet non habeat propositum vitādi ea omnia, nec peccat, nec est sacrilegus, quia ad dolorem, & pęnitentiam veram peccatorū venialiū ordinatā ad sacramentū confessionis solum requiritur, quod pœnitens habeat propositū vitandi singula per se, non autem omnia, vt docet D. Thom. estque communis omnium theologorum vt colligitur ex Nauarro, qui dicunt inde communiter, quod non valet confessio sine proposito vitandi omnia peccata mortalia, confessio tamen facta sine proposito vitandi omnia peccata venialia, valet. Ex dictis colligitur caute legendum esse Medinam in sua summa, in quantum affirmat, quod qui confitetur peccata venialia sine proposito vitandi ea, peccat mortaliter, cum sit causa, quod applicetur absolutio, vbi non est materia; quia peccatum non est materia proxima sacramenti, sed peccatū contritum & confessum: quæ opinio effecit in multis seruis Dei inquietudinem non paruam conscientiæ, cum trāseāt multi anni, quibus prædicti non peccant mortaliter. Et deberet aduertere Mediña, quod peccata venialia confessa sunt vera materia proxima huius sacramenti pœnitentiæ, licet non habeat propositum pęnitens vitandi omnia, cum sufficiat, quod habeat propositum vitandi aliquod confessum, cum iam illa sint vera materia huius sacramēti, super qua potest cadere forma absolutionis: quod confirmatur, qa potest quis habere ad confitendum decem pęccata venialia, tacere nouem illorum, & confiteri vnum solum, absque eo quod committatur vllum sacrilegium: ob quod, quando dicunt DD. communiter, quod non debent absolui illi, qui non habent propositum discedendi a peccatis confessis, solum intelligēdum ęst de peccatis mortalibus, vt late allegans multos DD. tradidit Corduba. Hinc colligitur, quod Confessarius, qui intellexerit ex corde pęnitentis quod solū confitetur de peccatis venialibus, nō habere propositū saltem

D. Tho. 3. q. 87. art. 1. ad 1. Naua. in Man. c. 1. n. 24

Men. in sum.

Cord. l. 1. qq. q. 1

vitandi aliquod eorum, committet sacrilegium absoluens eum, quia applicat formam, vbi non est materia, si vero habet dolorem alicuius eorum, bene poterit illum absoluere, cum detur illi materia sufficiens.

6 Sexta Conclusio. Licitum est secundum aliquos dicere sacerdotem post absolutionem pœnitenti, Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita B. Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, & quid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ; quam doctrinam sequitur Nauarrus: Medina tamen non approbat hunc modum supplicationis, & orationis quantum ad illam particulam, Passio Domini nostri Iesu Christi, quia Passio Domini nostri Iesu Christi habet suum effectum, & virtutem applicatam in sacramento ex opere operato, vt dicunt omnes Theologi, & ideo non est necesse quod applicetur hic per viã supplicationis; vnde dicit quod melius est dicere pœnitenti absoluto, quidquid boni feceris & mali sustinueris sit tibi in remissionem peccatorum, & hoc dicit Nauarrus esse magnæ vtilitatis, quia bona satisfactoria imposita à Confessario in confessione plus delent de pœna, quæ deberet solui in purgatorio, quam alia opera, quæ pœnitens ex sua voluntate agit data paritate.

Nau. in Man. c. 26. n. 11. Medin. fol. 306. prima sũma.

Nau. in cap. 1. in princ. de pœnit. d. 6. nu. 36

Quomodo Confessarius gerere se debeat cum habentibus casus reseruatos. Cap. LV.

SVMMARIVM.

An casus reseruati Papæ afferant semper annexam excommunicationem, nu. 1.

Qui casus sint reseruati Episcopo, & an habeant annexam excommunicationẽ. num. 2.

Qui casus sint reseruati magistris scholarum vniuersitatum, num. 3.

An qui habent priuilegia ad absoluendum de casibus Episcopi, possint absoluere à reseruatis magistris scholæ vniuersitatis. ibidem.

An reseruentur actus interiores, nu. 4.

An absolutus à censura remaneat cum peccato non reseruato, concl. 1 nu. 5.

An Episcopus possit absoluere venientem ab alio Episcopatu à reseruatis suo Episcopo, concl. 2 num. 6.

An alienus Episcopus possit dispensare in casibus, quos Conc. Trid. concedit Episcopis solum ad suos subditos, ibidem.

An peccatum reseruatum quod quis non fuit confessus per obliuionẽ, aut per ignorantiam tempore Iubilæi, desinat esse reseruatum, concl. 3 num. 7.

Confessarius quid considerare debeat, cum pœnitens accedit ad confessionem cum aliquo casu, aut excommunicatione reseruata, conc. 4 nu. 8.

Confessarius interrogare debet pœnitẽtem, an habeat aliquam Bullam, quæ det licentiam, vt possit absolui à peccatis, & censuris reseruatis, concl. 5 nu. 9.

An Confessarius non habens authoritatem absoluendi à casu reseruato cum excommunicatione possit absoluere à non reseruatis, concl. 6. nu. 10.

An pœnitens teneatur confiteri integre illi, qui non habet authoritatem pro reseruatis concl. 7. num. 11.

An præsenti superiore debeat peti licentia prius ab illo de reseruatis, quàm pœnitẽs absoluetur concl. 8. num. 12.

An negante superiore licentiam ad casus reseruatos posset pœnitens absolui ab illis, ibidem.

An absolutus à reseruatis à superiori iudicialiter teneatur inferiori confiteri peccata non reseruata, & reseruata, concl. 9. num. 13.

An si superior velit sacramentaliter audire pœnitentem, necesse sit, vt confiteatur integre, concl. 10. nu. 14.

An pro reseruatis pœnitens prius mittendus sit ad superiorem, an Confessarius debeat adire superiorem, concl. 11. n. 15.

Confessarius quid agere debeat cum pœnitente, si non habens authoritatem pro reseruatis, ignoranter absoluit pœnitentẽ, concl. 12. nu. 16.

Quid

Quid faciendum Confessario regulari, nolente superiore dare licentiam absoluendi Nouitium a reseruatis, postea det tẽpore, quo omnes Nouitij conueniunt ad communionem ibid.

An habens casum reseruatum Papæ, si nõ potest illum adire possit absolui ab Episcopo: & habens casum reseruatum Episcopo non potens illum adire, an possit absolui à suo Parocho, concl. 13. nu. 17.

AD perfectam intelligentiam propositi in hoc capitulo debet notari, primo, quod nullus casus est reseruatus Papę nisi ratione alicuius excommunicationis, vt post alios dicit Canus, & Nau. Sunt autem Papæ reseruatæ omnes & solam excommunicationes, in quibus declaratur nullum alium posse absoluere ab illis, nisi Sum. Pont. aut sedem Apost. Quædam illarum ponũtur in Bulla Cęnæ Domini, quas hic nõ pono, quia iam posui eas in explicatione Bullæ Cruciatæ, declarauiq; quod aliæ multæ sunt reseruatę S. sanctitati, quas etiam breuitatis causa relinquo, de quarum multis in discursu huius summæ lector habebit sufficientem cognitionem, vt non erret, vbi sit necessaria aduertentia.

(Canus 5 p. de pœniten. Nau. ca. 27. num. 214.)

2 Secundo debet notari, quod Episcopum sunt reseruati nouem casus: quatuor de Iure, & quinque de consuetudine generali, sicut notant Summistæ, & tradit Nauar. & nos posuimus, & declarauimus in exposit. Bullæ Cruciatæ.

(Nau. in Man. c. 27. num. 262.)

Primus est peccatum, propter quod olim imponebatur pęnitentia solemnis, vt concubinatus notorius, peccata blasphemiæ, & alia.

Secundus peccatum, per quod incurritur Irregularitas, vt actualis Mutilatio, & alia.

Tertius excommunicatio maior nõ Papalis.

Quarto, applicare ignem alicui Monasterio, Ecclesiæ, Hospitali, Prędio, vel Domui. Hi sunt quatuor reseruati à Iure. Notandumque est, quod si incendium sit alicuius domus sacrę ecclesię, seu hospitalis, aut monasterij, adducit secum excommunicationem ipso facto: si vero ignis fuit applicatus domui, aut loco non sacrato non incurritur excommunicatio, sed debet excommunicari incendiarius, vt notat Nauarrus, & Ludouicus Lopez cum communi, Menochius, & alij.

(Nau. ca. 17. num. 110. Lop. 1 in str. conf. Men. de arbi. li. 2 cau. 4. ca su 390.)

Quintus est voluntarium homicidiũ.

Sextus crimen falsariorum.

Septimus frangere immunitatẽ ecclesiasticam.

Octauus, frangere libertatem ecclesiasticam.

Nonus diuinare: & hi quinque sunt de consuetudine. Alij & sunt quos pono in expositione Bullæ Cruciatæ. Pro nunc ad maiorem claritatem notet lector circa secundum casum, quod quicunque Confessarius approbatus ab Ordinario potest absoluere à peccato, propter quod incurritur irregularitas, licet irregularitas pertineat ad Papam, sic enim tenet S. Thomas, quem sequitur Armilla. Circa tertium casum notetur, quod absolutio excommunicationis maioris pertinet ad Episcopum, quando est reseruata, quia ab excõmunicatione maiori iuris, si non sit reseruata, possunt absoluere etiam Parochi, vt post D. Thom. tenet Siluest. & defendit contra Couar. & multos alios, Guttier. dicens, cum Nauarro, quod opinio Couar. habebit locum in foro exteriori.

(D. Th. in 4. d. 19. q. ad 3. co. 2. ad 2. Armill. verbo casus. n. 11.)

(Silu. tit. absol. 1. §. 3. & ex com. 8. in princ. Guttier. in qq. cã. c. 5. n. 20)

3 Tertio debet notari, ꝙ casus reseruati magistris scholę vniuersitatum, sicut nõ sunt de iure, sic ignorantur. Alcocer in suo tractatu de ludo dicit, ꝙ ludere plus quam duas drachmas argẽteas scholasticum Salmanticensem est casus reseruatus magistro scholæ, de alijs non habeo notitiã; solũ moneo Cõfessarios ordinũ mendicantiũ, vt curent scire eos, quia licet possint virtute suorum priuilegiorum absoluere à casibus reseruatis Episcopis, de his tamẽ non poterunt, vt notat Medina in sua summa: Verũ est tñ, ꝙ virtute cuiusdam priuilegij cõcessi à Papa Paulo III. Confessarijs societatis Iesu, quod adduco in expositione

(Nau. in Man ca. 27. n. 39. Alcocer de ludo, f. 102.)

(Med. li. 2. ca. 20. §. 3.)

Bullæ

Bullę Cruciatę, poterunt Confessarij ordinum mendicantium absoluere à casibus reseruatis Magistris scholæ, quia dictum priuilegium concedit prędictis authoritatem absoluendi ab omnibus peccatis, licet sint reseruata Pontifici, exceptis casib. Bullæ in Cęna Domini; si vero in religionibus sint casus reseruati, qualesque sint omnibus notum est religiosis.

4 Quarto debet notari, quod quando prælati reseruant aliquem casum sine declaratione speciali non reseruant actum interiorem, nec illum intentare, nec consulere, nec alios modos peccandi, sed solum opus, vnde si hoc absit, cessat reseruatio, hęc est communis doctrina omnium Summistarum, & Doctorum grauium, vt resoluit Sotus, & Nauar. his positis fundamentis conuenit respondere ad propositum sequentibus Conclusionibus.

Sot. in 4 d 18. q. 1 ar. 4. Nau. in c. 72. nu. 258.

5 Prima Conclusio. Quando reseruatur aliquod peccatum cum aliqua censura, aut excommunicatione, absoluto pęnitente legitime de censura, remanet peccatum, ob quod incidit in censurā, non reseruatum: & potest ab illo absoluere quiuis Confessarius approbatus; vnde si pęnitens, qui accedit ad cōfessionem, sit absolutus ab excommunicatione, nulla est difficultas casus reseruati, quę possit impedire absolutionē: hęc conclusio est communis, & certa.

6 Secunda Conclusio. Episcopus potest absoluere quemcunque venientem ab alio Episcopatu à casibus reseruatis proprio Episcopo, quia videtur, quod talis Episcopus habebit ratū quidquid alius fecerit, præcipuè si veniant à longinquo, sicut si quis veniret Salmanticā ab Indis excommunicatus nominatim; si vero dicti casus reseruati non sunt reseruati in diœcesi vbi est peregrinus, parochus poterit absoluere illum, vt cum Nauarro contra Medinam dixi in nostra expositione Bullę Cruciatę; non potest tñ dictus Eps alienus dispensare in casibus, quos Concil. Trid. concedit Episcopis solū ad suos subditos: pōt tñ vti hac potestate cū negotiatoribus, & scolasticis, qui sunt per maiorem partem anni in suo Episcopatu: quia hoc modo videntur haberè in illo domicilium, vt tenent Alcocer, & Henriquez.

In expl. cruciatę §. 3. nu. 4 Cōc. Tr. sess. 24. c. 6.

Alcocer in sū 22 Henriq. lib. de sacr pęniten. c. 14 num. 8.

7 Tertia Conclusio. Peccatum reseruatum, quod tempore Iubilęi, aut habita authoritate ad absoluendum remansit non confessum per obliuionem, aut per ignorantiam, remanet nō reseruatum; & sic quicunque Confessarius approbatus, potest absoluere ab illo, vt post Adrianum, Gabrielem, & Siluestrum tenent Canus, Nauarrus, & Couar. estq; cōis: vnde si ad Confessorem accedat pęnitens cum aliquo peccato reseruato, debet illum interrogare, an per obliuionem, aut quia ignorabat esse peccatum, non fuit confessus illud in aliquo Iubilęo, quod obtinuit, aut si oblitus est eius in aliqua confessione facta Confessario, qui habebat authoritatem ad absoluendum; quia iam hic casus remanet non reseruatus, & sic liberatur à labore, & idem potest obseruare secundū opinionem Syl. Tabien. & Caiet. quando confessus sit in virtute alicuius Bullę aut authoritatis quam ad id concessit superior de aliquo casu reseruato, aut excommunicatione sine dolore sufficienti ad obtinendum de illo veniam virtute sacramenti pęnitentię, aut cum proposito perseuerandi in aliquo peccato, aut ī occasione proxima ad illud; quia in hoc casu, secundum hanc opinionem, iam cessauit reseruatio, & potest pęnitens confiteri cuicunque legitimo Confessario; & in excommunicatione clare patet, cum possit absolui pęnitens ab illa etiam inuitus. Verum est tamen, vt dicit Alcocer, quod ille, qui confessus est tempore Iubilęi, non remaneret, si confiteretur modo supradicto, liber à reseruatione, quia qui confitetur, tam insufficienti dolore, non potest dici, quod habeat voluntatem obtinendi Iubilęum. Si autem non obtinuit illud, remanebit cum ijsdem casibus reseruatis, quæ in eo confessus est, cum virtute illius deberet absolui

Can. de pęn 5. p. Nau. in c. 1. § cauius nu. 30. de pęnit. d. 5. Cou. in ca. alma mater §. 11. n. 12.

Silu. confessi 1. q. 19 Tab. verbo dispēsatio §. 6 Caieta. verb. casus reseruat.

Alcocer ī summ. c. 12.

ab

ab illis, si illud obtineret; vnde si non obtinet Iubilæum remanebit cum ijsdem casibus: Hoc viso veniamus ad id, quod difficilius est, scilicet, quid faciet confessarius, quando pęnitens accedit ad Confessionem cum aliquo casu, aut excommunicatione reseruata?

8 Quarta Conclusio. Quando pœnitens accedit ad Cōfessionem cū aliquo casu reseruato, aut excommunicatione reseruata consideret Confessarius, si habet authoritatem aut priuilegium, aut aliter ad absoluēdum ab illo, & notet quod habens authoritatem ad solos casus, quod non potest absoluere, & dispēsare in censuris, sed solum a peccatis, vt dicunt Armilla, & Nauar. vnde inspiciat bene quam authoritatem habeat concessam, & an extendatur ad censuras, quod erit, si superior concedat illi licentiam, & authoritatem omnem suā vt dicunt DD. allegati.

Armilla verbo casus n. 1. Nau. c. 27. nu. 251. in mali.

9 Quinta Conclusio. Interroget Confessarius pęnitentem, an habeat aliquā Bullam, aut confessionarium quod illi valeat, & det licentiam, vt possit absolui à peccatis, & cēsuris reseruatis, quas habet; à quibus si habeat hoc indultū, clare patet, quod poterit illum absoluere, nisi adsit impedimētum alia de causa. Si uero non habeat Confessarius authoritatem ad tales casus, nec sit priuilegium, quo concedatur, magna est difficultas, quid debeat facere sacerdos, si industria, & prudentia debita officio suo non esset: circa quod est diuersitas opinionum, quas refert Durādus, Caietan. Sotus, Canus, Alcocer, Medina, & Angles, egoque ponam, quod mihi videtur certius breuitate qua potero.

Durād. in 4. d. 17 qu. vlt. Caie. in sum. verbo confes. §. de cōditionib. con dit. 10. Soto in 4. d. 18. q. 2. ar. 5 Can. de pęnit. 5. p. de ca

10 Sexta Conclusio. Quando casus reseruatus habet annexam excommunicationē, si pęnitens accedat prius ad Confessarium inferiorem, qui non habet authoritatem absoluendi; tenetur confiteri casum reseruatum, qui sacerdos non poterit absoluere illum sacramentaliter a non reseruatis, antequam superior absoluat eum a censura, aut det authoritatem suam inferiori, vt illum absoluat; quod probatur, quia excōmunicatio maior priuat receptione sacramentorum, vt diffinitū est in iure.

sib. reseruat. Medin. in sum. fol. 259. & 282. cū sequēti. Angles. in q. de cōf. art. de casib. reseruatis.

11 Septima Conclusio. Quando casus reseruatus non habet annexam excommunicationem, si pęnitens confitetur inferiori, qui non potest absoluere absente superiore, tenetur confiteri integre sua peccata, quia integritas confessionis est de iure diuino; nisi aliqua iusta sit causa, ob quam liceat dimidiare eam.

12 Octaua Concl. Præsente superiore prius debet peti licentia ab illo de reseruatis, q̄ pęnitens absoluatur; absente vero debet illū absoluere Cōfessarius monendo eū, vt quā primū habeat tēporis opportunitatē, debeat cōfugere ad superiorē ꝓ reseruatorū absolutione, aut pro licētia, vt ab alio possit absolui.

Cap. Si celebrat de pręsbytero excom.

Prima pars huius Concl. probatur, quia, qn̄ superior est p̄sens, non est iusta causa ad diuidendā absolutionē; secūda vero pars cōstat, q̄a, si est absens, nō est copia Cōfessarij ad casus reseruatos, est vero copia ad casus nō reseruatos, a quibus directè pōt absolui, & remanet cōsecutiue absolutus à reseruatis: hæc sententia est D. Th. q̄ sequitur Adrianus q̄ debet limitari, vt solū habeat locū, qn̄ pænitēs necessario dēt cōfiteri pp vitandū scandalū, aut necessario dēt recipere sacramentū Eucharistiæ, aut celebrare. Limitatur ēt, qn̄ casus nō hēt annexam excōicationē, quia si hēt eam, prius dēt absolui ab ea à superiore, licet sit absēs, nisi sit in articulo mortis, aut in aliquo casu particulari, vt si qn̄ aliquis est excōicatus aliqua excōicatione Papali, & si nō celebraret, aut nō reciperet sacramentū, sequeretur scādalū; quia in hoc casu pōt absolui ab inferiori, quod non admittit Sotus, nisi multa limitatione: vnde desidero quod ī hoc, & in reliqs sint multū circūspecti Cōfessarij considerātes semel, & sępe tāquam prudētes viri probabilitatem, & qualitatem scādali, ne de facili ferantur, sed potius debent capere consiliū super hac re, quia qđ vni videt̃ difficile, & plenū scādalo, alteri

D. Tho. vbi sup. Adri. de conf. in mate. de casib. reseru.

Soto in 4. dist.

alteri clarioribus oculis inſpicienti rem videbitur facilius factu, & aliena contradictione. Noteturque, quod ſi ſuperior neget licentiam ad hoc, vt ſubditus abſoluatur ab aliquo caſu reſeruato, debet iudicari, ac ſi obtineretur à ſuperiori illius, quia ſi hic ſuperior negat illam iniuſtè, cum ſit præſens, debet iudicari de illo, ac ſi eſſet abſens, aut debet iudicari, quod ſuperior, qui eſt abſens, concedit eam: quod debet intelligi, niſi caſus ſit reſeruatus ratione alicuius excommunicationis, quia ſi hoc adſit, maiori conſideratione debet procedi, vt colligitur ex eo, quod dicit Henriquez.

Henriq. lib. 3. de pœnit. c. 15. nu. 6.

13 Nona Concluſio. Si pœnitens, qui habet caſum reſeruatum, cui eſt annexa excommunicatio, accedit prius ad ſuperiorem, ſolum tenetur confiteri illi caſum reſeruatum, a quo debet ipſe ſuperior abſoluere illum non ſacramentaliter, ſed iudicialiter; qua obtenta abſolutione tenebitur pœnitens confiteri inferiori non ſolum peccata non reſeruata, ſed etiam peccatum reſeruatum, vt ab omnibus illis ſit ſacramentaliter abſolutus; quia ſublata cauſa reſeruationis, quæ erat excommunicatio per abſolutionem ſuperioris, talis caſus iam non remanet reſeruatus, vnde poteſt abſolui ab inferiori, quæ eſt conſuetudo Eccleſiæ Romanæ, vt dicunt Durandus, & Canus.

Duran. & Can. vbi ſup.

14 Decima Concluſio. Si pœnitens accedit prius ad ſuperiorem, qui velit illum ſacramentaliter audire in Confeſſione, tenebitur in hoc caſu confiteri integrè omnia peccata ſua reſeruata, & non reſeruata cum cẽſura, aut ſine illa, ſuperiorq; tenebitur audire ea omnia, aut concedere illi authoritatem ſuam, vt poſſit ab alio audiri, quia aliter Confeſſio eſſet nulla, quæ preſente ſufficienti Confeſſario (qualis eſt ſuperior) non eſt cauſa, ob quam debeat dimidiari, cum eius integritas ſit de iure diuino, vt eſt ſententia Durandi, & Adriani, quæ debet teneri contra Caietan. & Sotum: Verum eſt tamen, quod alij viri graues tenent, quod poteſt illum abſoluere ſacramentaliter a caſibus reſeruatis tantum, quos audiuit, quia talis Confeſſio quantum ad intentionem eſt integra; dicitque Henriquez, qui ſequitur eos, quod ſic obſeruatur in Curia Romana; qui addit, quod nihilominus tenetur pœnitens confiteri illa cum alijs.

Duran. & Adrian. & Caiet. Sot. vbi ſup.

Henriq. lib. 3. de pœnit. c. 15. nu. 4. & 5.

15 Vndecima Concluſio. Quando pœnitens venerit prius ad Confeſſarium inferiorem cum caſibus reſeruatis, debet mitti ad ſuperiorem, ſi poſſit commodè haberi, vt petat licẽtiam ad hoc, vt poſſit illum audire; aut ne pœnitens ſuſtineat pudoris, & verecundiæ onus, poterit ipſe Confeſſarius ire ad ſuperiorem, aut ſcribere, aut deniq; aliter mittere ad eum, vt concedat dictam licentiam, cum humilitate: ſuperiorque debet illam concedere liberaliter, prouidens ſic ſaluti animarum, ne fiat graue, & intolerabile iugum Confeſſionis; qđ ſi Prælatus noluerit illam concedere, vtatur remedio ſupra notato in concluſione octaua, nu. 12.

16 Duodecima Concluſio. Si Confeſſarius non habens authoritatem abſoluẽdi a caſibus, & excõmunicationibus reſeruatis abſoluit ignoranter aliquẽ a caſu reſeruato, debet procurare licẽtiam ad abſoluendum: qua habita vocabit pœnitentem, dicetque illi, das mihi licentiam, vt tractem tecum de Confeſſione, quam audiui a te tali die & loco; quod ſi dicat, quod ſic; debet dicere illi; Ego commiſi in tua Confeſſione errorem, quem vt corrigerem, quæſiui remedium debitum; quem errorem dicam tibi in Confeſſione, ſi iterum vis confiteri mecum: aut communicabo id extra Confeſſionem, ſi tibi placet; & vide; quòd teneris concedere hanc licentiam. Si tunc pœnitens noluerit dare illi licentiam, Confeſſarius remanet liber a ſua culpa. Aduertat tamen, ſi putat errorem non fuiſſe ita grauem, ac vere pœnitentem fuiſſe abſolutum, qđ non eſt, quod amplius tractet de hac re, vt docet Angles; ſi vero concedat

pœni-

pęnitens licentiam, audiens illum absol uat a censura tunc præsentem; quod si fuerit absens, & non potuerit esse præsens, absoluat illum absentem ab excommunicatione, quando illi videbitur; imò potest absoluere illum a peccato reseruato in eius absentia, si putat esse in gratia secũdum D. Antoninum: qui dicit tractauisse hoc punctum in quodam Concilio cum viris doctis, & religiosis, qui fuerunt etiam suæ opinionis dicentes prædictum pęnitentem posse absolui etiam absentem, quamuis possit esse præsens, a peccatis reseruatis, in casu, quod si esset præsens sequeretur scandalum, & periculum suę vitę, aut honoris, & famæ. Quæ opinio, licet aliqui teneant contrarium, non condemnatur a Nauarro, sed potius putat eam probabilem post Ricardũ, Adrianum, Petrum de Soto, & Medinam Complutensem, qui dicit esse probabilissimam, soluuntque argumenta in cõtrarium; Siluesterque tenet eam limitans tamen, quando præsente ipso audiuit eius confessionem.

Angl. de cõfes. p. 321. in 1. imposs.

Nau. in Manu. c. 26. n. 14. Adri. de cõfels. q. 1. co. 6. Petro de Soto lectio. 11. Medin. de conf. fol. 64. Silu. verbo confes. 1. §. 15. & cõfes. 3. §. 1. & cõfes. 4. §. 6. Naua. de indul. notab. 31

Ex dictis colligitur remedium ad casum notabilem, qui sequitur; scilicet; Quidam Confessarius cuiusdam monasterij, qui audit confessiones nouitiorum, & choristarum, petit a prælato suam authoritatem ad absoluendum quendam nouitiũ; qui prælatus non vult concedere illam, quia sic ei videtur conuenire; & vt veniat in cognitionem illius fratris tempore, & hora, qua omnes nouitij, & choristæ conueniunt ad communionem, dicit Confessario prædicto, concedo tibi licentiam (pater) quam mihi hodie petiuisti; qđ facit in illa occasione, quia pro breuitate temporis putat Confessarium vocaturum illum fratrem ad absoluendũ illum, & sic cognoscat eum. Vnde dico quod Minister tam sagax, tamquam prudens non debet in hoc casu vocare illum, sed sufficit, quod quando dicitur confessio ab omnibus ante communionem, absoluat illum ab omnibus peccatis, quæ audiuit, licet ipse nesciat hanc absolutionem.

17 Decimatertia Conclusio. Certum est, quòd ille, qui habet aliquem casum reseruatum Papæ, ad quem non potest accedere propter aliquod impedimentum legitimum, potest absolui ab Episcopo proprio; & eadem ratione tenẽt Doctores graues, doctique, quòd qui non poterit accedere ad Episcopum, poterit absolui à proprio parocho, quia sic præsumitur rationabiliter velle ipsum Episcopum; debet tamen parochus imponere pęnitenti, vt quam primum possit, præsentet se Episcopo; vt allegãs multos tenet Henriquez, quod debet intelligi quantum ad casus, & excommunicationes reseruatas dicto Episcopo; non autem quantum ad peccata, & excommunicationes reseruatas Papæ, etiam in casu, quod Episcopus propter impedimentum pęnitentis, qui non potest cõfugere ad Papam, habeat authoritatem absoluendi à supradictis, vt insinuat idem Henriquez dicẽs, posse esse, quod absente Episcopo possit parochus absoluere in hoc casu etiam: de quo ego multum dubito, quia huiusmodi excõmunicationes reseruatæ Papæ, licet propter impedimenta legitima pęnitentium non potentium accedere ad suam Sanctitatem pertineant ad Episcopos, vt possint ab illis absoluere, non tamen pertinent ad illos absolutè, sed ratione dicti impedimẽti; in quo quidem videtur haberi respectus ad suam prudentiam, & scientiam, quæ communiter in parochis non est ita insignis: verum est tamen, quod si excommunicationes nascuntur ex delicto, & non sunt positæ in iudicio, licet sint reseruatæ Papæ, ea tamen absolutio absolutè pertinet ad Episcopos, vt dicitur in Concilio Tridentino, & per consequẽs absente Episcopo, nec potente pęnitente ad illum accedere sine difficultate, poterit parochus absoluere in foro cõscientiæ, sicut in eodem foro poterat absoluere Episcopus.

Henriq. lib. 3. de pęnit. c. 10. nu. 4.

Henriq. vbi sup. c. 9 nu. 7

De satisfactione tertia parte pœnitentiæ, & de modo imponendi pęnitentias à Confessarijs.
Cap. LVI.

SVMMARIVM.

Pœnitentia soluenda in Purgatorio, quomodo satisfiat in hac vita, nu. 1.
An possit satisfieri pœna debita cum operibus, ad quæ tenemur de præcepto, ibid.
An possit Confessarius imponere penitentiam publicam, concl. 1. nu. 2.
An peccet Confessarius non imponens pęnitentiam pęnitenti, & an sit necessario ponenda ante absolutionem, concl. 3. n. 4.
Quando Confessarius teneatur declarare pęnitenti pęnam debitam eius peccatis, concl. 4. num. 5.
An possit Confessarius compellere pęnitentē, vt acceptet pęnitentiam, concl. 5. n. 6
An pænitens satisfaciat ieiunijs impositis à Confessario ieiunijs debitis ratione præcepti Ecclesiæ, & voti, si non moneatur à Confessario, concl. 6 nu. 7.
An possit vnus Confessarius relaxare pęnitentiam impositam ab altero, conclu. 7. num. 8.
An peccet pęnitens non adimplēdo pęnitētiam, quam acceptauit, concl. 8. nu. 9.
An satisfaciat pęnitens faciens pęnitentiā in peccato mortali, concl. 9. nu. 10.

IN hoc Capitulo tractatur qualiter debeat pęnitens satisfacere pro pęna debita suis peccatis; instruiturq; Confessarius, qualiter debeat se habere in imponendis pęnitentijs.

Ad explicationē cuius debet notari, φ virtute sacramenti pęnitentiæ condonatur nobis venia de culpa peccatorū, cōmutata pęna æterna illis debita in pęnā téporalē, quæ est ita magna, vt dicit Nau. vt iuberent Canones antiqui Cōfessarijs, vt pro singulis peccatis mortalib. grauib. imponerent septē annos pęnitentiæ, & pro grauissimo peccato decē annos, & inde amplius: quæ pęna debet solui, aut in hac vita, aut in purgatorio, vt tradunt, explicantq; Sotus, Corduba, & Nau. Huic autē, quæ in purgatorio debet solui, satisfit in hac vita tripliciter, s. ieiunijs, ad quæ reducuntur vigiliæ, peregrinationes, aliaq; opera affligentia corpus, & mortificātia carnē. Secūdo orationibus ad quas reducūtur opera misericordiæ spiritualia, s. docere ignorantem, consulere egenti, &c. vt dicit Scotus. Tertio eleemosynis; ad quas reducuntur etiā opera misericordiæ corporalia, vt visitare infirmos, vestire nudos, &c. pōtq; fieri hæc satisfactio cum operibus, ad quæ tenemur de pręcepto humano, vel diuino, vt copiosè tradit Caiet. si fiant dicta opera hac intentione satisfaciendi, & pręcepto, & pęnitētiæ impositę; & est cōmunis opinio omnium Theologorum, quod hęc satisfactio fit ét ferēdo patienter pro Christo omnes labores, qui se nobis offerunt, offerendo eos actualiter, aut virtualiter Deo in compensationem nostrorū peccatorum, sic enim definitur in Concilio Tridētino. Soluitur etiam hæc pęna in hac vita obtinendo indulgētias, vt latè declaro in explicatione Bullę Cruciatæ. Hoc supposito ad instruendum Confessarium, qualiter debeat se habere in imponendis huiusmodi pęnitentijs ponūtur Conclusiones sequentes.

Marginalia: Nau. de indulg. not. 31. — Sot. in 4 d. 21. ar. 1. f. 911. — Cord. de indul. q 22. — Nauar. vbi sup. — Scot i 4 d. 15. q. 1 — Caie. opus. 6. q. 11. p. opusculorū. — Cōc. Tri. sess. 14. c. 8. & 9. — Can. 13. in expl. Bul. §. 7.

2 Prima Conclusio. Non potest Confessarius imponere pęnitentiam publicam pęnitenti, sic enim tenet Nauarrus cum communi, nec obstat Concil. Trident. iubens, quod Confessarij imponāt publicas pęnitentias illis, qui cum scandalo aliorum publicè peccauerunt, quia Concilium non loquitur de pęnitentia, quæ imponitur in foro sacramētali, sed de illa, quæ antiquitus pręcipiebatur in foro mixto interiori, ita vt intelligatur facere hoc pęnitens non iussus à Confessario, sed ob suam voluntatem ad ædificandum alios, quibus scādalum dederat, sic enim explicat Nauar.

Marginalia: Nau. in Man. c. 8. nu. 10. — Cōc Tr. sess. 24. de reform. c. 8.

3 Secunda Conclusio. Non est prudens Confessarius, qui imponit pęnitentiam, quam obligetur pęnitens adimplere statim finita confessione, aut parum post; vt multa ieiunia, aliæque

que graues pœnitentiæ, quæ sint talis naturæ, vt secreto, commodèque fieri non possint, absque eo, quod videantur ab aliis, qui possunt suspicari grauia commisisse peccata: pro tanto debent esse Confessarij multum circumspecti, & aduertentes in hiis rebus imponendis marito & vxori, virginibusque, quę sunt in domo parentum, sed debent ipsis iubere, vt adimpleant dicta imposita, quo melius poterunt modo, ne ex dictis grauibus impositis, vt sunt ieiunia in pane & aqua, & similia, nascantur suspiciones prauæ, discordiæ, aliaque peccata. Hanc conclusionem ponit Nauarrus.

Nau. in c. facer. nu. 103. & in d. c. 8. nu. 27.

4 Tertia Conclusio. Quando pęnitenti non imponit Confessarius pęnitentiam pro peccatis mortalibus scienter, & data opera, peccat mortaliter, tenetur que imponere secundum culparum grauitatem: quod si non imponat secũdum culpæ grauitatem volente pęnitente eas acceptare, committit graue peccatum contra præceptum à Concilio Tridentino, in quo dicitur, quod tenentur sacerdotes Domini quantũ pro spiritu, & prudentia poterunt, imponere & dare salutiferas pęnitentias secundum qualitatem delictorum, & facultatem pęnitentium, quia aliter dissimulantes & remisse se habentes imponendo leuissimas satisfactiones pro grauissimis peccatis, fiunt participes eorum peccatorum; additq; statim Conciliũ, quod habeant præ oculis, quod pęnitẽtia, quam imponunt, non sit solum pro renouatione nouæ vitæ, sed etiam pro vindicta, & satisfactione præteritæ, & supplicio peccatorum. Hinc sequitur, quod Confessario incumbit arbitrari, quæ sit iusta pęnitentia, vt antiquitus à iure ordinatum erat, qui debet cõsiderare grauitatem peccatorum, qualitatẽ pęnitentis, si est robustus, si senex, si iuuenis, si debilis, si diues, si pauper: quia pauperi non debet imponere pęnitentiam eleemosynæ, nec ieiunij illi, qui perpetuo laborat, nec asperam pęnitentiam delicatis: nec ei, qui tenetur

Concil. Triden. sess. 14. c. 7.

Cap. mensu. c. Deus de pęni. & remissionib.

dicere horas canonicas, debet imponere multas alias orationes; sed denique debet conformare se eius statui, & possibilitati, sic enim tenet Nauarr. Nota autem, quod non facit ad rem pęnitentiam imponi ante absolutionem, aut si obliuiscitur Confessarius imponi post illam, in tantum, vt etiam si scienter imponat eam post absolutionem non peccabit mortaliter, quia moraliter loquẽdo, si ponatur statim post absolutionẽ videtur poni insimul cum ipsa solutione, vt allegans multos graues DD. dicit Pater Henriq. religiosæ societatis Iesu.

Nau. in Man. c. 26. n. 18.

Henriq. lib. 2. de pęnit c. 22. n. 10.

5 Quarta Concl. Debet dicere Confessarius pęnitenti, quod ea quæ debet facere pro satisfactione suorum peccatorum, solum Deus scit, & quod timentes Deum & volentes satisfacere in hac vita & non in alia faciebant olim septem annos penitentiæ pro singulis peccatis mortalibus grauibus, iudicantes talem pęnam deberi tàm graui culpæ; quod si dixerit velle in hac vita facere hanc pęnitentiam, imponat illi Confessarius illam, secundum quod Canones antiqui disponebant, qui licet nunc non sint in vsu, erit bonum, vt reducant in memoriam ad confusionem nostri temporis, & vt saltem libenter acceptentur, quæ paruæ nũc imponuntur, & si nolint acceptare, non conquerantur de Confessarijs, quod non exposuerint eis quanta pęna debebatur suis peccatis in purgatorio, de cuius grauitate si habuissent notitiam, non solum procurarent implere pęnitentiam impositam in sacramento, sed grauioribus se obligarent.

6 Quinta Concluf. Licet Confessarius non possit obligare pęnitentem ad acceptandam satisfactionem, quam illi imponit, quia dicit, quod vult magis eã soluere in alia vita, potest tamen compellere eum ad acceptandam aliquam, licet paruam: de quo nolo disputare, quia nullus est pęnitens, qui super hoc disceptet cum suo Cõfessario nolẽs acceptare paruam pęnitentiam, sed remittere eam ad purgatorium.

7 Sexta Conclusio. Si Confessarius nõ

mo-

moneat pœnitentem, quod ieiunijs, quæ illi imponit, satisfaciet cum ieiunijs, ad quæ tenetur de præcepto ecclesiastico, non satisfaciet cum prædictis ieiunijs, ad quæ tenetur ratione præcepti aut voti: quia re posita in dubio non est credendum, quod velit Confessarius, vt satisfaciat cum prędictis ieiunijs, quæ alias tenetur facere, vt tenet Nauarrus.

Nau. vbi sup. nu. 20 idē in c. 1. in pr. de pęn. d. 6. nu. 44.

8 Septima Conclusio. Nullus Confessarius audeat relaxare satisfactionem impositam ab alio Confessario æquali sibi, si talis satisfactio est iusta; nisi in casu, quod pęnitens postquam acceptauit eam, vidit, quod non poterat illam adimplere sine magna difficultate, & periculo animæ suæ, aut corporis; quia tunc non potenti recurrere ad Confessarium, qui imposuit eam, non solum poterit eam relaxare Confessarius alius æqualis illi, sed etiam inferior; & ideò in tali casu poterit Episcopus relaxare eam, quæ imposita est à Papa, & Parochus, quam posuit Episcopus. Necest necesse, quod pœnitens iterum confiteatur peccata, propter quæ fuit imposita, de quibus etiam iste secundus Cōfessarius possit absoluere, sed debet Cōfessarius interrogare pęnitentem, qui petit hanc commutationem, & relaxationem, an fuit illi imposita ratione aliquorum peccatorū reseruatorum, quæ confessus sit, & si habet authoritatem absoluendi ab illis, commutet, & relaxet eam, si verò non habet talem potestatem, debet illum remittere ei, qui prius confessionem audiuit; sic enim tenet Nauar. licet Angles non explicet, sicut debet, hoc punctum explicari ad frænandā libertatem multorum Confessariorum, qui magna cum facilitate commutant, & relaxant huiusmodi pęnitentias, non considerantes, quod diximus. Notentque, quod quando minuūt huiusmodi satisfactiones, debent supplere cum indulgentijs Bullæ cruciatæ, aut aliarum, imponēdo pęnitentibus vt faciant, qd requiritur pro earū obtētione ambulando ad stationes, & similia.

Nau. vbi sup. nu. 23. Angles in q. de clauib. ar. 2. difficultate 5.

9 Octaua Conclusio. Peccat pęnitens, qui omittit adimplere per contemptū, & negligentiam pęnam impositam, & à se acceptatam, quamuis non ideò cōfessio fiat inualida; quod intelligitur, nisi dicta satisfactio fuit imposita ante absolutionem; & tunc acceptauit eam contemnens eam interius, & sine proposito eam adimplendi; quia in hoc casu confessio erit irrita, & nulla, licet postea resipiscens adimpleat dictam satisfactionem præceptam, cū quando fuit illi imposita, peccauerit mortaliter, & non sit confessus hoc peccatum, vt reciperet ab eo absolutionē, vt notat Nauarr. Notaque, quòd pęna grauis posita, & acceptata à pęnitente, licet sit de peccatis iam confessis, & venialibus sub pęna peccati mortalis debet impleri, leuis tamen licet detur, & accipiatur, respectu aliquorum peccatorum mortalium, non obligat sub pęna peccati mortalis, vt notat Henriquez.

Nau. in Man. c. 9.

Henriq. lib. 2. de pęnit c. 20. nu. 3. & 4.

10 Nona Conclusio. Pęnitentia quæ fit in peccato mortali, est sufficiens, vt satisfaciat pęnitens præcepto Confessarij, quando eam acceptauit, & ideo non tenetur illam iterare, vt dicit Scotus, non tamen satisfacit pro pęna debita peccatis. Verum est tamen, quod si postea accedat ad statum gratiæ reuiuiscet, quia regulariter loquendo, opus sacramentale mortificatum per peccatum, ablato peccato, habet effectum suum in toto, aut in parte: dico in parte, quia Caiet. dicit, quod hæc pęnitentia facta in peccato mortali, ablato peccato, non habet totum suum effectum, de quo nolo hic disputare; videatur super hac re Nauarrus.

Sco. in 4. d. 15. q. 1.

Caiet. in q. de satisfac. Nau. in c. 1 in pr. de pęn. d. 6. nu. 45.

De Confessione quo ad eius obligationem. Cap. LVII.

SVMMARIVM.

An præceptum confessionis obliget semel in anno conclus. 1. num. 1.

In qua ætate constitutum obliget hoc præceptum, concl. 2 num. 2.

An possit penitens confiteri ante annum, putans, quod per totum annum non facturus sit confessionem, concl 3. nu. 3.
An teneatur penitens confiteri statim, peccatum oblitum in confessione præmissa præcedenti. concl. 4 nu 4.
An Præceptum Confessionis obligat in alijs casibus vltra semel in anno, conclus. 5. num. 5.
An satisfaciat penitens præcepto ecclesiæ aciens confessionem informem, conclu. 6. num. 6.
An satisfaciat præcepto ecclesiæ differente confessionem Confessario: aut non absoluente penitentem, conclu. 7. nu. 7. & concl. 8. nu. 8.

PRopositio est verificata, quod præcepta affirmatiua non obligant ad semper, sed certis determinatisq; temporibus. Cumq; præceptum confessionis sit affirmatiuum, in eo etiam seruatur eadem regula; vnde conuenit scire, quibus temporibus obliget, quod resoluetur sequentibus conclusionibus.

1 Prima Conclusio. Præceptum confessionis obligat semel in anno, vnde si q̃s per annum non sit confessus, ipso transacto tenetur confiteri; sic enim tenet Medina, estq; opinio Angles, qui refert varietatem opinionum in hoc casu. Notaque, ꝙ Papa tenetur confiteri peccata sua, non tamen semel in anno, quia hoc est præceptum positiuum, licet confiteri peccata mortalia sit de iure diuino, vt resoluit Nauarrus. Medina, in sum. f. 207. Angl. in q. de cõfess. ar. 3 difficul. vlt.

2 Secunda Concl. Accedentibus pueris ad annos discretionis, qui cõiter sũt septem, aut octo annorũ, ipsi pueri quibuscũq; cõmissi sunt, induci ab eis debẽt ad confitendum peccata semel in anno in quadragesima sub pęna peccati venialis, & aliquando mortalis, si habeãt vsũ rationis sufficienté ad hoc, licet non incurrẽt excõicationem, & alias pęnas ab ecclesia positas vsque ad duodecim annos, quia sic insinuatur ab ipso iure, sicque interpretatur cõis consuetudo ecclesiæ, vt cum Riccardo, Siluestro, & alijs tenent Nauar. & Cord. Nau. in Man. ca. 21. n. 33 Cord. de casib. q. 60

3 Tertia Concl. Si quis putet per totũ annum non habiturum copiam Cõfessarij, tenetur confiteri ante annum: hæc opinio est Nauarri, quem sequitur Ludou. Lopez, & probatur, quia hoc præceptum obligat semel in anno: nec est necesse, quod quis cõfiteatur in quadragesima, nec est dies determinatus ad satisfaciẽdũ ei, vnde sufficit ꝙ confiteatur in quocunque die anni, si possit, si verò nõ possit, tenet̃ statim trãsacto anno cõfiteri, ita ẽt ante annũ, vt dicit Medina. Nau. in Man. c. 21 num. 8. Lop. i in str. cõf. 1 p. c. 26. Medina vbi sup. fol. 202.

4 Quarta Concl. Qui oblitus fuit aliqd peccatum, non tenetur statim ac recordatur illius, confiteri illud in illo anno, sed potest reseruare illud ad annũ sequẽtem: hæc opinio est Nau. quæ debet teneri, licet Medina teneat cõtrarium, cuius opinio potest intelligi in casu, quod pęnitens per ignorantiam crassam oblitus est, quia in hoc casu tenetur in illo eodem anno confiteri, cũ confessio fuerit nulla, vt aduertit Ludou. Lopez. Nau. vbi supra num. 17 Medina vbi sup. Lopez vbi sup.

5 Quinta Conclusio. Præceptum confessionis obligat in periculo mortis (quod est) vt omnes dicunt, in quo vt plurimum multi moriuntur, vt accidit in probabili naufragio, in eminenti, & graui periculo, in febri acuta, & in tempore partus, si mulier sit debilis, & infirmabilis in partibus, quia si non est talis, contrarium debet dici; sicut si nauigatio maris sit breuis, & mare trãquillum, non obligabit hoc pręceptũ. Obligat item hoc præceptum, quando aliquis debet celebrare, aut recipere sacramentum Eucharistiæ, vt notat Alcocer, & dicetur suo loco. Alcocer in sum. num. 9

6 Sexta Conclusio. Quando aliquis facit confessionem informem in anno, in quo tenetur facere, satisfacit, si fecit eam ignorantia non affectata, & crassa, quia si ꝓcedit eius deformitas ab ignorantia affectata crassa, aut quia tacuit scienter aliquod peccatum, non satisfacit, ꝙ accidit, qñ aliquis cũ aliqua ignorantia facit examen conscientiæ insufficienter, tamen confessus est integrè, & verè totum id, quod illi in memoriam occurrit; licet enim per defectum examinis

minis oblitus sit alicuius peccati, satisfacit præcepto: vnde sapiens Confessarius poterit monere hunc, vt accuset se de negligentia commissa in confessionibus prætoritis absq; eo, quod accuset se denuò de peccatis confessis, eoq; absoluto à peccatis oblitis, & dictis negligentijs obtinebit gratiam per præsenté confessionem, & per preteritas, quia secundum opinionem grauissimorũ Doctorum sacramentum pęnitentię, quod non dat propter impedimentum, sublato impedimento dat illud. Notaque, quod qui confitetur integrè, licet sine debita contritione interiori, quod si cõfiteatur in sua confessione, & est absolutus, satisfacit præcepto secundum substantiam actus, & non incurrit in excõmunicationem, quæ ipso iure imponitur contra non confitentes (quæ ponitur in multis Episcopatibus) sicut incurrit ille, qui scienter non confitetur omnia peccata sua integrè, siue absoluatur, siue non, nolens in hoc obedire pręcepto matris ecclesię, vt cõtra Nau. tenet Corduba.

Nau. ca. 27. nu. 269.

7 Septima Conclusio. Quando aliquis confitetur, & Confessarius differt absolutionem per aliquot dies, si ipse obedit Confessario, satisfaciet præcepto, si accedente tempore confiteatur illi, aut alteri, si vero licet tempus accedat obligationis, non curat de confessione, nec de absolutione denegata frangit pręceptum, vt docet Medina.

Cord. d casib. q. 25 & li. 2. qq. q. 36. vbi latius.

Medina in folio 264.

8 Octaua Concl. Qñ pęnitens dicit dolere se offendisse Deũ, sed quod non audet eijcere à se peccatum, pp quod Cõfessarius non vult eum absoluere, non satisfecit præcepto, sic.n. tenet Sotus, quem sequitur Medina, hocq; debet ci ci, licet Angles affirmet contrarium.

Sot. in 4 d.18. q.3 art.3. Med. vbi sup. f. 203.

De Confessione quoad obligationem iterandi. Cap. LVIII.

SVMMARIVM.

An detur casus, quo quis non integre confessus non teneatur iterare confessionẽ, concl. 1. num. 1.

An quando confessio dimidiata fit eidem Confessario, debeat iterari, concl. 2. n. 2.

An debeat iterari cõfessio inualida ob paucum examen concl. 3. nu. 3.

An debeat iterari confessio, in qua aliquis omisit dicere quoddam iuramentum falsum putans non esse peccatum, conclu. 4. num. 4.

An debeat iterari confessio, in qua oblitus fuit penitens quandam circumstantiam, concl. 5. num. 5.

An debeat iterari confessio quæ fit sine aliquo dolore, aut solo dolore, aut ex timore inferni, conclus. 6. num. 6. & conclu. 7. num. 7.

An debeat Confessarius monere pœnitentem ignorantem, quod peccata, quæ confessus fuit illi in præterita confessione, fuerunt mortalia, concl. 8. num. 8.

PRima Conclusio. Quando confessio non fuit facta integre propter aliquam causam, propter quã doctores permittunt, vt non dicatur aliquod peccatum, non est obligatio iterãdi eam; at quãdo data opera tacuit aliquod peccatũ malitiose, aut ob verecũdiam, debet iterari confessio, licet peccatum sit veniale, si pęnitens putabat esse mortale, vt dicit Nauarrus: & quando aliquis homo rudis, aut puer omittunt confiteri aliquod peccatum commissũ contra legem naturalem, & diuinam, quia non cognoscunt, an sint peccata mortalia; si postea accedentes ad ætaté, in qua cognoscunt eorum grauitatem, non tenentur iterare confessiones, sed sufficit confiteri dicta peccata, vt dicunt D.Tho. Siluester, Canus, & Ledesma. 1

Nau. in Man. ca. 11. & 16

2 Secunda Conclusio Quando confessio dimidiata fit eidem Confessario, sufficit pęnitenti confiteri peccatorum, q omisit, & sacrilegium, quod tacẽs commisit, nisi fortitan inuitum fecerit aliquam confessionem aliorum peccatorũ, quia tunc debet cõfiteri oĩa illa peccata, & illa, quæ omisit in prima dicta confessione, & sacrilegium commissũ: hæc aũt conclusio est vera cum duabus limitationibus: Prima, si Cõfessarius est

D.Th. 1 2. q. 76. art. 3. & 2 2. q. 79. art. 4. Silu. cõfes. 1. §. 4 Cano. d pęn. p. 5 Ledes. 2. p q 8. artic. 1 dubio 2.

legitimus, sicut erat in tempore, quo audiuit confessionem, quia si iam non habet authoritatem, debet recurrere ad alium, cui debent dici omnia peccata dicta in confessionibus præteritis inualidis, sic enim tenet Alcocer cum communi. Secunda, quam notat Nauarrus, quod sufficit Confessarium recordari status, quem tunc pœnitens habebat in confuso, licet non recordetur peccatorum, nec pœnitentiæ, quam imposuit.

3 Tertia Conclusio. Quando confessio est inualida propter paucum examen pœnitentis, debet iterari, si negligentia examinis fuit crassa, & affectata, quia alias non, vt quando adhibuit diligentiam, licet non tam completam, vt deberet, non est iteranda, vt supra dictum est in c. præterito. Notaque quod si pœnitens in articulo mortis, quia non potest, non examinat conscientiam suam, & sic confitetur, tunc non tenetur iterare illam confessionem, licet omissa sint aliqua peccata per obliuionē, quia in hoc casu non tenetur facere maiorem diligentiam, & ideo sufficit, quod postea confiteatur peccata, si occurrant memoriæ.

4 Quarta Concl. Non tenetur pœnitens iterare confessionem, in qua non explicauit quoddam iuramentum falsum, q̄ fecit ob saluandam vitam suam, putans quod ob salutem erat licitum id facere, quia tunc videtur confessio fuisse integra quantum ad intentionem pœnitentis; verū est quod sciens postea esse peccatum mortale, tenetur confiteri illud.

5 Quinta Conclusio. Ille, qui per obliuionem non confitetur aliquam circunstantiam, quæ necessario debet explicari, non tenetur iterare confessionem, si confitendo quidam quædam peccata oblitus est confiteri fractionem alicuius voti, aut iuramenti, quod fecerat de non committendis illis peccatis, satisfacit hic confitens postea, quod peccauit toties frangendo votum quoddam, aut iuramentum licitum, licet non exprimat peccata, per quæ fregit illud: hanc conclusionem tenet Nauarrus, contra quem insurgit aliquibus rationibus Ludou. Lopez, veruntamen ratio Nauarri videtur efficax, quia dicit, q̄ pœnitens, qui fecit aliquod peccatum, scilicet fornicationis facto prius voto, aut iuramēto non fornicādi, debebat cōfiteri duas deformitates, vnam contra virtutē honestatis fornicans, aliam contra virtutē religionis frangens votum, seu iuramētum, & si confessus fuit primam deformitatem, non est, q̄ denuo eam confiteatur, sed sufficit q̄ confiteatur secūdā deformitatem commissam, scilicet contra virtutem religionis; quod ego puto verum, quando nō fuit confessus dictā circunstantiam per obliuionem culpabilem, licet non crassam, & affectatam, quia peccata, quæ per hāc obliuionem omittuntur, consecutiue remittuntur in eadem confessione cum obligatione cōfitendi ea cum suis circunstantijs, si occurrerint memoriæ; si vero non confessus esset dictam circunstantiam scienter, & data opera propter ignorantiam crassam, & affectatam; peccat mortaliter, & non remanet confessus, & per cōsequens tenetur iterare confessionem cum scienter omiserit circunstantiam, quæ mutat speciem peccati.

Nau. in Manal. prælud. 9. nu. 4. & ca. 6. iuxta fi. Lop. vbi sup. c. 5. cōcl. 45.

6 Sexta Conclusio. Quando pœnitens nullum habet dolorem, aut si habet, nō habet propositum discedendi à peccato, quando confitetur, debet iterare cōfessionem, cum fuerit nulla per defectum materiæ, quę est dolor, & propositum emendationis; sic. n. tenet D. Thomas, Caietanus, Canus, Sotus, & communis Theologorum scola: ex quo sequitur, quod confessiones vsurariorū, concubinariorum, inimicorum magna ex parte sunt inualidæ hac de causa.

D. Th. in 4. dis. 17. q. 9. ar. 1 Caiet. q. 5 de cō-fess. Canone pœnit. p. 5. Soto in 4. d. 18. q. 3.

7 Septima Conclusio. Quando quedā pœnitet offendisse Deum timore pœnæ infernorum solum putans hoc satisfacere, habetq; propositum efficax vitādi peccata, licet nō recipiat gratiam sacramentalem cum hac præparatione, non tamen tenetur iterare confessionē propter ignorantiam, quam habuit: hęc cōclusio est contra Adrianum.

Octaua

8 Octaua Conclusio. Si Confessarius putat esse venialia aliquæ peccata pœnitentis, & ipse pœnitens etiam, cum in se sint mortalia, non tenetur monere illū Confessarius post absolutionem, vt iterum confiteatur illa sicut mortalia, licet ambo ignorauerint id culpabiliter, & postea sciant: si pœnitens debita contritione confessus fuit omnia peccata sua mortalia, quæ sciebat, & ignorabat esse mortalia cum proposito emendæ, quia ignorantia pœnitentis, aut Confessarij non impedit effectum absolutionis, nisi quando est mortalis ex parte pœnitentis: aut quando data opera confessus est Confessario ignoranti, de quo verisimiliter timebat, aut debebat timere, quod non sciret cognoscere sua peccata, an essent mortalia necne, & qui nesciret statum suæ vitæ, & viuendi modum, quia in hoc casu tenetur iterare confessionem. Verum est tamen, quod si pœnitens est in periculo reincidendi, aut continuandi peccatum, quia putat, quod solum est veniale, tenetur dictus sacerdos sciens esse mortale monere eū, non vt iteret confessionem, sed vt doceatur, si videt, quod pœnitens non accipiet scandalum, sic enim tenent post alios Sotus, Nauarrus, & Corduba.

Sot. in 4. d. 18. q. 2. art. 4. & 5. Nauar. in sum. c. 26. nu. 114 & c. 17. n. 22. & 23.

De Articulo mortis vero, & præsumpto; & quomodo se habere debeat Confessor cum eo, qui est positus in illo. Cap. LIX.

SVMMARIVM.

Quid sit articulus mortis, & periculum mortis verum, & præsumptum, numero 1.

An concessio facta ad verum articulum mortis, valeat etiam ad præsumptum, num. 2.

Quomodo Confessarius posito pœnitente in articulo mortis debeat monere, vt faciat testamentum in statu gratiæ, concl. 1. num. 3.

An in vero articulo mortis, aut præsumpto, quicunque sacerdos Catholicus licet sit ligatus aliqua censura ecclesiastica possit absoluere, & si idem dicendum sit de sacerdote schismatico, aut hæretico, concl. 2. num. 4.

An simplex sacerdos possit absoluere in hoc articulo, licet sit de casibus reseruatis præsente Parocho, aut superiore ipsius, concl. 3. num. 5.

An intelligens sacerdos aliquod peccatum pœnitentis in articulo mortis, licet sit peccatum veniale possit, & debeat absoluere, concl. 4. num. 6.

An, si non possit pœnitens progredi in confessione in hoc articulo, conueniat, vt differatur, concl. 5. num. 7.

An possit Confessor absoluere in hoc articulo eum, qui solum ostendit signa contritionis, concl. 6. num. 8.

An Confessarius, qui potest absoluere à censuris, & peccatis possit etiam concedere indulgentias; & quomodo conueniat, quod interroget pœnitentem, si habet bullas, concl. 7. num. 9.

An, qui gauisus est absolutione bullæ in articulo mortis, possit gaudere hac indulgentia in alio articulo simili, conclus. 8. num. 10.

Quando debeat Confessarius concedere hāc indulgentiam, concl. 8. num. 11.

An possit concedi illi qui non potest confiteri, concl. 10. num. 12.

An Confessarius debeat imponere pœnitentiam grauem posito in articulo mortis, concl. 11. num. 13.

An in articulo mortis possit Confessarius commutare, aut dispensare in votis, conclus. 12. num. 14.

Confessarius de quibus admonere debeat infirmos absolutos in articulo mortis & consanguineos ipsius, concl. 13. num. 15.

An in articulo mortis positus si non possit confiteri, possit absolui à quouis Sacerdote, aut ab initiato, prima tonsura à censuris, & an talis possit concedere Indulgentias, conclusio 14. numero 16.

An infirmo defuncto, teneatur Confessarius monere hæredes suos de restitutionibus,

bus, ad quas tenebatur, conclus. 15. numero 17.

An post mortem possit absoluere eum ab excommunicatione, concl. 16. num. 18.

1 Visso, quòd in articulo mortis obligat præceptum confessionis, vt diximus, conuenit declarare, quid debeat obseruare Confessarius in administratione huius sacri in hoc puncto. Ad cuius explicationem debet notari primo, quòd loquendo in rigore, aliud est articulus mortis, & aliud periculum mortis; quia articulus mortis dicitur, quando quis est in transitu, aut ferè in eo, ita vt nulla sit spes vitæ, at periculum mortis dicitur, quando aliquis est in tali statu constitutus, vt timeat mortem siue certissimè, siue in dubio, siue procedat hoc periculum ab aliqua infirmitate, siue à nauigatione, siue à prælio periculoso, aut à peste vicina &c. aut quia mulier est in partu difficili, & angustioso. Bullæ autem, & Iubilęi aliquando concedunt indulgentias pro articulo mortis, aliquando pro periculo mortis; & sępe Iuristæ confundunt hos terminos accipientes vnum pro alio, vt dicit Sotus. Hoc tamen debet intelligi de periculo mortis, quòd probabiliter minatur, quod est idem ac articulus mortis, quia si minatur probabiliter, & actualiter, sicut quando quis ingreditur mare, aut bellum, tunc solum est periculũ mortis, non autem articulus. Ideo in hoc casu non potest dari absolutio, quę competit in articulo mortis, vt tenet Sotus, Couarruuias, & Canus post Syluest. & Panormitanus: quia cum hoc priuilegium sit ratione priuilegij, debet strictè interpretari, præcipuè in hoc negotio tam periculoso, sicut est absolutio sacramentalis, quæ sine iurisdictione est nulla, & quia ille, qui sine authoritate absoluit à casibus Bullæ cęnæ Domini, remanet excommunicatus.

So. in 4 d. 18. q. 4. art. 4. f. 870. litera B.

Sot. vbi sup. Cou. in c. Alma mater, p. 1. §. 11 num. 8. f. 120. Can. de pę. f. 59. in impr. comp.

2 Secundo debet notari, quòd quando sua Sanctitas concedit facultatem ad verum articulum mortis, clarum est, quod intelligit de vero articulo mortis, non autem de præsumpto, quando vero absolutè concedit facultatem pro articulo mortis, vt concedit in Bulla Cruciatæ, intelligit de vero, & de præsumpto; & ratio est, quia quando lex nõ distinguit, non datur nobis licentia distinguendi donec aliud constet. Ideo datur extrema vnctio in vero, & in præsumpto articulo mortis absolutè cũ iubeatur dari in articulo mortis absolutè: hęc opinio est Gersonis, S. Antonini, & Gabrielis. Hoc supposito, conuenit ponere aliquas conclusiones ad instruendum Confessarium, qñ accedit ad audiendũ illum, qui est in articulo mortis.

Gerson. de absol sacr. alphab. 33. Ant. 3. p. ti. §. 3. suppl. Gabr. in 4 d. 45. q. 4. ar. 3 dub. 4.

3 Prima Concl. Existente pęnitente in periculo mortis debet monere eum sacerdos, vt faciat testamentum clausum, & non expectet vsque ad ipsam horam mortis, quia tunc ipsius facie turbatur, huicque turbationi, & molestiæ adiungitur, quam inferunt filij, consanguinei &c. vnde notarius, & testes afferuntur ad libitum, vt intercedãt pro illis, & sic auferatur hæreditas illis, ad quos spectat, peccantibus ipsis in hoc cum obligatione restitutionis: verum est tamen, quod non est peccatũ rogare pro se ipso, aut alio, vt relinquat hæreditatẽ, vel legatum, dummodo fiat sine importunatione: debet etiam monere illum, vt statim post confessionem, faciat testamentum procurãs esse in Dei gratia, vt sic mereatur in omnibus, quę ordinauerit pro anima sua, & satisfaciat etiã pro suis peccatis, vt cum Doctoribus communiter tradit Nauarrus; audiensque hunc infirmum moneat illum, vt declaret in testamento æs alienum, quod habet, vt soluatur statim, & si fuerit possibile faciat, vt soluat illud tunc, non relinquens hæredibus, nec ecclesijs, quod suum non est; debita autem personis ignotis relinquat pauperibus distribuẽda, & per consequens hospitalibus, monasterijs, ecclesijs, in quantum sint pauperes, vt consuluit Nauarrus.

Nau. in cap. 1. in prin. nu. 46. de pęnit. & remis. ct. 6.

Nau. in Man. c. 26. n. 38.

4 Secunda Conclusio. In articulo mortis vero, aut præsumpto quiuis sacerdos Catholicus, licet sit excommunicatus,

inter-

inter dictus, suspensus, denuntiatus, vt talis, potest absoluere, quia licet communis erat in contrarium ante Concil. Trid. quantum ad sacerdotem ligatū aliqua censura ecclesiastica, nunc post ipsum debet teneri, quod diximus in conclusione, vt resoluit Nauar. Notaq; quod idē debet dici de sacerdote schismatico, sed non hæretico, vt late tradit Nauar. prædictus. Nota item, quod si aliquis præsente Episcopo, aut Parocho, & docto, & Catholico confitetur schismatico, aut hæretico, debet haberi suspectus in fide; & si confitetur excommunicato præsente alio idoneo, peccat, cum fiat particeps eius sine necessitate: vnde opinio, quæ dicit licere pœnitenti inuitare, & inducere excommunicatum, aut hæreticum, vt administret sacramenta illi in hoc articulo, debet intelligi non præsente alio nō impedito, qui possit, & velit digne administrare sacramenta, vt allegans multos resoluit Henriquez, qui dicit, quod non existente alio Confessore, si quis confiteatur excommunicato, aut hæretico non timens aliquod periculum in fide, valet absolutio.

Nau. in Man. c. 26. n. 26 & c. 27. nu. 271. Cōc. Tr. sess. 14. cap. 14. Nau. in cap. 1. in princ. de pœnit. & rem. nu. 72. Hēriq. l. 3. de pœnit. c. 11 nu. 2.

5 Tertia Conclusio. Absolutus à quocunq; sacerdote simplici in hoc articulo à quocunque peccato reseruato nō tenetur postea confiteri iterum illi, qui extra hunc articulum habebat authoritatem absoluendi; verum est tamen, qd talis absolutus si fuit solutus ab aliqua excommunicatione, & non satisfacit parti, liberatus ab hoc periculo tenetur se præsentare Iudici. Nota ēt, quod qñ dicitur, quod quiuis sacerdos simplex potest absoluere illum, qui est in articulo mortis, debet intelligi non præsente alio legitimo, aut proprio Confessario eiusdem pœnitentis; sic enim dicit Nau. & tenet Alcocer. Verū tñ est, quod idē Nauar. mutans in alio loco opinionē suam, dicit quod viso Concil. Trid. pōt quicunque sacerdos absoluere illum, qui est in articulo mortis, etiam, si eius parochus sit presens, aut superior, etiā à casibus reseruatis; q̄ opinionē sequor libenter, propter consolationem animæ positæ ī hoc periculo, & statu afflictiuo

Nau. vbi supr. Alcocer in sum. c. 9 concl. 1. Nau. l. 5 consl. tit. d. pen. et rem.

6 Quarta Conclusio. Si Confessarius intelligat aliquod peccatum existentis in periculo mortis, licet sit veniale, absoluat illum, ne moriatur pœnitens sine absolutione, & cōdemnetur, si forte solum habebat attritionem suorum peccatorum: minusque inconueniens est decipi Confessarium, qui credit esse hominem in transitu, sicque dare illi absolutionem, Eucharistiam, & extremā vnctionem, quam credens, quod poterit confiteri omnia peccata ad se rediens, & sic moriatur sine his sacramentis, quæ non recipiens poterit condemnari, sic enim tenet Medina, Alcocer.

Alcocer in sum. c. 11. fol. 38. med. in sum. fol. 455. pag. 2.

7 Quinta Conclusio. Si aliquis incipit confessionem quodam die existens in articulo mortis, & quia non potest progredi ratione grauitatis accidentis, ideoque petit, vt differatur verbi gratia ad serum, Confessarius non debet admittere hoc; & si forte admittat, infirmusque interim amittat vsum rationis, potest illum absoluere, licet non cōfiteatur plura peccata, sic enim tenet Sotus, Nauarrus, & Chaues: ratio què est, quia iam hic sacerdos habet materiam, cui potest applicare formam sacramenti; nec potest dici hæc confessio diminuta cum non fuerit completa, nō ratione pœnitentis, sed grauitate infirmitatis: quod si æger sit iam in transitu extremo sufficit, quod sacerdos dicat ei cum festinatione debita, Absoluo te, qd est essentiale formæ sacramētalis.

Sot. in 4 d. 18. q. 2. ar. 5. Nau. in man. c. 26. n. 26. & 28. Chaues de sacr. qu. 164. & 165.

8 Sexta Concl. Qui absoluit aliquem existentem in articulo mortis, qui non sit confessus aliquod peccatum in particulari, peccat mortaliter, vt tenet Nauarrus secundum cōem opinionem; secundum ēt opinionem hominum grauium, & Doctorum non debet condemnari sacerdos, qui absoluit aliquem existentem in articulo mortis, si ostendat solum signa cōtritionis, quam opinionem sequitur Corduba respondens argumentis factis in contrarium, & Alcocer dicit esse bonum, vt absoluat eū, quia

Naua. in man. c. 26. n. 27 & c. 27. nu. 269. Cor. de indul. q. 39. Alcocer. vbi sup. f. 37

quia in hoc faciendo nullum est peccatum mortale sequendo hanc opinionem: & eger in receptione huius sacramenti, si possit absolui, de attrito fiet cõtritus, & obtinebit gratiam, quã prius non habebat: & qui habuerint scrupulum vtendi hac opinione absoluant infirmum conditionaliter dicentes, Si habes peccata ego te absoluo, cum hoc modo possint absoluere, vt noto in explicatione Bullæ Cruciatæ. Aduertant tamen, quod non possunt absoluere hoc modo, Si es capax, ego te absoluo, cum hæc absolutio non cadat super debitam materiam, quia nullum peccatum, nec in particulari, nec in generali confessum supponit formam talis absolutionis, quod quidem supponitur à forma alterius absolutionis, Si forte habes peccata, ego te absoluo, in qua supponitur, quod aliqua signa peccati monstrauit infirmus, vt notat Caietan.

Habetur in Bulla Cruciatæ. §. 9. nu. 41. in fin.

Caiet. verb. absol. peccatorũ. cap. 5.

9 Septima Conclusio. Ille qui potest absoluere a censuris, & peccatis illum, qui est in articulo mortis, potest etiam concedere illi indulgentias, & gratias, quas potest obtinere in virtute bullarum quas habet; sic enim tenet Sotus, & Nauarrus, quia remissa culpa per pœnitentiam, remittitur etiam pęna debita culpæ virtute indulgentiarum. Inde debet Cõfessarius interrogare infirmum, an habeat Bullam, & si habuerit, & fuerit possibile inspicere eam videat, videat quid sibi concedatur, vt idem concedat dicens infirmo, vt cum deuotione petat hanc gratiam tam altam a Domino, consolans illum multũ hoc diuino fauore: & quidem, quia non interrogant Confessarij huiusmodi res infirmos, fit vt multi moriantur cum multis bullis, & nullis gaudeant indulgentijs. Debent etiam Confessarij monere, vt præcipiant, vt sumantur Bullæ pro eorum animabus nunc, quando putant esse amici Dei. Primo, quia eorum hæredes post ipsorũ mortem licet habeant præceptum, obliuiscentur. Secundo, quia si illi capiant dictas Bullas existentes in peccato mortali; est magnum dubium, si valebunt ipsis, quod si ipsi præcipiant, vt capiãtur, donec ipsi existunt in gratia Dei, vt pręsumitur, licet consanguinei, & hæredes non sint in ea, valebunt illi, vt diximus in explicatione Bullæ Cruciatæ defunctorum in fine eius.

Soto in 4. d. 18. q. 2. ar. 2.

Nau. in Man. ca. 26. nu. 7

10 Octaua Conclusio. Infirmus, qui fit gauisus suis Bullis in articulo mortis, in virtute quarum fuit iam absolutus plenarie, in alio articulo simili non potest illis gaudere, nisi forte Confessarius dixerit absoluens eum, si ab hac infirmitate, qua detineris, Deus te liberabit, sit tibi reseruata hæc indulgẽtia ad verum articulum mortis. Quod poterit facere, si Papa in iusserit, dici in fine absolutionis, vt notat Nauarrus, & Cordub. ob quod, licet in Bullis antiquis iubebantur dici hæc verba in fine plenariæ absolutionis, nunc in Bullis publicatis ab anno 1590. nõ datur hęc licentia, quia in Bulla plumbea non conceditur, vt tractans hanc rem mecum licentiatus Ludouicus Maldonatus aduocatus fisci sanctæ Cruciatæ, rectissimusque Iudex cæterorum officiorum, quibus hucusque eum occupauit Regia maiestas, dixit fuisse resolutum in consilio Cruciatę. Itaque est necesse, vt Confessarius inspiciat formam concessionis in dicta Bulla existentem. Aduertoque, quod si infirmus habuerit multas bullas, quæ concedant illi indulgentiam plenariam, ad verum articulum mortis, non est necesse, ꝙ dicat supradicta verba, sed quod reseruet vnã Bullam pro hoc articulo, postquam illa, cum qua absoluit habuit suum effectum in articulo, in quo putauit moriturum, & non fuit mortuus, sic enim tenet Collector in compendio priuilegiorum Apostolicorum ordinum Mendicantium.

Nau. c. 26. n. 31. Cor. de indul. q. 38.

Habet in compendio tit. de indulgen. fol. 92.

11 Nona Cõcl. Talis indulgẽtia plenaria nõ dẽt cõcedi vsq; ad extremũ trãsitus, in quo sit probabile infirmum velle expirare, sed qñ iam videtur, quod nõ peccabit saltẽ mortaliter amplius, quia si concedit ante eam, & post infirmus pec-

peccet, non valebunt illi huiusmodi indulgentiæ ad pęnam peccatorum postea commissorum, vnde egebit alia satisfactione, quam forte in illo tempore non poterit facere; & sic oportebit illam soluere in purgatorio; debet tamen Confessarius habere magnam curam, & sollicitudinem, quia potest mors tã repente venire, vt non sit locus indulgentiæ.

12 Decima Conclus. Ille qui non potest confiteri in articulo mortis, habetur pro confesso ad effectum obtinendi, & fruendi indulgentijs, quas Bullæ concedunt contritis, & confessis; sic.n. tenent post Angelum, Caiet. & Nauarrus. Quod debet intelligi, si confiteatur interius, vt diximus in explicatione Bullæ Cruciatæ.

Caiet. 1. to. opusculorũ trac. 15. c. 10.

Nau. in c. in Leuitic. notabil 18.

Bul Gregorius XIII. anni Iubilęi ver. conf.

13 Vndecima Conclusio. Confessarius non debet imponere pęnitenti articulo mortis satisfactionem grauem ieiuniorum, aut aliorum operum pęnalium, sed solum aliquam paruam, declarans tamen illi quanta suis peccatis debeatur, & postquam non potest redimere ea cum operibus satisfactionis pęnalibus, curet adiuuari indulgentijs concessis faciens ex parte sua quãtum illi fuerit possibile, ne perdat fructum illarũ: quod si fuerit homo diues præcipiat in pęnitentiam, & satisfactionem, vt det aliquam eleemosynam, & hoc fiat statim non commisso hoc onere hæredibus, quia ipso mortuo potius recordabuntur suarum partitionũ, quam eleemosynarum, vt dicit Gallegus, discedẽs in hoc à Durando, qui tenet, quod nullam pęnam illi debet imponere. Denique pauperem, & diuitem debet monere Confessarius in simili casu ad satisfaciendum diuinæ iustitiæ, inquantum potuerint in hoc mundo, si Deus dederit eis salutem, & quod offerant Deo mortem, quę illis imminens est, & quod orent suos amicos, vt adiuuent illos ieiunijs, disciplinis, & orationibus, vt in hoc pauco tempore, quod illis remanet, proficiat multum.

Galleg. d' oblig. parochi tẽpore pestis, p. 2. nu. 99.

14 Duodecima Conclusio. Licet in articulo mortis possit quiuis Confessarius absoluere a quibusuis casibus reseruatis, non potest tamen commutare, nec dispensare in votis, aut iuramentis, nec potest dispensare in inhabilitate, aut irregularitate, quam infirmus habuerit ratione alicuius impedimenti, vt sunt incęstuosi ad petendum debitum: quia amplius conceditur in confessionibus articuli mortis illis, qui sunt in ipso, quã absolutio ab illis rebus, quæ possunt impedire ingressum Paradisi: at mori cum votis, iuramentis, & alijs huiusmodi impedimentis non impedit ingressum illius.

15 Decimatertia Conclusio. Sacerdos cum absoluerit eos, qui sunt in articulo mortis, moneat eos, vt accipiant Eucharistiam, & Extremam Vnctionem (si fuerit necessaria) cum magna pręparatione, & deuotione, & quod sint fortes in fide, & omnibus illis, quę prædicat Sancta Romana Ecclesia. Quod si habuerint aliquam tentationem circa aliquem articulum fidei, respondeãt, quod verificare hanc veritatem non pertinet ad eos, sed ad sapientes, & doctos ecclesiæ, sed quod illi credunt sicut semper credidere, aliasq; res habere in quibus debeant potius occupari. Quod si tententur, quomodo ipsi peccatores tam graues cum sint, velint comparere corã illo supremo Iudice, cui nihil abscondi potest, respondeant, quod confidũt multum in Christo eorum dilecto, cuius merita præbẽt valorem ad ingressum cęlorum illis, qui sui sunt, dicentes cum Apostolo confidente in Dei misericordia, Reposita est mihi corona iustitiæ: procuretque Confessarius, quòd amici, & cõsanguinei, qui sunt cum infirmo non tractent cum illo de rebus temporalibus, sed de bonis, quæ expectant eum, vt dicat hilaris cum Profeta: *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus*; sintq; eius cogitationes firmæ, & constantes illius cęlestis Ierusalem; tractentq; cum eo, quomodo sit derelictus à medicis, quia licet hæc monitio causet illi me-

lan-

lancholiam, & pœnam, nihil est si comparetur cum profectu spirituali, qui inde deducitur. Vnde Isaias desiderans salutem animæ infirmi Ezechiæ Regis dixit ei, *Prouide anima tua, quia cras morieris*: nemo enim potest dicere Lazaro infirmo mortali, hęc infirmitas non est ad mortem, nisi solus Christus: qui potuit illum suscitare, & sciebat, qđ erat illum suscitaturus.

16 Decimaquarta Conclusio. Quando pœnitens in hoc articulo positus nõ potest confiteri aliquod peccatum etiã in communi, non solum quiuis sacerdos potest illum absoluere à censuris, sed etiam absente sacerdote quiuis prima tonsura initiatus habet eandem authoritatem, secundum multorum opinionem allegatorum ab Hẽriquez, qui dicit sic practicari, & quod talis prima tonsura initiatus si non sit sacerdos, potest audire confessionem illius, non ad effectum absoluendi eum, sed ad concedendas indulgentias eius bullarum, qđ tanquam pium admittit Nau. licet Corduba reprobet hoc.

Henriq. lib. 3. de pęnit. c. 9. nu. 3.

Nau. de indulg. no. 30. n. 8. 9. & 14. Cord. li. 5. qq. 27. post oõ. clemẽ. 6.

17 Decimaquinta Conclusio. Postquã obierit homo, tenetur Confessarius dicere hæredibus, quod N. debebat tot ducatos, &c. & quod defũctus dixit illi, vt manifestaret illud post suam mortẽ, vt satisfiat partibus: quia hoc non est reuelare confessionem, cum pęnitens dederit licentiam ad illud, vt post S. Tho. tenet Nauarrus. Dixi, *tenetur ad hoc*, quod debet intelligi, si promiserit defuncto; quia si non promisisset illi, ipse defunctus quæsiuisset alium modum satisfaciendi, & ideò Confessarius potest rectè pręstare hoc verbum pęnitenti; nec est necesse quod dicat ei, vt communicet sibi hoc extra confessionem, vt maiori libertate possit manifestare, quia hoc esset infligere pęnam infirmo, qui cum doloribus, quos patitur, vix potest confiteri, pręterquam quòd potest accidere, vt nõ detur huic rei locus.

Nauarr. in ca. sacerdos. de pęnit. d. 6. an. 116.

18 Decimasexta Conclusio. Accedens Confessarius post mortem defuncti, informatusque, quod mortuus est excõmunicatus cum signis tamen contritionis, si habet authoritatem, potest illum absoluere ab excommunicatione; & notet, quod non quiuis sacerdos simplex, qui potest absoluere viuum in articulo mortis ab omnibus peccatis, censurisque, potest ipsummet post mortem absoluere ab excommunicatione, sed solum ille, qui secundum ius in vita existente in hoc periculo poterat absoluere ab illa, quæ absolutio valet, vt detur illi sepultura ecclesiastica, & fiant illi exequiæ, vt dicunt Rosella, & Nauar.

Rosella, verbo, absolutio, 3. §. 31. Nau. in Man. c. 26. n. 32.

De Confessario, quo ad eius potestatẽ, & iurisdictionem. Cap. LX.

SVMMARIVM.

An

An sit necesse, quod presbyteri confiteantur approbatis ab Ordinario, conclus. 5. num. 5.
An religiosi possint confiteri religiosis approbatis à prælatis sui ordinis, & an sufficiat, quod sint simplices sacerdotes, licet non sint deputati ad confessiones, concl. 6. nu. 6.
An Papa tollat in suis indultis consuetudines particulares locorum, & singularium personarum, ibid.
An peregrini possint confiteri cuicunque approbato ab Ordinario, vbi sunt, aut transeunt. concl. 7. nu. 7.
An Episcopus Salmantinus habeat authoritatem absoluendi à quibusuis peccatis, & dispensandi ab omnibus irregularitatibus, ibid in fine.

1 PRima Conclusio. Confessarius necessario debet esse sacerdos, quia per characterem sacerdotalem recipit iurisdictionem habitualé ad absoluendum, non recipit autem actualem, vsque quo ab ecclesia illi detur, quæ datur instituentibus Episcopis Confessarios ordinarios, aut delegatos, vt cum communi dicit Nauarrus. Verum est tamen, quod simplex sacerdos in articulo mortis potest absoluere à quocunque peccato mortali, vt dictum est supra, extra tamen articulum mortis nullus, qui non habeat iurisdictioné, potest absoluere à peccatis mortalibus, nisi sint confessa, vt resoluit Nauarrus contra alios qui tenent contrarium. Nau. in Manu. c. 4. nu. 1.

2 Secunda Conclusio. Vt sacerdos tàm sęcularis quàm regularis habeat iurisdictionem actualem, est necesse, vt sit approbatus ab Ordinario, vt ordinat dictum Concilium Tridentinum: nec sufficit quod sint DD. aut licentiati examinati, & approbati ab aliqua vniuersitate, licet sit Illustris: nec sufficit, quod Parochus det licentiam ad audiendũ oues suas, vt late probo, & explico in declaratione Bullæ Cruciatæ in §. 9. & notét Confessarij, quod non debent pręterire limitem suarum licentiarum, nisi per viam alicuius priuilegij apostolici ipsis sit concessa maior authoritas, quam ab Episcopis concedatur: quod si Episcopi concedãt authoritatem ad omnes suos casus, non videntur concedere illam ad omnes censuras: & quando concedunt eam excepto tali casu videntur concedere illam, ad reliquos casus reseruatos. Hinc videtur reijcienda opinio quædã Medinæ in sua summa, qui dans nimiã licentiam religiosis dicit, quod si pręlatus dixerit alicui religioso, *Ego concedo tibi omnem meam authoritatem*, per hæc verba sit visus concedere licentiam, vt possit absoluere alium religiosum non solum à peccato, quod commisit contra votum paupertatis faciens certam quandam donationem, sed etiã ad dispensandum vt valeat dicta donatio; nec aduertit Medina quandam regulam iuris dicentem, quòd in concessione generali non conceduntur illa, quæ ille non concederet in particulari, & sic tenet contra Medinam Frater Ludouicus Lopez, præcipuè si dicta donatio fuerit notabilis quantitatis, & valoris: qui aduertit, quod quando prælati suæ religionis concedunt dictam authoritatem secundum praxim, & vsum eius, solum concedunt licentiam absoluendi à casibus reseruatis, & ab excommunicationibus, & ab irregularitatibus, quæ ex delicto nascuntur, vt faciũt prælati in suis capitulis, & in nostro ordine idem puto obseruari. Med. in sum. fol. 254. p. 2. in lib. 2. cap. 1. ad med. Lop. in inst. consc. c. 27. col. 199.

3 Tertia Conclusio. Religiosi semel approbati, si fuerint priuati auditione confessionis occultè à suis prælatis, aut si dubitatur de tali priuatione; licet audientes cõfessiones peccent mortaliter, valent tamen confessiones ignorantiũ, qui bona fide prædictis confessi sunt, sic enim tenet Siluester. Et probatur; quia cum toleratur in suo officio, si publicaretur eius priuatio, esset confusio animarum dicere quod factæ confessiones essent inualidę. Hinc infert Medina, qd valent confessiones factæ alicui Confessario excommunicato, si publicè non est denuntiatus, aut non est publicus percussor clerici; propter quod reli- Silu. verbo confess. q. 1. nu. 15. Med. vbi supra fol. 39. p. 2.

religiosus apostata approbatus ignoranter ab Episcopo absoluens eius oues factus parochus, cum incedat in habitu clericali, peccat quidem mortaliter, valent tamen confessiones, nec debent iterari. Hinc infert secundo Medina, quod sacerdos, qui est suspensus, & irregularis, quia accepit ordinem, & celebrauit ante annos 25. si ignoranter approbetur ad confessiones; validæ erunt dictæ confessiones, quia eius irregularitas, & suspensio sunt occultæ, & erunt validę, licet esset publica suspensio, dummodo non sit nominatim suspensus seruata forma extrauagãtis, *Ad euitanda*, quia conclusio est multum verificata à Caietano, quod totum, quod fit in foro pęnitentiali per Confessarios ligatos aliquib. censuris ecclesiasticis, aut aliter impeditis, valet, si ignoretur impedimẽtum. Vnde infert Caietanus, quod absolutus ab aliquo Cõfessario legitimo, qui habet aliquod impedimentum occultum, quod si sciretur, impediret absolutionem, est vere absolutus coram Deo, & ecclesia; quam opinionem sequitur Aragon. Hocque debet teneri, licet Angles aliter sentiat dicens supradictum procedere, quando talis excommunicatus habuisset aliquod beneficiũ curatum, non autem si careat illo; qui deberet aduertere, quod in hoc casu fundamur in bona fide eorum, qui dicto Confessario confitentur vidente, aut consentiente Parocho ignorante eius impedimentum, quæ bona fides, & pia affectio non est bonum, quod perdatur, aut refringatur aliquo modo, respectu omnium Cõfessariorum propter vnum malum, & inobedientem. Videndus est Couarruuias, & Nauarrus. Verum est tamen, quod opinio Angles erit vera, quando ille, qui non habet beneficium parochiale, est publice suspensus, aut excommunicatus nominatim secundum tenorem dictæ extrauagantis, quia ab hoc nemo põt petere extra casum extremę necessitatis, vt audiat cõfessionem sine peccato mortali, quãuis talis sacerdos esset paratus audire alios, quia tũc cooperaretur peccato eius, vt dicetur in materia excõicationis; & in hoc casu esset confessio inualida, cum accedat pęnitens ad eam cũm complacentia peccati mortalis.

Caiet. verbo, absolutio.

Arag. 2. q.60.ar. 6.p.109. Anlg. in q.d cõf. p.317.

Cou. in c. alma mater, 1. p.§.6.n. 6. in 7. cõ. Nau. in Mar. c.9 n. 6. & 8.

4 Quarta Concl. Possunt Parochi approbati audire confessiones suarũ ouiũ inuenientes eas extra suã diœcesim, vt cũ Siluestro, & alijs teneo in explicatione Bullæ Cruciatę, §.9.nu.7. qui autem est approbatus pro vna parochia, non põt confessiones audire subditorum alterius parochiæ, nec approbatus ad aliquam villam seu oppidũ potest audire confessiones Madritij, aut in aliquo loco, aut ciuitate maritima vbi sunt negotiationes, & contractus; vt resoluit Gutier. in suis canonicis quæstionibus, qd puto ita verũ, vt licet pęnitẽs Madritanus, aut dicti loci maritimi habeat Bullã Cruciatæ, nõ possit nihilominus eligere in virtute eius dictũ Confessariũ, qa qñ dicta Bulla dicit, quod possit eligere Cõfessariũ approbatum ab Ordinario, hoc debet intelligi de approbato simpliciter & absolute: qd probatur, qa sicut clericus approbatus ab Episcopo ad confessiones solũ pro spatio vnius anni, quo transacto iubet, vt adeat eius præsentiam, non põt esse electus in virtute dictæ Bullæ finito dicto anno, quia habuit ab Ordinario limitatam iurisdictionem; sic qui est approbatus ad aliquam villam, quia eius personæ & vicini sunt simplicis vitæ sine negotiationibus & contractibus non potest esse electus ratione dictæ Bullæ à personis indifferenter, cũ habeat iurisdictionẽ limitatã, ita vt non esset data illi licentia nisi pro personis illius villæ. Et hinc etiã infero, qd approbatus ad confessiones audiendas hominum, quia est adolescens, non potest in virtute dictæ Bullæ audire confessiones mulierum si Episcopus iubeat, quod non audiat eas.

Gutt. in q. cano. c 27.nu. 18. & 19

5 Quinta Conclusio. Sacerdotes licet habeant curam animarum, non possunt confiteri nisi approbatis expresse, aut tacite ab Ordinario, vt determinatum

Concil. Trid. ses 23. c. 15. de reformat.

natum est in Concilio Tridentino. Dixi, *tacite*, quia parochi vicini clericis & parochis alterius Episcopatus possunt audiri ab illis, & econtra, si necessitas expostulet, quia id permittere videntur dicti Episcopi, & sic est positum in vsu.

Nau. in Man. c. 4. nu. 1. Angl in sum. q. de cōf. art. 8. d. 2. du. 4. p. 266.

6 Sexta Conclusio. Religiosi debent confiteri fratribus approbatis a suis p̄latis, licet non sint approbati ab ordinario, vt tenet Nauarrus, & Angles: atque addo, quod religiosi possunt confiteri alijs religiosis solum Confessarijs fratrum, licet sint distinctæ religionis, si habeant licentiam a suis prælatis, vt possint audiri à quibuscunque, aut priuilegium ad eligendum Confessarium. Dixi *solum Confessarijs fratrum*, quia nō sufficit, quod sit simplex sacerdos; & ratio est, quia licet Concilium Tridentinum non auferat consuetudinem antiquam, quam habebant regulares confitendi cum sacerdotibus non approbatis ab Ordinario, non concedit tamen eam, vt possint confiteri illis, qui nō habent licentiam saltem audiendi confessiones fratrum, quia numquam Papa in suis priuilegijs & indultis aufert cōsuetudines rationabiles, & statuta particularia locorum, & personarum singularium, si id expresse non dicat, quia huiusmodi consuetudines sunt de facto, & consistunt in facto, & sic rationabiliter potest eas ignorare sua Sanctitas, vt definitur in iure. Hinc infert Gaspar Parasellus minister generalis qui fuit fratrum minimorum homo & vitæ sāctitate, & bonis litteris conspicuus, qd in aliquibus capitulis generalibus sui ordinis fuit ordinatum, quod nullę mulieres in virtute cuiusuis priuilegij possint ingredi monasteria sui ordinis, si in dicto priuilegio non fuerit facta mētio illius ordinis minimorū, qui id prohibent: & ratio est, quia cum hæc prohibitio sit de facto, & cōsistat in facto, potest probabiliter Papa ignorare eā, & ideo non est suæ intentionis derogare illi. Notentque religiosi hanc doctrinam, quia in similibus casibus prodesse poterit. Itaque Papa non videtur derogare in suis decretis singularib. statutis religionum ordinata ad earum conseruationem: vnde concedens religiosis, quod non teneantur confiteri approbatis ab Ordinario, non videtur concedere, quod possint confiteri sacerdoti religioso simplici, siue eius religionis, siue alterius, quia hoc esset derogare laudabili consuetudini religionis, quæ prohibet sacerdotibus simplicibus audire confessiones fratrum.

Cap. 1. de cōst. l. 6. Parase. in suo com pen. §. 9 fol. 172.

7 Septima Conclusio. Peregrini, qui de licentia suorum parochorum committunt se peregrinationibus, possunt confiteri cuicumque approbato ab Ordinario: quia qui dat licentiam peregrinandi, etiam dat confitendi, cum non possint dicti peregrini commodè carere hac refectione. Et nota, quod peregre profectus cum licentia proprij Episcopi, licet possit eligere Confessarium, non potest tamen absolui à casibus ad illum reseruatis, quia, quando Episcopus dat expressam licentiam ad eligendum confessorem, talis licentia non extēditur ad absolutionem casuum reseruatorum, vt dicitur in iure; ergo potiori ratione debet procedere hoc in licentia tacita, vt contra Paludanum tenet Nauarrus. Hinc infertur, quod quando Prouinciales mittunt ad longum iter suos subditos, licet possint confiteri Confessariis idoneis, non possunt tamē absolui à casibus reseruatis, nisi habeāt ad hoc expressam licentiam, aut priuilegium, quo muniantur. Notaque, quod vagus, qui non habet vllibi domiciliū, potest confiteri cuicumque approbato ab ordinario, vbi inuenitur, vt resoluit Nauarrus. Estque notandum, quod scolastici huius vniuersitatis Salmanticensis possunt dispensari ab Episcopo Salmantino a quibuscumque irregularitatibus, & absolui ab omnibus peccatis, ac possunt reliqui subditi eius, vt obtinuit Magister Gallus à Pio V. missus à dicta vniuersitate pro negotiis grauibus, quamquam multi tenent, quod à iure concedebatur, vt est Henriquez: qui addit, quod circa Parochum, ad quem

Cap. 2. de pen. & re. l. 6

Nau. in cap. placuit. de pen d. 6 nu 63.

Nau vbi sup. nu. 80.

Enriqu. lib. 3. de pen. c. 8.

quem debent recurrere pro confessionibus, debent stare consuetudini, quæ habetur i dicta vniuersitate. Dicit etiã, quod peregrini possunt confiteri Parochis oppidorum, per quæ transeunt, licet non habeant expressam licentiam, quia sufficit tacita secundum consuetudinem.

In marg. litt. N.

Idẽ ibi. nu. 5.

De scientia Confessario necessaria. Cap. LXI.

SVMMARIVM.

Quam scientiam habere debeat Confessarius; & an dubius sua sufficientia possit audire confessiones Prælato iubente: & quid faciendum si est certus de sua insufficientia superiore præcipienti, vt audiat Confessiones. concl. 1. num. 1.

An Confessarius debeat scire distinguere inter peccatum mortale, & veniale. conclus. 2. num. 2.

An sit peccatum sine consensu, & quid excuset à peccato mortali. ibid.

An peccet mortaliter qui ignorat cum probabilitate, quod id, quod facit, est peccatum mortale, ibid.

An Confessarius v. g. Castellanus ignorans linguam Gallicam possit audire Gallum, & illum absoluere. conclus. 3. numero 3.

1 PRima Conclusio. Debet Confessarius habere sufficientem scientiam ad hoc tam sublime ministerium. Et vt auferantur scrupuli à nimis scrupulosis, & ponãtur illis, qui sunt nimis licentiosi, debet aduerti, quod debet scire omnia peccata, quæ communiter committuntur in omnibus statibus, & eorum circunstantias, quæ mutant speciem, & casus reseruatos, & qui habent annexam excommunicationem, aut restitutionem; & si audit confessiones clericorũ, oportet, vt sciat irregularitates, aut sufficit, quòd sciat dubitare in illis rebus, quas mediocriter eruditi bene intelligunt; vt sciat distinguere, vt bonus sacerdos Domini, inter lepram & lepram, idest inter peccatum mortale, & veniale, hæcque est sufficiens sciẽtia. Non egent autem tãta scientia, qui audiunt confessiones in oppidis, aut villis, quanta illi, qui in ciuitatibus, & locis negotiationum, & contractuum; nec egent tanta scientia, qui audiunt confessiones in locis, vbi sunt multi litteratũ studiosi, quos possunt consulere; sicut illi, qui confitentur in locis, vbi nullus est talium, cũ ibi, licet sciant dubitare, non habeant quo cum possint consulere, sic enim dicit Nauarrus, cũ communi. Notaque quòd quando prælatus iubet alicui, vt audiat confessiones, si sit dubius suæ sufficientiæ, potest licite obedire, si intelligit præcipi illi à prælato non ob humanos respectus, sed quia videtur illi, quod habet sufficientiã; si verò subdito tali constet non habere sufficientiam, quidquid sit, non debet obedire.

Naua. in Man. c. 4. nu. 2.

2 Secunda Conclusio. Tenetur Confessarius scire distinguere inter peccatum mortale, & veniale, ad cuius cognitionem notandæ sunt tres regulæ. Prima est, si materia est grauis, aut qui cõmittit, habet intentionem, quod sit materia grauis, vnde furtum quod fit, aut desideratur fieri graue damnum proximo, est peccatum mortale, at econtra faciens, aut intendens facere paruum damnum, erit solũ veniale, vt dicetur in materia furti. c. 147. n. 5. Secunda regula est, deliberatio & consensus facit, quod aliquod opus sit peccatum mortale, aut veniale, vt dicit D. Th. Nauarrus & Summistæ sequẽtes scolasticos. Exempli gratia; determinauit quis non facere opus inhonestum mortale, licet habeat multam occasionem, at delectatur cum deliberatione in cogitatione, quod faciat dictum opus, hic peccat mortaliter, si verò in hoc casu, & alijs similibus non sit deliberatio, sed solum delectatio inaduertenter non consentiendo ei perfecte, tunc propter defectum deliberationis, & consensus perfectio solum erit peccatum veniale.

D. Tho. in 2. qu. 74. art. 4. Nau. in Man. c. 11. n. 11. sum. ver cogitatio, & ver. delect. DD. in 2. d. 24.

Ter-

Tertia regula est, scire, aut debere scire, quod opus sit mortale, qui facit illud, peccat mortaliter; Si verò ignorat probabiliter, non est peccatum mortale, sed solum veniale. Hæc doctrina notetur multum, propter quam excusantur à multis culpis, qui faciunt aliquas res, quæ notoriæ non sunt prauæ, præcipue si fiant bona intentione, vt notat Alexander de Ales. S. Thom. lo. Maior & doctores communiter, & vt melius intelligatur hæc notabilis doctrina, ponam aliqua exempla. Quędam persona simplicis vitæ & moris dicit orans quādam deuotionem tot diebus continuis, & stans, credēs, quod nō recipiet eam rem, quam petit nisi hoc modo; hanc talem personam excusat eius simplicitas & ruditas à culpa mortali ante quā moneatur, quod sit mortale peccatum ponere efficaciam in illo modo. Secundum exemplum est pro scrupulosis. Quædam persona fatigatur scrupulis, in tantum vt omnia quę facit, putet, & figuretur illi esse peccatum mortale, & iudicare male de suis proximis, putans, quod consentit in his iudiciis: dicit eius Confessarius, quod in nulla re illarum est culpa mortalis, & aliquando nec venialis, & quod ideo contemnat ea; si ob hanc causam non confiteatur aliquod peccatum mortale, in quo adfuit consensus, ignorantia excusatur a peccato mortali, donec ignorat fuisse consensum.

Ales 2. p.q. 129 memb. 7. D.Th. 1.2.q.76 artic. 3. Maior i 4.d. 34. docto. i 2. d. 22.

3 Tertia Conclusio. Confessarius Castellanus, siue Lusitanus qui nescit nec callet linguam Gallicam, potest nihilominus audire, & absoluere Gallum, qui propria lingua loquens confitetur, licet hoc sit extra articulum mortis. Hanc conclusionem tenet contra Medinam, Ludouicus Lopez. Quā intelligit veram, quando Castellanus siue Lusitanus scit aliquid de dicta lingua Gallica, & aliquot peccata, licet non intelligat alia, si pœnitens non possit recurrere ad sacerdotem, qui intelligat linguam suam, & colligit per signa exteriora, quod habet præparationem necessariam ad recipiendum hoc sacramentum, quia in hoc casu videmus, quod hic Gallus non potest amplius facere, vt eius confessio sit integra, & idem dicendum est de æthiopibus rudibus linguæ nostræ nouiter baptizatis, à quibus vix potest intelligi verbum in confessione: quam opinionem teneo vt piam; opinionem autem Medinæ, qui loquens absolute, vt solet, dicit contrarium, nimis rigorosam censeo.

Med. in sum. li. 2. cap. 7. ad p. 4. Lopez i init. cōf. c. 27. n. 206.

De Confessarij prudentia, quam debet habere in audiendos Confessionibus. Cap. LXII.

SVMMARIVM.

Quod facere debeat Confessarius, antequā audiat confessiones. num. 1.

Quæ Confessarius debeat docere pęnitentem. num. 2.

An debeat Confessarius petere, si pęnitens examinauerit conscientiam suam, num. 3.

An aliquando possit absoluere pænitentem sine examine conscientiæ. ibid.

An confessarius debeat dimittere pęnitentes, qui non examinauerint conscientiā. ibidem.

An Confessarius debeat petere ante Confessionem, an pęnitēs sit impeditus, quin absolui possit. num. 4

An debeat Confessarius petere de statu pęnitentis, & an fecerit confessiones inualidas. num. 5

An Confessarius debeat petere à pęnitenti si habeat casum reseruatum, aut excommunicationem. num. 6.

Quomodo se geret Confessarius cum volente facere Confessionem generalem. numero 7.

Confessarius audiēs aliquod peccatum graue, & turpe quomodo se gerere debeat. num. 8.

Confessarius videns pœnitentem velle celare aliquod peccatum, quid facere debeat, num. 9.

bus, ad quas tenebatur, conclus. 15. numero 17.

An post mortem possit absoluere eum ab excommunicatione, concl. 16. num. 18.

1 VIso, quòd in articulo mortis obligat pręceptum confessionis, vt diximus, conuenit declarare, quid debeat obseruare Confessarius in administratione huius sacri in hoc puncto. Ad cuius explicationem debet notari primo, quòd loquendo in rigore, aliud est articulus mortis, & aliud periculum mortis; quia articulus mortis dicitur, quando quis est in transitu, aut ferè in eo, ita vt nulla sit spes vitæ, at periculum mortis dicitur, quando aliquis est in tali statu constitutus, vt timeat mortem siue certissimè, siue in dubio, siue procedat hoc periculum ab aliqua infirmitate, siue à nauigatione, siue à prælio periculoso, aut à peste vicina &c. aut quia mulier est in partu difficili, & angustioso. Bullæ autem, & Iubilęi aliquando concedunt indulgentias pro articulo mortis, aliquando pro periculo mortis; & sępe Iuristæ confundunt hos terminos accipientes vnum pro alio, vt dicit Sotus. Hoc tamen debet intelligi de periculo mortis, quòd probabiliter minatur, quod est idem ac articulus mortis, quia si minatur probabiliter, & actualiter, sicut quando quis ingreditur mare, aut bellum, tunc solum est periculũ mortis, non autem articulus. Ideo in hoc casu non potest dari absolutio, quę competit in articulo mortis, vt tenet Sotus, Couarruuias, & Canus post Syluest. & Panormitanus: quia cum hoc priuilegium sit ratione priuilegij, debet strictè interpretari, præcipuè in hoc negotio tam periculoso, sicut est absolutio sacramentalis, quæ sine iurisdictione est nulla, & quia ille, qui sine authoritate absoluit à casibus Bullæ cęnæ Domini, remanet excommunicatus.

So. in 4 d. 18. q. 4. ar. 4. f. 870. litera B.

Sot. vbi sup. Cou. in c. Alma mater, p. 2. §. 11. num. 8. f. 110. Can. de pę. f. 59. in impr. comp.

2 Secundo debet notari, quòd quando sua Sanctitas concedit facultatem ad verum articulum mortis, clarum est, q̃ intelligit de vero articulo mortis, non autem de præsumpto, quando vero absolutè concedit facultatem pro articulo mortis, vt concedit in Bulla Cruciatæ, intelligit de vero, & de præsumpto; & ratio est, quia quando lex nõ distinguit, non datur nobis licentia distinguendi donec aliud constet. Ideo datur extrema vnctio in vero, & in præsumpto articulo mortis absolutè cũ iubeatur dari in articulo mortis absolutè: hęc opinio est Gersonis, S. Antonini, & Gabrielis. Hoc supposito, conuenit ponere aliquas conclusiones ad instruendum Confessarium, qñ accedit ad audiendũ illum, qui est in articulo mortis.

Gerson. de absol. sacr. alphab. 33. Ant. 3. p. ti. §. 3. suppl. Gabr. in 4 d. 45. q. 4. ar. 3 dub. 4.

3 Prima Concl. Existente pęnitente in periculo mortis debet monere eum sacerdos, vt faciat testamentum clausum, & non expectet vsque ad ipsam horam mortis, quia tunc ipsius facie turbatur, huicque turbationi, & molestiæ adiungitur, quam inferunt filij, consanguinei &c. vnde notarius, & testes afferuntur ad libitum, vt intercedãt pro illis, & sic auferatur hæreditas illis, ad quos spectat, peccantibus ipsis in hoc cum obligatione restitutionis: verum est tamen, quod non est peccatũ rogare pro se ipso, aut alio, vt relinquat hæreditaté, vel legatum, dummodo fiat sine importunatione: debet etiam monere illum, vt statim post confessionem, faciat testamentum procurãs esse in Dei gratia, vt sic mereatur in omnibus, quę ordinauerit pro anima sua, & satisfaciat etiã pro suis peccatis, vt cum Doctoribus communiter tradit Nauarrus; audiensque hunc infirmum moneat illum, vt declaret in testamento æs alienum, quod habet, vt soluatur statim, & si fuerit possibile faciat, vt soluat illud tunc, non relinquens hæredibus, nec ecclesijs, quod suum non est; debita autem personis ignotis relinquat pauperibus distribuẽda, & per consequens hospitalibus, monasterijs, ecclesijs, in quantum sint pauperes, vt consuluit Nauarrus.

Nau. in cap. 1. in prin. nu. 46. de pęnit. & remiss. ct. 6.

Nau. in Man. c. 26. n. 38.

4 Secunda Conclusio. In articulo mortis vero, aut præsumpto quiuis sacerdos Catholicus, licet sit excommunicatus,

inter-

inter dictus, suspensus, denuntiatus, vt talis, potest absoluere, quia licet communis erat in contrarium ante Concil. Trid. quantum ad sacerdotem ligatũ aliqua censura ecclesiastica, nunc post ipsum debet teneri, quod diximus in conclusione, vt resoluit Nauar. Notaq; quod idẽ debet dici de sacerdote schismatico, sed non hæretico, vt late tradit Nauar. prædictus. Nota item, quod si aliquis præsente Episcopo, aut Parocho, & docto, & Catholico confitetur schismatico, aut hæretico, debet haberi suspectus in fide; & si confitetur excommunicato præsente alio idoneo, peccat, cum fiat particeps eius sine necessitate: vnde opinio, quæ dicit licere pęnitenti inuitare, & inducere excommunicatum, aut hæreticum, vt administret sacramenta illi in hoc articulo, debet intelligi non præsente alio nõ impedito, qui possit, & velit digne administrare sacramenta, vt allegans multos resoluit Henriquez, qui dicit, quod non existente alio Confessore, si quis confiteatur excommunicato, aut hæretico non timens aliquod periculum in fide, valet absolutio.

Nau. in Man. c. 26. n. 26 & c. 27. nn. 272. Cõc. Tr. sess. 14. cap. 14. Nau. in cap. 1. in princ. de pęnit. & rem. nu. 72. Hẽriq. l. 3. de pęnit. c. 11 nu. 2.

5 Tertia Conclusio. Absolutus à quocunq; sacerdote simplici in hoc articulo à quocunque peccato reseruato nõ tenetur postea confiteri iterum illi, qui extra hunc articulum habebat authoritatem absoluendi; verum est tamen, qđ talis absolutus si fuit solutus ab aliqua excommunicatione, & non satisfacit parti, liberatus ab hoc periculo tenetur se præsentare Iudici. Nota ẽt, quod qñ dicitur, quod quiuis sacerdos simplex potest absoluere illum, qui est in articulo mortis, debet intelligi non præsente alio legitimo, aut proprio Confessario eiusdem pęnitentis; sic enim dicit Nau. & tenet Alcocer. Verũ tñ est, quod idẽ Nauar. mutans in alio loco opinionẽ suam, dicit quod viso Concil. Trid. pôt quicunque sacerdos absoluere illum, qui est in articulo mortis, etiam, si eius parochus sit pręsens, aut superior, etiã à casibus reseruatis; q̃ opinionẽ sequor libenter, propter consolationem animæ positæ ĩ hoc periculo, & statu afflictiuo.

Nau. vbi supr. Alcocer in sum. c. 9 concl. 1. Nau. l. 5 consil. tit. de pęn. et rem.

6 Quarta Conclusio. Si Confessarius intelligat aliquod peccatum existentis in periculo mortis, licet sit veniale, absoluat illum, ne moriatur pęnitens sine absolutione, & cõdemnetur, si forte solum habebat attritionem suorum peccatorum: minusque inconueniens est decipi Confessarium, qui credit esse hominem in transitu, sicque dare illi absolutionem, Eucharistiam, & extremã vnctionem, quam credens, quod poterit confiteri omnia peccata ad se rediens, & sic moriatur sine his sacramentis, quæ non recipiens poterit condemnari, sic enim tenet Medina, Alcocer.

Alcocer in sum. c. 11. fol. 38. Med. in sum. fol. 455. pag. 2.

7 Quinta Conclusio. Si aliquis incipit confessionem quodam die existens in articulo mortis, & quia non potest progredi ratione grauitatis accidentis, ideoque petit, vt differatur verbi gratia ad serum, Confessarius non debet admittere hoc; & si forte admittat, infirmusque interim amittat vsum rationis, potest illum absoluere, licet non cõfiteatur plura peccata, sic enim tenet Sotus, Nauarrus, & Chaues: ratioquẽ est, quia iam hic sacerdos habet materiam, cui potest applicare formam sacramenti; nec potest dici hæc confessio diminuta cum non fuerit completa, nõ ratione pęnitentis, sed grauitate infirmitatis: quod si æger sit iam in transitu extremo sufficit, quod sacerdos dicat ei cum festinatione debita, Absoluo te, qđ est essentiale formæ sacramẽtalis.

Sot. in 4 d. 18. q. 2. ar. 5. Nau. in man. c. 26. n. 26. & 28. Chaues de sacr. qu. 164. & 165.

8 Sexta Concl. Qui absoluit aliquem existentem in articulo mortis, qui non sit confessus aliquod peccatum in particulari, peccat mortaliter, vt tenet Nauarrus secundum cõem opinionem; secundum ẽt opinionem hominum grauium, & Doctorum non debet condemnari sacerdos, qui absoluit aliquem existentem in articulo mortis, si ostendat solum signa cõtritionis, quam opinionem sequitur Corduba respondens argumentis factis in contrarium, & Alcocer dicit esse bonum, vt absoluat eũ,

Naua. in man. c. 26. n. 27 & c. 27. nu. 269. Cor. de indul. q. 39. Alcocer. vbi sup. f. 37

quia

quia in hoc faciendo nullum est peccatum mortale sequendo hanc opinionem: & eger in receptione huius sacramenti, si possit absolui, de attrito fiet cõtritus, & obtinebit gratiam, quã prius non habebat: & qui habuerint scrupulum vtendi hac opinione absoluant infirmum conditionaliter dicentes, Si habes peccata ego te absoluo, cum hoc modo possint absoluere, vt noto in explicatione Bullæ Cruciatæ. Aduertant tamen, quod non possunt absoluere hoc modo, Si es capax, ego te absoluo, cum hæc absolutio non cadat super debitam materiam, quia nullum peccatum, nec in particulari, nec in generali confessum supponit formam talis absolutionis, quod quidem supponitur à forma alterius absolutionis, Si forte habes peccata, ego te absoluo, in qua supponitur, quod aliqua signa peccati monstrauit infirmus, vt notat Caietan.

Habetur in Bulla Cruciatæ. §. 9. nu. 41. in fin.

Caiet. verb. ab sol. peccatorũ. cap. 5.

9 Septima Conclusio. Ille qui potest absoluere a censuris, & peccatis illum, qui est in articulo mortis, potest etiam concedere illi indulgentias, & gratias, quas potest obtinere in virtute bullarum quas habet; sic enim tenet Sotus, & Nauarrus, quia remissa culpa per pœnitentiam, remittitur etiam pęna debita culpæ virtute indulgentiarum. Inde debet Cõfessarius interrogare infirmum, an habeat Bullam, & si habuerit, & fuerit possibile inspicere eam vel eas, videat quid sibi concedatur, vt idem concedat dicens infirmo, vt cum deuotione petat hanc gratiam tam altam a Domino, consolans illum multũ hoc diuino fauore: & quidem, quia non interrogant Confessarij huiusmodi res infirmos, fit vt multi moriantur cum multis bullis, & nullis gaudeant indulgentijs. Debent etiam Confessarij monere, vt præcipiant, vt sumantur Bullæ pro eorum animabus nunc, quando putant esse amici Dei. Primo, quia eorum hæredes post ipsorũ mortem licet habeant præceptum, obliuiscentur. Secundo, quia si illi capiant dictas Bullas existentes in peccato mortali; est magnum dubium, si valebunt ipsis, quod si ipsi præcipiant, vt capiãtur, donec ipsi existunt in gratia Dei, vt pręsumitur, licet consanguinei, & hæredes non sint in ea, valebunt illi, vt diximus in explicatione Bullæ Cruciatæ defunctorum in fine eius.

Soto in 4. d. 18. q. 2. ar. 2. Nau. in Man. ca. 26. nu. 7.

10 Octaua Conclusio. Infirmus, qui fit gauisus suis Bullis in articulo mortis, in virtute quarum fuit iam absolutus plenariè, in alio articulo simili non potest illis gaudere, nisi forte Confessarius dixerit absoluens eum, si ab hac infirmitate, qua detineris, Deus te liberabit, sit tibi reseruata hæc indulgẽtia ad verum articulum mortis. Quod poterit facere, si Papa id iusserit, dici in fine absolutionis, vt notat Nauarrus, & Cordub. ob quod, licet in Bullis antiquis iubebantur dici hæc verba in fine plenariæ absolutionis, nunc in Bullis publicatis ab anno 1590. nõ datur hęc licentia, quia in Bulla plumbea non conceditur, vt tractans hanc rem mecum licentiatus Ludouicus Maldonatus aduocatus fisci sanctæ Cruciatæ, rectissimusque Iudex cæterorum officiorum, quibus hucusque eum occupauit Regia maiestas, dixit fuisse resolutum in consilio Cruciatę. Itaque est necesse, vt Confessarius inspiciat formam concessionis in dicta Bulla existentem. Aduertoque, quod si infirmus habuerit multas bullas, quæ concedant illi indulgentiam plenariam, ad verum articulum mortis, non est necesse, ꝙ dicat supradicta verba, sed quod reseruet vnã Bullam pro hoc articulo, postquam illa, cum qua absoluit habuit suum effectum in articulo, in quo putauit moriturum, & non fuit mortuus, sic enim tenet Collector in compendio priuilegiorum Apostolicorum ordinum Mendicantium.

Nau. d. 26. n. 31. Cor. de indul. q. 38.

Habet in compendio tit. de indulgen. fol. 92.

11 Nona Cõcl. Talis indulgẽtia plenaria nõ dẽt cõcedi vsq; ad extremũ trãsitus, in quo sit probabile infirmum velle expirare, sed qñ iam videtur, quod nõ peccabit saltẽ mortaliter amplius, quia si concedit ante eam, & post infirmus

pec-

peccet, non valebunt illi huiusmodi indulgentiæ ad pœnam peccatorum postea commissorum, vnde egebit alia satisfactione, quam forte in illo tempore non poterit facere; & sic oportebit illam soluere in purgatorio; debet tamen Confessarius habere magnam curam, & sollicitudinem, quia potest mors tã repente venire, vt non sit locus indulgentiæ.

12 Decima Conclus. Ille qui non potest confiteri in articulo mortis, habetur pro confesso ad effectum obtinendi, & fruendi indulgentijs, quas Bullæ concedunt contritis, & confessis; sic.n. tenent post Angelum, Caiet. & Nauarrus. Quod debet intelligi, si confiteatur interius, vt diximus in explicatione Bullæ Cruciatæ.

Caiet. 1. to. opusculorũ trac. 15. c. 10.

13 Vndecima Conclusio. Confessarius non debet imponere pœnitenti articulo mortis satisfactionem grauem ieiuniorum, aut aliorum operum pœnalium, sed solum aliquam paruam, declarans tamen illi quanta suis peccatis debeatur, & postquam non potest redimere ea cum operibus satisfactorijs pœnalibus, curet adiuuari indulgentijs concessis faciens ex parte sua quãtum illi fuerit possibile, ne perdat fructum illarũ: quod si fuerit homo diues præcipiat in pœnitentiam, & satisfactionem, vt det aliquam eleemosynam, & hoc fiat statim non commisso hoc onere hæredibus, quia ipso mortuo potius recordabuntur suarum partitionũ, quam eleemosynarum, vt dicit Gallegus, discedẽs in hoc à Durando, qui tenet, quod nullam pœnam illi debet imponere. Denique pauperem, & diuitem debet monere Confessarius in simili casu ad satisfaciendum diuinæ iustitiæ, inquantum potuerint in hoc mundo, si Deus dederit eis salutem, & quod offerant Deo mortem, quę illis imminens est, & quod orent suos amicos, vt adiuuent illos ieiunijs, disciplinis, & orationibus, vt in hoc pauco tempore, quod illis remanet, proficiat multum.

Nau. in c. in Leuitic. notabil 18. Bul Gregorius XIII. anni Iubilęi ver. conf.

Galleg. d' eblig. parochi tẽpore pestis, p. 2. nu. 99.

14 Duodecima Conclusio. Licet in articulo mortis possit quiuis Confessarius absoluere a quibusuis casibus reseruatis, non potest tamen commutare, nec dispensare in votis, aut iuramentis, nec potest dispensare in inhabilitate, aut irregularitate, quam infirmus habuerit ratione alicuius impedimenti, vt sunt incestuosi ad petendum debitum: quia amplius conceditur in confessionibus articuli mortis illis, qui sunt in ipso, quã absolutio ab illis rebus, quæ possunt impedire ingressum Paradisi: at mori cum votis, iuramentis, & alijs huiusmodi impedimentis non impedit ingressum illius.

15 Decimatertia Conclusio. Sacerdos cum absoluerit eos, qui sunt in articulo mortis, moneat eos, vt accipiant Eucharistiam, & Extremam Vnctionem (si fuerit necessaria) cum magna pręparatione, & deuotione, & quod sint fortes in fide, & omnibus illis, quę prædicat Sancta Romana Ecclesia. Quod si habuerint aliquam tentationem circa aliquem articulum fidei, respondeãt, quod verificare hanc veritatem non pertinet ad eos, sed ad sapientes, & doctos ecclesiæ, sed quod illi credunt sicut semper credidere, aliasq; res habere in quibus debeant potius occupari. Quod si tententur, quomodo ipsi peccatores tam graues cum sint, velint comparere corã illo supremo Iudice, cui nihil abscondi potest, respondeant, quod confidũt multum in Christo eorum dilecto, cuius merita præbẽt valorem ad ingressum cęlorum illis, qui sui sunt, dicentes cum Apostolo confidente in Dei misericordia, Reposita est mihi corona iustitiæ: procuretque Confessarius, quod amici, & cõsanguinei, qui sunt cum infirmo non tractent cum illo de rebus temporalibus, sed de bonis, quæ expectant eum, vt dicat hilaris cum Profeta: Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus; sintq; eius cogitationes firmæ, & constantes illius cęlestis Ierusalem; tractentq; cum eo, quomodo sit derelictus à medicis, quia licet hæc monitio causet illi melan-

lancholiam, & pęnam, nihil est si comparetur cum profectu spirituali, qui inde deducitur. Vnde Isaias desiderans salutem animæ infirmi Ezechiæ Regis dixit ei, *Prouide animæ tuæ, quia cras morieris*: nemo enim potest dicere Lazaro infirmo mortali, hęc infirmitas non est ad mortem, nisi solus Christus: qui potuit illum suscitare, & sciebat, qđ erat illum suscitaturus.

16 Decimaquarta Conclusio. Quando pœnitens in hoc articulo positus nō potest confiteri aliquod peccatum etiā in communi, non solum quiuis sacerdos potest illum absoluere à censuris, sed etiam absente sacerdote quiuis prima tonsura initiatus habet eandem authoritatem, secundum multorum opinionem allegatorum ab Hēriquez, qui dicit sic practicari, & quod talis prima tonsura initiatus si non sit sacerdos, potest audire confessionem illius, non ad effectum absoluendi eum, sed ad concedendas indulgentias eius bullarum, qđ tanquam pium admittit Nau. licet Corduba reprobet hoc.

Henriq. lib. 3. de pęnit. c. 9. nu. 3.

Nau. de indulg. no. 30 n. 8. 9. & 14. Cord. li. 5. qq. 17. post oō. clemē. 6.

17 Decimaquinta Conclusio. Postquā obierit homo, tenetur Confessarius dicere hæredibus, quod N. debebat tot ducatos, &c. & quod defūctus dixit illi, vt manifestaret illud post suam mortē, vt satisfiat partibus: quia hoc non est reuelare confessionem, cum pęnitens dederit licentiam ad illud, vt post S. Tho. tenet Nauarrus. Dixi, *tenetur ad hoc*, quod debet intelligi, si promiserit defuncto; quia si non promisisset illi, ipse defunctus quæsiuisset alium modum satisfaciendi, & ideò Confessarius potest rectè pręstare hoc verbum pęnitenti; nec est necesse quod dicat ei, vt communicet sibi hoc extra confessionem, vt maiori libertate possit manifestare, quia hoc esset infligere pęnam infirmo, qui cum doloribus, quos patitur, vix potest confiteri, pręterquam quòd potest accidere, vt nō detur huic rei locus.

Nauarr. in ca. sacerdos. de pęnit. d. 6. an. 116.

18 Decimasexta Conclusio. Accedens Confessarius post mortem defuncti, informatusque, quod mortuus est excōmunicatus cum signis tamen contritionis, si habet authoritatem, potest illum absoluere ab excommunicatione; & notet, quod non quiuis sacerdos simplex, qui potest absoluere viuum in articulo mortis ab omnibus peccatis, censurisque, potest ipsummet post mortem absoluere ab excommunicatione, sed solum ille, qui secundum ius in vita existente in hoc periculo poterat absoluere ab illa, quæ absolutio valet, vt detur illi sepultura ecclesiastica, & fiant illi exequiæ, vt dicunt Rosella, & Nauar.

Rosella, verbo, absolutio, 3. §. 31. Nau. in Man. c. 26. n. 31.

De Confessario, quo ad eius potestatē, & iurisdictionem. Cap. LX.

SVMMARIVM.

An Confessarius necessario debeat esse sacerdos approbatus ab Ordinario, concl. 1. & 2. num. 1. & 2.

An sit necesse, quod DD. & licentiati examinentur ab Ordinario, vt possint audire confessiones, ibid.

An concedens Episcopus authoritatem ad omnes suos casus, videatur, concedere ad censuras, ibid.

An concedens prelatus cuidam religioso totam suam authoritatem videatur cōcedere illi licentiam, ad ratificandam donationem, quam fecit subditus, ibid.

An Confessores regulares approbati ab ordinario cum sint priuati a suis prælatis ab hoc ministerio, aut propter aliqđ impedimentum censuræ ecclesiasticæ, possint audire cōfessiones, & idem queritur de Confessariis secularibus impeditis aliqua censura concl. 2. nu. 3.

An possint parochi audire confessiones suorum subditorum inuenientes eos extra suam diœcesim, concl. 4. nu. 4.

An qui est approbatus pro vna parochia possit audire confessiones alterius parochiæ subditorum; & an qui est approbatus pro aliqua villa possit audire in ciuitate; & an qui est approbatus ad audiendos homines possit audire mulieres ibid.

An

An sit necesse, quod presbyteri confiteantur approbatis ab Ordinario, conclus. 5. num. 5.
An religiosi possint confiteri religiosis approbatis à prælatis sui ordinis, & an sufficiat, quod sint simplices sacerdotes, licet non sint deputati ad confessiones, concl. 6. nu. 6.
An Papa tollat in suis indultis consuetudines particulares locorum, & singularium personarum, ibid.
An peregrini possint confiteri cuicunque approbato ab Ordinario, vbi sunt, aut transeunt, concl. 7. nu. 7.
An Episcopus Salmantinus habeat authoritatem absoluendi à quibusuis peccatis, & dispensandi ab omnibus irregularitatibus, ibid in fine.

1 PRima Conclusio. Confessarius necessario debet esse sacerdos, quia per characterem sacerdotalem recipit iurisdictionem habitualē ad absoluendum, non recipit autem actualem, vsque quo ab ecclesia illi detur, quæ datur instituentibus Episcopis Confessarios ordinarios, aut delegatos, vt cum communi dicit Nauarrus. Verum est tamen, quod simplex sacerdos in articulo mortis potest absoluere à quocunque peccato mortali, vt dictum est supra, extra tamen articulum mortis nullus, qui non habeat iurisdictionē, potest absoluere à peccatis mortalibus, nisi sint confessa, vt resoluit Nauarrus contra alios qui tenent contrarium.

Nau. in Manu. c. 4. nu. 1.

2 Secunda Conclusio. Vt sacerdos tàm sęcularis quàm regularis habeat iurisdictionem actualem, est necesse, vt sit approbatus ab Ordinario, vt ordinat dictum Concilium Tridentinum: nec sufficit quod sint DD. aut licentiati examinati, & approbati ab aliqua vniuersitate, licet sit Illustris: nec sufficit, quod Parochus det licentiam ad audiendū oues suas, vt late probo, & explico in declaratione Bullæ Cruciatæ in §. 9. & notēt Confessarij, quod non debent pręterire limitem suarum licentiarum, nisi per viam alicuius priuilegij apostolici ipsis sit concessa maior authoritas, quam ab Episcopis concedatur: quod si Episcopi concedāt authoritatem ad omnes suos casus, non videntur concedere illam ad omnes censuras: & quando concedunt eam excepto tali casu videntur concedere illam, ad reliquos casus reseruatos. Hinc videtur reijcienda opinio quædā Medinæ in sua summa, qui dans nimiā licentiam religiosis dicit, quod si pręlatus dixerit alicui religioso, *Ego concedo tibi omnem meam authoritatem*, per hæc verba sit visus concedere licentiam, vt possit absoluere alium religiosum non solum à peccato, quod commisit contra votum paupertatis faciens certam quandam donationem, sed etiā ad dispensandum vt valeat dicta donatio; nec aduertit Medina quandam regulam iuris dicentem, quòd in concessione generali non conceduntur illa, quæ ille non concederet in particulari, & sic tenet contra Medinam Frater Ludouicus Lopez, præcipuè si dicta donatio fuerit notabilis quantitatis, & valoris: qui aduertit, quod quando prælati suæ religionis concedunt dictam authoritatem secundum praxim, & vsum eius, solum concedunt licentiam absoluendi à casibus reseruatis, & ab excommunicationibus, & ab irregularitatibus, quæ ex delicto nascuntur, vt faciūt prælati in suis capitulis, & in nostro ordine idem puto obseruari.

Med. in sum. fol. 254. p. 2. in lib. 2. cap. 1. ad med.

Lop. in inst. con sc. c. 27. col. 199.

3 Tertia Conclusio. Religiosi semel approbati, si fuerint priuati auditione confessionis occultè à suis prælatis, aut si dubitatur de tali priuatione, licet audientes cōfessiones peccent mortaliter, valent tamen confessiones ignorantiū, qui bona fide prædictis confessi sunt, sic enim tenet Siluester. Et probatur; quia cum toleratur in suo officio, si publicaretur eius priuatio, esset confusio animarum dicere quod factæ confessiones essent inualidę. Hinc infert Medina, qd valent confessiones factæ alicui Confessario excommunicato, si publice non est denuntiatus, aut non est publicus percussor clerici; propter quod reli-

Silu. verbo confes. q. 1. nu. 15.

Med. vbi supra fol. 39. p. 2.

religiosus apostata approbatus ignoranter ab Episcopo absoluens eius oues factus parochus, cum incedat in habitu clericali, peccat quidem mortaliter, valent tamen confessiones, nec debent iterari. Hinc infert secundo Medina, quod sacerdos, qui est suspensus, & irregularis, quia accepit ordinem, & celebrauit ante annos 25. si ignoranter approbetur ad confessiones; validæ erunt dictæ confessiones, quia eius irregularitas, & suspensio sunt occultæ, & erunt validę, licet esset publica suspensio, dum modo non sit nominatim suspensus seruata forma extrauagãtis, *Ad euitanda*, quia conclusio est multum verificata à Caietano, quod totum, quod fit in foro pęnitentiali per Confessarios ligatos aliquib. censuris ecclesiasticis, aut aliter impeditis, valet, si ignoretur impedimẽtum. Vnde infert Caietanus, quod absolutus ab aliquo Cõfessario legitimo, qui habet aliquod impedimentum occultum, quod si sciretur, impediret absolutionem, est vere absolutus coram Deo, & ecclesia; quam opinionem sequitur Aragon. Hocque debet teneri, licet Angles aliter sentiat dicens supradictum procedere, quando talis excommunicatus habuisset aliquod beneficiũ curatum, non autem si careat illo; qui deberet aduertere, quod in hoc casu fundamur in bona fide eorum, qui dicto Confessario confitentur vidente, aut consentiente Parocho ignorante eius impedimentum, quæ bona fides, & pia affectio non est bonum, quod perdatur, aut refringatur aliquo modo, respectu omnium Cõfessariorum propter vnum malum, & inobedientem. Videndus est Couarruuias, & Nauarrus. Verum est tamen, quod opinio Angles erit vera, quando ille, qui non habet beneficium parochiale, est publice suspensus, aut excommunicatus nominatim secundum tenorem dictæ extrauagantis, quia ab hoc nemo põt petere extra casum extremę necessitatis, vt audiat cõfessionem sine peccato mortali, quãuis talis sacerdos esset paratus audire alios, quia tũc cooperaretur peccato eius, vt dicetur in materia excõicationis; & in hoc casu esset confessio inualida, cum accedat pęnitens ad eam cum complacentia peccati mortalis.

Caiet. verbo, absolutio.

Arag. 2. q.60. ar. 6. p.109. Anlg. in q. d cõf. p.317.

Cou. in c. alma mater, 1. p. §.6. n. 6. in 7. cõ. Nau. in Mar. c.9 n. 6. & 8.

4 Quarta Concl. Possunt Parochi approbati audire confessiones suarũ ouiũ inuenientes eas extra suã diœcesim, vt cũ Siluestro, & alijs teneo in explicatione Bullæ Cruciatę, §.9. nu.7. qui autem est approbatus pro vna parochia, non põt confessiones audire subditorum alterius parochiæ, nec approbatus ad aliquam villam seu oppidũ potest audire confessiones Madriti, aut in aliquo loco, aut ciuitate maritima vbi sunt negotiationes, & contractus; vt resoluit Gutier. in suis canonicis quæstionibus, qd puto ita verũ, vt licet pęnitẽs Madritanus, aut dicti loci maritimi habeat Bullã Cruciatæ, nõ possit nihilominus eligere in virtute eius dictũ Confessariũ, q̃a q̃n dicta Bulla dicit, quod possit eligere Cõfessariũ approbatum ab Ordinario, hoc debet intelligi de approbato simpliciter & absolute: qd probatur, q̃a sicut clericus approbatus ab Episcopo ad confessiones solũ pro spatio vnius anni, quo transacto iubet, vt adeat eius præsentiam, non põt esse electus in virtute dictæ Bullæ finito dicto anno, quia habuit ab Ordinario limitatam iurisdictionem; sic qui est approbatus ad aliquam villam, quia eius personæ & vicini sunt simplicis vitæ sine negotiationibus & contractibus non potest esse electus ratione dictæ Bullæ à personis indifferenter, cũ habeat iurisdictionẽ limitatã, ita vt non esset data illi licentia nisi pro personis illius villæ. Et hinc etiã infero, qd approbatus ad confessiones audiendas hominum, quia est adolescens, non potest in virtute dictæ Bullæ audire confessiones mulierum si Episcopus iubeat, quod non audiat eas.

Gutt. in q. cano. c 27. nu. 18. & 19

5 Quinta Conclusio. Sacerdotes licet habeant curam animarum, non possunt confiteri nisi approbatis expresse, aut tacite ab Ordinario, vt determinatum

Concil. Trid. sess. 23. c. 15. de reformat.

natum est in Concilio Tridentino. Dixi, *tacite*, quia parochi vicini clericis & parochis alterius Episcopatus possunt audiri ab illis, & econtra, si necessitas expostulet, quia id permittere videntur dicti Episcopi, & sic est positum in vsu.

Nau. in Man. c. 4 nu. 2. Angl in sum. q. de cōf. art. 8. d. 2. nu 4. p. 266.

6 Sexta Conclusio. Religiosi debent confiteri fratribus approbatis a suis prælatis, licet non sint approbati ab ordinario, vt tenet Nauarrus, & Angles: atque addo, quod religiosi possunt confiteri alijs religiosis solum Confessarijs fratrum, licet sint distinctæ religionis, si habeant licentiam a suis prælatis, vt possint audiri à quibuscunque, aut priuilegium ad eligendum Confessarium. Dixi *solum Confessarijs fratrum*, quia nō sufficit, quod sit simplex sacerdos: & ratio est, quia licet Concilium Tridentinum non auferat consuetudinem antiquam, quam habebant regulares confitendi cum sacerdotibus non approbatis ab Ordinario, non concedit tamen eam, vt possint confiteri illis, qui nō habent licentiam saltem audiendi confessiones fratrum, quia numquam Papa in suis priuilegijs & indultis aufert cōsuetudines rationabiles, & statuta particularia locorum, & personarum singularium, si id expresse non dicat, quia huiusmodi consuetudines sunt de facto, & consistunt in facto, & sic rationabiliter potest eas ignorare sua Sanctitas, vt definitur in iure.

Cap. 1. de cōst. l. 6. Parase. in suo com pen. §. 9 fol. 172.

Hinc infert Gaspar Parasellus minister generalis qui fuit fratrum minimorum homo & vitæ sāctitate, & bonis litteris conspicuus, qđ in aliquibus capitulis generalibus sui ordinis fuit ordinatum, quod nullę mulieres in virtute cuiussuis priuilegij possint ingredi monasteria sui ordinis, si in dicto priuilegio non fuerit facta mētio illius ordinis minimorū, qui id prohibent: & ratio est, quia cum hæc prohibitio sit de facto, & cōsistat in facto, potest probabiliter Papa ignorare eā, & ideo non est suæ intentionis derogare illi. Notentque religiosi hanc doctrinam, quia in similibus casibus prodesse poterit. Itaque Papa non videtur derogare in suis decretis singularib. statutis religionum ordinata ad earum conseruationem: vnde concedens religiosis, quod non teneantur confiteri approbatis ab Ordinario, non videtur concedere, quod possint confiteri sacerdoti religioso simplici, siue eius religionis, siue alterius, quia hoc esset derogare laudabili consuetudini religionis, quæ prohibet sacerdotibus simplicibus audire confessiones fratrum.

7 Septima Conclusio. Peregrini, qui de licentia suorum parochorum committunt se peregrinationibus, possunt confiteri cuicumque approbato ab Ordinario: quia qui dat licentiam peregrinandi, etiam dat confitendi, cum non possint dicti peregrini commodè carere hac refectione. Et nota, quod peregre profectus cum licentia proprij Episcopi, licet possit eligere Confessarium, non potest tamen absolui à casibus ad illum reseruatis, quia, quando Episcopus dat expressam licentiam ad eligendum confessorem, talis licentia non extēditur ad absolutionem casuum reseruatorum, vt dicitur in iure; ergo potiori ratione debet procedere hoc in licentia tacita, vt contra Paludanum tenet Nauarrus.

Cap. 2. de pen. & re. l. 6

Hinc infertur, quod quando Prouinciales mittunt ad longum iter suos subditos, licet possint confiteri Confessariis idoneis, non possunt tamē absolui à casibus reseruatis, nisi habeāt ad hoc expressam licentiam, aut priuilegium, quo muniantur.

Nau. in cap. placuit. de pen d. 6 nu 63.

Notaque, quod vagus, qui non habet vllibi domiciliū, potest confiteri cuicumque approbato ab ordinario, vbi inuenitur, vt resoluit Nauarrus. Estque notandum, quod scolastici huius vniuersitatis Salmanticensis possunt dispensari ab Episcopo Salmantino a quibuscumque irregularitatibus, & absolui ab omnibus peccatis, ac possunt reliqui subditi eius, vt obtinuit Magister Gallus à Pio V. missus à dicta vniuersitate pro negotiis grauibus, quamquam multi tenent, quod à iure concedebatur, vt est Henriquez: qui addit, quod circa Parochum, ad quem

Nau vbi sup. nu. 80.

Enriqu. lib. 3. de pen. c. 8.

In marg. lite. N. quem debent recurrere pro confessionibus, debent stare consuetudini, quæ habetur i dicta vniuersitate. Dicit etiã, Idẽ ibi. nu. 5. quod peregrini possunt confiteri Parochis oppidorum, per quæ transeunt, licet non habeant expressam licentiam, quia sufficit tacita secundum consuetudinem.

De scientia Confessario necessaria. Cap. LXI.

SVMMARIVM.

Quam scientiam habere debeat Confessarius; & an dubius sua sufficientia possit audire confessiones Prælato iubente: & quid faciendum si est certus de sua insufficientia superiore præcipienti, vt audiat Confessiones. concl. 1. num. 1.

An Confessarius debeat scire distinguere inter peccatum mortale, & veniale. conclus. 2. num. 2.

An sit peccatum sine consensu, & quid excuset à peccato mortali. ibid.

An peccet mortaliter qui ignorat cum probabilitate, quod id, quod facit, est peccatum mortale, ibid.

An Confessarius v. g. Castellanus ignorans linguam Gallicam possit audire Gallum, & illum absoluere. conclus. 3. numero 3.

1 PRima Conclusio. Debet Confessarius habere sufficientem scientiam ad hoc tam sublime ministerium. Et vt auferantur scrupuli à nimis scrupulosis, & ponãtur illis, qui sunt nimis licentiosi, debet aduerti, quod debet scire omnia peccata, quæ communiter committuntur in omnibus statibus, & eorum circunstantias, quæ mutant speciem, & casus reseruatos, & qui habent annexam excommunicationem, aut restitutionem; & si audit confessiones clericorũ, oportet, vt sciat irregularitates, aut sufficit, quòd sciat dubitare in illis rebus, quas mediocriter eruditi bene intelligunt; vt sciat distinguere, vt bonus sacerdos Domini, inter lepram & lepram, idest inter peccatum mortale, & veniale, hæcque est sufficiens sciẽtia. Non egent autem tãta scientia, qui audiunt confessiones in oppidis, aut villis, quanta illi, qui in ciuitatibus, & locis negotiationum, & contractuum; nec egent tanta scientia, qui audiunt confessiones in locis, vbi sunt multi litteratũ studiosi, quos possunt consulere; sicut illi, qui confiterentur in locis, vbi nullus est talium, cũ ibi, licet sciant dubitare, non habeant quo cum possint consulere, sic enim dicit Nauarrus, cũ communi. Notaque quòd quando prælatus iubet alicui, vt audiat confessiones, si sit dubius suæ sufficientiæ, potest licite obedire, si intellgit præcipi illi à prælato non ob humanos respectus, sed quia videtur illi, quod habet sufficientiã; si verò subdito tali constet non habere sufficientiam, quidquid sit, non debet obedire. Naua. in Man. c. 4. nu. 2.

2 Secunda Conclusio. Tenetur Confessarius scire distinguere inter peccatum mortale, & veniale, ad cuius cognitionem notandæ sunt tres regulæ. Prima est, si materia est grauis, aut qui cõmittit, habet intentionem, quod sit materia grauis, vnde furtum quod fit, aut desideratur fieri graue damnum proximo, est peccatum mortale, at econtra faciens, aut intendens facere paruum damnum, erit solũ veniale, vt dicetur in materia furti. c. 147. n. 5. Secunda regula est, deliberatio & consensus facit, quod aliquod opus sit peccatum mortale, aut veniale, vt dicit D. Th. Nauarrus & Summistæ sequentes scolasticos. D. Tho. in 2. qu. 74. art. 4 Nau. in Man. c. 11. n. 11. Exempli gratia; determinauit quis non facere opus inhonestum mortale, licet habeat multam occasionem, at delectatur cum deliberatione in cogitatione, quod faciat dictum opus, hic peccat mortaliter, si verò in hoc casu, & alijs similibus non sit deliberatio, sed solum delectatio inaduertenter non consentiendo ei perfecte, tunc propter defectum deliberationis, & consensus perfectio solum erit peccatum veniale. sum. ver cogitatio, & ver. delect. DD. in 2. d. 24.

Ter-

Tertia regula est, scire, aut debere scire, quod opus sit mortale, qui facit illud, peccat mortaliter; Si verò ignorat probabiliter, non est peccatum mortale, sed solum veniale. Hæc doctrina notetur multum, propter quam excusantur à multis culpis, qui faciunt aliquas res, quæ notoriæ non sunt prauæ, præcipue si fiant bona intentione, vt notat Alexander de Ales. S. Thom. lo. Maior & doctores communiter, & vt melius intelligatur hæc notabilis doctrina, ponam aliqua exempla. Quędam persona simplicis vitæ & moris dicit orans quãdam deuotionem tot diebus continuis, & stans, credẽs, quod nõ recipiet eam rem, quam petit nisi hoc modo; hanc talem personam excusat eius simplicitas & ruditas à culpa mortali ante quã moneatur, quod sit mortale peccatum ponere efficaciam in illo modo. Secundum exemplum est pro scrupulosis. Quædam persona fatigatur scrupulis, in tantum vt omnia quę facit, putet, & figuretur illi esse peccatum mortale, & iudicare male de suis proximis, putans, quod consentit in his iudiciis: dicit eius Confessarius, quod in nulla re illatum est culpa mortalis, & aliquando nec venialis, & quod ideo contemnat ea; si ob hanc causam non confiteatur aliquod peccatum mortale, in quo adfuit consensus, ignorantia excusatur a peccato mortali, donec ignorat fuisse consensum.

Ales 2. p. q. 129 memb. 7. D. Th. 1. 2. q. 76 artic. 3. Maior i 4. d. 34. docto. i 2. d. 22.

3 Tertia Conclusio. Confessarius Castellanus, siue Lusitanus qui nescit nec callet linguam Gallicam, potest nihilominus audire, & absoluere Gallum, qui propria lingua loquens confitetur, licet hoc sit extra articulum mortis. Hanc conclusionem tenet contra Medinam, Ludouicus Lopez. Quã intelligit veram, quando Castellanus siue Lusitanus scit aliquid de dicta lingua Gallica, & aliquot peccata, licet non intelligat alia, si pœnitens non possit recurrere ad sacerdotem, qui intelligat linguam suam, & colligit per signa exteriora, quod habet præparationem necessariam ad recipiendum hoc sacramentum, quia in hoc casu videmus, quod hic Gallus non potest amplius facere, vt eius confessio sit integra, & idem dicendum est de æthiopibus rudibus linguæ nostræ nouiter baptizatis, à quibus vix potest intelligi verbum in confessione: quam opinionem teneo vt piam; opinionem autem Medinæ, qui loquens absolute, vt solet, dicit contrarium, nimis rigorosam censeo.

Med. in sum. li. 2. cap. 7. ad p. 4. Lopez i inst. cõs. c. 27. n. 206.

De Confessarij prudentia, quam debet habere in audiendos Confessionibus. Cap. LXII.

SVMMARIVM.

Quod facere debeat Confessarius, antequã audiat confessiones. num. 1.
Qua Confessarius debeat docere pœnitentem. num. 2.
An debeat Confessarius petere, si pœnitens examinauerit conscientiam suam, num. 3.
An aliquando possit absoluere pænitentem sine examine conscientiæ. ibid.
An confessarius debeat dimittere pœnitentes, qui non examinauerint conscientiã. ibidem.
An Confessarius debeat petere ante Confessionem, an pœnitẽs sit impeditus, quin absolui possit. num. 4
An debeat Confessarius petere de statu pœnitentis, & an fecerit confessiones inualidas. num. 5
An Confessarius debeat petere à pœnitenti si habeat casum reseruatum, aut excommunicationem. num. 6.
Quomodo se geret Confessarius cum volente facere Confessionem generalem. numero 7.
Confessarius audiẽs aliquod peccatum graue, & turpe quomodo se gerere debeat. num. 8,
Confessarius videns pœnitentem velle celare aliquod peccatum, quid facere debeat, num. 9.

An Confessarius dubius de aliquo peccato debeat peritos consulere. num. 10.
An Confessarius aliquando debeat se conformare opinioni pœnitentis. num. 11.
An Confessarius teneatur monere pœnitentem esse peccatum mort. quod in præterita Confessione dixerat esse veniale. numero 12.
An Confessarius debeat monere pœnitentem ignorantem inculpabiliter quod ordinat ius positiuum. num. 13.
Quid Confessarius pœnitenti dicere debeat si recordabitur alicuius peccati obliti per obliuionem naturalem. nu. 14.

1 LAudãs Deus ministros suos, quęrit in illis duas prærogatiuas, quibus multum egent. Prima est fidelitas, secunda prudentia; & vnus ex principalibus ministris, quos Deus habet in ecclesia sua, est Confessarius, qui ad hoc vt sit fidelis, indiget legitima potestate, & scientia sufficienti, quam debet à Deo petere multum serio, vt possit in omnibus recte procedere, & tanquam eius minister tractare, & iudicare de rebus singularibus. Indiget multa prudentiá, & industria; vnde in hoc tractatu in materijs, quas resoluo, propono in singulis earum eas monitiones, quæ necessario debent obseruari a dictis Confessarijs; in hoc tamen capite propono quasdam monitiones, & documenta generalia, vt sic non prætereant limites prudentiæ.

Primum documentum est. Quod nunquam accedat ad audiendas confessiones, absque eo quod prius petat à Deo lumen, sine quo debet putare nihil recte facere posse; facta que oratione, accipiat pœnitentem grate, & eo amore, quo pater ille recepit prodigum filium, considerans, quod tanquam famelicus gratiæ recurrit ad paternam domum. Inducat ergo in eum animũ, vt aperiat pectus suum vulneratum dicens illi: Frater dic, & confitere peccata tua forti animo, quia potest esse, quod ego, qui te audio, habeam multo plura & grauiora peccata, quam tu, quòd forsan permisit Deus, vt sic melius compaterer fragilitati tuæ, cum venisses ad pedes meos, cum eam in me expertus sim: & vt ad eũdem effectum permisit negari cum iuramento a diuo Petro.

2 Secundum documentum. Debet docere pœnitentem, vt habeat actum exterioris hominis, culpæ rei, & detenti carcere peccati, condemnatique morti; sicque præcipiat illi, vt signet se signo Crucis, & dicat confessionem inclinato humiliter capite, videns, & cognoscens, quod peccauit in cœlum & coram Deo, putans se indignum, tanquam alter filius prodigus esse coram sacerdote, considerans multos alios propter minora peccata ob iusta iudicia Dei, & occulta, non potuisse habere hoc beneficium accedendi ad confessionem, licet Deus nunquam defecerit illis cum sufficienti auxilio, & fauore necessario ad salutem animarum suarum.

3 Tertium documentum: Debet Confessor interrogare pœnitentem, an examinauerit conscientiam suam, quia si non fecit hoc, accipiens à semetipso rationem, redensque illam Deo, non valebit confessio: ob quod si aliquis negotiator veniret ad confessionem, qui non adhibuit aliud examen, quam à domo sua vsque ad ecclesiam, non debet illum audire, sed monere illum cum charitate, & dare illi tempus, vt possit præparari; & idem est de quocumque alio, qui ab illinc multis diebus non fit confessus peccata sua: & ratio est, quia moraliter loquendo non est possibile, quod hic possit reddere rationem vitæ anteactæ propter suam culpam, & incuriam crassam, & affectatam: quod non excusat illum, quia procedere ignauiter in hoc casu est idem ac velle remanere in suis peccatis voluntariè, & prauè reddere rationem propter quod Confessarius debet illi dare terminum aliquorũ dierum ad examinandam conscientiã, & dare illi modum, quo possit facile te

cor-

cordari suorum peccatorum, scilicet, vt recurrat per ordinem præceptorũ Dei, & ecclesiæ, & per peccata mortalia, & opera misericordiæ, recordatus societatum, & comitum vitæ, & particulariter examinet se in peccatis, quibus magis est inclinatus, & obnoxius. Verum est tamen, quod aliquando Confessarius est tam dexter, & expertus, vt licet pęnitens non examinauerit conscientiam suam, possit extrahere ab eo radicitus peccata, quales, necesse est, sint, qui colonorum, & rusticorum audiunt confessiones, cum videamus in villis semper, quam parce examinent conscientiam suam. Supradicta doctrina colligitur ex eo, quod tradit Medina in sua summa, & Frater Ludouicus Lopez in suo instructorio conscientiæ; qui dicit, quod si aliqua nobilis virgo, quam mater tenet domi reclusam per totum annum, accedat simul cum ea ad confessionem, & communionem ad implendum præceptum ecclesiæ, & interrogata à sacerdote an examinauerit conscientiam, dicit quod non, non ideò debet condemnari dictus Confessarius, si audiat eam, & absoluat eam, faciens ex parte sua, quòd est possibile in interrogationibus, quia si non audiret eam, & non absolueret, incurreret magnam infamiam, & sequeretur graue scandalum vidente matre, & qui eam comitantur, quod noluerit eam audire, nec absoluere, cum non accepe-rit Eucharistiam, quòd illi erit in causa desperationis; quam opinionem puto multum veram, & piam, & semper Confessarij in administratione huius sacramenti debent eligere securiores, & suauiores opiniones, si sint hominum piorum, & catholicorum sapientium, & prudentium, cum hoc iugum confessionis tam onerosum carni fiat leuius, & suauius; loquendoque regulariter sint Confessarij constantes in dimittendis pęnitentibus, qui non examinauerint conscientias, tanquam alter Profeta Eliseus, qui eiecit Naaman leprosum superbum, & confidentem in fauoribus dominorum terræ: dicens illi, vt iret, & lauaret se septies in Iordane.

Med. in sum fol. 281. p. 1. Lop. vbi supr. cap. 28. col. 211.

4. Regũ 3. ......

4 Quartum documentum. Non debet Confessarius ante confessionem interrogare pęnitentem, an habeat aliquod impedimentum, ob quòd non possit illum absoluere, vt, an teneat domi concubinam, & nolit eam relinquere, an sit vsurarius, & nolit relinquere vsuram; quia licet post auditam confessionem conqueratur pęnitens de illo, quod audiuerit sua peccata, & nolit eum absoluere, maius inconueniens est, quod pęnitens extra confessionem aperiat, & reuelet peccata sua; & etiam quia potest esse, quod cum monitionibus Confessarij factis in confessione, aut post eam, proponat exire a peccato, in quo antea proponebat durare. Vnde sufficit, quod Confessarius interroget eum, si venit cum humilitate ad suos pedes, vt curetur secundum necessitatem: hæc doctrina est Nauarri, & Medinæ contra Caietanum.

Nau. in Man. c. 10. n. 2. Med. vbi sup. fol. 237.

5 Quintum documentum. Debet interrogare Confessarius pęnitentem, de suo statu, vt secundum illum faciat interrogationes, quas in hoc tractatu non pono in particulari. Primo, quia constant ex materijs, quæ in ea resoluuntur, tum quia nollem molestus esse lectori. & vt sciant eas in particulari, legant confessionarium paruulum Alcocetis, qui melius alijs eas ponit: interroget autem pęnitentem, an confessiones, quas fecit aliqua de causa fuerint inualidæ, scilicet, quia reliquerit dicere aliquod peccatum scienter, aut culpa crassa, aut verecundia, quod sæpissimè accidit in mulieribus. Et si necesse sit iterare confessiones, declaret ei periculum, in quo fuit anima sua, cum in omnibus illis peccauerit mortaliter; & aduertat ei, vt examinet conscientiam suam, qua examinata audiet illum; hanc doctrinam tenet Nauarrus cum communi.

Nau. vbi sup. n. 3. in fin.

6 Sextum documentum: Debet interrogare pęnitentem, an habeat aliquem

casum reseruatum, aut excommunicationem; pro quo qualiter debeat procedere, supra dictum est in materia confessionis quantum ad absolutionem.

7 Septimum documentum est, quod si Confessario dixerit pœnitens velle facere confessionem generalem, procuret scire eius humorem, an sit prudens, quietus, alienus a scrupulis, quia confessiones generales, licet aliquibus sint vtiles, si sint personæ prudentes, & quietæ, quæ volunt facere quasi generalem campum vitiorum ad maiorem sui confusionem, conscientijs tamen parum quietis solent sæpe esse maioris perturbationis; sic enim docet Nauarr. Nau. in Man. c. 2. nu. 42.

8 Octauum documentum: quamuis audiat Cõfessarius à pœnitente aliquod peccatum graue, aut turpe, non ostendat signa admirationis, nec statim abominetur illud, potius debet illi dicere, sequere fili, nec desistas narrare, quia etiam ego peccator sum, & nisi Deus me teneret sua potenti manu, forte facerem grauiora peccata, considerans qualiter Christus Redemptor, postquã discipuli, qui ibãt in Castellum Emaus, confessi fuerunt suam incredulitatem, vocauit eos stultos, & tardos ad credendum non antea. Consideret, quomodo Iosue verbis teneris vocans eum filium persuasit Achan, vt confiteretur peccatum suum, & postea iussit illum lapidari, & comburi omnia sua bona. Luc. 24. Iosu. c. 7.

9 Nonum documentum est; Si Confessarius viderit, quod pœnitens inter confitendum vult celare aliquod peccatum; aut probabiliter credit, qđ obliuiscitur illorum, aut quod putat nõ esse peccata mortalia, quæ verè sunt; debet caute prudenterque attrahere illum, vt reuelet perfecte omnia, docens eum, quæ sint peccata mortalia, & quod dubium declaret vt dubium, & certum, vt certum, & peccata, quæ scit commisisse, dicat ea exterius, sicut sentit in interiori animæ suæ; & si recordetur commisisse aliquod peccatum mortale, quod non potest reducere ad memoriam, sufficit dicere fecisse certum quoddam peccatum mortale, cuius nõ potest recordari speciem, vt dicit Ioannes Maior; nec consentiat illum declarare complicem peccatorum, quæ confitetur, vt dictum est in materia circũstantiarum. Maior 4. d. 17. q. 3.

10 Decimum documentum est. Caueat Confessarius, ne condemnet tanquam peccatum mortale, quod certo nescit esse peccatum, potius in rebus dubijs accedat ad partem securiorem, & in difficilibus sciat dubitare, vt quod ex se non potuerit definire faciat cum consilio doctiorum: vel quidem melius erit non audire tales confessiones, in quibus committi possit ab eo error; vt si Confessarius, qui non habet scientiam, nec experientiam commutandi vota, rogaretur ab aliquo, vt commutet illi votum eundi Hierusalem, debet Confessarius, qui in huiuscemodi rebus non sit versatus, aut remittere pœnitentem ad doctiorem, aut ipse consulere illos super ipso negotio. Vnde oportet, vt bene viderit omnes materias, in quibus solent offerri magna dubia etiam multis doctis, ne reperiens eas mittatur præceps in suam opinionem: huius documenti partem tradit Nauarrus, & Medina. Nau. in Manu. c. 26. nu. 4. Med. in sum. fol. 19.

11 Vndecimum documentum est; Si accidat in confessione aliquis casus, circa quem sint diuersæ sententiæ doctorum, quorum aliquos sequatur Confessarius, alios pœnitens, & Confessarius credat suam opinionem esse euidentẽ, & illam pœnitentis esse friuolam, & dubiam, non debet in hoc casu absoluere: si verò amborum rationes sint probabiles, aut saltem illæ pœnitentis sint probabiles, vnde sequatur illius opinionem saltem aliquis grauis doctor, potest tũc Confessarius conformari opinioni pœnitentis, licet non sit eius Parochus; audireque illum, ac absoluere, vt post Adrianum, tenet Nauarrus. Adr. 4. de conf. q. 5. dub. 7. Naua. de pœn. & remis. d. 6. nu. 66.

12 Duodecimum documentũ: Confessarius, qui ob negligentiam omisit aliquam interrogationem alicuius rei notabilis, & pœnitenti necessa-

cessariæ,& postea recordetur suæ negligentiæ,& obliuionis,aut ignorantiæ,tenetur monere illum dictam rem, si sit necessaria ad confessionem, & salutem animæ pœnitentis.& si potest fieri commodè sine detrimento alicuius eorum. Si vero non potest fieri aliquod dictorum inconuenientium, & præcipuè si pęnitentem excuset eius ignorantia inuincibilis, atque bona fides, non tenetur ad illud,sed doleat de sua culpa,& relinquat reliquum Deo, quem poterit orare, vt illuminet mentem pęnitentis ad videnda sua peccata; vt docet post alios Sotus, Nau.& Cord.

Soto in 4.d. 18. q.3.a.4. & 5.fo. 815. & 816. Nau. in Man. c. 17.n 21 & 23.et c.26.n. 1.& 14. Cord de casibus, q 7.

13 Decimumtertium documentum, Quando viderit Confessarius, quod pęnitens habeat ignorantiam inculpabilem illius, quod iure positiuo ordinatur circa quendam casum: videtque illum habere bonam fidem, & quod eius peccatum non potest habere remedium sine scandalo, & magna difficultate; taceat Confessarius, & sinat illum cum sua bona fide non interrogans illum quidquam de hac re; quia si interrogat illum, & ipse declarat, qd est in facto, tenetur Confessarius illum docere veritatem: vnde si comperiat hominem coniunctum matrimonio, quod reuera fuit nullum, propter aliquod secretum impedimentum, quod ignorat talis homo, si non possit præberi remedium huic rei sine scandalo, & magnis difficultatibus, taceat Confessarius, & sinat eos sic couiunctos cum sua bona fide: hanc doctrinam ponit Medina Complutensis, Nauarrus, & Corduba, Medinaque Salmantinus. Debent autem aduertere Confessarij multum hoc documentũ, quia si in casu posito dixerint prædictis coniunctis, quod non sunt rectè coniuncti, non poterunt petere debitum, quod ipsi difficulter facient insimul cohabitantes.

Med.de confess. c.26 nu. 4.Cord. de indulg. q. 49 in fi. Med. in sum. fo. 263.

14 Decimumquartum documentum: Cum pęnitens est cõfessus peccata sua, absoluens illum Confessor ab omnibus illis, debet illum monere, quod si postea venerit ei in mentem aliqua excommunicatio, aut peccatum reseruatum,aut nõ reseruatum, quod per obliuionem naturalem reliquerit inconfessum, non turbetur, neque formidet, quia iam est de omnibus illis absolutus consequutiue in virtute recepti sacramenti; verum tamen tenebitur postea confiteri tale peccatum, si occurrerit memoriæ, & licet sit excommunicatio reseruata, aut casus reseruatus, quod est oblitus,si Confessarius habebat authoritatem absoluendi ab illis etiam, remanent non reseruati, vnde poterit ab eis absolui à quocunque sacerdote approbato ab Ordinario, quod illum monens,poterit dimittere eum cum benedictione domini dicens ei, Vade frater mi in pace, & noli amplius peccare, indulgens ei, vt iterum ac sæpius veniat ad eius pedes, & confiteatur iugiter peccata, aut ipsi, aut alijs Confessarijs magnificans illi profectum spiritualem, quem recipit anima sua ex frequẽtatione huius sacramenti. Notet autem Confessarius, quòd hominem doctum parum aut nihil est, quod monere debeat,sed breuibus, & compendio compositis verbis debet illum exhortari ad quærendam virtutem, & fugere vitia, vt docet Nauarrus, monensque illum, quod videtur ignorare. Nau. in ca. 2. in prin. de pęnit.d. 6.nu 52 & in Man. ca. 26.n.1.

De obligatione Parochorum administrandi Pęnitentiæ Sacramentum. Cap. LXIII.

SVMMARIVM.

An teneantur Parochi audire suos subditos in confessionibus voluntarijs. Concl. 1.num. 1.

An teneantur audire subditos infirmos peste, concl.2 nu.2.

1 PRima Conclusio. Tenentur Parochi audire confessiones suorum subditorum,licet sint volũtariæ,vt resoluit Nauarr. Dixi, *licet sint voluntariæ*,quia si sint de necessitate qa Nau. in cap. pla cuit. de pęn.d 6 nu. 152.

iure tenetur pœnitens confiteri, nulli du bium est quod tenetur audire eos. Verum est, tamen, quod non tenetur Parochus audire subditos ęgrotantes peste in domibus eorum, si commodè possint alibi asportari, vbi minori periculo illis sacramenta administrentur, & ideo non tenentur audire eos in lecto iacentes, si possint surgere, & poni ante fores, aut alibi vbi aer perflet, vt notat Rebuffus. Aduertatur quod tenentur Parochos audire subditos tempore Iubilæi, vt notat Adrianus, quod si non possint, tenentur quærere illis Confessarios; quam obligationem non habent pro alijs confessionibus anni, quando non tenentur audire eos occupati maioris momenti rebus, aut habentes probabilem coniecturam, quod non expedit audire eos tam frequenter.

Rebuff. in pr. benefic. ti. dispensat q̃ nō resid. Nauar. vbi sup.

2 Secunda Conclusio. Tenentur Parochi confessiones audire subditorum, licet laborent peste, vt tenet Nauarrus: quod probatur, quia Parochus fecit pactum cum illis ponendi non solū laborem necessarium, sed vtilem ad eorum salutem spiritualem; & confessio est vtilis, cum de attrito faciat contritum. Quam conclusionem tenet etiam Ludouicus Lopez, & Medina, quæ conclusio debet intelligi secundum dictum in præterita conclusione quærentibus ipsis omnia media ordinaria, ne eorum vita periclitetur, scilicet, audiendo eos in loco, vbi aer transpiret, aliaq; remedia, quæ medici solent in his casibus proponere. Notetur quoque, quod si non sint Parochi, aut alij, qui possint facere hoc officium, quod Episcopi tenentur illud facere in hoc casu cum eodem periculo Parochi, vt dicit Sotus, & secundum ordinem charitatis tenentur prius succurrere positis in maiori necessitate.

Nau. ca. 25. nu. 133. §. 20. & c. 24. 1. nu. 11.

Lop. in instr. cō. sc. 1 p. c. 57 Med. in sum. fol. 114. pag. 2.

Sot in 4 d. 18. q. 4. ar. 2.

De communionis præcepto.
Cap. LXIV.

SVMMARIVM.

An obliget præceptum communionis solū ratione præcepti, et quo tempore obliget, concl. 1. nu. 1.

An non accepta communione in paschate sit obligatio accipiendi postea, ibidem.

In qua ætate obliget hoc præceptum, conclus. 2. nu. 2.

An sit obligatio de præcepto diuino cōmunicandi in articulo mortis, & de aduertentia quam debent habere parochi, quando timetur vomitus, conclus. 3. nu. 3. & quòd non sit bonum portare sacramentum infirmo, vt adoret illud, ibidem.

An sit obligatio communicandi cum periculo mortis, concl. 4. nu. 4.

An satisfaciat præcepto paschatis, qui communicat in peccato mortali, concl. 5. num. 5.

1 PRima Conclusio. Obligatio est, & præceptum communicandi ob necessitatem salutis animæ nostræ non realiter, sed sufficit quod spiritualiter communicatur, vt dicit S. Thomas, & resoluit Sotus. dixi ob necessitatem salutis animæ, quia loquendo de necessitate ratione præcepti, præceptum est diuinum, quod obligat nos ad recipiendum hunc panem cęlestem, & communicare realiter, vt tenent Ledesma, & Sotus contra aliquos, qui dicūt esse solū hoc præceptū ecclesiasticū. Circa quod videatur Couarruuias. Verum est tamen, quod determinatio temporis, in quo debet accipi sacramētum relinquitur dispositioni ecclesiæ: quæ obligat ad hoc in paschate resurrectionis singulis annis; qd præceptum vt impleatur, sufficit accipere Eucharistiā per octo dies ante Pascha, & per octo post Pascha, vt concessit Eugenius IV. & tradit Nauar. & in partibus Hispaniæ per quandam concessionem Clem. VII. satisfit præcepto communionis, si fiat a principio quadragesimæ, vt in mea explicatione Bullæ Cruciatæ. Notaque, quod qui nōcommunicant in paschate,

Sot. in 2. d. 1. q. 6. art. 4. concl. 1. & 2. & in solut. ad 2. & d. 8. q. vni. ar. 3. con. 3. post 6. cō. §. aduertēdū hic Ledes. in 4. q. 11. ar. 11. So. d. 12. q. 1. art. 11. Cou. li. 1. var. c. 10. n. 5. Nauarr. in Man. c. 21. nu. 45. In Explic. cruciatæ §. 5. nu. 9.

schate, tenentur communicare ante finem anni, vt contra alios defendit Nauarrus; quia ius, quod pręcipit communionem per pascha duo praecipit, scilicet, vt communicetur semel in anno, & quod communicetur in paschate. Verum tamen mihi hæc opinio non videtur vera, vt notat Henriquez admittēs eam in casu, quod Confessarius differat absolutionem pęnitenti, aut quia pęnitens sit excommunicatus, & postea compellitur a suo pastore, vt communicet: vnde ille qui propter itineris longitudinem, aut grauem infirmitatē omittit communionem in paschate, nō tenetur postea cessante tali impedimēto ad communionem ipsam. Nota etiā, quod sacerdotes satisfaciunt dicentes missam in die paschatis, licet non sint in propria parochia; quia consuetudo interpretatur, quod debere communicare in propria parochia debeat intelligi quoad illos solum, qui accepturi sunt sacramentum aliena manu.

Nau. in Ma. nu. c. 21. nu. 45.

Henriq. 2.2. 19. lib. 2. de Euch. c. 5.

2 Secunda Conclusio. Non tenentur ad communionem pueri ante annos quatuordecim, & puellæ ante annos duodecim, vt tenet Sotus, quod intelligitur regulariter loquendo, vnde Medina dicit, quod examinare hoc relinquitur arbitrio prudentis Confessarij, qui debet considerare, si puer habet vsum rationis sufficientem, vt possit recipere Deum suum, & teneatur ad hoc præceptum. Verum est tamen quod si consuetudo admisit, quod nullus iuuenis, aut puella communicet ante prædictā ætatem, debet obseruari; ita quod si nō obseruetur cū aliquibus, licet sint prudentiores, & cum quibus possit dispensari, esset tamen scandalum illis, qui ignorant eorum prudentiam.

Sot. vbi supr. Med. in sum. fol. 206 p. 2

3 Tertia Conclusio. Qui est in articulo mortis constitutus, tenetur ad communionem realiter de iure diuino, & ecclesiastico, vt resoluit Sotus: & videtur colligi ex Concilio Tridentino. Verum est tamen, quod non est peccatū mortale omittere communionem per negligentiam in hoc transitu, vt tenet Siluester, & Ledesma, quod debet teneri, & debent multum adnotare illi, qui administrant hoc sacramētum illis, qui sunt nimis infirmi, an scilicet possint recte capere; quia tātus potest esse calor, & febris magnitudo, vt non possint sumere; vnde si huius sit probabilis suspicio, non debent administrare illud, ne forsitan postea expuatur cum saliua: quod documentum est multum considerandum Parochis rusticorum, qui cū sint rudis ingenij ad res spirituales, & præ ægritudine adhuc sint vecordiores solito, sępe recipiunt sacramentum, & non possunt illud consumere; vnde postea, vel vomitu ejciunt, vel expuunt, cuius rei ego habeo experientiam propter casus, quos ego sum sæpe interrogatus à multis Parochis parum in his rebus versatis. Quod sæpe processit (vt cognoui) propterea quod dicti Parochi statim ac sacramentum prębuerūt, discedunt relinquentes reliquum negotium sacristis, quod scilicet præbeant infirmo lauatorium; quod conuenit ab ipsis dari, vt ministris altissimi, quousque videant optime consumptum esse; ne accidat tam grauis irreuerentia. Quod si aliquando accidat infirmum vomitu ejcere species sacramentales, si videantur ipsæ species per se existentes debent sumi, si fieri possit, aut mixtę cū vino, vel alio liquore, vt sic facilius recipiantur, quod si non possint recipi, reponant eas in aliquo loco honesto apud altare: quod si non possit recte videri, an in vomitu contineantur species consecratæ, præsumēdum est, quod sint digestæ, nisi statim acciderit vomitus ac receptæ fuerint, quia in hoc casu ponēdum est sic reiectum in aliquo loco honesto, vt dicit Siluester, quem sequitur Salzedus in sua praxi criminali; Notoque non conuenire in hoc casu, quod Parochi asportent sacramentum infirmis, vt adorent illud, quia Pius V. prohibuit hoc, & Domini Cardinales vetant dicentes, *Non licet sacrosanctam Eucharistiam deferre ad ægrotantes, qui morbi grauitate impediti sumere eam non possunt,*

Soto in 4. d. 12. q. 1. ar. 11 §. 2. dijcimus Concil.

Tri. sess. 13. ca. 7. & cau. 9 de mat. Eucharist. Syluest. verbo, Euchar. ist. 3. §. 1. Led. in ar. q. 21. art. 11.

Syluest. verbo, Euchar. 2. §. 9. quęritur ver. Sal zed. in pract. c. 4.

possunt, sed venerationis gratia solent tam deosculari, & si fortè aliquo in loco talis est consuetudo, prorsus est tollenda.

4 Quarta Conclusio. Non est praeceptum recipiendi sacramentum Eucharistiae cum periculo vitae, quia donec homo viuit, & est sanus, potest differre communionem ad aliud tempus, interim sufficit, quod habeat desiderium communicandi: haec conclusio est Soti cum communi.

Soto li. 3. de iustit. q. 6. artic. 4. dub. fin.

5 Quinta conclusio. Licet quis sumat Eucharistiam in peccato mortali, & peccet sic communicans in paschate, satisfacit nihilominus praecepto communicandi; hanc conclusionem tenet probabilem Medina cōtra alios, qui tenēt cōtrarium; & Ludouicus Lopez dicit, quod vsus ecclesiae recepit hanc opinionem, quia neminem communicatum in peccato mortali obligat secundo ad communionem, & ratio probat, quod hoc praeceptum sit impletum quantū ad substantiam sui actus, qui est communicare, & haec actus sufficit.

Med. 1. 2. q. 109 art. 4. & in summa, fol. 206. pag. 1. Lop. in instr. consciē. c. 11. colu. 107.

De praeparatione necessaria communicare volentibus. Cap. LXV.

SVMMARIVM.

- *An debeant praecedere confessio communionem. concl. 1. num. 1*
- *An post pollutionem nocturnam in somnijs habitam, & copulam maritalem liceat sumere Eucharistiam die sequenti. conclus. 2. num. 2*
- *An ad communionem requiratur actualis deuotio. concl. 3. nu. 3.*
- *Qualiter debeat se habere Confessarius cū ijs, qui omittunt communicare ob humilitatem, nu. 4.*
- *An debeat abstinere à communione, qui reperit se frigidum, num 5.*
- *An communicare singulis diebus bonum sit, num. 6.*

1 PRima Concl. Nemo habens conscientiam peccati mortalis potest accedere ad cōionem sine praemissa cōfessione, si adsit copia Confessoris, & si sit necesse cōicare, vt definit Conc. Trident. Dixi, *si sit copia Confessarij*, quia in aliquib. casibus, vt notat Sotus, deficiēte confessore potest quis communicare sola contritione. Primus casus, si Confessarius est mutus, aut surdus, cui non pōt confiteri infirmus positus in articulo mortis, nec est alius sacerdos, qui illū possit audire. Secundus, qñ Confessarius longe abest, vt accidit Parochis oppidorum, & villarū, qui non habent ibi Confessarios, qui possunt per vnū, aut duo festa sumere hostiam sine confessione, non tñ plus. Sacerdos autem concubinarius potius debet curare de vita spirituali, quam de honore temporali, & ideo debet abstinere a cōmunione, & celebratione missae, vsq; eo quod tollat occasionem, vt dicit Sotus, quem sequitur Medina, ob quod Confessarius, qui inuenit huiusmodi homines continuantes peccatum: & nolentes fugere occasiones, non debet absoluere eos, licet sit sacris paramentis ornatus ad celebrandum, in sacristia, & ipse dicat nō posse desinere, quin dicat Missam, propterea quòd totus populus expectat eam, debet perseuerare, & nolle eum absoluere dicens ei, Nolo te absoluere, quia ad nihil valet tibi absolutio, si enim tu vis ire in infernum, melius est, quod solus eas, quam quod simul me etiam ferre velis tecum. Quod si dicat tunc tetigisse illum Deum, & nūquam habuisse propositum maius vitandi occasiones quam tunc, ideoque posse absolui, non debet credere, sed prudenter dicere, Pater si tantum est propositum tuum, & contritio tua, sufficit tibi, vt possis dicere Missam sine peccato, cum non habeas copiam Confessoris, ego enim nolo te absoluere. Nota autem, quod tunc dicetur longe esse Confessarius à Parocho dicto seu sacerdote, quando sit distantia nouem, aut decem milliariorum, aut melius est, quod relinquatur hoc arbitrio sapientium. Tertius casus est, quando

Concil. Trid. ses. 13. can. 11. Sot. in 4. d. 12. qu. 1. art. 4.

Soto vbi supra Med vbi sup. fol. 299. p. 2.

quando aliquis post confessionẽ recordatur alicuius peccati mortalis, existẽs ad pedem altaris paratus genibus flexis ad recipiendam Eucharistiam cum reliquis nõ potens omittere communionem sine scandalo, tunc enim potest sola contritione recipere sacramentum; vnde Sotus condemnat aliquorum cõsuetudinem, qui positi iam immediatè ad communicandum, dicunt sacerdoti, vt audiat ab illis verbum. Quartus casus est, quando propè est præceptum communionis, & non est copia Confessarij, & sine scandalo non potest ille desinere, quin capiat Eucharistiã. Hinc est, quod religiosus, qui habet casum reseruatum, & non inuenit, qui velit eũ absoluere, post licitè communicare cũ reliquis ad vitandum scandalum, quod sequetur, si non communicat cum alijs fratribus, licet non confiteatur, sola contritione; quod intelligitur, nisi casus ferat secum annexam excommunicationem, quia in tali casu debet multum cautè procedere: multum enim graue debet esse scandalum, ob quod concedatur excommunicato, vt possit recipere Eucharistiam, præcipuè si excõmunicatio sit ex illis bullæ in Cęna Domini; quod si oportuerit dare illi talem licentiam, debet esse semel, aut bis, & nõ amplius. Debet etiam notare prudens Confessarius, quod magnus peccator, & qui à multis diebus non est cõfessus, non debet statim accedere ad communionem, nisi interponantur septem, aut octo dies, quia est irreuerẽtia, quod immediatè post vomitum tam abominabilium rerum accedat ad tangendum Corpus Domini Christi. Debet etiam aduertere, quod qui non corrigitur in venialibus, sed cum magna facilitate committit ea, non debet permitti accedere ad communionem statim, quia licet peccatum veniale non contrarietur charitati, impedit tamen feruorem, & augmentum eius, & si multum frequẽtentur, disponunt ad mortalia, & sic sunt indecentia ae recipiendum altissimum Deum, vt aduertit Medina. Verũ est tamen, quod si recipiatur hoc sacramentum cum solum venialibus, non impeditur eius fructus, & effectus, vnde qui recipit, recipit gratiam sacramentalem, vt dicit S. Thom.

Med. in sum. fol. 208.

S. Th. 3. p. q. 79. ar. 4. ad 3.

2 Secunda Conclusio. Post pollutionem in somnijs habitam, & post copulam maritalem, nõ est licitum communicare statim die sequenti, nisi pręparetur quis cum aliquo extraordinario exercitio, vt consulunt Sancti propter reuerentiam, quę debetur tanto sacramẽto, & quia actus carnalis semper relinquit hominem distractum, & minus aptum intra se, quam par sit pro receptione sacramenti. Verum est tamen, quod communicans quis sine ista præparatione sine peccato mortali, nõ peccat mortaliter, sed venialiter: & quamuis dicat Angles, quod dare cõmunionem coniugato, statim sequẽti die post copulam coniugalem sit licitum pro quanto hic actus, nõ solum non est peccatum, sed potest esse meritorius, ego concedo quidem hoc, sed nihilominus est tenenda conclusio, quia etiam est licitum iudicem condemnare latronem, aut occisorem ad furcam, & nihilominus remanet irregularis propter indecentiam, quæ adest ad repræsentãdum Christum mãsuetissimum agnum; vnde licet sit actus meriti soluere debitũ, affert secum tamen quandam indecentiam ad recipiendum Dominum statim sequenti die.

Angl. de suscip. Euchar. artic. 5. diffinit. vlt.

3 Tertia Conclusio. Ad recipiendum hoc sacramentum nõ requiritur actualis deuotio, quæ est actualis consideratio Christi veri Dei, qui suscipitur: quæ conclusio est communis omnium contra Caietanum, qui dicunt, quod sufficit virtualis deuotio si antea præcesserit actualis; addit tamen Medina, quod si quis esset tam indeuotus, vt nunquam haberet hanc deuotionem, & considerationem, nec recordaretur huius tam sublimis actus, sed accederet ad communionem, sicut si accederet ad prandium, peccabit mortaliter; cui opinioni fauet satis authoritas D. Pauli, qui dicit

enim quod ille, qui indignè manducat, iudicium sibi manducat, non dijudicans inter hunc diuinum cibum, & communionem, & quidem qui taliter accedit, satis praua conscientia constare patet.

Documenta pro Confessarijs.

4 Notent Confessores, quod si accedant personæ mundæ à peccato timentes Deum, & timentes accedere ad hoc sacramentum, pro quo timore humiliantes se nolunt communicare, debent eas monere, vt communicent, quia licet hic timor reuerentialis sit multum acceptus coram Deo, multo magis acceptum est ipsum recipere sacramentum: cum hoc procedat à duabus virtutibus: scilicet à charitate, & à confidentia, quam homo habet in Deo: at non recipere procedit solum ab vna, nempe à timore.

5 Notent vlterius, quod licet Caiet. dicat, quod ille, qui reperit se tepidum, & frigidum, bonum est, quod abstineat à communione, quę opinio est D. Tho. tamen debent in hoc procedere multum cautè considerantes, quod sæpè titulo deuotionis vult dæmon decipere animas, quas non potest facere peccare mortaliter, generans in eis has frigiditates, & tepores, vt sic non accedant ad hoc sacramentum, & recipiant gratiam, quam potest illis communicare: ob quod dicit Ioannes Gerson, abstinere hominem quem non grauat conscientia peccati mortalis à communione solum, quia videat se frigidum, simile est illi, qui cum frigore existens non vult accedere ad ignem ad recipiendum calorem.

D. Tho. in 4. dis. 12.

6 Notent vltra circa personas, quæ volunt communicare singulis diebus, aut sæpè, quod facere regulam, quod omnes communicent singulis octo diebus, non videtur mihi bonum, quia nō omnes personæ habent æqualem deuotionem, & præparationem, vnde audientes confessiones iubeant loco satisfactionis illis, qui multum peccant, vt confiteantur singulis septimanis semel, vt frænetur eorum libertas, non tamen præcipiant, vt communicent ita continuè, sed in aliquibus diebus festi solemnis, & quantumuis sanctus sit homo sæcularis, non debent permittere, vt singulis diebus communicet, sed ad summum semel in hebdomada, nisi sit fortè aliqua sancta Catherina: immo differre huiusmodi personis communiones, sæpè est bona probatio earum; propter quod possunt Confessarij ordinare illis, ne accipiant Eucharistiam per duos menses, quod si æquo humilique animo sustulerint, signum erit posse illis dare licentiam, vt accipiant pluries; si vero respondeant, quod est illis auferri consolationem, & plorent impatienter, facientes signa multi motus, argumentum erit, quod non merentur communicare, nisi ad plus in Paschate, quia hęc est quasi quædam luxuria spiritualis, qua sæpè vtitur dæmon, vt det præcipites animas in multa inconuenientia. Hoc dicit Medina, in sua summa secundum doctrinam sanctorum: ego tamen addo quod si esset persona bona, & modesta, posset illi dari licentia, vt communicaret singulis septimanis, & aliquo die festo, quod fortè incidat inter ipsam: quod si est persona religiosa, potest talis licentia extendi considerata probataque eius virtute: quod si sit sacerdos religiosus, notus vita sancta, & probata, non solum debet illi dari licentia, sed debet laudari in hoc. S. Gregor. narrat de beato Cassio, episcopo Narniensi, quod cum diceret Missam quotidie, audiuit vocem de cęlo dicentem illi; *Age quod agis, & non cesset pes tuus, in natali enim Apostolorum venies ad me*; in quo die decessit, & iuit ad Dominum.

Med. f. 120. pagin. 1.

Gregor. lib. 4. Dial. c. 56.

Aliqua ex dictis colliguntur ex Nauar. in Man. c. 21. in fine.

De Euchatistia ieiuno stomacho sumenda. Cap. LXVI.

SVMMARIVM.

An, qui non est ieiuno stomacho possit communicare & dicere Missam, conclus. 1. num. 1. & an si est suspensus, aut interdictus, possit finire Missam inceptam, ibidem.

An possit sacerdos post communionem, & lauatorium, sumere reliquias, quas inuenit in patena, concl. 2. num. 2.

An possit communicare deglutiens reliquias cibi, quæ remanent inter dentes, aut aliquas guttas aquæ aut probans vinum, & quid simile, aut qui est indigestus, concl. 3. num. 3.

1 PRima Conclus. Qui non est ieiuno stomacho, non potest recipere Eucharistiam, nec celebrare Missam, vt definitum est in Concilio Constantiensi, & Cartaginensi; quod intelligitur, nisi sit in periculo mortis, & etiam, quando sacerdos post consecrationem recordatur comedisse aliquid, vt dicit Sotus, quem sequitur Durandus, quia cum hic concurrant duo præcepta incompatibilia, scilicet præceptum sumendi Eucharistiam ad integritatem sacrificij, quòd est diuinum, & præceptum sumendi stomacho ieiuno, quod est ecclesiasticum, diuinum debet præferri ecclesiastico; & licet sacerdos non peccet in hoc casu communicando, peccat tamen in negligentia commissa ponens se ad celebrandum non ieiunus, cuius rei debuisset recordari; erit autem culpa mortalis, aut venialis secundum quod ignauia fuit mortalis, aut excusabilis. Dixi, *post consecrationem*, quia si recordatur comedisse ante consecrationem, tenetur relinquere Missam, nisi sequeretur scandalum, quia etiam præceptũ vitandi scandalum est diuinum, & ideo debet præferri ecclesiastico sumendi ieiune, hancq; sententiam ob dictam rationem tenet Angles, & Nauarrus, & alij; qui Nauar. innitens huic rationi dicit, posse quemquam etiam incipere Missam non ieiunum stomacho ad vitandum scandalum: Vnde si in aliquo oppidulo, aut villa in die Natiuitatis Domini non esset nisi vnus sacerdos, qui comedisset, & non posset inueniri alius sacerdos, qui posset dicere Missã, præter eum, non solum potest dicere Missam, sed tenetur dicere illam; quod ego putarem verum in casu, quod populus ignoraret comedisse, quia si id sciret, scandalizaretur grauiter, videns quod celebraret, & sumeret Eucharistiam; vnde pro euitando vno scandalo efficeret aliud maius. Ex dictis infert Nauar. sequens Angelum, & Syluestrũ, quòd sacerdos, qui post inceptam Missam ante consecrationem recordatur, quòd est suspensus, aut interdictus, aut excommunicatus, non incurrit nouam irregularitatem, complens Missam, si non potuit illam omittere sine scãdalo.

Concil. Const. sess. 13. Concil. Cart. c. 8. Sot. in 4 d. 8. q. 3. Duran. q. 4.

Angl. in q. de suscipien. Euchar. art. 4. Nau. in Man. c. 25. nu. 75.

2 Secunda Conclusio. Potest sacerdos post sumptam communionem, & lauatorium sumere reliquias, quas inuenit in patena, quod intelligitur, quamuis sit reliquia magna, si nõ sit locus in quo commodè seruari possit, sicut quando dicitur Missa in agro, longè ab ecclesia, vbi est sacrarium, quia si diceretur Missa in ecclesia, vbi est tabernaculum, in eo debet seruari, vt dicit Angles.

Angl. de suscip. Euchar. ar. 6. diffic. 20.

3 Tertia Conclusio. Licet quis deglutiat reliquias cibi, quæ remanserunt inter dentes, non remanet impeditus ad communionem, quia hoc non deglutitur per modum cibi, sed per modum saliuæ, si vero reliquia fuerit talis, vt possit dentibus frangi ante deglutionẽ, non poterit communicare. Notaque, quod ille, qui colluendo os, deglutiuit aliquas guttas aquæ, potest communicare, quia sæpe accidit quod non attingant stomachum, sed remaneãt in gutture. Huic infert Nauarrus sequens Syluestrum, quod qui probat vinum, ollarum cibos, aut quid simile, potest communicare, dummodo illud, quod gustauit,

Nau. in Man. c. 21. n. 53.

ſtauit,nō attigerit ſtomachum. Et hinc etiam ſequitur,quod ille,qui poſtquam cęnauit, tranſegit totam noctem ſine ſomno, licet ſequenti die videatur non habere cœnam digeſtam, poteſt communicare, quia nullum eſt pręceptum, quod obliget nos ad communicandum poſt digeſtionem, ſed ſolum quod ſimus ieiunantes à media nocte in vltra.

De Euchariſtiæ Miniſtro, & de obligatione illam adminiſtrandi. Cap. LXVII.

SVMMARIVM.

Quis ſit Miniſter ſacramenti Euchariſtiæ, concl. 1. num. 1.

An Parochus teneatur deferre hoc Sacramentum peſte laborantibus, concluſ. 2. num. 2.

An poni poſſit hoc Sacramentum in aliqua parte, vt peſte laborans recipiat ore, abſque eo quod digitis tangat, ibidem.

An Sacerdos peſte affectus poſſit accipere hoc Sacramentum à ſeipſo, ibidem.

An Religioſi poſſint adminiſtrare hoc Sacramentum in die Paſchæ, concluſio. 3. num. 3.

1 PRima Concluſio. Miniſter ſacramenti Euchariſtię eſt Sacerdos, quo abſente Diaconus poteſt illud deferre ad infirmos, licet non habeat manus conſecratas, vt requiritur ad illud contrectandum, ſic tenet poſt S.Thom.& Paludanum, Sotus, & ideo licet infirmus ſit in extrema neceſſitate, non eſt licitum laicis deferre ſanctiſſimum ſacramentum ad communicandum, quia laicis non conuenit, quod tāgant tantum ſacramentum, niſi cecidiſſet in terram deficienteque Sacerdote, qui id efficiat, vt dicit D.Thom.

Sot. in 4 d. 15 q. 1 art. 3.

D.Th. 3 p. q. 82. ar. 8.

2 Secunda Concluſio. Tenetur Parochus deferre hoc ſacramentum ægrotantibus peſte ſi poſſit deferri cum debita reuerentia, & ſine probabili periculo vitæ, & hoc ratione officij ſui; & quia hoc ſacramentum eſt neceſſarium ad ſalutem, & quia ſi infirmus non recepit gratiam per ſacramentum pęnitentiæ, poteſt illam recipere per hoc ſacramentum, vt notat Sotus. Dixi, *debita reuerentia*: circa quod debet notari, quod tempore peſtis non debet requiri tanta præparatio quanta ſolet eſſe tempore ſanitatis. Dixi, *ſine probabili periculo vitæ*, quia cum periculo vitæ non tenetur deferre; vt dicit Ioannes Tabien. quod confirmatur, quia vt dicit Silueſter, omittere aliquem per negligētiam communionem in articulo mortis non eſt peccatū mortale; cur ergo debet mortale reputari Parochus nolit eam deferre infirmis tempore peſtis cum periculo vitæ ſuæ? Vnde tenendum eſt hoc cum Tabien. licet Nauarrus dicat contrarium. Nota etiam, quod quamuis quidam neotericus dicat, quod poteſt Parochus ponere ſacramentum Euchariſtiæ in aliqua decenti parte, aut loco, vbi poſſit ipſe infirmus recipere ore, abſque eo quod digitis tangat, vt ſic fugiat periculū probabile ſuę vitę, quod poteſt accidere, ſi ipſe accedat ad illum, ego tamen non audeo eſſe huius opinionis propter magnam reuerentiam, quæ debetur tanto ſacramento, cuius miniſter in iſto caſu magis, quam in alio debet eſſe ſacerdos, quia tales infirmi præ calore peſtilenti, quo ſunt præditi, ſæpius non poſſunt illud ſumere, ſed remanent illis in ore ſaltem aliquæ reliquiæ adhærentes palato, & gutturi; vnde conuenit, vt adſit miniſter, qui præbeat lauatorium neceſſarium, ad hoc vt cum reuerentia conſumatur. Verum eſt tamen, quòd ſacerdos ęgrotans peſte, poterit accipere ſacramentum à ſeipſo, vt tenent Caietanus, & Armilla, quia poteſt illud caſtigare, & recipere cum reuerentia. Si verò adſit periculum ſupradictum omittat communionem.

Sot. in 4 d. 12. q. 1 ar 11 dub. vlt.

Tabien. verbo, epiſc. nu. 5. con. 4.

Caieta. verb. cō municatio miniſter communionis.

Armil. verb. cō municat num. 8.

3 Tertia Concluſio. Nullus Religioſus poteſt adminiſtrare hoc ſacramentum in die Paſchæ ſub pœna excommuni-

municationis, siue sæcularibus, siue clericis sine licentia Parochi, si illi sint subiecti, vt determinatum est in quadam Clemētina. Dixi *si sunt illi subiecti*, quia religioso exempto poterunt administrare, vt tenet Caietan. quem sequitur Nauarrus. Dixi etiam *in die Pascha*, quia ad hunc diem solum non habent religiosi mendicantium licentiam administrandi illud fidelibus, si non datur illis à Parocho: & pro reliquis diebus habent eam à Pontifice concessam, absque eo quod Parochus possit impedire, vt declarauit Leo X. Nota autem, quod quando Parochus dat licentiā suæ oui, vt accipiat communionem à quocunque maluerit, potest illam recipere à religioso, ut declarauit Eugenius IV. Nota ēt, quod hæc licentia sufficit, quod sit præsumpta, vt omnes dicunt saltem in foro conscientiæ.

Clem. 1. de priu. Caieta. ver. com muni c. 64 Nau. in Man. c. 27. n. 10

Habet i compē. tit. commun. §. 9 Habet i compē. in d. tit. 3. §. 3.

Quibus danda, & quibus neganda communio. Cap. LXVIII.

SVMMARIVM.

An sit obligatio administrandi communionem condemnatis morte, conclus. 1. num. 1.

An communio sit neganda publicis peccatoribus, concl. 2. nu. 2.

An communio sit neganda publicis mimis; & qui dicantur mimi, concl. 3. n. 3.

An communio sit danda occultis peccatoribus tempore, quo tenentur communicare, concl. 4. nu. 4.

An communio neganda occultis peccatoribus extra tempus consuetum communionis, concl. 5. nu. 5.

An sciens Parochus in confessione peccatum occultum possit negare communionem pœnitenti, quem audiuit, cōc. 6. n. 6

An possit negari communio non nominatim excommunicato, concl. 7. nu. 7.

An possit negari communio cum periculo vitæ publicè excommunicato, conc. 8. n. 8

An qui non est Parochus, teneatur omnes petentes communicare, concl. 9. num. 9

An administrans communionem debet esse confessus. & an communicans multos vno actu in peccato mortali committat multa mortalia, num. 10.

Quæ gratia conferatur debitè recipienti communionem num. 11.

1 PRima Conclusio. Præceptum est Ecclesiasticum, quod obligat ad dandam communionem illis, qui sunt condemnati morte; quod præceptum obseruatur in multis prouincijs, vt constat ex his, quæ tradit Iulius Clarus. Verum est tamen quod in Hispania, Gallia, & Ducatu Mediolanensi est in vsu contrariū: quam consuetudinem multi approbant, multi negant, vt constat ex his, quæ tradit Antonius Gomez, Nauarr. & Couarruu. Mea opinio est, quod non debet illis negari confessio, & post confessionem debet iudex permittere illis, vt possint communicare saltem ante diem mortis: Nec valet consuetudo in contrarium, quia consuetudo in administratione sacramentorum, vt valeat, debet esse cum licentia Papæ, vt dicunt Doctores, præterquam quod hæc consuetudo non est rationabilis, & ideo est reprobata per quandam pragmaticam Regis Philippi II. anno 1559. & quandam constitutionem synodalem Archiepiscopatus Burgensis, quæ allegat in fauorem suum quendam motum proprium Pij V. præcipientem omnibus iudicibus, vt faciant communicare condemnatos morte. Verum est tamen, quod quando non potest differri executio sententiæ ad alium diem, potest iudex negare communionē propter reuerentiam, quæ debetur tanto sacramento.

Iul. Clarus. l. 5. sēt. q. 99 ver. sed quæro. Gom. 3. to. var. c. 14. n. 6 Nau. in Man. c. 21. n. 22. Cou. li. 2. var. c. 1. nu. 11. DD. i c. vir autē de secū. nupt.

Proprius motus Pij V. non extat inter pprios motus citat tamē ipsū dicta pragmat. i l. 7. tit. 13. li. 8. recopil.

2 Secunda Concl. Tenentur Parochi negare communionē publicis peccatoribus, nisi faciant publicā pœnitentiam, cum eorum peccatum sit publicum, quos potest reprehendere publicè sacerdos, negans illis Corpus Christi, vt dicit S. Tho. quem sequitur Nauarrus cum communi. Publicus aūt peccator erit in

D. Th. 3. p. q. 80. art. 6.

hoc

hoc casu, qui fuerit declaratus vt talis, peccator per sententiam iudicis, & qui fuerit in aliquo peccato scandaloso, & infami, & si peccatum constet per euidētiam facti, vt est publicus vsurarius, & publicus concubinarius, publicæ meretrices, & peccatum, quod totus populus, & vicini cognoscunt, ita vt non possit occultari: non sufficit autem quod sit rumor huius rei, quia potest falso diuulgari ab aliquo prauo homine, vt colligitur ex iure. Circa quod debet notari cum Caiet. quod licet aliquis confiteatur peccatum suum in iudicio præcipiente iudice, ne publicetur, non debet reus haberi pro publico peccatore. Hincque sequitur, quod si dubitat Parochus, quod aliquis sit publicus peccator, non debet negare ei absolutionem, quia ille peccator nō videtur publicus, & melior est conditio possidentis. Notetur etiam, quod adhoc vt quis dicatur publice cōcubinarius, sufficit quod habitet cum muliere notata infamia, & suspectæ vitæ, & quod monitus non relinquat eam vt definitur in Concilio Basiliensi. Noteteq; Confessarius, quod si ponatur publicus peccator ad pedem altaris ad communionem, potest ei dicere quod non vult illum communicare, cum peccatum suum sit publicum, & non fecerit publicam pœnitentiam eius, quod si replicet, Tu audiuisti confessionem meam, non potest sine Confessionis relatione dicere ei. Non est absolutus, quia non potest negari quod talis confessor reuelat confessionem peccati publici, cum diceret non absoluisse illum, vt dicit Nauar. contra Caiet.

Ca. dilectus de pa. can. Cad. 3. p. q. 80. art. 5. in sol. ad 3.

Concil. Basil. s. 20. c. de concub.

Nau. in c. sacerdos de pœnit. d. 6. nu. 66 & 67.

3 Tertia Conclusio. Tenentur Parochi negare communionem publicis mimis, vt definitur in Concilio Basiliensi, quia hi sunt publici peccatores. Notandum tamen est, quod per mimos hic non intelligimus illos, qui recitant tragedias, & comedias, quia huiusmodi non sunt publici peccatores, sed de mimis qui publice docent facere res turpes, vt illi qui arte diabolica circa chordas voluuntur, saltant, faciuntque alia pertinentia ad artem magicam, vt clare insinuat Concilium Cartaginense, & declarat Diuus Ciprianus Episcopus Cartagin. quadam Epistola, quam scripsit Euaricio, quam refert Gratianus in decreto.

Concil. Cart. 3. c. 2. 3. 1. to. conciliorū. C. pro dilectione de cō secr. d. 2

4 Quarta Conclusio. Si petant à Parocho occulti peccatores, vt det illis communionem, non debet illis negare eā; quia esset infamia eos afficere, vt tenet S. Thomas, quem sequitur Sotus cum communi. Verum est tamen, quod potest negare dicens, vt ostendant illi schedulam confessionis, quod ego intelligerem, si sit consuetudo ostendendi dictā schedulam etiā aliis hominibus, quia alias esset manifestare peccatum, sic enim tenēt homines docti, licet Michael de Palatio videatur aliter sentire: & licet Nauar. teneat, quod Parochus potest negare Eucharistiam peccatori occulto, si eam petat secrete etiam in tempore, quo tenetur ad communionem, contrarium tamen debet teneri cū Caietano, & Soto. Quod probatur, quia christianus habet ius petendi à suo Parocho omnia sacramenta, & ideo non potest priuari illis, nisi causa manifesta.

D. Th. 3 p. q. 80 art. 6. Sot. in 4 d. 12. q. 1. art. 6.

Palac in 4. d. 9. disp. 12. Nau. in Man. Lat. c. 21 nu. 55. Caiet. 3 p. q. 80. Soto in 4. d. 12. q. 7. a. 6.

5 Quinta Conclus. Si peccator occultus deferat schedulam, quod sit confessus, tenetur Parochus (etiam extra tempus consuetum communionis) administrare ei communionem, quia petit, qd illi debetur, & si non concedatur, fieret ei iniuria in honore, cum priuetur suo iure, nisi adsit iusta causa ad illud, vt dicunt Doctores allegati.

6 Sexta Concl. Si Parochus scit per cōfessionē crimen eius, qui petit cōionē, non debet illā negare, quia hoc esset reuelare confessionem, & scire crimē per viam confessionis, est, ac si nō sciret; vnde non amisit ius petendi sacramentū, & ideo nullū aliud remediū est, nisi petere schedulā confessionis, si sit cōsuetudo ostendendi eā in similibus casibus, vt dictum est in cōclusione præterita. Dixi, *Parochus*, quia religiosi, qui audierūt dictum peccatorem, poterunt illi negare cōionem, dicentes, quod recusat

ad Parochum, qui tenetur administrare ei sacramenta, quia si ipsi possunt id facere, hoc est per viam priuilegij, quo vtuntur, quando volunt: in quo debent aduertere multum, quia si admittant huiusmodi homines indifferenter vtentes suo priuilegio, & nunc negant huic in particulari, videntur reuelare peccatum suum, quod prohibitum est.

7 Septima Conclusio. Non potest Parochus negare communionem ei, qui non est nominatim excommunicatus, nisi sit publicum peccatum, pro quo est excommunicatus ipso iure: quod si nominatim sit excommunicatus, tenetur illum vitare, nisi sit in aliquo loco, in quo ignoretur, quod ipse sit excommunicatus, & non potest Parochus illud ibi probare, nec habet testes, nec conuincere petentem communionem potest, quia si possit illum conuincere, debet negare illi communionem propter reuerentiam, quæ debetur huic sacramento, vt colligitur ex eo, quod tradit Sotus. Si vero non habet testes, nec potest eos afferre, nisi cum expensis, & periculo honoris, permittat illum communicare, quia non tenetur impedire alterius peccatum tanto periculo, vt tenent D. Tho. Lyra, Nauarrus, Sotus, & Cord. cum communi.

Sot. in 4. d. 1. q. 5. art. 6. & d 22. q. 1. art. 4. D. Tho. 2. 2. qu. 33. ar. 2. Lyra 1. Instit. Nau. c. 24 n. 11 Sot. in relec. secr. q. 2. n. 3. cõc. 6. vbi Cordub.

8 Octaua Conclusio. Tenetur hic Parochus negare communionem, licet sit cum periculo vitæ illi, qui est excommunicatus publicè, si petat in loco, vbi constat esse nominatim excommunicatum, quando intelligit, quod petat dictum sacramentum in contemptum religionis Christianæ, qui præsumitur in hoc casu; si vero cesset contemptus, nõ tenebitur cum tanto periculo negare ei communionem, vt constat ex eo, quod in simili casu dicemus in materia excommunicationis.

9 Nona Conclusio. Sacerdos, qui non est Parochus, sicut non tenetur audire confessiones, ita non tenetur ministrare sacramentum omnibus, qui petunt illud ab eo, immo dico, si non est Parochus, quod nõ potest dare communionem alienæ oui sine licentia saltem tacita eius Parochi, vt dicit Nauarr. & ego declaro in explicatione cruciatæ.

Nau. in Man. c. 24. nu. 523. iuxta fi. In Explic. cruc. §. 5. nu. 10.

Documenta pro Confessarijs.

10 Notent ministri huius altissimi sacramenti, quod licet ad recipiendum illud sit necesse, quod præcedat confessio, tamen ad ministrandum sufficit cõtritio, quia Concil. Trident. solum definit esse de fide, quod ad recipiendum hoc sacramentum sit necessaria confessio: ob quod, quando necessitas petit solam contritionem, possunt ministrare fidelibus communionem, & præbentes vno actu multis communionem in peccato mortali, solum committunt vnum peccatum mortale, vt dicitur in verbo Missa, cap. 247. nu. 27.

11 Notēt vlterius, quod hoc diuinum sacramentum dat recipienti cum debita præparatione multum augmentum gratiæ ex opere operato; & qui accedūt ad illud cum sola attritione putantes, quod sint contriti, si non possint confiteri ob defectum confessoris, & cogantur communicare, obtinent primā gratiam cum sit panis vitæ, qui dat vitam; & ecclesia cantat de eo, quod lauat culpas, & fortificat debiles, vt notat D. Thom. Sotus, Ledesma, & Nauar. Propter quod ministri huius altissimi, & vtilis mysterij debent inuitari ad eius administrationem, vt expostulat charitas, & necessitas, quam habemus gratiæ Dei, cui tenemur magis in hoc, quam in alio sacramento hilariter seruire.

D. Tho. 3. p. qu. 79. ar. 3. Sot. in 4. d. 12. q. 1. art. 4. ad 5. Ledes. in 4. q. 20. art. 3. Nau. in Man. c. 21. n. 47.

De Sacramento Confirmationis. Cap. LXIX.

SVMMARIVM.

Quid sit Confirmatio, num. 1.

An sit Sacramentum, & quis minister, ibidem.

An sit peccatum non recipere eam, ibidem.

An

An sit necesse, quod assistat Patrinus, ibid.
An peccet qui suscipit ordines non confirmatus, ibid.
An suscipiens ordines non confirmatus incurrat aliquam censuram, ibid.
An suscipiens alia Sacramenta, & administrans non confirmatus peccet mortaliter, ibid.
An character Confirmationis sit necessarius ad recipiendum, & ministrandum sacramenta, ibid.

1 Confirmatio est vnctio Chrismatis consecrati, qua Episcopus vngit frontem baptizati sub certa forma verborum; estque verum Sacramentum, vt definit Concilium Tridentinum, & nemo potest illud administrare, nisi Episcopus Pater autem omittens facere, quod filij, ac domestici sui recipiât hoc sacramentum, peccat mortaliter, si id faciat per côtemptum: secus autem si per negligentiam nisi sit notabilis secundũ Sot. dist. 18. l. c. 1. Ille vero dicitur contemnere, qui cum possit commode recipere, aut facere, quod domestici recipiât, omittit. Quod est quidem verum, quantum ad forum exterius, quia quantum ad forum interius ille contemnit rem, qui nõ facit eam, propterea quod eam paruipendit: vnde qui non recipit hoc sacramentum hoc modo, licet credat esse sacramentum, & tribuere gratiam, peccat mortaliter, secundum doctrinam D. Tho. Caietan. & Ledesmæ; peccat etiam ille, qui facit aliquem cõfirmari sine tenente, & ille qui non suscepto hoc sacramento, facit sibi conferri ordines, cum hoc prohibeatur à Sacro Concilio Trident. Verum est tamẽ, quod non incurrit aliquam censuram, vt dicit Nauarrus, additque Sotus, solum peccare venialiter illum, qui ante Confirmationem suscipit, aut administrat alia sacramenta, etiam scienter, & data opera, quia character baptismalis est necessarius ad recipiendum, & administrandum sacramenta, non autem character Confirmationis.

D. Tho. 2. 2. qu. 186. art. 9. vbi Caiet. Ledes. in 4. 2. p. q. 31. ar 9. in fi. Concil. Tri. ses. 23. d re. for. c. 4. Nau. in Man. c. 22. nu. 9. Sot. i 4. d. 14. q. 1. art. 4. pag. 25.

De contumelia. Cap. LXX.

SVMMARIVM.

Quid sit contumelia, conuicium, & improperium, & an differant à murmuratione, num. 1.
An sit mortale dicere aliquod verbum in proximum, quod illi inferat dolorem, & mæstitiam, concl. 1. num. 2.
An contumelijs afficiens proximum teneatur restituere damnum inde sequutum, concl. 2. num. 3.
Duo peccata committit, qui dicit verba cõtumeliosa alteri animo infamandi, ibid.
An teneatur homo pati verba contumeliæ, quæ in eum dicuntur, concl. 3. num. 4.
An teneatur iniuria affectus relinquere odium, conclus. 4. num. 5. & an possit illi subtrahere loquelam, ibid.

1 Ad explicationem propositi notandum est, quod contumelia est aliquem publicè inhonorare verbis importantibus culpam, sicut si diceret in faciem eius, quod sit latro. Conuicium vero est nomen generalius, quod accidit, quando aliquis dicit contra alium verba inhônorifica, licet non iaciat in faciem eius aliquam culpam, vt si aliquis dicat vocans cæce, Iudæe, aut quid tale. Improperium vero est, quando quis dicit alteri, quod est pauperculus, miser, &c. Verum est tamen, quod iam in vsu est, quod omnia hæc verba significent idem, & ideo significatum eorum confunditur apud DD. vt notant scribentes super S. Thom. Debet vltra notari cum S. Tho. quod hæc tria nomina differunt à murmuratione, quia murmuratio est, quando aliquis dicit malum de alio in absentia; Contumelia vero, cõuiciũ & improperium est, si dicatur in præsentia, quod sufficit: videndus est Caiet.

DD. su. D. Tho. 2. 2. q. 72. D. Th. 2. 2. q. 73. art. 4. ad 1. Caiet. 2. 2. q. 72. art. 1.

2 Prima Conclusio. Quandocunque dictum fuerit aliquod verbum in faciẽ fratris, & proximi, quod ei allaturum sit

sit pœnam, & mæstitiam, est peccatum mortale, licet defectus, qui in illum iacitur, sit naturalis; quod cognoscitur, quando consideratur quis dixerit illud verbum, & in quem fuit dictum, & coram quo fuit dictum: & modus quo fuit dictum, quia si pater dicit filio, cęce, stulte, non peccat mortaliter, licet id dicat cum ira; at si alius cum ira, & indignatione iacit in alium hæc verba, stulte, si sit homo litteris ornatus, peccat mortaliter, quia dat illi occasionem magnæ mœstitiæ: & videtur quod non sit liber à peccato mortali ille, qui iacit in mulierem, quod sit deformis, si sciat quod receptura sit pęnam notabilem, vt dicit Medina, vnde dicere alicui, conuerse, aut ex conuersis, quod vulgo dicitur confesso, seu marrano, est peccatum mortale, vt dicit Medina quem sequitur Fr. Ludou. Lopez.

Medina in sum. f. 182. Lop. li. 1 instr. con fe. c. 59. i fin.

3 Secunda Conclusio. Vltra peccatum, quod committit, qui dicit verba contumeliosa, tenetur restituere damnum, q̄d inde sequutum est, licet non dixerit ea animo faciendi notabilem iniuriam; sic tenet D. Thomas, Caietanus, Nauarrus & Medina, nisi dixerit ea correctionis causa: verum est tamen, quod si dixit dicta verba sine intentione damnificãdi, & non ob solam correctionem, sed solum monstrans iram, & contemptum, si excessus, quo dicitur est leuis, erit peccatum veniale, si vero grauis, erit mortale, sicut quando dicitur alicui, hæretico, Iudæo, ebrio, &c. sic enim dicũt Corduba, & Nauarr. quod intelligitur, si ea verba dicantur tanto cõtemptu, & ira, quæ efficiant mœstitiam in proximo: vnde dicit Petrus de Nauarra. quod putat peccatum mortale dicere alicui in faciem (qui defecerit aliquando in promissis) tanti facio verbum tuum quanti facerem verbum iumẽti: & tenetur ad damnum, quod effecit. Notaque, quod est quædam lex ordinamenti, in his regnis Castellæ, quæ pręcipit, quod qui dixerit alteri. Leprose, sodomita, cornute, traditor, aut hæretice, retractetur coram iudice, & idem dicens mulieri nuptæ, quod sit meretrix: quæ lex non habet locum, quãdo dicta verba dicuntur à persona nobili; aut à clerico, vt ordinat quædam lex stili, quia huiusmodi personæ non tenẽtur retractari coram Iudice, vt affirmat Didacus Perez contra aliquos, qui tenent contrarium. Verum est tamen, quod tenebuntur retractari coram illis, qui erant præsentes, quando talia verba fuerunt dicta, ad ꝙ debet illos adstringere Confessarius: & notetur, ꝙ ille, qui dicit aliqua verba contumeliæ alteri cum animo infamandi, vltra peccatum contumeliæ, quod committit, committit etiam peccatum detractionis, vnde non sufficit, quod confiteatur dixisse fratri suo verba contumeliæ, sed est necesse, quod confiteatur dixisse ea cum animo infamandi, vt aduertit Nauarrus.

D. Th 2. 2. q 72. art. 8. & ibi Caietan. Nauar. i Man. ca. 18. n. 10. Medina in sum. fol. 79. Cord. d̄ tegend. secreto. q. 2. cõc. 8. Nau. vbi supra.

Perez lib. 2.

Nauar. vbi sup. num. 12

4 Tertia Conclusio. Non tenetur homo ferre verba contumeliosa, quæ in illum iactantur, & simulare ea, si intelligit, quod ab alijs paruipendetur; est tamen consilium Euangelicum multum salutiferum, & multum conforme humilitati Christi, ferre ea: ob quod clerici & religiosi tenentur ad hoc, cũ profiteantur hanc Christi humilitatem, nisi forte non dissimulare eas debeat seruire ad reprimendam audaciam dicentis, quia hoc est quasi corrigere eos fraterne: ita vt dicit Arag. quod si aliquis dicit alteri, latro, possit illi respondere, quod non dicit veritatem ostendens illud sufficientibus rationibus, vt sic corrigatur, & reprimatur eius incompositio verborum, non autem sic remaneat inhonoratus, vocans illum licet indirecte mendacem.

Arag. 2. 2. q. 72

5 Quarta Conclusio. Contumelia affectos tenetur derelinquere odium, & rãcorem, quem solent efficere verba contumeliosa, ita vt non desideret, neque procuret malum illius, qui affecit cũ iniuria, ob vindictã, licet possit desiderare illi aliquod supplicium zelo iustitiæ. Hinc sequitur, quod non põt subtrahere loquellam ab eo, nec ostendere signa inimicitiarũ torue illũ inspiciens, transiens,

siens, aut alio digrediens, vt fugiat eius occursum videntibus aliquibus, qui sciunt casum: sic enim dicit Corduba, Couarruuias, & Angles. Dixi *videntibus qui sciunt casum*, quia si non videant, poterit ostendere ei signa prædicta sine odio tamen prætendens solum eius correctionem.

Cord. de casib. cōsc. q. 58. Cou. l. 2 var. c. 10 num. 7. Angl. in q. de rest. honor. conc. 4.

De Conscientia. Cap. LXXI.

SVMMARIVM.

Quid, & quotuplex sit conscientia, num. 1.

Ad operandum contra conscientiam quid sufficiat. concl. 1. num. 2.

An teneatur quis sequi conscientiam erroneam, concl. 2. nu. 3.

An sit peccatum operari contra conscientiam speculatiuam, vel contra conscientiam præstitam, concl. 3. nu. 4.

An operari contra conscientiam dictātem peccatum indistinctè, sit mortale, concl. 4. num. 5.

1 AD resolutionem propositi in hoc capitulo est notandum, quod conscientia non est potentia, nec habitus, sed quidam actus dictās, quod aliquid sit faciendum, vel fugiendum, vt dicit S. Thom. Consideratur autem quatuor modis, vna dicitur recta, alia erronea, alia dubia, alia scrupulosa. Recta conscientia est, quæ per verum & legitimum, syllogismum concludit aliquam veram conclusionem, vt videtur in hoc. Omnia mandata Dei debent seruari, amare Deum est eius mandatum, ergo debet seruari. Conscientia erronea est, quæ dictat vt verum quod est falsum. Conscientia dubia, est quando non consentit, nec negat aliquam propositionem, sed est in ea perplexus, & dubius. Conscientia scrupulosa, est quæ accedit ad aliquam partem, sed cum quodam timore affligente cor. Hos terminos declarat Corduba, loquens late de illis.

D. Th. 1. 2. q. 19. art. 5. & 1. p. 79. art. 13.

Cord. l. 3. qq. q. 2. & 3.

2 Prima Conclusio. Vt aliquis operetur contra cōscientiam sufficit, quod præcesserit iudicium actuale, & quod virtualiter perseueret; vt si aliquis haberet hunc errorem, non esse ei licitam Theologiam scholasticam, & actualiter non remouens hunc errorem studet huic scientiæ peccat, licet non adsit consideratio actualis; quia facit contra iudicium virtuale, quod virtualiter perseuerat. Nec sufficit, vt aliquis peccet contra conscientiam erroneam, quod peccet contra habitum erroneum, vt si aliquis haberet habitum erroneū collectum ex multis actibus, s. quod tenetur furari, vt succurrat pauperi, & aliquis homo doctus, cui tenetur credere, docet illum eandem propositionem, furando conformās se dictę doctrinæ operatur secundū habitum erroneū, & non peccat contra conscientiam erroneam.

3 Secunda Conclusio. Tenetur homo sequi conscientiam erroneam; hęc conclusio est communis omnium Theologorum, vt late tradit Corduba. Ad cuius explicationem debet aduerti, quod conscientia erronea, & recta obligāt coram Deo, sed diuersimode, quia cōsciētia recta obligat absolute, & eo modo, quo obligat lex diuina; conscientia vero erronea obligat cōditionaliter, quia supposito, quod ego puto debere credere, & quod præceptum diuinum obliget ad illud, posita hac cōditione, & suppositione licet falsa, cōscientia erronea obligat in virtute huius præcepti, & ideo quando conscientia dicit, ꝙ debet dici mendacium pro conseruanda vita hominis, non dictat hoc, quia illi videatur sic, sed quia putat esse preceptum diuinum: hæc doctrina est D. Tho. quam sequitur, & explicat Medina.

Cordu. vbi sup. q. 4.

4 Tertia Conclusio. Operari contra cōscientiam speculatiuam non est peccatum, sed solum facere contra conscientiam practicam: sic. n. tenet Sotus, vnde iudex, qui secundum allegata, & probata condemnat, quem scit esse innocentem, non inueniens viam, qua possit eū liberare, non peccat; quia licet faciat contra cōsciētiā speculatiuā, quæ dictat esse

D. Th. in 2. d. 39. q. 3. ar. 8 ad 1. & in corp. Medina 1. 2. q. 19. ar. 6. Sot. li. 5. de iust. i. q. 4. ar. 2.

esse innocentem, non facit contra conscientiam publicam; & practicam, quæ dictat, quod dictus reus debet condemnari, cum sit conuictus legitimis testibus. Et ob eandem rationem est licitum alicui facere contra dubium speculatiuum, non autem contra practicum super eadem re: ob quod miles existens in dubio speculatiuo an bellum sit iustum, si præceptus à suo duce præliatur, non peccat, quia licet faciat contra dubium speculatiuum, non facit contra practicum.

5 Quarta Conclusio. Peccata quæ aliquis committit contra conscientiam, quæ dictat esse venialia, aut non dictat qualia sint, si ex se non sunt mortalia, nō dictante ipsa qualia sint, solum sunt venialia, sic enim tenet Nauarrus; & Ludou. Lopez tenet idem, imitās eum, solum excipit, si ille, qui habet tale dictamen conscientiæ, debuit fugere periculum peccandi mortaliter, quod ex alia parte sæpe illi accidit, vt experientia docet: vnde fit, vt qui iurat sciens, quod peccat, non aduertens, an peccet mortaliter, aut venialiter, adhuc peccat mortaliter, si habet consuetudinem iurandi propter periculum, cui exponitur peccandi mortaliter.

Nau. in Man. pl. 9. nu. 9. Lop. in iust. cō- fec. 1. p. c. 3. col. 26.

De deposito. Cap. LXXII.

SVMMARIVM.

Quid sit depositum, num. 1.

In quibus casibus teneatur depositarius restituere depositum, si perdatur, conclus. 1. num. 2.

An depositarius teneatur succurrere prius rebus suis, quam depositatis, conclus. 2. num. 3.

Quando teneatur depositarius succurrere prius rebus depositatis, quam suis, concl. 3. num. 4. & concl. 4. num. 5.

An vtens deposito dato in pondere, et mēsura teneatur aliquid restituere, & an peccet vtendo illo, concl. 5. num. 6.

An vtens deposito habēte vsufructum inuito domino ad quid teneatur, concl. 6. num. 7.

An depositans aliquid posset petere à depositario, vt respondeat illi aliquid vtēs dicto deposito, concl. 7. num. 8.

An sit licitum deponere aliquam summā pecuniæ numeratæ in aliqua ecclesia pacto, quod administratores eius emant aliquos redditus pro illa tali ecclesia, & ex illis dent domino pecuniæ aliquid, conclus. 8. num. 9.

An depositans pecuniam possit habere aliquid a depositario, qui dat illam libenter, concl. 9. num. 10.

An in deposito possit esse recompensatio, concl. 10. nu. 11. & concl. 11. nu. 12.

An teneatur depositarius mittere depositum ad dominum suum, conclus. 12. numero 13.

AD resolutionem huius materiæ est notandum, quod depositum est illud, quod alicui traditur ad custodiam, aut est illud, quod alicui traditur in confidentia; quod habet locum in rebus mobilibus, & etiam in immobilibus, præcipuè quando litigatur super dominio earum. Non transfertur autem dominium rei depositæ in depositarium, vt tractant DD. vtriusque iuris, potestque hoc depositum fieri in gratiā eius, qui accipit, & in fauorem eius, qui deponit, & secundum suam naturam contractus est gratuitus factus in gratia deponentis, vt infra declaratur. 1

DD. i l. 1. ff. deposi. & in c. bona fides, el 2. extra de deposit.

2 Prima Conclusio. Considerata natura huius contractus, & eius finis, qui est, vt fiat in gratiā eius, qui depositat, depositarius solum tenetur restituere q̄ amittitur ex deposito fraude, aut culpa lata, secundum quod dicit D. Th. quem sequitur Nauar. Verum est tamē, quod consideratis aliquibus circunstantijs in aliquibus casibus, tenetur ad restitutionem, si amittatur, aut deterioretur etiā culpa leui. Primus casus est, quando depositarius recipit stipendium pro custodia. Secundus quando fit depositum in fauorem vtriusque, quia in contractibus, qui fiunt in fauorem vtriusque

D. Tho. 2. 2. qu. 63. ar. 6. Nau ca. 17. nu. 181.

partis, vnaquæque tenetur ratione doli,& culpæ latæ, & leuis,vt dicit Nauar. & Medina. Tertius casus est, quando depositarius se offert libenter ad custodiam depositi,vt dicit Nauar. quod secundum eius mentem debet intelligi, quando oblatus est pro depositario, & fuit causa quod non eligeretur alter diligentior. Quartus, quando oblatus est ob suam vtilitatem, & non ob gratiam depositantis,quia in hoc casu nō solum tenetur ratione culpæ leuis,sed etiam leuissimæ, cum factum fuerit depositum in eius gratiam, & non depositantis. Quintus casus est,quando fecit obligationem soluendi quod deperderetur ratione culpæ leuis, aut leuissimæ, vt dicunt DD.allegati.

Nau. in Man. c. 17.num. 179. Med. in tum.fol. 187. Nau. vbi supra nu.181, Nau. d. c.17.nu. 18.

3 Secunda Conclus. Si fiat depositum in gratiam solum depositantis, non tenetur ad quidquam depositarius si videat comburi domum suam,accurrens prius rebus suis(licet viliores sint)quam depositis,si non possit saluare omnes;& minus tenebitur si succurrerit prius rebus suis æqualibus, aut preciosioribus, quia in hoc casu solum tenebitur ratione doli,aut latæ culpæ.

4 Tertia Concl. Si hic contractus fiat solum in fauorem depositarij, cum teneatur etiam respectu culpæ leuissimæ eo modo, quo tenetur qui accipit mutuum, in fauorem suum,manifestū est, ꝙ depositarius potest etiam in hoc casu,si applicetur ignis domui suæ,prouidere prius rebus suis preciosioribus, q̄ deposito,non tamen rebus suis ęqualis, aut vilioris pretij; quia sic tenetur illud restituere. Et est notandum, ꝙ quando dicimus posse depositarium prius prouidere rebus suis preciosioribus, quam deposito, debet intelligi dummodo nō contemnat data opera depositum, mittens illud in ignem,aut deteriorando illud.Secundo,debet notari,quod supradictum habet locum in foro conscientiæ, quia loquendo in foro exteriori, si non constet non potuisse prouidere simul suis rebus, & deposito, compelletur ad soluendum: quia præsumitur fuisse dolus; videndus est Syluester.

5 Quarta Concl. Si hic contractus fiat in gratiam vtriusque partis, cum depositarius teneatur solum ad culpam leuem, non autem leuissimam,vt accidit in contractu locati,qui fit gratia vtriusque,clarum est quod tenetur depositarius ad amissum depositi; vt si comburatur domus, & prouideat prius rebus suis minoris valoris,quam rebus depositis,secus autem rebus æqualis valoris, aut maioris,vt constat ex dictis.

Syl. verbo, commodatū q.12.§.9

6 Quinta Concl.Quando depositū datur in pondere, & mensura,sicut datur panis,vinum, oleū, &c. licet peccet depositarius vtens his rebus prohibente depositante, non tamē tenetur aliquid restituere. Hæc conclusio habet duas partes probandas. Prima,quod peccet: quod probatur,quia vtitur re inuito domino,quod est illicitum. Secūda, quod non teneatur aliquid restituere: probatur,quia hæ res vsu consumuntur,& sic non habent vsufructum,vt dicit S.Th. vnde non tenetur depositarius ad plus, quam reddere illas. Verum est, quod depositarius potest vti pecunia depositata, si non sit periculum, quod perdatur, & si est paratus reddere illam quādocunque petatur, quia potest soluere cum alia pecunia eiusdem valoris, vt dicit Garcia; quod regulariter loquendo non accidit in reliquis rebus.

D.Tho. 2.2. qu. 77.ar.3.

Gara li. 2.de cōtract. p. 27.

7 Sexta Conclus. Depositarius, qui vtitur re depositata, quæ habet vsufructum, sicut est seruus, equus contra expressam voluntatem domini, aut præsumptam, vltra peccatum,quod committit,tenetur ad restitutionem valoris vsus pro quanto in his rebus vsus distinguitur à dominio, & solet vendi, vt dicit S.Tho.loco supra citato.

8 Septima Concl Quando datur depositum rerum, quæ consistunt in numero pondere, & mensura,cum facultate quod depositarius possit vti eis respondens singulis annis cum aliqua compensatione, depositans iniustitiam commisit, & obligatur ad restitutionem totius rei datæ singulis

illis

Nau. in Man.ca. 17.n.181 & lib.3. conf.tit. de depof. conf. 1. p.163.

illis annis; fic enim tenet Nauarrus: quod probatur, quia hic contractus factus cum hac conditione eft mutuum, ftatim ac depofitarius incipit vti dictis rebus: at clarum eft, quod pro mutuo nihil debet fperari, quia effet vfura. Hinc infertur primo, quod nullus, qui depofitat fuos redditus, poteft petere quidquam à depofitario ob poteftatē, quam ei dat ad vtendum eis, cum realiter hoc depofitum fit mutuum, fic enim dicit Nauarrus. Secūdo infertur, quod princeps populi, aut ciuitatis, qui conftituit aliquem depofitarium, qui teneat apud fe redditus tributorum cū facultate, quod poffit eis vti, non poteft pāgere cum eo, quod ob dictum vfum retribuat aliquid, fic enim dicit Nauar. Tertio infertur, quod quando aliquis depofitat in domum alterius aliquam pecuniæ fummam cum poteftate vtendi ea, non tenetur ei quicquam dare pro cuftodia, quia hoc non eft depofitum, fed mutuum, quod fit gratis, & etiam quia fi fit contractus mutui, certum eft, quod dominium talis pecuniæ tranfiuit in depofitarium, & per confequens ad illum pertinet eius cuftodia, cū realiter, & vere non fit depofitarius, fed dominus. Quarto infertur, quod depofitarius, qui recipit dictam pecuniā fine facultate vtendi ipfa, & cum obligatione reftituendi, meretur præmium pro cuftodia, cum eius dominium non tranfierit in illum, nec tenetur dare aliquid domino, nifi ipfam fortem principalem, cum fit contractus gratuitus, fecūdum fuam naturam, vt tractat Nau.

Nau.vbi fup. cōf. 2.

Nau.vbi fup. cōf. 3.

Nau.ca. 17.n.180

9 Octaua Conclufio. Licitum eft depofitare aliquā fummam pecuniæ numeratæ in aliqua ecclefia cum hoc pacto, quod adminiftratores eius bonorum emant aliquos redditus annuos, ex quibus quinta pars detur ecclefię pro decima, & adminiftratione, & reliquæ quatuor partes reddantur dño pecuniæ, & eius hæredibus; hoc enim videtur effe definitum in iure; & eft opinio Gl. communiter receptæ fuper eodem iure; & etiam quia licitum eft donare aliquid

Glo. c.1 de depo fi.vbi gl. c.Eleuther. 18. q.2.c. p. terea de iure. patro.

ecclefiæ cum pacto, quod refpōdeat cū aliqua retributione donanti; & dictum depofitū non eft aliud, quā donatio modalis cū dicto onere. Nec obftat, quod depofitum debet effe gratuitum, quia hoc intelligitur regulariter, & ideo bene poteft in aliquo cafu fieri depofitum cum dicto pacto, vt probatur in iure. Verum eft tamen, quod melius effet, ꝙ hoc fieri & non per viā depofiti, fed per viam donationis modalis inter viuos perpetuæ cum facultate reddendi pecuniā, aut redditus, aut bona empta, quia fi fiat per viam depofiti, videtur, quod aliquo modo iuftificātur depofita, quæ his temporibus folent fieri in manibus mercatorum, qui debēt refpondere cū aliqua re vtentes depofito, quæ confuetudo eft illicita, vt refoluit Nauarrus.

Nau.li.3 conf.tit. de depo fi.cōf.5 p.172.

10 Nona Conclufio. Si depofitarius reddit plus pecuniæ, quam recepit, & non libenter, & libere, fed quia timet, quod non foluens aliquid depofitās petet depofitum fuum, & dabit alteri ad cuftodiam, non folum peccat mortaliter, qui dat dictam pecuniam in depofitum, intelligens, ꝙ depofitarius debet ei perfoluere aliquid pro depofito, præcipue ob dictum timorem, fed etiam tenetur reftituere illud; & ratio eft, quia timor, quāuis minor in foro confcientiæ excufat, & accufat; & item, quia fi petit dictam pecuniam, præcipue vt refpondeatur illi cum aliquo intereffe, cū mittit vfuram, & vult mutuare cum intentione principali, quod aliquis retribuat illi aliquid vltra fortem principalem: fic enim dicit Nauar.

Nau.li.3 conf cō fil.4. fol. 175. col. 2.lit F.

11 Decima Conclufio. In depofito non habet locum compenfatio directa, quæ fit quando alicui debetur quędam fumma, & non poteft illam recuperare per viam litis, & fecretè accipit depofitarius creditor aliquid à fuo debitore, qui eft, qui depofitauit, & fic depofitarius non poteft fecretè accipere depofitum in partem debiti: & hoc eft propter magnam fidelitatem, quæ requiritur in depofitario, cui datum depofitū eft in cuftodiam, fic enim tenet

K 3 Conar.

Couar. Garcia, & Nau. quod intelligitur in foro exteriori, quia in foro conscientiæ contrarium debet intelligi, vt tenet idem Nauarrus, Angles, & Petrus de Nauarra.

Cou. in c. quãuis pactũ 1. p §. 4. n. 9. vers. item nõ. Gar li. 1 de contractib. § 27. Nau. ca. 17. nu. 186.

12 Vndecima Conclusio. Loquendo de compensatione indirecta, quæ accidit quando aliqua res venit ad manus meas, & nolo eam tribuere donec mihi soluatur, quod mihi debetur, potest depositarius retinere depositum, quousque illi soluatur debitum, si est tam clarum, quod facilè potest statim iudicari, vt tale debitum; sic enim tenet post Panormit. Syluester, quod procedit non solum in foro conscientiæ, sed etiam in foro exteriori.

13 Duodecima Conclusio. Non tenetur depositarius mittere depositum domino suo, qui discessit à loco vbi erat depositum; sic enim tenet Medina, & Angles, quia esset magna iniuria depositarij; quod procedit, licet pro custodia habuisset aliquod interesse, quia semper (loquendo secundum suam naturam) depositum fit in gratiam depositantis, sicut è contrario, mutuum fit in fauorem recipientis; & secundum Petrum de Nauarra, hæc est ratio, ob quã depositarius non tenetur mittere suis expensis rem depositam, vbi dominus eius commoratur, licet ille, si secum habuisset eam, attulisset illam secum, qui vero recepit mutuum, sic. Verum est tamen, quod si depositarius contulit se ad alium locũ, tenetur mittere suis expensis rem ad locum, vbi est dominus eius, cum ipse sit causa harum expensarum, vt dicit Nauarra addens, quod nõ negaret hoc Medina ipse.

Med. de rest. q. 1. Angl. in florib. 4 q. cui faciẽda est rest. dif. fic. 9. cõcl. 1. Nau. li. 4. de restit. c. 3. nu. 14.

De Duello. Cap. LXXIII.

SVMMARIVM.

An sit licitum declarare aliquam veritatem pro viam duelli, concl. 1. nu. 1.

An sit licitum in bellis admittere singularia certamina, conclus. 2. num. 2.

Quomodo intelligatur Concil. Trid. prohibens duella, concl. 3. num. 3.

DE hac materia tractant Alciatus, Nauarrus, & Petrus Gregorius Tolosanus, & alij, qui allegabuntur in resolutionibus.

Alc. in tract. de sing. cer tam. Nau. in Man. c. 11. n. 39. Greg 3. p. syntagmatis, tit. 4. 8. c. 15.

1 Prima Concl. Illicitum est duellum etiam propter verificandam aliquã veritatem, quia hoc est tentare Deum, sicut est tentare Deum dicere, Vt videatur, quod sit verum, pono manum meã in igne, & non comburo. Est etiam illicitum, quando aliquis prouocat alium ad duellum, aut acceptat dueliũ ob vanam gloriam, aut ad ostendẽdas vires, aut ad alium effectum, cuius non est necessitas ad defensionem vitæ, & honoris, vt dicit Sotus; & qui nõ acceptat, licet amittat honorem coram perditis, & extrauagantibus Christianis, nõ perdit tamen coram illis, qui cognoscũt, quid sit Christiana vita, coram quibus, si aliquo modo perdit, est quando nõ se defendit, at potest defendere se sine duello. Verum est tamen, quod si nullo modo potest quis defendere vitam, rem, & famam suam, nisi per duellum, non videtur esse peccatũ acceptare illud, quia hoc formaliter est defendere se, & in hoc casu est vera opinio Nicolai de Lyra, & Nauarri, qui dicunt esse licitum duellum ad defendendum se, & res suas, vt aduertit Petrus de Nauarra.

Sot li. 5. de iust. q. 1. ar 8.

Lyra 1. reg. c. 17 Nau. 15. nu. 9. & Petr. de Nau. de restit. li. 2. c. 3. n. 399.

2 Secunda Concl. Illicitum est in bello admittere aliquod singulare certamen, aut partiale, quod est, quando quis vult præliari cum alio solo, aut quando decẽ volunt præliari contra decem inuicem à se prouocatos. Quod intelligitur, si id faciant ad ostensionem virium, aut ob alios respectus humanos vanos, quia cõtra rationem naturalem est eligere, & vulnerare proximum cum periculo vitæ propter vanam gloriam; sic enim tenet Nauarrus. Si verò singulare, aut partiale certamen fit ad ponendum finem bello, erit licitum; quod accidit, quãdo ex incursibus aliquis exercitus sit potẽtior alio, & superbior, quia in hoc casu

Nau. ca. 15. nu 9.

con-

conuenit ad finem belli imponendum non recusare duellum, ob quod nō fuit peccatum acceptare Dauidem duellum contra Goliath, prætersquam quod acceptauit illud motus à Deo.

Concil. Trid. sess. 25. c. 19. de refor.

3. Tertia Concl. In Concil. Trident. ponuntur graues pęnæ contra Imperatores, Reges, & alios magnates, qui in suis dominijs inter Christianos concedunt, quod sint duella; dicit enim quod sint ipso iure excommunicati, & priuati ciuitate, oppido, aut terra, vbi consenserint fieri, si illa habuerint ab ecclesia: q̄ si sint feudales dicti loci acquirantur à domino principali ipsorum, & quod illi, qui ratione duelli fuerint præsentes duello, vt patrini, & alij, qui suo nomine fuerint præsentes incurrant in excommunicationem, & amissionem omniū suorum bonorum, & in perpetuam infamiam, & vt homicidæ puniet, & secūdum canones ecclesiæ debet illis aduerti, quod si moriantur in duello, priuantur ecclesiastica sepultura; & illi qui dederint consilium ad duellū, aut persuaserint, aut inspexerint sint excommunicati, & maledicti. Circa quod decretū debet notari primo, quod eius pęnæ habent locum non solum in duellis publicis, & solemnibus, quando assignantur loca, arma, patroni, & iudices, sed etiam in duellis particularibus, quæ sępe accidunt sine hac solemnitate, sic enim docet Nau. affirmās sic declarauisse Greg. XIII. in quadam sua extrauaganti publicata anno 1582. & hoc debet multū notari, quia Salzedus explicans dictum Concilium affirmat solum debere intelligi in publicis, & solemnibus duellis, dicens quod sic fuit iudicatum à sapientissimis viris in quadam audientia horum regnorum, cuius sententia non potest teneri, cum sit declaratio sedis Apostolicę in contrarium. Secundo debet aduerti, q̄ pęna excommunicationis, quæ ponitur contra eos, qui descendunt ad duellum eius causa, & contra eos qui dant consilium ad illud, non incurritur ipso facto, vt constat ex dicto Concilio, qui loquendo de illis dicit hæc verba, *Excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur*; sic enim aduertit Petrus de Nau. Vnde sequitur, quod tales si fuerint presbyteri celebrantes, antequam excommunicentur, non remanent irregulares. Tertio debet notari, quod excommunicatio in quam incurrunt, qui inueniuntur in his duellis, siue sint solemnia, siue priuata, est reseruata Sanctitati suæ secundum constitutionē supradictam Greg. XIII. licet Conciliū non reseruet eam, & vt videatur hęc veritas pono hic verba ipsius constitutionis, quæ talia sunt. *Auctoritate Apostolica statuimus, etc. vt omnes qui circa duella priuata peccat modis expressis à sua sanctitate, eisdem censuris, & pęnis subiaceāt, quibus per constitutiones prædecessorū subiacere debebant, pro censuris & pęnis peccantes circa duella publica, & solemnia.* Et postquam in hac constitutione ponitur verbum (*statuimus*,) clarum est, quod sit noua lex per ipsum, secundū doctrinam cuiusdam Gloss. communiter receptæ: ob quod cū Pius Quartus, in quadam bulla, quam dedit anno 1560. posuerit pęnam excommunicationis reseruatæ ad suam sanctitatem: & Gregor. XIII. extenderit ipsam ad duella priuata, sequitur, quod qui peccant circa hęc duella, incurrant in eandem excommunicationem reseruatam: hæc sententia est Nauarri in quodam consilio, quod dedit super hac re. Quarto debet notari, quod per solam voluntatem duelli, quam duo habeant, non incurrunt in easdem pœnas, vt tenet idem Nauarrus, quia Concilium non castigat duella mentalia. Quinto notatur, quod sacerdos, qui cōmmittit hoc crimen, non remanet ipso iure suspēsus, quia solum dicit ius, quod debet suspendi, vt notat Nauarrus, contra Syluest. & Ioannem Tabien. in qua quidem suspensione pōtest dispensare Episcopus, nisi interuenerit mors, aut mutilatio mēbri, & dicta pœna comprehendit clericum, siue acceptet duellum libenter, siue constrictus ab aliquā necessitate, quia nulla potest esse, quæ compellat clericum ad acce-

Nau. li. 5. consl. de purg. vul. cōs. 1. & 2. f. 564. col. 1. & 2.
Greg. 13 ī Extrauag. quæ incip. ad tollēdū, quæ est 82. inter ipsas cōstitutiones.
Salz. in prac. cri. c. 106.

Nau. li. 2. de res. ca. 3. nu. 252.

Gloss. in Cle fin. verbo, statuimus, de rescrip. bul incip. ea q̄ q. 25. inter cōst.
Nau. vbi supra cons. 2. f fine.

Nau. in man. c. 27. nu. 250.

hoc casu, qui fuerit declaratus vt talis, peccator per sententiam iudicis, & qui fuerit in aliquo peccato scandaloso, & infami, & si peccatum constet per euidẽtiam facti, vt est publicus vsurarius, & publicus concubinarius, publicæ meretrices, & peccatum, quod totus populus, & vicini cognoscunt, ita vt non possit occultari: non sufficit autem quod sit rumor huius rei, quia potest falso diuulgari ab aliquo prauo homine, vt colligitur ex iure. Circa quod debet notari cum Caiet. quod licet aliquis confiteatur peccatum suum in iudicio præcipiente iudice, ne publicetur, non debet reus haberi pro publico peccatore. Hincque sequitur, quod si dubitat Parochus, quod aliquis sit publicus peccator, non debet negare ei absolutionem, quia ille peccator nõ videtur publicus, & melior est conditio possidentis. Notetur etiam, quod adhoc vt quis dicatur publice cõcubinarius, sufficit quod habitet cum muliere notata infamia, & suspectæ vitæ, & quod monitus non relinquat eam vt definitur in Concilio Basiliensi. Notetq; Confessarius, quod si ponatur publicus peccator ad pedem altaris ad communionem, potest ei dicere quod non vult illum communicare, cum peccatum suum sit publicum, & non fecerit publicam pęnitentiam eius, quod si replicet, Tu audiuisti confessionem meam, non potest sine Confessionis relatione dicere ei. Non est absolutus, quia non potest negari quod talis confessor reuelat confessionem peccati publici, cum diceret non absoluisse illum, vt dicit Nauar. contra Caiet.

Ca. dilectus de pa. can. Cad. 3. p. q. 80. art. 3, in sol. ad 3.

Concil. Basil. s. 20. c. de concub.

Nau. in c. sacerdos de pęnit. d. 6. nu. 66 & 67.

3 Tertia Conclusio. Tenentur Parochi negare communionem publicis mimis, vt definitur in Concilio Basiliensi, quia hi sunt publici peccatores. Notandum tamen est, quod per mimos hic non intelligimus illos, qui recitant tragedias, & comedias, quia huiusmodi non sunt publici peccatores, sed de mimis qui publice docent facere res turpes, vt illi qui arte diabolica circa chordas voluuntur, saltant, faciuntque alia pertinentia ad artem magicam, vt clare insinuat Concilium Cartaginense, & declarat Diuus Ciprianus Episcopus Cartagin. quadam Epistola, quam scripsit Euaricio, quam refert Gratianus in decreto.

Concil. Cart. 3. c. 2.3.16. to. conciliorũ. C. pro dilectio ne de cõsecr. d. 2

4 Quarta Conclusio. Si petant à Parocho occulti peccatores, vt det illis communionem, non debet illis negare eã; quia esset infamia eos afficere, vt tenet S. Thomas, quem sequitur Sotus cum communi. Verum est tamen, quod potest negare dicens, vt ostendant illi schedulam confessionis, quod ego intelligerem, si sit consuetudo ostendendi dictã schedulam etiã aliis hominibus, quia alias esset manifestare peccatum, sic enim tenẽt homines docti, licet Michael de Palatio videatur aliter sentire: & licet Nauar. teneat, quod Parochus potest negare Eucharistiam peccatori occulto, si eam petat secrete etiam in tempore, quo tenetur ad communionem, contrarium tamen debet teneri cũ Caietano, & Soto. Quod probatur, quia christianus habet ius petendi à suo Parocho omnia sacramenta, & ideo non potest priuari illis, nisi causa manifesta.

D. Th. 3 p. q. 80 art. 6. Sot. in 4 d. 12. q. 1. art. 6.

Palac in 4. d. 9. di sp. 12. Nau. in Man. Lat. c. 21 nu. 55. Caiet. 3 p. q. 80. Soto in 4. d. 12. q. 7. a. 6.

5 Quinta Conclus. Si peccator occultus deferat schedulam, quod sit confessus, tenetur Parochus (etiam extra tempus consuetum communionis) administrare ei communionem, quia petit, qd illi debetur, & si non concedatur, fiet ei iniuria in honore, cum priuetur suo iure, nisi adsit iusta causa ad illud, vt dicunt Doctores allegati.

6 Sexta Concl. Si Parochus scit per cõfessionẽ crimen eius, qui petit cõionẽ, non debet illã negare, quia hoc esset reuelare confessionem, & scire crimẽ per viam confessionis, est, ac si nõ sciret; vnde non amisit ius petendi sacramentũ, & ideo nullũ aliud remediũ est, nisi petere schedulã confessionis, si sit cõsuetudo ostendendi eã in similibus casibus, vt dictum est in cõclusione præterita. Dixi, *Parochus*, quia religiosi, qui audierũt dictum peccatorem, poterunt illi negare cõionem, dicentes, quod recusat

ad

ad Parochum, qui tenetur administrare ei sacramenta, quia si ipsi possunt id facere, hoc est per viam priuilegij, quo vtuntur, quando volunt: in quo debent aduertere multum, quia si admittant huiusmodi homines indifferenter vtentes suo priuilegio, & nunc negant huic in particulari, videntur reuelare peccatum suum, quod prohibitum est.

7 Septima Conclusio. Non potest Parochus negare communionem ei, qui non est nominatim excommunicatus, nisi sit publicum peccatum, pro quo est excommunicatus ipso iure: quod si nominatim sit excommunicatus, tenetur illum vitare, nisi sit in aliquo loco, in quo ignoretur, quod ipse sit excommunicatus, & non potest Parochus illud ibi probare, nec habet testes, nec conuincere petentem communionem potest, quia si possit illum conuincere, debet negare illi communionem propter reuerentiam, quæ debetur huic sacramento, vt colligitur ex eo, quod tradit Sotus. Si vero non habet testes, nec potest eos afferre, nisi cum expensis, & periculo honoris, permittat illum communicare, quia non tenetur impedire alterius peccatum tanto periculo, vt tenent D. Tho. Lyra, Nauarrus, Sotus, & Cord. cum communi.

Sot. in 4. d. 1. q. 5. art. 6. & d. 12. q. 1. art. 4.

D. Tho. 2. 2. qu. 33. ar. 2. Lyra 1. Instit. Nau. c. 24 n. 12 Sot. in relec. secr. q. 2. n. 3. cōc. 6. vbi Cordub.

8 Octaua Conclusio. Tenetur hic Parochus negare communionem, licet sit cum periculo vitæ illi, qui est excommunicatus publicè, si petat in loco, vbi constat esse nominatim excommunicatum, quando intelligit, quod petat dictum sacramentum in contemptum religionis Christianæ, qui præsumitur in hoc casu; si vero cesset contemptus, nō tenebitur cum tanto periculo negare ei communionem, vt constat ex eo, quod in simili casu dicemus in materia excommunicationis.

9 Nona Conclusio. Sacerdos, qui non est Parochus, sicut non tenetur audire confessiones, ita non tenetur ministrare sacramentum omnibus, qui petunt illud ab eo, immo dico, si non est Parochus, quod nō potest dare communionem alienæ oui sine licentia saltem tacita eius Parochi, vt dicit Nauarr. & ego declaro in explicatione cruciatæ.

Nau. in Man. c. 24. nu. 522. iuxta fi. In Explic. cruc. §. 5. nu. 10.

Documenta pro Confessarijs.

10 Notent ministri huius altissimi sacramenti, quod licet ad recipiendum illud sit necesse, quod præcedat confessio, tamen ad ministrandum sufficit cōtritio, quia Concil. Trident. solum definit esse de fide, quod ad recipiendum hoc sacramentum sit necessaria confessio: ob quod, quando necessitas petit solam contritionem, possunt ministrare fidelibus communionem, & præbentes vno actu multis communionem in peccato mortali, solum committunt vnum peccatum mortale, vt dicitur in verbo Missa, cap. 247. nu. 27.

11 Notēt vlterius, quod hoc diuinum sacramentum dat recipienti cum debita præparatione multum augmentum gratiæ ex opere operato; & qui accedūt ad illud cum sola attritione putantes, quod sint contriti, si non possint confiteri ob defectum confessoris, & cogantur communicare, obtinent primā gratiam cum sit panis vitæ, qui dat vitam; & ecclesia cantat de eo, quod lauat culpas, & fortificat debiles, vt notat D. Thom. Sotus, Ledesma, & Nauar. Propter quod ministri huius altissimi, & vtilis mysterij debent inuitari ad eius administrationem, vt expostulat charitas, & necessitas, quam habemus gratiæ Dei, cui tenemur magis in hoc, quam in alio sacramento hilariter seruire.

D. Tho. 3. p. qu. 79. ar. 3. Sot. in 4. d. 12. q. 1. art. 4. ad 5. Ledes. in 4. q. 20. art. 3. Nau. in Man. c. 21. n. 47.

De Sacramento Confirmationis. Cap. LXIX.

SVMMARIVM.

Quid sit Confirmatio, num. 1.

An sit Sacramentum, & quis minister, ibidem.

An sit peccatum non recipere eam, ibidem.

An

An sit necesse, quod assistat Patrinus, ibid.
An peccet qui suscipit ordines non confirmatus, ibid.
An suscipiens ordines non confirmatus incurrat aliquam censuram, ibid.
An suscipiens alia Sacramenta, & administrans non confirmatus peccet mortaliter, ibid.
An character Confirmationis sit necessarius ad recipiendum, & ministrandum sacramenta, ibid.

1 CONfirmatio est vnctio Chrismatis consecrati, qua Episcopus vngit frontem baptizati sub certa forma verborum; estque verum Sacramentum, vt definit Concilium Tridentinum, & nemo potest illud administrare, nisi Episcopus Pater autem omittens facere, quod filij, ac domestici sui recipiāt hoc sacramentum, peccat mortaliter, si id faciat per cōtemptum: secus autem si per negligentiam nisi sit notabilis secundū Sot. dist. 18. l. c. 1. Ille vero dicitur contemnere, qui cum possit commode recipere, aut facere, quod domestici recipiāt, omittit. Quod est quidem verum, quantum ad forum exterius, quia quantum ad forum interius ille contemnit rem, qui nō facit eam, propterea quod eam paruipendit: vnde qui non recipit hoc sacramentum hoc modo, licet credat esse sacramentum, & tribuere gratiam, peccat mortaliter, secundum doctrinam D. Tho. Caietan. & Ledesmæ; peccat etiam ille, qui facit aliquem cōfirmari sine tenente, & ille qui non suscepto hoc sacramento, facit sibi conferri ordines, cum hoc prohibeatur à Sacro Concilio Trident. Verum est tamē, quod non incurrit aliquam censuram, vt dicit Nauarrus, additque Sotus, solum peccare venialiter illum, qui ante Confirmationem suscipit, aut administrat alia sacramenta, etiam scienter, & data opera, quia character baptismalis est necessarius ad recipiendum, & administrandum sacramenta, non autem character Confirmationis.

D. Tho. 2. 2. qu. 186. art. 9. vbi Caiet. Ledes. in 4. 2. p. q. 31. ar 9. in fi. Concil. Tri. sess. 23. de refor. c. 4. Nau. in Man. c. 22. nu. 9. Sot. i 4. d. 14. q 1. art. 4. pag. 25.

De contumelia. Cap. LXX.

SVMMARIVM.

Quid sit contumelia, conuicium, & improperium, & an differant à murmuratione, num. 1.
An sit mortale dicere aliquod verbum in proximum, quod illi inferat dolorem, & mæstitiam, concl. 1. num. 2.
An contumelijs afficiens proximum teneatur restituere damnum inde sequutum, concl. 2. num. 3.
Duo peccata committit, qui dicit verba cōtumeliosa alteri animo infamandi, ibid.
An teneatur homo pati verba contumeliæ, quæ in eum dicuntur, concl. 3. num. 4.
An teneatur iniuria affectus relinquere odium, conclus. 4. num. 5. & an possit illi subtrahere loquelam, ibid.

AD explicationem propositi notandum est, quod contumelia est aliquem publicè inhonorare verbis importantibus culpam, sicut si diceret in faciem eius, quod sit latro. Conuicium vero est nomen generalius, quod accidit, quando aliquis dicit contra alium verba inhōnorifica, licet non iaciat in faciem eius aliquam culpam, vt si aliquis dicat vocans cæce, Iudæe, aut quid tale. Improperium vero est, quando quis dicit alteri, quod est pauperculus, miser, &c. Verum est tamen, quod iam in vsu est, quod omnia hæc verba significent idem, & ideo significatum eorum confunditur apud DD. vt notant scribentes super S. Thom. Debet vltra notari cum S. Tho. quod hæc tria nomina differunt à murmuratione, quia murmuratio est, quando aliquis dicit malum de alio in absentia; Contumelia vero, cōuiciū & improperium est, si dicatur in præsentia, quod sufficit: videndus est Caiet. 1

DD. su. D. Tho. 2. 2. qu. 72. D. Th. 2. 2. q. 73. art. 4. ad 1. Caiet. 2. 2. q. 72. art. 1.

2 Prima Conclusio. Quandocunque dictum fuerit aliquod verbum in faciē fratris, & proximi, quod ei allaturum sit

sit pœnam, & mæstitiam, est peccatum mortale, licet defectus, qui in illum iacitur, sit naturalis; quod cognoscitur, quando consideratur quis dixerit illud verbum, & in quem fuit dictum, & coram quo fuit dictum: & modus quo fuit dictum, quia si pater dicit filio, cęce, stulte, non peccat mortaliter, licet id dicat cum ira; at si alius cum ira, & indignatione iacit in alium hæc verba, stulte, si sit homo litteris ornatus, peccat mortaliter, quia dat illi occasionem magnæ mœstitiæ: & videtur quod non sit liber à peccato mortali ille, qui iacit in mulierem, quod sit deformis, si sciat quod receptura sit pęnam notabilem, vt dicit Medina, vnde dicere alicui, conuerse, aut ex conuersis, quod vulgo dicitur confesso, seu marrano, est peccatum mortale, vt dicit Medina quem sequitur Fr. Ludou. Lopez.

Medina in sum. f. 182. Lop. li. 1 instr. con sc. c. 59. i fin.

3 Secunda Conclusio. Vltra peccatum, quod committit, qui dicit verba contumeliosa, tenetur restituere damnum, qd inde sequutum est, licet non dixerit ea animo faciendi notabilem iniuriam; sic tenet D. Thomas, Caietanus, Nauarrus & Medina, nisi dixerit ea correctionis causa: verum est tamen, quod si dixit dicta verba sine intentione damnificādi, & non ob solam correctionem, sed solum monstrans iram, & contemptum, si excessus, quo dicitur est leuis, erit peccatum veniale, si vero grauis, erit mortale, sicut quando dicitur alicui, hæretico, Iudæo, ebrio, &c. sic enim dicūt Corduba, & Nauarr. quod intelligitur, si ea verba dicantur tanto cōtemptu, & ira, quæ efficiant mœstitiam in proximo: vnde dicit Petrus de Nauarra. quod putat peccatum mortale dicere alicui in faciem (qui defecerit aliquando in promissis) tanti facio verbum tuum quanti facerem verbum iumēti: & tenetur ad damnum, quod effecit. Notaque, quod est quædam lex ordinamenti, in his regnis Castellæ, quæ pręcipit, quod qui dixerit alteri. Leprose, sodomita, cornute, traditor, aut hæretice, retractetur coram iudice, & idem dicens mulieri nuptæ, quod sit meretrix: quæ lex non habet locum, quādo dicta verba dicuntur à persona nobili; aut à clerico, vt ordinat quædam lex stili, quia huiusmodi personæ non tenētur retractari coram Iudice, vt affirmat Didacus Perez contra aliquos, qui tenent contrarium. Verum est tamen, quod tenebuntur retractari coram illis, qui erant præsentes, quando talia verba fuerunt dicta, ad q́ debet illos adstringere Confessarius: & notetur, q́ ille, qui dicit aliqua verba contumeliæ alteri cum animo infamandi, vltra peccatum contumeliæ, quod committit, committit etiam peccatum detractionis, vnde non sufficit, quod confiteatur dixisse fratri suo verba contumeliæ, sed est necesse, quod confiteatur dixisse ea cum animo infamandi, vt aduertit Nauarrus.

D. Th 2. 2. q. 72. art. 8. & ibi Caietan. Nauar. i Man. ca. 18. n. 10. Medina in sum. fol. 79. Cord. d' tegend. secreto. q. 2. cōc. 8. Nau. vbi supra.

Perez lib. 2.

Nauar. vbi sup. num. 12

4 Tertia Conclusio. Non tenetur homo ferre verba contumeliosa, quæ in illum iactantur, & simulare ea, si intelligit, quod ab alijs paruipendetur; est tamen consilium Euangelicum multum salutiferum, & multum conforme humilitati Christi, ferre ea: ob quod clerici & religiosi tenentur ad hoc, cū profiteantur hanc Christi humilitatem, nisi forte non dissimulare eas debeat seruire ad reprimendam audaciam dicentis, quia hoc est quasi corrigere eos fraterne: ita vt dicit Arag. quod si aliquis dicit alteri, latro, possit illi respondere, quod non dicit veritatem ostendens illud sufficientibus rationibus, vt sic corrigatur, & reprimatur eius incompositio verborum, non autem sic remaneat inhonoratus, vocans illum licet indirecte mendacem.

Arag. 2. 2. q. 72

5 Quarta Conclusio. Contumelia affectos tenetur derelinquere odium, & rācorem, quem solent efficere verba contumeliosa, ita vt non desideret, neque procuret malum illius, qui affecit cū iniuria, ob vindictā, licet possit desiderare illi aliquod supplicium zelo iustitiæ. Hinc sequitur, quod non pōt subtrahere loquellam ab eo, nec ostendere signa inimicitiarū torue illū inspiciens, tran-

 siens,

siens, aut alio digrediens, vt fugiat eius occursum videntibus aliquibus, qui sciunt casum: sic enim dicit Corduba, Couarruuias,& Angles. Dixi *videntibus qui sciunt casum*, quia si non videant, poterit ostendere ei signa prædicta sine odio tamen prætendens solum eius correctionem.

Cord de casib.cō sc. q 58. Cou l.2 var.c.10 num. 7. Angl.in q. de rest. honor. conc. 4.

De Conscientia. Cap. LXXI.

SVMMARIVM.

Quid, & quotuplex sit conscientia, num.1.
Ad operandum contra conscientiam quid sufficiat. concl.1.num.2.
An teneatur quis sequi conscientiam erroneam, concl.2.nu.3.
An sit peccatum operari contra conscientiam speculatiuam, vel contra conscientiam practicam, concl.3.nu.4.
An operari contra conscientiam dictantem peccatum indistincte, sit mortale, concl. 4.num.5.

1 AD resolutionem propositi in hoc capitulo est notandum, quod conscientia non est potentia, nec habitus, sed quidam actus dictās, quod aliquid sit faciendum, vel fugiendum, vt dicit S. Thom. Consideratur autem quatuor modis, vna dicitur recta, alia erronea, alia dubia, alia scrupulosa. Recta conscientia est, quæ per verum & legitimum, syllogismum concludit aliquam veram conclusionem, vt videtur in hoc. Omnia mandata Dei debent seruari, amare Deum est eius mandatum, ergo debet seruari. Conscientia erronea est, quæ dictat vt verum quod est falsum. Conscientia dubia, est quando non consentit, nec negat aliquam propositionem, sed est in ea perplexus, & dubius. Conscientia scrupulosa, est quæ accedit ad aliquam partem, sed cum quodam timore affligente cor. Hos terminos declarat Corduba, loquens late de illis.

D.Th. 1 2. q. 19. art.5. & 1. p. 79. art. 13.

Cord. l. 3.qq. q. 2.& 3.

2 Prima Conclusio. Vt aliquis operetur contra cōscientiam sufficit, quod præcesserit iudicium actuale, & quod virtualiter perseueret, vt si aliquis haberet hunc errorem, non esse ei licitam Theologiam scholasticam, & actualiter non remouens hunc errorem studet huic scientiæ peccat, licet non adsit consideratio actualis; quia facit contra iudicium virtuale, quod virtualiter perseuerat. Nec sufficit, vt aliquis peccet contra conscientiam erroneam, quod peccet contra habitum erroneum, vt si aliquis haberet habitum erroneū collectum ex multis actibus, s. quod tenetur furari, vt succurrat pauperi, & aliquis homo doctus, cui tenetur credere, docet illum eandem propositionem, furando conformās se dictę doctrinæ operatur secundū habitum erroneū, & non peccat contra conscientiam erroneam.

3 Secunda Conclusio. Tenetur homo sequi conscientiam erroneam; hęc conclusio est communis omnium Theologorum, vt late tradit Corduba. Ad cuius explicationem debet aduerti, quod conscientia erronea, & recta obligāt coram Deo, sed diuersimode, quia cōsciētia recta obligat absolute, & eo modo, quo obligat lex diuina; conscientia vero erronea obligat cōditionaliter, quia supposito, quod ego puto debere credere, & quod præceptum diuinum obliget ad illud, posita hac cōditione, & suppositione licet falsa, cōscientia erronea obligat in virtute huius præcepti, & ideo quando conscientia dicit, q᷑ debet dici mendacium pro conseruanda vita hominis, non dictat hoc, quia illi videatur sic, sed quia putat esse pręceptum diuinum: hæc doctrina est D. Tho. quam sequitur, & explicat Medina.

Cordu. vbi sup. q.4.

D.Th.in 2. d. 39. q 3.ar 8 ad 1. & in corp. Medin.1 2. q. 19. ar.6.

4 Tertia Conclusio. Operari contra cōscientiam speculatiuam non est peccatum, sed solum facere contra conscientiam practicam: sic.n. tenet Sotus, vnde iudex, qui secundum allegata, & probata condemnat, quem scit esse innocentem, non inueniens viam, qua possit eū liberare, non peccat; quia licet faciat contra cōsciētiā speculatiuā, quæ dictat

Sot.li.5. de iusti. q.4.ar.2

esse

esse innocentem, non facit contra conscientiam publicam; & practicam, quæ dictat, quod dictus reus debet condemnari, cum sit conuictus legitimis testibus. Et ob eandem rationem est licitum alicui facere contra dubium speculatiuum, non autem contra practicum super eadem re; ob quod miles existens in dubio speculatiuo an bellum sit iustum, si præceptus à suo duce præliatur, non peccat, quia licet faciat contra dubium speculatiuum, non facit contra practicum.

5 Quarta Conclusio. Peccata quæ aliquis committit contra conscientiam, quæ dictat esse venialia, aut non dictat qualia sint, si ex se non sunt mortalia, nō dictante ipsa qualia sint, solum sunt venialia, sic enim tenet Nauarrus; & Ludou. Lopez tenet idem, imitās eum, solum excipit, si ille, qui habet tale dictamen conscientiæ, debuit fugere periculum peccandi mortaliter, quod ex alia parte sæpe illi accidit, vt experientia docet: vnde fit, vt qui iurat sciens, quod peccat, non aduertens, an peccet mortaliter, aut venialiter, adhuc peccat mortaliter, si habet consuetudinem iurandi propter periculum, cui exponitur peccandi mortaliter.

Nau. in Man. pl. 9. nu. 9. Lop. in iust. cō. sec. 1. p. c. 3. col. 26.

De deposito. Cap. LXXII.

SVMMARIVM.

Quid sit depositum, num. 1.

In quibus casibus teneatur depositarius restituere depositum, si perdatur, conclus. 1. num. 2.

An depositarius teneatur succurrere prius rebus suis, quam depositatis, conclus. 2. num. 3.

Quando teneatur depositarius succurrere prius rebus depositatis, quam suis, concl. 3. num. 4. & concl. 4. num. 5.

An vtens deposito dato in pondere, et mēsura teneatur aliquid restituere, & an peccet vtendo illo, concl. 5. num. 6.

An vtens deposito habēte vsufructum inuito domino ad quid teneatur, concl. 6. num. 7.

An depositans aliquid posset petere à depositario, vt respondeat illi aliquid vtēs dicto deposito, concl. 7. num. 8.

An sit licitum deponere aliquam summā pecuniæ numeratæ in aliqua ecclesia pacto, quod administratores eius emant aliquos redditus pro illa tali ecclesia, & ex illis dent domino, pecuniæ aliquid, conclus. 8. num. 9.

An depositans pecuniam possit habere aliquid a depositario, qui dat illam libenter, concl. 9. num. 10.

An in deposito possit esse recompensatio, concl. 10. nu. 11. & concl. 11. nu. 12.

An teneatur depositarius mittere depositum ad dominum suum, conclus. 12. numero 13.

1 AD resolutionem huius materiæ est notandum, quod depositum est illud, quod alicui traditur ad custodiam, aut est illud, quod alicui traditur in confidentia; quod habet locum in rebus mobilibus, & etiam in immobilibus, pręcipuè quando litigatur super dominio earum. Non transfertur autem dominium rei depositæ in depositarium, vt tractant DD. vtriusque iuris, potestque hoc depositum fieri in gratiā eius, qui accipit, & in fauorem eius, qui deponit, & secundum suam naturam contractus est gratuitus factus in gratia deponentis, vt infra declaratur.

DD. in l. 1. ff. deposi. & in c. bona fides, el 2. extra de deposit.

2 Prima Conclusio. Considerata natura huius contractus, & eius finis, qui est, vt fiat in gratiā eius, qui depositat, depositatius solum tenetur restituere quod amittitur ex deposito fraude, aut culpa lata, secundum quod dicit D. Th. quem sequitur Nauar. Verum est tamē, quod consideratis aliquibus circunstantijs in aliquibus casibus, tenetur ad restitutionem, si amittatur, aut deterioretur etiā culpa leui. Primus casus est, quando depositarius recipit stipendium pro custodia. Secundus quando fit depositum in fauorem vtriusque, quia in contractibus, qui fiunt in fauorem vtriusque par-

D. Tho. 2. 2. qu. 63. ar. 6. Nau ca. 17. nu. 181.

partis, vnaquæque tenetur ratione doli,& culpæ latæ, & leuis, vt dicit Nauar. & Medina. Tertius casus est, quando depositarius se offert libenter ad custodiam depositi, vt dicit Nauar. quod secundum eius mentem debet intelligi, quando oblatus est pro depositario, & fuit causa quod non eligeretur alter diligentior. Quartus, quando oblatus est ob suam vtilitatem, & non ob gratiam depositantis, quia in hoc casu nō solum tenetur ratione culpæ leuis, sed etiam leuissimæ, cum factum fuerit depositum in eius gratiam, & non depositantis. Quintus casus est, quando fecit obligationem soluendi quod deperderetur ratione culpæ leuis, aut leuissimæ, vt dicunt DD. allegati.

Nau. in Man. c. 17. num. 179. Med. in sum. fol. 187. Nau. vbi supra nu. 181. Nau. d. c. 17. nu. 18.

3 Secunda Conclus. Si fiat depositum in gratiam solum depositantis, non tenetur ad quidquam depositarius si videat comburi domum suam, accurrens prius rebus suis (licet viliores sint) quam depositis, si non possit saluare omnes; & minus tenebitur si succurrerit prius rebus suis æqualibus, aut preciosioribus, quia in hoc casu solum tenebitur ratione doli, aut latæ culpæ.

4 Tertia Concl. Si hic contractus fiat solum in fauorem depositarij, cum teneatur etiam respectu culpæ leuissimæ eo modo, quo tenetur qui accipit mutuum, in fauorem suum, manifestū est, ꝙ depositarius potest etiam in hoc casu, si applicetur ignis domui suæ, prouidere prius rebus suis preciosioribus, q̄ deposito, non tamen rebus suis ęqualis, aut vilioris pretij; quia sic tenetur illud restituere. Et est notandum, ꝙ quando dicimus posse depositarium prius prouidere rebus suis preciosioribus, quam deposito, debet intelligi dummodo nō contemnat data opera depositum, mittens illud in ignem, aut deteriorando illud. Secundo, debet notari, quod supradictum habet locum in foro conscientiæ, quia loquendo in foro exteriori, si non constet non potuisse prouidere simul suis rebus, & deposito, compelletur ad soluendum: quia præsumitur fuisse dolus; videndus est Syluester.

5 Quarta Concl. Si hic contractus fiat in gratiam vtriusque partis, cum depositarius teneatur solum ad culpam leuem, non autem leuissimam, vt accidit in contractu locati, qui fit gratia vtriusque, clarum est quod tenetur depositarius ad amissum depositi; vt si comburatur domus, & prouideat prius rebus suis minoris valoris, quam rebus depositis, secus autem rebus æqualis valoris, aut maioris, vt constat ex dictis.

Syl. verbo, commodatū q. 11. §. 9

6 Quinta Concl. Quando depositū datur in pondere, & mensura, sicut datur panis, vinum, oleū, &c. licet peccet depositarius vtens his rebus prohibente depositante, non tamē tenetur aliquid restituere. Hæc conclusio habet duas partes probandas. Prima, quod peccet: quod probatur, quia vtitur re inuito domino, quod est illicitum. Secūda, quod non teneatur aliquid restituere: probatur, quia hæ res vsu consumuntur, & sic non habent vsufructum, vt dicit S. Th. vnde non tenetur depositarius ad plus, quam reddere illas. Verum est, quod depositarius potest vti pecunia depositata, si non sit periculum, quod perdatur, & si est paratus reddere illam quādocunque petatur, quia potest soluere cum alia pecunia eiusdem valoris, vt dicit Garcia; quod regulariter loquendo non accidit in reliquis rebus.

D. Tho. 2. 2. qu. 77. ar. 3.

Gara li. 2. de cōtract. p. 27.

7 Sexta Conclus. Depositarius, qui vtitur re depositata, quæ habet vsufructum, sicut est seruus, equus contra expressam voluntatem domini, aut præsumptam, vltra peccatum, quod committit, tenetur ad restitutionem valoris vsus pro quanto in his rebus vsus distinguitur à dominio, & solet vendi, vt dicit S. Tho. loco supra citato.

8 Septima Concl. Quando datur depositum rerum, quæ consistunt in numero pondere, & mensura, cum facultate quod depositarius possit, vti eis respondens singulis annis cum aliqua compensatione, depositans iniustitiam commisit, & obligatur ad restitutionem totius rei datæ singulis

illis

Nau. in Man. ca. 17. n. 181 & lib. 3. conf. tit. de depof. conf. 1. p. 163.

illis annis; fic enim tenet Nauarrus: quod probatur, quia hic contractus factus cum hac conditione eft mutuum, ftatim ac depofitarius incipit vti dictis rebus: at clarum eft, quod pro mutuo nihil debet fperari, quia effet vfura. Hinc infertur primo, quod nullus, qui depofitat fuos redditus, poteft petere quidquam à depofitario ob poteftatē, quam ei dat ad vtendum eis, cum realiter hoc depofitum fit mutuum, fic enim dicit Nauarrus. Secūdo infertur, quod princeps populi, aut ciuitatis, qui conftituit aliquem depofitarium, qui teneat apud fe redditus tributorum cū facultate, quod poffit eis vti, non poteft pāgere cum eo, quod ob dictum vfum retribuat aliquid, fic enim dicit Nauar. Tertio infertur, quod quando aliquis depofitat in domum alterius aliquam pecuniæ fummam cum poteftate vtendi ea, non tenetur ei quicquam dare pro cuftodia, quia hoc non eft depofitum, fed mutuum, quod fit gratis, & etiam quia fi fit contractus mutui, certum eft, quod dominium talis pecuniæ tranfiuit in depofitarium, & per confequens ad illum pertinet eius cuftodia, cū realiter, & vere non fit depofitarius, fed dominus. Quarto infertur, quod depofitarius, qui recipit dictam pecuniā fine facultate vtendi ipfa, & cum obligatione reftituendi, meretur præmium pro cuftodia, cum eius dominium non tranfierit in illum, nec tenetur date aliquid domino, nifi ipfam fortem principalem, cum fit contractus gratuitus, fecūdum fuam naturam, vt tractat Nau.

Nau. vbi fup. cōf. 2.

Nau. vbi fup. cōf. 3.

Nau. ca. 17. n. 180

9 Octaua Conclufio. Licitum eft depofitare aliquā fummam pecuniæ numeratæ in aliqua ecclefia cum hoc pacto, quod adminiftratores eius bonorum emant aliquos redditus annuos, ex quibus quinta pars detur ecclefię pro decima, & adminiftratione, & reliquæ quatuor partes reddantur dn̄o pecuniæ, & eius hæredibus; hoc enim, videtur effe definitum in iure; & eft opinio Gl. communiter receptæ fuper eodem iure; & etiam quia licitum eft donare aliquid ecclefiæ cum pacto, quod refpōdeat cū aliqua retributione donanti; & dictum depofitū non eft aliud, quā donatio modalis cū dicto onere. Nec obftat, quod depofitum debet effe gratuitum, quia hoc intelligitur regulariter, & ideo bene poteft in aliquo cafu fieri depofitum cum dicto pacto, vt probatur in iure. Verum eft tamen, quod melius effet, ꝙ hoc fieri & non per viā depofiti, fed per viam donationis modalis inter viuos perpetuæ cum facultate reddendi pecuniā, aut redditus, aut bona empta, quia fi fiat per viam depofiti, videtur, quod aliquo modo iuftificātur depofita, quæ his temporibus folent fieri in manibus mercatorum, qui debēt refpondere cū aliqua re vtentes depofito, quæ confuetudo eft illicita, vt refoluit Nauarrus.

Glo. c. 1 de depofi. vbi gl. c. Eleuther. 18. q. 2. c. p̄terea de iure. patro.

10 Nona Conclufio. Si depofitarius reddit plus pecuniæ, quam recepit, & non libenter, & libere, fed quia timet, quod non foluens aliquid depofitās petet depofitum fuum, & dabit alteri ad cuftodiam, non folum peccat mortaliter, qui dat dictam pecuniam in depofitum, intelligens, ꝙ depofitarius debet ei perfoluere aliquid pro depofito, præcipue ob dictum timorem, fed etiam tenetur reftituere illud; & ratio eft, quia timor, quāuis minor in foro confcientiæ excufat, & accufat; & item, quia fi petit dictam pecuniam, præcipue vt refpondeatur illi cum aliquo intereffe, cū mittit vfuram, & vult mutuare cum intentione principali, quod aliquis retribuat illi aliquid vltra fortem principalem: fic enim dicit Nauar.

Nau. li. 3 conf. tit. de depofi. conf. 5 p. 171.

Nau. li. 3 conf cōfil. 4. fol. 17c. col. 2. lit F.

11 Decima Conclufio. In depofito non habet locum compenfatio directa, quæ fit quando alicui debetur quędam fumma, & non poteft illam recuperare per viam litis, & fecretè accipit depofitarius creditor aliquid à fuo debitore, qui eft, qui depofitauit, & fic depofitarius non poteft fecretè accipere depofitum in partem debiti: & hoc eft propter magnam fidelitatem, quæ requiritur in depofitario, cui datum depofitū eft in cuftodiam, fic enim tenet

K 3 Conar.

Couar. Garcia, & Nau. quod intelligitur in foro exteriori, quia in foro conscientiæ contrarium debet intelligi, vt tenet idem Nauarrus, Angles, & Petrus de Nauarra.

Cou. in c. quãuis pactũ 1. p §. 4. n. 9. vers. item nō. Gar li. 1 de contractib. § 27. Nau. ca. 17. nu. 186.

12 Vndecima Conclusio. Loquendo de compensatione indirecta, quæ accidit quando aliqua res venit ad manus meas, & nolo eam tribuere donec mihi soluatur, quod mihi debetur, potest depositarius retinere depositum, quousque illi soluatur debitum, si est tam clarum, quod facilè potest statim iudicari, vt tale debitum; sic enim tenet post Panormit. Syluester, quod procedit non solum in foro conscientiæ, sed etiam in foro exteriori.

13 Duodecima Conclusio. Non tenetur depositarius mittere depositum domino suo, qui discessit à loco vbi erat depositum; sic enim tenet Medina, & Angles, quia esset magna iniuria depositarij; quod procedit, licet pro custodia habuisset aliquod interesse, quia semper (loquendo secundum suam naturam) depositum fit in gratiam depositantis, sicut è contrario, mutuum fit in fauorem recipientis; & secundum Petrum de Nauarra, hæc est ratio, ob quã depositarius non tenetur mittere suis expensis rem depositam, vbi dominus eius commoratur, licet ille, si secum habuisset eam, attulisset illam secum, qui vero recepit mutuum, sic. Verum est tamen, quod si depositarius contulit se ad alium locũ, tenetur mittere suis expensis rem ad locum, vbi est dominus eius, cum ipse sit causa harum expensarum, vt dicit Nauarra addens, quod nō negaret hoc Medina ipse.

Med. de rest. q. 2. Angl. in florib. 4 q. cui faciẽda est rest. dific. 9. cōcl. 1. Nau. li. 4. de restit. c. 3. nu. 14.

De Duello. Cap. LXXIII.

SVMMARIVM.

An sit licitum declarare aliquam veritatem pro viam duelli, concl. 1. nu. 1.

An sit licitum in bellis admittere singularia certamina, conclus. 2. num. 2.

Quomodo intelligatur Concil. Trid. prohibens duella, concl. 3. num. 3.

DE hac materia tractant Alciatus, Nauarrus, & Petrus Gregorius Tolosanus, & alij, qui allegabuntur in resolutionibus.

Alc. in tract. de sing. certam. Nau. in Man. c. 11. n. 39. Greg 3. p. syntaxis, tit. 4. 8. c. 15.

1 Prima Concl. Illicitum est duellum etiam propter verificandam aliquã veritatem, quia hoc est tentare Deum, sicut est tentare Deum dicere, Vt videatur, quod sit verum, pono manum meã in igne, & non comburo. Est etiam illicitum, quando aliquis prouocat alium ad duellum, aut acceptat duellũ ob vanam gloriam, aut ad ostendẽdas vires, aut ad alium effectum, cuius non est necessitas ad defensionem vitæ, & honoris, vt dicit Sotus; & qui nō acceptat, licet amittat honorem coram perditis, & extrauagantibus Christianis, nō perdit tamen coram illis, qui cognoscũt, quid sit Christiana vita, coram quibus, si aliquo modo perdit, est quando nō se defendit, at potest defendere se sine duello. Verum est tamen, quod si nullo modo potest quis defendere vitam, rem, & famam suam, nisi per duellum, non videtur esse peccatũ acceptare illud, quia hoc formaliter est defendere se, & in hoc casu est vera opinio Nicolai de Lyra, & Nauarri, qui dicunt esse licitum duellum ad defendendum se, & res suas, vt aduertit Petrus de Nauarra.

Sot li. 5. de iust. q. 1. ar 8.

Lyra 1. reg. c. 17 Nau. 15. nu. 9. & Petr. de Nau. de restit. li. 2. c. 3. q. 199.

2 Secunda Concl. Illicitum est in bello admittere aliquod singulare certamen, aut partiale, quod est, quando quis vult præliari cum alio solo, aut quando decẽ volunt præliari contra decem inuicem à se prouocatos. Quod intelligitur, si id faciant ad ostensionem virium, aut ob alios respectus humanos vanos, quia cōtra rationem naturalem est eligere, & vulnerare proximum cum periculo vitæ propter vanam gloriam; sic enim tenet Nauarrus. Si verò singulare, aut partiale certamen fit ad ponendum finem bello, erit licitum; quod accidit, quãdo ex incursibus aliquis exercitus fit potẽtior alio, & superbior, quia in hoc casu con-

Nau. ca. 15. nu 9.

conuenit ad finem belli imponendum non recusare duellum, ob quod nō fuit peccatum acceptare Dauidem duellum contra Goliath, præterquam quod acceptauit illud motus à Deo.

Concil. Trid. ses. 25. c. 19. de refor.

3 Terna Concil. In Concil. Trident. ponuntur graues pœnæ contra Imperatores, Reges, & alios magnates, qui in suis dominijs inter Christianos concedunt, quod sint duella; dicit enim quod sint ipso iure excommunicati, & priuati ciuitate, oppido, aut terra, vbi consenserint fieri, si illa habuerint ab ecclesia: q̄ si sint feudales dicti loci acquirantur à domino principali ipsorum, & quod illi, qui ratione duelli fuerint præsentes duello, vt patrini, & alij, qui suo nomine fuerint præsentes incurrant in excommunicationem, & amissionem omniū suorum bonorum, & in perpetuam infamiam, & vt homicidæ puniet, & secūdum canones ecclesiæ debet illis aduerti, quod si moriantur in duello, priuantur ecclesiastica sepultura; & illi qui dederint consilium ad duellū, aut persuaserint, aut inspexerint sint excōmunicati, & maledicti. Circa quod decretū debet notari primo, quod eius pœnæ habent locum non solum in duellis publicis, & solemnibus, quando assignantur loca, arma, patroni, & iudices, sed etiam in duellis particularibus, quæ sæpe accidunt sine hac solemnitate, sic enim docet Nau. affirmās sic declarauisse Greg. XIII. in quadam sua extrauaganti publicata anno 1582. & hoc debet multū notari, quia Salzedus explicans dictum Concilium affirmat solum debere intelligi in publicis, & solemnibus duellis, dicens quod sic fuit iudicatum à supiēlissimis viris in quadam audientia horum regnorum, cuius sententia non potest teneri, cum sit declaratio sedis Apostolicę in contrarium. Secundo debet aduerti, q̄ pęna excommunicationis, quæ ponitur contra eos, qui descendunt ad duellum eius causa, & contra eos qui dant consilium ad illud, non incurritur ipso facto, vt constat ex dicto Concilio, qui loquendo de illis dicit hæc verba, *Excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur*; sic enim aduertit Petrus de Nau. Vnde sequitur, quod tales si fuerint presbyteri celebrantes, antequam excommunicentur, non remanent irregulares. Tertio debet notari, quod excommunicatio in quam incurrunt, qui inueniuntur in his duellis, siue sint solemnia, siue priuata, est reseruata Sanctitati suæ secundum constitutionē supradictam Greg. XIII. licet Conciliū non reseruet eam, & vt videatur hęc veritas pono hic verba ipsius constitutionis, quæ talia sunt. *Auctoritate Apostolica statuimus, etc. vt omnes qui circa duella priuata peccat modis expressis à sua sanctitate, eisdem censuris, & pœnis subiaceāt, quibus per constitutiones prædecessorū subiacere debebant, pro censuris & pœnis peccantes circa duella publica, & solemnia.* Et postquam in hac constitutione ponitur verbum (*statuimus*,) clarum est, quod fit noua lex per ipsum, secundū doctrinam cuiusdam Gloss. communiter receptæ: ob quod cū Pius Quartus, in quadam bulla, quam dedit anno 1560. posuerit pęnam excommunicationis reseruatæ ad suam sanctitatem: & Gregor. XIII. extenderit ipsam ad duella priuata, sequitur, quod qui peccant circa hęc duella, incurrant in eandem excommunicationem reseruatam: hæc sententia est Nauarri in quodam consilio, quod dedit super hac re. Quarto debet notari, quod per solam voluntatem duelli, quam duo habeant, non incurrunt in easdem pœnas; vt tenet idem Nauarrus, quia Concilium non castigat duella mentalia. Quinto notatur, quod sacerdos, qui cōmittit hoc crimen, non remanet ipso iure suspēsus, quia solum dicit ius, quod debet suspendi, vt notat Nauarrus, contra Syluest. & Ioannem Tabien. in qua quidem suspensione pōtest dispensare Episcopus, nisi interuenerit mors, aut mutilatio mēbri, & dicta pœna comprehendit clericum, siue acceptet duellum libenter, siue constrictus ab aliqua necessitate, quia nulla potest esse, quæ compellat clericum ad acce-

Nau. li. 5. cons. de purg. vul. cōs. 1. & 2. f. 564. col. 1. & 2. Greg. 13 ī Extraua. quæ incip. ad tollēdū, quæ est 82. inter ipsas cōstitutiones. Salz. in prac. cri. c. 106.

Nau. li. 2. de res. ca. 3. nu. 252.

Gloss. in Cle. fin. verbo, statuimus, de rescrip. bul. incip. ea q̄ q. 25. inter cōs. Nau. vbi supra cons. 2. in fine.

Nau. in man. c. 27. nu. 259.

acceptandum duellum, cum sit tam alienum à suo instituto; & licet non acceptet, remanet decoratus etiam coram hominibus, vt allegans alios tenet Salzedus.

De excommunicatione, quo ad diffinitionem, & diuisionem. Cap. LXXIV.

SVMMARIVM.

Quid sit excommunicatio, & quotuplex, & quid sit minor, concl. 1. num. 1.

Duplex est excommunicatio maior à iure, & alia ab homine; & quomodo hac nõ sit necessaria quod detur in scriptis, conclus. 2. num. 2.

Per qua verba incurratur excommunicatio ipso iure, concl. 3. num. 3.

An sit vna excommunicatio iusta, & alia iniusta, & nulla, concl. 4. nu. 4.

An Ordinarius possit procedere cum excommunicatione contra regulares, vt eant ad processiones, ibid.

An excommunicatio Commissarij sit nulla si non vult dare copiam sua commissionis, ibid.

An excommunicatio posita in aliquo statuto facto contra libertatem ecclesiasticam sit nulla, concl. 5. num. 5.

An sint excommunicati qui faciunt statutum probibens, ne fiant nimia expensa in sepulturis mortuorum, ibid.

An committens mortale, putans ob id incurrere excommunicationem committat duo mortalia, concl. 6. num. 6.

1 PRima Conclusio. Excommunicatio est censura ecclesiastica priuans communione fidelium, vt dicit Nauarrus, Guerrerus, & Sebastianus de Medicis, S. Thom. & Roffensis. Vocatur censura, quia est supplicium positum ab ecclesia pro aliquo peccato. Est autem duplex, alia maior, alia minor. Excommunicatio maior est censura ecclesiastica, quæ priuat communione ecclesiæ quantum ad fructum sacramentorum, & suffragiorum communium ecclesiæ fidelibus, & communicatione exteriori eorum: vel, excom. est censura perquam homo separatur ab omni licita communione Christianorum, quæ separatio zifratur in hoc versu:

Nau. in Man. c. 27. i pr. Guerrero de re põtif li. 2. Med. de defin. 2. p. c. 33.

D.Th. 1. p. q. 21. art 1. Roffen. aduersus Lutherum art. 27.

Os, orare, vale, cõmunio, mensa negatur.

Os, quod non debent eum homines alloqui, nec verbo, nec scripto, nec per nuncium, nec debet illi præberi osculũ pacis. Orare significat, quòd non oretur pro eo in orationibus publicis, nec in Missa in Memento, solum feria sexta in parasceue fit oratio publica pro illis sic iubente ecclesia; orationes vero particulares possunt fieri pro illis, & in Memento Missæ possunt illos sacerdotes commendare Deo, non tanquam ministri Ecclesiæ, sed tanquam personæ priuatæ, vt post Syluestrum tenet Nauarrus, & Couarr. Hinc infertur, quod si Rex, aut Episcopus fuerint excommunicati, non debent nominari in Canone Missæ, nec in collecta, quæ in ea solet poni. Vale, idest, quod non salutemus eos, nec aperiamus caput, quia solum potest dici illis, vt dicit Caietan. Deus te conuertat: aut quid simile. Cõmunio significat, quod non debemus illi communicare in sacramẽtis, nec suffragijs, nec in cultibus diuinis, nec alijs actibus ecclesiasticis. Mensa, quod non comedamus simul cum eo, in eadem mensa. Excommunicatio minor, est censura ecclesiastica, per quam homo priuatur communione passiua sacramentorum, & posse eligi ad aliquod beneficium ecclesiasticum, aut dignitatem ecclesiasticam, & qui fecerit contrarium huius, peccat mortaliter. Potest tamen absoluere, aut communicare alterum, & administrare sacramentum, dummodo non recipiat, ob quod non potest dicere Missam, quia necessario debet recipere communionem.

Nau. in c. si quãdo decõ secr. d. 1. not. 19. num 71. Cou. in c. Alma mater, § 6. n 4.

2 Secunda Conclusio. Excommunicatio maior est duplex, à iure, & ab homine. Excommunicatio maior à iure vocatur, propter quam generaliter in ali-

aliquo canone, aut constitutione, aut statuto excommunicatur, qui fecerit tale delictum: Excommunicatio ab homine est, quam imponit iudex illis, qui fecerint tale delictum. Inter quas duas excommunicationes est magna differentia, quia excommunicatio ab homine finitur, cum ille, qui posuit eam, absoluit officium suum, quia non ligat eos, qui fuerint inobedientes post eius mortem, aut officij finem: lata vero à iure non est sic. Vnde infertur, quod censuræ, & excommunicationes publicatæ in mandatis visitationum, quæ non sūt statuta, sed mandata generalia specialia hominum sunt excommunicationes ab homine, & ipsis mortuis aut absolutis officijs, absoluuntur, vt dicit Nauarrus, cum communi. Nota autem, quod excommunicatio ab homine ad hoc, vt oblig et, est necesse, quod Iudex dicat affirmatiue, quod excommunicat. Hinc sequitur, quod Iudex, qui monet debitores sub pœna excommunicationis, vt soluant, dans illis terminum ad soluendum, si transacto tempore non soluerint, aut comparuerint, nec dederint causam, quare non soluant, est necesse, vt sint excommunicati, quod iudex pronunciet sententiam excommunicationis, in qua expresse excommunicet eos. Nec sufficit, quod det declaratoriam, in qua iubeat denuntiari illos, & declarari excommunicatos, quia cum huiusmodi debitores non fuerint antea excommunicati, ad nihilum valet declaratio. Itaque est necesse, quod postquam non respondent cum debito instrumento illis posito si sint inobedientes primæ excommunicationi, quæ est solum comminatoria, excommunicet eos expresse iudex, si enim dicit Nau, affirmans hac de causa non putare peccatum mortale credere, quod hi non sint excommunicati, nisi detur contra eos sententia excommunicationis tanquam contumaces, licet non detur in scriptis, vt resoluit Couarruuias, & Spinus, cum id ius non irritet.

Nau. c. 27. nu. 2

Nau li. 5 consl. de sen. exc. consl. 10. fol. 139.

Cou. in c. Alma ma. 1. p. § 11. n. 7

3 Tertia Conclusio. Nulla excommunicatio incurritur ipso iure, si in ipsa nō addatur, ipso iure, aut ipso facto aut hæc verba, latæ sententiæ, aut similia, quæ declarent esse intentionē legis, aut Iudicis, qui eam imponit, quod incurratur statim, sine alia declaratione, vt dicit quædam Gloss. cōiter recepta, & late tradit Corduba allegans multos.

Spinus in rubr. de testa. 11. p. nu. 6.

Gloss. in c. 1. de sagitta.

Cord. l. 1. qq. q. 36.

4 Quarta Conclus. Est excommunicatio iusta, & est excommunicatio iniusta, & nulla. Excommunicatio iusta est, quæ imponitur ab eo, qui potest, & vt debet; & hæc nihil operatur quantum ad Deum, quia iam supponitur, quod ille, cui ponitur, sit separatus a Deo per peccatum mortale, sed aufert communionem suffragiorum generalium ecclesiæ, & receptionem sacramentorū, quæ faciunt multum, vt eatur ad ecclesiam triumphantem. Iniusta est, quæ non imponitur à Iudice competēti; & quæ ponitur sine causa, & modo debito, & diuiditur in iniustam validam, & iniustā nullam: iniusta valida diuiditur in iniustam defectu rectitudinis animi iudicis, aut ob defectum formæ non substantialis, & in iniustam ob defectum causæ ad excommunicandum. Inter quas est differentia, quia licet duæ vltimæ valeant, tamen prima tantum ligat quantum iusta in foro interiori, & exteriori; at secunda valet parum, nisi solum in foro exteriori, quia non tollit in totum communionem interiorem, nec suffragia, quæ ecclesia, & eius ministri in quantum tales faciunt, cum separet à communione sacramentorum, & hominum quantum ad forum exterius, & quantum ad interius, vbi scitur, quod sit excommunicatus talis homo, & non sciunt iniustitiam ad effectum peccandi, nisi vitetur. Iniusta, nulla multis fit in casibus, quos ponit quædam celebris Gloss. qui possunt reduci ad quinque. Primus quando qui excommunicat, non est iudex excommunicatis; aut si erat iudex non tolerabatur, sicut est suspensus, excommunicatus, aut interdictus, aut denuntiatus, vt talis, aut taliter notus, quod nullo modo potest

Glos. in c. statuimus de sent. excom.

potest dubitari, & celari: vnde excommunicatio data ab Ordinario contra exemplum nihil valet, quia non est suus iudex: vnde licet Ordinarius possit procedere contra regulares, qui ab eo vocati, vt vadant ad processiones generales, non vadunt, non potest tamen procedere cum censuris ecclesiasticis, sed alijs pœnis, vt declaratur in iure, & tradit Gambara: vnde si processerit cum censuris, erunt nullæ ob defectum iurisdictionis. Secundus casus est, quando datur contra tenorem priuilegiorũ. Tertius casus est, quando pronuntiatur post legitimam factam appellationem. Quartus, quando excommunicatio continet errorem intolerabilem, sicut est, quæ datur contra aliquem, qui fecit aliquod bonum opus, vt si fuit excommunicatus, quia fecit eleemosynã pauperi. Quintus casus, quando excommunicator excommunicat eos, qui participant cum excommunicatis ab eo, sine eo quod nominet eos, nec moneat eos prius cum tribus monitionib. quæ contineant terminos, & interualla aliquorum dierum, propter quod pauci ex participantibus sunt excommunicati. Diximus cum excommunicatis ab eo, quia hoc non habet locum, quando alius iudex excommunicauit illum. Totum supradictum traditur, & probatur à Nauarro. Et nota, quod aliam excommunicationem nullam ponunt Innocentius, Felynus, & idem Nauarrus, estque quam ponit Commissarius, qui non vult dare copiam suæ commissionis, cum eam petant ab eo; quia hęc non solum est iniusta, sed est nulla; vsusq; & practica recepit hoc, vt dicit Nauarrus. Ex quo infero, quod Commissarij generales missi à patre Generali nostræ religionis in Indias, viso quod absoluto officio Generalis, quando eligitur alius in vigilia Pentecostes, absoluitur etiam eius commissio secundum ius, vsum, & consuetudinem, quæ est in illis partibus, si iubeat aliquid absoluta eius commissione sub pœna excommunicationis, præcedentibus tribus monitionibus, dicens quod habet auctoritatem, non solum excommunicatio est iniusta, sed nulla, si petatur copia commissionis, & nolit eam exhibere; & ideo non possunt castigari religiosi, qui non obediunt ei in hoc casu, nec tales tenentur timere dictam excommunicationem; quia cum sit nulla, iam non est sententia, nec quantum ad Deum, nec quantum ad ecclesiam, vt dicetur in c. sequenti.

Concil. Tri. sess. 25. c. 15.

Gãbara de off. de le l. 8. c. vlt. n. 77 vide inf. c. 75. cõ. 3. & ca. 82. pag. 261.

Naua. c. 27. nu. 3. & 4. Innoc. in c. venerabilis, n. 2. de cẽs. Fely. in c. cum in repertitur n. 3. de offic. deleg. Nau. lib. 5. consil. tit. de sẽtent. excom. cõs. 5. y fol. 192.

5 Quinta Conclusio. Est nullum statutum factum contra libertatem ecclesiasticam; & per consequens etiam erit nulla excommunicatio posita in dicto statuto; quod probatur, cum secundum eos, qui faciunt simile statutum, aut faciunt illud obseruari incurrant in excommunicationem non reseruatam; & licet Nauarrus dicat, quod non faciunt contra libertatem ecclesiasticam, qui in suis statutis ponunt modum, vt non fiant sepulturæ mortuorum cum tanto numero clericorum, aut fascium, aut officiorum, & qui ponunt modum in oblationibus Missarum nouarum, & nuptiarum; quia hoc deseruit magis pompæ quam ecclesiæ: nihilominus tamen non potest negari, quod dicta statuta sint contra libertatem ecclesiasticam; & ideo qui faciunt, aut seruare faciunt, incurrunt dictam excommunicationem, vt tenet Siluester, dicens, quod sic tenet communis. Aduertatur etiam quod valet statutũ iubens, quod in missis nouis sacerdotes non exeant à medio altaris, vt ibi eant omnes ad offertorium, prohibens, quod non ambulent per ecclesiam, vt in ea omnes offerant, quia Concil. Trid. videtur prohibere hunc modum petendi, & DD. Cardinales reformationis declarant his verbis: *Sanctissimus Dominus noster audita relatione congregationis Concilij declarauit licere sacerdotibus nouas missas celebrantibus vertere se tantum in medio altaris ad populum, & accipere oblationes, non autem circum ire ecclesiam hac de causa.*

Naua. in Man. ca. 27. n. 120

Silu. verbo statutum, versic. 8.

Concil. Tri. sess. 22. in decret. de obseru. & euitã.

6 Sexta Conclusio. Qui committens

quod-

quoddam peccatum mortale putat, quod ob id incurrit excommunicatio- nemi non committit duo peccata mortalia, licet cogitatio sit vera, cum manifestum sit, quod peccatum, ob quod incurritur excommunicatio, non est, nisi vnicum peccatum: sic enim dicit Corduba.

Cord. de casib. q. 11.

In quibus casibus debeat timeri excommunicatio, licet iniusta, & in quibus non. Cap. LXXV.

SVMMARIVM.

An sententia excommunicationis iusta vel iniusta debeat timeri. concl. 1. numero 1.

An sententia nulla debeat timeri. concl. 2. num. 2.

An possit excommunicatus non seruare excommunicationem in secreto coram illis qui sciunt esse nullam, satisfaciens illis qui ignorant. concl. 3. num. 3.

1 PRima Conclusio. Sententia pastoris iusta, aut iniusta debet timeri; quod intelligitur etiam loquendo de sententia iniusta sine vlla culpa ex parte excommunicati, vt post D. Tho. tradit, & affirmat Ledesma, & Couarruuias: quantum ad forum exterius, cũ priuet dispositionibus obtinendi gratiam, quæ communione fidelium, & receptione sacramentorum, & auditione officiorum diuinorum potest cum diuino auxilio facilius obtineri. Verum est tamen quod si excommunicatio est iniusta, quia est innocens ille, contra quẽ ponitur, potest communicare cum fidelibus publicè, si non sit scandalum: & licet celebret etiam si sit scandalum, nõ remanebit irregularis in foro interiori; peccabit tamen mortaliter ratione scandali, vt dicit Vict. si vero excommunicatio est iniusta propter defectum alicuius causæ ordinis iuris, ligat non solũ in foro exteriori, sed etiã in interiori vt resoluit Corduba.

Ledesm in 24. q. 23. ar. 4 fol. 337. Cou. in c. alma mater. 1 p. §. 1. n. 5. vers. 3

Vict. tit. de excop. q. 7.

Cord. l. 1 qq. q. 43

2 Secunda Conclusio. Sententia excommunicationis nulla nõ debet timeri, quia cum sit nulla, iam non est sententia excommunicationis, nec quo ad Deũ, nec quo ad ecclesiam, vt post Palud. & alios dicit Sotus, & Corduba. Quod intelligitur, quando notorie constat esse nullam, quia si non constat, quantum ad ecclesiam debet timeri, & qui contemnit eam, peccat mortaliter. Hinc infertur, quòd si constet excommunicato eius innocentia, nec poterit eam probare, nec defendere, potest secretè sine scandalo non obseruare audiens, & celebrãs Missam, si est sacerdos etiam publice, si sit in loco, vbi sit ignorantia dictæ excommunicationis, & credit probabiliter, quod ibi nescietur, sic enim tenet Corduba, quod secundum Guttier. procedit, quando credit quod nunquã cognoscetur in illo loco, quia si crederet, quod scietur, licet sit tarde, peccabit mortaliter, quia dat causam scandalo, quod inde potest nasci. In quo casu sententia excommunicationis sit nulla, iam dictum est in cap. præterito, nu. 4.

in 2. pũcto in ver. si vero.

Sot. in 4 d. 22. q. 1. art. 3. in ver. el quinto. Cord. vbi sup. in prin.

Cor. ubi supr. in princ. Gut qq. Cano. c. 4.

3 Tertia Conclusio. Si sapientibus sit notum esse sententiã excommunicationis nullam ob aliquam ex causis dictis in cap. præterito, & vulgus ignorat, potest excommunicatus non obseruare eã secretè coram illis, qui sciunt esse nullã, in publico tamen tenetur obedire ei, donec cesset scandalum. Hinc sequitur, quod si aliquis publice sit excommunicatus, & denunciatus vt talis, si sit excõmunicatio nulla, quia sit contra participantes non præcedentibus monitionibus, potest non obedire ostendens eius nullitatem publico, & auferens scandalum, quod ex non obediendo potest sequi, vt docet Gut. & quod excommunicatio data in genere contra participãtes non præcedente speciali monitione facta ab eodem iudice non valeat, pro quanto populus est in possessione non obediendi, constat ex traditis a Nauar. & Gutierrez, qui dicunt quod sicut iudices sunt in possessione pronunciandi dictas excommunicationes contra

Gut. vbi sup.

Nau in su. Hisp. c. 27. n. 560 & i Latina

ibi nu.4 §. nõ ob obstat Gu. vbi sup.pag. 21.col.1 tra participantes cum excommunicatis, sic subditi sunt in possessione nõ obediendi eis tamquam nullis, irritis, & nõ existimãdi se excommunicatos ad effectum non assistendi officiis diuinis & non procurandi absolutionem.

Quis possit excommunicare.
Cap. LXXVI.

SVMMARIVM.

An possit excommunicare Papa & alij prælati ecclesiastici, conc. 1. nu. 1.
An possint excommunicare Abbates, rectores seu Parochi Parochiarum simplices. concl. 2. num. 2.
An mulieres possint excommunicare, conclus. 3. num. 3.
An peccet ille, qui excommunicat sine potestate concl. 4 nu. 4.
An possint sæculares facere suos contractus cum conditione, quod incurratur excommunicatio, si non impleatur, conclus. 5. nu. 5.
An possit Episcopus excommunicare Rectorem aut Prætorem positum a sede Apostolica in sua diœcesi, conclus. 6. num. 6.
An excommunicatio posita ab Episcopo contra eos qui fecerunt aliquod delictũ, comprehẽdat omnes, qui fecerint illud, licet non sint sui subditi. concl. 7. nu. 7.

1 PRima Conclusio. Papa potest excommunicare, & reliqui prælati, licet sint minores Episcopis, vt Abbates, Præpositi, & priores ecclesiarum regularium, & collegialium, quæ fuerint confirmatæ, licet non benedicti, nec cõsecrati, quia hi a iure possunt excommunicare suos subditos, & omnes alios, contra quos per præscriptam consuetudinem acquisiuerunt talem iurisdictionem. Hinc sequitur, quod capitulum sede vacante, & Archiepiscopi, & delegati à sede Apostolica & supradicti possunt excommunicare illos, super quos habent iurisdictionem.

2 Secunda Conclusio. Non possunt excommunicare Abbates, rectores, aut Parochi simplices Parochialium ecclesiarum nec de iure communi nec speciali, nec generali; quia potestas excõmunicandi non exit, aut oritur ex solo ordine, sed est pars iurisdictionis fori exterioris, quam ipsi non habent, nec possunt habere illam per consuetudinẽ præscriptam; nec Episcopus potest excommunicare extra suam diœcesim, licet sit eiectus vi ab ea, nisi fuerit in viciniori loco illi, aut in casu notorio, qui non requirat cognitionẽ causæ: nec minus poterũt dicti excommunicare seipsos; quare Episcopus aut alius Prælatus, qui excommunicauerit in generali quemcunq; furem, qui furatus est, aut furabitur, lusit, aut luserit, si ipse fecit, aut fecerit, non erit excommunicatus; si vero Episcopus nõ fuisset nisi denuntiator excommunicationis Papæ, aut alterius superioris, incurret in eam, sic.n. resoluit Nauarr. quia hic Papa excommunicat eum. Nau.ca. 27. nu.5 & 6.

3 Tertia Conclusio. Licet secundum ius commune non possit mulier excommunicare, per priuilegium tamen Papæ potest. Hæc conclusio est Nauarri, qui putat eam securiorem contra Decium, qui dicit posse mulierem habere iurisdictionem ecclesiasticam, vt probatur in iure, sed quod non possit excommunicare; quam opinionem videtur tenere Couarr. nostra vero conclusio contra illos probatur, quia potestas excommunicandi non pertinet ad illum, qui habet claues ecclesiæ, vnde posset, qui ipsas non habet, excommunicare, vt dicit S. Thom. & sæcularis potest excommunicare, si habet priuilegium ad id faciendum, vt dicit quædam glossa recepta. Na.li. 5. cõs.ti.de sent.exco.con. 73.f.633 Dec. in reg.i. de reg. iur. 41 c. dilecta de maior. obe. c. dilectæ de excep. prælat. Cou. in c. Alma mater. 1. p. §. 11.

4 Quarta Conclusio. Peccat mortaliter ille, qui excommunicat sciens aut scire debens, quod non habet authoritatem ad illud, & ille qui deliberate excommunicat alium iniuste, licet non esset propter odium aut malam intentionem, sed solum ob ignorantiam crassã, D.Th.in 4. d. 18. q.2.ar.2. glos.2. Gl. in c. præl bit. 32. dist.

&

& supinam, etiam peccat mortaliter.

Qui excommunicat solum oretenus, sine scriptura, nec monitione canonica iusta sine causa omittendi dictā monitionem, est suspensus per vnum mensem ab ingressu ecclesiæ, & diuinis officijs, & si intra hoc tempus celebrauerit aliquod officium diuinum annexū alicui ordini, est irregularis: hęc autem pęna non extenditur ad Episcopos, & prælatos religiosorum, vt aduertit Nauarrus. Nau. d. c. nu. 8.

5 Quinta Conclusio. Non possunt sæculares facere suos cōtractus cum hac clausula, quod si non adimpleatur promissum vsque ad quoddam tempus, remaneant excommunicati; primo, quia non habent iurisdictionem ecclesiasticam; secundo quia sęculares secundum leges multorum Regnorum nō possūt renuntiare foro suo, & licet confirmēt renunciationem cum iuramento, non valebit quidquam: & certum est quod si remanerent excommunicati, iam efficerentur subiecti iurisdictioni ecclesiasticæ: sic enim dicit Nauarrus in quodam consilio. Na. li. 5, cons. ti. de sent. exc. cōs. 1 fo. 586

6 Sexta Conclusio. Potest Episcopus iusta de causa multa moderatione excommunicare Rectorem & Pretorem positum a sede Apostolica in ciuitate sua: nec contra hoc obstat, quædam extrauagans, quæ iubet Ordinariis, quod non procedant cōtra officiales, nec nūtios sedis Apostolicæ, quia solum loquitur de officialibus, qui immediate seruiunt Papæ, non autem de missis a Papa ad seruiendum alicui Reipub. vt explicat Nau. in quodam consilio. Extra Matth. de hær. inter cōmunes. Na. li. 5. cons 61. fol. 598.

7 Septima Conclusio. Excommunicatio generalis quæ ponitur ab Episcopo contra facientes tale delictum non solum, comprehendit suos subditos, sed etiam eos, qui non sint subditi, si si sint in eius diœcesi, vt resoluit Spinus, & è contrario non comprehendit suos subditos committentes dictum delictū extra suam diœcesim vt tenet Couar. & Nauar. Spino i spec. testam. in rubr. 11 p. n. 50. Cou. in ca. alma mater. 1. p. §. 2. nu. 3. Na. ima. c. 27. nu. 272.

De Causa materiali excommunicationis. Cap. LXXVII.

SVMMARIVM.

An causa materialis excommunicationis sit solum peccatum mortale. conclus. 1. num. 1.

An excommunicatio possit poni ob culpas præteritas sine præcedente monitione. conclus. 2. num. 2

An sit necessaria monitio ad hoc, vt incurratur excommunicatio posita ipso iure ab aliquo canone, aut statuto, conclus. 3. num. 3.

An ignorantia liberet ab excommunicatione. ibid.

1 PRima Conclusio. Causa materialis excommunicationis maioris est peccatum mortale, & ideo nullus debet excommunicare, nisi ob mortalem contumaciam, quam quis habeat nolens obedire alicui iusto mādato, licet detur super culpa veniali: & ideo nunquam incurritur excommunicatio maior posita a canone vel statuto speciali, aut generali, si non peccetur mortaliter: vnde qui furatur rem paruam, quæ non accedit ad culpam mortalem, non incurrit excommunicationem positam contra fures alicuius rei; hæc conclusio est communiter recepta, & probatur latè in his tractatibus.

2 Secunda Conclusio. Excommunicatio maior non debet imponi ob culpas præteritas, nisi p̄cedat monitio specialis, & monitus cum contumacia non obedierit, sic enim tenet Nauarr. & sic debet legi cautè Caiet. qui dicit absolutè, quod sicut ante peccatum potest esse excommunicatus quicunque faciēs talem rem, sic post peccatum, & rem factam potest esse excōicatus quiuis, qui fecerit eam, quia hoc est contra decretum in canonib. confirmatū à Concil. Trid. Ideo tenet Sotus, quod nemo potest excōmunicari ob culpā præteritam, Na. c. 27 nu. 9. Caiet. 2. 2. q. 69. art. 2. c. oēs 16 q. 7. c. sa ci. de sẽ. excom.

tam, nisi præcedat monitio. Verum est tamen, quòd talis excommunicatio data sine hac monitione non erit nulla ipso iure, vt tenet quædam Glos. quam sequitur Panorm. & Decius, amplians eã vt procedat etiam in excommunicatione data à Commissario, quod intelligitur, nisi in casu, quòd in commissione data fuit ei particularis forma excommunicandi, & non seruauit eam, vt dicit contra Sotum Nauarrus. Ex dictis infertur, quòd Vicarius generalis Episcopi excommunicat subditum nulla præcedente monitione, quia non soluit debitum, transacto iam termino dictæ excommunicationis, valet excommunicatio ab illo imposita, nisi posuit eã in aliquo ex casibus, in quibus data sine monitione est nulla, vnde huiusmodi excommunicatio indiget absolutione, & qui celebraret sine ipsa, fieret irregularis.

Concil. Trid. ses 25. de refor. c. 3. Sot. in 4 d. 2. 2. q. 1. art. 2. concil 4 Glos. 2. i d. c. sacr. Panor. & Dec. Nau. in Man. ca. 27. n. 11 & lib. 5. cons. de sen. exc. cons. 4. fol. 587.

3 Tertia Conclusio. Quando ab aliquo canone, seu statuto ordinatur, qd qui fecerit talem rem ipso facto sit excommunicatus, vt incurratur hæc pœna, non est necesse, quod prçcedat canonica monitio, imo qui facit contrariũ, remanet statim excommunicatus. Et idem est, quando Iudex excommunicat ob culpas futuras: quod non debet facere, nisi præcesserint offensæ, quç ad id compellant, sicut quando delictum est damnosum, & multum frequens in Republica, aut quando est coniectura, quod committetur tale delictum, nisi prohibeatur, cum hac pœna, propter quod, qui postquam moniti sunt in generali a Iudice commiserit illud, vt inobedientes incurrant ipsam; vt resoluit Couarruuias, ponens extense causas, quæ possunt facere, vt Iudex imponat dictam excommunicationem. Et nota, quod ignorantia inuincibilis excommunicationis, quam addit ius commune contra eos, qui committunt, rẽ prohibitam à iure diuino, excusat eos, qui committunt, ita vt non incurrant eam, quia excommunicatio non ponitur cõtra ibedientiam, quæ fit contra Deum, sed propter illam, quæ fit contra ecclesiam: & qui ignorat hoc modo excommunicationem non est inobediens ecclesiæ frangendo tale præceptum: hæc propositio est Siluestri, quem sequitur Panorm. & est contra Scotũ: cui respondetur ratione supradicta; vnde meritò Sotus tenet contra eum, & dicit Ias. sic esse practicandum. Ex dictis infertur, quòd si clericus excommunicatus post appellationem factam credit bona fide, fuisse suam appellationem validam, non remanet irregularis celebrans, licet postea iudicetur appellationem nõ fuisse legitimam, quia ignorantia probabilis excusat eum, vt resoluit Nauarrus. Sequitur secundo, quod si sacerdos absens a sua diæcesi, aut iurisdictione sui Prælati fuerit excommunicatus, & ignorans hãc excommunicationem celebrauerit, non incurrit irregularitatẽ, nec pęnas positas contra excommunicatos, vt tenet Rebuffus. Tertio sequitur, quod qui ignorat se esse excommunicatum si confiteatur sua peccata in tẽpore debito obtinebit gratiam sacramẽtalem, & sciens post confessionem, qd fuerit excommunicatus, non tenetur iterare confessionem, vt tenent Caieta. Nauar. & Sotus.

Cou. in ca. alma mater. 1. p. §. 10. nu. 1.

Syl. verbo exc. 2. §. 3. & verbo, excom. vlt. § 3. Scot. in 4. d. 6. q. 8. Sot. in 4 2. 2. q. 1. ar. 2. Ias. in l. 1. n. 30. c. de sacros. eccles. Na. in c. cũ cõtingat. rem. 3. de res. & in c. si quando num. 5 Rebuff. in conc. tit. de exc. Caiet. verb. absolut. impedimenta Nau. in Man c. 9 n. 3. Sot. ĩ 4 d 22 q 1. art. 1

Quis possit excommunicari.
Cap. LXXVIII.

SVMMARIVM.

An solus homo mortalis, & baptizatus possit excommunicari. concl. 1. nu. 1.
An valeat excommunicatio aut suspensio posita contra totum capitulum. concl. 2. num. 2.
An sit vanitas excommunicare locustas, &c. concl. 3. nu. 3.

1 PRima Conclusio. Nemo potest esse excommunicatus, nisi homo mortalis, & baptizatus habens superiorem; ob quod Angelus nõ potest excommunicari, nec anima ratio-

tionalis separata à corpore, nec Maurus, Iudęus, aut Paganus, licet sit cathecumenus, nec homo resuscitatus, quia non est mortalis, siue sit glorificatus, siue non, siue sit condemnatus: nec fratres mendicantes possunt excommunicari ab Ordinatijs, & idem est de illis, qui gaudent eorum priuilegijs; vnde concessit Clemens IV. fratribus minoribus, quod non possint excommunicari, nec interdici, nec suspendi ab aliquo legato, si non fuerit Legatus a latere Sedis Apostolicæ, aut eius subdelegatus litteris Apostolicis, nisi in illis expressa licentia concedatur procedendi contra eos cum his censuris. Notaque, quòd quando aliquis moritur contumax, potest excommunicari mortuus, solum ne illi fiant honores, nec detur sepultura sacra, vt allegans alios tenet Henriquez.

Habetur in cóp. titu. exc. §. 2.

Henriq. to. 1. l. 13 de ex com. ca. 25. nu. 1. c. Romana d. sét. excó. li. 6. §. i vniuersitate. Nauar. li. 5. cons. de sen. exc. cons. 40. fol. 599. col. 1. lit. c. Host. i sũ. de cõ ti. §. fin. Glos. in Cl. prę sen. ver. consi. de pę. Na d. c. 27. nu. 165 Na. vbi sup. nu. 152. Nau lib. 5. cõl. ti. de sent. exc. cõs. 5. f. 187. & 188. D. Tho. 2. 2. q. 90 ar. 3.

2 Secunda Conclusio. Excommunicatio pronunciata simpliciter, & absolutè contra capitulum nil valet, vt colligitur ex iure, & tenet contra aliquos Nauarrus. Dixi contra capitulum absolutè, quia si ponitur contra capitulũ, & Canonicos culpa notatos, singuli remanebunt excommunicati, qui inuenti fuerint cum culpa mortali in negotio, de quo agitur, vt tenet Hostiensis. Verùm est tamen, quod nullus horum potest declarari excommunicatus, nisi prius fuerit citatus, audituśque; vt dicit quædam Gloss. Et nota, quod suspensio ab ingressu ecclesiæ potest dari contra vniuersitatem, capitulum, aut conuentum, vt resoluit Nauarrus, & cum talis suspensio non possit poni sine culpa, sequitur, quod suspenso in hoc casu capitulo, solum suspenduntur capitulares culpati, non autem illi, qui sunt sine culpa, vt post Caiet. tenet Nauarrus.

3 Tertia Conclusio. Vanum est excómunicare animalia irrationalia, vt est locusta; & resoluit Nau. doctè in quodam consilio, & probat, quia secundũ D. Thom. vanum est coniurare aliquã creaturam irrationalem ad aliquem actum, cum non sit libera, nec domina suarum operationum; si vero excommunicatio posita contra hæc animalia quidcquam operatur eijciens aliquando ea à terra, hoc non procedit ab eius valore, sed à dęmonis potestatę, qui eijcit ea à terra, quam destruunt, aut occidit ea subitanee, vt sic persuadeat desiderantibus, quod iste sit effectus excommunicationis, & sic permaneant in suis vanis superstitionibus confidentes in illis; propterea remedium Catholicũ & Christianum, quod est ad abigenda huiusmodi animalia, est recurrere ad orationem, & ieiunium, & quod adeat, qui coniurat hæc animalia vestitus vestibus sacris, aspergens terram cũ aqua benedicta, vtens orationibus ordinatis ab ecclesia ad hunc effectum, confidés in Domino: vt dicit Nauarr.

An valeant litteræ excommunicationis, quæ communiter extrahuntur, & an sit obligatio respondendi ipsis. Cap. LXXIX.

SVMMARIVM.

An possint Episcopi litteras concedere contra detinentes aliena, concl. 1. nu. 1.
An sit obligatio manifestandi, qui detinet dicta bona aliena, concl. 2. nu. 2.
An possint concedere has litteras contra testes, qui sciunt veritatem alicuius rei, vt manifestent, concl. 3. nu. 3.
An vxor, & descendentes, ac ascendentes teneantur respondere monitorijs, quæ extrahuntur aduersus maritum, concl. 4 nu. 4.
An huiusmodi monitoria solum debeant concedi pro rebus occultis, concl. 5. numero 5.
An huiusmodi monitoria litteræ possint concedi pro rebus pauci valoris, conclus. 6. nu. 6.
An teneatur quis respondere monitorijs, quando scitur aliquid ex auditu, concl. 7. nu. 7.
An teneatur quis respondere his monitorijs manifestans peccata occulta, concl. 8. nu. 8.

An

An teneantur respondere monitorijs extractis ab aliqua parte contra aliam, cum qua scit pactum interuenisse, concl. 9. nu. 9.

An qui non habet de quo possit soluere, teneatur respondere monitorijs, quæ obligant ad soluendum debitum, concl. 10. num. 10.

An monitoria, quæ obligant scientes aliquid esse captum habeant locum in eo, qui cepit rem ob compensationem, concl. 11. nu. 11.

An qui iniuste possidet beneficium, possit procedere cum excommunicatione contra eos, qui perceperunt fructus eius, ib.

An, qui compelluntur probare, quod reuelent, teneantur respondere monitorijs, concl. 12. nu. 12.

An, qui non tenentur respondere monitorijs, possint iurare, quod nihil sciunt, conclus. 13. nu. 13.

An ille, contra quem extrahuntur hæ litteræ monitoriæ, petens, quod negotium agitetur coram Iudice, satisfaciat, conclus. 14 nu. 14.

An monitoria extracta ab aliqua persona contra aliquos qui detinent aliquid furto raptum: comprehendant vxorem, & filios conl. 14 nu. 15.

An excommunicatio extracta contra eos, qui collegerunt vnam alicuius vineā, comprehendat eos, qui ex ea ceperunt paucam quantitatem, concl. 16. nu. 16.

An, qui dat Confessario, quod habet alienum, vt illud vero domino restituat, remaneat excommunicatus, si Confessarius detineat sibi rem, concl. 17. nu. 17.

An ille, qui, eo quod sit absens, ignorat excommunicationem remaneat excommunicatus sciens postea transacto termino eius, concl. 18. nu. 18.

An monitoria comprehendant eos, qui non possunt restituere, nisi cum detrimēto sui vestitus & cibi concl. 19. nu. 19.

Qualiter se debeat gerere Iudex, qui concedit has monitorias monentibus illum aliquibus, quod N. habet dictas res, quæ per eos prætenduntur, conclus. 20. numero 20.

An monitoriæ, quæ intimantur contra aliquod capitulum, sit necesse, quòd intimentur contra Priorem, & aliquos capitularium in proprio loco vbi solent cōgregari, concl. 21. nu. 21.

1 PRima Conclusio. Opinio est ab omnibus recepta, definita a iure antiquo, nuncque confirmata à Concilio Tridentino, quod Episcopi ad instantiam cuiuscumque, qui petat, possint concedere monitorias generales cōtra eos qui detinent res suas, vt remaneant excommunicati, si non restituerint intra certum tempus assignatum in proprijs litteris, & contra eos, qui sciunt, in cuius potestate sint, obligantes eos ad manifestandas dictas res. Circa quod primo notandum est, quod etiam nuntius Apostolicus, & legatus à latere habet idem priuilegium, quo vtuntur multum ordinarie. Secundo debet notari, quod Prouisor, aut Vicarius generalis cuiuscumque Episcopi, aut Archiepiscopi possunt etiam eas concedere, & sic est receptum in praxi, vt docet Guttierez, adducens quandam declarationem Dominorum Cardinalium reformationis, quæ id confirmat; & eandem authoritatem habent Vicarij generales nominati à capitulo sede vacante secundum formam Concilij Tridentini.

c. cū fure. vbi Abb. n. 2. ff furt. Concil. Tri. sess. 25 ca. 3. de refor.

Gut. qq. ca. c. 110

Concil. Tri. sess. 24. c 16. de refor.

2 Secunda Conclusio. Quando res furto surrepta non potest restitui alia via suo vero domino, tenentur manifestare, vbi sit, aut qui detinet eam illi, qui id sciunt ex visu, aut ex auditu, cum ad hunc effectum dentur huiusmodi monitoriæ, vt dicit Corduba, Couarruuias, Nauarrus, Guttier. & DD. communiter. Quod intelligitur, quando petitur, quod reuelent & testificentur, quod sciunt, vt fiat parti debita satisfactio, & quod nullo modo procedatur ad supplicium; quia sic non solum illi, qui sciūt secrete, sed etiam ipsemet delinquens contra se tenetur manifestare furtum superiori, aut ei qui potest adhibere remedium, si nullum aliud sit remedium; & non facientes peccabunt cōtra cha-

Cou. in reg pec. 2 p § 3. n. 5. cor. li. 1. qq. 43. du. 2. pa. 347 i prin. Gutier. vbi sup. c. 11. pag. 118. Na i ma nu. c. 18. nu. 40.

charitatem, & iustitiam. & ideo tenentur restituere parti totum damnum, qd ex sua taciturnitate illi sequitur, nisi delinquens sit iam correctus, aut cum secreta monitione creditur corrigendus, & quòd restituet, quod habet alienũ. Sic enim tenet Corduba. & Nauarr. cõtra Sotum.

Cordu. vbi sup. & de cas q 64 in pr. Nau. vbi sup. & c. 17 n. 137. & sequ. & c. 25. n. 46. & in ca. inter verba. 11. qu. 3 conc. 6. num. 58 Abb. in c. ad nostrã, 20. de iureiur.

3 Tertia Conclusio. Possunt concedi hæ litteræ monitoriæ contra testes qui sciunt veritatem super aliqua, vt reuelent, & declarent id quod sciunt, vt dicit Abbas, cum communi, & si tractetur aliquod negotium coram iudice seculari, potest iudex ecclesiasticus adiuuare illum cum dictis litteris monitoriis, ad effectum quod testificentur, qd sciunt super causa: & vt exhibeant scripturas, quæ faciunt ad rem; quia sicut est rationabile, quod iudex sæcularis adiuuet ecclesiasticum, sic est etiam rationabile quod adiuuet ecclesiasticus sæcularem: vnde dicit quidam grauis Doctor, Fecit Deus duos fratres iudices populi Israel in exitu Egypti, Moysen scilicet, qui præsideret in sæcularib. & Aaron qui præsideret in ecclesiasticis, vt sic fratres fraterne se coadiuuarent; & sic est receptissima res in praxi in populo Christiano, nec est vlla ratio, quæ id condemnet, vt condemnat Sotus.

Sot ĩ 4. d. 22. q. 1. art. 2. p. 940. col. 2. v. 3 ad fin. Na. c. 25 nu. 48. & in c. ĩter verba num. 808. Cordu. de cas. 64. circa finem Angel. verbo similia n. 7

4 Quarta Conclusio. Vxor, & descendentes, quæ non tenentur iurare contra maritum, & consanguineos, non tenentur respondere his monitoriis, vt dicit Nauarrus, & Corduba; quod procedit, quando superior vult procedere criminaliter, quia si vult solum procedere ciuiliter, si non possit ex manifestatione sequi damnum, putant dicti patres, quod tales tenebũtur respondere monitoriis: quia non tenetur quis facere bonum temporale alteri cum deperditione sua, vt dicit Angelus, & per consequens excusatur vassallus a reuelando, quod scit contra dominum ob damnũ, quod inde sibi sequi potest. Et ad perfectam intelligentiam huius conclusionis debet notari, quod ascendentes per rectam lineam non possunt cõpelli ad hoc, vt sint testes per se, aut contra se in causis criminalibus, vt determinatũ est in iure, nec põt quis cõpelli ad testificãdum contra socerum, nec socer contra generũ, nec priuignus contra vitricum, nec econtra, nec auunculus cõtra cõsobrinos, aut sobrinas, nec cõtra filios eorũ nec cõtra sororẽ, aut fratrẽ; nec maritus contra vxorem, & econtra, nec libertus cõtra patronũ, qui dedit libertatem, vt refert, & comprobat Angelus, & etiam in causis ciuilibus non tenentur esse testes, si sint alii, cum quibus res possit verificari, vt dicetur in tractatu de ordine iudiciali cap. 7. num. 13.

4. q. 3. c. item, in l. Iulia.

Angel. verbo, denunciatio. nu. 13.

5 Quinta Concl. Huiusmodi monitoriæ generales debent concedi pro reb. occultis; quia alias si constet quod quis hẽt qđ quæritur, debet recurri ad Ordinarium, citata parte coram iudice cõpetenti, non autem ad extraordinariũ modum extractis monitoriis, sic dicit Sotus, & videtur confirmare Concil. Trid. propter quod dicit Guttier. quod quidam prælatus doctus horum regnorum, antequam concederet aliquam monitoriam generalẽ, accipiebat iuramentum a parte petente, an haberet probationem plenam, aut semiplenã, vt per viam iudicis ordinariam posset obtinere, quod quærebat.

Soto in 4. d. 22. q. 1. ar. 3 Concil. Triden. sel. 25. c. 3. Gutt. vbi sup. p. 129

6 Sexta Conclusio. Huiusmodi monitoriæ generales non debent cõcedi pro paruis rebus, vt pro gallina, cane, aut alio paruo damno, vt dicit Sotus, & confirmat Conc. Trid. quod relinquitur arbitrio prudentis iudicis.

Sot. vbi sup. ar. 2 ver. quo igitur p. 939 Concil. Trident. vbi sup. c. 3.

7 Septima Concl. Non tenetur quis respõdere monitorijs generalibus, quę obligant ad reuelandũ, quod scitur ex auditu, si audiuit aliquid a personis nõ fide dignis; itaque notaretur de leuitate, si ob talem notitiam solum recurreret ad denuntiandum, aut testificandũ: aut si credit quod iudex indignabitur magis quam par sit contra reum, vt dicit Nauarrus, & Corduba: nec tenetur respondere ille, qui scit aliquid de alio, si scit certe quod alius denuntiaut

Nau. d. c. 25. nu. 46. Cor. d. q 43 in 6. ca. su

L de

de illo, vt dicunt supradicti authores.

8 Octaua Conclusio. Non tenetur respondere his monitorijs ille qui scit aliqua peccata occulta, licet per illas præcipiatur, vt reuelet ea, potius enim peccaret, qui ea reuelaret, nisi sint peccata nocua reipublicæ, vt dicetur in tractatu ordinis iudicialis c.7.nu.8.

9 Nona Concl. Non tenetur respondere his monitorijs illi, qui sciunt aliqd de alio, quod inquiritur, si certo sciant, quod ille, ad cuius instantiam publicantur, fecit pactum cum parte, contra quā dantur, dicēs, quod licet extraxerit eas, non tamen est suæ intentionis, quod p illas obligentur, qui aliquid sciant declarare, quia excommunicatio (regulariter loquendo) pendet ab intentione excommunicantis: certum est autem, quod qui concessit eas, si sciret hoc pactum, non concederet eas, vt dicit Corduba: estque notandum, quod si nō cōstet de intentione iudicis, an fuerit non excommunicare, peccant, si non obediant eius mandatis, vt dicit Sotus.

Cordu. de casibus cōs. q.175. f. 480. col. 2. Soto d. art.2. pa. 940. col. in prin.

10 Decima Conclusio. Qui non het, de quo soluat, non tenetur respondere his monitoriis, quæ obligant ad soluendum debitum, vnde non soluens nō incurrit excommunicationem, quia vbi non est contumacia quantum ad Deū, nulla est excommunicatio, vt resoluit Sotus, Nauarr. & Didacus Perez. Dixi quantum ad Deum, quia quantum ad forum exterius ecclesiæ remanebit excommunicatus, nisi, euidenter cōstet de hac impossibilitate, additq; Sotus, qd si potest soluere partem, debet soluere, licet sit cum detrimento victus, & potus. Hinc infero, quod illi, qui sciunt, quod quis surripuit quandam rem, pro qua fuit extracta excommunicatio, non tenentur respōdere ei, si cōstet illis, quod illo non potest soluere totum, nec partem, quia si posset soluere aliquid tenētur quidem respondere.

Soto in 4. d. 21. q 1 ar. 1. pa. 940. col. 2. Perez in l. 1. ti. 3. lib. 5. ord. pa. 139 col.

11 Vndecima Conclusio. Excommunicatio generalis data contra eos qui sciunt, & non reuelant, nec obligat illum, qui accepit aliquid sine scandalo in compensationem alicuius debiti liquidi, quod illi debebatur secundum iustitiam, si per aliam viam licitam non potuit recuperare sine magno detrimēto suo, aut sine inimicitiis; nec obligat ad respondendum illos, qui sciunt aliquid de hoc, si certo sciant, quod fuit acceptum in recompensationem debiti, secus autem si dubitauit. Nec sufficit, quod ille, qui accepit rem in compensationem dicat pro certo, quod accepe rit illud pro compensatione prædicta, nisi esset persona tantæ fidei (vt loquendo moraliter) debeat illi præstari fides, vt tenet Nauarrus, Cord. & Ludouicus Lopez. Nostra vero cōclusio limitatur, quod non procedat in depositario accipiente (etiam ratione compēsæ) aliquid de deposito, quod apud se habet, quia hic in hoc casu tenebitur respondere monitoriis restituens quod petitur, aut dicens se illud detinere quousque sibi persoluatur debitum a parte. Hinc sequitur, quod mulier, quæ accipit aliqd de bonis mariti in compēsationem certi legati, quod legauerat illi in testamēto minus solenni, non tenetur restituere suis hæredibus, quod cępit in compē sationem, nec respōdere litteris excommunicatorijs, quæ fuerint extractæ contra eos, qui aliquod cęperint de rebus dicti mariti, nec illi, qui sciūt quod maritus legauerat ei dicta bona, tenentur respondere dictis litteris excommunicatorijs, licet sciant summam ab ea captam: quia opinio est grauium doctorū, quod hęredes ab intestato defuncti, qui mortuus est cum testamēto minus solemni tenentur de conscientia soluere legata, quæ reliquit disposita in dicto testamento, secundum quod tradunt Couarruuias, Sotus, Ledesma, & Ludouicus Lopez, & Aragon. Secundo infertur ex dictis, φ si quis possideat iniuste aliquod beneficium, & extrahat litteras excommunicatorias contra eos, qui detinent eius fructus, & contra eos, qui sciunt a quibus detineantur, & non reuelant: nec qui colligūt dictos fructus, nec scientes incurrūt in excōmunicationem,

Nau. c. 27. nu. 114. & c.25 nu. 46. Cor. q. 43. p. d. 348. col. 3. 4. limitatione, & de cas. q. 181. Lopez in inst. nego. lib. 2 c 25.

Cou. de test. f.75 n.4. Sot. lib. 4. de iust. q 5. ar.3. Ledes. in 2 p. 4. q. 18 ar. 1 dub 11. Lop. in instr.

cõſ.2.p. c.14. Arag.2.2. q.62 pa. 160.col. 3. Nau.ſ c. inter verba.c. 11. q.3. concl 6. corol. 65. Idẽ. Na.li.5. cõl.ď sẽ ten exc. cõſ.... f. 590.

nem, non reſtituentes, aut non reuelantes; ſic enim tenet Nauarr. in quoddam conſilio probans id cũ quadam doctrina D. Antonini, & Siluestri, qui dicunt, quod qui ſcit poſſeſſorem alicuius eccleſiæ, aut dignitatis, non eſſe verum prælatum, quia non habet verum titulũ, licet ſit ſubiectus dictæ eccleſiæ, aut dignitati, non tenetur de conſcientia obedire ei, nec perſoluere quod debet illi eccleſiæ, aut dignitati, quia perſoluens reſpõdens eius mandatis cũ ſciat ea eſſe inualida, & quod nihil illi debetur, non ſatisfacit, nec remanet liber: quod procedit etiam in eo, qui credit firmiter probabiliq; ratione non habere titulũ, quia iudicium conceptum ob certam ſcientiam, & conceptum ob iuſtam cauſam ad credendum ſunt in eadem paritate in foro conſcientiæ, ſecundum Nauarrum declarantem ſic D. Thom. & Caiet. Dixi probabili ratione, quod accidit, quando aliquis homo authoritate, ac litteris ornatus, & conſcientia ſana, dixerit illud; quia ſi dicat hoc, aut credat fundatus in ratione leui, & paucæ authoritatis, aut dubitauerit, an habeat authoritatem, & ius, incurret dictam excommunicationem: vnde debet quiuis mittere (vt dicitur) manum ad pectus, & ſinum ſuum, & introſpicere conſcientiam ſuam, quando publicantur hæ litteræ excommunicatoriæ, vt dicit Nauarrus; Et conſideret ſi ſciebat pro certo, aut putabat multũ probabiliter, aut potius dubitabat, aut perſuadebatur leui fundamento, an poſſeſſor habebat verum titulũ necne; quia ſi dubitabat, non tenetur ad reſpondendũ, & ſic poteſt abſolui tẽpore Iubilæi, licet nõ ſatisfaciat parti, viſo qd eius offenſa eſt dubia, & nõ manifeſta, vt probatur per determinationem cuiuſdã canonis.

Naua. in rubr. de iudicijs, nu.47.

Naua.d. conſ.7.

c. venerabilib. § S.porro, de ſent. excom.

12 Duodecima Concl. Excuſantur ẽt à reſponſione ad has litteras, qui compelluntur probare quod manifeſtant, ſi id non poſſint facere, & quando etiam patiuntur aliquod detrimentum in vita, aut in rebus ſuis temporalibus, ſic enim dicunt Cord. & Nauar.

Cor. vbi ſu.caſ.5.

13 Decimatertia Concl. In caſibus, in quibus ſcientes non tenentur manifeſtare, poſſunt etiam præſtito iuramento reſpondere ſe nihil ſcire concipientes interius, quo teneantur reuelare; ſic.n. tenet poſt Nauarrum, & alios Corduba quod eſt communius, & verius, licet aliqui teneant contrarium, vt dicetur extenſius in ordine iudiciali.

Nau.ca. 25 n.37. & n.50. Nau. in Ma u. c. 18 n.61. §.34. & c.25.nu. 43. §. Porro, & c.12. n.8. Cordub de caſ q.61

14 Decimaquarta Concl. Quando ille, contra quẽ litteræ extrahuntur reſpondet intra terminum aſſignatum, dicẽs, & allegans, quod illud quod tenet, poſſidet iuſto titulo, & qđ eſt obediens eccleſiæ, vnde petit quòd ceſſent monitoriæ, & qđ tractetur negotium corã Iudice competenti ad iudicandũ, ſi eſt verum, quod allegat; debet Iudex ceſſare monitorijs, & remittere negotiũ Iudici ſęculari, vt verificet ſupradictum: ſi vero monitus non ſe præſentauerit, non ſolum debet declarari contumax à Iudice eccleſiaſtico, ſed etiã debet coſtringi cum pœna excommunicationis, vt ſoluat ſtatim, ſi ſint teſtes, qui illum condemnent; quod intelligitur, niſi petierit abſolutionem excommunicationis ſoluens expenſas, & reſpondens eſſe paratum ad ſe præſentandum coram Iudice competenti, vt declaret, quod ſit iuſtus poſſeſſor dictorum bonorum, quia in hoc caſu debet audiri ſi non probetur contra eum contrarium, vt dicunt Silua, & Guttierez.

Sil.nup. n.5.Gut. d c.11.n. 86.

15 Decimaquinta Concl. Litteræ excõmunicatoriæ extractæ contra eos, qui detinent aliquid furto ſurreptum, non comprehẽdunt vxorem & filios extrahentis illas, qui acceperint aliquid à dictis bonis quia non eſt credibile, quod pater velit comprehendere filios, & vxorem: quod intelligitur, niſi quantitas ſit multi momenti, ita vt præſumantur comprehendi, ſic enim tenent poſt Sotum, Corduba, & Ludouic. Lop. Hinc ſequitur, quod ſi mulier, & filij acceperunt aliquid ad ſuum veſtitum, non tenentur reſpondere; niſi filius eſſet ſufficienter prouiſus à patre ſecundum eius ſtatum, & exiſtens in eius poteſtate fu-

Cor. de caſib. q. 175. Lopez in-ſtru cõſ. 1.p c.56 col.408.

ratur aliquid, vt ornet se cum maiori pompa quam sit iustum; securius enim erit tunc quod obtineat à patre veniam pro re surrepta; quod si ante terminum præfixum in litteris obtinuerit dictam veniam non incurret excommunicationem: quod si intelligit, aut dubitat, an incurrerit eam nec ne, postquam non est comperta patris intentio, cui Iudex conformatur, procuret habere dictam veniam, & sic poterit absolui cum iam sit satisfactum parti, sic enim tenet Cor-
Cor. de cas. cósc. q. 175. Lop. in inst. cós. 2. p. c. 12 duba, quem sequitur Ludou. Lop.

16 Decimasexta Conclus. Litteræ excommunicatoriæ, quæ publicantur cótra eos, qui collegerunt vuas vineæ alicuius, comprehendunt etiam illos, qui acceperunt paucam quantitatem per
Sot. in 4 d. 22. q. 1 ar. 2. pagin. 940. col 2. aliquot vices, nescientes alij alios: sic enim tenet Sotus; & probatur, quia licet hi singuli non peccauerint mortaliter, damnum tamē, quod ex his paruis furtis sequutum est, fuit notabile, & sic nō publicatur excommunicatio absolutè ratione peccati venialis, sed ob peccata venialia, quæ secum habent annexum notabile damnum proximi, quod aliter non potest reparari. Et hoc modo
Nau. l. 3 de re. c. 2. nu. 58. respondetur ad id, quod dicit Nau. cótra Sotum, vt aduertit Petrus de Nauarra, qui dicit, quod secūdum opinionem suam, non debent prælati dare huiusmodi litteras excommunicatorias in hoc casu, & similibus.

17 Decimaseptima Conclusio. Quando aliquis incurrit excommunicationē, quia non respondet intra terminum assignatum, & adit Confessarium petens absolutionem, tradensque illi, quod habet alienū de illo, quod queritur, & ob quod est excommunicatus, vt illud vero domino retribuat, si talis Confessarius oblitus debitæ fidelitatis, negligit dare domino, qđ à pœnitente acceperit, non tenetur debitor ad restitutionem, si illud detinebat ratione alicuius iusti
Nau. c. 17. n. 76 tituli, qđ si iniuste, & furto detinebat,
Nau. l. 4 tenetur illud restituere iterum, vt tenet
de resti. Nau. quem sequitur Petrus de Nauar-
c. 3. nu. & cū seqq. ra; hic autem debitor semel absolutus pro illo tempore, remanet liber ab excommunicatione, & si esset sacerdos celebrans non incurrit irregularitatem: si vero postea venerit in eius notitiam, qđ Confessarius non persoluerit, proponés soluere quam primum possit, non remanet excommunicatus cum iam sit absolutus, & de nouo non commiserit delictum, quo incidat denuo in censuram, licet absoluisset illum ad reincidentiam: si vero proposuerit non persoluturum iterum, & quod debebat, erat furto surreptum; peccat mortaliter, & potest iterum excommunicari, non autem reincidit in primam excommunicationē: cum de illa fuerit liberè absolutus, & non ad reincidentiam, nec cótrarium tenet Sotus, quia loquitur in casu differenti, scilicet, quando excommunicatio fulminata contra Petrum, non comprehendit, qui non potest soluere; qui, si postea veniat in meliorem fortunam, vt possit soluere, si non restituat soluatvè, incidit in eam; quia, dicit Sotus, excommunicatio semper stat in suo rigore, quod si non facit effectum, est propter aliquod impedimentum, quod inuenit, quo sublato statim ligat; at hic loquimur in casu, quod excommunicatio ligauit, & fuit vere ab ea absolutus pœnitens, vnde iam non stat. Estque notandum, quod si debitum huius pœnitentis erat debitum ratione alicuius iusti tituli, mutui aut depositi, viso quod non tenetur restituere iterū, cum id semel dederit Confessario (vt dictum est) non debet iterum ob id excommunicari.

18 Decimaoctaua Conclusio. Si Episcopus præcipit in sua monitoria quod qui habuerit aliquid, quòd pertineat ad N. restituat eam sub pœna excommunicationis intra sex dies, quibus præteritis non restituit detinens, quia erat absens, & nō venerat in eius notitiam excommunicatio, licet postea fiat certus de ea non incurrit eam, non restituens statim, si fuit Iudicis voluntas excōmunicare solum illos, qui contumacia non responderunt intra dictum terminum,

quia

quia licet postea fiat certus de ea non statim debet argui de contumacia; qđ probatur, quia sententia vltra intentionem ponentis non habet vigorem, vt aduertit Armilla: vnde sequitur, quod, si fuit iudicis intentio excommunicare eos, qui transactis sex diebus habuerint notitiam excommunicationis, & non restituerint, incurrant statim dictam censuram non restituentes, & potentes restituere; sic enim tenet Sotus in simili casu, & Nauarrus.

Armill. verb excom. §. 24. Soto i 4. d. 22 q. 2. ar. 1. Na. in c. 25. n. 53.

19 Decimanona Conclusio. Monitoriæ generales non comprehendunt illos, qui non possunt restituere, nisi cum detrimento vestitus, & victus, cum non teneantur restituere sub pœna peccati mortalis, quod debent cum prædicto detrimento; si vero non est peccatum mortale, nec excommunicatio poterit esse. Verum est tamen, quod incident in excommunicationem, si possint soluere pro tunc aliquam partem debiti, non soluentes; quod debent scrutari Confessarij; incident etiam in eam si postea veniant in meliorem fortunam, & non restituerint, quia semper durat, statque in suo vigore; & econtrario, si, quando excommunicantur, habent modum soluendi, licet postea deueniant in paupertatem magnam, nõ remanet, quin sint ligati censura, in quam incurrerunt, quando poterant persoluere; quod intelligitur quantum ad forum ecclesiæ, quia quantum ad Deum si habeant contritionem possunt obtinere gratiam, sic enim dicit Sotus, quem sequitur Fr. Ludou. Lopez.

Sot. vbi sup. calu 2. Lopez vbi su. 1. pœn. 12.

20 Vigesima Conclusio. Quando quis detinet aliquam rem, quam non vult restituere, nec respondere monitorijs, cum constet, quod detineatur ab eo per relationem personarum, qui id manifestum fecerunt, debet constringi ad faciendam pœnitentiam, dato cõtra eum libello, nulla facta in eo mentione restitutionis dictæ rei; quia faciens pœnitentiam non potest esse, quin restituat, quòd debet; & hoc est vtilissimum remedium ad solutionem eius, quod prætenditur; & ratio est, quia iudicis publicantis monitorias principalior scopus est corrigere fratrem; vnde vt vtatur remedio hoc, non est necessaria lis, nec ordo iudicialis, quia quando solum petitur res, sufficit, quod præcedant monitiones seruata in illis forma Euangelij, vt resoluit post alios Maranta.

Marãta de ord. iudic. 6 p. c. de denunt. nu. 5. pa. 347.

21 Vigesimaprima Conclusio. Monitoriæ, quæ intimantur capitulo, & personis singulis eius, vt obligent, non sufficit, quod intimentur Priori, & aliquibus canonicis congregatis non in loco soluo, vbi solent congregari, sed in alio aliquo loco, quod intelligitur, si sit accessus securus ad capitulum, quia si nõ sit, & constet de hoc, sufficit, quod intimentur modo prædicto, vt resoluunt Felinus, & Franciscus de Pauinis.

Fel. in c. cãm de rescin. et in c. cum oẽs đ cõstit. Franciscus i tracta. de offic. c. sede vacãte.

De excommunicatione Papæ ob manus violentas in clericum. Cap. LXXX.

SVMMARIVM.

An incurrant hanc excommunicationem, qui facientes turbationes, & motus insequuntur aliquem Episcopum facientes verba iniuria in eum, concl. 1 nu. 1.

An incurrat excommunicationem miles, qui mittit manum ad Episcopum vt ponat pacem inter eum, & ducem suum, conclus. 2. nu. 2.

An lictor, qui noctu deprehendit clericum armatum, sit excommunicatus, eo quòd non duxit illum in carcerem, quia tradidit lictori dicto arma, concl. 3. nu. 3.

An, qui habens ætatem sexdecim annorũ existens in potestate patris pauperis vulnerauit clericum ob defendendum proximum, incurrat hanc excommunicationem: & teneatur adire Romam, conclus. 4. nu. 4.

An incurrat hanc excommunicationem maritus, qui inuenit clericum cum vxore sua, & occidit eum, concl. 5 nu. 5.

An incurrat hanc excõicationem prælatus, qui præcipit, vt verberet subditum aliquis familiaris conuentus, cõcl. 6. n. 6.

ibi nu.4 §. nō ob obstat Gu. vbi sup.pag. 21.col.1

tra participantes cum excommunicatis, sic subditi sunt in possessione nō obediendi eis tamquam nullis, irritis, & nō existimādi se excommunicatos ad effectum non assistendi officiis diuinis & non procurandi absolutionem.

Quis possit excommunicare. Cap. LXXVI.

SVMMARIVM.

An possit excommunicare Papa & alij prælati ecclesiastici, conc. 1 nu. 1.

An possint excommunicare Abbates, rectores seu Parochi Parochiarum simplices. concl. 2. num. 2.

An mulieres possint excommunicare, conclus. 3. num. 3.

An peccet ille, qui excommunicat sine potestate concl. 4 nu. 4.

An possint sæculares facere suos contractus cum conditione, quod incurratur excommunicatio, si non impleatur, conclus. 5. nu. 5.

An possit Episcopus excommunicare Rectorem aut Prætorem positum a sede Apostolica in sua diœcesi, conclus. 6. num. 6.

An excommunicatio posita ab Episcopo contra eos qui fecerunt aliquod delictū, comprehēdat omnes qui fecerint illud, licet non sint sui subditi. concl. 7. nu. 7.

1 PRima Conclusio. Papa potest excommunicare, & reliqui prælati, licet sint minores Episcopis, vt Abbates, Præpositi, & priores ecclesiarum regularium, & collegialium, quæ fuerint confirmatæ, licet non benedicti, nec cōsecrati, quia hi a iure possunt excommunicare suos subditos, & omnes alios, contra quos per præscriptam consuetudinem acquisiuerunt talem iurisdictionem. Hinc sequitur, quod capitulum sede vacante, & Archiepiscopi, & delegati à sede Apostolica & supradicti possunt excommunicare illos, super quos habent iurisdictionem.

2 Secunda Conclusio. Non possunt excommunicare Abbates, rectores, aut Parochi simplices Parochialium ecclesiarum nec de iure communi nec speciali, nec generali; quia potestas excōmunicandi non exit, aut oritur ex solo ordine, sed est pars iurisdictionis fori exterioris, quam ipsi non habent, nec possunt habere illam per consuetudinē præscriptam; nec Episcopus potest excommunicare extra suam diœcesim, licet sit eiectus vi ab ea, nisi fuerit in viciniori loco illi, aut in casu notorio, qui non requirat cognitionē causæ: nec minus poterūnt dicti excommunicare seipsos; quare Episcopus aut alius Prælatus, qui excommunicauerit in generali quemcunq; furem, qui furatus est, aut furabitur, lusit, aut luserit, si ipse fecit, aut fecerit, non erit excommunicatus; si vero Episcopus nō fuisset nisi denuntiator excommunicationis Papę, aut alterius superioris, incurret in eam, sic. n. resoluit Nauarr. quia hic Papa excommunicat eum. Nau.ca. 27. nu.5 & 6.

3 Tertia Conclusio. Licet secundum ius commune non possit mulier excommunicare, per priuilegium tamen Papæ potest. Hæc conclusio est Nauarri, qui putat eam securiorem contra Decium, qui dicit posse mulierem habere iurisdictionem ecclesiasticam, vt probatur in iure, sed quod non possit excommunicare; quam opinionem videtur tenere Couarr. nostra vero conclusio contra illos probatur, quia potestas excommunicandi non pertinet ad illum, qui habet claues ecclesiæ, vnde posset, qui ipsas non habet, excommunicare, vt dicit S. Thom. & sæcularis potest excommunicare, si habet priuilegium ad id faciendum, vt dicit quædam glossa recepta. Na.li. 5. cōs.ti.de sent.exco con. 73. f.633. Dec. in reg. 1. de reg. iur. 41 c. dilecta de maior. obe. c. dilectæ de excep. prælat. Cou. in c. Alma mater. 1. p. §. 11. D.Th. in 4. d. 18. q. 2. ar. 2. glos. 2.

4 Quarta Conclusio. Peccat mortaliter ille, qui excommunicat sciens aut scire debens, quod non habet authoritatem ad illud, & ille qui deliberate excommunicat alium iniuste, licet non esset propter odium aut malam intentionem, sed solum ob ignorantiam crassā, & Gl. in c. prælbit. 32. dist.

& supinam, etiam peccat mortaliter. Qui excommunicat solum oretenus, sine scriptura, nec monitione canonica iusta sine causa omittendi dictã monitionem, est suspensus per vnum mensem ab ingressu ecclesiæ, & diuinis officijs, & si intra hoc tempus celebrauerit aliquod officium diuinum annexũ alicui ordini, est irregularis: hęc autem pęna non extenditur ad Episcopos, & prælatos religiosorum, vt aduertit Nauarrus.

Nau. d. c. nu. 8.

5 Quinta Conclusio. Non possunt sæculares facere suos cõtractus cum hac clausula, quod si non adimpleatur promissum vsque ad quoddam tempus, remaneant excommunicati; primo, quia non habent iurisdictionem ecclesiasticam; secundo quia sęculares secundum leges multorum Regnorum nõ possũt renuntiare foro suo, & licet confirment renunciationem cum iuramento, non valebit quidquam: & certum est quod si remanerent excommunicati, iam efficerentur subiecti iurisdictioni ecclesiasticæ: sic enim dicit Nauarrus in quodam consilio.

Na. li. 5, conf. ti. de sent. exc. cõs. 1 fo. 586

6 Sexta Conclusio. Potest Episcopus iusta de causa multa moderatione excommunicare Rectorem & Pręτorem positum a sede Apostolica in ciuitate sua: nec contra hoc obstat, quædam extrauagans, quæ iubet Ordinariis, quod non procedant cõtra officiales, nec nũtios sedis Apostolicæ, quia solum loquitur de officialibus, qui immediate seruiunt Papæ, non autem de missis a Papa ad seruiendum alicui Reipub. vt explicat Nau. in quodam consilio.

Extra Matth. de hær. inter cõmunes.

Na. li. 5. conf 61. fol. 598.

7 Septima Conclusio. Excommunicatio generalis quæ ponitur ab Episcopo contra facientes tale delictum non solum, comprehendit suos subditos, sed etiam eos, qui non sint subditi, si si sint in eius diecesi, vt resoluit Spinus, & ècontrario non comprehendit suos subditos committentes dictum delictũ extra suam dięcesim vt tenet Couar. & Nauar.

Spino i spec. testam. in rubr. 11 p. n. 50. Cou. in ca. alma mater. 1 p. §. 2. nu. 3. Na. ima. c. 27. nu. 272.

De Causa materiali excommunicationis. Cap. LXXVII.

SVMMARIVM.

An causa materialis excommunicationis sit solum peccatum mortale. conclus. 1. num. 1.

An excommunicatio possit poni ob culpas præteritas sine præcedente monitione. conclus. 2. num. 2

An sit necessaria monitio ad hoc, vt incurratur excommunicatio posita ipso iure ab aliquo canone, aut statuto, conclus. 3. num. 3.

An ignorantia liberet ab excommunicatione. ibid.

1 PRima Conclusio. Causa materialis excommunicationis maioris est peccatum mortale, & ideo nullus debet excommunicare, nisi ob mortalem contumaciam, quam quis habeat nolens obedire alicui iusto mãdato, licet detur super culpa veniali: & ideo nunquam incurritur excommunicatio maior posita a canone vel statuto speciali, aut generali, si non peccetur mortaliter: vnde qui furatur rem paruam, quæ non accedit ad culpam mortalem, non incurrit excommunicationem positam contra fures alicuius rei; hæc conclusio est communiter recepta, & probatur latè in his tractatibus.

2 Secunda Conclusio. Excommunicatio maior non debet imponi ob culpas præteritas, nisi p̃cedat monitio specialis, & monitus cum contumacia non obedierit, sic enim tenet Nauarr. & sic debet legi cautè Caiet. qui dicit absolutè, quod sicut ante peccatum potest esse excommunicatus quicunque faciẽs talem rem, sic post peccatum, & rem factam potest esse excõicatus quiuis, qui fecerit eam, quia hoc est contra decretum in canonib. confirmatũ à Concil. Trid. Ideo tenet Sotus, quod nemo potest excõmunicari ob culpã præteritam.

Na. c. 27 nu. 9. Caiet. 2. 2. q 69. art. 2.

c. oẽs 16 q. 7 c. sa ci de ẽ. excom.

tam, nisi præcedat monitio. Verum est tamen, quòd talis excommunicatio data sine hac monitione non erit nulla ipso iure, vt tenet quædam Glos. quam sequitur Panorm. & Decius, amplians eã vt procedat etiam in excommunicatione data à Commissario, quod intelligitur, nisi in casu, quòd in commissione data fuit ei particularis forma excommunicandi, & non seruauit eam, vt dicit contra Sotum Nauarrus. Ex dictis infertur, quòd Vicarius generalis Episcopi excommunicat subditum nulla præcedente monitione, quia non soluit debitum, transacto iam termino dictæ excommunicationis, valet excommunicatio ab illo imposita, nisi posuit eã in aliquo ex casibus, in quibus data sine monitione est nulla, vnde huiusmodi excommunicatio indiget absolutione, & qui celebraret sine ipsa, fieret irregularis.

Concil. Trid. ses 25. de ref. c. 3. Sot. in 4 d. 2. 2. q. 1. art. 2. concil 4 glos. 2. i d. c. sacr. Panor. & Dec. Nau. in Man. ca. 27. n. 11 & lib. 5. cons. de sen. exc. cons. 4. fol. 587.

3 Tertia Conclusio. Quando ab aliquo canone, seu statuto ordinatur, qđ qui fecerit talem rem ipso facto sit excommunicatus, vt incurratur hæc pœna, non est necesse, quod pręcedat canonica monitio, imo qui facit contrariũ, remanet statim excommunicatus. Et idem est, quando Iudex excommunicat ob culpas futuras: quod non debet facere, nisi præcesserint offensæ, quę ad id compellant, sicut quando delictum est damnosum, & multum frequens in Republica, aut quando est coniectura, quod committetur tale delictum, nisi prohibeatur, cum hac pœna, propter quod, qui postquam moniti sunt in generali a Iudice commiserit illud, vt inobedientes incurrant ipsam; vt resoluit Couarruuias, ponens extense causas, quæ possunt facere, vt Iudex imponat dictam excommunicationem. Et nota, quod ignorantia inuincibilis excommunicationis, quam addit ius commune contra eos, qui committunt, rẽ prohibitam à iure diuino, excusat eos, qui committunt, ita vt non incurrant eam, quia excommunicatio non ponitur cõtra ibedientiam, quæ fit contra Deum, sed propter illam, quæ fit contra ecclesiam: & qui ignorat hoc modo excommunicationem non est inobediens ecclesiæ frangendo tale præceptum: hæc propositio est Siluestri, quem sequitur Panorm. & est contra Scotũ: cui responderur ratione supradicta; vnde meritò Sotus tenet contra eum, & dicit Ias. sic esse practicandum. Ex dictis infertur, quòd si clericus excommunicatus post appellationem factam credit bona fide, fuisse suam appellationem validam, non remanet irregularis celebrans, licet postea iudicetur appellationem nõ fuisse legitimam, quia ignorantia probabilis excusat eum, vt resoluit Nauarrus. Sequitur secundo, quod si sacerdos absens a sua diæcesi, aut iurisdictione sui Prælati fuerit excommunicatus, & ignorans hãc excommunicationem celebrauerit, non incurrit irregularitatẽ, nec pęnas positas contra excommunicatos, vt tenet Rebuffus. Tertio sequitur, quod qui ignorat se esse excommunicatum si confiteatur sua peccata in tẽpore debito obtinebit gratiam sacramẽtalem, & sciens post confessionem qđ fuerit excommunicatus, non tenetur iterare confessionem, vt tenent Caieta. Nauar. & Sotus.

Cou. in ca. alma mater. 1. p. §. 10. nu. 1.

Syl. verbo exc. 2. §. 3. & verbo, excom. vlt. § 3. Scot. in 4. d. 6. q. 8. Sot. in 4 2. 2. q. 1. ar. 2. Ias. in l. 1. n. 30. c. de sacros. ecclef. Na. in c. cũ cõtingat. rem. 3. de ref. & in c. si quando num. 5 Rebuff. in conc. titu. de exc. Caiet. verb. absolut. impedimenta Nau. in Man c. 9 n. 3. Sot. i 4 d 22 q 1. art. 1

Quis possit excommunicari.
Cap. LXXVIII.

SVMMARIVM.

An solus homo mortalis, & baptizatus possit excommunicari. concl. 1. nu. 1.

An valeat excommunicatio aut suspensio posita contra totum capitulum. concl. 2. num. 2.

An sit vanitas excommunicare locustas, &c. concl. 3. nu. 3.

1 PRima Conclusio. Nemo potest esse excommunicatus, nisi homo mortalis, & baptizatus habens superiorem; ob quod Angelus nõ potest excommunicari, nec anima ratio-

tionalis separata à corpore, nec Maurus, Iudęus, aut Paganus, licet sit cathecumenus, nec homo resuscitatus, quia non est mortalis, siue sit glorificatus, siue non, siue sit condemnatus: nec fratres mendicantes possunt excommunicari ab Ordinarijs, & idem est de illis, qui gaudent eorum priuilegijs; vnde concessit Clemens IV. fratribus minoribus, quod non possint excommunicari, nec interdici, nec suspendi ab aliquo legato, si non fuerit Legatus a latere Sedis Apostolicæ, aut eius subdelegatus litteris Apostolicis, nisi in illis expressa licentia concedatur procedendi contra eos cum his censuris. Notaque, quòd quando aliquis moritur contumax, potest excommunicari mortuus, solum ne illi fiant honores, nec detur sepultura sacra, vt allegans alios tenet Henriquez.

Habetur in cōp. titu. exc. §. 2.

Henriq. to. 1o. l. 13 de ex com. ca. 25. nu. 2. c. Romana de sēt. excō. li. 6. §. i vniuersitate. Nauar. li. 5. cons. de sen. exc. cons 40. fol. 599. col. 1. lit. c. Host. ī sū. de cō ti. §. fin. Glos. in Cl. prę sen. ver. consi. de pę. Na d. c. 27. nu. 165 Na. vbi sup. nu. 152. Nau lib. 5 cōs. ti. de sent. exc. cōs. 5. f. 187, & 188. D. Tho. 2.2. q. 90 ar. 3.

2 Secunda Conclusio. Excommunicatio pronunciata simpliciter, & absolutè contra capitulum nil valet, vt colligitur ex iure, & tenet contra aliquos Nauarrus. Dixi contra capitulum absolutè, quia si ponitur contra capitulū, & Canonicos culpa notatos, singuli remanebunt excommunicati, qui inuenti fuerint cum culpa mortali in negotio, de quo agitur, vt tenet Hostiensis. Verùm est tamen, quod nullus horum potest declarari excommunicatus, nisi prius fuerit citatus, auditusque; vt dicit quædam Gloss. Et nota, quod suspensio ab ingressu ecclesiæ potest dari contra vniuersitatem, capitulum, aut conuentum, vt resoluit Nauarrus, & cum talis suspensio non possit poni sine culpa, sequitur, quod suspenso in hoc casu capitulo, solum suspenduntur capitulares culpati, non autem illi, qui sunt sine culpa, vt post Caiet. tenet Nauarrus.

3 Tertia Conclusio. Vanum est excōmunicare animalia irrationalia, vt est locusta; & resoluit Nau. doctè in quodam consilio, & probat, quia secundū D. Thom. vanum est coniurare aliquā creaturam irrationalem ad aliquem actum, cum non sit libera, nec domina suarum operationum; si vero excommunicatio posita contra hæc animalia quidcquam operatur eijciens aliquando ea à terra, hoc non procedit ab eius valore, sed à dęmonis potestate, qui eijcit ea à terra, quam destruunt, aut occidit ea subitanee, vt sic persuadeat desiderantibus, quod iste sit effectus excommunicationis, & sic permaneant in suis vanis superstitionibus confidentes in illis; propterea remedium Catholicū & Christianum, quod est ad abigenda huiusmodi animalia, est recurrere ad orationem, & ieiunium, & quod adeat, qui coniurat hæc animalia vestitus vestibus sacris, aspergens terram cū aqua benedicta, vtens orationibus ordinatis ab ecclesia ad hunc effectum, confidēs in Domino: vt dicit Nauarr.

An valeant litteræ excommunicationis, quæ communiter extrahuntur, & an sit obligatio respondendi ipsis. Cap. LXXIX.

SVMMARIVM.

An possint Episcopi litteras concedere contra detinentes aliena, concl. 1. nu. 1.

An sit obligatio manifestandi, qui detinet dicta bona aliena, concl. 2. nu. 2.

An possint concedere has litteras contra testes, qui sciunt veritatem alicuius rei, vt manifestent, concl. 3. nu. 3.

An vxor, & descendentes, ac ascendentes teneantur respondere monitorijs, quæ extrahuntur aduersus maritum, concl. 4. nu. 4.

An huiusmodi monitoria solum debeant concedi pro rebus occultis, concl. 5. numero 5.

An huiusmodi monitoria litteræ possint concedi pro rebus pauci valoris, conclus. 6. nu. 6.

An teneatur quis respondere monitorijs, quando scitur aliquid ex auditu, concl. 7. nu. 7.

An teneatur quis respondere his monitorijs manifestans peccata occulta, concl. 8. nu. 8.

An

An teneantur respondere monitorijs extractis ab aliqua parte contra aliam, cum qua scit pactum interuenisse, concl. 9. nu. 9.

An qui non habet de quo possit soluere, teneatur respondere monitorijs, quæ obligant ad soluendum debitum, concl. 10. num. 10.

An monitoria, quæ obligant scientes aliquid esse captum habeant locum in eo, qui cepit rem ob compensationem, concl. 11. nu. 11.

An qui iniuste possidet beneficium, possit procedere cum excommunicatione contra eos, qui perceperunt fructus eius, ib.

An, qui compelluntur probare, quod reuelent, teneantur respondere monitorijs, concl. 12. nu. 12.

An, qui non tenentur respondere monitorijs, possint iurare, quod nihil sciunt, conclus. 13. nu. 13.

An ille, contra quem extrahuntur hæ litteræ monitoriæ, petens, quod negotium agitetur coram Iudice, satisfaciat, conclus. 14 nu. 14.

An monitoria extracta ab aliqua persona contra aliquos qui detinent aliquid furto raptum: comprehendant vxorem, & filios conl. 14 nu. 15.

An excommunicatio extracta contra eos, qui collegerunt vuam alicuius vineæ, comprehendat eos, qui ex ea ceperunt paucam quantitatem, concl. 16. nu. 16.

An, qui dat Confessario, quod habet alienum, vt illud vero domino restituat, remaneat excommunicatus, si Confessarius detineat sibi rem, concl. 17. nu. 17.

An ille, qui, eo quod sit absens, ignorat excommunicationem, remaneat excommunicatus sciens postea transacto termino eius, concl. 18. nu. 18.

An monitoria comprehendant eos, qui non possunt restituere, nisi cum detrimẽto sui vestitus & cibi concl. 19. nu. 19.

Qualiter se debeat gerere Iudex, qui concedit has monitorias monentibus illum aliquibus, quod N. habet dictas res, quæ per eos prætenduntur, conclus. 20. numero 20.

An monitoriæ, quæ intimantur contra aliquod capitulum, sit necesse, quòd intimentur contra Priorem, & aliquos capitularium in proprio loco vbi solent cõgregari, concl. 21. nu. 21.

1 PRima Conclusio. Opinio est ab omnibus recepta, definita a iure antiquo, nuncque confirmata à Concilio Tridentino, quod Episcopi ad instantiam cuiuscumque, qui petat, possint concedere monitorias generales cõtra eos qui detinent res suas, vt remaneant excommunicati, si non restituerint intra certum tempus assignatum in proprijs litteris, & contra eos, qui sciunt, in cuius potestate sint, obligantes eos ad manifestandas dictas res. Circa quod primo notandum est, quod etiam nuntius Apostolicus, & legatus à latere habet idem priuilegium, quo vtuntur multum ordinarie. Secundo debet notari, quod Prouisor, aut Vicarius generalis cuiuscumque Episcopi, aut Archiepiscopi possunt etiam eas concedere, & sic est receptum in praxi, vt docet Guttierez, adducens quandam declarationem Dominorum Cardinalium reformationis, quæ id confirmat; & eandem authoritatem habent Vicarij generales nominati à capitulo sede vacante secundum formam Concilij Tridentini.

c. cũ fure. vbi Abb. n. 1. de furt. Concil. Tri. sess. 25 ca. 3. de refor.

Gut. qq. ca. c. 110

Concil. Tri. sess. 24. c. 16. de refor.

2 Secunda Conclusio. Quando res furto surrepta non potest restitui alia via suo vero domino, tenentur manifestare, vbi sit, aut qui detinet eam illi, qui id sciunt ex visu, aut ex auditu, cum ad hunc effectum dentur huiusmodi monitoriæ, vt dicit Corduba, Couarruuias, Nauarrus, Guttier. & DD. communiter. Quod intelligitur, quando petitur, quod reuelent & testificentur, quod sciunt, vt fiat parti debita satisfactio, & quod nullo modo procedatur ad supplicium; quia sic non solum illi, qui sciũt secrete, sed etiam ipsemet delinquens contra se tenetur manifestare furtum superiori, aut ei qui potest adhibere remedium, si nullum aliud sit remedium; & non facientes peccabunt cõtra cha-

Cou. in reg pec. 2 p § 3. n. 5. cor. li. 1. qq. 43. du. 2. pa. 347 ĩ prin. Gutier. vbi sup. c. 11. pag. 118. Na ĩ Manu. c. 18. nu. 40.

charitatem, & iustitiam. & ideo tenentur restituere parti totum damnum, qd ex sua taciturnitate illi sequitur, nisi delinquens sit iam correctus, aut cum secreta monitione creditur corrigendus, & quòd restituet, quod habet alienũ. Sic enim tenet Corduba. & Nauarr. cõtra Sotum.

Cordu. vbi sup. & de cas q 64 in pr. Nau. vbi sup. & c. 17 n. 137. & sequ. & c. 25. n. 46. & in ca. inter verba. 11. qu. 3 conc. 6. num. 58 Abb. in c. ad nostrã, 20. de iureiur.

3 Tertia Conclusio. Possunt concedi hæ litteræ monitoriæ contra testes qui sciunt veritatem super aliqua, vt reuelent, & declarent id quod sciunt, vt dicit Abbas, cum communi, & si tractetur aliquod negotium coram iudice sęculari, potest iudex ecclesiasticus adiuuare illum cum dictis litteris monitoriis, ad effectum quod testificentur, qd sciunt super causa; & vt exhibeant scripturas, quæ faciunt ad rem; quia sicut est rationabile, quod iudex sæcularis adiuuet ecclesiasticum, sic est etiam rationabile quod adiuuet ecclesiasticus sæcularem: vnde dicit quidam grauis Doctor, Fecit Deus duos fratres iudices populi Israel in exitu Egypti, Moysen scilicet, qui præsideret in sæcularib. & Aaron qui præsideret in ecclesiasticis, vt sic fratres fraterne se coadiuuarent; & sic est receptissima res in praxi in populo Christiano, nec est vlla ratio, quæ id condemnet, vt condemnat Sotus.

Sot ĩ 4. d. 22. q. 1. art. 2. p. 940. col. 2. v. 3 ad fin. Na. c. 25 nu. 48. & in c. ĩter verba num. 808. Cordu. de cas. 64. circa finem angel. verbo similia n. 9

4 Quarta Conclusio. Vxor, & descendentes, quæ non tenentur iurare contra maritum, & consanguineos, non tenentur respondere his monitoriis, vt dicit Nauarrus, & Corduba; quod procedit, quando superior vult procedere criminaliter, quia si vult solum procedere ciuiliter, si non possit ex manifestatione sequi damnum, putant dicti patres, quod tales tenebũtur respondere monitoriis: quia non tenetur quis facere bonum temporale alteri cum deperditione sua, vt dicit Angelus, & per consequens excusatur vassallus a reuelando, quod scit contra dominum ob damnũ, quod inde sibi sequi potest. Et ad perfectam intelligentiam huius conclusionis debet notari, quod ascendentes per rectam lineam non possunt cõpelli ad hoc, vt sint testes per se, aut contra se in causis criminalibus, vt determinatũ est in iure, nec pót quis cõpelli ad testificãdum contra socerum, nec socer contra generũ, nec priuignus contra vitricum, nec econtra, nec auunculus cõtra cõsobrinos, aut sobrinas, nec cõtra filios eorũ nec cõtra sororẽ, aut fratrẽ; nec maritus contra vxorem. & econtra, nec libertus cõtra patronũ, qui dedit libertatem, vt refert, & comprobat Angelus, & etiam in causis ciuilibus non tenentur esse testes, si sint alii, cum quibus res possit verificari, vt dicetur in tractatu de ordine iudiciali cap. 7. num. 13.

4. q. 3. c. item, in l. Iulia.

Angel. verbo, denunciatio. nu. 13.

5 Quinta Concl. Huiusmodi monitoriæ generales debent concedi pro reb. occultis; quia alias si constet quod quis hét qđ quæritur, debet recurri ad Ordinarium, citata parte coram iudice cõpetenti, non autem ad extraordinariũ modum extractis monitoriis, sic dicit Sotus, & videtur confirmare Concil. Trid. propter quod dicit Guttier. quod quidam prælatus doctus horum regnorum, antequam concederet aliquam monitoriam generalẽ, accipiebat iuramentum a parte petente, an haberet probationem plenam, aut semiplenã, vt per viam iudicis ordinariam posset obtinere, quod quærebat.

Soto in 4. d. 21. q. 1. ar. 3 Concil. Triden. ses. 25. c. 3. Gutt. vbi sup. p. 129

6 Sexta Conclusio. Huiusmodi monitoriæ generales non debent cõcedi pro paruis rebus, vt pro gallina, cane, aut alio paruo damno, vt dicit Sotus, & confirmat Conc. Trid. quod relinquitur arbitrio prudentis iudicis.

Sot. vbi sup. ar. 2 ver. quo igitur p. 939 Concil. Trident. vbi sup. c. 3.

7 Septima Concl. Non tenetur quis respõdere monitorijs generalibus, quę obligant ad reuelandũ, quod scitur ex auditu, si audiuit aliquid a personis nõ fide dignis; itaque notaretur de leuitate, si ob talem notitiam solum recurreret ad denuntiandum, aut testificandũ: aut si credit quod iudex indignabitur magis quam par sit contra reum, vt dicit Nauarrus, & Corduba: nec tenetur respondere ille, qui scit aliquid de alio, si scit certe quod alius denuntiaut

Nau. d. c. 25. nu. 46. Cor. d. q 48 in 6. casu

L de

de illo, vt dicunt supradicti authores.

8 Octaua Conclusio. Non tenetur respondere his monitorijs ille qui scit aliqua peccata occulta, licet per illas præcipiatur, vt reuelet ea, potius enim peccaret, qui ea reuelaret, nisi sint peccata nocua reipublicæ, vt dicetur in tractatu ordinis iudicialis c.7.nu.8.

9 Nona Concl. Non tenētur respondere his monitorijs illi, qui sciunt aliqd de alio, quod inquiritur, si certo sciant, quod ille, ad cuius instantiam publicantur, fecit pactum cum parte, contra quā dantur, dicēs, quod licet extraxerit eas, non tamen est suæ intentionis, quod p illas obligentur, qui aliquid sciant declarare, quia excommunicatio (regulariter loquendo) pendet ab intentione excommunicantis: certum est autem, quod qui concessit eas, si sciret hoc pactum, non concederet eas, vt dicit Corduba: estque notandum, quod si nō constet de intentione iudicis, an fuerit non excommunicare, peccant, si non obediant eius mandatis, vt dicit Sotus.

Cordu. de casibus cōsc. q.175. f. 480. col. 2.

10 Decima Conclusio. Qui non hēt, de quo soluat, non tenetur respondere his monitorijs, quæ obligant ad soluendum debitum; vnde non soluens nō incurrit excommunicationem, quia vbi non est contumacia quantum ad Deū, nulla est excommunicatio, vt resoluit Sotus, Nauar. & Didacus Perez. Dixi quantum ad Deum, quia quantum ad forum exterius ecclesiæ remanebit excommunicatus, nisi, euidenter cōstet de hac impossibilitate, additq; Sotus, qd si potest soluere partem, debet soluere, licet sit cum detrimento victus, & potus. Hinc infero, quod illi, qui sciunt, quod quis surripuit quandam rem, pro qua fuit extracta excommunicatio, non tenentur respōdere ei, si cōstet illis, quod ille non potest soluere totum, nec partem, quia si posset soluere aliquid tenētur quidem respondere.

Soto d. art. 2. pa. 940. col. in. prin.

Soto in 4. 21. q 1 ar. 1. pa. 940. col. 2. Perez in l. 6. ti. 5. lib. 5. ord. pa. 1289 col.

11 Vndecima Conclusio. Excommunicatio generalis data contra eos qui sciunt, & non reuelant, nec obligat illum, qui accepit aliquid sine scandalo in compensationem alicuius debiti liquidi, quod illi debebatur secundum iustitiam, si per aliam viam licitam non potuit recuperare sine magno detrimēto suo, aut sine inimicitiis; nec obligat ad respondendum illos, qui sciunt aliquid de hoc, si certo sciant, quod fuit acceptum in recompensationem debiti, secus autem si dubitauit. Nec sufficit, quòd ille, qui accepit rem in compensationem dicat pro certo, quod acceperit illud pro compensatione prædicta, nisi esset persona tantæ fidei (vt loquendo moraliter) debeat illi præstari fides, vt tenet Nauarrus, Cord. & Ludouicus Lopez. Nostra vero cōclusio limitatur, quod non procedat in depositario accipiente (etiam ratione compēsæ) aliquid de deposito, quod apud se habet, quia hic in hoc casu tenebitur respondere monitorijs restituens quod petitur, aut dicens se illud detinere quousque sibi persoluatur debitum a parte. Hinc sequitur, quod mulier, quæ accipit aliqd de bonis mariti in compensationem certi legati, quod legauerat illi in testamēto minus solenni, non tenetur restituere suis hæredibus, quòd cępit in compēsationem, nec respōdere litteris excommunicatorijs, quæ fuerint extractæ contra eos, qui aliquod cęperint de rebus dicti mariti, nec illi, qui sciūt quod maritus legauerat ei dicta bona, tenentur respondere dictis litteris excommunicatorijs, licet sciant summam ab ea captam: quia opinio est grauium doctorū, quod hęredes ab intestato defuncti, qui mortuus est cum testamēto minus solemni tenentur de consciētia soluere legata, quæ reliquit disposita in dicto testamento, secundum quod tradunt Couarruuias, Sotus, Ledesma, & Ludouicus Lopez, & Aragon. Secundo infertur ex dictis q si quis possideat iniuste aliquod beneficium, & extrahat litteras excommunicatorias contra eos, qui detinent eius fructus, & contra eos, qui sciunt a quibus detineantur, & non reuelant: nec qui colligūt dictos fructus, nec scientes incurrūt in excōmunicationem,

Nau. c. 27. nu. 114. & c. 25 nu. 46. Cor. q. 43. p. d. 348. col. 3. 4. limitatione, & de cas. q. 181. Lopez in inst. nego. lib. 2 c. 25.

Cou. de test. f. 75 n. 4. Sot. lib. 4. de iust. q 5. ar. 3. Ledes. in 2 p. 4. q. 18 ar. 1 dub 11. Lop. in instr.

cõſ.1. p. c.14. Arag.2.2. q.62 pa. 160.col. 3. Nau.i c. inter verba.c. 11. q.3. concl 6. corol. 65. Idé. Na.li. 5. cõl.ď sẽ ten exc. cõſ.... f. 590.

nem, non reſtituentes, aut non reuelantes; ſic enim tenet Nauarr. in quoddam conſilio probans id cũ quadam doctrina D. Antonini, & Siluestri, qui dicunt, quod qui ſcit poſſeſſorem alicuius eccleſiæ, aut dignitatis, non eſſe verum prælatum, quia non habet verum titulũ, licet ſit ſubiectus dictæ eccleſiæ, aut dignitati, non tenetur de conſcientia obedire ei, nec perſoluere quod debet illi eccleſiæ, aut dignitati, quia perſoluens reſpõdens eius mandatis cũ ſciat ea eſſe inualida, & quod nihil illi debetur, non ſatisfacit, nec remanet liber: quod procedit etiam in eo, qui credit firmiter probabiliq; ratione non habere titulũ, quia iudicium conceptum ob certam ſcientiam, & conceptum ob iuſtam cauſam ad credendum ſunt in eadem paritate in foro conſcientiæ, ſecundum Nauarrum declarantem ſic D. Thom. & Caiet. Dixi probabili ratione, quod accidit, quando aliquis homo authoritate, ac litteris ornatus, & conſcientia ſana, dixerit illud; quia ſi dicat hoc, aut credat fundatus in ratione leui, & paucæ authoritatis, aut dubitauerit, an habeat authoritatem, & ius, incurret dictam excommunicationem: vnde debet quiuis mittere (vt dicitur) manum ad pectus, & ſinum ſuum, & introſpicere conſcientiam ſuam, quando publicantur hæ litteræ excommunicatoriæ, vt dicit Nauarrus; Et conſideret ſi ſciebat pro certo, aut putabat multũ probabiliter, aut potius dubitabat, aut perſuadebatur leui fundamento, an poſſeſſor habebat verum titulũ necne; quia ſi dubitabat, non tenetur ad reſpondendũ, & ſic poteſt abſolui tẽpore Iubilæi, licet nõ ſatisfaciat parti, viſo qd eius offenſa eſt dubia, & nõ manifeſta, vt probatur per determinationem cuiuſdã canonis.

Naua. in rubr. de iudicijs, nu.47.

Naua.d. conſ.7.

c. venerabilib. § S.porro, de ſent. excom.

12 Duodecima Concl. Excuſantur ẽt à reſponſione ad has litteras, qui compelluntur probare quod manifeſtant, ſi id non poſſint facere, & quando etiam patiuntur aliquod detrimentum in vita, aut in rebus ſuis temporalibus, ſic enim dicunt Cord. & Nauar.

Cor. vbi ſu.cas.5.

13 Decimatertia Concl. In caſibus, in quibus ſcientes non tenentur manifeſtare, poſſunt etiam præſtito iuramento reſpondere ſe nihil ſcire concipientes interius, quo teneantur reuelare; ſic.n. tenet poſt Nauarrum, & alios Corduba quod eſt communius, & verius, licet aliqui teneant contrarium, vt dicetur extenſius in ordine iudiciali.

Nau.ca. 25.n.37. & n.50. Nau. in Ma u. c. 18 n.61. §.34. & c.25.nu. 43. §. Porro, & c.12. n.8. Cordub de caſ q.61

14 Decimaquarta Concl. Quando ille, contra quẽ litteræ extrahuntur reſpondet intra terminum aſſignatum, dicẽs, & allegans, quod illud quod tenet, poſſidet iuſto titulo, & qd eſt obueniens eccleſiæ, vnde petit quòd ceſſent monitoriæ, & qd tractetur negotium corã Iudice competenti ad iudicandũ, ſi eſt verum, quod allegat; debet Iudex ceſſare monitorijs, & remittere negotiũ Iudici ſęculari, vt verificet ſupradictum: ſi vero monitus non ſe præſentauerit, non ſolum debet declarari contumax à Iudice eccleſiaſtico, ſed etiã debet coſtringi cum pœna excommunicationis, vt ſoluat ſtatim, ſi ſint teſtes, qui illum condemnent; quod intelligitur, niſi petierit abſolutionem excommunicationis ſoluens expenſas, & reſpondens eſſe paratum ad ſe præſentandum coram Iudice competenti, vt declaret, quod ſit iuſtus poſſeſſor dictorum bonorum, quia in hoc caſu debet audiri ſi non probetur contra eum contrarium, vt dicunt Silua, & Guttierez.

Sil.nup. n.5.Gut. d c.11.n. 86.

15 Decimaquinta Concl. Litteræ excõmunicatoriæ extractæ contra eos, qui detinent aliquid furto ſurreptum, non comprehẽdunt vxorem & filios extrahentis illas, qui acceperint aliquid à dictis bonis quia non eſt credibile, quod pater velit comprehendere filios, & vxorem: quod intelligitur, niſi quantitas ſit multi momenti, ita vt præſumantur comprehendi, ſic enim tenent poſt Sotum, Corduba, & Ludouic. Lop. Hinc ſequitur, quod ſi mulier, & filij acceperunt aliquid ad ſuum veſtitum, non tenentur reſpondere; niſi filius eſſet ſufficienter prouiſus à patre ſecundum eius ſtatum, & exiſtens in eius poteſtate fu-

Cor. de caſib. q. 175. Lo-pez in-ſtru cõſ. 1.p c.56 col.408.

ratur aliquid, vt ornet se cum maiori pompa quam sit iustum; securius enim erit tunc quod obtineat à patre veniam pro re surrepta; quod si ante terminum præfixum in litteris obtinuerit dictam veniam non incurret excommunicationem: quod si intelligit, aut dubitat, an incurrerit eam nec ne, postquam non est comperta patris intentio, cui Iudex conformatur, procuret habere dictam veniam, & sic poterit absolui cum iam sit satisfactum parti, sic enim tenet Corduba, quem sequitur Ludou. Lop.

Cor. de cas. cósc. q. 175. Lop. in inst. cós. 2. p. c. 12

16 Decimasexta Conclus. Litteræ excommunicatoriæ, quæ publicantur cótra eos, qui collegerunt vuas vineæ alicuius, comprehendunt etiam illos, qui acceperunt paucam quantitatem per aliquot vices, nescientes alij alios: sic enim tenet Sotus; & probatur, quia licet hi singuli non peccauerint mortaliter, damnum tamé, quod ex his paruis furtis sequutum est, fuit notabile, & sic nó publicatur excommunicatio absoluté ratione peccati venialis, sed ob peccata venialia, quæ secum habent annexum notabile damnum proximi, quod aliter non potest reparari. Et hoc modo respondetur ad id, quod dicit Nau. cótra Sotum, vt aduertit Petrus de Nauarra, qui dicit, quod secúdum opinionem suam, non debent prælati dare huiusmodi litteras excommunicatorias in hoc casu, & similibus.

Sot. in 4 d. 22. q. 1 ar. 2. pagin. 940. col 2.

Nau. l. 3 de re. c. 2. nu. 58.

17 Decimaseptima Conclusio. Quando aliquis incurrit excommunicationé, quia non respondet intra terminum assignatum, & adit Confessarium petens absolutionem, tradensque illi, quod habet alienú de illo, quod quęritur, & ob quod est excommunicatus, vt illud vero domino tribuat, si talis Confessarius oblitus debitæ fidelitatis, negligit dare domino, qđ à pęnitente acceperit, non tenetur debitor ad restitutionem, si illud detinebat ratione alicuius iusti tituli, qđ si iniuste, & furto detinebat, tenetur illud restituere iterum, vt tenet Nau. quem sequitur Petrus de Nauarra; hic autem debitor semel absolutus pro illo tempore, remanet liber ab excommunicatione, & si esset sacerdos celebrans non incurrit irregularitatem: si vero postea venerit in eius notitiam, qđ Confessarius non persoluerit, proponés soluere quam primum possit, non remanet excommunicatus cum iam sit absolutus, & de nouo non commiserit delictum, quo incidat denuo in censuram, licet absoluisset illum ad reincidentiam: si vero proposuerit non persoluturum iterum, & quod debebat, erat furto surreptum; peccat mortaliter, & potest iterum excommunicari, non autem reincidit in primam excommunicationé: cum de illa fuerit liberè absolutus, & non ad reincidentiam, nec cótrarium tenet Sotus, quia loquitur in casu differenti, scilicet, quando excommunicatio fulminata contra Petrum, non comprehendit, qui non potest soluere; qui, si postea veniat in meliorem fortunam, vt possit soluere, si non restituat soluatvè, incidit in eam; quia, dicit Sotus, excommunicatio semper stat in suo rigore, quod si non facit effectum, est propter aliquod impedimentum, quod inuenit, quo sublato statim ligat; at hic loquimur in casu, quod excommunicatio ligauit, & fuit vere ab ea absolutus pęnitens, vnde iam non stat. Estque notandum, quod si debitum huius pœnitentis erat debitum ratione alicuius iusti tituli, mutui aut depositi, viso quod non tenetur restituere iterú, cum id semel dederit Confessario (vt dictum est) non debet iterum ob id excommunicari.

Nau. c. 17. n. 76 Na. l. 4 de resti. c. 1. n. 6. cú seqq.

18 Decimaoctaua Conclusio. Si Episcopus præcipit in sua monitoria quod qui habuerit aliquid, quòd pertineat ad N. restituat eam sub pęna excommunicationis intra sex dies, quibus præteritis non restituit detinens, quia erat absens, & nó venerat in eius notitiam excommunicatio, licet postea fiat certus de ea non incurrit eam, non restituens statim, si fuit Iudicis voluntas excómunicare solum illos, qui contumacia non responderunt intra dictum terminum,

quia

quia licet postea fiat certus de ea non statim debet argui de contumacia; qđ probatur, quia sententia vltra intentionem ponentis non habet vigorem, vt aduertit Armilla: vnde sequitur, quod, si fuit iudicis intentio excommunicare eos, qui transactis sex diebus habuerint notitiam excommunicationis, & non restituerint, incurrant statim dictam censuram non restituentes, & potentes restituere; sic enim tenet Sotus in simili casu, & Nauarrus.

Armill. verb excom. §. 24. Soto i 4. d. 22 q. 2. ar. 1. Na. in c. 25. n. 53.

19 Decimanona Conclusio. Monitoriæ generales non comprehendunt illos, qui non possunt restituere, nisi cum detrimento vestitus, & victus, cum non teneantur restituere sub pœna peccati mortalis, quod debent cum prædicto detrimento; si vero non est peccatum mortale, nec excommunicatio poterit esse. Verum est tamen, quod incident in excommunicationem, si possint soluere pro tunc aliquam partem debiti, non soluentes; quod debent scrutari Confessarij; incident etiam in eam si postea veniant in meliorem fortunam, & non restituerint, quia semper durat, statque in suo vigore; & econtrario, si, quando excommunicantur, habent modum soluendi, licet postea deueniant in paupertatem magnam, nō remanent, quin sint ligati censura, in quam incurrerunt, quando poterant persoluere; quod intelligitur quantum ad forum ecclesiæ, quia quantum ad Deum si habeant contritionem possunt obtinere gratiam, sic enim dicit Sotus, quem sequitur Fr. Ludou. Lopez.

Sot. vbi sup. cau 2. Lopez vbi su. 2. pęn. 12.

20 Vigesima Conclusio. Quando quis detinet aliquam rem, quam non vult restituere, nec respondere monitorijs, cum constet, quod detineatur ab eo per relationem personarum, qui id manifestum fecerunt, debet constringi ad faciendam pęnitentiam, dato cōtra eum libello, nulla facta in eo mentione restitutionis dictæ rei; quia faciens pęnitentiam non potest esse, quin restituat, quod debet; & hoc est vtilissimum remedium ad solutionem eius, quod prętenditur; & ratio est, quia iudicis publicantis monitorias principalior scopus est corrigere fratrem; vnde vt vtatur remedio hoc, non est necessaria lis, nec ordo iudicialis, quia quando solum petitur res, sufficit, quod præcedant monitiones seruata in illis forma Euangelij, vt resoluit post alios Maranta.

Marāta de ord. iudic. 6 p. c. de denunt. nu. 5. pa. 347.

21 Vigesimaprima Conclusio. Monitoriæ, quæ intimantur capitulo, & personis singulis eius, vt obligent, non sufficit, quod intimentur Priori, & aliquibus canonicis congregatis non in loco solito, vbi solent congregari, sed in alio aliquo loco, quod intelligitur, si sit accessus securus ad capitulum, quia si nō sit, & constet de hoc, sufficit, quod intimentur modo prædicto, vt resoluunt Felinus, & Franciscus de Pauinis.

Fel. in c. cām de rescin. et in c. cum oēs đ cō stit. Francus i tractā. de offic. c. sede vacāte.

De excommunicatione Papæ ob manus violentas in clericum. Cap. LXXX.

SVMMARIVM.

An incurrant hanc excommunicationem, qui facientes turbationes, & motus insequuntur aliquem Episcopum facientes verba iniuria in eum, concl. 1. nu. 1.

An incurrat excommunicationem miles, qui mittit manum ad Episcopum vt ponat pacem inter eum, & ducem suum, conclus. 2. nu. 2.

An lictor, qui noctu deprehendit clericum armatum, sit excommunicatus, eo quòd non duxit illum in carcerem, quia tradidit lictori dicto arma, concl. 3. nu. 3.

An, qui habens ætatem sexdecim annorū existens in potestate patris pauperis vulnerauit clericum ob defendendum proximum, incurrat hanc excommunicationem: & teneatur adire Romam, conclus. 4. nu. 4.

An incurrat hanc excommunicationem maritus, qui inuenit clericum cum vxore sua, & occidit eum, concl. 5 nu. 5.

An incurrat hanc excōicationem prælatus, qui præcipit, vt verberet subditum aliquis familiaris conuentus, cōcl. 6. n 6.

ibi nu.4 §. nō ob obstat Gu. vbi sup.pag. 21.col.1 tra participantes cum excommunicatis, sic subditi sunt in possessione nō obediendi eis tamquam nullis, irritis, & nō existimādi se excommunicatos ad effectum non assistendi officiis diuinis & non procurandi absolutionem.

Quis possit excommunicare. Cap. LXXVI.

SVMMARIVM.

An possit excommunicare Papa & alij prælati ecclesiastici, conc. 1. nu. 1.

An possint excommunicare Abbates, rectores seu Parochi Parochiarum simplices. concl. 2. num. 2.

An mulieres possint excommunicare, conclus. 3. num. 3.

An peccet ille, qui excommunicat sine potestate concl. 4 nu. 4.

An possint sæculares facere suos contractus cum conditione, quod incurratur excommunicatio, si non impleatur, conclus. 5. nu. 5.

An possit Episcopus excommunicare Rectorem aut Prætorem positum a sede Apostolica in sua diœcesi, conclus. 6. num. 6.

An excommunicatio posita ab Episcopo contra eos qui fecerint aliquod delictū, comprehēdat omnes qui fecerint illud, licet non sint sui subditi. concl. 7. nu. 7.

1 PRima Conclusio. Papa potest excommunicare, & reliqui prælati, licet sint minores Episcopis, vt Abbates, Præpositi, & priores ecclesiarum regularium, & collegialium, quæ fuerint confirmatæ, licet non benedicti, nec cōsecrati, quia hi a iure possunt excommunicare suos subditos, & omnes alios, contra quos per præscriptam consuetudinem acquisiuerunt talem iurisdictionem. Hinc sequitur, quod capitulum sede vacante, & Archiepiscopi, & delegati à sede Apostolica & supra dicti possunt excommunicare illos, super quos habent iurisdictionem.

2 Secunda Conclusio. Non possunt excommunicare Abbates, rectores, aut Parochi simplices Parochialium ecclesiarum nec de iure communi nec speciali, nec generali; quia potestas excōmunicandi non exit, aut oritur ex solo ordine, sed est pars iurisdictionis fori exterioris, quam ipsi non habent, nec possunt habere illam per consuetudinē præscriptam; nec Episcopus potest excommunicare extra suam diœcesim, licet sit eiectus vi ab ea, nisi fuerit in viciniori loco illi, aut in casu notorio, qui non requirat cognitionē causæ: nec minus poterūnt dicti excommunicare seipsos; quare Episcopus aut alius Prælatus, qui excommunicauerit in generali quemcunq; furem, qui furatus est, aut furabitur, lusit, aut luserit, si ipse fecit, aut fecerit, non erit excommunicatus; si vero Episcopus nō fuisset nisi denuntiator excommunicationis Papę, aut alterius superioris, incurret in eam, sic.n. resoluit Nauarr. quia hic Papa excommunicat eum. Nau.ca. 27.nu.5 & 6.

3 Tertia Conclusio. Licet secundum ius commune non possit mulier excommunicare, per priuilegium tamen Papæ potest. Hæc conclusio est Nauarri, qui putat eam securiorem contra Decium, qui dicit posse mulierem habere iurisdictionem ecclesiasticam, vt probatur in iure, sed quod non possit excommunicare; quam opinionem videtur tenere Couarr. nostra vero conclusio contra illos probatur, quia potestas excommunicandi non pertinet ad illum, qui habet claues ecclesiæ, vnde posset, qui ipsas non habet, excommunicare, vt dicit S. Thom. & sæcularis potest excommunicare, si habet priuilegium ad id faciendum, vt dicit quædam glossa recepta. Na.li.5. cōs.ti.de sent.ex co.con. 73.f.633. Dec. in reg.1. de reg. iur. 41 c.dilecta de maior. obe.c.dilectæ de excep. prælat. Cou. in c. Alma mater.1. p. §.11. D.Th.in 4. d.18. q.2.ar.2. glos.2.

4 Quarta Conclusio. Peccat mortaliter ille, qui excommunicat sciens aut scire debens, quod non habet authoritatem ad illud; & ille qui deliberate excommunicat alium iniuste, licet non esset propter odium aut malam intentionem, sed solum ob ignorantiam crassā, & Gl. in c. præl bit. 32. dist.

& supinam, etiam peccat mortaliter. Qui excommunicat solum oretenus, sine scriptura, nec monitione canonica iusta sine causa omittendi dictã monitionem, est suspensus per vnum mensem ab ingressu ecclesiæ, & diuinis officijs, & si intra hoc tempus celebrauerit aliquod officium diuinum annexũ alicui ordini, est irregularis: hęc autem pęna non extenditur ad Episcopos, & prælatos religiosorum, vt aduertit Nauarrus.

Nau. d. c. nu. 8.

5 Quinta Conclusio. Non possunt sæculares facere suos cõtractus cum hac clausula, quod si non adimpleatur promissum vsque ad quoddam tempus, remaneant excommunicati; primo, quia non habent iurisdictionem ecclesiasticam; secundo quia sęculares secundum leges multorum Regnorum nõ possũt renuntiare foro suo, & licet confirmẽt renunciationem cum iuramento, non valebit quidquam: & certum est quod si remanerent excommunicati, iam efficerentur subiecti iurisdictioni ecclesiasticæ: sic enim dicit Nauarrus in quodam consilio.

Na. li. 5, cons. 11. de sent. exc. cõs. 8 fo. 586

6 Sexta Conclusio. Potest Episcopus iusta de causa multa moderatione excommunicare Rectorem & Pręorem positum a sede Apostolica in ciuitate sua: nec contra hoc obstat, quædam extrauagans, quæ iubet Ordinariis, quod non procedant cõtra officiales, nec nũtios sedis Apostolicæ, quia solum loquitur de officialibus, qui immediate seruiunt Papæ, non autem de missis a Papa ad seruiendum alicui Reipub. vt explicat Nau. in quodam consilio.

Extra Matth. de hær. inter cõmunes.

Na. li. 5. cons. 61. fol. 598.

7 Septima Conclusio. Excommunicatio generalis quæ ponitur ab Episcopo contra facientes tale delictum non solum, comprehendit suos subditos, sed etiam eos, qui non sint subditi, si si sint in eius diœcesi, vt resoluit Spinus, & ècontrario non comprehendit suos subditos committentes dictum delictũ extra suam dięcesim vt tenet Couar. & Nauar.

Spino i spec. testam. in rubr. 11 p. n. 50. Cou. in ca. alma mater. 1. p. §. 2. nu. 3. Na. ĩma c. 27. nu. 272.

De Causa materiali excommunicationis. Cap. LXXVII.

SVMMARIVM.

An causa materialis excommunicationis sit solum peccatum mortale. conclus. 1. num. 1.

An excommunicatio possit poni ob culpas præteritas sine præcedente monitione. conclus. 2. num. 2

An sit necessaria monitio ad hoc, vt incurratur excommunicatio posita ipso iure ab aliquo canone, aut statuto, conclus. 3. num. 3.

An ignorantia liberet ab excommunicatione. ibid.

1 PRima Conclusio. Causa materialis excommunicationis maioris est peccatum mortale, & ideo nullus debet excommunicare, nisi ob mortalem contumaciam, quam quis habeat nolens obedire alicui iusto mãdato, licet detur super culpa veniali: & ideo nunquam incurritur excommunicatio maior posita a canone vel statuto speciali, aut generali, si non peccetur mortaliter: vnde qui furatur rem paruam, quæ non accedit ad culpam mortalem, non incurrit excommunicationem positam contra fures alicuius rei; hæc conclusio est communiter recepta, & probatur latè in his tractatibus.

2 Secunda Conclusio. Excommunicatio maior non debet imponi ob culpas præteritas, nisi p̃cedat monitio specialis, & monitus cum contumacia non obedierit, sic enim tenet Nauarr. & sic debet legi cautè Caiet. qui dicit absolutè, quod sicut ante peccatum potest esse excommunicatus quicunque faciẽs talem rem, sic post peccatum, & rem factam potest esse excõicatus quiuis, qui fecerit eam, quia hoc est contra decretum in canonib. confirmatũ à Concil. Trid. Ideo tenet Sotus, quod nemo potest excõmunicari ob culpã præteritam,

Na. c. 27 nu. 9. Caiet. 2. 2. q. 69. art. 2.

c. oẽs 16 q. 7. c. sa ci. de sẽ. excom.

tionalis separata à corpore, nec Maurus, Iudęus, aut Paganus, licet sit cathecumenus, nec homo resuscitatus, quia non est mortalis, siue sit glorificatus, siue non, siue sit condemnatus: nec fratres mendicantes possunt excommunicari ab Ordinarijs, & idem est de illis, qui gaudent eorum priuilegijs; vnde concessit Clemens IV. fratribus minoribus, quod non possint excommunicari, nec interdici, nec suspendi ab aliquo legato, si non fuerit Legatus a latere Sedis Apostolicæ, aut eius subdelegatus litteris Apostolicis, nisi in illis expressa licentia concedatur procedendi contra eos cum his censuris. Notaque, quòd quando aliquis moritur contumax, potest excommunicari mortuus, solum ne illi fiant honores, nec detur sepultura sacra, vt allegans alios tenet Henriquez.

Habetur in cóp. titu.exc. §.2.

Henriq. to.1o.l. 13.de ex com.ca. 25.nu.2. c.Roma na d sét. excó. li. 6. §. i vniuersitate. Nauar.li. 5. conf. de sen. exc. conf.20. fol. 599. col.1.lit. c. Host. i sū.de cō ti.§.si in. Glos. in Cl. pręsen. ver consi.de pę.Na d. c.17.nu. 165 Na. vbi sup. nu.152. Nau lib. 5.côl. u. de sent. exc. côl. 5.f. 187. & 188. D. Tho. 2.2.q.90 ar.3.

2 Secunda Conclusio. Excommunicatio pronunciata simpliciter, & absolutè contra capitulum nil valet, vt colligitur ex iure, & tenet contra aliquos Nauarrus. Dixi contra capitulum absolutè, quia si ponitur contra capitulū, & Canonicos culpa notatos, singuli remanebunt excommunicati, qui inuenti fuerint cum culpa mortali in negotio, de quo agitur, vt tenet Hostiensis. Verum est tamen, quod nullus horum potest declarari excommunicatus, nisi prius fuerit citatus, auditusque; vt dicit quædam Gloss. Et nota, quod suspensio ab ingressu ecclesiæ potest dari contra vniuersitatem, capitulum, aut conuentum, vt resoluit Nauarrus, & cum talis suspensio non possit poni sine culpa, sequitur, quod suspenso in hoc casu capitulo, solum suspenduntur capitulares culpati, non autem illi, qui sunt sine culpa, vt post Caiet. tenet Nauarrus.

3 Tertia Conclusio. Vanum est excōmunicare animalia irrationalia, vt est locusta; & resoluit Nau. doctè in quodam consilio, & probat, quia secundū D. Thom. vanum est coniurare aliquā creaturam irrationalem ad aliquem actum, cum non sit libera, nec domina suarum operationum; si vero excommunicatio posita contra hæc animalia quidcquam operatur eijciens aliquando ea à terra, hoc non procedit ab eius valore, sed à dęmonis potestatę, qui eijcit ea à terra, quam destruunt, aut occidit ea subitanee, vt sic persuadeat desiderantibus, quod iste sit effectus excommunicationis, & sic permaneant in suis vanis superstitionibus confidentes in illis; propterea remedium Catholicū & Christianum, quod est ad abigenda huiusmodi animalia, est recurrere ad orationem, & ieiunium, & quod adeat, qui coniurat hæc animalia vestitus vestibus sacris, aspergens terram cū aqua benedicta, vtens orationibus ordinatis ab ecclesia ad hunc effectum, confidēs in Domino: vt dicit Nauarr.

An valeant litteræ excommunicationis, quæ communiter extrahuntur, & an sit obligatio respondendi ipsis. Cap. LXXIX.

SVMMARIVM.

An possint Episcopi litteras concedere contra detinentes aliena, concl. 1. nu. 1.

An sit obligatio manifestandi, qui detinet dicta bona aliena, concl. 2. nu. 2.

An possint concedere has litteras contra testes, qui sciunt veritatem alicuius rei, vt manifestent, concl. 3. nu. 3.

An vxor, & descendentes, ac ascendentes teneantur respondere monitorijs, quæ extrahuntur aduersus maritum, concl. 4 nu. 4.

An huiusmodi monitoria solum debeant concedi pro rebus occultis, concl. 5. numero 5.

An huiusmodi monitoria litteræ possint concedi pro rebus parui valoris, conclus. 6. nu. 6.

An teneatur quis respondere monitorijs, quando scitur aliquid ex auditu, concl. 7. nu. 7.

An teneatur quis respondere his monitorijs manifestans peccata occulta, concl. 8. nu. 8.

An

1 PRima Conclusio. Opinio est ab omnibus recepta, definita a iure antiquo, nuncque confirmata à Concilio Tridentino, quod Episcopi ad instantiam cuiuscumque, qui petat, possint concedere monitorias generales cõtra eos qui detinent res suas, vt remaneant excommunicati, si non restituerint intra certum tempus assignatum in proprijs litteris, & contra eos, qui sciunt, in cuius potestate sint, obligantes eos ad manifestandas dictas res. Circa quod primo notandum est, quod etiam nuntius Apostolicus, & legatus à latere habet idem priuilegium, quo vtuntur multum ordinarie. Secundo debet notari, quod Prouisor, aut Vicarius generalis cuiuscumque Episcopi, aut Archiepiscopi possunt etiam eas concedere, & sic est receptum in praxi, vt docet Guttierez, adducens quandam declarationem Dominorum Cardinalium reformationis, quæ id confirmat; & eandem authoritatem habent Vicarij generales nominati à capitulo sede vacante secundum formam Concilij Tridentini.

[c. cũ fure. vbi Abb. n. 2. de furt. Concil. Tri. sess. 25 ca. 3. de refor.]

[Gut. qq. ca. c. 110]

[Concil. Tri. sess. 24. c 16. de refor.]

2 Secunda Conclusio. Quando res furto surrepta non potest restitui alia via suo vero domino, tenentur manifestare, vbi sit, aut qui detinet eam illi, qui id sciunt ex visu, aut ex auditu, cum ad hunc effectum dentur huiusmodi monitoriæ, vt dicit Corduba, Couarruuias, Nauarrus, Guttier. & DD. communiter. Quod intelligitur, quando petitur, quod reuelent & testificentur, quod sciunt, vt fiat parti debita satisfactio, & quod nullo modo procedatur ad supplicium; quia sic non solum illi, qui sciũt secrete, sed etiam ipsemet delinquens contra se tenetur manifestare furtum superiori, aut ei qui potest adhibere remedium, si nullum aliud sit remedium; & non facientes peccabunt cõtra cha-

[Cou. in reg pec. 2 p § 3. n. 5. cor. li. 1. qq. 43. du. 2. pa. 347 ĩ prin. Gutier. vbi sup. c. 11. pag. 118. Na ĩ Ma nu. c. 18. nu. 40.]

charitatem, & iustitiam. & ideo tenentur restituere parti totum damnum, qd ex sua taciturnitate illi sequitur, nisi delinquens sit iam correctus, aut cum secreta monitione creditur corrigendus, & quòd restituet, quod habet alienū. Sic enim tenet Corduba. & Nauarr. cōtra Sotum.

Cordu. vbi sup. & de cas q 64 in pr. Nau. vbi sup. & c. 17 n. 137. & sequ. & c. 25. n. 46. & in ca. inter verba. 11. qu. 3 conc. 6. num. 58 Abb. in c. ad nostrā, 20. de iureiur.

3 Tertia Conclusio. Possunt concedi hæ litteræ monitoriæ contra testes qui sciunt veritatem super aliqua, vt reuelent, & declarent id quod sciunt, vt dicit Abbas, cum communi, & si tractetur aliquod negotium, coram iudice sæculari, potest iudex ecclesiasticus adiuuare illum cum dictis litteris monitoriis, ad effectum, quod testificentur, qd sciunt super causa: & vt exhibeant scripturas, quæ faciunt ad rem; quia sicut est rationabile, quod iudex sæcularis adiuuet ecclesiasticum, sic est etiam rationabile quod adiuuet ecclesiasticus sæcularem: vnde dicit quidam grauis Doctor, Fecit Deus duos fratres iudices populi Israel in exitu Egypti, Moysen scilicet, qui præsideret in sæcularib. & Aaron qui præsideret in ecclesiasticis, vt sic fratres fraterne se coadiuuarent; & sic est receptissima res in praxi in populo Christiano, nec est vlla ratio, quæ id condemnet, vt condemnat Sotus.

Sot i 4. d. 22. q. 1. art. 2. p. 940. col. 2. v. 3 ad fin. Na. c. 25 nu. 48. & in c. iter verba num. 808. Cordu. de cas. 64. circa finem Angel. verbo similia n. 9

4 Quarta Conclusio. Vxor, & descendentes, quæ non tenentur iurare contra maritum, & consanguineos, non tenentur respondere his monitoriis, vt dicit Nauarrus, & Corduba; quod procedit, quando superior vult procedere criminaliter, quia si vult solum procedere ciuiliter, si non possit ex manifestatione sequi damnum, putant dicti patres, quod tales tenebuntur respondere monitoriis: quia non tenetur quis facere bonum temporale alteri cum deperditione sua, vt dicit Angelus, & per consequens excusatur vassallus a reuelando, quod scit contra dominum ob damnū, quod inde sibi sequi potest. Et ad perfectam intelligentiam huius conclusionis debet notari, quod ascendentes per rectam lineam non possunt cōpelli ad hoc, vt sint testes per se, aut contra se in causis criminalibus, vt determinatū est in iure, nec pót quis cōpelli ad testificādum contra socerum, nec socer contra generū, nec priuignus contra vitricum, nec econtra, nec auunculus cōtra cōsobrinos, aut sobrinas, nec cōtra filios eorū nec cōtra sororē, aut fratrē; nec maritus contra vxorem. & econtra, nec libertus cōtra patronū, qui dedit libertatem, vt refert, & comprobat Angelus, & etiam in causis ciuilibus non tenentur esse testes, si sint alii, cum quibus res possit verificari, vt dicetur in tractatu de ordine iudiciali cap. 7. num. 13.

4. q. 3. c. item, in l. Iulia.

Angel. verbo, denunciatio. nu. 13.

5 Quinta Concl. Huiusmodi monitoriæ generales debent concedi pro reb. occultis; quia alias si constet quod quis hēt qd quæritur, debet recurri ad Ordinarium, citata parte coram iudice cōpetenti, non autem ad extraordinariū modum extractis monitoriis, sic dicit Sotus, & videtur confirmare Concil. Trid. propter quod dicit Guttier. quod quidam prælatus doctus horum regnorum, antequam concederet aliquam monitoriam generalē, accipiebat iuramentum a parte petente, an haberet probationem plenam, aut semiplenā, vt per viam iudicis ordinariam posset obtinere, quod quærebat.

Soto in 4. d. 22. q. 1. ar. 3 Concil. Triden. sel. 25. c. 3. Gutt. vbi sup. p. 129

6 Sexta Conclusio. Huiusmodi monitoriæ generales non debent cōcedi pro paruis rebus, vt pro gallina, cane, aut alio paruo damno, vt dicit Sotus, & confirmat Conc. Trid. quod relinquitur arbitrio prudentis iudicis.

Sot. vbi sup. ar. 2 ver. quo igitur p. 939 Concil. Trident. vbi sup. c. 3.

7 Septima Concl. Non tenetur quis respōdere monitorijs generalibus, quę obligant ad reuelandū, quod scitur ex auditu, si audiuit aliquid a personis nō fide dignis; itaque notaretur de leuitate, si ob talem notitiam solum recurreret ad denunciandum, aut testificandū: aut si credit quod iudex indignabitur magis quam par sit contra reum, vt dicit Nauarrus, & Corduba: nec tenetur respondere ille, qui scit aliquid de alio, si scit certe quod alius denunciaut

Nau. d. c. 25. nu. 46. Cor. d. q 43 in 6. casu

L de

de illo, vt dicunt supradicti auctores.

8 Octaua Conclusio. Non tenetur respondere his monitorijs ille qui scit aliqua peccata occulta, licet per illas præcipiatur, vt reuelet ea, potius enim peccaret, qui ea reuelaret, nisi sint peccata nocua reipublicæ, vt dicetur in tractatu ordinis iudicialis c.7.nu.8.

9 Nona Concl. Non tenetur respondere his monitorijs illi, qui sciunt aliqd de alio, quod inquiritur, si certo sciant, quod ille, ad cuius instantiam publicantur, fecit pactum cum parte, contra quã dantur, dicẽs, quod licet extraxerit eas, non tamen est suæ intentionis, quod p illas obligentur, qui aliquid sciant declarare, quia excommunicatio (regulariter loquendo) pendet ab intentione excommunicantis: certum est autem, quod qui concessit eas, si sciret hoc pactum, non concederet eas, vt dicit Corduba: estque notandum, quod si nõ cõstet de intentione iudicis, an fuerit non excommunicare, peccant, si non obediant eius mandatis, vt dicit Sotus.

Cordu. de casibus cõs. q.176. f. 480. col. 2.

Soto d. art.2.pa. 940. col. in. prin.

10 Decima Conclusio. Qui non hẽt, de quo soluat, non tenetur respondere his monitorijs, quæ obligant ad soluendum debitum, vnde non soluens nõ incurrit excommunicationem, quia vbi non est contumacia quantum ad Deũ, nulla est excommunicatio, vt resoluit Sotus, Nauarr. & Didacus Perez. Dixi quantum ad Deum, quia quantum ad forum exterius ecclesiæ remanebit excommunicatus, nisi, euidenter cõstet de hac impossibilitate, additq; Sotus, qd si potest soluere partem, debet soluere, licet sit cum detrimento victus, & potus. Hinc infero, quod illi, qui sciunt, quod quis surripuit quandam rem, pro qua fuit extracta excommunicatio, non tenentur respõdere ei, si cõstet illis, quod ille non potest soluere totum, nec partem, quia si posset soluere aliquid tenetur quidem respondere.

Soto in 4.d.21.q.1 ar.1.pa. 940.col. 2. Perez in l.4.tit. 5. lib.5. ord. pa. 189 col.

11 Vndecima Conclusio. Excommunicatio generalis data contra eos qui sciunt, & non reuelant, nec obligat illum, qui accepit aliquid sine scandalo in compensationem alicuius debiti liquidi, quod illi debebatur secundum iustitiam, si per aliam viam licitam non potuit recuperare sine magno detrimẽto suo, aut sine inimicitiis; nec obligat ad respondendum illos, qui sciunt aliquid de hoc, si certo sciant, quod fuit acceptum in recompensationem debiti, secus autem si dubitauit. Nec sufficit, quòd ille, qui accepit rem in compensationem dicat pro certo, quod accepit illud pro compensatione prædicta, nisi esset persona tantæ fidei (vt loquendo moraliter) debeat illi præstari fides, vt tenet Nauarrus, Cord. & Ludouicus Lopez. Nostra vero cõclusio limitatur, quod non procedat in depositario accipiente (etiam ratione compẽsæ) aliquid de deposito, quod apud se habet, quia hic in hoc casu tenebitur respondere monitorijs restituens quod petitur, aut dicens se illud detinere quousque sibi persoluatur debitum a parte. Hinc sequitur, quod mulier, quæ accipit aliqd de bonis mariti in compẽsationem certi legati, quod legauerat illi in testamẽto minus solenni, non tenetur restituere suis hæredibus, quòd cępit in compẽsationem, nec respõdere litteris excommunicatorijs, quæ fuerint extractæ contra eos, qui aliquod cęperint de rebus dicti mariti, nec illi, qui sciũt quod maritus legauerat ei dicta bona, tenentur respondere dictis litteris excommunicatorijs, licet sciant summam ab ea captam: quia opinio est grauium doctorũ, quod hęredes ab intestato defuncti, qui mortuus est cum testamẽto minus solemni tenentur de conscientia soluere legata, quæ reliquit disposita in dicto testamento, secundum quod tradunt Couarruuias, Sotus, Ledesma, & Ludouicus Lopez, & Aragon. Secundo infertur ex dictis, q si quis possideat iniuste aliquod beneficium, & extrahat litteras excommunicatorias contra eos, qui detinent eius fructus, & contra eos, qui sciunt a quibus detineantur, & non reuelant: nec qui colligũt dictos fructus, nec scientes incurrũt in excõmunicationem,

Nau. c. 27. nu. 114. & c.25 nu. 46. Cor. q. 43. p. d. 348. col. 3. 4. limitatione, & de cas. q. 181. Lopez in inst. nego. lib.2 c.25.

Cou. de test. f.75 n.4. Sot. lib.4. de iust. q.5. ar.3. Ledes. in 2 p.4. q.18 ar.1 dub 11. Lop. in instr.

cõs.2.p. c.14. Arag.2.2. q.62 pa. 260.col. 3. Nau.i c. inter verba.c. 11.q.3. concl 6. corol. 65. Idē. Na.li.5. cõl.d sẽ ten exc. cõs.... f. 590.

nem, non restituentes, aut non reuelantes; sic enim tenet Nauarr. in quoddam consilio probans id cũ quadam doctrina D. Antonini, & Siluestri, qui dicunt, quod qui scit possessorem alicuius ecclesiæ, aut dignitatis, non esse verum prælatum, quia non habet verum titulũ, licet sit subiectus dictæ ecclesiæ, aut dignitati, non tenetur de conscientia obedire ei, nec persoluere quod debet illi ecclesiæ, aut dignitati, quia persoluens respõdens eius mandatis cũ sciat ea esse inualida, & quod nihil illi debetur, non satisfacit, nec remanet liber: quod procedit etiam in eo, qui credit firmiter probabiliq; ratione non habere titulũ, quia iudicium conceptum ob certam scientiam, & conceptum ob iustam causam ad credendum sunt in eadem paritate in foro conscientiæ, secundum Nauarrum declarantem sic D. Thom. & Caiet. Dixi probabili ratione, quod accidit, quando aliquis homo authoritate, ac litteris ornatus, & conscientia sana, dixerit illud; quia si dicat hoc, aut credat fundatus in ratione leui, & paucæ authoritatis, aut dubitauerit, an habeat authoritatem, & ius, incurret dictam excommunicationem: vnde debet quiuis mittere (vt dicitur) manum ad pectus, & sinum suum, & introspicere conscientiam suam, quando publicantur hæ litteræ excommunicatoriæ, vt dicit Nauarrus; Et consideret si sciebat pro certo, aut putabat multũ probabiliter, aut potius dubitabat, aut persuadebatur leui fundamento, an possessor habebat verum titulũ necne; quia si dubitabat, non tenetur ad respondendũ, & sic potest absolui tẽpore Iubilæi, licet nõ satisfaciat parti, viso qd eius offensa est dubia, & nõ manifesta, vt probatur per determinationem cuiusdã canonis.

Naua. in rubr. de iudicijs, nu.47.

Naua.d. conl.7.

c. venerabiiib. §.porro, de sent. excom.

12 Duodecima Concl. Excusantur ẽt à responsione ad has litteras, qui compelluntur probare quod manifestant, si id non possint facere, & quando etiam patiuntur aliquod detrimentum in vita, aut in rebus suis temporalibus, sic enim dicunt Cord. & Nauar.

cor. vbi su.cal.5.

13 Decimatertia Concl. In casibus, in quibus scientes non tenentur manifestare, possunt etiam præstito iuramento respondere se nihil scire concipientes interius, quo teneantur reuelare; sic.n. tenet post Nauarrum, & alios Corduba quod est commũnius, & verius, licet aliqui teneant contrarium, vt dicetur extensius in ordine iudiciali.

Nau.ca. 15.n.37. & n.50. Nau. in Ma u. c. 18 n.61. §.34. & c.25.nu. 43. §. Porro, & c.12. n.8.Cor dub de cas q.61

14 Decimaquarta Concl. Quando ille, contra quẽ litteræ extrahuntur respondet intra terminum assignatum, dicẽs, & allegans, quod illud quod tenet, possidet iusto titulo, & qd est obueniens ecclesiæ, vnde petit quòd cessent monitoriæ, & qd tractetur negotium corã Iudice competenti ad iudicandũ, si est verum, quod allegat; debet Iudex cessare monitorijs, & remittere negotiũ Iudici sęculari, vt verificet supradictum: si vero monitus non se præsentauerit, non solum debet declarari contumax à Iudice ecclesiastico, sed etiã debet costringi cum pœna excommunicationis, vt soluat statim, si sint testes, qui illum condemnent; quod intelligitur, nisi petierit absolutionem excommunicationis soluens expensas, & respondens esse paratum ad se præsentandum coram Iudice competenti, vt declaret, quod sit iustus possessor dictorum bonorum, quia in hoc casu debet audiri si non probetur contra eum contrarium, vt dicunt Silua, & Guttierez.

Sil.nup. n.5.Gut. d c.11.n. 86.

15 Decimaquinta Concl. Litteræ excõmunicatoriæ extractæ contra eos, qui detinent aliquid furto surreptum, non comprehẽdunt vxorem & filios extrahentis illas, qui acceperint aliquid à dictis bonis quia non est credibile, quod pater velit comprehendere filios, & vxorem: quod intelligitur, nisi quantitas sit multi momenti, ita vt præsumantur comprehendi, sic enim tenent post Sotum, Corduba, & Ludouic. Lop. Hinc sequitur, quod si mulier, & filij acceperunt aliquid ad suum vestitum, non tenentur respondere; nisi filius esset sufficienter prouisus à patre secundum eius statum, & existens in eius potestate fu-

Cor. de casib. q. 175.Lopez instru cõs. 1.p c.56 col.408.

ratur aliquid, vt ornet se cum maiori pompa quam sit iustum; securius enim erit tunc quod obtineat à patre veniam pro re surrepta; quod si ante terminum præfixum in litteris obtinuerit dictam veniam non incurret excommunicationem: quod si intelligit, aut dubitat, an incurrerit eam nec ne, postquam non est comperta patris intentio, cui Iudex conformatur, procuret habere dictam veniam, & sic poterit absolui cum iam sit satisfactum patri, sic enim tenet Corduba, quem sequitur Ludou. Lop.

Cor. de cas. cósc. q. 175. Lop. in inst. cós. 2. p. c. 12

16 Decimasexta Conclus. Litteræ excommunicatoriæ, quæ publicantur cótra eos, qui collegerunt vuas vineæ alicuius, comprehendunt etiam illos, qui acceperunt paucam quantitatem per aliquot vices, nescientes alij alios: sic enim tenet Sotus; & probatur, quia licet hi singuli non peccauerint mortaliter, damnum tamé, quod ex his paruis furtis sequutum est, fuit notabile, & sic nó publicatur excommunicatio absoluté ratione peccati venialis, sed ob peccata venialia, quæ secum habent annexum notabile damnum proximi, quod aliter non potest reparari. Et hoc modo respondetur ad id, quod dicit Nau. cótra Sotum, vt aduertit Petrus de Nauarra, qui dicit, quod secúdum opinionem suam, non debent prælati dare huiusmodi litteras excommunicatorias in hoc casu, & similibus.

Sot. in 4 d. 22. q. 1 ar. 2. pagin. 940. col 2.

Nau. l. 3 de re. c. 2. nu. 58.

17 Decimaseptima Conclusio. Quando aliquis incurrit excommunicationé, quia non respondet intra terminum assignatum, & adit Confessarium petens absolutionem, tradensque illi, quod habet alienū de illo, quod queritur, & ob quod est excommunicatus, vt illud vero domino retribuat, si talis Confessarius oblitus debitæ fidelitatis, negligit dare domino, qđ à pęnitente acceperit, non tenetur debitor ad restitutionem, si illud detinebat ratione alicuius iusti tituli, qđ si iniuste, & furto detinebat, tenetur illud restituere iterum, vt tenet Nau. quem sequitur Petrus de Nauarra; hic autem debitor semel absolutus pro illo tempore, remanet liber ab excommunicatione, & si esset sacerdos celebrans non incurrit irregularitatem: si vero postea venerit in eius notitiam, qđ Confessarius non persoluerit, proponés soluere quam primum possit, non remanet excommunicatus cum iam sit absolutus, & de nouo non commiserit delictum, quo incidat denuo in censuram, licet absoluisset illum ad reincidentiam: si vero proposuerit non persoluturum iterum, & quod debebat, erat furto surreptum; peccat mortaliter, & potest iterum excommunicari, non autem reincidit in primam excommunicationé: cum de illa fuerit liberè absolutus, & non ad reincidentiam, nec cótrarium tenet Sotus, quia loquitur in casu differenti, scilicet, quando excommunicatio fulminata contra Petrum, non comprehendit, qui non potest soluere; qui, si postea veniat in meliorem fortunam, vt possit soluere, si non restituat soluatvè, incidit in eam; quia, dicit Sotus, excommunicatio semper stat in suo rigore, quod si non facit effectum, est propter aliquod impedimentum, quod inuenit, quo sublato statim ligat; at hic loquimur in casu, quod excommunicatio ligauit, & fuit vere ab ea absolutus pęnitens, vnde iam non stat. Estque notandum, quod si debitum huius pœnitentis erat debitum ratione alicuius iusti tituli, mutui aut depositi, viso quod non tenetur restituere iterū, cum id semel dederit Confessario (vt dictum est) non debet iterum ob id excommunicari.

Nau. c. 17. n. 76 Nau. l. 4 de resti. c. 1. nu. 5. cū seqq.

18 Decimaoctaua Conclusio. Si Episcopus præcipit in sua monitoria quod qui habuerit aliquid, quòd pertineat ad N. restituat eam sub pęna excommunicationis intra sex dies, quibus præteritis non restituit detinens, quia erat absens, & nó venerat in eius notitiam excommunicatio, licet postea fiat certus de ea non incurrit eam, non restituens statim, si fuit Iudicis voluntas excómunicare solum illos, qui contumacia non responderunt intra dictum terminum,

quia

quia licet postea fiat certus de ea non statim debet argui de contumacia; qđ probatur, quia sententia vltra intentionem ponentis non habet vigorem, vt aduertit Armilla: vnde sequitur, quod, si fuit iudicis intentio excommunicare eos, qui transactis sex diebus habuerint notitiam excommunicationis, & non restituerint, incurrant statim dictam censuram non restituentes, & potentes restituere; sic enim tenet Sotus in simili casu, & Nauarrus.

Armill. verb excom. §. 24. Soto i 4. d. 22 q. 2. ar. 1. Na. in c. 25. n. 53.

19 Decimanona Conclusio. Monitoriæ generales non comprehendunt illos, qui non possunt restituere, nisi cum detrimento vestitus, & victus, cum non teneantur restituere sub pęna peccati mortalis, quod debent cum prædicto detrimento; si vero non est peccatum mortale, nec excommunicatio poterit esse. Verum est tamen, quod incident in excommunicationem, si possint soluere pro tunc aliquam partem debiti, non soluentes; quod debent scrutari Confessarij; incident etiam in eam si postea veniant in meliorem fortunam, & non restituerint, quia semper durat, statque in suo vigore; & econtrario, si, quando excommunicantur, habent modum soluendi, licet postea deueniant in paupertatem magnam, nō remanet, quin sint ligati censura, in quam incurrerunt, quando poterant persoluere; quod intelligitur quantum ad forum ecclesiæ, quia quantum ad Deum si habeant contritionem possunt obtinere gratiam, sic enim dicit Sotus, quem sequitur Fr. Ludou. Lopez.

Sot. vbi sup. calu 2. Lopez vbi su. 1. pęn. 12.

20 Vigesima Conclusio. Quando quis detinet aliquam rem, quam non vult restituere, nec respondere monitorijs, cum constet, quod detineatur ab eo per relationem personarum, qui id manifestum fecerunt, debet constringi ad faciendam pęnitentiam, dato cōtra eum libello, nulla facta in eo mentione restitutionis dictæ rei; quia faciens pęnitentiam non potest esse, quin restituat, quòd debet; & hoc est vtilissimum remedium ad solutionem eius, quod prætenditur; & ratio est, quia iudicis publicantis monitorias principalior scopus est corrigere fratrem; vnde vt vtatur remedio hoc, non est necessaria lis, nec ordo iudicialis, quia quando solum petitur res, sufficit, quod præcedant monitiones seruata in illis forma Euangelij, vt resoluit post alios Maranta.

Marāta de ord. iudic. 6 p. c. de denunt. nu. 5. pa. 347.

21 Vigesimaprima Conclusio. Monitoriæ, quæ intimantur capitulo, & personis singulis eius, vt obligent, non sufficit, quod intimentur Priori, & aliquibus canonicis congregatis non in loco solito, vbi solent congregari, sed in alio aliquo loco, quod intelligitur, si sit accessus securus ad capitulum, quia si nō sit, & constet de hoc, sufficit, quod intimentur modo prædicto, vt resoluunt Felinus, & Franciscus de Pauinis.

Fel. in c. cām de rescin. et in c. cum oēs đ cō stit. Franciscus i tractā. de offic. c. sede vacāte.

De excommunicatione Papæ ob manus violentas in clericum. Cap. LXXX.

SVMMARIVM.

An incurrant hanc excommunicationem, qui facientes turbationes, & motus insequuntur aliquem Episcopum facientes verba iniuria in eum, concl. 1. nu. 1.

An incurrat excommunicationem miles, qui mittit manum ad Episcopum vt ponat pacem inter eum, & ducem suum, conclus. 2. nu. 2.

An lictor, qui noctu deprehendit clericum armatum, sit excommunicatus, eo quòd non duxit illum in carcerem, quia tradidit lictori dicto arma, concl. 3. nu. 3.

An, qui habens ætatem sexdecim annorū existens in potestate patris pauperis vulnerauit clericum ob defendendum proximum, incurrat hanc excommunicationem: & teneatur adire Romam, conclus. 4. nu. 4.

An incurrat hanc excommunicationem maritus, qui inuenit clericum cum vxore sua, & occidit eum, concl. 5 nu. 5.

An incurrat hanc excōicationem prælatus, qui præcipit, vt verberet subditum aliquis familiaris conuentus, cōcl. 6. n 6.

Manifestum est, quod qui mittit manus violentas in clericum, est excõicatus, vt definitum est in iure, vbi dicitur esse reseruata Papæ hæc excommunicatio, ad cuius explicationem. ca. si qs suadẽte, 17 q. 4. cap.1.de sent.exc

1 Prima Conclusio sit. Qui faciẽtes seditiones insequuntur Episcopum iaciẽtes in eum verba iniuriosa ipso paulatim recedente ad aliquem locum securitatis gratia, nõ incurrunt hanc excõicationem, quia vt incurrant non sufficiunt verba, sed opus est percussione; sic enim resoluit Nauarr. at tamen licet nõ incurrant hanc excommunicationem, incurrunt aliam reseruatam etiam Papæ in Bulla cenæ Domini publicata à Pio V. quę protenditur ẽt ad Episcopos vt dicit idem Nauarr. Notaque qđ vt incurrant in eã est necesse, quod persequantur animo irato ipsum Episcopũ, quia hoc significat verbũ (*insequi*) idest sequi contra eum, vnde qui dicerẽt verba iniuriosa Episcopis transeuntes per loca, vbi sunt, non incurrunt hanc excõmunicationem, licet dicant hoc animo irato cum non insequantur eos dicentes dicta verba; sic.n. explicat Nau. Naua. c. 27.n 50. & 51. Na. vbi sup n.67 & 97.

2 Secunda Conclusio. Miles qui manum mittit ad Episcopum, & tenet eum ad effectum, quod inter ipsum, & ducem suum non procedat discordia, monens dictum Episcopum, quod non licet ei rixari cum duce ostendens exterius iram & similia verba, non incurrit hanc excommunicationem, cum id non fecerit suadente diabolo, sed diuino spiritu ob pacem illius. Sicut etiam non incurrit eam secularis, qui apprehendit clericum noctu ambulantem, ne committat aliquod delictum, aut accidat scandalum, vt dicunt Panormitanus, & Decius; dictus vero miles, qui procurauit absolutionem ad cautelam promittens in confessione ire, aut mittere ad Papam iuramentoque confirmans, tenetur illud implere, vt dicit Nauarrus. Nau.lib. 5.cõs de sen. exc. cons.37. fol. 614. panorm. & Dec. in c 1.nõ ab homi nec iud. Nau. vb. sup. con sil.35.

Tertia

3 Tertia Conclusio. Lictor, qui noctu comprehendit clericum armatum, qui libenter dat illi arma, vt dimittat eum, & non præsentet illum iudici suo competenti, non incurrit hanc excommunicationem, cum nõ ceperit ab eo arma cum manibus violentus, nec posuerit illi metum iniuste, cum habeat potestatem in hoc casu apprehendendi illum, & ducendi ad Episcopum, vt sic vitetur aliquod delictum, quod scitur, aut præsumitur, quod sit commissurus, vt dicit quædam Glos. multum commendata à Decio. Verum est tamen, quod dictus lictor peccat grauiter accipiens arma libenter illi oblata clerico, quia deberet illum apprehendere, ducereque ad Episcopum, & non esse contentus armis, quia sic fit pallium suorum vitiorum, vnde debet castigari a iudice competẽti non autem à iudice clerici; non tamẽ tenetur restituere arma vsque eo quod iudex iubeat hoc, secundum doctrinã Nauar. multum approbatam a DD. doctis, & grauibus, quòd illud, quod datur, & recipitur turpiter, si turpitudo sit ex vtraque parte, non debet restitui de præcepto, sed de consilio; in tantum qđ nec clericus potest in foro exteriori petere arma dicta, vt determinatum est in iure.

Gl. in c. 2. de hæreic. Dec. in d.c. cum non ab homine

Na. c. 37 nu. 30.

4 Quarta Conclusio. Qui habet ætatem 14. annorum, estque in potestate patris pauperis, si, vt defenderet proximum, forte fortuna percussit clericum lapide, qui cecidit super caput, ex quo quidem vulnere exierit magna copia sãguinis, incurrit hãc excõmunicationẽ, nisi obseruauit terminos moderatæ defensionis: quãdo autem vulnus est magnum, ad Papam, & non ad Ordinarium pertinet absolutio: nec excusat illum ab itinere tenera ætas, cum præsupponatur, quod sit maior 14. annis: excusat tamen illum ab hac via eius paupertas & patria potestas, si sine præiudicio eius non potest recurrere Romam, vnde sufficit in hoc casu vt accedat ad Episcopum, aut eius vicem habentem, vt dicit Nauar.

l. vbi cũ leg. seq. ff. de co. ob turpẽ causam.

Nau. d. li. 5. cõs. de sent. excom. cons. 39

5 Quinta Conclusio. Maritus, qui occidit clericum, quem inuenit cum vxore in fragranti delicto, incurrit hanc excommunicationem occidẽs illum post aliquod spatium temporis quo inuenerit, vt dicit Angelus. Vnde sequitur qđ maritus qui abscondit se in domo sua, vt ignorante hoc eius vxore veniat clericus, quem inueniens cum ipsa occidit, incurrit etiam hãc censuram, quia in hoc casu non occidit cum impetu subito causato a dolore, quem solent concipere mariti in simili casu, sed præcedẽte maturo iudicio super re, vt dicit idẽ Angelus: quod, vt affirmat Nauarrus, debet teneri, licet contrariũ teneat Fortunius Garcia.

Ang. ver. exc. 5. §.

Na. li. 5 cons. tit. de sent. exc. consil. 4 fol. 615.

6 Sexta Conclusio. Prælatus alicuius religionis, qui bona fide putans esse illi licitum facit verberari subditum religiosum a familiari sui monasterij, qui gerit habitum religiosi conuersi, cũ in re sit sæcularis, incurrit in excommunicationem huius capituli, licet verbera sint per viam correctionis, hæc conclusio probatur a quodam priuilegio Alexandri V. & Leonis X. cuius priuilegiũ videtur maius illo Alexandri, quia dicit quod prælati fratrum minorum obseruantiæ, & per consequens omnes alij, qui gaudent eorum priuilegiis, possint verberare, & castigare suos subditos per manus aliorum, dũmodo sint illi ẽt fratres, suiq; subditi, vt dicit expresse Leo X. cuius priuilegium videtur in parte maius illo Alexandri V. quia dicit, quod potest dictus prælatus vti hoc priuilegio, licet non sit necesse; non dat aũt licentiam, vt possit facere dictã correctionem per sæcularem, licet sit necesse, vt explicat Naua. at iste prælatus iussit verberari hunc fratrem per manus sæcularis. Possemus tñ excusare hunc p̃latum ab excommunicatione ab errore, quem habuit bona fide in intellectu horum priuilegiorum, quia qui transgreditur legem humanam bona f. de errans in eius intelligentia non peccat mortaliter, vt dicit Innocentius, cuius, doctrinam commendat multum Baldus.

Fort. in tr. de vlt. fin. illat. ver. 4.

Nau. d. l. 5. cons. 42. de sent. excom. f. 66.

Inno. in c. per ve stras. 1. de sim. Bal. in l. ab eo. c. quomo. & quan do. Aufrer. in cle. 1. de of or din. in reg. 1. f. 2

dus, Item possumus excusare illum propter consuetudinem verberandi presbiteros per manus sæcularium, si huiusmodi prælatus uiuat in loco vbi sit dicta consuetudo quod vt dicit Stephanus Aufrerius, est in Italia & Gallia. Vnde sequitur, quod si hic prælatus cũ dicta ignorantia iubet verberari a conuerso subditum suum, celebrans non remanet irregularis in foro conscientiæ.

7 Septima Conclusio. Si imponere manus in clericum fuerit tam leue, vt solum sit peccatum veniale, non est excommunicatio, quia ipsa præsupponit peccatum mortale, vt tenent Nauarrus Caietan. & Couarruuias. Hinc infertur quod qui ponunt manus in clericos sine animo vindictæ, nec iniuriæ non fiunt excommunicati.

Caiet. verb. ex. c. 10. in versic. quartus est. Na. d. c. 27. nu. 70. & in c. iter ver. 1. qu. 3. col. 139 Cou i c. almamater, 1. p. §. 9. num. 2.

8 Octaua Conclusio. Licet qui mittit manus in clericum, habeat animum faciendi ei notabilem iniuriam, si iniuria, quæ sequitur in se est leuis, & nocumẽtum paruum, non incurrit hanc excommunicationem, quia actio exterior est, quæ castigatur hac pęna; verum est, qd ratione animi damnati esset in hoc casu peccatum mortale. Quæ vero sit leuis percussio, relinquitur arbitrio prudentis viri, vt erit Episcopus, vel Cõfessarius, qui habeat eius authoritatem ꝑ viam commissionis, aut priuilegii, sic enim tenet post Hostiensem Nauarrus, & si non potest determinari, an sit leuis vel enormis: debet iudicari enormis; & ideo necessario debet recurrere ad Papam pro absolutione secundum quandam declarationem Ioannis XXII Põtif quam tradit Couar. Ex quo colligitur primo, quod enormis ꝑcussio erit, quando occiditur, aut mutilatur aliqđ membrum, aut quando fit inutile, aut ferè inutile ad suas operationes; & illa etiam, ex qua resultat multa sanguinis effusio ex quacunque parte, quæ non sint nares, aut alia, ex qua solet exire sine difficultate: percussio etiam facta in proprio Episcopo, aut Abbate, & illa, quæ fit magno populo scandalo, vt resoluit Nauarrus. Noteturque, quod licet Nauarrus affirmet, quod dare alapã publicè in faciem Canonici alicuius ecclesiæ cathedralis sit lęsio leuis, & quod Episcopus possit absoluere ab hac excommunicatione secundum id, quod dictum est, mihi semper visum est contrarium propter magnam iniuriã, quæ fit in hoc casu ꝑsonæ ecclesiasticæ, nec valet pro Nauar. extrauagans Ioannis XXII. dicente esse læsionem leuem percussionem, quæ datur cum vola manus, quia hoc debet intelligi, quod procedat, quando datur non in faciẽ, sed in aliam partem corporis, pręcipue in casu, quem ponit Nauarr, idest, si dederit Capellanus Canonico alapam publicè, in quo circunstantiæ personarũ, & locus faciunt percussionem grauem: vnde concludens dico, quod iudicare, an ista læsio sit leuis, aut enormis, remanet arbitrio, & curæ Episcopi, vt cõcludit Ioannes XXII. qui consideratis circunstantijs læsionis debet iudicare de eius grauitate.

Nau. d. c. 27. nu. 91.

Cou. vbi supr. §. 9. n. 2

Nau vbi sup. n. 92

9 Nona Conclusio. Non est peccatum ratione correctionis, & disciplinæ verberare patrem, aut magistrum filios suos, aut discipulos clericos; vnde non incurrunt hanc excommunicationem. Notaque, quod pater habet licentiam plenam ad castigandum, & verberandum filium suum clericum donec non susceperit ordinẽ aliquem sacrum, & Magister etiam post susceptum ordinem sacrum habet authoritatẽ hanc, vt post alios insinuat Sotus, & Petrus de Nauarra.

Soto l. 5 de iust. q. 1. ar 2 Nau. li. 2 de rest. c. 3 nu. 475

10 Decima Conclusio. Pueri, qui rixantes percutiunt se inuicem pugillis, & fratres, qui existentes in domo patris sui rixantes dicunt sibi inuicem verba opprobriosa vsque ad manus offensiones, regulariter loquendo non peccant mortaliter, quia pro maiori parte hoc non procedit ex odio aut ira perfecta, ob quod licet sint ordinati prima tonsura, non remanent excommunicati. Dixi regulariter, quia aliquando põt accidere cõtrarium, qđ relinquitur arbitrio prudentis viri, vt aduertit Aragon.

Vnde-

11 Vndecima Conclusio. Qui percusserit clericum, licet cum probabili ignorantia putet, quod sit sæcularis, incurrit hanc excommunicationem huius capituli, si habeat animum vulnerandi eũ, licet sciret quod esset clericus, quia dicta ignorātia nō est in hoc casu causa alicuius actus inuolũtarij, & ideo nullo modo excusat à pęna canonis, vt elegāter dicit S. Thom. & Couarr. Verum est tamen, quod, qui percutit sæcularē putans esse clericum, non incurrit hanc pęnam, quia hæc pęna præcise ponitur contra percutientes clericum, nec sufficit voluntas, & intentio sine hac actione exteriori. Notaq; quod qui percutit clericum putans ignorantia probabili, quod non est clericus, non incurrit in pęnam dicti canonis, quia hic canon petit, vt cum dolo fiat percussio, intantum quod Abbas cum alijs tenet, quod culpa lata excusat à pęna huius canonis, vt dicit Couar.

D. Th. 2. 2. q. 76. ar. 1. Cou. in ca. alma mater 1. p. §. 10. num. 15.

12 Duodecima Conclusio. Qui præcipit percuti clericum, aut fieri aliam quamuis iniuriam, ex qua sequatur effectus, remanet excommunicatus, nisi ante dictam percussionem, aut dictam iniuriam, pœnitet illum præcepti talis, & reuocat dictum mandatum, vt dicit Medina. Item qui dederit consilium, aut fauorem, aut approbat percussionē, quæ fuit facta eius nomine in clericum incurrit hanc excommunicationem. Dixi *suo nomine factam*, quia si alio nomine fuerit facta, licet approbauerit, & ratificet illam, non ideo incurrit hanc censuram. Notaque, quod, vt qui dat consilium ad percussionem, non incurrat hanc censuram, non sufficit, quod pœniteat illum, aut reuocet mandatum, sed est necesse, quod persuadeat vehementer, quod non debet fieri dicta percussio, vt constat ex eo, quod in simili casu tradit Nau. dicens, quod qui præcepit, solum sufficit quod reuocet mandatum suum, qui vero dedit consilium, non sufficit reuocasse.

Couarr. vbi sup. §. 10. n. 161.

Medina I. 2. p. 71. art. 5.

Nau. in Man. ca. 27. nu. 233. i fi.

13 Decimatertia Conclusio. Ille, qui sine proprio incommodo potuit impedire percussionem clerici, & non impediuit illam, incurrit hanc excommunicationem, si de officio tenebatur defendere. Et ideo incurrit hanc censuram Iudex ecclesiasticus, qui non impediuit Iudicem sæcularem mittere manum in clericum. Et ob eandem rationem incurrit illam dominus, qui consentit, quod eius serui, aut familiares tractet malè clericum. Etiam incurrit hanc cēsuram ille, qui insequitur fugientem clericum, qui mittit se in ignem, aut fluuium; aut fugiens læditur notabiliter ad lapidem. Incurrit etiam illam clericus, qui vulnerat, aut percutit se vt desperans, aut alio odio sui ipsius, nisi faciat cũ zelo deuotionis, aut deplorans mortem suorũ parentum aut amicorum, percutiens se vellendo barbam, aut faciās quid simile, quia sic non erit excommunicatus, vt dicit Nau. Item Monacha, quæ procurat abortum, non incurrit hanc excōmunicationem, quia nō facit iniuriam sibi inquantum persona ecclesiastica, sed solũ infanti, & naturæ ipsi; sic enim tenet Caietan. Hinc infertur, quod ille, qui dolo, aut fraude dat venenum sacerdotī in aliquo ferculo, aut simili oblatione, cum quo occidit eum, licet incurrat irregularitatem, non incurrit tamē hanc excommunicationem, cum non fecerit violentiam dicto clerico, sed solum illius naturæ; contrarium cuius debet dici si violenter fecit illum capere dictum cibum, quia in hoc casu intulit violentiam personæ ecclesiasticæ, & ideo remanet excommunicatus: hoc responderunt præcipui doctores, & magistri vniuersitatis Salmanticensis.

Nau. ca. 15. n. 11.

Caieta. uerb. excommunicatio, in percutientes clericũ, c. 10.

14 Decima quarta Conclusio. Qui mittit manus violentas in vestes clerici, quas portat, aut in equum, aut cum iniuria rapit ab eo, quod defert in manibus, cadit in hanc excommunicationē, vt dicunt omnes, qui scribunt super hac materia, quia hoc est facere iniuriam clerico notabilem.

15 Decimaquinta Conclusio. Qui extrahit ensem, aut iacit lapides contra clericum, non remanet excommunicatus, si

non percutiat eum, quia non mittit manus violentas, sed solum minatur violenter eum, nec incurrit hanc censuram mulier, quæ percutit clericum cum animo defendendi se, si sollicitetur ab eo amplexibus, & osculis.

16 Decimasexta Conclusio. Licet clericus sit degradatus, hæreticus, aut apostata religionis Christianæ, gaudet priuilegio huius canonis, si quis suadente diabolo, vt docet Syluester; & ideo gaudet eo clericus excommunicatus, aut condemnatus ad triremes: ideo comites, qui verberant, si non faciunt id causa supplicij, & correctionis, remanent excommunicati; clericus tamen, qui affert arma, aut habitum laici; non gaudet hoc priuilegio, si monitus ab Episcopo ter non vult mutare vitam; & ideo, qui percusserint licet sciant, quod sit clericus non incurrunt hanc excommunicationem. Nec minus gaudet hoc priuilegio clerici, qui exercent negotia sæcularia, vt si aduocant, & patrocinantur, aut habent publicas officinas, quod intelligitur si admoniti bis, aut ter ab ordinario non mutant vitam. Nec gaudent hoc priuilegio clerici sæculares, qui viuunt de his ministerijs, vt dicitur in iure; nec gaudent hoc priuilegio clerici milites, aut facientes officia militaria: verum est tamen, quòd duces, qui habent in suis exercitibus aliquem religiosum apostatam factum militem verberantes eum remanent excommunicati, quia adhuc gaudet priuilegio fori; ob quod tenentur tradere eum suo prælato, vt castiget, & corrigat.

cap. 1. de vita, & hon. cleric. c. cũ non ab homine de sent. excom.

17 Decimaseptima Conclusio. Gaudent hoc priuilegio omnes clerici, qui non habent nisi primam tonsuram, dũmodo non sint matrimonio coniuncti: & licet sint coniugati, sufficit, quod non sint bigami, & induant habitum clericalem, & tonsuram, & sint deputati ab Episcopo seruitio alicuius ecclesiæ, sicut sunt sacristæ, vt ordinat Concilium Trident. Item gaudent hoc priuilegio religiosi professi, nouitij, & conuersi, alijque existentes in aliqua religione approbata à Sede Apostolica. Item omnes moniales professæ in aliqua simili religione approbata. Item nouitiæ, & conuersæ earum, vt dicitur expresse in iure, cuius deberet recordari Angles, vt non diceret, quod nouitiæ non gaudeant hoc priuilegio; quia non est expressum in iure. Piæ mulieres, vulgo beatæ, licet fecerint tria vota, obedientiæ, castitatis, & paupertatis, non gaudent hoc priuilegio, cum non profiteãtur religionem approbatam; gaudent tamen illo hæremitæ, vt tenet Syluest.

Concil. Tri. ses. 23. de refor. c. 6.

cap. de monialibus extra de sent. excom. Angl. d. excom. artic. 5. diffic. 1. Syl. excommunicatio. 6. §. 2.

18 Decimaoctaua Conclusio. Licet hæc excommunicatio sit reseruata ad suam Sanctitatem, bene tamen potest ab illa absoluere Episcopus, quando percussio clerici non fuit enormis, sed parua, vt est definitum in iure: quod potest facere non solum Episcopus delinquentis, sed etiam Episcopus loci, vbi fit percussio ipsa, vt notat Innocentius, qui tenet hoc allegans alios, & Capella Tolosana: Episcopus etiam potest absoluere ab enormi, quando non potest recurri ad Papam, nec ad alium, qui habeat eius authoritatem: nec sufficit, quod possit mittere Romam pro absolutione, vt Episcopus non absoluat, quia nõ obligat ius ad hoc, sed solum, quod, si potest ire Romam, adeat, sin minus, adeat Episcopum suum, vt notat Nauarrus. Notent autem Confessarij electi in virtute bullæ cruciatæ, quod possunt absoluere ab hac excommunicatione, & à reliquis reseruatis ad Papam, licet sint ex contentis in bulla Cœnæ Domini semel in vita, & iterum in articulo mortis durante anno eiusdem bullæ publicationis.

c. penul. de sent. excom. Inno. in c. quod clericus de foro comp. Capell. Tol. decis. 131. in prin. incipit, itẽ fuit. Nau. c. 27. n. 90

De

De aliquibus casibus, in quibus non incurritur excommunicatio Bullæ Cęnæ Domini, & in quibus Episcopus potest absoluere ab ea.

Cap. LXXXI.

SVMMARIVM.

An incurrant excommunicationem Bullæ, qui surripiunt aliquid ex hortis Episcopi ob compensationem alicuius debiti. concl. 1. num. 1.

An qui vsurpat iurisdictionem pertinentem ad personas ecclesiasticas incurrat hanc excommunicationem, conclus. 2. num. 2.

An incurrat hanc excommunicationem sęcularis, qui facit sequestrari per indices sæculares bona clerici, qui illi debet quandam summam, concl. 3. nu. 3.

An possit Episcopus absoluere in foro conscientiæ ab hac excommunicatione, & alijs reseruatis ad suam sanctitatem, conclus. 4. num. 4.

§ 11. n. 66 & sequen. IN tractatu Bullæ Cruciatę posui omnes casus reseruatos in bulla Cœnæ Domini cum eorum explicationibus, ob quod hic obseruabo promissum non repetens, quæ ibi ex proposito sunt tractata; vnde solum tangam aliquos casus particulares, & præter hos etiam in hac summa multi alij eorum interferuntur.

1 Prima Conclusio. Non incurrit in excommunicationem Bullæ Cęnæ Domini, qui debente illi aliquid Episcopo, & nolēte soluere accepit ex horreis sui redditus tantū, quātum est illud, quod sibi debetur; quia vt incurratur in excommunicationem impositam contra eos, qui occupant bona ecclesiastica, est necesse, quod occupent ea per modum authoritatis, & dominij ordinarij, aut delegati, quòd non accidit in hoc casu: vnde Episcopus, qui declarat hūc tamquam excommunicatum, ignorat terminos iuris, & talis excommunicatio erit nulla, cum detur sine citatione legitima, quia licet valeat regulariter excommunicatio data sine citatione, vt ordinatur in iure, & appellatio non suspendat eam, tamen declaratio, qua quis declaratur excommunicatus, non valet, nisi citata parte, quæ declaratur; & licet valeat potest ab ea appellari, vt dicit Nauarrus. c. sacro de sent. excom. Nau. li. 5. cons. de sent. excom. tit. 35. f. 613.

2 Secunda Conclusio. Qui vsurpat iurisdictionem pertinentem ad personas ecclesiasticas incurrit in excommunicationem Bullæ Cęnæ Domini, vnde Iudex sæcularis, qui compellit vassallos alicuius Abbatiæ, vt veniant coram suo tribunali, incurrit illam, quia licet videatur vsurpare solum iurisdictionem sæcularem, in hoc casu sufficit, vt incurrat in eam, vsurpare iurisdictionem sæcularem pertinentem ad personam ecclesiasticam, dummodo pertineat ad eā ratione dignitatis ecclesiasticæ, vt explicat Nauarrus. Nau. d. c. 27. nu. 69. idem li. 5. cōs. titu. de sent. excom. cōsil. 32. f. 612.

3 Tertia Conclusio. Non incurrit hanc excommunicationem Bullæ Cęnæ Domini ille sæcularis, qui facit sequestrari ab aliquo Iudice sæculari fructus clerici, qui debet illi quandam summam, si dicta bona sint apud aliquem sæcularem, pertineant tamen ad clericum ratione alicuius beneficij, & ratio est, quia hæc pęna imponitur contra vsurpantes hos fructus, non autem contra sequestrantes, sic enim tenet Nauarrus. Nau. vbi supra cons. 34

4 Quarta Conclusio. Potest Episcopus absoluere in foro conscientiæ ab omnibus casibus pertinentibus ad bullam Cęnæ Domini, cuius absolutio (excepta hæresi) potest alijs ab eo committi, potestq; etiam in eodem foro absoluere ab omnibus excommunicationibus reseruatis ad Papam, si delictum, ob quòd incurritur in has censuras, sit occultum, & non positum in iudicio exteriori, quia Concil. Tridētinum dat nunc illis authoritatem prædictam: potest etiam in eodem foro absoluere ab omnibus excommunicationibus, & irregularitatibus, & suspensionibus, ab il- Concil. Trid. ses. 24. de Refor. c. 6.

lisque

liique dispensare, quæ ex occulto delicto nascuntur, excepta irregularitate, quæ nascitur ex homicidio voluntario, in quas incurritur per motus proprios, breues, extrauagantes, aut constitutiones datas à sua Sanctitate post publicationem Concilij Triden. nisi in ipsis expresse sit clausula sufficienter derogatoria talis facultatis concessæ in dicto Concilio; & ratio est, quia Concilium dat facultatem ad totum non distinguens inter reseruationes præteritas, vel futuras; non distinguente autem lege, non est, quod nos distinguamus, vt explicat Nauar.

Nau. li. 5. cons. de sent. excom. cons. 43. f. 617.

De effectu excõmunicationis maioris. Cap. LXXXII.

SVMMARIVM.

An sit nulla absolutio à peccatis reseruatis accepta ab excommunicato ignorata eius excommunicatione, concl. 1. nu. 1.

An debeat vitari tanquam excommunicatus Vicarius Episcopi, qui est declaratus excommunicatus, conclus. 2. num. 2.

An sit peccatum mortale excommunicatum communicare politicè cum fidelibus, concl. 3. num. 3.

An possit dicere Cappellanus Missam coram aliquo Principe excommunicato, qui compellit eum, concl. 4. nu. 4.

An possit Episcopus concedere licentiam alicui excommunicato excommunicatione Papali, vt audiat Missam, conclus. 5. num. 5.

An teneamur vitare quemcunq; excommunicatum excommunicatione maiori, interdictum, aut suspensum, si sit multum publicus, & notorius, concl. 6. num. 6 concl. 7. num. 7.

An possit excommunicare alium Iudex, qui est occultè excommunicatus, cum toleretur ab ecclesia. conclus. 8. num. 8. & an Iudex excommunicatus possit instituere alium. ibid.

An possint subditi communicare cum suo Prælato, concl. 9. num. 9.

An teneatur sacerdos relinquere Missam inceptam, si excommunicatus nolit exire ab ecclesia, concl. 10. num. 10.

An remaneant excommunicati Domini temporales, qui prohibent, quod non eijciantur ab ecclesia excommunicati, & interdicti, ibid.

An excommunicatus relicta contumacia, & habita contritione suorum peccatorum sit particeps suffragiorum ecclesiæ, antequam absoluatur, concl. 11. nu. 11.

An peccet mortaliter, qui dicit Missam, antequam absoluatur ab aliqua excommunicatione maiori, concl. 12. num. 12.

An excommunicatus excommunicatione minori peccet mortaliter administrans sacramenta, & conuersans cum fidelibus, ibid.

An, qui participat cum excommunicato excommunicatione maiori, incurrat in excommunicationem minorem, & in quibus casibus non incurrat in eam, conclus. 13. num. 13.

An remaneant excommunicati, qui non confitentur quadragesimam, ibid.

An excommunicatus excommunicatione maiori possit facere contractus, conclus. 14. num. 14.

SVpra cap. 74. declarauimus effectus excommunicationis maioris declarantes summariè illum versum,

Os, orare, vale, cõmunio, mensa negatur.

In quo quidem versu includitur omnis eius effectus; & ideò in illo loco, quia necessitas postulabat tunc ad intelligendam differentiam, quæ erat inter excõmunicationem maiorem, & minorem, declarãtes dictum versum diximus aliquid circa hoc, hic ponentur aliquot casus, & conclusiones ad maiorem claritatem huius negotij.

1 Prima Conclusio. Absolutio peccatorum recepta ab excommunicato, licet sit reseruata, non est nulla, quia ipse sit excommunicatus, quia in nulla parte iuris reperitur, quod sacramenta accepta ab excommunicato sint inualida; sed solum, quòd peccat mortaliter accipiens, propter prohibitionem, quam facit

facit ecclesia recipiendi ab eo sacramenta, sic enim dicit Medina. Quod intelligitur quando aliquis ignorantia, aut obliuione inculpabili accepit sacramentum pęnitentiæ non præcedente prius absolutione excõmunicationis; in hoc enim casu validum est sacramentũ; erit autem nullum, & inualidum, quãdo ex proposito tacetur excommunicatio, aut si ignorantia fuit tam crassa, & culpabilis, vt sit quasi velle ignorare ex proposito; quod debent Confessarij interrogare pęnitẽtes, quia si sit validum sacramentum pęnitentiæ, non est necesse illud iterare; at si sit nullum, necessario debet iterari; sic enim resoluit Couarr. concordans opiniones contrarias, quæ circa id sunt.

Med. in sum. f. 37.

Cou. in c. Alma mat. 1. p. §. 6. fol. 671.

2 Secunda Conclusio. Vicarius Episcopi, qui est declaratus excommunicatus non debet vitari, quia excommunicato Episcopo, non remanet excommunicatus eius Vicarius, vt ordinatur in iure, nec potest vitari quamuis communicet cum Episcopo, si appellauit à tali excõmunicationis declaratione, quia licet excommunicatio non suspendatur ab appellatione, suspenditur tamen declaratio per appellationem, vt dicit quædam Glos. communiter recepta, quia durante lite super ipsa declaratione, sicut non est obligatio vitandi Episcopum, ita non est obligatio vitandi Vicarium, licet communicet cum Episcopo ipso durante dicta lite, vt tenet Nauarrus.

ca. 1. de off. Vicarij, lib. 6

Gl. in c. cupiẽs, §. quod si per vigiti ver. priuatus de elect. li. 6

3 Tertia Conclusio. Conuersari excommunicatum cum fidelibus politicè non existimatur peccatum mortale, nisi adsit contemptus; non erit autem cõtemptus, quando homines sic conuersantur in conuersatione humana, vt si non esset excommunicatus, sed quando nihil facit excommunicatione, nec qui excommunicauit eum, tunc peccat mortaliter; & in hoc casu peccãt etiam mortaliter, qui communicant cum ipso non communicantes politicè: & resoluens dico esse illicitum conuersari cum excommunicatus non solum in diuinis officijs, sed etiam in omnibus rebus humanis, quæ continentur in versu supra declarato, quem etiam declarat Nauarr. qui autem communicat cum eo illicitè incurrit in excommunicationem minorem, vt disponitur in iure, non peccat autem mortaliter, quia regulariter loquendo, qui communicat cum excommunicato, solum peccat venialiter, vt tradit idem Nauarr. Medina, & Angles; verum est tamen, quod qui communicat cum ipso in officijs diuinis audiens eius Missam, & celebrans coram ipso, aut orans cum eo in oratione aliqua publica, aut officio diuino publico, peccat mortaliter: Notaque, quod etiam peccat mortaliter in alijs casibus: Primus frequentans cum excommunicato tantum vt videatur dari illi occasio, quod permaneat in statu excommunicationis. Secundus, quando est excommunicatus excommunicatione continente clausulam participantium, si prius ter moneatur. Tertius, quando Papa iudicialiter, & nominatim excommunicat aliquem, licet non exprimat participantes, quia in hoc casu, qui participat, si est clericus, incurrit excommunicationem maiorem reseruatam Papæ, si admittat illum ad diuina officia propter reuerentiam, quæ debetur Papæ; verum est tamen, quod non incurrit eam non admittens ipsum, sed audiens Missam cum eo; immo licet admittat, si hoc facit metu, aut timore, licet sit dãni leuis; nec incurrit ipsam, si ignorat talem excommunicationem, sic enim resoluit Henriquez.

Nau. li. 6 5. cõs. ti. de sent. exc. cõs. 32.

Nau. ca. 27. n. 20.

c nuper de sent. excom.

Nau. vbi sup. nu. 28. Med. in sũ. f. 40. p. 2. Angl. q. de exc. ar 3. dif. 6. & dif. 8. concl. vlt.

4 Quarta Conclusio. Si aliquis gubernator ciuitatis excommunicatus dicit Cappellano suo, vt celebret Missam coram eo, inferens ei minas, quod si nõ celebrat, non dabit illi victum, aut quod male tractabit illum, poterit talis Cappellanus celebrare Missam sine peccato, quia præcepta humana non obligant cum tanto periculo, immo nec lex diuina positiua obligat cum periculo mortis, nedum humana, verbi gratia

Hẽr. le. 13. de exc. c. 8. n. 2. & 3

præcipit mihi Deus, vt confitear, non possum adire Confessarium, nisi transeam locum periculosum vitæ, non teneor ad confessionem pro tūc, sed sufficit, quod pœniteat me meorum peccatorum cum proposito confitendi quando fuerit possibile. Hæc conclusio debet intelligi, nisi dictus gubernator minetur dicto Cappellano, proponens illi metum prædictum in contemptum nostræ religionis, vt si dicat, vt intelligas ridiculosas esse vestras excommunicationes, & quod ecclesia non habet talē potestatem dic statim Missam corā me velis nolis; tunc enim debet potius mori quam celebrare Missam, cum tractetur de confessione fidei, & authoritate Dei & ecclesiæ: sic enim tenet Medina, & Angles, & secundum hoc debet intelligi, quod dicunt Adrianus, & Caiet.

Med. vbi sup. f. 42. p. 2. Angl. vbi supra ar. 3. dif. 7.

5 Quinta Conclusio. Non potest Episcopus, minusque eius Vicarius concedere licentiam alicui mulieri excommunicatæ excommunicatione reseruata Papæ, vt audiat Missam, & assistat diuinis officijs, & communicet cū reliquis fidelibus, quia per viam suspensionis non potest id facere; quia licet reliquæ censuræ, vt est suspensio, & interdictum possint suspendi sine formali absolutione, excommunicatio tamen non potest suspendi, sed oportet, quod adsit absolutio ab ea, vt ordinatur in iure, & tenet Ioannes, Andreas, Panormit. & alij quos refert, & sequitur Decius; quod intantum est verum, vt sint, qui dubitent si possit Papa dispensare cum excommunicato, vt sic ligatus existens licitè communicet cum fidelibus in ministerijs diuinis, & humanis.

Ca. ad hæc quoniá extra de app. vbi Aud. Panor. & Decius.

6 Sexta Conclusio. Non tenetur quis vitare quemuis excommunicatum excommunicatione maiori, licet sit notus & publicus, nisi fuerit denuntiatus, vt talis, aut si non est publicus percussor clerici, vt explicat Guttierez, & hoc, licet sit hæreticus notus, & pro tali habitus, quia si contrarium deberet teneri, sequeretur, quod Catholici, qui habitāt in Gallia, Flandria, & Anglia tenerentur vitare conuersationem lutheranorum, qui inter eos viuunt, & mereantur, quod non debet dici. Item quia Catholici egent tali illorum commercio, sic enim dicit Nauarr. insinuans, quod ratione huius necessitatis magis, quam alia de causa liberantur à peccato; erit autem nominatim excommunicatus ille, qui per sententiam iudicis est pro tali declaratus, præcipientis quod pro tali denuntietur publicè, vt dicit, explicatque Nauarr. quæ publicatio fit in ciuitate, populo, aut parochia excommunicati inter Missarum solemnia, aut in concionibus, aut alio in loco à populo frequentato, aut fixa sententia in scriptis in locis publicis, vt sic veniat in notitiam omnium faciliter. Vnde sufficit, quod habeatur fama de ipsa excōmunicatione cum denuntiatione; quia sicut de iure antiquo sufficiebat fama, quod quis esset excommunicatus, vt obligarentur homines talem deuitare, vt ordinabatur à iure; sic etiam nunc sufficit fama cum denuntiatione, cum sit eadem ratio, vt explicat Nauar. hæcque fama sufficit, quod sit inter vicinos excommunicati, vt aduertit Couarr. Debet autem notari, quod hæc denuntiatio solum fuit ordinata in fauorem eorum, qui possunt tractare cum excommunicato, non vero in eius fauorem; vnde, licet excommunicatus non sit denuntiatus, non sit, quin peccet communicans, & exercens actus exteriores prohibitos excommunicatis, vt præter dictos patres resoluit Sotus, & Palacius. Nota etiam, quod Parochus, qui tenet apud se litteras excommunicatorias, in quibus præcipitur ei, vt denuntiet excommunicatum Petrum, non tenetur deuitare illum, vsq; eo quod denuntiet illum, & declaret esse talem, sic enim tenet cum Syluest. & Armil. Nau. & Guttier. Nota etiam, quod hæretici, apostatæ, & schismatici condemnati, vt tales, & simoniaci, & omnes illi, qui fuerunt notati, & conuicti publicè de aliquo crimine, quod habeat annexā excommunicationem, habentur pro nomina-

Gutt. in qq. cano n. c. 1.

Nau. c. 27. n. 35.

Nau. vbi su. n. 52. & conf. 12. q. 24 li conf. titu. de conf.

c. illud de cler. excom. Nau. li. 5 conf. ti. de sent. exc. cōf. 61. f. 628 Cou. in c. Alma mat. 1. p. §. 2. n. 7. ver. 4. ex codē

Sot. in 4 d. 2. 2. q. 1. art. 4. p. 948. Palatius in 4. dif. 18 disp. 1. p. 273 cū seq. Na. in c. 1. §. labores, n. 23 de pœn. d. 6. Gutt. vbi sup.

minatim excommunicatis, ille etiam, qui suo proprio nomine ratione alicuius delicti fuit pronuntiatus excommunicatus, vt dicit Sotus. Nota etiam, qd idem quod dicimus de nominatim excommunicato debet dici de interdicto, aut suspenso nominatim, quia licet sit notoria eius censura, non est obligatio vitandi comprehensos iu ea de rebus, à quibus sunt suspensi, aut interdicti, si non sunt nominatim publicati vt tales, vt cum communi affirmat Guttier. Ex dictis infertur, quod non est nunc obligatio vitandi concubinarios vsque eo quod publice denuntientur. Secundo infertur, quod cuicunque fideli est licitum tempore necessitatis, & extra eam accipere secramentum à quocumque sacerdote excommunicato, dummodo non sit denuntiatus, aut nõ sit publicus percussor clerici, si est paratus ministrare sacramentum: quia si non esset paratus, illicitum esset inducere illum ad id faciendum, vt resoluo in explicatione Cruciatæ, quo me remitto. §. 9. numero 28. Ex dictis infertur etiam, q valet absolutio data à notorio excommunicato, suspenso, aut interdicto, sic enim tenet Caiet. quia solum in duobus casib. debemus vitare excommunicatum, scilicet, quando est notorius percussor clerici, aut quando est denuntiatus; vnde non debet teneri opinio Nau. dicentis non valere absolutionem datam à notario excommunicato, suspenso, aut interdicto licet non sit percussor clerici.

Sot. in 4 d. 1. q. 5. art. 6. p. 107. col. 2.

Guttier. vbi sup. f. 21. c. 1. & 2.

Cai. verbo absolut. c. 2.

Nau. in sum. c. 9. num. 6.

7 Septima Conclusio. Licet extrauagãs Concilij Constantiensis ordinauerit generaliter, quod non debet vitari excommunicatus in diuinis, nec extra diuina, si non sit denuntiatus, hoc debet etiam ampliari in excommunicato speciali- ter, si non sit publica sententia, sic enim tenet Nauarrus, Couarruuias, & Palacius, quod debet sequi, licet Adrianus, & Medina Complutensis teneant contrarium, quia dicta extrauagans videtur expresse contra eos.

Nau. in Man. c. 9 nu. 7 & i d. ca. 1. §. 1 laboret. num. 23. Cou. i c. alma ma

8 Octaua Conclusio. Iudex occulte excommunicatus, & sic toleratus ab ecclesia potest excommunicare alium, & eius sententia erit valida, vt cum D. Thoma, & communi tenet Guttier. publicè tamen excommunicatus, & declaratus vt talis, & publicus percussor clerici non poterit excommunicare, nec instituere alium iudicem; quia hi sunt actus iurisdictionis, & si post institutionẽ dicti Iudicis fuerit excõmunicatus, valet institutio; talis vero Iudex institutus non habebit iurisdictionẽ, q. a Iudex institutus, & qui instituit, habẽtur pro vno eodemque tribunali; vnde suspensa iurisdictione eius, qui instituit, remanet etiam suspensa dicta potestas data. Quod deberet aduertere Sotus, vt non diceret valere in hoc casu institutionem stante iurisdictione Iudicis instituti, licet sit suspensa Iudicis institutoris, non videns se loqui expresè contra quoddam decretum iuris canonici dicentis, quod suspensa per aliquam cẽsuram iurisdictione Episcopi, remanet etiam suspensa iurisdictio Vicarij, licet non sit ligatus illa censura, vt tradit Maranta.

ter. 1. p. §. 2. nu. 7 ver. 4. ex eadẽ cõstit. & in §. 6. nu. 7 ver. secũdũ f. 54.

Sot. in 4. d. 22. q. 2 art. 1. pa. 905. col. 1. ad fin. & seq.

Marant. d ordin. iud. 4. p. princ. in 5. d. iudicio, n 70 fol. 36.

9 Nona Conclusio. Possunt subditi cõuersari, & tractare cum prelato excommunicato, quia per excommunicationem non est priuatus temporali administratione; & ideo possunt sine scrupulo illi obedire, vt patri administranti illis res temporales; sicut, si Episcopus excommunicatus est, possunt familiares eius conuersari cum eo, quia non amisit per excommunicationem temporalem administrationem suæ familiæ, nõ possunt tamen communicare cum eo obedientes ei tanquam legitimo prelato; & sic debent intelligi Adrianus, & Ricchardus circa hoc punctum, in quo videntur esse contrarij.

Adrian. de excõ q. 1. §. potest forsasse.

10 Decima Conclusio. Quando excommunicatus non vult exire ab ecclesia, non tenetur sacerdos relinquere Missã inceptam si consecrauerit, quia maius præceptum est illud perficiendi sacrificium, quam vitandi excommunicatũ; si vero non cõsecrauit, in hoc casu relinquat Missam: & idem dicendum est, quando

Ricard. i 4. d. 18. art. 1. q. 3

quando ecclesia violatur Missa inchoata, nisi iam inceperit dicere, Qui pridie quam pateretur, quia tunc videtur inchoari consecratio, cum hęc verba sint tam proxima ipsi consecrationi; & in hoc casu debet remanere solus sacerdos cum vno ministro, cæterique fideles debent foras exire, licet sit dies festiuus, & nulla sit alia Missa, quã possint audire; nec debet sacerdos facere plus quam perficere sacrificium sumens species sacras, relinquens orationes, & reliqua, aut dicens eas in sacristia, vt dicit Siluester, & resoluit Henriquez. Notetur etiam, quod si ex eiectione excommunicati ab ecclesia potest sequi scandalum magnum, licitum est in hoc casu sacerdoti perficere Missam, etiamsi non coniectauerit; quia licitum est secũdum ius communicare cum excommunicato, quando timetur scandalum, vt definitur in quodam Canone. Notetur etiam, quod si sacerdos dicens Missam solus scit, quod audiens eius Missam est denunciatus, peccabit, si faciat eum eijci foras, quia sic infamia afficit eum, vnde potest dicere Missam coram eo vt colligitur ex quodam decreto Canonico. Notetur vlterius, quòd dicit Nauarrus, incurrere excommunicationem reseruatam Papæ nobiles, & dominos tẽporales prohibentes, ne eijciantur ab ecclesia excommunicati, & interdicti, quando celebrantur diuina officia. Est etiam notandum, quod Clementina in hoc casu non facit mentionem omniũ officiorum diuinorum, sed solum de celebratione Missæ, vt testatur Glos. & tenet Caiet. Dixi, *dominos temporales*, ad excludendos Prælatos, nisi habuerint temporalem iurisdictionem, vt dicit Nauarrus.

Silu. excomun. 5 nu. 3. Hen. 2. libr. 13. de exc. c. 10. n. 4.

cap. prę decess. sor. 11. q. 3.

c. cũ ab homine de sent. excom. Canonistæ in c. nobis el 2. de sẽ. excom. Nauar. in man. c. 27. nume. 61. Cl. grauis de sẽten. exc. vbi glo. & Caie. v. exc. c. 24. Nau. vbi sup.

11 Vndecima Conclusio. Excommunicatus, qui relicta contumacia, habet (vt potest per coniecturam assequi) cõtritionem suorum peccatorum, vnde obtinuit ab eis veniam propter dolorẽ, quem habet, estque paratus obedire mandatis ecclesię, antequam absoluatur, non erit particeps suffragiorum ecclesiæ, sic enim tenent omnes Canonistæ, vnde tenetur vitare omnem communicationem fidelium in diuinis, aut extra, quia aliter peccabit contra præceptum ecclesiæ: licet Ricchardus, Sotus, & Ledesma teneant, quod non peccet contra Nauarrum, qui dicit posse nos facere orationes publicas in ecclesia pro excommunicato, si est iam contritus; reciperem tamen ego eorum opinionem in casu, quod dictus excommunicatus aliqua de causa rationabili non posset obtinere beneficium absolutionis absque eius culpa, aut negligentia.

Nau. in man. ca. 27. nu. 104.

Ric. in d. 18. ar. 3. q. 1. Sot in 4 d. 21. q. 1 art. 1. Ledes. 2 4. q. 13. art. 1.

12 Duodecima. Conclusio. Qui est excommunicatus excommunicatione minori dicens Missam peccat mortaliter; non quia administrat sacramentũ pro quanto non est priuatus eorum administratione, sed quia accipit sacramẽtum dicens Missam, & est priuatus receptione sacramentorum. Hinc sequitur, quod administrãs, nõ recipiens autem solum peccat venialiter, vt dicitur in iure, & ideo clericus excommunicatus excommunicatione minori potest dare fidelibus sine peccato mortali cõmunionem extrahens foras a tabernaculo, cum in hoc casu non recipiat sacramentum. Sequitur vlterius, quod excommunicatus excommunicatione minori potest conuersari cum fidelibus in humanis, immo etiam assistens officijs diuinis etiam sine peccato veniali, quia si administrans sacramenta peccat solum venialiter, est pro reuerentia quæ illis debetur, quia in eis virtualiter continetur Passio Christi Redemptoris nostri, sic enim tenet, resoluitque Couaruuias.

c. qui celebr. de clerico. exc. ad ministran.

Cou. in c. alma mater. 1. p. §. 8. nu 2.

13. Decimatertia Conclusio. Communiter, qui participat cum excommunicato excommunicatione maiori, incurrit excommunicationem minorem, vt dictum est, & definitur in iure: excipiũtur tamen ab hac regula multi, qui significantur per verba huius versiculi quem ponit quædam Gloss.

c. nuper. & c. cũ volũt, in prin. & §. 1. de sẽten. exc. Gl. in c. cum desiderat de sent. excom.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Per hoc verbum. Vtile, excipitur communi-

municans cum excommunicato ad bonum animæ suæ, prædicans, aut consulens ei, quod satisfaciat excommunicationi, aut similia spiritualia, licet interponat aliqua verba diuersa, vt melius persuadeat: & etiam qui loquitur cum excommunicato, vt petat, quod sibi ab illo debetur in iudicio, aut extra, aut ad extrahendum aliquod consilium spirituale sibi, aut alijs, immo etiam pro consilio temporali multum necessario, si non sit alius, à quo possit peti commodè. Per verbum, *Lex*, excipitur lex matrimonij, vnde vxor potest conuersari cum eo absque quod incurrat excommunicationem minorem. Per verbum, *Humile*, intelliguntur excusari filios, qui sunt sub potestate excommunicati, seruique, & familiares, qui ante ipsam excommunicationem erant ei subiecti, & tenebantur ei seruire, nisi ratione eorum excommunicatus perseueret in excommunicatione. Dixi, *ante*, quia qui post ipsam excommunicationem scientes incęperũt viuere cum eo, non excusantur. Per verbum, *Res ignorata*, excusantur, qui per ignorantiã cõmunicant cum excommunicato, quãdo ignorantia est facti secundum omnes; erit autem facti, quando ignoratur delictum, & excommunicatio excommunicati; & etiam quando ignorantia est iuris dubij, vt si est dubium, an per factũ incurrat dictam excõicationẽ: & quantum ad hoc propositum, ignorantia iusta dicetur, qñ ignoratur, an N. sit denũtiatus, aut sit publicus percussor clerici. Verum est tñ, quod qui audiuit, quod N. est denuntiatus, aut publicus percussor clerici, & probabiliter credit illud, quia audiuit à personis grauibus, & fide dignis, tenetur deuitare illum, si non deponat conscientiam: si vero dubitat, non debet vitare, præcipuè in præsentia aliorum, quia sic faceret ei notabilẽ iniuriã. Per verbum, *Necesse*, excusantur, qui tractant cum excõicatis ob magnã necessitatem, quæ est aut ex parte eorũ, aut ex parte participantiũ, sicut si vnus eorum egeret eleemosyna alterius, quia non potest habere illam commodè ab alijs: totum hoc tradit Nauar. in suo Manuali Hispanico; debetq; multũ cõsiderari, quod si aliquis est in societate alicuius excõmunicati in aliqua camera, aut cubiculo cõi, potest perseuerare in dicta societate, & comedere, dũmodo non iaceat cum eo in eodem lecto, nec comedat cum eo in eadem mensa, nec loquatur, nec oret cum eo secundũ Innocentium. Debet ẽt notari, quod qñ Iudex dat sententiam excommunicationis contra participes, non incurrunt tales participes excõicationem maiorẽ, quã idẽ Iudex imposuit illis, si prius nõ nominauit eos, & monuit eos canonicè, vt dictum est supra. Peccãt tñ mortaliter, quia frangũt mãdatum Iudicis, quod est notabilis violatio iustitiæ, quæ pręcipit obedire; quod debet intelligi, nisi tales participant cum excommunicato licite, vt accidit in casibus declaratis in hac conclusione explicãdo versũ, quem posuimus, quia non prohibet Iudex hanc cõicationem, & si prohiberet eam, faceret iniustitiam; verum est tñ, ꝙ potest prohibere iustissime frequẽtiam communicationis licitæ, qñ talis frequentia esset notabilis occasio excõicato, ne exiret à suo prauo, & infami statu, ac ne curaret de excõicatione, vt colligitur ex his, quæ tradũt Panor. & D. Bonau. & alij Theologi, quia dare simile occasionẽ est perfringere notabiliter iustitiam naturalẽ, quæ vetat, ne adiuuemus, nec demus animum peccãdi alijs, & vetantibus communicationem licitã in hoc casu Iudicibus, est obligatio sub pęna peccati mortalis obedire eis, quia licet talis communicatio in se sit licita, ob hanc circunstantiam illicitam est illicita. Nota ẽt, quod in aliquibus regionibus est consuetudo dandi quandam denuntiatoriam contra eos, qui nõ sũt confessi in tempore quadragesimæ, excõicans vicinos, qui communicãt cum eis, quæ excõicatio videtur esse valida, quia hęc nõ imponitur à iudice, qui pręcipit denuntiari excõicatos eos, ꝙ nõ sũt cõfessi, ponens pęnã excõmunicationis illis,

Nau. in Manual. c.27.nu. 26.& 27

Innocẽ. in Fel. de pęnit. libr.6. verbo simpl.

Panor. in c. sacris de his. ꝗ vi. col.3 Bonauẽ. in 4.d 18

illis, qui communicant cum illis, sed ponitur contra excommunicatos per cōstitutionem Synodalem, nec excommunicat eos Iudex; quia ipse solus declarat, & pronuntiat, quod dicta constitutio excommunicat eos; sic enim tenet Guttier. defendens per hanc viam dictam consuetudinem, sic etiam tenet, & declarat Nauar.

Guttier. i qq. Canon. ca. 4 p. 71. col. 1. Silu. de benef. 3. p. q. 4 conc. 1. Sot. in 4 d. 22 n. 4 Con li. 3 commē. c. 1. nu. 7 Greg. in l. 1. tit. 6. p. 5. Cos. in pragm. sanctio. tit. d' collat §. insuper. Couar. ī ca. alma mater 1. p. §. 7. in princ.

14 Decimaquarta Conclusio. Excommunicatus excommunicatione maiori potest facere, & celebrare contractus validos, vt resoluit Silu. & Nauarr. in Manual. capit. 27. num. 56. & Sotus. Hinc sequitur, quod potest excommunicatus permutare suum beneficium, vt tenet Conanus, & Gregorius Lopez, quod debet teneri contra Cosmum, & Couar. viso quod lex positiua non prætendit priuare excommunicatos conuersatione, & contractibus ita necessarijs ad bonum commune reipubl. sed solum imponit metum præcipiens, ne fiant, imponens pœnam ijs, qui contrahunt cum illis, quod si non obstante dicta pena contraxerint cum illis, valebunt quidem tales contractus. Veruntamen, donec extiterint excommunicati, non oritur illis aliqua actio contra eos, cum quibus contraxerunt; oritur autem contrahentibus actio, & obligatio contra eos, ita quod ius aufert eis totum id, quod potest prodesse illis resultans ex his contractibus; non tollit autem contrahētibus, quod illis potest nocere, solum enim non tollit ab eis, q̄ ius naturale illis concedit, vt est defensio naturalis, vt resoluit *Menoch.*

De modo, & solemnitate seruanda in absolutione excommunicationis maioris.

Cap. LXXXIII.

SVMMARIVM.

An absolutio ab excommunicatione habeat verba determinata, num. 1.

Quot sint, quæ obseruare debeat Confessarius in absoluendo excommunicatum, ibidem.

An imponens excommunicationem, si est sæcularis, possit ab ea absoluere, si saltem non est prima tonsura initiatus, ibidem.

An sit irrita absolutio excommunicationis non satisfacta prius parte, conclu. 1. num 2. & conclus. 2. num. 3. conclus. 3. nu. 4.

An excommunicatus à diuersis Iudicibus & ob diuersas causas possit absolui vnica solum absolutione. concl. 4. nu. 5.

An excommunicatus diuersis de causis sit necesse, quod sit absolutus ab excommunicatione contracta ab omnibus, conclu. 5. num. 6.

An, qui tribus de causis recipit male fructus cuiusdam beneficij sit necesse, vt valeat dispensatio, allegare omnes has causas, ibid.

An excommunicatus possit absolui ab excommunicatione remanente irregularitate quam prius contraxit, conclusio. 6. num. 7.

An ab excommunicatione possit quis absolui extra confessionem, concl. 7. nu. 8.

An absolutio excommunicationis facta in virtute alicuius Bullæ, aut Iubilai satisfaciendo parti iuuet in foro exteriori; si detur de illo schedula à Confessario, concl. 8 nu 9.

An excommunicati existentes in partibus remotis possint absolui à Confessarijs nō potentes recurrere ad suos Iudices, concl. 9. num. 10.

An, si Magister scholæ Salmanticæ excommunicat aliquem, qui est in parte lōginqua, qui non potest recurrere intra terminum præfixum, possit eius Episcopus absoluere tunc eum, ne moriatur excommunicatus, concl. 10. nu. 11.

An vxor excommunicata, quia non vult habitare cum marito ob secretum impedimētum legitimum si in articulo mortis posita iurat, vt absoluatur, quod habitabit, & postea sana non obseruans iuramentum sit periura, conclus. 11. numero 12.

An

1 CErtum est quidem, quod prius debet Confessarius absoluere pęnitentem ab excommunicatione, & alia quacumque censura ecclesiastica, quã à peccatis, cum priuet excommunicatio receptione sacramẽtorum; propter quod oportet eum scire modum, quem debet obseruare, vt absoluat ab ea, & solemnitatem in ea seruandam. Ad explicationem cuius debet considerare, quid sit substantiale, cęremoniale, & iudiciale ipsius. Substantiale absolutionis, quo deficiente absolutio est nulla, sunt verba, quæ non sunt determinata, quia cum absolutio excommunicationis non fit sacramentalis, potest, qui absoluit ab ea, vti illis verbis, quæ magis illi videbuntur conuenire, dicens absoluo te, aut benedico te, aut restituo te vnitati ecclesiæ. Secundum, quod debet inspicere, est cæremoniale huius absolutionis, & sunt tres res: Psalmus Miserere mei, cum verberibus datis super humeros pęnitentis, versus, Saluum fac, &c. oratio, Deus, cui proprium est misereri, & statim debet dari absolutio. Tertium, quod debet inspici, est, quod in ipsa est iudiciale: quod consideratur duobus modis, scilicet iuramentum obediendi ecclesiæ, & satisfaciendi parti læsæ, quæ non est iudex, sed persona, aut communitas, cui facta fuit iniuria, & ob quam posita est excommunicatio. Est tamen difficultas, in quibus casibus sint hæ res iudiciales de essentia absolutionis. Et Respõdeo hoc esse difficile explicatu; ad cuius intelligentiam nota duas diuisiones. Prima est, aut absolutio excommunicationis fit à iudice ordinario, aut ab eius commissario nempè Confessario, quando eius authoritate, aut virtute alicuius indulti absoluit excommunicatum. Secunda est, aut canon iuris sic assignat modum absolutionis, vt irritet eam nõ obseruato tali modo, aut non irritat, licet ponat modum, qui debet seruari. Quartum, quod debet notari est, quod quicunque excommunicatus ab homine potest esse absolutus ab excommunicatione ab illo, qui imposuit eam, licet sit sæcularis, dummodo sit saltem initiatus prima tonsura, vt tenet Couarr. quod probatur, quia hæc absolutio non est peccatorum, sed cuiusdam censuræ ecclesiasticæ: qui modus absoluendi ab excommunicatione est multum in vsu in ecclesia fieri extra confessionem sacramentalem; sed nota, quod etiam est in vsu, si est sæcularis, committere absolutionem eius sacerdotibus, quod non obligat de necessitate. Hoc supposito ad videndum, qualiter se debeat gerere Confessarius cum excommunicato, & quicunque alius, qui habeat authoritatem absoluendi ab excõmunicatione, proponuntur sequentes conclusiones. Cou. in c. Alma mater, 1. p. §. 2. nu. 10.

2 Prima Concl. Quando, qui absoluit est iudex ordinarius, aut commissarius, si assignatur solemnitas quod prius debeat satisfieri parti læsæ, ita vt absolutio, quæ sic non fuerit facta, sit nulla, & irrita, nisi obseruetur dictus ordo, erit nullius valoris: quod probatur, quia superior irritat eã, vnde infertur teneri Confessarium quærere textum in omnibus excommunicationibus, & inueniet canones iuris, quos ponit, & explicat Caiet. in sua summa, in quibus ponuntur omnes excommunicationes iuris.

3 Secunda Concl. Licet ius præcipiat quod fiat satisfactio parti, prius quam absoluatur excommunicatus, hoc debet intelligi, si possit, quia si non potest, sufficit: quod det pignus, aut fideiussionem; quod si nihil horum potest facere, sufficit, quod iuret se satisfacturum per se, aut suos hæredes, sic enim tenent Armilla, & Nau. quod debet teneri, licet Guttier. nimio rigore teneat, quod Armil. ver. absol. 1 a. pag. 48. Nau. in Man. c. 27. n. 47 & 48. Gutt. in qq can. c. 5. n. 19

 pęni-

pœnitens non debet absolui, nisi prius satisfaciat, licet non possit.

4 Tertia Conclusio. Quando ius, aut bulla præcipit expresse, quod fiat satisfactio parti iniuriatæ, si detur absolutio ab excommunicatione absq; eo quod prius satisfiat parti, si fieri possit, erit iniusta non tamen irrita, quod probatur, quia nec ius, nec bulla irritat, sic enim tenet Syluest. Nauar. & Angles.

Syl. tit. absol. 3. §. 7. qu. 10. Nau. vbi supra nu. 37. Angl. d excom. fol. 53.

5 Quarta Conclusio. Licet excommunicatus à diuersis iudicibus, & ob diuersas causas, non possit absolui nisi pluribus absolutionibus, quando absoluitur ab eisdem iudicibus, à quibus erat ligatus, ad quos de iure pertinet dicta absolutio, si tamen talis absolutio fiat in virtute alicuius indulti, aut bullæ suæ sanctitatis, sufficit vnica absolutio, quia in hoc casu Confessarius habet authoritatem, & potestatem à iudice, qui est Papa, sic enim tenet Angles cũ communi.

Angl vbi supra f. 50. c. ex parte.

6 Quinta conclusio. Excommunicatus ob multas causas, est necesse, quod absoluatur ab excommunicatione cõtracta propter illas omnes, quia si absoluatur ab excommunicatione contracta vna solum de causa non facta mentione aliarum, non videtur esse absolutus à reliquis excommunicationibus, vt verificatum est in iure, & est communis opinio Glossæ cuiusdam. Hinc sequitur, quod qui tribus de causis recipit male fructus cuiusdam beneficij ecclesiastici, scilicet, quia recepit eos post contractam irregularitatem; secundo quia recepit absq; eo quod dixisset horas canonicas per spatium vnius anni: tertio quia recepit dictos fructus absens existens à dictõ beneficio, quod erat curatum per spatium vnius anni, dispensante Papa cum ipso, vt posset retinere dictos fructus reualidãs titulum beneficij, cuius collatio fuit nulla in eo, quia erat irregularis nulla facta mentione de alijs duabus causis, scilicet de officio diuino omisso, & de absentia alterius anni, non valet quidem talis dispensatio quantum ad fructus duorum annorum, & ideò non potest bona cõscientia in virtute eius retinere prædictos fructus. Quod confirmatur, quia gratia subreptitia non valet, & in hoc casu causa condonationis fuit subreptitia, quia non concederet eam sua Sanctitas tanta facilitate, si fuisset informata, quod perdidit dictos fructus tribus dictis de causis, sicut concessit, quia nesciuit duas earum, secundum quod colligitur ex argumento cuiusdam decreti canonici. Verum est tamen, quòd talis beneficiarius alia via potest assecurare conscientiam suam, scilicet, quia ille qui possidet beneficium sine aliquo titulo canonico, si à Papa illi est reualidata retentio, videtur quod succedit ei, qui prius possedit beneficium, & cum fructus, qui cadunt interim ac obtinetur beneficium, debeantur primo obtinenti, sequitur quod huiusmodi beneficiarius, cuius titulus fuit reualidatus, possit percipere fructus tanquam immediatus successor, cum realiter & vere beneficium non fuerit collatum vsque ad dictam reualidationem: vnde fuit vacans, sic enim tenet Nau. in quodam consilio.

de offic. ord. & c. cũ pro parte, d sen. exc. & vtrobiq; gl.

c. postul. de resp.

Nau li. 3. cons. titul. de præben. cons 67. f. 156.

7 Sexta Conclusio. Excommunicatus potest absolui ab excommunicatione remanẽs in irregularitate, quã prius contraxit, cum sint res diuersæ; si vero offensa ob quam incurrit irregularitatem, fuit manifesta, non potest regulariter absolui ab excommunicatione, licet præstet fideiussionem obediendi iuri, antequam satisfaciat pro illa offensa nota, aut manifesta, secundum, ꝙ à iure disponitur, & resoluit Decius, & alij. Hinc infertur, quod ille, qui existẽs excommunicatus affirmat se esse absolutũ, cum realiter non sit absolutus, celebratq; publicè Missam, non potest absolui ab excommunicatione, quã prius habebat absq; eo quod prius satisfaciat offensę, quam commisit celebrans Missam excommunicatus existens.

c. ex parte, 1. de verb. sign. c. venerab. §. porro, d sen. exc. Dec. & alij in c. qua frõte, de appel.

8 Septima Conclusio. Licet ab excommunicatione, possit quis absolui extra sacramentum pœnitentiæ, si tamẽ sit in virtute alicuius bullæ, & excommunicatio

tatio est reseruata, secundum veriorem opinionem debet absolui in foro sacramentali, nisi talis bulla tacitè, aut expressè concedit authoritatem; vt absoluantur extra sacramentum: sic enim tenet Couarr. Nauarrus, & Corduba. Dixi *in virtute bullæ, & si excommunicatio sit reseruata*, quia si non est reseruata, & Confessarius habet authoritatem absoluendi, potest illud facere in foro exteriori, & fit quotidie à Parochis; sic enim tenet Syluester; & Fratres minores de obseruantia possunt id facere, absque eo, quod obseruent ceremonialia suprapposita in foro conscientiæ solum eo modo, quo illis concessit Leo X. Quare, quando Confessarijs Ordinis minorum, & ijs qui gaudent illorum priuilegijs, fuerit commissa talis absolutio in foro exteriori, debent vti dicta cæremonia dicentes Psalmum, Miserere, &c. si commodè fieri possit, quia aliter non obligat, vt dicit Nauarrus.

9 Octaua Conclusio. Absolutio ab excommunicatione, & reliquis censuris factis in virtute alicuius bullæ, aut Iubilæi, liberat solum in foro interiori, nō vero in exteriori, vt dicit Couar. Ledesma, & Gutierez, & Pius V. in quodam Iubilæo, quod concessit, declarauit, sicut à me dictū est etiam in explicatione cruciatæ adducens verba prædicti Iubilæi, quia non concedit sua Sanctitas priuilegium, quod perturbet ordinem iudicialem, & q̄ præiudicet parti actoris; vnde sequitur, quod dicta absolutio censuratum absq; eo quod prius satisfiat parti, solum valet in foro interiori, quia si satisfit parti, etiam iuuat in foro exteriori, vt clarè tenet Med. qui dicit, quod, vt non calumnietur Iudex, excōmunicato sic absoluto, vitans eum à diuinis officijs, est necesse, quod ab huiusmodi excommunicationibus absolutus habeat schedulam sui Confessarij, qua detur fides quod sit absolutus; & satisfecerit parti; nec ab hac opinione in hoc casu discedit Nauarrus, nec ego quidem discedo, quidquid obmurmuret Gutierez; viso quòd Pius V. in sua declaratione supra allegata videtur clarè approbare; cui declarationi non respondet clarè Guttierez, vt videri potest comparando verba Pij V. ibi, *nisi satisfecerint* cum intellectu ipsius Gutierez, quem dat ipsis dictis verbis. Verum est tamen, quod non puto sufficere schedulam solum, si saltem non sint duo testes, quibus probetur hunc excommunicatum satisfecisse parti, & esse absolutum: vt probatur in iure, nec Pius V. in sua declaratione contradicit huic opinioni; & etiam quia dictus Confessarius non est sufficiens ad liberandum hunc excommunicatum absolutum, eo quod contra eum opponi potest in foro exteriori, si non sint alij testes, vt allegans Concilium Tarraconense, & Narbonense affirmat cum alijs Salzedus, in sua Praxi criminali, & sic tenet Rebuffus, habens pro comperto, quod non sufficit in hoc casu schedula Confessarij. Nauarrus docet quomodo debeat fieri hoc, vt valeat in foro exteriori dicens, quod sacerdos post auditam confessionem, & absolutionem factam ab excommunicatione debet tradere pœnitenti coram notario, & testibus schedulam clausam, in qua fateatur absoluisse pœnitentem eo modo, & ab eo quod in excommunicatione continebatur, & Notarius, in dorso schedulæ scribat, quod in tali anno, mense, & die fuit rogatus coram talibus testibus à tali Confessario, & à N. absoluto a quadam excommunicatione, vt illius faceret fidem, adhibeatque nomen, & sigillum suum publicum eo modo, quod solet fieri secundum ius in vnoquoque testamento facto in scriptis, & in hoc (dicit Nauarrus) seruatur maior ordo, quam adducere notarium, & testes coram Confessario, vt videant, & dent fidem, quod absoluitur ab eo; quia hoc est periculosum, cum aliquo modo publicetur secretum confessionis, si absoluatur audientibus alijs.

10 Nona Cōclusio. Quando nomina-

Cou. in c. Alma mat. §. 11 nu. 16. in 2. p. Nau. in Man. ca. 26. n. 31 Cor. de cas. q. 19 co. 60. i Explic. cruc. §. 19. n. 55. Syl. ver. absol 3. in prin. 3. not. habetur I suppl. concess. 147 f 54 Nau. vbi supra nu. 9. Cou. vbi sup. 1. p. §. 11. nu. 16. Led. 14. q 26. circa fin. Gutt. in qq. can. c. 3. n. 8. & 9. Explic. cruc. vbi sup. Med. li. 2. instruc. cōfess. c. 12. in fi. Nau. d. c. 27. n. 42. Gutt. in qq. can. c. 1.

c. sicut nobis de sent. excomm. Salzed. in prac. cri. 109. Rebuf. in conc. i forma mandat. apos. ver. absol f 551 Nau. li. 5. cons. titu. de sēt. exc. cons 26. & 605.

tim excommunicati fuerint in aliquo loco tam separati, vt moraliter loquendo, pro tunc non possint recurrere ad illos, ad quos pertinet secundum ius absolutio, possunt absolui à Confessarijs, si habeant authoritatem absoluendi à similibus excommunicationibus; quia in hoc casu præsumitur, quod iudices, & partes approbabunt: hæc sententia probatur ab alia notabili Nauarri, qui sequens Felynum, & Siluestrum dicit, quod quicunque excommunicatus, cuius absolutio est reseruata sedi Apostolicæ, potest absolui ab Episcopo, quando non potest, nisi nimia difficultate (moraliter loquendo) recurrere ad suã Sanctitatem, dummodo procuret satisfacere secundum suam possibilitatem, & iuret, quod ablato impedimento presentabitur coram sede Apostolica; quia si non se præsentet statim cũ diligentia debita, reincidet in excommunicationem, à quo fuit absolutus. Quare nostra conclusio debet intelligi permittente ipso, & dante cautionem, quod satisfaciet parti, vt videbitur in casu sequenti, & colligitur ex eo, quod tradit Guttier. & reincidit in excommunicationem, si moretur facere hanc satisfactionem.

Nau. d. c. 7 nu. 80 & 89

Guttier. vbi sup.

11 Decima Cõclusio. Excommunicatus à Magistro Scholę Salmanticensi ratione aliquorum debitorum, si non potest comparere intra terminũ præfixũ, quia sit longe à remedio, quod debet fieri, potest recurrere ad Episcopum, aut eius Vicarium, vt absoluat eum, ne moriatur excommunicatus, promittens, ꝙ quam primum fuerit possibile, præsentabitur, petiturus ipse, aut alius nomine suo absolutionem à dicto iudice, ad quam secundum ius pertinet, vt dicit Nauarr. & si obtineat eã statim meliori modo quo potuerit, debet mittere, aut scribere dicto iudici, qui excommunicauit eum ad quem de iure pertinet absolutio, vt mittat eam, aut ratam habeat quam ab alio habuerit; & sic absolutus potest accipere beneficium ecclesiasticum, antequam nuntius, aut litteræ accedant, & perueniant ad manus dicti iudicis; quod si non faciat prædictam diligentiam, reincidet in excommunicationem, vt comprobans cum aliquibus authoritatibus tenet Nauar. in dicto Consilio.

Nau. d. c. 27. nu. 46. & li. 5. consil. tit. de sẽ. excõ. consil 6. fol. 590.

12 Vndecima Conclusio. Vxor excommunicata, quia nõ vult cohabitare cum marito suo propter quoddam secretum impedimentum existens iam in articulo mortis, viso quod habet hoc secretum, & legitimum impedimentum, põt iurare existens in hoc transitu, quod faciet vitam cum suo marito, vt sic absoluatur concipiens intra animam suam, quod faciet vitam cum eo, si possit fieri sine peccato, vnde si postea habeat salutem non adimplens iuramentum non sit periura, sic enim tenet Nauar.

Nau. in Man. c. 12. nu. 9.

13 Duodecima Conclusio. Potest quis absolui ab excommunicatione contra eius volũtatem, si excommunicatio sit ab homine, quia cũ hæc censura sit medicinalis, si iudex timet, quod ligatus ea fiet obstinatior in ea, tenetur absoluere eum ab ea: si vero excommunicatio sit à iure, non potest talis excommunicatus absolui ab ea inuitus, quia peccans voluntariè libere voluit incurrere excommunicationem contractam ob causam talis peccati, vnde libere etiam, & ex voluntate debet accipere absolutionem, sic enim tenet Ricchardus.

Ricar. in 4 d. 18. ar. 10. q. 11

14 Decimatertia Conclusio. Excommunicatus existens absens potest absolui ab excommunicatione, quia hæc absolutio est quædam relaxatio pęnæ, & sic sicut pœna potest fulminari contra absenté, sic ipsomet absente potest relaxari, & remitti; quia licet ad eius absolutionem requiratur aliqua solemnitas, quę in absentia eius non potest fieri, non ideo desinit, quia valeat absolutio data sine ipsa pręsentia: sic enim tenet Riccar.

Ricard. vbi sup. art. 21. q. 2.

15 Decimaquarta Conclusio. Sicut sæcularis non potest absoluere in articulo mortis à peccatis, sic non est illi licitum absoluere excommunicatum existentem in eodem articulo; quia in rebus spiritualibus nihil potest

potest

test facere secularis nisi concedente illi iure: non inuenimus autem, quod ius concedat illi hanc facultatem, vt cõtra aliquos defendunt Couar. & Nauar.

Cou.ca. Al. mater, in p. 1. §. 11. nu. 9. Nau. in c. 1. ĩ pr. n. 80. de pœn. d. 6

16 Decimaquinta Conclusio. Excommunicatio, quam ponunt iudices contra debitores, quousque persoluant, nõ remittitur sine absolutione, satisfacta, & contenta parte; itaque, licet satisfiat parti, est necessaria absolutio, cum absolutio ab excommunicatione nõ possit dari cum conditione, si excommunicatus satisfecerit, vt defendit Nauar. contra Florentinum, licet tamen hæc conclusio sit communis, parti tamen contrariæ inclinat Couar. dicens, quod non est necessaria absolutio, sed sufficit quod declaret iudex non esse talem amplius excommunicatum, cum satisfecerit parti eo modo, quo iudices ecclesiastici solent facere cum excommunicatis absoluentes eos post mortem cum signis contritionis, quia solum declarant in foro exteriori, quod non moriuntur excommunicati.

Nau ĩ c. 1. nu 62. de pœn. d. 6. Cou. in c. Alma mater, 1 par. paragr. 11. n. 6. & 7

De absolutione ad cautelam. Cap. LXXXIV.

SVMMARIVM.

Quod sint tres modi absolutionis ad cautelam, nu. 1. & quomodo debeat Confessarius absoluere, num. 2.

An sacerdos simplex possit absoluere ab excommunicatione ad reincidentiam satisfacta parte concedente aliquo priuilegio; quod quicumque sacerdos possit absoluere ab excommunicatione, concl. 2. num. 3.

An possit absolui ad reincidentiam qui est excommunicatus pro debitis consentiente parte, concl. 3 num. 4.

An satisfacta parte sit necessario absoluendus ille, qui fuit excommunicatus, si nõ satisfaceret intra certum terminum, ibidem; & an prorogante parte terminum solutionis, quem posuit Iudex, reincidat excommunicatus in excõmunicationẽ non soluens intra terminum, ib.

An remaneat absolutus ab excommunicatione excommunicatus, qui obtinuit absolutionem dans fideiussionem obediendi, si non obediat intra terminum, conclus. 4. num. 5.

Quomodo debeat se habere Confessarius dans absolutionem ad cautelam in dubio, si sit excommunicatio necne, concl. 5. num. 6 & concl. 6. num. 7.

An Confessarius, qui habet authoritatem absoluendi ab hac excommunicatione debeat absoluere coram notario, & testibus, conclus. 7. num. 8.

AD explicationem huius puncti est notandum, quod absolutio ad cautelam est triplex. Vna vocatur dimidiata, quæ datur vsq; ad certum quoddam tempus, & vsq; eo quod excommunicatus faciat quandã rem, quę illi imponitur: Alia vocatur integra, & est quæ datur in dubio, si habuerit excommunicationem: Tertia est, quando scitur, quod excommunicatio imposita fuit, dubitatur aũt an valeat, hoc supposito. 1

2 Sit prima Concl. Confessarius nõ potest dare primam absolutionem ad cautelam vsque ad quoddam certum tempus loquendo regulariter, quia in virtute bullarum, & confessionariorum non potest regulariter loquendo absoluere ad reincidentiam, nisi detur illi licentia ad id faciendũ. Verum est tamen, quod licet non det licentiam aliquod iubilæũ ad illud, est opinio tamen doctorum hominum, quod poterit absoluere ab excommunicatione ad reincidentiam in tempore iubilæi, vt possit illud obtinere, & hoc in foro conscientiæ, si excommunicatus præstet fideiussionem, aut pignus, q̃ quam primum possit, satisfaciet parti, & non reincidet in huiusmodi excommunicationem, licet nõ satisfecerit parti, vsque eo quod vere sit negligens in soluendo. Dixi in foro conscientiæ, quia loquendo de hoc foro est minus dubium: maius est enim dubiũ, an possit illud facere in foro exteriori, & probabilis multum opinio est, quod

sic ad effectum consequendi aliquod iubilæum, & non sufficit, quod sit negligens in satisfaciẽdo parti, nisi vsque ad confessionem, & communionem, & cæteras diligentias, quas debet facere ad consequendum dictum iubilæum; quibus rite peractis statim reincidit in excommunicationem in foro exteriori, non vero in interiori, nisi sit negligens in soluendo; quia si non esset sic, sequeretur, quod multi existentes excommunicati remanerent priuati tanto beneficio, licet facerent interius, aut exterius totum id, quod illis est possibile; sicut, si essent excommunicati nominatim, non possent in diuinis communicare cum alijs Christianis, quia Parochus posset eis prohibere ingressum ecclesiæ, & sic non possent consequi iubilæum, quod postulat, quod tales circumeant per ecclesias, vt orent, & accipiant sacramentum Eucharistiæ: ideo in virtute iubilęi ad effectum illius consequendi concedente Pontifice principalius, quod est absolutio ad reincidentiam, vt explicaui in foro conscientię, conceditur etiã illis, quod necessarium est illis ad hũc finem nẽpe absolutio excommunicationis in foro exteriori, sic n. dicit Cord.

Cord. de casibus qu. 21.

3 Secunda Concl. Sacerdos simplex nõ potest absoluere ab excommunicatione ad reincidentiam satisfacta parte, licet bulla concedat quod quicunque sacerdos possit absoluere ab excommunicatione satisfacta parte, sic enim tenet Nau. Cord. & Gutier. ꝙ probatur, quia licet excommunicatio data ad instantiam partis possit tolli ipsa consentiente, antequam incurratur in eam; tamen postquam incurritur in illam non potest suspendi, nec differri, nec absolui ad reincidentiam sine consensu Iudicis, qui posuit ipsam, quia absoluere ad reincidentiam pertinet ad iurisdictionẽ, & non potest pactum, aut concordia eorum qui non sunt Iudices dare eam, vt dicitur in ipso iure: & ideo pars, quæ est persona priuata, non potest dare sacerdoti simplici iurisdictionem, vt absoluat excommunicatum ad reincidẽtiam, cum ipsam solum habeat in virtute bullæ ad absoluendum ab ea excommunicatione.

Nau. ca. 27. n. 15 Cord. de casibus. confe. q. 18. Gutier alleg. 9.

l. priuato, c. de iurisd. om. iud.

4 Tertia Conclusio. Si pars, ad cuius instantiam aliquis fuit excommunicatus à suo iudice competenti, consenserit, quod sit absolutus vsque ad certum tempus ad reincidentiam, & sacerdos, qui ad hoc non habet iurisdictionem (quia est simplex) absoluerit eum in virtute alicuius bullæ supradictæ, & virtute huius consensus partis, absolutè loquendo nõ remanet absolutus: hęc conclusio est contra Gutierez, qui dicit, quod Nauarrus præsupponit eam tamquam veram; probatur autem contra illos, quia bulla dicit, quod fiat absolutio satisfacta parte, aut de eius consensu, pars autem non dedit consensum ad illud faciendi absolutè Confessario, & ideò non potuit dare eam dictus sacerdos; solum enim dedit pars licentiã, vt absolueretur ad reincidentiam, quæ nõ potest dari à dicto simplici sacerdote: Ex dictis colligitur, quod, vt sit aliquis absolutus ab excommunicatione ad reincidentiam, non solum est necessarius consensus partis, sed etiam iudicis, qui excommunicauit, aut qui habet ab eo authoritatem ad illud: verũ est tamen, quod si aliquis Ordinarius excommunicauit aliquem ob aliquod debitum, si non satisfaciat parti intra certum tempus, si talis ante dictum tempus satisfacit, aut obtinet à iudice, vel parte maiorem terminum ad soluendum, non indiget aliqua alia absolutione talis excommunicationis, cum non ceciderit, nec reciderit in eam, quousque transiset terminus, vt cum communi tenet Corduba. Aduertatur autem, quod trãsacto termino prorogato à parte sine consensu tacito, aut expresso iudicis, nõ incurrit debitor in excommunicationem, vt dicit Nauar. sed si dicta prorogatio fuit facta cum expresso, aut tacito consensu iudicis, transacto tempore prorogationis incurrit in excommunicationem, vt notat Decius, quem sequitur Couar. citans multos.

Gutier. vbi sup. Nau. d. c. 27. nu. 15.

Cord. de casibus q. 1. Nau. i c. 27. n. 15 in Man. Dec i c. pęn. de appel in 2. nu. 6. Cou in c. quamnis pacũ, 1. p. §. 1. nu. 60.

Quar-

5 Quarta Conclusio. Parochus excommunicatus, qui obtinuit absolutionem præstans fideiussionem obediẽdi iudici, & postea non obediuit, ac ideo reincidit in ipsam, si antequam obediat intra terminum illi datum fecit actus absoluti, licet postea satisfaciat præstans fideiussionem comparendi, & obediendi; non remanet absolutus, quia dispositio conditionalis non est efficax, quousque adimpleatur conditio, vt dicitur in ipso iure; fideiussio autem non fuit data intra terminum præfixum. Quod si quando obtinuit absolutionem, habuit intentionem nũquam obediendi mandatis iudicis, & publice se prætulit vt absolutus administrans sacramenta, & assistens diuinis officijs dans authoritatem eis tamquam publica persona, & quæ regit ecclesiam principalem, remansit irregularis, vt colligitur ex quadam Glossa in quantum probat, quod Episcopus excommunicatus faciens celebrare coram se præcipiens id cum authoritate vt Episcopus, remaneat irregularis, quam Glossam dicit Nauar. esse communiter approbatam.

§. omnes, & c. ex cõdit. inst. de verb. oblig.

Glos. in Cle. archid de priuil. verb. celebr. Nau. li. 5. cons. 17.

6 Quinta Conclusio. Loquendo de secunda absolutione ad cautelam, quã do datur in dubio, si fuerit excommunicatio, certum est, quod possunt eam facere Confessores, & ideo faciunt sic communiter dicentes, Si teneris aliquo vinculo excommunicationis, quod potest facere protestantibus pœnitentibus, quod si venerit in eorum notitiam, ac sint certi, quod incurrerint in eam, satis facient parti læsæ.

7 Sexta Conclusio. Loquendo de tertia absolutione scilicet, quando creditur, quod sit quidem imposita excommunicatio, dubitatur autem, an sit valida, non possunt Confessarij absoluere ab ea ad cautelam absque eo, quod prius satisfiat parti, confitente pœnitente, quod vere fecerit illam iniuriam, ob quam est excommunicatus, cum offensa sit manifesta, sic enim definitur in iure; si vero dicit non fuisse talem offensam, potest absolui: quod si confiteatur dubitare, an fecerit nec ne, non potest absolui ad cautelam: quia ille, cui simpliciter conceditur facultas ad absoluẽdum ab aliqua censura, vt communiter conceditur in bullis; & confessionariis illis, qui sunt approbati ab Ordinario, non videtur commitius illis ad cautelam, vt dicit Nauarrus.

Solat. d. sent. excom.

Nau. in Man. c. 27. num 178.

8 Septima Conclusio. Confessarius, cui conceditur authoritas absoluendi ab excommunicatione ad cautelam in foro exteriori, & interiori, debet absoluere coram notario, & testibus aut saltem coram testibus, vt excommunicatus possit probare quod est absolutus a tali excommunicatione: quæ quidem absolutio non præsumitur, nisi probetur, vt ordinatur in iure, estque commune cuiusdam glos. apud ius ipsum.

ca. sicut nobis, d. sent. excom. gl. in c. postulasti. de cler. excom.

De potentibus absoluere ab excommunicationibus nulli reseruatis. Cap. LXXXV.

SVMMARIVM.

An Episcopus, & eius Vicarius generalis possit absoluere ab excommunicatione maiori nulli reseruata. & an Parochi habeant eamdem authoritatem. conclus. 1. num. 1. concl. 2. nu. 2.

An Confessores ordinis mendicantium possint absoluere per virtutem suorum priuilegiorum ab excommunicationibus reseruatis. conclus. 3. num. 3.

An mendicantes religiosi gaudeant priuilegijs societatis Iesu. ibid.

Hic offerebatur quædam necessaria satis, & intricata materia ad resoluendum, eius tamen resolutio constat ex his, quæ dicta sunt in materia Confessionis, cum agitur quomodo debeat se habere Confessarius, quando occurrunt casus reseruati: ideo videatur ille locus: & vt Confessarij remaneant magis instructi

in

in hoc particulari, erat necesse ponere hic omnes casus reseruatos ratione censuræ ecclesiasticæ tam Pontifici, quã Ordinariis, quos tamen non posui extẽse pro euitanda prolixitate; & quia cũ in hoc tractatu resoluam ferè omnes materias morales, in ipsis facio mentionem excommunicationum reseruatarum, quæ in singulis earum occurrunt, nunc vt habeant aliquam leuem cognitionem, ponam aliquot conclusiones.

1 Prima Conclusio. Episcopus, & eius Vicarius generalis possunt absoluere ab excommunicatione maiori nulli reseruata, quia ex eo, quod legislator nõ reseruauit sibi absolutionem talis excõmunicationis, concessit licentiam, vt quicunque habuisset iurisdictionem actualem, posset absoluere ab ea, vt dicũt Nauarr. & Couarr. quod ampliatur, vt procedat etiam in excommunicatione data a constitutione alterius inferioris, licet sit confirmata a summo Pontifice, & in excommunicatione generali, quam dat Iudex non reseruans sibi absolutionem, & in suspensione data causa contumaciæ, non vero in pœnam delicti absolute siue aliquo termino, nec reseruatione, aut de iure communi, aut particulari confirmata, aut non confirmata à Papa, quia potest absoluere ab ea Episcopus, aut eius Vicarius, vt cum communi tenet Nauarrus.

Na. vbi sup. nu. 39. Cou. in c. Alma mater 1 p. §. 12. n. 4.

Nau. ca. 27. nu. 162.

2 Secunda Conclusio. Sacerdos proprius, qui habet curam animarum, potest absoluere oues suas ab excommunicatione maiori de iure Pontificio, aut Episcopali, si eius absolutio non sit reseruata, sic. n. tenent Theologi, vt affirmat Couarruuias, Nau. Sotus, & Gutierez, quod debet teneri, licet Angles teneat contrarium.

Co. vbi sup. § 12 num. 5. Nau. vbi supr. nu. 39. Sott. in 4. d. 22. q. 2. ar. 3 p. 951. G. t in qq. ca c. 5. Angl.

3 Tertiã Concl. Religiosi confessores ordinum mendicantium approbati ab Ordinario possunt absoluere in foro interiori ab excommunicationibus reseruatis Episcopis de iure, & possunt absoluere a reseruatis ab homine, qui eas imposuit, dummodo non sint nominatum excommunicati; quia in hoc casu tenentur remittere talem absolutionem pænitentium Ordinariis, vt latius posui, & probaui in explicatione cruciatæ: possunt etiam absoluere ab omnibus excommunicationibus reseruatis summo Pontifici, exceptis contentis in processu Bullæ in Cæna Dñi per quandam cõcessionem Pauli Tertij factam Patribus societatis Iesu, in qua concessit illis hanc facultatem, quod intelligitur, si communicent & gaudeant illius priuilegijs. In explicatione Bullæ Cruciatæ tractans de illa concessione Pauli Tertij dixi, quòd Confessarij nostræ sacræ religionis gaudent illa, quia gaudemus omnib. priuilegiis huius sanctæ societatis, quod probaui per quandam Bullam Clementis VII. datam Romæ, 30 Maij anno 1525. in qua nobis cõcedit, quod possimus gaudere omnibus priuilegiis concessis, & concedendis reliquis religionibus mendicantibus, & non mendicantibus. Cõtra hoc tamen scripserunt mihi ab aliquibus locis fratres docti nostræ religionis sacræ, quod scilicet non gaudemus per hanc Bullam concessione, & priuilegijs societatis Iesu, quia in ea concedit nobis gratias concessas & concedẽdas reliquis religionibus, quod intelligitur de illis, qui in tempore suę datæ erant fundatæ & approbatæ a sede Apostolica in anno vero 1525. 30. Maij. non erat adhuc fundata a Sede Apostolica hæc sancta religio, vt omnibus constat. Cui argumento respond. quod habet quidem magnum vim, & esset indissolubile, si post Clementem VII. non habuissemus confirmationem nostrorum priuilegiorum, & per consequens huius dicti: ob quod Pius Quintus in confirmatione, quam fecit priuilegiorum ordinum mendicantium anno 1567, in secundo anno sui pontificatus non fuit contentus confirmare priuilegia concessa dictis ordinibus a suis antecessoribus, sed etiam dicit quod confirmat, & innouat, ac de nouo concedit, ac si de verbo ad verbum ibi ea referret, & idem dicit

de exe. ar. 2. d. 2.

Habetur in explic. Cru. §. 9 nu. 138. & 139.

Bulla quæ incipit, et si mendicantium ordines.

Gre-

Gregorius XIII.& Sixtus V. confirmãs nostra priuilegia anno 1586. dicit eadé verba. Itaque secundum hoc debemus existimare, quod Bulla Clementis VII. de verbo ad verbum posita fuit ab alijs summis Pontificibus in Bullis, quas cõcesserunt confirmantes eam, & concedentes nouiter, vt realiter & vere de nouo concesserunt,& per consequens fuit concessa iam, postquam religio, seu societas Patrum societatis Iesu erat fundata, & approbata à sede Apostolica; & ideo remanet manifeste probatum, quod in virtute dictæ Bullæ possumus communicare priuilegijs concessis etiã societati, & sanctæ religioni societatis Iesu.

De excommunicatione minori, & de eo, qui potest absoluere ab ea. Cap. LXXXVI.

SVMMARIVM.

Quid sit excommunicatio minor, nu. 1.
Et an incurratur in excommunicationem maiorem, aut in aliquam irregularitatem communicando cum suspenso ab officio,& ab oratione, ibid.
An sacerdos simplex possit absoluere ab excommunicatione minori, conclus. 2. num. 2.

1 EX dictis in cap. præcedentibus, colligitur manifeste, quid sit excommunicatio minor, & qualiter priuet à receptione sacramentorum, itaq; si reciperet ea existens ligatus hoc vinculo peccaret mortaliter. Vnde quod hic remanet dicendum, est, quis potest absoluere ab ea. Pro quo ponitur vna conclusio, & nota quod non incurritur excommunicatio minor ex eo, quod quis communicet cum suspenso ab officio, nec incurritur in aliquam irregularitatem, sic enim resoluit Nauarrus. [c.64.i fi. 1. cõcl. 10.] [Nau. li. 5.cõs ti. de pęnis cõs.4. f. 569.]

2 Secunda Conclusio. Nullus sacerdos simplex, qui non habet licentiam ab Ordinario ad audiendas confessiones, potest absoluere ab excommunicatione minori. Hæc conclusio est Caiet. quem sequitur Sotus, Angles, & Guttierez, contra Nauarrum: quod probatur, quia excommunicatio minor est vera censura ecclesiastica, & est actus iurisdictionis, & ideo nemo potest absoluere ab ea, si non habeat iurisdictionem actualem; nec obstat quod sacerdos simplex cum iurisdictione sola habituali potest absoluere a peccatis venialibus, quia huic respond. quod est multa differentia inter peccata venialia, & excommunicationem minorem: quia peccata venialia, licet sint materia confessionis, sunt tamen materia voluntaria, idest quod pœnitens potest relinquere ea; vnde si velit ea confiteri, licentiam habet id faciendi cum quo sibi melius videatur; & licet ad eorum absolutionem requiratur potestas ordinis & iurisdictionis, sufficit quod sacerdos habeat potestatem ordinis, cui est annexa iurisdictio habitualis, cui additur potestas iurisdictionis statim ac subijcitur illi legitime pœnitens, non tamen habet pœnitens licentiam omittendi in confessione, & absoluendi à quocunq; ab excommunicatione, vnde non datur ei facultas vt subijciatur sacerdoti, nisi illi, qui habet actualem iurisdictionem: sic explicat hoc punctum Guttierez. [Ca. ver. absol. ab exc. vlt. p. 20. 21 & ver. exc. minor. pa. 344. sot. in 4. d. 22. q. 2. ar. 3. fo. 690. c 1. Angl. de excõ. in suis flo. Gut. in can. qq. c. 6. Na. in Man. c. 27. n. 39.] [Gut. vbi sup.]

De Decimis, quo ad obligationem soluendi, & pęnam impositam non soluentibus. Cap. LXXXVII.

SVMMARIVM.

Quot sint species decimarum, & quomodo debeantur secundum consuetudinem loci, num. 1.
An sit obligatio soluẽdi decimas prędiales, & mixtas, concl. 1. nu. 2.
Cui debeãt soluere decimas, qui præcipiũt gregem suum pascere in prædijs alienis, concl. 2. nu. 3.
An possint domini frumenti collecti in area

area extrahere ab ipso expensas, & labores factos ante seminationem, antequam soluant decimas, conclus. 3. numero 4.

An clerici teneantur soluere decimas, conclus. 4. nu. 5.

An prædia vnius ecclesiæ teneantur soluere decimas alteri ecclesiæ in cuius territorio existunt, conclusio quinta, numero sexto.

An moniales teneantur soluere decimas, & idem est dicendum de monachis, ibidem.

An, qui habitant in aliqua villa, & fiunt vicini, & coloni alicuius ciuitatis debeant soluere decimas in ciuitate, concl. 6. nu. 7.

An, qui non soluunt decimas, possint absolui conclus. 7. nu. 8.

Quod religiosi audientes confessiones teneantur exhortari, vt soluantur decimæ, ibidem.

1 AD intelligentiam huius materiæ debet notari, quod sunt tres differentiæ decimarum, scilicet decima prædialis, decima personalis, & mixta. Prædialis est quæ debetur ex fructibus prædiorum, sicut est vinum, triticum, & oleum. Decima personalis est quæ debetur pro lucro acquisito ex labore, & industria personarũ, vt est lucrum negotiationum operariorum, & huiusmodi aliorum; vt pi cari, venari, &c. Mixta est quę debetur pro grege, vt sunt oues, arietes, gallinæ, & similia animalia domestica, quæ aluntur etiam pascuis terræ. Decimæ prædiales, & mixtæ sunt in vsu, vt soluantur, & ideo secundum cõsuetudinem locorum tenentur Christiani soluere has decimas. Quantũ vero ad decimas personales, certum est quod ex lucro illicito personali non debentur, & etiam est certum, quod fere per totam Christianitatem de consuetudine præscripta est introductum, quòd non soluantur, etiam nec de licita, nisi de stipendijs famulorum, & famularum, vt est de more in aliquibus locis Hispaniæ, vt notat Nauar. ob quod debent Confessarij scire, & callere locorũ consuetudinem, in quibus audiunt confessiones, quomodo, & qualiter, ac quã do persoluantur huiusmodi decimæ, & de quibus rebus soluantur decimæ, quia secundum consuetudinem legitimè præscriptam debent regi, vt obligẽt pœnitẽtes ad solutiones: quia licet decimæ debeantur de iure diuino, vt dicunt D. Tho. Sotus, & Castrus cum communi, quantitas tamen quæ debet solui, pertinet ad ius positiuum. Et vt melius intelligatur hæc materia, ponuntur aliquot conclusiones.

Nau. in Man. c. 21. n. 31.

D. Th. 2. 2. q. 87. a. 1. Sot. lib. 9. de iust. q. 4. a. 1. Castrus ad uersus her. ver. Dec. qu. 10.

2 Prima Conclusio. Tenentur homines soluere decimas prædiales, & mixtas, cum sit præceptum, quo ad illud obligamur sub pœna peccati mortalis, licet clerici, quibus debent solui, sint diuites, vt possint sufficienter sustentari, vt dicit D. Thom. quia debitor non liberatur debito ex eo, quod creditor sit diues. Notaque, quod non potest Parochus sua propria authoritate negare sacramenta ijs, qui nolunt illi soluere debitas decimas, quia hoc est supplicijũ non concessum authoritati priuatę secundum quod notatur in iure; & etiã, quia nemo potest esse iudex in causa propria, vt notat Nauarr. in quodam consilio, quod dedit circa hanc rem.

D. Tho. quod li. 6. ar. 10.

c. in lit. cum ibi notatis. de rest. spol l q iuris. ff. de iuris. om iud. Na li. 3. cons. de decim. cõsil. 1.

3 Secunda Conclusio. Qui præcipiũt, vt greges sui pascantur extra terminos locorum, vbi habitant, debent soluere decimas eius secundum regulam consuetudinis, vt resoluit Couar. Cõsuetudo autem est, vt nulla decima debeatur ecclesijs de pratis, per quæ transeũt oues pascentes, quando deferuntur, aut ducuntur ad pascua, sic enim est in vsu in Hispania: contrarium enim esset confusionis causa, cum transeant per multa similia prata, & parum sit, quod in itinere possunt depascere, cuius paruæ res non debet quidquam computari. Et secundum eandem consuetudinem tenetur dominus gregis ouium soluere medietatem decimarum earum ecclesiæ, in cuius prædijs pascuntur, & altera medietas debet diuidi in duas partes, vna

Cou. li. 1. var. c. 17. nu. 8

vna debet dari in vere siue æstate ecclesiæ parochiali, vbi habet suum domicilium, reliqua vero dabitur ecclesiæ, in cuius pratis pascuntur dictæ oues in hyeme, vt probat Nauar. in quodam consilio ab eo dato super hac re; quod probatur, quia decima animalium est mixta, scilicet prædialis, & personalis, vt tenet Hostiensis, & Angelus, quia industria domini, & pastorum valet multum ad educationem dicti gregis, & ad lanam, lactisq; ac casei effectum, ob quod dicta animalia dicuntur fructus industriales. Vnde sequitur, quod sicut huiusmodi decima est mixta, sic debet diuidi inter ecclesiam, in qua habitat dominus, & inter ecclesiam, aut ecclesias, cuius, aut quarum sunt prata, vbi tales oues pascuntur. Ego autem dico, quod in hoc debet stari consuetudini prouinciarum.

Nau. li. 3. cõs. de decimis cõsid. 2. in fi. Hostien. in sum. de decimis §. quot sunt species. Ange. i sũ. ver. decimi in prin.

4 Tertia Conclusio. Non possunt domini arearum extrahere (ante decimas solutas) quod eorum iudicio sit expensum in labore, & seminatione, sic enim tenet Sotus addens, quod non valebit consuetudo in contrarium. Aragon. tamen quantum ad hoc tenet contrariũ, & merito, quia si consuetudo est sufficiens ad obligandum aliquem ad soluendum vigesimam partem, ergo ad liberandum alterum à soluendo decimã: quare nõ erit sufficiens, vt colonus possit extrahere semen, & expensas, antequam soluantur decimę.

Sot. li. 9. de iusti. q. 4. art. 2. in fin. Arag. 2. 2. q. 85. ar. 2.

5 Quarta Conclusio. Clerici in quantum clerici non tenentur soluere decimas suorum redituum ecclesiasticorum, tenebuntur tamen ad illud de redditibus, quos habent, in quantum sęculares habuerint per hæreditatem, aut emptionem, &c. vt dicit D. Tho. quod est in tantum verum, vt dicat D. Tho. & eius commentator Caiet. quod tenẽtur soluere ecclesiæ parochiali, in qua residens.

D. Th. 2. 2. q. 87. ar. 4. D. Th. vbi sup. i solu. ad 1. & ibi Caiet.

6 Quinta Concl. Prædia vnius ecclesiæ non tenentur soluere decimas ecclesiæ, in cuius terris sunt; quia cum sint iam bona vnius ecclesiæ, habent hoc priuilegium, vt dicit D. Thom. quod secundum Caiet. debet intelligi, nisi de illo veniat magnum præiudicium ecclesiæ, quod probat cum quodam textu iuris Canonici; & ideo si existat ecclesia multum egena, debent Confessarij admonere eos qui legant prædia, quæ sunt in terminis huius ecclesiæ alijs ecclesijs, aut monasterijs, quæ habent priuilegia non soluendi, vt legent dicta prædia cũ conditione, vt soluant dictas decimas ecclesiæ parochiali, quia in hoc casu poterunt clerici habere decimas ab alijs clericis. Notaque, quod moniales Sanctæ Claræ, & Annuntiationis, & Conceptionis, & tertij ordinis D. Francisci non tenentur soluere decimas de suis prædijs, campis, & animalibus, si non sint sufficientes eorum redditus ad earum sustentationem, vt concessit Clemens VII. confirmans litteras Sixti IV. & Leonis X. super hoc datas, quod est magnum indultum, cum paucæ sint domus, quarum redditus sufficiant ad earum sustentationem. Notaque, quod Fratres D. Dominici, & D. Francisci nõ tenentur soluere decimas, vt concessum est per Clementem V. Eugenium IV. & Sixtum IV.

D. Tho. vbi sup. ad 1. & ibi Cai.

c. sugge stũ extra de decim.

Habetur i cõmp. tit. decimæ §. 16.

Habetur in cõp. vbi sup. §. 5. 6. 7. 8 & 9.

7 Sexta Concl. Qui habitant in aliquo vico, & fiunt vicini, & quasi habitantes alicuius ciuitatis, quæ sit caput eius, iurantes seruare leges Coloniæ tanquam eius ciues, scilicet quod in ea habituri sint domicilium, vt veri ciues, & habitantes, aut saltem in festis principaliorib. paschatis, & aliorum, non adimplẽtes hoc iuramentũ sunt periuri, & tenẽtur soluere decimas, quæ ob dictam vicinitatẽ abstulerunt à parochia, cui debebant soluere, quæ erat scilicet parochia dicti suburbij, quæ dicta parochia poterit per iuẽ quærere dictas decimas illi debitas; & non possunt absolui, si nõ habeant veram intentionem restituendi, qd debent ei, ac de cętero poterit astringere eos, vt habitent sicuti veri vicini, & ciues euntes in dictam ciuitatem dictis temporibus, non tamquam extranei, sed tamquam veri domini locantes

cantes domum propriam ad illum effe-
Cord.in ctum, vt dicit Corduba.
cas. qu.
162.

8 Septima Conclusio. Qui non soluunt decimas, possunt absolui, licet non fecerint restitutionem eorum, sic enim tenet Nau. quod debet intelligi, nisi fuerint admoniti bis, aut ter, & tamquam inobedientes fuerint excommunicati, quia in hoc casu non debent absolui, donec soluant; & hoc est quod voluit præcipere, & præcepit Concilium Trident. dicens, quod qui non soluunt, aut impediunt, ne soluantur decimæ, non sint absoluti donec soluant; quod probatur, quia dicit, quod sint excommunicati, & quod non possint absolui nisi soluant, & ratio dicti decreti est, quia qui admonitus toties non soluit, præsumitur quod non soluet, licet promittat se soluturum. Hoc tamen debet intelligi, si possit soluere, quia si non potest, manifestum est, quod potest absolui. Vnde infertur; quod si alicui præcipiatur à suo Confessario, vt soluat decimã, & non soluat, poterit semel, aut bis absolui, nisi fuerit excommunicatus, sic enim explicat Petrus de Nauarra Concilium dicens hanc esse mentem patrum dicti concilij. Notent tamen Cõfessarij regulares, quod tenentur exhortari, & admonere eos, quorum confessiones audiunt, cuiuscumque conditionis existant, vt soluant decimas, aut quãcumque aliam retributionem debitã, vt sunt primitiæ, sicut est de more in locis, vbi habitant, soluere ecclesijs parochialibus, & negare absolutionem contrafacientibus; & si rogati fuerint, debent illud prędicare, & persuadere, quia sic ordinauit Leo X. in Concilio Lateranensi commendans hoc illis multum.

Nau. c. 17. nu 5. in Man. — Concil. Tri. sess. 25. c. 12. — Sic Na. in Man. c. 21 1. n. 32. — Nau. li. 4. de restit. c. 4. nu. 8. — Habetur in cõp. priuile. tit. 10. §. 14.

De doctrina christiana. Cap. LXXXVIII.

SVMMARIVM.

An peccent mortaliter iuuenes, qui non mandãt memoriæ doctrinam Christianam, conclus. 1. numero 1.

An sit necesse, vt sciant mandata Dei, & articulos fidei per ordinem suum solitũ, ibidem.

An sit necesse, vt habeatur fides explicita, ibid.

An clerici teneantur scire articulos fidei explicite, concl. 2. nu. 2.

An prælati possint compellere oues suas, vt sciant doctrinam Christianam, concl. 3. num. 3.

An mysteriorum fidei possit esse ignorantia inuincibilis concl. 4 nu. 4.

An possint Confessarij absoluere nescientes doctrinam Christianam, nu. 5.

1 PRima Conclusio. Peccatum est mortale iuuenes 14. annorum, & puellas 12. annorum non mandare memoriæ articulos fidei, aut saltem substãtiale illorum, licet non dicant eos ordine, quo positi sunt communiter in scriptis puerorum, quia nil amplius petitur ab eis, qui accesserunt ad ætatem, & sũt senes, vt dicit cum communi Ludouic. Lopez. Hinc colligitur, quod communiter Christiani taliter tenentur scire articulos fidei, vt si interrogentur eos, possint dicere affirmatiue esse, sicut interrogantur: vt tenent Siluester, & Arag. & Theologi contra Altisiodorensem, qui dicebat non teneri vulgus habere fidem explicitam articulorum fidei, sed sufficere implicitam, dummodo credãt explicite ecclesiam Catholicam, & in hoc articulo implicite omnes articulos, quos ipsa nobis proponit; vnde admonet Nauarrus Prædicatores, vt explicẽt hos articulos in suggestu fidelibus, vt ẽt commendat Concil. Trid.

Lop. in instr. cõsc. 1. p. c. 41. col. 310. — Silu. verbo, fides §. 6. Aragon. 2. 2 q. 2. ar. 6 — Nau. in Man. c. 11. n. 18. §. 6. sess. 24. de refor. c. 4.

2 Secunda Conclusio. Parochi, & reliqui clerici, qui administrant res ecclesiasticas tenentur credere, & scire explicite articulos fidei, ita vt possint docere eos alios homines distinguentes rationes eorum, sic enim dicit D Tho. quod confirmatur, quia Confessarius, vt est Parochus, debet scire docere reliquos, vt tractat Sotus, & multo rationabilius Episcopus, vt dicit Aragon. & ideo peccant

D. Th. in addi. ad 3. p. qu. 63. ar. 1. Sot. in 4 d. 25. q. 1. ar. 4. Arag. vbi sup.

cant hi omnes grauiter ignorantes res necessarias, ad hoc vt defendant fidem & instituãt reliquos bonos mores. Vnde ordinat Concilium Tridentinum, vt saltem diebus Dominicis, & festiuis teneantur docere doctrinam in ecclesijs, in quibus seruiunt, & quod Episcopi possint hoc illis præcipere sub pęna excommunicationis.

Concil. Triden. sess. 24. ca. 4. de reform.

3 Tertia Conclusio. Prælati possunt compellere suos subditos, vt sciant doctrinam Christianam, & & articulos fidei referentes eos simpliciter coram quocumque alio, cum sit necesse, quod sciant huiusmodi res, vt sint christiani; possuntque per graues censuras, & pœnas compellere Parochos, & eorum Vicarios, vt interrogẽt omnes doctrinam christianam, facientes, vt dicant eam clare, & explicite, vt affirmat Didacus Perez dicẽs, quod sic fuit lata sententia Salmanticæ a iudice Metropolitano: & hoc merito, quia sicut dicit Christus, redemptor noster, & tractat laté Turrecremata hæretici debent compelli, vt redeant ad fidẽ, multo ergo rationabilius possunt compelli, qui sunt firmi in fide, vt sciant eam, ne ignorantes errent in ea.

Perez. l. 1. ord. tit. li. 1.

Matth. 15.

Turrecremata in c. scismat. col. 1. n. 123. q. 7

4 Quarta Conclusio. Mysteriorum fidei potest esse ignorantia inuincibilis, si non sit qui doceat, prædicetque, vt tenet S. Thomas, quem sequitur Medina contra Adrianum, & alios multos. Verum est tamen, quod nullus christianus potest excusari a peccato ignorãtiæ mysteriorum fidei, quæ ecclesia communiter prædicat, & solemnizat, si sit in parte, vbi prædicantur, & solemnizantur, quia si non sit in tali loco, habebit ignorantiam inuincibilem eorum, quod potest accidere in infante recens baptizato asportato captiuo ab infidelibus, inter quos non docetur fides christiana, & addit Medina, qđ multi rustici christiani, qui nunquam fuerunt instructi in mysterijs fidei, excusantur ob ignorãtiam, licet habeant aliquem errorem circa illa, & etiam sunt excusati a peccato negligentiæ, quam habuerunt & habent, in sciendo ea, quia non habẽt magistros, a quibus doceantur; illi tamen quorum curæ incumbit eos docere, soluent integre ignauię pœnam parvuli petierint panem, & non fuerit qui frangeret eis, vt plangit Hierem.

D Tho. 1. 2. q. 10 art. 1. Med. 1. 2 q. 76. ar. 2.

Hier. Threno 4.

Admonitio pro Confessarys.

Circa hoc debent notare Confessarij, quod non audiant, nec absoluant illum, qui ignorat doctrinam christianã quod commendat Medina, vt fiat magna fortitudine: Ludouicus tamen Lopez, moderans hunc rigorẽ dicit, quod non habet locum in seruis, quia cum hi non sint liberi, non habent culpam, licet nesciant; & in confirmationem suæ opinionis adducit aliquas rationes non aduertens, quod eorum domini sunt in culpa in quantum non docent eos, qui videntes, quod absoluunt huiusmodi ignorantes seruos, non curant de illorũ doctrina. Vnde sequerer ego opinionẽ huius Patris in casu, quod seruus fuisset tam rudis ingenij, vt nõ posset eam doceri, licet eorum domini adhibeant diligentiam possibilem in eis edocendis.

Lopez in instr. consil. 1. p. c. 27.

De obligatione debiti soluendi inter coniuges videatur materia matrimonij in capit. 241. De diuortio videatur materia Matrimonij. in cap. 230.

De Donatione filiorum, & seruorum in potestate patrum, & Dominorum existentium. Cap. LXXXIX.

SVMMARIVM.

Quid sit donatio, & quot sint eius species. nu. 1. & 2.

An filij, qui sunt in potestate patrum, aut curatorum, possint dare aliquid sine eorum licentia ex eo quod acquirunt negotiantes concl. 1. nu. 3.

An post factam donationem a filio ratificans pater possit aliquam addere conditio-

ditionem.consil. 2. numero 4

An possit filius existens in potestate patris facere donationem causa mortis.cõclus.3.num.5.

An teneatur minor 14. annis adimplere in foro exteriori donationem quam fecit confirmatam cum iuramento.concl. 4.num 6.

An fiat rata donatio facta a minoribus 25.annis,cum accedunt ad eam ætatẽ. concl.5.num.7.

An serui possint recipere dona,quæ illis fiunt,& eorum facere donationem.concl. 6.num.8.

AD explicationem eius, quod tractatur in hoc capitulo, & sequentibus tangentibus materiam donationũ est notandum primo, quod donatio est datio liberalis non innitens vlli compẽsationi, vt dicit S.Thom. Ex hac autem diffinitione infertur, quod, quando in donatione interuenit aliud quid extra liberalitatẽ, magis dicitur compensatio, quã donatio; & hoc fit multis modis: primus absolute, scilicet quando vnus dicit alteri, Ego dono tibi hanc rem, secundus est conditionalis, vt quando qs dicit, Ego dono tibi hanc rem, si tu reliqueris aliam rem, vt conuersationem talem,&c. Tertius est modalis, vt quando quis dicit, Do tibi centum, vt ex iis vestiaris. Quartus est causalis, vt do tibi centum ducatos, quia adiuuisti me in necessitate positum, & hæc vltima magis dicitur remuneratio, quam donatio. D Th.in primo sent. d. 28.ar.2.

2 Secundo debet notari, quod duplex est donatio, vna vocatur inter viuos, alia vero causa mortis, & si sciatur quid sit donatio causa mortis cognoscitur, quæ sit donatio inter viuos: vnde, causa mortis donatio est, quando in ea fit mentio mortis, vnde quæ fit ab aliquo homine in aliquo magno periculo, aut infirmitate constituto, nulla facta mentione mortis, donatio debet dici inter viuos, nisi fuerit talis qualitatis, vt non possit valere, vt donatio inter viuos, quia in hoc casu præsumitur esse donatio causa mortis, quod accidit quãdo quis dicit, facio donationem in fauorem N. hac conditione, vt possim reuocare eam, quando mihi placuerit, quia posse reuocare repugnat naturæ donationis inter viuos, quæ secundum ius est irreuocabilis: quando vero donatio vtitur hoc verbo, relinquo, etiam præsumitur esse donatio causa mortis, vt cum communi resoluit Couar. Cou. in rubr. de testa. 3. p.n 25. iuxta finem.

3 Prima Conclusio. Si filio, qui est in potestate patris, aut nepoti, qui est ĩ potestate aui, dederit dictus pater, vel auus aliquid, quo negotietur, lucrans talis filius cum dicto donato, potest ex eo licite aliquid dare matri suæ, aut alicui consanguineæ, pro eius remedio, & sustentatione, aut suis magistris, non valebit tamen donatio facta alijs præter hos; nec ideo datur eis licentia, vt possint libere dare, licet sit causa mortis ex bonis acquisitis industria prædicta alicui ex suis consanguineis, quia hoc est peculium aduentitium, cuius proprietas licet sit sua, habet tamen pater vsufructum; quod intelligitur, licet aliquis extraneus det illi hoc peculium aduentitium quantum ad proprietatem, & vsufructum, quia existens in potestate paterna non potest libere disponere de illo, vt potest de castrensi, & quasi castrensi; & hæc est communis opinio quam sequuntur Cord. & Couar. Cordu. de casibus cõs. q. 1333. Couar. vbi sup. num.

4 Secunda Conclusio. Si postquam filius fecit donationem horum bonorum aduentitiorum sine licentia patris, pater voluntariè ratificat, poterit filius tunc addere dictæ donationi quas conditiones voluerit, cum tunc incipiat valere vsque ad tempus, quo donatarius acceptet, vt dicit Nauarrus. Nau.c.17. nu. 105. & 146. & vsq. ad nu. 193.

5 Tertia Conclusio. Potest filius existens in potestate patris facere donationem causa mortis consentiente patre, licet non possit cum hoc consensu testari, nec poterit facere hanc donationem eidem patri, quia authoritas, quam ipse habet ad approbandam eam, non potest valere in causa, & fauore proprio, vt resoluit Couarruuias.

Quarta

6 Quarta Conclusio. Minor, qui non accedit ad annos 14. non tenetur in foro exteriori adimplere donationem, quam fecit, licet confirmauerit eam cū iuramento), vt dicit quædam lex partitarum: si tamen præterierit dictos annos 14. & fecerit aliquam donationem iuramento confirmatam, tenebitur in foro conscientiæ adimplere, quia licet sine authoritate tutoris sui non possit obligari ciuiliter, naturaliter tamen remanet obligatus secundum id, quod latè tradit Guttierez, hancque opinionem tenet Tiraquellus, Minchaca, & Guttierez.

l. 17. tit. 5 par. 5.

7 Quinta Conclusio. Si minores post 25. annos habent ratam donationem, quam fecerunt ante dictos annos ætatis, remanet valida ac efficax. Notaque quod eius curatores nomine suo iusta de causa possunt facere donationes; vnde possunt mittere dona magistris, vt est in vsu; possuntque remittere debita, quæ eis debentur, si non sint liquida, & manifesta, vt dicunt Doctores. Nota vlterius, quod minores sine licentia suorum curatorum possunt facere eas donationes, quas alii eiusdem ætatis, & conditionis existentes in potestate patris possunt facere, cum possint perdere aliquid ludentes, vt alij eiusdem conditionis status solent facere, vt dicitur in materia ludi, & tenet Nau. Possunt etiā sine licentia patrum, aut curatorum etiam minores 25. annis existentes, si habeant vsum rationis, facere donationes bonorum castrensium, & quasi castrensium, quia horum habent dominium, & vsumfructum, vt dicit Siluester cum communi.

Gutier. i l. nemo potest. ff. de lege 1. nu. 150. Tiraqu. post. ll. connubia gl. 3. nu. 196. Minch. li. 1. controuersia. vsu frequentium. c. 23. nu. 2 Gutier. in auth sacram puberū. c. si adnex. vēdit. nu 119. & 120. Doct in l. pactū curatoris c. de pact. ca. 133. n. 1 Nau. in sum. ca. 17. nu. 105. Silu. verbo peculium primū q. 3.

8 Sexta Concl. Serui capti bello iusto, aut empti, licet non possint fugere a dominis suis, vt supra diximus loquentes de captiuis, possūt tñ accipere dona eis data, & quæ alio iusto titulo habere potuissent, absq; eo, quòd teneantur dare ea suis dominis; & per consequēs in foro conscientiæ possunt ex eis donis facere donationes alijs; possunt ēt facere donationes de rebus acquisitis suo labore in tempore quo vacāt a seruitio dominorum; quia seruitus solum obligat eos, ne defraudent dominos in seruitio ordinario, quo solent alii serui dominis assistere: quam rationem deberet considerare Ludouicus Lopez, & non negaret supradictum seruis, qui venditi fuerunt a se ipsis, quia licet ipsimet se vendiderint, solum obligauerunt se assistere dominis in seruitiis ordinarijs, & sic ratio postulat, ne eorum miserabilis status tantum opprimatur.

Lop. li. 8 nego. c. 40. pag. 487. col. 2.

De donatione facta à Nouitijs, & Religiosis. Cap. XC.

SVMMARIVM.

An donatio facta a nouitijs sit nulla. conclus. 1. num. 1.

An donatio facta a nouitijs ante ingressum religionis aut post sit valida. ibid. num. 2. & 3.

An donatio causa mortis, quam faciunt nouitij, sit valida. ibid num. 4.

An bona nouitij, facta professione, possint peti, si inueniat dictam professionē fuisse nullam. ibid. num. 5.

An, vt valeat donatio nouitiorum sit necesse, quod sequatur professio. ibid. nu. 6.

An prælati religionum, quæ habent bona in communi, possint facere donationem. concl. 2. num. 7.

An possit religiosus dare eleemosynā, quæ illi donatur, alteri sæculari, vt pro illa tribuat ei annuum censum eleemosynæ gratia. concl. 3. nu. 8. & concl. 4. nu. 9.

An religiosus possit alteri religioso dare librum. concl. 5. nu. 10.

An religiosi exempti, qui sunt extra monasteria cum priuilegio Papæ possint facere donationes. concl. 6. num. 9.

1 PRima Concl. Cōc. Trid. annullat quācunq; renuntiationē, & obligationē factā a nouitio, licet sit iurata, & ī fauorem cuiuscūq; piæ causæ, si nō obseruetur in ea hæc forma, videlicet, quod fiat per duos menses proximos

Concil. Trid. sess 25. c. 16.

ante professionem, & hoc cum licentia Episcopi, aut eius Vicarij, quod nullum sortiatur effectum, si non sequatur professio: in tantum quod licet fiat, renunciando huic fauori Concilij, non habeat effectum, si non seruetur hæc forma.

2 Circa hoc decretum, primum, quod debet notari est, quod procedit, licet nouitius faciat donationem antequam ingrediatur religionem, & recipiat habitum, quia lex pœnalis & exorbitans extenditur ad alium casum, ad quem si non extenderetur, frustraretur suo fine, vt dicitur in ipso iure; cum ergo intentio Concilij sit impedire huiusmodi donationes, vt nouitius, vel nouitia remaneat domina, aut dominus bonorum suorũ, vt sic maiori libertate profiteatur, aut non profiteatur, vidẽs quod rediens ad sæculum habet bona, quib. possit sustentari, clare colligitur quod eius intentio, & voluntas fuit non solum annullare donationes factas post ingressum, si non seruetur forma prædicta, sed etiam donationes factas ante ingressum eo præcipue, quia sic melius poterunt consanguinei persuadere alicui, vt ingrediatur religionem, & relinquat eis bona, quod poterunt facere post ingressum ipsum, vt infra dicetur: hanc ob causam tenet Nauar. hanc opinionem declarans dictum Concilium; quæ ratio est mihi tantæ efficaciæ, quod licet inueniam quandam declarationem DD. Cardinalium congregationis in contrarium datam 22. Octobris anno 1573. vt refert Gaspar Passarellus in quodam compendio priuilegiorum sui ordinis, non audeo discedere a prædicta opinione propter efficaciã rationis positæ, & authoritatem grauissimi Doctoris Nauar. Nec obstat authoritas DD. Cardinalium, quia hucusque non vidi litteras authẽticas huius declarationis, nec Naua. recordatur, qui semper fuit curiosus in ipsis adducendis.

c. ciuitas desẽtent. excom. l. 6

Nau. li. 3. cons. de dota. consil. 8 fol. 167.

3 Secundum, quod debet notari, est, esse nullam, & irritam renuntiationem, quæ fit ab aliquo, omnium bonorum occasione ingrediẽdi religionem, antequam ingrediatur, licet fiat eo pacto, & conditione, quod, si non fuerit professus, quacumque de causa id accidat, non valeat dicta donatio; sic enim tenet Nauar. declarans dictum Concilium; & ratio est, quia maior iniuria sequitur eum, qui vult ingredi religionem faciens donationem ante ingressum quam post ingressum, in quam tũ quod patres, & consanguinei ob receptionem bonorum facilius euadẽt proprii voti compotes persuadentes ei, vt faciat donationẽ prædictam, antequã ingrediatur, quia tunc sunt iuniores, & minus sciunt, quid illis conueniat; & sunt præterea subiectiores patribus, habentque maiorem timorem reuerentialem, at postquam ingressi sunt, & habitum receperunt, sunt magis liberi, sapiẽtiores, habent minorem timorem reuerentialem, & habent consultores ipsos religiosos, qui cum sint personæ spirituales, alienæ a rebus mundi, præsumitur, quod dabunt illi sanum consilium, Si ergo post ingressum non vult Concilium, quod valeat dicta donatio, licet sit iurata, nisi fiat per duos menses ante professionem, & cum licentia Episcopi, quãdo nouitius est magis liber a suis parentibus, & consanguineis, vt dictũ est, ad quid debet consentire, vt valeat dicta donatio facta, antequã ingrediatur sine dicta licentia, qñ non habet tãtam libertatem? Nec obstat, quod iam additur dictæ donationi, quod quãcũque ob causam nõ sequatur professio, sit irrita, & nulla; quia ad hoc respondeo, quod licet ponatur hæc conditio, non tñ remanet nouitius cũ illa cũ tanta libertate ad profitendũ, vt esset, si absolute fieret sine dicta donatione; quia põt accidere, quod donatarius veniat in inimicitiam nouitii, & vt irritã faciat donationem, relinquat religionem: quod non esset necesse, si dicta donatio esset in se irrita, & nulla, vt est: Quæ quidem ratio est multum notanda, quia cum ea remanet probabilior veritas nostri

Na. vbi sup. consil. 7.

nostri notabilis. Alias autem rationes, & responsiones adducit Nauarrus, mihi tamen non satisfaciunt, quia concludunt non valere donationem causa mortis factam à nouitio sine dicta solemnitate, contrarium cuius puto verius, vt videbitur in seq. notabili.

4 Tertio itaque debet notari, quod Concilium solum loquitur de donationibus, & renuntiationibus, quę fiunt inter viuos, non vero de ijs, quæ fiunt in testamento, aut causa mortis: nec obstat, quod Concilium dicat, quòd nulla renunciatio, nec donatio valeat, si non fuerit seruata dicta forma: ex quibus verbis videtur colligi, quod loquatur de omnibus donationibus tàm inter viuos, quam causa mortis, cum sint exclusiua; quia ad hoc resp. quod natura termini exclusiui, & restrictiui solum excludit res extraneas à termino, cui additur, & includit totum id, quod nō est extraneum, idest, quod dictio exclusiua *(nulla)*, posita in Concilio excludit omnes donationes, quæ sunt repugnantes intentioni Sedis Apostolicæ, vt sunt donationes irreuocabiles, quæ erunt causa, vt aliquis profiteatur videns se pauperem; conditio autem posita in donatione in notabili præterito etiam includitur, quia potest esse causa, quod nouitius non profiteatur, vt reuocet eā: non vero includit dicta exclusiua donationes absolute reuocabiles, sicut sūt donationes causa mortis, quia hic existens in religione ante professionem, & exiens ab ea potest illas reuocare. Hoc notabile colligitur ex his, quæ late tradit Guttierez, quod debet notari, quia videtur tenere contrarium doctor Nauarrus. Nec etiam obstat contra hoc, quod si valeret hæc donatio posset sequi aliquod damnum nouitio ponenti statim donatarium in possessione dictorum bonorum datorum causa mortis, & posset defendi contra nouitium, cum videamus possessores defendi multis modis in sua possessione, vt colligitur ex iure: Ad quod respon. primo quod non debent ipsi consentire, vt intrent in possessionem. Secundo dico, quod pauca egent lite ad eijciendos ipsos à possessione, & per consequens parum debent curare de hac difficultate secundum doctrinam Baldi, quem & alios in huius confirmationem citat Felynus.

Gutt. in repet. c. quis pactū, f. 151 de pactis, li. 6.

§. retinēdæ vers. & qa i. Iti. d' interdictis

Bald i l. 1. ff. de lib. & posth. Felinus in ca. cū dilecta. n. 10. de rescrip.

5 Quarto debet notari, quod qui fecit professionem ante legitimam ætatem facta renuntiatione suorum bonorum secundum formam Concilij, si intra quinque annos post factam professionem reclamauerit, sicut declaratur esse irrita professio, vt ordinat dictum Concilium Tridentinum sic declaratur esse irrita renuntiatio; si vero non reclamauerit intra quinque annos à facta professione, sicut est valida professio, ita etiam est valida renuntiatio, sic enim resoluit Spinus allegans opiniones contrarias, quæ erant circa hoc punctum ante Concilium prædictum.

Concil. Tri. ses. 25. c. 19.

Spin. in specu te sta. glos. 11 d' leg. monach n. 60.

6 Quinto debet notari, quod donatio facta à nouitio cū prędicta solemnitate non sortitur effectum, nisi sequatur professio: in quibus verbis clare ostendit Pontifex libertatem, quam vult vt habeant nouitij ad faciendam professionem. Fuit tamen dubium; an si nō sequatur professio, quia mortuus est nouitius, antequam eam faceret, habeat vim, & effectum facta donatio? & videtur quod sic, quia intentio Concilij secundum id quod dictum est, fuit apponere hæc verba, vt nouitius remaneret magis liber ad profitendum, aut non profitendum; quæ donatio cessat ipso moriente. Pro contraria tamen parte habemus quandam declarationem DD. Cardinal. congreg. Concilij, qui declararunt, quod donatio non sortiatur effectum in hoc casu, sed quod applicetur hæredibus, qui debebant succedere ab intestato, cuius dat testimonium Gaspar Passarellus in loco supra allegato, cui declarationi licet non teneamur dare fidem, cum eius non habeamus litteras authenticas, debet tamen admitti, quia Concilium Tridentinum licet funda-

tum sit in dicta ratione, noluit tamen demere, quin nouitius posset testari pro anima sua, si moriatur ante dictam professionem factæ iam donatione, viso quod ipse moriens in illo statu non poterat satisfacere pro suis peccatis eo modo, quo satisfaceret, si viueret per multos annos; & viso secundo, quod non indigebat donatarij donis, vt succurreret necessitatibus, quæ accidunt in religione, quæ forsitam fuerunt in causa, quod faceret dictam donationem. Vnde dicit Concilium, quod huiusmodi donatio non valeat, si non sequatur professio: quæ quidem verba generalia debent intelligi ob rationes supradictas non solum, quando non sequitur professio, quia exit à religione, sed etiam quando moritur post factam donationem, quod si dicta donatio nõ valeat moriente nouitio, hæredibus eius debent bona applicari. Reliqua videantur inferius in materia Nouitiorum, p.5.cap.7.

7 Secunda Conclusio. Prælati religionum, qui habent bona in communi, non vero in particulari, possunt facere donationem eorum extra ordinem sine licentia conuentus de bonis mobilibus, dummodo sit pauca quantitas, & sit ad illud faciendum causa rationabilis, & eandem donationem possunt facere subditi cum eius licentia: quanta vero debeat esse quantitas relinquitur arbitrio prudentis viri; & secundum hoc debet intelligi, quod tradit Nauarr. in quodam consilio, quod dedit super hoc particulari negotio. Nota vero, quod licet dicto prælato concedatur licentia faciendi hanc donationem, hoc intelligitur loquendo de donatione inter viuos, non vero loquẽdo de donatione causa mortis, quæ in multis æquiparatur testamento, quod non potest facere prælatus, sic enim tenet cum communi Nauarrus.

Nau.l. 3 conf.tit. de don. conf. 6. fol.166.

Nau. vbi sup. col. 2.

8 Tertia Conclusio. Si dominium eius, quod fuerit datum religioso, transiuit in conuentum, non potest talis religiosus dare illud alteri personæ sæculari, vt cum ea summa emat aliquem annuum censum, & succurrat ei annue cum aliqua quantitate dicti census, & ipso monacho moriente remaneat census ipsi sæculari; quod est in tantum verum, vt nec Generalis, nec Prouincialis eius solum sine licentia conuentus, nec conuentus sine licentia Generalis, aut Prouincialis possint authorizare huiusmodi donationem; & ratio est quia iam hæc summa transijt quantum ad dominium in conuentum, vnde non potest alienari sine eius consensu; quia si fieret contrarium, fieret ei magna iniuria, vt dicunt Doctores communiter cum Siluestro. Verum est tamen, quod possunt dicti prælati Generalis, & Prouincialis concedere licentiam subdito sine consensu conuentus, vt faciat donationem remuneratoriam, quia ex eo quod monachus ostendit se gratum, etiam prouenit conuentui vtilitas, & ratio naturalis dictat vt beneficium remuneretur, vt tradit S. Th.

Siluest. ver. alienatio, q. 46. 8. & 9. 12. & 13.

D.Th 2. 2.q.106. artic.3.

9 Quarta Conclusio. Si prædicta summa non sit recepta taliter, vt dominiũ eius translatum sit in conuentum, tunc prælatus dicti conuentus, aut Abbatissa possunt dare licentiam, vt fiat prædictum pactum cum sæculari; tunc vero dominium non erit translatum in conuentum, quando is, qui facit donationem dictæ summæ dixerit religioso, vt disponat de ea ad suum libitum: contra hoc tamen habemus determinationem Concilij Tridentini dicentis, quod redditus, & census, quos vocat bona stabilia, etiam cum licẽtia suorum prælatorum non possint habere religiosi, quia ad hoc respond. non inuenire rationem sufficientem, qua possim defendere redditus annales, quos habẽt multæ religiosæ, nisi dicens, quod huiusmodi decretum Concilij Trident. non est receptum ob multas necessitates, quas habent dictæ religiosæ, quibus communitas non prouidet sufficienter de rebus necessarijs, nec ipsæ tenentur obseruare dictum decretum vsque eo, quod supe-

Concil. Tri. sess. 25. c. 2.

superiores earum reforment communitatem, ita vt sint sufficienter prouisæ illis res necessariç vere, & religiose, vt cũ Nau. in casu simili dico inferius in verbo Religio. Dixi autem *vere, & religiose necessaria*, quia ad necessitates fictas, & ad dona extraordinaria non est licitum habere dictos redditus.

10 Quinta Conclusio. Non est peccatum dare aliquem religiosum dictarũ religionum alteri eiusdem cõuentus librum pretij quinque ducatorum etiam sine licentia prælati, quia præsumitur consensus prælati in hoc casu, cum dictus liber non exeat à domo; quod intelligitur, nisi religiosus, cui tribuitur liber, sit homo inordinatus & prodigus. Nec erit peccatum mortale capere religiosum aliquid de conuentu ad suas expẽsas, dummodo paucum sit, & prçsumatur licentia prælati. Dixi, *dictarum religionum*, quia loquendo de ordine Patris nostri D. Francisci regularis obseruantiæ, in qua obseruatur paupertas in communi, & particulari, aliud debet dici; quod hic non pono propter rationes, quas alias in hoc tractatu sæpe dixi.

11 Sexta Conclusio. Religiosi exempti, qui sunt extra suos conuentus, & habent priuilegium Papæ ad administrandum, & disponendum de suis redditibus in vita sua, & in morte, possunt donare secundum formam dicti priuilegij, quod habent, vt dicit Nauarrus, quem sequitur Corduba; & ij dem possunt facere fructus, qui retento habitu possunt degere extra religionem, & monasteria ex bonis, quæ acquirũt per quamcumque viam illis licitam, si habeant dictam licentiam suæ Sanctitatis ad illud. Dixi, *in vita, & in morte*, quia si habeant facultatem administrandi bona, & redditus suorum beneficiorum in operibus pijs, intelligitur, vt fiat donatio inter viuos, non vero, vt possint legare quidquam post mortem, vnde non poterunt facere donationes causa mortus, vt resoluit Nauarrus.

Nau. de reddit. eccl. fo. 52. et 53 Cor. de cas. consc. q. 54.

Na. l. 3. cõs. tit. de don. consl. 6.

De donationibus Episcoporum, Parochorum, & aliorum. Cap. XCI.

SVMMARIVM.

An possint Episcopi facere aliquas donationes sine licentia capituli, concl. 1. numero 1.

An possint Parochi, & rectores facere donationes sine licentia Episcoporum, ibid.

An donatio aliquorum vasorum facta ab Episcopo ante mortem suam alicui ecclesiæ valeat, concl. 2. nu. 2.

1 PRima Conclusio. Possunt Episcopi facere aliquas donationes sine licentia Capituli, dummodo ex illis nõ eueniat graue detrimentum suis ecclesijs, sic ordinatum est in quadam lege partitarum, & est communis, possuntq; cum licentia patroni facere donationẽ alicuius ecclesiæ sui districti alicui monasterio, quæ erit valida, si non fiat prçiudicium iuri cathedrali, quod habet visitandi eam, vt determinatur in alia lege partitarum: non possunt autem sine licentia capituli facere multas donationes inter viuos, quæ ascendãt decimam partem suorum redditutum: nisi faciant eas cum authoritate Papæ, aut ad redimendum captiuos suarum diçcesum, aut ad alendum pauperes in tempore famis, aut ad çdificãdum monasteria, aut ad alias res necessarias, & vtiles ecclesiæ Dei, vt determinatum est in alia lege partitarum: aut ad soluendum seruitia illi facta, quia licet ecclesia debeat habere eius spolia, vt declaratur infra, hoc debet intelligi extractis prius debitis seruitiorum, vt resoluit Nauarr. Hinc colligitur, quòd rectores, & Parochi ecclesiarum, licet non possint sine licentia sui Episcopi facere donationes inter viuos ex bonis earum ecclesiarum, possunt tamen eas facere sine dicta licentia ad opera pia; quod probatur, quia Episcopi, & beneficiarij non solum possunt ex-

l. 7. ti. 14 par. 1.

l. 6. ti. 14 p. 1.

l. 4. ti. 14 p. 1.

Na. l. 3. cons. de don. tõs. 5. fo 196 lite. D.

pendere superfluum suæ sustentationis in operibus pijs, sed etiam sunt obligati id facere, vt probat idem Nauar. affirmans hoc intelligi, licet sint infirmi, quãdo faciunt dictas donationes; quia Canones, qui eos obligant ad hoc sine aliqua differentia, loquuntur de sanis, & infirmis: affirmat preterea, quod hoc intelligitur, licet tales donationes sint copiosę, vt approbat idẽ Nauarrus.

Nau. de reddit. eccl. q. 1 monit. no. 27. 38. & 39

Na. d cõsil. 5.

2 Secunda Conclusio. Cappella, cui Episcopus, aut Canonicus fecit donationem aliquorum vasorum argenti, potest retinere dicta vasa, si dicta donatio fuit inter viuos ante mortem eorum: nec obstat quædam extrauagans Pij V. data anno 1567. quæ loquitur de spolijs cum qua ecclesia Episcopi, aut Canonici prætendit habere dicta vasa, quia non loquitur dicta extrauagans de omnibus vasis determinatis, & applicatis cultui diuino, quæ tempore mortis Episcopi, aut beneficiarij remanent in testamento, aut ab intestato, & etiam quia dicta extrauagans, non aufert a beneficiarijs ius, quod habent de iure communi ad faciendam donationem in vita de rebus destinatis cultui diuino, applicando eas alijs operibus pijs, sed solum prohibet disponere de illis in testamento, aut ab intestato, tempore mortis suæ, vt explicat Nau.

Nau. li. 3. cõs. ti. d dona. cõs. 4. f. 194.

De donationibus coniugatorum. Cap. XCII.

SVMMARIVM.

An maritus possit facere donationem vxori, & econtra, concl. 1. nu. 1.

An talis donatio inter eos facta confirmetur iuramento, concl. 2. nu. 2.

An vxor possit facere donationem de eo, quod habet acquisitum per industriam suam aut assignatum pro sua sustentatione, conclus. 3. nu. 3.

An vxor, quæ scit quòd maritus suus elargitur multas res suas, aut filiorum suorum suis consanguineis, possit etiam & ipsa capere, vt det suis consanguineis, & succurrat parentibus, aut filijs alterius mariti positis in extrema necessitate, concl. 4. nu. 4. & concl. 5 nu. 5.

An peccent patres, qui tenentur ad restitutionem facientes aliquas donationes inter viuos, per quas filij accipiunt grauamen, concl. 6. nu. 6.

An possit maritus in præiudicium vxoris bonorum acquisitorum durante matrimonio facere donationes, concl. 7. nu. 7.

An teneatur vxor restituere creditorib. mariti totum damnum, quod est secutũ ex donationibus prodigis, & expensis superfluis, quæ cum ipsa fuerunt factæ, concl. 8. nu. 8.

An valeat donatio facta vxori sciente marito, quod breui confiscabuntur eius bona concl. 9. nu. 9.

1 PRima Conclusio. Donatio, quæ fit vxori à marito, aut econtra, post contractum matrimoniũ per verba de præsenti, aut antequam contrahatur ad tempus, quo fuerit contractum, nõ valet; & ideo possunt eam reuocare, vt dicitur in iure ciuili; quod procedit, licet donatio sit causa mortis; quia licet legatum, quod facit maritus vxori, valeat, & confirmetur per eius mortem, donatio tamen causa mortis ei facta non valet, nec confirmatur eius morte, si non præcessit traditio eius; quæ traditio non requiritur in legato; vt notant Iason, & Ferdinandus Loaces, dicentes hanc esse communem opinionem.

l. ff. de don. inter ver. & vxor. & Nau. in Man. c. 17. n. 149

Ias. in l. frater. ff. de cõ. in deb. col. pen. Loaz i l. filius f. §. ib. n. 81 ff d leg. 1.

2 Secunda Conclusio. Cum est donatio vera, vt non ficta inter illos, confirmatur cum iuramento, aut morte naturali, aut morte ciuili, vt allegans multos resoluit Couarr. mors autem ciuilis est, quando, qui donauit facit professionem in aliqua religione approbata. Nota quod si possit religio habere aliquid, & possidere in communi, non autem in particulari, ille, cui facta fuit donatio, debet expectare mortem naturalem profitentis, vt possit habere rem dono datam; quando vero religio, in quam ingreditur, profi-

Cou. in rubr. de test. 2. p. n. 10. & in c. quãuis pactũ. 2. p. §. 6. n. 4.

tetur

tetur paupertatem in communi, & in particulari, non debet expectare mortem naturalem profitentis, quia statim ac si profiteretur debet illi tradi: vt aduertit Ludouicus Lopez.

Lop. lib. 2. de instr. neg. c. 47. p. 52. 4. colu. 1.

3 Tertia Conclusio. Vxor, quæ habet aliquid præter dotem, & arrhas, siue acquisitum propria industria, siue aliter, poterit de illis rebus sic habitis, aut assignatis pro eius sustentatione facere donationem cuicunque voluerit, non prohibente illud marito, sic enim tenet Cord. quod habet locum præcipue in Hispania, vbi maritus est administrator bonorum vxoris: & ideo licet concedat ei aliquando licentiam, poterit eam reuocare, attento, quod vtitur male dictis licentijs. Et hinc est, quod multæ mulieres, & vxores magnatum, quæ habent bona assignata ad earum vsum, possunt facere donationem eorum, donec non prohibeantur a maritis, qui videntes eas prodigas possunt id prohibere, hæc sententia est etiam Nauar. Ex dictis sequitur promissioné, quam facit mulier nupta in Regnis Castellæ dádi Petro omnia sua bona, si ducat neptem eius, non valere per viam contractus, nec quasi contractus, quia mulier nupta in dictis regnis non potest facere supradictum sine licentia mariti, nec potest dictus Petrus petere dicta bona per viam donationis causa mortis, quia hæc posset reuocari, vt dicitur in iure, & si ponatur clausula, qd non possit reuocari iam est donatio inter viuos, vt ius ipsũ determinat: quod si fecit donationem simpliciter sine mẽtione mortis, debet iudicari esse donationem inter viuos; vt dicit quædam Gloss. communiter recepta, de qua loquuntur Iason, & Couar. & Alexander dicentes, neminem debere ab ea discedere consulendo: & ideo potest dicta vxor reuocare dictam donationem, licet sit inter viuos, cum peccauerit faciens; nec Petrus poterit conqueri de ea, cũ sciuerit, aut debuerit scire, quod non erat licita sine licentia mariti: verum est, tamen, quod licet peccauerit quando eam fecit, non tamen tenetur reuocare promissum, si possit per aliquã viam iustam licitamque secrete, aut publice adimplere, quod promisit; quod vt dicit Nauarrus, debet illi persuaderi, vt mulieri nobili.

Cordu. de casibus cõs. q. 125.

Nau. c. 17. nu. 155.

l. 55. Taur.

l. senatus §. 1. ff. de donat. cá mortis. l. vbi do natũ. ff. de don. causa mortis. Glo. in l. apud Labeonẽ. §. Iulianus. ff. de doli mali exceptio.

4 Quarta Conclusio. Mulier nupta, quæ certo scit quod in fraudem sui, aut filiorum maritus facit multas donationes suis consanguineis, aut aliis personis, potest secrete capere ex iisdem bonis aliquam quantitatem æqualem ad dandum parentibus suis, aut filiis, quos habet de primo marito, aut aliis consanguineis, quod est licitum, quádo per viam litis sine discordiis inter ipsos nõ possit impediri dicta donatio, aut haberi compensatio pro damno, quod sic fit sibi, & suis hæredibus; sic enim tenet Rodericus, Suarez & Gregorius Lopez.

5 Quinta Conclusio. Mulier, quæ cognoscit habere patrem, aut filios alterius mariti positos in necessitate, licet non sit extrema, ita vt incipiant viuere non decenter secundum statum eorum rogans maritum, vt det ei licentiam, vt possit succurrere eis, si nolit, nec possit compelli ad id, nisi cum multis discordiis, & dissensionibus, potest dicta vxor secrete capere de domo paulatim, vt adiuuet prædictos egenos; habens intentionem de facienda compensatione in tempore diuisionis bonorũ, ex parte bonorum, quæ illam debet cõtingere; quia ius naturale dictat, quod debeant succurri parentes, & filij, si sint in necessitate constituti, cum qua quidem obligatione naturali traditur vxor marito: sic enim tradit Cord. affirmans hanc esse conclusionem veram in foro conscientiæ licet multum dubiam in foro exteriori, & ideo in casu huius conclusionis, & præterea potest vxor donare sine licentia mariti; in reliquis vero donationibus non est licitum sine expressa, aut tacita aut præsumpta licentia mariti principaliter in his regnis Castellæ vbi maritus est administrator dotis, arrharumque, cum obligatione

ne. Alex. & Las. i l. quę do tis. ff. solut. matr. Cou. in rubr. de test. 3. p. nu. 25. in fi. Nau. li. 3. cons. de don. cons. 3. 3. p. 149.

Suarez in l. quoniam c. de inoff. testam. Greg. in l. 8. tit. 4 p. 5. glo. pen.

Cordu. vbi sup.

gatione custodiendi, vt post mortem eius restituantur vxori; & bona lucrata sunt communia; & per consequens debent diuidi præbendo dimidium ei, qui fuerit superstes. & reliquum hæredibus alterius coniugis defuncti. Hinc infert Nauar. quod si vxor adduxerit plus duobus millibus ducatorum pro dote, non potest sine licentia mariti dare 50. ducatos nutrici, nisi habeat aliqua bona assignata ad suos vsus, quia si det dictos ducatos sine prædicta licētia, tenetur restituere vltra peccatum, quod committit; quæ opinio tenetur a Petro de Nauarr. Dixi super sine licentia tacita aut præsumpta mariti: licentia autem præsumpta erit, quādo vxor dat res, quas secundum consuetudinē loci solent aliæ vxores sui status dare videntibus maritis per viam eleemosynæ, aut gratificationis.

Nau. c. 17. num. 153.

Nau. l. 3. de rest. c 1. n. 11

6 Sexta Conclusio. Patres qui in vita sua fecerunt aliquas donationes, ob quas filii receperunt grauamen in legitimis, non peccant, nec tenentur ad restitutionem, & excomputationem in quinta parte, de qua disponunt postea, vt tenet Rodericus Suarez, quia nulla est ratio, qua debeat auferri patribus totaliter administratio bonorum, quæ lucrantur suo sudore, & labore, si tamē ex illis recipiant dicti filij notabile grauamen, & damnum in quinta parte, debent computari, vt tenet Tellus, Baeza, & Guttierez: estque opinio Nauarri.

Suarez in l. quoniam in priorib. ca. de in off. test.
Tellus in l. 28. Tau. n. 4.
Baeza d. nō melior. ca. 27 n. 26

7 Septima Conclusio. Non potest maritus facere donationem de bonis acquisitis constante matrimonio, in præiudicium vxoris, absque eo quod ipsa consentiat, cum ipsa & eius hæredes soluto matrimonio debeant habere medietatem bonorum, sic enim tenet, Tellus, Auendannus, Guttierez, & Nauarr. quod debet intelligi de donationibus excessiuis, quia bene poterit facere aliquas donationes moderatas, vt pro dote filiæ vtriusque, & pro consanguineis dādo eis aliquas paruas res, & ex quarum donatione non præsuma-

Matienco in l. 12. tit. 6 li. 5. cōpil. gl. 3 num. 3.
Gut. li. 2. pract. qq. q. 68 in fin.
Nau. c. 17. nu.

tur fraus, vt allegans Molinam, & alios modernos tenet Guttierez. Potest etiā facere sine licentia vxoris donationes remuneratorias pro seruitijs, & beneficijs receptis, dummodo non excedant notabiliter talia beneficia, & etiā potest dare eleemosynas pro suo libito, sine obligatione tollendi de parte, quæ illum contingit, quod dedit pro tali remuneratione, cum sit debitum per legem naturalem, sic dicit Ludouicus Lopez. Vnde videmus, quod, quando princeps reuocat priuilegia facta officiis gubernantium aut notariorum, non videtur reuocare, licet loquatur cum omni generalitate, priuilegia officiorum, quæ ipse dedit per viam remunerationis considerans seruitia facta ei, in tantum vt sine iusta causa non possit tollere prædicta officia, vt resoluit Guttierez.

155. §. ad alterum. Tellus in l. 49. Tau. num. 2.
Auend. resp. 20. num. 8. vers. limit. 3.
Gut. vbi supra q. 131.
Nau. vbi sup. nu. 155. §. ad alter.
Lop. li. 1. instr. nego. c. 41. p. 459 col 2

8 Octaua Conclusio. Vxor, quæ fuit causa principalis, quod eius maritus faceret donationes prodigas, vltra id quod lege, & ratione dicta datur, aut faceret expensas superfluas cum ipsa, & cum eius consanguineis, cum magno damno creditorum, tenetur restituere totum id, quod ex talibus rebus euenit damni, nisi forte fuissent factæ prędictæ donationes ex dote, & bonis paraphernalibus datis & traditis ei; sunt autem bona paraphernalia ea, quæ vxor sibi reseruat vltra dotem marito datam. Notaque, quod vxor, cui maritus dedit centum, vt daret suis creditoribus, si eos consumit in oneribus matrimonii, tenetur restituere de proprijs bonis, licet alia via non posset tūc succurrere necessitatibus suæ familiæ; quod intelligitur, si deficiant bona mariti, ex quibus fiat dicta restitutio pro quanto ipsa fuit causa potissima quod creditores non habuissent dictos centum ducatos. Verum est tamen, quod non peccauit faciens prædictam expensam, quia pro necessitate familiæ bene potuit, si ipsi creditores non erant in simili necessitate constituti, differre solutionem eorum.

Gut. in l. nemo potest. ff de l. 1 nu. 179.

9 Nona

9 Nona Conclusio. Quando maritus facit donationem vxori committens aliquot delictum, pro quo bona eius erant fisco applicanda, & de facto fuerunt, & posuit in instrumento donationis, quod faciebat tali die, scilicet multo ante factum prædictum delictum ob defraudandum dictum fiscũ, peccat, & talis donatio est nulla in foro conscientiæ, cum sit Deo manifestum; & etiam quia præsumitur, quod maritus noluit eam facere, sed solum quæsiuit modum, quo posset remanere cum bonis suis remanentibus ipsis apud vxorem; & etiam, quia licet esset vera donatio, non valeret, nisi confirmata fuisset iuramento: supra conclus. 2. num. 2. cum fuisset facta vxori. Dixi non confirmata iuramento, quia si iuramento confirmauit, ita vt non potuerit reuocare, potest vxor retinere dicta bona vt sua, quia verè sunt sua, donec donatio non fuerit reuocata, aut infecta à iudice, tamquam facta in fraudem legis: non potest autem nec debet fiscus, aut alter, in cuius fraudem facta fuit, admitti ad talia bona, nisi postquam dicta donatio fuerit reuocata à iudice, vt est ordinatum in iure; quia per donationem, & venditionem factam in fraudem aliquorum transit dominium in donatarium, & emptorem, vt dicit quædam Gloss. fundata in quodam text. expresso: si vero donatio non fuit vera, quia defuit animus ei, qui fecit, faciendi, viso quod bona, quæ per illam conceduntur, semper remanent in dominio qui dedit, certum est, quod cadunt sub confiscatione generali omnium suorum bonorum, & ideo debentur fisco; si sit sententia condemnatoria, quod ei denetur, vt tenet Nauar. in quodam consilio quod dedit.

§. item si quis i fraudé inst. de act. actionib. Glos. in d. §. ité si quis i fraudé, l. si sciés, ff. de cõtrahén. empt. Nau. l. 3. cons. de don. int. vir. & vx. cõs. 7. f. 123. & f. 124.

De donationibus, quæ possunt fieri filijs à patribus.

Cap. XCIII.

SVMMARIVM.

An possit pater facere donationem filio proximè emancipando, conclus. 1. numero 1.

An possint patres relinquere filijs vltra tertium & quintum, concl. 2. num. 2.

An expensa, quas facit pater ad augmentum bonorum aduẽtitiorum filij sui, videantur dono dari, concl. 3. nu. 3.

An præsumantur donata monilia, vestes, & similia quæ pater dat filiæ suæ quando locat eam concl. 4. num. 4.

An videatur pater facere donationem filio de expensis, quas facit vt eum liberet à carcere, concl. 5. nu. 5.

An duo fratres notati culpa in eodem delicto, & condemnati postea in ducentis ducatis pro vnoquoque, teneantur computare dictos ducatos in acceptione legitimæ, si tunc soluit eos pater pro illis, conclus. 6. num. 6.

An teneatur filius computare in legitima portione, quod pater tribuit ei ad sumptus, & delicias viuendi, concl. 7. nu. 7.

An quod expendit filius superflue ex nummis datis à Patre reducendum sit ad cumulum bonorum, & computandum in partem legitimæ concl. 8. nu. 8.

An sit donatum à Patre quod emit pro filio, reseruans illud sibi, & non tradens in totum filio, ibid. num. 9.

An donare videatur Pater quod expendit pro filio ratione studiorum, conclus. 10. num. 10.

An quod filius expendit ratione studij post mortem Patris, fieri debeat expensis filij, concl. 11. num. 11.

An possit Pater, & mater administrantes bona filiæ suæ animo donandi, petere à filia quod expendederint in administratione, conclus. 12. num. 12.

Pri-

PRima Conclusio. Licet pater non possit facere donationem filio suo, qui est proximè emancipandus, quia sic existens iudicatur eadem persona cum patre, si vero ob rationem aliquorum seruitiorum suorum particulariũ ab eo receptorum fecisset ei aliquam donationem tunc remuneratoriam tantam, quantam extraneo soleret facere, in simili casu esset valida, vt tenet Nauarr. qui addit, quod vt valeat in foro conscientiæ, sufficit quod merita, & seruitia sint vera, & quod id pater dicat, licet quãtum ad forum exterius erit necesse, quod probentur vt valeat: in quo quidem foro, si constet de meritis filij, præsumitur esse remuneratoria donatio, vt dicit Accursius communiter receptus. Not.q; quod ad hoc vt valeat huiusmodi donatio remuneratoria, est necesse, quod non excedat merita, quia alias fieret in fraudem legis, quę prohibet fieri donationem filijs; quod intelligitur de excessu nimis præiudiciali fratribus, quia vt dicit D.Thom. in renunciatione; & gratificatione conuenit, quod donator sit liberalior, quam rei quantitas exposcat.

Nau. c. 17. nu. 145.

Accur. i l. si donatio c. de collat.

D.Th 2. 2. q. 106 art. 6.

2 Secunda Conclusio. Patres nec in vita, nec in morte possunt dare, aut relinquere de suis bonis filijs suis vltra legitimam partem singulos tangentem, & tertium, & quintum secundum leges Regnorum Hispaniæ: quod intelligitur etiam de fructibus quos recipiũt ex bonis suis, quia nec ex illis possunt facere donationes filijs, quæ excedant legitimam, ac tertium, & quintum præ dictum, huiusmodi fructus etiam sunt bona sua, & debent ingredi, & aggregari cumulo bonorum suorum, ex quibus non possunt aliter disponere, vt allegans multos tenet Guttier. Verum tamen non est illis prohibitum facere donationes, etiam magnas per viam eleemosynæ, in tantum vt etiam in vita posśint expendere totum id quod velint in operibus pijs, & possunt instituere Cappellanias, vt tenet Nauarrus, & Sotus.

Gutt. li. 3. practicarum, q. 69. Nau. in Man. c. 26. n 30. So. in 4. d. 41. q. vnic. ar. 4.

3 Tertia Conclusio. Expensæ, quas facit pater in augmentum bonorum aduentitiorum filij præsumuntur factæ gratis & dono, si sint parui momenti, secus vero si sint multi momenti, vt si excedant fructus, qui colliguntur ex prædictis bonis; quia in hoc casu tenetur filius soluere dictas expensas, aut computare eas in legitima sua, vt tenet Nauarrus: expensæ vero, quas faciunt patres in nuptijs filiorum, non debent à dictis filijs computari in legitimam; quia præsumitur, quod pater faciat donationem illorum, & etiam, quia debet idem facere in nuptijs aliorum fratrum.

Nau. in Man. c. 17. nu. 163.

4 Quarta Concl. Non præsumitur, qđ faciat pater donationem filiæ vestium, & gemmarum, quas illi dat, quãdo iungitur matrimonio, & ideò tenetur illas cõputare in sua legitima, nisi pater expressè dixerit, quod facit donationem ei illarum, & quamuis non exprimat, præsumuntur donatæ, quando dictę vestes, & gemmæ sint corrispondentes statui, & cõditioni suæ, quia sit nobilis, diues, & quę soleat sic se gerere, quia alias puderet illum ambulare coram alijs æqualis conditionis, si poneretur in dubium, an dicta sint ei gratis data, cum etiam inter gentem communem sit in vsu dare filijs vestes ordinarias absque eo quod illas computent in legitimis; & eadem ratione vestes lugubres, quæ remanent vxori post mortem mariti, non debent restitui, quia præsumuntur dono datæ secundum ordinarium vsũ: vt post alios tenet Ludouicus Lopęz, & sic debet intelligi, quod dicit Nauarrus in hoc puncto.

Lop. in instr. negot. l. 1. c 41. in fin. Nau. d. c. 27. nu. 166.

5 Quinta conclusio. Si pater non compulsus aliqua lege Regni, aut ciuitatis, sed pro suo libito, & motus pietate paterna, expendit aliquod pro delicto, quod filius commisit, vt sic liberet eum à carcere, & pęna debita, videtur ei facere donationẽ de hoc: ita quod filius non tenetur computare tales nummos in legitima: cuius contrarium debet dici, si expendit aliquid pro prædicto filio cõstri-

Cor. de cas qu. 131. An. Go. in li. 29. Tau. nu. 10. Roias i epi. suc. c. 6. nu. 58.

strictus ab aliqua lege regni, sic enim tenet Nauarrus, Corduba, & Antonius Gomez & Rosas: & in dubio debet filius computare illud in legitima, vt dicit Spinus.

Spin. in specul. test. gl. 1 c. 61 numero 83

6 Sexta Conclusio. Si duo fratres sint rei alicuius criminis, & pro eo condemnati in ducentis ducatis pro vnoquoque, tenentur computare eos in suis legitimis soluente tunc patre pro illis: verum est tamen, quod loquendo in foro cōscientiæ, si aliquis eorum habuit culpam, & alius fuit innocens, quia solum defendit fratrem suum in rixa cū moderatione debita, tenetur reus solum soluere ducatos ducentos integre, sic enim tenet Corduba, Grilando, & post Siluest. & Nauar.

Cordu. vbi sup. Gril. li. 5 de pœna incar ar tic. 5. folio 114. Nau. vbi sup.

7 Septima Conclusio. Si pater tractat filium suum cum delicijs, & fastu, sūmptuose, emens illi equos, phaleras, vestes, & similia libēter, æquoque animo, non tenetur filius computare hæc in sua legitima, quia si pater dedisset prædicta alicui extraneo, non teneretur ad restitutionem, si vero in tempore partitionis bonorum inueniuntur apud dictum filium huiusmodi res, equi scilicet, phaleræ, &c. debet illa accipere in partem legitimæ, si vult illa apud se retinere, sin minus illa aggregare cumulo bonorum patris; vt dicit idem Nauarr. quod affirmat Ludouicus Lopez procedere, quando donum dictorum equorum, & vestium excedit tertium, & quintum; quia si non excedit, præsumitur, quod pater voluit facere donationem meliorans eum, postquam non reuocauit dictam donationem vita durante.

Nau. vbi sup. n. 159. c. 7. Lop. in inst. cōs 2. p. c. 20

8 Octaua Conclusio. Si pater non faciebat has expensas cum filio propria manu, sed dans nummos filio, & alias res, vt ipse filius disponeret de illis secūdum suum statum, si ipse expendat superflue, tenebitur reducere has expensas excessiuas ad cumulum bonorum, & computare in partem legitimæ habito respectu ad excessum, non vero ad moderatum, quod fratres etiam alij debuerunt expendere: quia sic præsumitur, quod pater noluit meliorare eum in his expensis superfluis, vt determinat quædam lex horum regnorum.

L. 3. tit. 8 lib. 5. cō pil.

9 Nona Conclusio. Non præsumitur, quod pater velit facere donationem filio ratione studiorum de illis rebus, quas emit quidem ei, sed reseruat illas sibi, & retinet eas apud se non tradens eas in totum dicto filio, vt dicit Nauarrus; nec filius factus iam doctor, aut miles potest applicare hæc bona sibi tanquam castrensia, aut quasi castrensia, quia non habent hoc priuilegium, si nō sunt ei tradita; in tantum quod licet tradiderit ea, cum studeret, tenetur illa aggregare, si in tempore mortis patris non erat factus doctor, nec ordine sacro initiatus, nec erat aduocatus, vt dicit quædam lex iuris ciuilis, cum nō habeant priuilegium bonorum quasi castrensium. Hinc sequitur, quod si bona tradita fuerint filio facto iam doctori, aut ordine sacro initiato, aut cum titulo aduocati, non tenetur ea afferre ad collationem, nisi donatio fuerit inofficiosa, excedensque limites iuris, vt dicitur in lege.

Nau. d. c. 17. n. 159

L. 1 ff. d pecul. castr.

L. si filius C. fam. hercisc.

10 Decima Conclusio. Non tenetur filius legitimus computare in sua legitima illud, quod pater expendit cum eo in eius studijs, licet nō accesserit ad gradum magistri, aut doctoris, nisi forte habebat apud patrem aliquod peculium castrense, aut quasi castrense, aut aduentitium, quia in hoc casu non præsumitur, quod pater vellet facere donationem ei, sed quod fecit dictas expensas ex peculio; vnde in hoc casu computabuntur in parte filij, vt notat Bartolus & resoluit Antonius Gomez. Ex dictis infertur, quod filius, quem voluit pater studere, & pro hoc misit ei nummos, vt emeret libros, si illos nummos expendit cum mulieribus viuendo luxuriosè, tenetur illos computare in sua legitima, vt dicit Bartolus. Sequitur vlterius, quod si pater scribat dictas expensas in libro suo, non præsumitur facere donationem ei, & ideo tenetur reducere

Bar in l. si ff. de pœ. hæ. Gom. in l. Tauri, nu. 16.

Bar l au th. quod locū c. d collat. & Nau. in

Man. ca. 17. n. 155 §. adde, & n. 164 Ant. Gomez in l. 29. Tauri. nu. 16. Palacios in repet. c. per vestras §. 14. nu. 4. Greg. in l. 5. tit. 15 p 6.

ducere eos ad collationem secundum communem, quam ferunt Antonius Gomez, Palacius, Rubios, & Gregorius Lopez.

11 Vndecima Conclusio. Filius cui pater iussit, vt studeret, si post patris mortem vellet perficere studium, aut accipere doctoratus gradum, hoc debet facere proprijs expensis, nisi pater ordinauit contrarium, sic enim tenet Nauarrus cum communi.

12 Duodecima Conclusio. Pater, aut mater facientes multas expensas cum filia sua, cuius extiterunt administratores: si mater v. g. fecit non vt administratrix, sed cum animo faciendi donationem, postea petens dictas expensas peccat mortaliter, & tenetur restituere damnum, quod euenit rebus filiæ: si vero fecit dictas expensas animo petendi à filijs, vel accipiendi postea ab eius bonis, poterit illas recuperare, cum in rei veritate non fecerit donationem de eis. Aduertatque, quod, quando petatur ab ea ratio administrationis, non debet mentiri, & si habuit animum repetendi dictas expensas, respondere poterit, quod nihil debet, intelligens hoc quod teneatur in foro exteriori reuelare, vt dicit Nauarrus.

De modo donandi.

Cap. XCIV.

SVMMARIVM.

Quid sit donatio prodiga, & an valeat talis donatio, concl. 1. nu. 1.

An donatio omnium bonorum firmata iuramento valeat, concl. 2. nu. 2.

An cui facta est donatio omnium bonorum, teneatur restituere, conclusio. 3. numero 3.

An valeat donatio, quæ excedit quantitatem determinatam, concl. 4. nu. 4.

1 PRima Conclusio. Qui fecerit donationem prodigam, non tenetur in conscientia adimplere: erit vero prodiga, quãdo facit donationem omnium suorum bonorum, vt dicit S. Tho. aut quando non remanet ei, cum quo possit sustentare se, aut familiam suam cũ decentia debita statui suo: vnde si mutat statum ingrediens religionem, valet donatio omnium bonorum, vt docet D. Thom. sequens S. Ambrosium: & etiam in foro exteriori donatio omniũ bonorum præsentium, & futurorum est irrita, vt ordinatur in quadam lege fori; & in alia nouæ compilationis ordinatur, quod non possit quis relinquere omnia sua bona præsentia licet non remittat futura, quæ leges debent intelligi, quando fiũt donationes sæcularibus, secus vero, si fiant ecclesiæ secundum q; resoluit Nauarrus dicens, quod huiusmodi donationes magis sunt eleemosynæ, quam donationes factæ pro animarum salute; & quia fauor Ecclesiarum fauet illis. Debent etiam intelligi dictæ leges, licet quis faciat donationem omninm suorum bonorum præsẽtium reseruans sibi vsumfructum illorum, quia fructus non sunt bona præsentia, sed futura, vt defendit Couar.

D. Th. 2. 2. q. 32. ar. 10. ad 2.

D. Th. 2. 2. q. 17. ar. 1 a 2.

L. 7. tit. 12 l. 3. f. l. 8 tit. 10. lib. 5 compil.

Nau. in Man. ca. 16. n. 39.

2 Secunda Conclusio. Donatio omniũ bonorum, licet sit confirmata cum iuramento, non valet, quia est facta contra bonos mores, & contra libertatem testandi, vt resoluit Couar. quod intelligitur, vt dixi supra, nisi, qui eam facit, mutat statum suum ingrediens religionem. Ego in hoc casu consulerem propter reuerentiã, quæ debetur iuramento, quod non reuocetur donatio sine relaxatione habita talis iuramenti, quæ potest fieri ab Episcopo, nisi fuisset donatio tam profana, & iniqua vt non esset necessaria relaxatio, quia clare videtur, quod non valet iuramentum.

Cou l. 3 var. c. 12 iuxta fi.

Cou. in rubr de test. 2. p. num. 4.

3 Tertia Conclusio. Licet donatio omnium bonorum non sit valida, ille tamen, cui fit, & qui recipit, non tenetur restituere, sic enim tenet Angles, quod probatur, quia nihil est magis naturale, quam transferri dominium in alium volente domino rei, præcipuè quando

Angles in 4. q. de nat. ar. 1 diff. 1.

translatio non impeditur in foro conscientię ab aliqua lege. Nec obstat, quod leges prohibeant talem donationem, quia solum prohibent formas contractuum in foro exteriori, non autem in foro interiori, vt docet ipsa consuetudo, quæ est multum fide interpres harum legum.

L. pen. C. de donat.

4 Quarta Conclusio. Per leges ciuiles est prohibitum, quod quis possit facere donationem, quæ excedat determinatam quantitatem, nisi fiat authoritate Iudicis competentis. Est tamen notandum, quod ea, quæ excedit dictā quantitatem, nec fit coram Iudice, est valida in foro exteriori, si confirmetur iuramento, licet per iuramentum non renūtietur legi prohibenti; & ratio est propter reuerentiam, quę debetur iuramēto; sic enim tenet cum communi Ludouicus Lopez: & hinc sequitur, quod nec donatarius, nec qui fecit, possint reuocare.

Lop. li. 2 in inst. nego ca. 43. pag. 520. col. 1.

De donatio facta in absentia, & facta metu. Cap. XCV.

SVMMARIVM.

An valeat donatio facta in fauorem absentis, concl. 1. num. 1.
An valeat donatio facta quocunque metu concl. 2. nu. 2. & concl. 3. nu. 3.
Ad hoc, vt præsumatur donatio, quæ requirantur, concl. 4. num. 4.
An, quod datur alicui mulieri, vt consentiat in aliqua inhonestate, videatur donatio ibidem.

1 PRima Conclusio. Donatio licet sit causa mortis facta absenti, licet sit ecclesia, cum actu interiori, aut exteriori, non obligat, quia est necesse, quod concurrat consensus amborum, nisi fiat coram testibus cum publico instrumento, & notarius acceptet nomine donatarij, quia in hoc casu valebit; sic enim tenet Sotus, & est communis omnium. Verum est tamen, quod si antequam tradatur primo donatario, detur, & tradatur alteri, secundus, cui actu tradita est, erit dominus eius rei; & qui donauit, tenebitur soluere valorem primo donatario: quod intelligitur, licet hic primus donatarius non ratificauerit donationem factam nomine suo; quia iam ob dictam acceptationem fuit illi acquisitum ius, ita vt loquendo absolute non possit reuocari donatio, vt allegans alios resoluit Couarr. Hinc sequitur, quod donatio facta absenti, & acceptata nomine suo, est donatarij, & potest eam accipere cum bona conscientia etiam post mortem donantis, nec in hoc fit præiudicium hæredibus eius, cum iam donatarius habuisset ius acquisitum, vt contra Paulum de Castro, & alios tenet Couarruuias, viso quod hęredes succedunt donatori cum ijsdem obligationibus, quibus tenebatur.

Sot. li. 3. de instit. q. 5. ar. 3.

Couar. l. 1. var. c. 14. n 11 & rubr. de test. 3 p. nu 13.

Couar. vbi sup.

2 Secunda Conclusio. Donatio facta quocunque metu est nulla in foro interiori, cum metus siue sit grauis, & cadens in virum constantem, siue sit leuis tollat libertatem arbitrij, quæ debet esse in donante; sic enim tenet Nauarrus sequens Adrianum, qui tenet, quod in foro conscientię non valet donatio, quæ non fit libere, quamuis non sit tam grauis metus, quantum requiritur in foro exteriori, vt fiat nulla, vnde opiniones, quas circa hoc adducit Corduba, debet intelligi in foro exteriori. Hinc infertur, quod si aliquis remittit debitori suo partem debiti, quia non potest aliter facere, poterit accipere, & capere aliquid secrete ex bonis illius in compensationem illius partis, quam remisit, quia donatio debet esse libera; sic enim tenet Syluester.

Nau. ca. 17. nu. 4. §. 4. excusat.

Cord. d' casib. q. 180.

3 Tertia Conclusio. Si is, qui facit donationem metu, confirmauerit eam cum iuramento, tenetur eam adimplere, nisi habuerit relaxationem iuramenti. Verum est tamen, quod donatarius tenetur remittere hanc donationem, & remittere, & restituere

id, quod eius virtute acceperat, vt dicunt communiter DD.

DD. ca. sic vera & in c. debitor. de iureiur.

4 Quarta Conclusio. In dandis & accipiendis donis tria debent considerari. Primum est qualitas dantis, & recipientis. Secundum quantitas, quæ datur & accipitur. Tertium tempus, quo datur. Qualitas personarũ, scilicet si dat pauper diuiti, aut diues pauperi. Quantitas est, si est magni pretij, aut parui. Tempus est, si datur necessitatis tempore, aut sine ea: hinc sequitur, quod qui vendit aliquam rem existens in necessitate minori valore quam valeat, non præsumitur, quod faciat donationem reliqui pretij iusti, & ideo emptor tenetur ei restituere, nisi postea libere remiserit venditor. Secundo sequitur, quod illud, qđ datur mulieri honestæ prouocando eã cum hoc dono ad actum carnalem, & ipsa recipit protectione, quod licet recipiat, nõ ideo consentit in rem prauam, videtur esse illi donatum. Si ipsa est tam honesta, & casta, quod loquendo moraliter est certum, quod per talia dona, & meliora non consentiet in rem prauã; quia si hoc adsit, & facta protestatione supradicta præsumitur, quòd illi datum fuit donum gratis datum. Si vero ipsa non sit persona talis fidei, & potest præsumi, quod consentit, non præsumitur dono datum, nisi semel, & bis instet ipsa dicens, quòd recipit quidem, sed tamen quod per totum mundũ non consentiet in peccatum, sic (allegans alios) resoluit Ludou. Lopez.

Lop. in ist. neg. l 1. c. 50 fol. 188. col. 1.

De donatione conditionali, & modali. Cap. XCVI.

SVMMARIVM.

An valeat donatio facta alicui mulieri, vt consentiat in aliquem actum turpem. concl. 1. num. 1.

An valeat donatio inter viuos facta alicui cum conditione, quod per totam vitam illius debeat retribuere ei centum ducatos, concl. 2. num. 2.

An teneatur restituere, qui recipit aliquid cum conditione, quod non peccet, concl. 3. num. 3.

An donatio facta mulieri hac conditione, quod non nubat alteri, aut quod non viuat male, possit reuocari deficiente hac conditione, concl. 4. num. 4.

An valeat donatio facta alicui, quia fecit aliqua negotia, cum postea inueniatur, quod non fecit illa, concl. 5. nu. 5.

An donatio causa mortis confirmata iuramento facta alicui, habito respectu, quod esset eius amicus sit reuocabilis, concl. 6. num. 6.

Prima conclusio. Illicita est donatio, quæ fit causa aliqua turpi, quando scilicet, alicui mulieri certam quandam summam quis dat, vt consentiat in peccatum, & ideo debet annullari, antequam habeatur copula, vt dicit Caietan. at post copulam, si dat, quod promisit, non est illicita, cum in hoc correspondeat fidelitati; hæc opinio est Cordubæ, & aliorum hominum doctorum contra Sotum; cuius opinio habet locum in foro exteriori, in quo non respicitur ad voluntatem interiorem dantis, sed ad donationem ipsam factam exterius, vt infra dicetur in materia luxuriæ. 1

2 Secunda Conclusio. Valet donatio, quando aliquis dat alteri mille ducatos irreuocabiliter cum hac conditione, quod donatarius teneatur facere donationem centum ducatorum annuatim per totam vitam suam, ita vt eo mortuo non teneatur dare ipsos centum hæredibus donantis mille ducatos; & quod valeat hæc donatio probatur, quia donatio modalis est licita, vt dicitur in iure; & ista non habet vllam iniustitiam, cum donator, & donatarius exponuntur periculo mortis, & breuis vitę donatoris: nec contra hoc obstat quædã Extrauagans Pij V. quæ prohibet fieri aliquem censum in alia forma diuersa ab ea, quæ in ipsa Extrauaganti ponitur, & ibi formæ huius census non fit mentio, quia huic argumento respondeo, quod

ea quia in omnibus de vsuris.

quod dicta extrauagans loquitur in cēsu constituto per viam emptionis, aut alterius contractus æquiualentis; at in nostro casu loquitur de censu constituto per modū donationis modalis. Nec obstat, quod si viuat donator vndecim annos post donationem factam accipiet centū ducatos, plusquam sors principalis sit; quia respondeo, quod ideo exponitur periculo viuendi multo minus; & præterea quia vsura committitur, quando recipitur aliquod plusquā sit sors principalis in contractu mutui, quod non est sic in reliquijs contractibus emptionum & locationum; & idē debet dici in hac donatione modali, vt consulit Nauarr. in quodam consilio dato super hoc dubio.

Nau. li. 3. cons. de don. cons. 1 f. 193. col. 2.

3 Tertia conclusio. Quando aliquis accipit aliquid cum hac conditione, ne peccet, in conscientia non tenetur illud restituere, nisi in casu quod ab illo petatur, sic enim tenet Sotus & Nauarrus. Quod quidem poterit repeti, non solum quando fuit acceptum propter vitandum peccatum, quod tenebatur vitare de iustitia, sed etiam in peccato, quod tenebatur vitare propter charitatem, vt dicit Nauarrus. Verum est tamen, quod si solum tenebatur illud vitare ratione gratitudinis, quod accepit ob vitandum illud peccatum, non potest repeti; vnde non potest quis repetere ab alio, quod illi datum est, vt vitaret peccatum ingratitudinis, quod erat paratus committere contra amicum suū, quod solum de honestate tenebatur vitare: sic enim tenet Nauarr.

Sot. li. 4. de iust. q. 7. ar. 1

Nau. ca. 17. n. 34 in Man.

Nau. vbi sup.

4 Quarta Conclusio. Quando maritus in testamento fecit donationem vxori suæ cuiusdam summæ hac conditione, quod post eius mortem non esset fornicaria, aut non nuberet alteri marito, si ipsa defecit in conditione, tenebitur illud restituere, quod datum est illi illa de causa, cum illa non fuerit pœna imposita à marito, quæ non debetur nisi sententia lata, sed fuit quædam conditio posita in hoc pacto, & conuentione, qua deficiente deficit etiam ipsum pactum: sic enim tenet Nauarrus.

5 Quinta Conclusio. Si aliquis dixerit, Ego facio tibi donationem huius rei, quia fecisti negotia mea, vt bonus amicus, si in rei veritate reperiatur, quod non fecit dicta negotia viuente donatore, & facta donatione inter viuos, & ipse donator debet interrogari, quam habuerit intentionem, quod si non possit cognosci talis intentio, sed remaneat in dubio, quod sic donatum fuit, debet restitui quia præsumitur, quod illa de causa facta fuit talis donatio. Hinc sequitur, quod puella, quę recepit dona, sollicitata illis mediantibus, ipsa non consentiente in rem prauam, tenebitur restituere talia dona, quia moraliter constat, quod propter illam rem turpem fuerunt ei data, quæ cessante cessat etiam donatio; quod debet intelligi secundum quod dictum est in capitulo præterito in vltima conclusione. Dixi si donatio fuit inter viuos, quia si quis donauit causa mortis dicens, Relinquo Petro centum, quia fecit quædā mea negotia, valida erit talis donatio tā in foro conscientiæ, quam exteriori, licet non fecerit dicta negotia, quia si testator nollet illos dare, exprimeret voluntatem suam, & etiam quia hæc donatio est magis fauorabilis quam donatio inter viuos: sic enim tenet frater Ludou. Lopez. Verum est tamen, quod si quis deceptus putans Petrum esse filiū suum, cum non sit, faceret ei donationem centum ducatorum in testamento, non valebit dicta donatio constando quòd non sit eius filius, & quod ipse fuit motus putans esse filium suum, vt dicunt Syluester & Sotus. Si vero non reliquit dictos centum deceptus ab aliquo, sed solum quia ipse putabat esse filium suum, valebit dicta donatio, licet non sit filius eius, quia potest præsumi, quod eius mater sicut habuit rem cum eo, ita potuit habere rem cum alio.

Nau. ca. 23. n. 67 in Man. & n. 2. 6

Lop. li. 2. instit. nego. c. 45. pag. 514. col. 2.

Syl. ver. do. q 6. Sot. li. 4. de iust. q. 7. art. 1. iuxta finem.

6 Sexta Conclusio. Si quis fecit donationem alteri causa mortis habito respectu, quod erat amicus suus, aut filius cuius-

cuiusdam viri, cui tenebatur iure gratitudinis, potest reuocare talem donationem, licet confirmet cum iuramento, quia iuramentum, quando simpliciter ponitur in aliquo actu debet regulari cum natura talis actus; sic enim tenet Baldus, quẽ sequitur Secura. Hinc sequitur, quod si aliquis testator simpliciter iurat testamentum, potest illud reuocare absque eo quod sit periurus, quia solum videtur iurare, quod facit testamentum libere; sic enim dicit Couarruuias, secus autem, si iurauit, quod non reuocaturus erat testamentum.

Bal. in l. 2. ff. de iureiu. Seg. in l. vxorũ ex famil. §. sed si fũdum. ff. de leg. 2. f. 9. col. 3 Cou. in rubr. de test. 1. p. num. 13. concl. 1.

De Dotis obligatione.

Cap. XCVII.

SVMMARIVM.

An pater teneatur dotare filiam suam licet sit spuria, concl. 1. num. 1.

An teneatur pater dotare filiam, quam alias dotauerat. concl. 2. nu. 2.

An sit licita lex Madritij, quæ ponit terminum dotibus, concl. 3. num. 3.

An si socer non soluat dotem, sed det genero prædium pignori, possit gener percipere fructus absque eo quod teneatur eos computare in sorte principali, conclusio. 4. num. 4. & an eo mortuo vxor habeat eandem facultatem, conclus. 5. num. 5.

An possit gener petere fructus dotis, cum concesserit socero, quod non solueret illi eam vsque ad certum tempus, conclu. 6. num 6.

An assignatis Iudicibus pro dotis computatione possit gener clam surripere aliquid in compensationem grauaminis accepti in dicta computatione. concl. 7 nu. 7.

An si quis ducat mulierem diuitem, videatur ipsam promisisse patrimonium suũ in dotem, concl. 8. nu. 8.

An valeat in foro conscientiæ renunciatio legitimæ facta à filia dotata, inducta ad hoc metu reuerentiali patris, conclus. 9. num. 9.

1 PRima Conclusio, Pater tenetur dotare filiam licet sit spuria, cum etiam huic possit compelli dare alimenta, postquam dos succedit loco alimentorum. Hinc sequitur, quod tenentur assignare ei dotem secundum alimenta, quibus eget; quod si det illam superfluam post eius mortem poterunt petere excessum eius legitimi hæredes soluto matrimonio. Dixi, *soluto matrimonio*, quia existentibus in matrimonio esset iniuriam, & fraudem inferre marito; nisi sciebat, quando accepit eam quod erat spuria, quia in hoc casu poterunt etiam durante matrimonio petere excessum cum receperit iniuste & scienter, vt allegans multos resoluit Couar.

Cou. 2. p. de spõsal ca. 8 num. 12.

2 Secunda Conclusio. Si pater dedit filiæ dotem semel, & ipsa filia, aut maritus sine eius culpa amiserunt dotem, tenetur Pater iterum dotare dictam filiã; si vero amiserint dotem propter suam culpam, non tenebitur iterum dotare. sic enim tenent DD. communiter, & tenet Baldus Nouellus, & Guilielmus Benedictus, qui dicunt, quod tenetur reducere ad diuisiones bonorum ambas dotes, & restituere hæredibus patris sui, quod excedit de sua legitima in ipsis; si vero filius durante vita patris accepit legitimam suam, & cõsumpsit eam per culpam, aut sine culpa, non tenetur pater dare aliam, vt tenet Baldus & DD. communiter.

Doct. in l. pater filiũ de euictionibus. Nouell. de dote 6 p. priuileg. 5. & 15 Guillel. in c. Raynutius. ver. doté nu. 16. de test.

3 Tertia Conclusio. Lex Madritij, quæ ponit terminos dotibus, est iusta, & non tollit libertatem Matrimonij, vt tenet Couarruuias, obligatque in foro exteriori sic practicata, scilicet, quod maritus, qui recipit dotem excedentem, nõ teneatur restituere excessum, antequã ab eo petatur; si vero petatur, tenebitur restituere, vt allegans alios tenet Corduba, qui excessus debet regulari secundum valorem bonorum eius, qui dedit dotem tẽpore, quo dedit eam, aut promisit, aut tempore mortis eius, qui dederat eam, aut promiserat, vt determinatur in quibusdam legibus Tauri.

Bal. in l. si modo § sp. c. de inoffic. test. Doct. in l. si cum dotem § post solutũ, ff. sol. mat. Cou. 2. p. de spõsal. c. 3. f. 293. col. 2.

Quartá

4 Quarta Conclusio. Quando socer nõ soluit dotem genero dans pignori aliquod prædium fructiferum, potest dictus gener percipere fructus eius sine obligatione computandi eos in principali sorte dotis, sic enim definitum est in iure Canonico; quod probatur, quia indiget illis ad sustentanda onera matrimonij, & alendam filiam, quod debebat facere cum redditibus ipsius dotis, si statim dedisset eam, vt explicat Caieta. Couar. Sotus & Nauarrus, sustentare autem onera matrimonij non est alere filiam & familiam solum, sed sustẽtare vxorem & familiam ipsa dote existente integra; vnde licet non sit negotiator poterit percipere fructus huius prædij, dato pignore sibi, cũ quibus sustentet familiam suam quousque illi tribuatur dos ratione lucri cessantis, quod præsumit ius futurum, quia emeret maritus aliquid cum dicta dote cum cuius rei fructibus sustẽtaret familiam suam. Hæc conclusio non habet locum in casu, quod pater daret alimentum filiæ, quousque daret illi dotem; quia tũc nõ potest maritus percipere fructus dicti prædij, vt colligitur in iure ciuili. Notaque, quod hæc conclusio debet moderari secundum Siluestrum, scilicet quod gener non possit percipere plus quam fructus necessarios ad sustentandam vxorem, & familiam; quam sententiam sequitur Arag. Nota etiam quod potest maritus percipere fructus prædij nõ cõputans eos in dote, licet sint plus, quam extraherentur à dote, si statim esset soluta, dummodo ipsi sint necessarij ad sustentationem vxoris, & familiæ secũdũ suam qualitatem, quia vt plurimum homines, quando iunguntur matrimonio, sunt contenti minore dote, quã sit necessaria ad sustentationem dictæ vxoris, & familiæ; & etiam quia patres solent amare filias, & volunt cõmode haberi à maritis, vnde videntur consentire, aut debent consentire quod dictus gener percipiat dictos fructus integre in nostro casu tractando bene filiam suam, sic tenet Ludouicus Lopez. Quæ opinio mihi videtur bona in casu quod realiter maritus tractet bene vxorem suam.

[ca. salubriter d vsuris. — Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2. — Cou. li. 3. var. c. 1. nu. 3. — Sot. li. 3. de iust. q. 1. ar. 2 — Nau. c. 17. nu. 215. — I si pater ff. de doli mali, & met. except. — Arag. 2. 2. q. 78. a. 2. — Lop. in instr. nego. lib. 2. c. 20. p. 37. col. 2]

5 Quinta Conclusio. Mortuo marito in casu proposito supra non soluta dote, potest vxor percipere fructus dicti prædij, quousque illi dos persoluatur, absque eo quod eos computet in sorte principali, vt diximus posse facere maritum; & ratio est, quia licet matrimonium sit solutum per mortem mariti, hæc mulier licet vidua; remanet tanquã eius vxor; vnde sicut ipse poterat percipere fructus ad alendã eã secundũ suũ statum, sic ipsa potest percipere ad idẽ eosdem fructus, vt tenet Aragon. cõtra Caietanũ: quod debet teneri quidquid dicat Angles. Nota autem quod nõ poterit hæc mulier percipere plus de fructibus dicti pignoris, quam sit necessarium ad sui alimenta, quod si pater alit eam, tenebitur cõputare dictos fructus pro sorte principali dotis s̃m dicta de marito, quia, quo ad hoc sunt æquales.

6 Sexta Conclusio. Gener, qui concedit socero, vt soluat dotem post tres annos à matrimonio, non recipiẽs interea aliquod prędium fructiferum pignori, potest saltem in foro conscientiæ petere fructus dictæ dotis, vt contra Abbatẽ, & Siluestrum tenet Angles, quẽ sequitur Ludouicus Lopez, & idem quod dicitur de genero, debet dici de ipsa vxore mortuo marito secundum dicta in quarta Conclusione.

7 Septima Conclusio. Si socer, & gener fecerint pactum, quod assignentur duo iudices arbitri ad appretianda suppellectilia, & prædia, quæ illi assignantur in dotem, non potest sine peccato talis gener capere aliquid secreto in compensationem grauaminis, quod putat fuisse illi factum in dicta appretiatione, si à principio habuit animum decipiendi socerum nolens stare pretio assignãdo illorum, si sensisset grauamen, cum fuerit fictio ex parte sua in negotio notabili præiudicij, sic enim tenet Sotus, Nauarr. & Corduba. Notaque, quod quando non constat dictum pa-

[Arag. vbi sup. & ibi Caieta. Angl. de cõtractu mutui. ar. 1. d. 7. — Angl. de cõtractu mutui 2. dif. 6. — Lop. i in str. cõsc. 2. p. c. 7. — Sot li. 8. de iusti. q. 2. ar. 1 ad 1. — Nau. in Man. ca. 18. nu 3. & 9. — Cord. ĩ casĩ cõsc. q. 150.]

ctum esse iniustum; licet genero tale videatur, tenetur restituere socero medietatem, aut partem bonorum, quæ sic occulte cœpit in compensationem, pro quanto non est certus in qua quantitate fuerit grauatus; sic enim tenet Corduba, cum magistro suo Medina. Et ratio eius est, quia non debet dari fides genero in propria causa, ita vt eius opinio habeatur certissima. Nota præterea, quod quando clare videtur fuisse generum grauatum notabiliter in dicta appretiatione, non tenebitur restituere, quod cepit in compensationem grauaminis, quod multo magis debet seruari in Regnis, vbi mulieres habent actionem petendi integre dotem suam in damnum creditorum, vt fit in Regnis Castellæ, & Aragonum; & accidit, quod recuperent sæpius plus quam debetur illis; vnde Confessarij in huiusmodi Regnis debent interrogare Iudices arbitres, an grauauerint in taxatione, seu precio generos, quia vltra peccatum, quod committunt, tenentur ad restitutionem ob damnum, quod ex ea venit creditoribus, sic enim tenet Ludouicus Lopez.

Cord. vbi sup.

Lop. in ist. neg. l. 1. c. 21 p 69. ifi.

8 Octaua Conclusio. Quando aliquis spondet per verba de futuro alicui mulieri diuiti, tacite promittit ipsa suum patrimonium in dotem, vt tenet Baldus, ob quod non potest compelli accipere eam in coniugem, si ipsa nolit assignare dotem ipsi sufficientem: quod intelligitur nisi sponsus sit diues, & habeat bona sufficientia ad alimẽta, quia in hoc casu non præsumitur ipsam promisisse patrimonium in dotem; & ideo debet imputari sponso ipsa culpa, cum non fecerit pactum expressum eius, vt tenet Couarruuias.

Bal. 1 c. iuram it, de iureiur.

Couar. de spõl. 2. p. c. 5. fol. 245 col 2.

9 Nona Conclusio. In conscientia non valet renuntiatio legitimæ patri factæ à filia inducta ab ipso metu reuerentiali, vt dicat quod est contenta ea dote, quæ data illi fuit, nisi fecit donationem cum iuramento; sic enim dicit Nauarrus sequens Adrianum. Verum est tamen, quod poterit petere relaxationem iuramenti, vt possit bona conscientia petere illud, quod illi est fraudis; immo addo quod si quantitas, in qua fuit læsa, fit notabilis, poterit in foro exteriori petere, quia præsumitur, quod constricta fecerit dictam renuntiationem.

Nau de ma c. 27 nu. 2; 2.

De legatis ad nubendum relictis. Cap. XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *An legatum relictum alicui virgini, vt nubat, aut pro dote, debeat restitui hæredibus defuncti si moriatur antequam nubat, concl. 1. num. 1.*

An legatum alicui virgini solum vt possit nubere relictum si moriatur ante nuptias, perueniat ad hæredes virginis, aut legantis, concl. 2. nu. 2.

An legatum relictum alicui virgini pro dote tanquam pro patrimonio ipsa mortua non nupta sit hæredum ipsius. concl. 3. num. 3.

An legatum relictum alicui virgini vt nubat Francisco, deficiat moriente ipso Francisco ante matrimonium, concl. 4. num 4.

An legatum, quod relinquitur alicui virgini, vt nubat existens in ætate, debeat ei tribui, antequam accedat ad dictam ætatem, concl. 5. nu. 5.

An legatum relictum alicui virgini, vt nubat, possit commutari in aliam operam piam ab Episcopo, concl. 6. nu. 6.

An, quando aliquis testator legat aliquã quantitatem ad locandas virgines, & pauperiores, possit dari à patronis veris pauperibus, cum iurauerint daturos pauperioribus, concl. 7. num. 7.

1 PRima Conclusio. Legatum relictum alicui virgini, vt nubet, aut pro eius dote, habetur pro tali dote assignata ad hunc effectum: & ideo ipsa mortua, antequam duceret maritum, licet receperit, illud debet restitui hæredibus defuncti, viso quod

hoc

Acostas li.2.đ cō ditionibus appositis, c.22. Cou. de testa.c 2 num. 11. Bal. cōs. 249. li.4

hoc legatum fuit conditionale; sic tenēt antiqui, & moderni, vt constat ex eo q̄ tradit Manuel Acosta,& Couar.

2 Secunda Concl. Quando relinquitur alicui virgini aliquod legatum ad hoc, vt possit nubere, est legatum de toto purum sine mixtura cōditionis, vnde licet non nubat, hæredib. illius, nō vero heredibus legantis debet dari, vt tenet Bald.

3 Tertia Conclusio. Legatum factum ad dotem alicuius virginis in prouincia, vbi dos significat patrimonium, q̄ habet ad nubendum: ipsa mortua nō nupta, suis hæredibus debet dari, quia idem est in illa prouincia dicere. Relinquo N. centum pro dote, ac dicere relinquo N centum ducatos, vt cum hac summa possit nubere, & ideo est legatum purum & non conditionale, vt tenet Bartolus.

Bart. in. Titio centū, §. Titio genero, ff. de cōdi. & demōstra.

4 Quarta Conclusio. Secundum præsūptam voluntatem testatoris legatū relictum alicui virgini, vt nubat Frācisco, non deficit, licet Franciscus moriatur ante contractum tale matrimonium, si dicta virgo est pauper, & vult nubere alteri, secus vero, si est diues, vt resoluit Baldus Nouellus: & idem est dicendū, si ipsa voluerit ingredi religionem, licet nominet quandam certam personam, cum qua contrahat, vt resoluit idē Baldus. Si vero virgo moriatur ante cōtractum matrimoniū, debet illa dos cōuerti in matrimoniū alterius virginis pauperis, vt post Baldum resoluit Couar.

Bal. Nouel. đ dote 6. p. priu 76. ad fin.

Bal. vbi sup. 76. i fra cōs. 6 hic. Cou. in d.c.3. nu mero 11 illatione 6. hic.

5 Quinta Conclusio. Legatum, quod relinquitur, vt locetur aliqua virgo, si sit habilis ad illud, licet promittat, detque fideiussionem, quod nubet, non debet illi dari antequam nubat, nec etiam debet dari pro expensis, quas dicit esse necessarias ad quærendum maritum, quia non est intentio testatoris, quod fiant hæ expensæ in dicto negotio quærendi maritum, sed solum quod detur in dotem, quando contrahitur matrimonium, vt maritus habeat cum quo possit sustētare onera matrimonij, mortuoq; ipso remaneat vxori dicta summa pro alimentis: hanc opinionē habet Paulus de Castro contra Bartolū, & Baldum, qui dicunt, quod statim debet tradi cum cautione pro dictis expensis: quam quidē opinionem sequerer ego in casu, quod virgo non haberet, nec posset habere quidquam, quo possint fieri expēsæ præcisæ, & necessariæ, quod videtur mihi debere teneri, licet Spinus sequens alios incedat alio itinere. Ex dictis infertur, quod legatum relictū pro dote virgini adultæ, quæ habet ætatem nubendi, debetur illi ipso die, quo nupserit per verba de præsenti, quod si fuerit minor 12. annis non debet illi dari, antequam accedat ad ætatē nubendi, & nubat de facto per verba de præsenti, sic enim tenet Bart. quem defendunt Acosta, & Couar.

Castr. d. §. Titio genero, & B. ibi. col. vlt. Bald. in l. tancimus. C. de nupt. Spin. in suo spec. test. gl. 10 đ leg. icer. p. so. nu 18

6 Sexta Conclusio. Legatum, quod relinquitur virgini, vt nubat, debetur illi, & non potest Episcopus conuertere illud in aliud opus, quantumuis pium fuerit, in tantum, vt non possit dari virgini, vt ingrediatur religionem, vt tenet Baldus quem sequitur Spinus, quod puto esse verum, quando constat, quod reliquit testator dictum legatū ob desiderium, quod habebat, quod eius familia, & genus conseruaretur; in dubio tamen videtur, quod debetur illi hoc legatum; cum hæc virgo desponseat Christo sponso satis qualificato.

Bar. vbi sup. Acost. s d ca.22. num. 2. Cou. in c.3. đ testa. iuxta finem.

7 Septima Conclusio. Quando aliquis testator relinquit certam quantitatem nummorum pro locandis virginibus orphanis, & pauperioribus, & accipitur iuramentum à patronis, quod eligent pauperiores, & quod nec precibus, nec fauoribus admittent aliquam, non peccant eligentes precibus, & fauoribus illas, quæ sunt vere pauperes; quia intentio testatoris, qui reliquit dictum iuramentum accipiendum, videtur quod fuit, vt non eligerent aliquam mediantibus precibus, quæ non esset pauper; & si eligerent pauperes, omittentes tamen alias pauperiores ducti solum ob prædictas preces, peccarent contra iuramentum; non tenebuntur vero restituere: quod si eligerent non

Bal. in l. post mortem col. 2. penul. c. de fidei. Spinus vbi sup. num. 15

pauperes, peccarent contra iuramentũ, & tenerentur ad restitutionem relictæ massæ nummorũ pauperibus; sic enim respõdit Doctor Medina, vt dicit Corduba, qui sequitur eum.

Cord. de casib. q. 73.

De amissione dotis ob adulterium. Cap. XCIX.

SVMMARIVM.

An mulier adultera amittat dotem, & bona paraphernalia concl. 1. num. 1.

An vxor amittat dotem per solos amplexus, & oscula, ibid.

An vxor amittat legatum per amplexus, & oscula si relictum fuit cum conditione vt viuat caste, ibid.

An dos adulteræ deueniat ad ipsum maritum adulterum, conclus. 2. num. 2.

An adultera sciente marito possit accusare ab hæredibus ipso mortuo, aut amittat dotem, conclus. 3. num. 3.

An vidua amittat dotem, si intra annum sepulturæ, mariti fornicatur, conclus. 4. num. 4.

1 PRima Conclusio. Mulier, quæ committit adulterium, amittit dotem, & adiudicatur marito, si Iudex pronũtiet sententiam, vt dicitur in iure; amittit etiam bona lucrata secundum leges horum regnorum Castellæ; non tamen amittit bona, quæ sunt vocata paraphernalia, vt contra cõmunem docet Acosta, quem sequitur Cou. Notaq; quod per solos amplexus, & oscula nõ amittit dotẽ, nec bona lucrata, licet amittat legatũ, quod illi relinquitur hac conditione, quod viuat caste, vt tenet Bald.

2 Secunda Conclusio. Dos mulieris adulteræ applicatur marito, siue accuset eam ciuiliter, siue criminaliter, nisi habeat vxor filios eius, vt dicitur in quadam lege partitarum: si verò habeat filios, semper debent habere dicta bona post mortem patris, cum Iudex adiudicauit bona. Et aduertatur, quod si maritus etiam commisit adulterium, non potest accusare vxorem ad finem habẽdæ dotis, vt dicitur in iure.

[ie. plerũque de don. inter vir. & vxor. l. 4. tit. 4. li. 5. ord. li. 5. tit. 9. lib. 5. comp. Acosta, in ca. si pater, 1. p. verb. legauit, nu. 46. Cou. 2. p. de spõsal. c. 7. §. 6. Bal. cõs. 207. vol.]

3 Tertia Concl. Mulier, quæ durante vita mariti commisit adulterium ipso sciente, non potest accusari ab hæredibus eius ipso mortuo ad effectum amittendæ dotis, vt comprobans id cũ quodã tex. expresso notat Bart. dixi, *ipso sciẽte* quia si ignorauit, possent accusare.

[l. 15. tit. 17. p. 7. c. intelligimus de adult.]

4 Quarta Conclusio. Vidua, qua intra annum sepulturę mariti fornicatur, nõ amittit dotem, sic enim tenet contra Castrum Acosta, quem sequitur Couarr. vbi defendit, quo in his regnis non amittit partem bonorum acquisitorum constante matrimonio, nisi viuat multum carnaliter, licet sit post transactum dictum primum annum, si vero peccauit, vt fragilis semel, & bis, non potest castigari cum hac pęna. Et nota, quod nõ incurrit eam ad finem, quod teneatur in foro conscientiæ restituere dicta bona, nisi post sententiam latam a Iudice, cum sit regula verificata, quòd lex pęnalis non obligat in foro conscientię, nisi post sententiam latam.

[l. rei iudic. ver. hęred. ff. sol. mat. vbi Bart. Cast. in l sororẽ. c. de ijs qui, vt indig. Acosta in c. si pater, verbo, legauit, n 41. de testã. Cou. de sponsal. 3. p. c. 7. §. 6. n. 11. & 12.]

De obligatione reddendæ dotis vxori, aut eius filijs matre mortua. Cap. C.

SVMMARIVM.

An post mortem mariti sit obligatio restituendi bona dotalia, & coram fructus vxori, conclus. 1. num. 1.

An soluto matrimonio ob aliquam iustam causam debeat vxori dari dos, conclus. 2. num. 2.

An soluto matrimonio, teneatur maritus restituere vxori redditus, quos colligit ex bonis dotalibus, concl. 3. num. 3.

An mulier donec soluatur ei dos, possit licite accipere alimenta ipsa dote salua, conclus. 4. num. 4.

An quando hæredes marito morantur soluere dotem vxori propria culpa teneatur compensare damnum hinc sequutum, conclus. 5. num. 5.

An

An filij, qui remanserunt post mortem viduæ, cui non fuit dos restituta, possint eam postulare, concl.6.num.6.

An mortuo marito possit uxor extrahere dotem, antequam soluantur debita, conclus.7.nu.7. Et an possit repetere totam dotem, licet sit consumpta in delitijs, & vestibus prophanis ibid.

An uxor, semel adiudicata illi dote, si postea cõsummat in oneribus matrimonij, possit secrete capere hanc quantitatem, concl.8 nu.8. & concl.9.num.9.

An solutis debitis creditorum possit uxor recuperare bona quæ fuerunt expensa de dote sua existente ipsa iam de dote satisfacta, conclus.10.num.10.

An mulier quæ nupsit cuidam hominis cũ quadam quantitate dotis, pro qua promisit 300. ducatos arrharum possit capere aliquid de bonis mariti, quia non est recordatus eius uxoris in testamento, conclus.11.num.11.

An mulier quæ non habet dotem nec bona paraphernalia possit secrete capere aliquid de bonis lucratis confiscatis bonis mariti a fisco, conclus.12.num.12.

An mulier debeat præferri creditoribus mariti in recuperatione bonorum lucratorum sicut est in bonis dotalibus, concl.13 num.13.

1 PRima Conclusio. Post mortem mariti obligatio est restituẽdi bona immobilia dotalia vxori, non vero bona mobilia, nisi transacto anno à morte mariti, vt notant communiter
DD.l.21 tit.11.p.4. DD.& probat quędam lex partitarum; verum est tamen, quod tenentur hæredes restituere vxori fructus, quos receperunt à dictis bonis intra dictum annum si non dederint ipsi alimenta, quia alentes eam non tenebuntur ad illud, vt aduertit Syluest.

Syl. ver. vsura 3. q.6. 2 Secunda Conclusio. Soluto matrimonio aliqua iusta de causa, debet dari dos vxori, cùm detur dos pro oneribus matrimonij, quod iam cessauit; vnde separatus maritus ab vxore aliquo iusto impedimento consanguinitatis, aut affinitatis, quod ipsi ignorabant, debet reddere dotem vxori; quod intelligitur, si præcesserint denunciationes, quas præcipit Concil. Trid. aut fuerunt omissæ de licentia Ordinarij; quia si non præcesserunt denunciationes, aut fuerunt omissæ sine licentia Ordinarij non valebit illis saltem in foro exteriori eorum ignorantia, quia præsumitur esse affectata; & ideò fiscus habebit dictam dotem, sicut habet, quando contrahunt scienter cum hoc impedimento. Concil. Triden. sess.24. c.1. de Ref. matri.

3 Tertia Cõclusio. Maritus soluto matrimonio non tenetur soluere vxori red ditus, quos colligit ex prædijs, quæ fuerũt ei data pro dote, quia maritus fruitur eis ad ferenda onera matrimonij, & ideo non augetur dos, vt dicit D. Franciscus Sarmientus.

4 Quarta Concl. Mulier, donec soluatur ei dos, potest licite accipere alimenta, salua sẽper dote sua, vt post Syluest. resoluit Nau. Sotus, & Garzia: quia dos donec restituitur vxori, non desinit habere onus suum à quocumque habeatur; onus autem dictæ dotis est esse deputatam, ad alendam dictam mulierẽ; vnde non solum ratione lucri cessantis potest hęc vidua percipere alimenta ipsa dote remanente integra, sed etiam ratione speciali, quę in ipsa cõcurrit, quod scilicet semper est assignata pro sustentatione dictæ vxoris. Sarm.li.3.selec. c.10.per tot. Nau. de vsur.nu.75 & c.17,n.213 in Man. Sot.li.6. de iust. q.1.ar.1. Garz.li.2.de cõtr. c.16. pa 489.

5 Quinta Concl. Quando hęredes mariti morantur soluere dotem vxori eorum culpa, non autem culpa eius, tenẽtur compensare ei totum damnũ quod hinc sequutum est, sicut quia nõ habuit dotem fuit constricta accipere aliquam pecuniã ad vsuram, aut omisit lucrari, quod poterat negotians cum nummis dotis suæ, nec habebat aliundè nũmos; quod probatur, quia ipsa nõ tenebatur cum detrimento suo expectare, & dare tot terminos ipsis. Dixi sua culpa, quia si non potuerunt soluere sine culpa sua, aliqua maiori pietate tractandi sunt, qd relinquitur arbitrio prudentis viri.

6 Sexta conclusio. Filij, qui erunt superstites post mortem huius viduæ, cui non fuit dos restituta, pos-

sunt postulare de nouo à quocumque, qui ipsam possideat, aut obligare, vt eã detineant integram, tribuentes eis alimenta, quia cum hoc onere alimentorum detinebat eam pater suus, & cum eodem transit in quemcumque eã possederit, vt dicit Ludou. Lopez.

Lop li. 2 inst. nego. c. 20. pa. 279. col. 1. Angl. de cõtract. mutui, artic 2. diffic. 7.

7 Septima Conclusio. Potest mulier mortuo marito extrahere dotem integre, antequam debita mariti soluantur creditoribus, si ipsa non obligauit dictã dotem expresse pro dictis debitis soluẽdis, vt disponit ius in his Regnis Castellæ. Hinc infertur, quod si aliqua mulier contrahit cum aliquo homine, & non promittit, nec assignat ei dotem, non potest postea extrahere patrimonium quod habebat, quando ducta fuit ab eo secundum quantitatem dotis, quam debebat dare marito, & præferri reliquis creditoribus mariti; quia mulier, quæ nubit per verba de præsenti, non videtur dare in dotem marito patrimonium, quod habebat, nisi id dixerit expresse, vt cum communi contra Bartolum resoluit Couarruuias. Præferri autem vxorem reliquis creditoribus mariti est priuilegium, quod conceditur doti, & ideo debet illis consuli, vt, quando nubunt, assignent dotem. Notaque quod etiam in foro conscientiæ potest vxor mortuo marito repetere totam dotem, licet ipse fuerit prodigus in expensis superfluis, quas fecit ornans eam plusquam requirebat eius cõditio, quia cum his oneribus accipit maritus dotem, vt dicit Nauarrus.

Cou. de spons. 2. p. c. 5. n. 5. & 6.

Nau. in Man. c. 17. num. 155. §. ad nouẽ auth.

8 Octaua Conclus. Vxor legitimè satisfacta de sua dote à iudice, quia eius maritus fuit prodigus, aut deuenit ad inopiam, si ipsa postea consumit eam in oneribus matrimonij, potest secrete ad vitandas lites capere de bonis mariti vsque ad quantitatem eius, quod consumpsit, & etiam de arrhis, & bonis paraphernalibus, si quæ adsint; non potest tamen capere plus; quia in hoc solum vtitur priuilegio, quod habet eius debitum, quod debet præferri cæteris debitis, quæ non habent expressas aut tacitas hypothecas super bonis mariti, quæ sit ipsa dos, & per consequens solũ remanet obligata ad reliquum, quod superest de bonis mariti facta dicta compensatione; nec tenetur respondere litteris excommunicatorijs, nec iuramento, cum quibus obligant eam ad respõdendum, & manifestãdum dicta bona abscõdita. Quod est verum, nisi mulier prædicta renuncians priuilegio dotis obliget se, aut fideiubeat pro mariti debitis, vt dicit Nauarr. cum communi.

Nau. in Man. c. 17. num. 135. & 134.

9 Nona Concl. Vxor, vita durante mariti, si separetur ab eo authoritate iudicis, qui tradidit ei dotem non solũ quãtum ad dominium & possessionem, sed etiam quantum ad administrationem, si postea consumit eam in oneribus matrimonij, non poterit eam repetere nec capere aliquid pro compensatione huius damni in fraudem creditorum, quia cum sit libera à marito videtur expendere hæc bona cum marito mutuans ei ipsa bona, & per consequens si sint creditores priores ipsa in mutuo, illis debet prius solui debitum ex bonis mariti: & in hoc casu si aliquid capit in compẽsationem, tenebitur manifestare extractis litteris excommunicatorijs à primis creditoribus, non vero si sint posteriores debito suo, quia in præiudicium eorum potest quidem capere secrete, quod sibi putat deberi ob mutuum, quod fecit, cum sit prior illis.

10 Decima Conclusio. Si satisfiat creditoribus prioribus, poterit dicta mulier de bonis mariti recuperare bona, quæ consumpsit de dote sua, licet sit sibi tradita; quia maritus tenebatur sustẽtare eam conseruans integre dotem suam; & ideo in hoc casu potest petere ab hæredibus mariti, quod illi deest ad complementum dotis, vt dicit Corduba, qui dicit esse hoc intantum verum, vt si vxori fuisset data aliqua domus pro eius habitatione, quæ fuit ab ea ablata à creditoribus mariti, quia ipsa nõ se opposuit causæ, si non satisfiat ab hæredibus, poterit ipsa capere de bonis mariti, quod potuerit pro dicta satisfactio-

Cord. de casibus conte. q. 126.

factione. Dixi, si non satisfaciant ei hæredes, quia si satisfecerunt ei, alia via tenebitur ad debita mariti, & ad damna, & expensas, quas faciunt creditores in recuperatione debiti, vt aduertit Ludouicus Lopez: ordo vero, qui debet teneri in soluendis creditoribus, ponetur latè in materia restitutionis.

Lop. instruct. cõsil. 2. p. c. 11. col. 83.

11 Vndecima Conclusio. Maria quæ nupsit Ioanni cum duobus millibus ducatorum dotis, & supellectilibus domus, quæ non fuerunt appretiata, ob quæ Ioannes promisit 300. ducatos arrharum, non potest capere quicquã de bonis dicti mariti; quia non fit recordatus eius in suo testamento, cum teneretur ad illud obseruitia, quæ illi fecerat in eius vita, & propter arrhas, quas illi promiserat, & propter diminutionem, quam passa est eius suppellex seruiens ei. Hæc conclusio habet tres partes probandas. Prima est quod nõ potest quidquam capere in compensationem seruitij, quod fecit marito; quod probatur quia ratione matrimonij tenebatur ad huc faciendum. Secunda est, quod non potest quicquam capere ratione arrharum; quod probatur, quia cum arrhæ non excedant decimam partem dotis, & per consequens valeant secundum leges horum regnorum, de iure, & per viam litis potest illas petere; quod si nõ valuit dicta promissio, quia arrhæ excedunt decimam partem dotis, clarum est, quod non potest capere quicquam de bonis mariti in compensationem, cum non possit petere quidquam ratione dicti promissi, & dato casu, quod dicta promissio non excedat dictam quantitatem, si eius non fuit factum instrumentum aliquod authenticum cum testibus, argumentum est, quod dicta promissio magis fuit per viam gratitudinis, & beneuolentiæ, quam obligationis legalis, vt sæpe accidit in sponsalibus, & matrimonij; & sic se re habente, aut si illæ res non debentur, aut non constat, quod debeantur, &c, cum, vt fiat compensatio, est necesse, quod debitum sit liquidum, & clarum, manifestum est, quod prædicta Maria non potest quicquam capere de bonis mariti in compensationem arrharum promissarum, vt tenet Medina, quem sequitur Nauar. Tertia pars est, quod Maria non possit quicquam capere ob diminutiones suppellectilis, clare patet, cum quando dedit marito, nõ fuit factum inuentarium, nec fuit appretiata, & ideo non ingressa fuit in partem dotis, vt semper debeant seruari pro tali dote.

Med. de restit. q. 12. Nau. in d. c. 17. nu. 214.

12 Duodecima Conclusio. Mulier, quæ caret dote, & bonis paraphernalibus, potest capere de bonis lucratis dimidium, quod ad illam pertinet secrete in casu, quod maritus ob aliquod delictum amiserit bona, & fiscus sequestrauerit ea; huic conclusioni videtur fa cere quædam lex horum Regnorum. Notaque quod si maritus timẽs, quod fiscus est accepturus bona sua, secrete sciente vxore absconderit ea, non tenetur ipsa manifestare licet iubeatur sub pœna excommunicationis, & licet obligetur ad iurãdum, an sciat de illis; quia vxor est persona priuilegio prædita, & ideo non potest compelli ad iurandum aduersus maritum, vt dicit Nauarrus, cum communi. Nota etiam, quod, quando debent sequestrari bona mobilia ob delictum mariti, potest vxor abscondere de illis totum id, quod est necessarium ad vsum domus suæ, & familiæ suæ, sine quo non possunt ducere vitam, scilicet lectum, mensam &c. quin secundum leges horum regnorum, vt dicit Hugo de Celso, prohibetur fieri executionem in bonis tam necessarijs vitæ.

L. 10. li. 5. t. 10. noue compilat.

Nau. in Man. c. 25. n. 48.

Hug. de celso in suo repertorio, verb. sequest. & verbo executio.

13 Decimatertia Conclusio. Licet, cum venduntur bona mariti ad soluenda debita, possit vxor petere dotem suam, præferrique debeat reliquis creditoribus minus priuilegiatis, non poterit tamen præferri eis in recuperatione bonorum lucratorum; & ideo non poterit capere quicquam pro compensatione huius debiti; quia debita, quæ maritus facit durante ma-

id, quod eius virtute acceperat, vt dicunt communiter DD.

DD. ca. sic vera & in c. debitor. de iureiur.

4 Quarta Conclusio. In dandis & accipiendis donis tria debent considerari. Primum est qualitas dantis, & recipientis. Secundum quantitas, quæ datur & accipitur. Tertium tempus, quo datur. Qualitas personarũ, scilicet si dat pauper diuiti, aut diues pauperi. Quantitas est, si est magni pretij, aut parui. Tempus est, si datur necessitatis tempore, aut sine ea: hinc sequitur, quod qui vendit aliquam rem existens in necessitate minori valore quam valeat, non præsumitur, quod faciat donationem reliqui pretij iusti, & ideo emptor tenetur ei restituere, nisi postea libere remiserit venditor. Secundo sequitur, quod illud, qđ datur mulieri honestæ prouocando eã cum hoc dono ad actum carnalem, & ipsa recipit protectione, quod licet recipiat, nõ ideo consentit in rem prauam, videtur esse illi donatum. Si ipsa est tam honesta, & casta, quod loquendo moraliter est certum, quod per talia dona, & meliora non consentiet in rem prauã; quia si hoc adsit, & facta protestatione supradicta pręsumitur, quòd illi datum fuit donum gratis datum. Si vero ipsa non sit persona talis fidei, & potest præsumi, quod consentit, non præsumitur dono datum, nisi semel, & bis instet ipsa dicens, quòd recipit quidem, sed tamen quod per totum mundũ non consentiet in peccatum, sic (allegans alios) resoluit Ludou. Lopez.

Lop. in ist. neg. l 1. c. 50 fol. 188. col. 1.

De donatione conditionali, & modali. Cap. XCVI.

SVMMARIVM.

An valeat donatio facta alicui mulieri, vt consentiat in aliquem actum turpem. concl. 1. num. 1.

An valeat donatio inter viuos facta alicui cum conditione, quod per totam vitam illius debeat retribuere ei centum ducatos, concl. 2. num. 2.

An teneatur restituere, qui recipit aliquid cum conditione, quod non peccet, concl. 3. num. 3.

An donatio facta mulieri hac conditione, quod non nubat alteri, aut quod non viuat male, possit reuocari deficiente hac conditione concl. 4. num. 4.

An valeat donatio facta alicui, quia fecit aliqua negotia, cum postea inueniatur, quod non fecit illa, concl. 5. nu. 5.

An donatio causa mortis confirmata iuramento facta alicui, habito respectu, quod esset eius amicus sit reuocabilis, concl. 6. num. 6.

PRima conclusio. Illicita est donatio, quæ fit causa aliqua turpi, quãdo scilicet, alicui mulieri certam quandam summam quis dat, vt consentiat in peccatum, & ideo debet annullari, antequam habeatur copula, vt dicit Caietan. at post copulam, si dat, quod promisit, non est illicita, cum in hoc correspondeat fidelitati; hæc opinio est Cordubæ, & aliorum hominum doctorum contra Sotum; cuius opinio habet locum in foro exteriori, in quo non respicitur ad voluntatem interiorem dantis, sed ad donationem ipsam factam exterius, vt infra dicetur in materia luxuriæ. 1

2 Secunda Conclusio. Valet donatio, quando aliquis dat alteri mille ducatos irreuocabiliter cum hac conditione, quod donatarius teneatur facere donationem centum ducatorum annuatim per totam vitam suam, ita vt eo mortuo non teneatur dare ipsos centum hæredibus donantis mille ducatos; & quod valeat hæc donatio probatur, quia donatio modalis est licita, vt dicitur in iure; & ista non habet vllam iniustitiam, cum donator, & donatarius exponuntur periculo mortis, & breuis vitę donatoris: nec contra hoc obstat quædã Extrauagans Pij V. quæ prohibet fieri aliquem censum in alia forma diuersa ab ea, quæ in ipsa Extrauaganti ponitur, & ibi formæ huius census non fit mentio, quia huic argumento respondeo, quod

ca quia in omnibus de vsuris.

quod dicta extrauagans loquitur in cẽsu constituto per viam emptionis, aut alterius contractus æquiualentis; at in nostro casu loquitur de censu constituto per modũ donationis modalis. Nec obstat, quod si viuat donator vndecim annos post donationem factam accipiet centũ ducatos, plusquam sors principalis sit; quia respondeo, quod ideo exponitur periculo viuendi multo minus; & præterea quia vsura committitur, quando recipitur aliquod plusquã sit sors principalis in contractu mutui, quod non est sic in reliquijs contractibus emptionum & locationum; & idẽ debet dici in hac donatione modali, vt consulit Nauarr. in quodam consilio dato super hoc dubio.

Nau. li. 3. cons. de don. cons.1 f. 193. col. 2.

3 Tertia conclusio. Quando aliquis accipit aliquid cum hac conditione, ne peccet, in conscientia non tenetur illud restituere, nisi in casu quod ab illo petatur, sic enim tenet Sotus & Nauarrus. Quod quidem poterit repeti, non solum quando fuit acceptum propter vitandum peccatum, quod tenebatur vitare de iustitia, sed etiam in peccato, quod tenebatur vitare propter charitatem, vt dixit Nauarrus. Verum est tamen, quod si solum tenebatur illud vitare ratione gratitudinis, quod accepit ob vitandum illud peccatum, non potest repeti; vnde non potest quis repetere ab alio, quod illi datum est, vt vitaret peccatum ingratitudinis, quod erat paratus committere contra amicum suũ, quod solum de honestate tenebatur vitare: sic enim tenet Nauarr.

Sot. li. 4. de iust. q. 7. ar. 1

Nau. c. 17. n. 34 in Man.

Nau. vbi sup.

4 Quarta Conclusio. Quando maritus in testamento fecit donationem vxori suæ cuiusdam summæ hac conditione, quod post eius mortem non esset fornicaria, aut non nuberet alteri marito, si ipsa defecit in conditione, tenebitur illud restituere, quod datum est illi illa de causa, cum illa non fuerit pęna imposita à marito, quæ non debetur nisi sententia lata, sed fuit quædam conditio posita in hoc pacto, & conuentione, qua deficiente deficit etiam ipsum pactum: sic enim tenet Nauarrus.

5 Quinta Conclusio. Si aliquis dixerit, Ego facio tibi donationem huius rei, quia fecisti negotia mea, vt bonus amicus, si in rei veritate reperiatur, quod non fecit dicta negotia viuente donatore, & facta donatione inter viuos, & ipse donator debet interrogari, quam habuerit intentionem, quod si non possit cognosci talis intentio, sed remaneat in dubio, quod sic donatum fuit, debet restitui quia præsumitur, quod illa de causa facta fuit talis donatio. Hinc sequitur, quod puella, quę recepit dona, sollicitata illis mediantibus, ipsa non consentiente in rem prauam, tenebitur restituere talia dona, quia moraliter constat, quod propter illam rem turpem fuerunt ei data, quæ cessante cessat etiam donatio; quod debet intelligi secundum quod dictum est in capitulo præterito in vltima conclusione. Dixi si donatio fuit inter viuos, quia si quis donauit causa mortis dicens, Relinquo Petro centum, quia fecit quædã mea negotia, valida erit talis donatio tã in foro conscientiæ, quam exteriori, licet non fecerit dicta negotia, quia si testator nollet illos dare, exprimeret voluntatem suam, & etiam quia hæc donatio est magis fauorabilis quam donatio inter viuos: sic enim tenet frater Ludou. Lopez. Verum est tamen, quod si quis deceptus putans Petrum esse filiũ suum, cum non sit, faceret ei donationem centum ducatorum in testamento, non valebit dicta donatio constando quòd non sit eius filius, & quod ipse fuit motus putans esse filium suum, vt dicunt Syluester & Sotus. Si vero non reliquit dictos centum deceptus ab aliquo, sed solum quia ipse putabat esse filium suum, valebit dicta donatio, licet non sit filius eius, quia potest præsumi, quod eius mater sicut habuit rem cum eo, ita potuit habere rem cum alio.

Nau. c. 23. n. 67 in Man. & n. 2. 6

Lop. li. 2. instit. nego. c. 45. pag. 514. col. 2.

Syl. ver. do. q 6. Sot. li. 4. de iust. q. 7. art. 1. iuxta finem.

6 Sexta Conclusio. Si quis fecit donationem alteri causa mortis habito respectu, quod erat amicus suus, aut filius

cuius-

cuiusdam viri, cui tenebatur iure gratitudinis, potest reuocare talem donationem, licet confirmet cum iuramento, quia iuramentum, quando simpliciter ponitur in aliquo actu debet regulari cum natura talis actus; sic enim tenet Baldus, quē sequitur Secura. Hinc sequitur, quod si aliquis testator simpliciter iurat testamentum, potest illud reuocare absque eo quod sit periurus, quia solum videtur iurare, quod facit testamentum libere; sic enim dicit Couarruuias, secus autem, si iurauit, quod non reuocaturus erat testamentum.

Bal. in l. 2. ff. d iureiu. Seg. i l. vnū ex famil. §. sed si fū dum. ff. de leg. 2. f 9. col. 3 Cou. in rubr. de test. 1. p. num. 13. concl. 1.

De Dotis obligatione.

Cap. XCVII.

SVMMARIVM.

An pater teneatur dotare filiam suam licet sit spuria. concl. 1. num. 1.

An teneatur pater dotare filiam, quam aliàs dotauerat. concl. 2. nu. 2.

An sit licita lex Madritij, quæ ponit termi num dotibus, concl. 3. num. 3.

An si socer non soluat dotem, sed det genero prædium pignori, possit gener percipere fructus absque eo quod teneatur eos computare in sorte principali, conclusio. 4. num. 4. & an eo mortuo uxor habeat eandem facultatem, concluſ. 5. num. 5.

An possit gener petere fructus dotis, cum concesserit socero, quod non solueret illi eam vsque ad certum tempus, conclu. 6. num 6.

An assignatis Iudicibus pro dotis computatione possit gener clam surripere aliquid in compensationem grauaminis accepti in dicta computatione concl. 7 nu. 7.

An si quis ducat mulierem diuitem, videatur ipsam promisisse patrimonium suū in dotem. concl. 8. nu. 8.

An valeat in foro conscientiæ renunciatio legitimæ facta à filia dotata, inducta ad hoc metu reuerentiali patris, concluſ. 9. num. 9.

1 PRima Conclusio, Pater tenetur dotare filiam licet sit spuria, cum etiam huic possit compelli dare alimenta, postquam dos succedit loco alimentorum. Hinc sequitur, quod tenentur assignare ei dotem secundum alimenta, quibus eget; quod si det illam superfluam post eius mortem poterunt petere excessum eius legitimi hæredes soluto matrimonio. Dixi, *soluto matrimonio*, quia existentibus in matrimonio esset iniuriam, & fraudem inferre marito; nisi sciebat, quando accepit eam quod erat spuria, quia in hoc casu poterunt etiam durante matrimonio petere excessum cum receperit iniuste & scienter, vt allegans multos resoluit Couar.

Cou. 2. p. d spō sal ca. 8 num. 12.

2 Secunda Conclusio. Si pater dedit filiæ dotem semel, & ipsa filia, aut maritus sine eius culpa amiserunt dotem, tenetur Pater iterum dotare dictam filiā; si vero amiserint dotem propter suam culpam, non tenebitur iterum dotare. sic enim tenent DD. communiter, & tenet Baldus Nouellus, & Guilielmus Benedictus, qui dicunt, quod tenetur reducere ad diuisiones bonorum ambas dotes, & restituere hæredibus patris sui, quod excedit de sua legitima in ipsis; si vero filius durante vita patris accepit legitimam suam, & cōsumpsit eam per culpam, aut sine culpa, non tenetur pater dare aliam, vt tenet Baldus & DD. communiter.

Doct. in l. pater filiū de euictionibus. Nouell. d dote. 6 p. priuileg. 5. & 15 Guillel. in c. Raynutius. ver. dotē nu. 16. d test. Bal. i l. vi modo § sp. cd inof fic. test.

3 Tertia Conclusio. Lex Madritij, quæ ponit terminos dotibus, est iusta, & non tollit libertatem Matrimonij, vt tenet Couarruuias, obligatque in foro exteriori sic practicata, scilicet, quod maritus, qui recipit dotem excedentem, nō teneatur restituere excessum, antequā ab eo petatur; si vero petatur, tenebitur restituere, vt allegans alios tenet Corduba, qui excessus debet regulari secundum valorem bonorum eius, qui dedit dotem tēpore, quo dedit eam, aut promisit, aut tempore mortis eius, qui dederat eam, aut promiserat, vt determinatur in quibusdam legibus Tauri.

Doct. in l. si cum dotem § post solutū, ff. s l. mat. Cou. 2. p. de spō sal. c. 3. f. 293. col. 2.

Quarta

4 Quarta Conclusio. Quando socer nõ soluit dotem genero dans pignori aliquod prædium fructiferum, potest dictus gener percipere fructus eius sine obligatione computandi eos in principali sorte dotis, sic enim definitum est in iure Canonico; quod probatur, quia indiget illis ad sustentanda onera matrimonij, & alendam filiam, quod debebat facere cum redditibus ipsius dotis, si statim dedisset eam, vt explicat Caieta. Couar. Sotus & Nauarrus, sustentare autem onera matrimonij non est alere filiam & familiam solum, sed sustẽtare vxorem & familiam ipsa dote existente integra; vnde licet non sit negotiator poterit percipere fructus huius prædij, dato pignore sibi, cũ quibus sustentet familiam suam quousque illi tribuatur dos ratione lucri cessantis, quod præsumit ius futurum, quia emeret maritus aliquid cum dicta dote cum cuius rei fructibus sustẽtaret familiam suam. Hæc conclusio non habet locum in casu, quod pater daret alimentum filiæ, quousque daret illi dotem; quia tũc nõ potest maritus percipere fructus dicti prædij, vt colligitur in iure ciuili. Notaque, quod hæc conclusio debet moderari secundum Siluestrum, scilicet quod gener non possit percipere plus quam fructus necessarios ad sustentandam vxorem, & familiam; quam sententiam sequitur Arag. Nota etiam quod potest maritus percipere fructus prædij nõ cõputans eos in dote, licet sint plus, quam extraherentur à dote, si statim esset soluta, dummodo ipsi sint necessarij ad sustentationem vxoris, & familiæ secũdũ suam qualitatem, quia vt plurimum homines, quando iunguntur matrimonio, sunt contenti minore dote, quã sit necessaria ad sustentationem dictæ vxoris, & familiæ; & etiam quia patres solent amare filias, & volunt cõmode haberi à maritis, vnde videntur consentire, aut debent consentire quod dictus gener percipiat dictos fructus integre in nostro casu tractando bene filiam suam, sic tenet Ludouicus Lopez. Quæ opinio mihi videtur bona in casu quod realiter maritus tractet bene vxorem suam.

ca. salubriter de vsuris.

Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2. Cou. li. 3. var. c. 2. nu. 3. Sot. li. 3. de iust. q. 1. ar. 2 Nau. c. 17. nu. 215.

l si pater ff. de do li mali, & met. except. Arag. 2. 2. q. 78. a. 2.

Lop. in instr. nego. lib. 2. c. 20. p. 37. col. 2

5 Quinta Conclusio. Mortuo marito in casu proposito supra non soluta dote, potest vxor percipere fructus dicti prædij, quousque illi dos persoluatur, absque eo quod eos computet in sorte principali, vt diximus posse facere maritum; & ratio est, quia licet matrimonium sit solutum per mortem mariti, hæc mulier licet vidua; remanet tanquã eius vxor; vnde sicut ipse poterat percipere fructus ad alendã eã secundũ suũ statum, sic ipsa potest percipere ad idẽ eosdem fructus, vt tenet Aragon. cõtra Caietanũ: quod debet teneri quidquid dicat Angles. Nota autem quod nõ poterit hæc mulier percipere plus de fructibus dicti pignoris, quam sit necessarium ad sui alimenta, quod si pater alit eam, tenebitur cõputare dictos fructus pro sorte principali dotis ſm dicta de marito, quia, quo ad hoc sunt æquales.

Arag. vbi sup. & ibi Caieta. Angl. de cõtractu mutui ar. 2. d. 7.

6 Sexta Conclusio. Gener, qui concedit socero, vt soluat dotem post tres annos à matrimonio, non recipiẽs interea aliquod prędium fructiferum pignori, potest saltem in foro conscientiæ petere fructus dictæ dotis, vt contra Abbatẽ, & Siluestrum tenet Angles, quẽ sequitur Ludouicus Lopez, & idem quod dicitur de genero, debet dici de ipsa vxore mortuo marito secundum dicta in quarta Conclusione.

Angl. de cõtractu mutui 2 dit. 6. Lop. i instr. cõsc. 2. p. c. 7.

7 Septima Conclusio. Si socer, & gener fecerint pactum, quod assignentur duo iudices arbitri ad appretianda supellectilia, & prædia, quæ illi assignantur in dotem, non potest sine peccato talis gener capere aliquid secreto in compensationem grauaminis, quod putat fuisse illi factum in dicta appretiatione, si à principio habuit animum decipiendi socerum nolens stare pretio assignãdo illorum, si sensisset grauamen, cum fuerit fictio ex parte sua in negotio notabili præiudicij, sic enim tenet Sotus, Nauarr. & Corduba. Notaque, quod quando non constat dictum pa-

Sot li. 8. de iusti. q. 2. ar. 1 ad 1. Nau. in Man. ca. 18. nu 3. & 9. Cord. de cas cõsc. q. 150.

ctum esse iniustum; licet genero tale videatur, tenetur restituere socero medietatem, aut partem bonorum, quæ sic occulte cœpit in compensationem, pro quanto non est certus in qua quantitate fuerit grauatus; sic enim tenet Corduba, cum magistro suo Medina. Et ratio eius est, quia non debet dari fides genero in propria causa, ita vt eius opinio habeatur certissima. Nota præterea, quod quando clare videtur fuisse generum grauatum notabiliter in dicta appretiatione, non tenebitur restituere, quod cepit in compensationem grauaminis, quod multo magis debet seruari in Regnis, vbi mulieres habent actionem petendi integre dotem suam in damnum creditorum, vt fit in Regnis Castellę, & Aragonum; & accidit, quod recuperent sæpius plus quam debetur illis; vnde Confessarij in huiusmodi Regnis debent interrogare Iudices arbitros, an grauauerint in taxatione, seu precio generos, quia vltra peccatum, quod committunt, tenentur ad restitutionem ob damnum, quod ex ea venit creditoribus, sic enim tenet Ludouicus Lopez.

Cord. vbi sup.

Lop. in iit. neg. l. 1. c. 21 p 69. [illegible]

8 Octaua Conclusio. Quando aliquis spondet per verba de futuro alicui mulieri diuiti, tacite promittit ipsa suum patrimonium in dotem, vt tenet Baldus, ob quod non potest compelli accipere eam in coniugem, si ipsa nolit assignare dotem ipsi sufficientem: quod intelligitur nisi sponsus sit diues, & habeat bona sufficientia ad alimẽta, quia in hoc casu non præsumitur ipsam promisisse patrimonium in dotem; & ideo debet imputari sponso ipsa culpa, cum non fecerit pactum expressum eius, vt tenet Couarruuias.

Bal. i c. [illegible]

Couar. de [illegible] p. c. 5. fol. 145 col 2.

9 Nona Conclusio. In conscientia non valet renuntiatio legitimæ patri factæ à filia inducta ab ipso metu reuerentiali, vt dicat quod est contenta ea dote, quæ data illi fuit, nisi fecit donationem cum iuramento; sic enim dicit Nauarrus sequens Adrianum. Verum est tamen, quod poterit petere relaxationem iuramenti, vt possit bona conscientia petere illud, quod illi est fraudis; immo addo quod si quantitas, in qua fuit læsa, sit notabilis, poterit in foro exteriori petere, quia præsumitur, quod constricta fecerit dictam renuntiationem.

Nau de ma c. 27 nu. 2; 2.

De legatis ad nubendum relictis. Cap. XCVIII.

SVMMARIVM.

An legatum relictum alicui virgini, vt nubat, aut pro dote, debeat restitui hæredibus defuncti si moriatur antequam nubat, concl. 1. num. 1. 1

An legatum alicui virgini solum vt possit nubere relictum si moriatur ante nuptias, perueniat ad hæredes virginis, aut legantis, concl. 2. nu. 2.

An legatum relictum alicui virgini pro dote tanquam pro patrimonio ipsa mortua non nupta sit hæredum ipsius, concl. 3. num. 3.

An legatum relictum alicui virgini vt nubat Francisco, deficiat moriente ipso Francisco ante matrimonium, concl. 4. num 4.

An legatum, quod relinquitur alicui virgini, vt nubat existens in ætate, debeat ei tribui, antequam accedat ad dictam ætatem, concl. 5. nu. 5.

An legatum relictum alicui virgini, vt nubat, possit commutari in aliam operam piam ab Episcopo, concl. 6. nu. 6.

An, quando aliquis testator legat aliquã quantitatem ad locandas virgines, & pauperiores, possit dari à patronis veris pauperibus, cum iurauerint daturos pauperioribus, concl. 7. num. 7.

1 PRima Conclusio. Legatum relictum alicui virgini, vt nubet, aut pro eius dote, habetur pro tali dote assignata ad hunc effectum: & ideo ipsa mortua, antequam duceret maritum, licet receperit, illud debet restitui hæredibus defuncti, viso quod hoc

Acostas li. 2. de cōditionibus appositis, c. 22. Cou. de testa. c. 2 num. 11. Bal. cōs. 249. li. 4

hoc legatum fuit conditionale; sic tenēt antiqui, & moderni, vt constat ex eo quod tradit Manuel Acosta, & Couar.

2 Secunda Concl. Quando relinquitur alicui virgini aliquod legatum ad hoc, vt possit nubere, est legatum de toto purum sine mixtura cōditionis, vnde licet non nubat, hæredib. illius, nō vero hęredibus legantis debet dari, vt tenet Bald.

3 Tertia Conclusio. Legatum factum ad dotem alicuius virginis in prouincia, vbi dos significat patrimonium, quod habet ad nubendum: ipsa mortua nō nupta, suis hæredibus debet dari, quia idem est in illa prouincia dicere. Relinquo N. centum pro dote, ac dicere relinquo N centum ducatos, vt cum hac summa possit nubere, & ideo est legatum purum & non conditionale, vt tenet Bartolus.

Bart. in . Titio centū, §. Titio genero, ff. de cōdi. & demōstra.

4 Quarta Conclusio. Secundum præsūptam voluntatem testatoris legatū relictum alicui virgini, vt nubat Frācisco, non deficit, licet Franciscus moriatur ante contractum tale matrimonium, si dicta virgo est pauper, & vult nubere alteri, secus vero, si est diues, vt resoluit Baldus Nouellus: & idem est dicendū, si ipsa voluerit ingredi religionem, licet nominet quandam certam personam, cum qua contrahat, vt resoluit idē Baldus. Si vero virgo moriatur ante cōtractum matrimoniū, debet illa dos cōuerti in matrimoniū alterius virginis pauperis, vt post Baldum resoluit Couar.

Bal. Nouel. de dote 6. p. priu 76. ad fin.

Bal. vbi sup. 76. i fra cōs. 6 hic. Cou. in d. c. 3. numero 11 illatione 6. hic.

5 Quinta Conclusio. Legatum, quod relinquitur, vt locetur aliqua virgo, si sit habilis ad illud, licet promittat, denique fideiussionem, quod nubet, non debet illi dari antequam nubat, nec etiam debet dari pro expensis, quas dicit esse necessarias ad quærendum maritum, quia non est intentio testatoris, quod fiant hæ expensæ in dicto negotio quęrendi maritum, sed solum quod detur in dotem, quando contrahitur matrimonium, vt maritus habeat cum quo possit sustētare onera matrimonij, mortuoq; ipso remaneat vxori dicta summa pro alimentis: hanc opinionē habet Paulus de Castro contra Bartolū, & Baldum, qui dicunt, quod statim debet tradi cum cautione pro dictis expensis: quam quidē opinionem sequerer ego in casu, quod virgo non haberet, nec posset habere quidquam, quo possint fieri expēsæ præcisæ, & necessariæ, quod videtur mihi debere teneri, licet Spinus sequens alios incedat alio itinere. Ex dictis infertur, quod legatum relictū pro dote virgini adultæ, quæ habet ætatem nubendi, debetur illi ipso die, quo nupserit per verba de præsenti, quod si fuerit minor 12. annis non debet illi dari, antequam accedat ad ætatē nubendi, & nubat de facto per verba de præsenti, sic enim tenet Bart. quem defendunt Acosta, & Couar.

Castr. d. §. Titio genero, & B. ibi. col. vlt. Bald. in l. sancimus. C. de nupt. Spin. in suo spec. test. gl. 10 de leg. iter. pso. nu 18

6 Sexta Conclusio. Legatum, quod relinquitur virgini, vt nubat, debetur illi, & non potest Episcopus conuertere illud in aliud opus, quantumuis pium fuerit, in tantum, vt non possit dari virgini, vt ingrediatur religionem, vt tenet Baldus quem sequitur Spinus, quod puto esse verum, quando constat, quod reliquit testator dictum legatū ob desiderium, quod habebat, quod eius familia, & genus conseruaretur; in dubio tamen videtur, quod debetur illi hoc legatum; cum hæc virgo despondeat Christo sponso satis qualificato.

Bar. vbi sup. Acost. s d ca. 22. num. 2. Cou. in c. 3. de testa. iuxta finem. Bal. in l. post mortem col. 2. penul. c. de fidei. Spinus vbi sup. num. 25

7 Septima Conclusio. Quando aliquis testator relinquit certam quantitatem nummorum pro locandis virginibus orphanis, & pauperioribus, & accipitur iuramentum à patronis, quod eligent pauperiores, & quod nec precibus, nec fauoribus admittent aliquam, non peccant eligentes precibus, & fauoribus illas, quæ sunt vere pauperes; quia intentio testatoris, qui reliquit dictum iuramentum accipiendum, videtur quod fuit, vt non eligerent aliquam mediantibus precibus, quæ non esset pauper; & si eligerent pauperes, omittentes tamen alias pauperiores ducti solum ob prædictas preces, peccarent contra iuramentum, non tenebuntur vero restituere: quod si eligerent non

pauperes, peccarent contra iuramentũ, & tenerentur ad restitutionem relictæ massæ nummorũ pauperibus; sic enim respõdit Doctor Medina, vt dicit Corduba, qui sequitur eum.

Cord. d casib. q. 73.

De amissione dotis ob adulterium. Cap. XCIX.

SVMMARIVM.

An mulier adultera amittat dotem, & bona paraphernalia concl. 1. num. 1.

An vxor amittat dotem per solos amplexus, & oscula, ibid.

An vxor amittat legatum per amplexus, & oscula si relictum fuit cum conditione vt viuat caste, ibid.

An dos adulteræ deueniat ad ipsum maritum adulterum, conclus. 2. num. 2.

An adultera sciente marito possit accusare ab hæredibus ipso mortuo, aut amittat dotem, conclus. 3. num. 3.

An vidua amittat dotem, si intra annum sepulturæ, mariti fornicatur, conclus. 4. num. 4.

1 PRima Conclusio. Mulier, quæ committit adulterium, amittit dotem, & adiudicatur marito, si Iudex pronũtiet sententiam, vt dicitur in iure; amittit etiam bona lucrata secundum leges horum regnorum Castellæ; non tamen amittit bona, quæ sunt vocata paraphernalia, vt contra cõmunem docet Acosta, quem sequitur Cou. Notaq; quod per solos amplexus, & oscula nõ amittit dotẽ, nec bona lucrata, licet amittat legatũ, quod illi relinquitur hac conditione, quod viuat caste, vt tenet Bald.

2 Secunda Conclusio. Dos mulieris adulteræ applicatur marito, siue accuset eam ciuiliter, siue criminaliter, nisi habeat vxor filios eius, vt dicitur in quadam lege partitarum: si verò habeat filios, semper debent habere dicta bona post mortem patris, cum Iudex adiudicauit bona. Et aduertatur, quod si maritus etiam commisit adulterium, non potest accusare vxorem ad finem habẽdæ dotis, vt dicitur in iure.

ic. ple. ũque de don. inter vir. & vxor. l. 4. tit. 4. li. 5. ord. li. 5. tit. 9. lib. 5. comp. Acosta, in ca. si pater, 1. p. verb. legauit, nu. 46. Cou. 2. p. de spõsal. c. 7. § 6. Bal. cõs. 207. vol.

3 Tertia Concl. Mulier, quæ durante vita mariti commisit adulterium ipso sciente, non potest accusari ab hæredibus eius ipso mortuo ad effectum amittendæ dotis, vt comprobans id cũ quodã tex. expresso notat Bart. dixi, *ipso sciẽte* quia si ignorauit, possent accusare.

4 Quarta Conclusio. Vidua, qua intra annum sepulturę mariti fornicatur, nõ amittit dotem, sic enim tenet contra Castrum Acosta, quem sequitur Couarr. vbi defendit, quo in his regnis non amittit partem bonorum acquisitorum constante matrimonio, nisi viuat multum carnaliter, licet sit post transactum dictum primum annum, si vero peccauit, vt fragilis semel, & bis, non potest castigari cum hac pena. Et nota, quod nõ incurrit eam ad finem, quod teneatur in foro conscientiæ restituere dicta bona, nisi post sententiam latam a Iudice, cum sit regula verificata, quòd lex pęnalis non obligat in foro conscientię, nisi post sententiam latam.

l. 15. tit. 17. p. 7. c. intelligimus d adult. l. rei iudic. ver. hæred. ff. sol. mat. vbi Bart. Cast. in l sororẽ, c de ijs qui, vt indig. Acosta i c. si pater, verbo, legauit, n 41 de testã. Cou. de spons 2. p. c. 7. §. 6. n. 11. & 12.

De obligatione reddendæ dotis vxori, aut eius filijs matre mortua.

Cap. C.

SVMMARIVM.

An post mortem mariti sit obligatio restituendi bona dotalia, & coram fructus vxori, conclus. 1. num. 1.

An soluto matrimonio ob aliquam iustam causam debeat vxori dari dos, conclus. 2. num. 2.

An solus matrimonio, teneatur maritus restituere vxori redditus, quos colligit ex bonis dotalibus, concl. 3. num. 3.

An mulier donec soluatur ei dos, possit licite accipere alimenta ipsa dote salua, conclus. 4. num. 4.

An quando hæredes marito morantur soluere dotem vxori propria culpa teneatur compensare damnum hinc sequutum, conclus. 5. num. 5.

An

An filij, qui remanserunt post mortem viduæ, cui non fuit dos restituta, possint eam postulare, concl. 6. num. 6.

An mortuo marito possit vxor extrahere dotem, antequam soluantur debita, conclus. 7. nu. 7. Et an possit repetere totam dotem, licet sit consumpta in delitijs, & vestibus prophanis ibid.

An vxor, semel adiudicata illi dote, si postea cõsummat in oneribus matrimonij, possit secrete capere hanc quantitatem, concl. 8 nu. 8. & concl. 9. num. 9.

An solutis debitis creditorum possit vxor recuperare bona quæ fuerunt expensa de dote sua existente ipsa iam de dote satisfacta conclus. 10. num. 10.

An mulier, quæ nupsit cuidam hominis cũ quadam quantitate dotis, pro qua promisit 300. ducatos arrharum possit capere aliquid de bonis mariti, quia non est recordatus eius vxoris in testamento, conclus. 11. num. 11.

An mulier, quæ non habet dotem nec bona paraphernalia possit secrete capere aliquid de bonis lucratis confiscatis bonis mariti a fisco, conclus. 12. num. 12.

An mulier debeat præferri creditoribus mariti in recuperatione bonorum lucratorum sicut est in bonis dotalibus, concl. 13 num. 13.

1 PRima Conclusio. Post mortem mariti obligatio est restituẽdi bona immobilia dotalia vxori, non vero bona mobilia, nisi transacto anno à morte mariti, vt notant communiter DD. & probat quędam lex partitarum; verum est tamen, quod tenentur hæredes restituere vxori fructus, quos receperunt à dictis bonis intra dictum annum si non dederint ipsi alimenta, quia alentes eam non tenebuntur ad illud, vt aduertit Syluest.

DD. l. 21 tit. 11. p. 4.

Syl. ver. vsura 3. q. 6.

2 Secunda Conclusio. Soluto matrimonio aliqua iusta de causa, debet dari dos vxori, cùm detur dos pro oneribus matrimonij, quod iam cessauit; vnde separatus maritus ab vxore aliquo iusto impedimento consanguinitatis, aut affinitatis, quod ipsi ignorabant, debet reddere dotem vxori; quod intelligitur, si præcesserint denunciationes, quas præcipit Concil. Trid. aut fuerunt omissæ de licentia Ordinarij; quia si non præcesserunt denunciationes, aut fuerunt omissæ sine licentia Ordinarij non valebit illis saltem in foro exteriori eorum ignorantia, quia præsumitur esse affectata; & ideò fiscus habebit dictam dotem, sicut habet, quando contrahunt scienter cum hoc impedimento.

Concil. Triden. sess. 24. c. 1. de Ref. matri.

3 Tertia Cõclusio. Maritus soluto matrimonio non tenetur soluere vxori redditus, quos colligit ex prædijs, quæ fuerũt ei data pro dote, quia maritus fruitur eis ad ferenda onera matrimonij, & ideo non augetur dos, vt dicit D. Franciscus Sarmientus.

4 Quarta Concl. Mulier, donec soluatur ei dos, potest licite accipere alimenta, salua sẽper dote sua, vt post Syluest. resoluit Nau. Sotus, & Garzia: quia dos donec restituitur vxori, non desinit habere onus suum à quocumque habeatur; onus autem dictæ dotis est esse deputatam, ad alendam dictam mulierẽ; vnde non solum ratione lucri cessantis potest hęc vidua percipere alimenta ipsa dote remanente integra, sed etiam ratione speciali, quę in ipsa cõcurrit, quod scilicet semper est assignata pro sustentatione dictæ vxoris.

Sarm. li. 3. selec. c. 10. per tot. Nau. de vsur. nu. 75 & c. 17, n. 213, in Man. Sot. li. 6. de iust. q. 1. ar. 1. Garz. li. 2. de cõtr. c. 16. pa 489.

5 Quinta Concl. Quando hęredes mariti morantur soluere dotem vxori eorum culpa, non autem culpa eius, tenẽtur compensare ei totum damnũ, quod hinc sequutum est, sicut quia nõ habuit dotem fuit constricta accipere aliquã pecuniã ad vsuram, aut omisit lucrari, quod poterat negotians cum nummis dotis suæ, nec habebat aliundè nũmos; quod probatur, quia ipsa nõ tenebatur cum detrimento suo expectare, & dare tot terminos ipsis. Dixi sua culpa, quia si non potuerunt soluere sine culpa sua, aliqua maiori pietate tractandi sunt, quod relinquitur arbitrio prudentis viri.

6 Sexta conclusio. Filij, qui erunt superstites post mortem huius viduæ, cui non fuit dos restituta, pos-

sunt postulare de nouo à quocumque, qui ipsam possideat, aut obligare, vt eã detineant integram, tribuentes eis alimenta, quia cum hoc onere alimentorum detinebat eam pater suus, & cum eodem transit in quemcumque eã possederit, vt dicit Ludou. Lopez.

Lop li.2 inst. nego.c.20. pa. 279. col. 1. Angl. de cõtract. mutui, artic 2. diffic. 7.

7 Septima Conclusio. Potest mulier mortuo marito extrahere dotem integre, antequam debita mariti soluantur creditoribus, si ipsa non obligauit dictã dotem expresse pro dictis debitis soluẽdis, vt disponit ius in his Regnis Castellæ. Hinc infertur, quod si aliqua mulier contrahit cum aliquo homine, & non promittit, nec assignat ei dotem, non potest postea extrahere patrimonium, quod habebat, quando ducta fuit ab eo secundum quantitatem dotis, quam debebat dare marito, & præferri reliquis creditoribus mariti; quia mulier, quæ nubit per verba de præsenti, non videtur dare in dotem marito patrimonium, quod habebat, nisi id dixerit expresse, vt cum communi contra Bartolum resoluit Couarruuias. Præferri autem vxorem reliquis creditoribus mariti est priuilegium, quod conceditur doti, & ideo debet illis consuli, vt, quando nubunt, assignent dotem. Notaque quod etiam in foro conscientiæ potest vxor mortuo marito repetere totam dotem, licet ipse fuerit prodigus in expensis superfluis, quas fecit ornans eam plusquam requirebat eius cõditio, quia cum his oneribus accipit maritus dotem, vt dicit Nauarrus.

Cou. de spons. 2. p.c.5. n. 5. & 6.

Nau. in Man. c. 17. num. 155. §. ad nouẽ auth.

8 Octaua Conclus. Vxor legitimè satisfacta de sua dote à iudice, quia eius maritus fuit prodigus, aut deuenit ad inopiam, si ipsa postea consumit eam in oneribus matrimonij, potest secrete ad vitandas lites capere de bonis mariti vsque ad quantitatem eius, quod consumpsit, & etiam de arrhis, & bonis paraphernalibus, si quæ adsint; non potest tamen capere plus; quia in hoc solum vtitur priuilegio, quod habet eius debitum, quod debet præferri cæteris debitis, quæ non habent expressas aut tacitas hypothecas super bonis mariti, quã sit ipsa dos, & per consequens solũ remanet obligata ad reliquum, quod superest de bonis mariti facta dicta compensatione; nec tenetur respondere litteris excommunicatorijs, nec iuramento, cum quibus obligant eam ad respõdendum, & manifestãdum dicta bona absconditã. Quod est verum, nisi mulier prædicta renuncians priuilegio dotis obliget se, aut fideiubeat pro mariti debitis, vt dicit Nauarr. cum communi. Nau. in Man. c. 17. num. 135. & 134.

9 Nona Concl. Vxor, vita durante mariti, si separetur ab eo authoritate iudicis, qui tradidit ei dotem non solũ quãtum ad dominium & possessionem, sed etiam quantum ad administrationem, si postea consumit eam in oneribus matrimonij, non poterit eam repetere nec capere aliquid pro compensatione huius damni in fraudem creditorum, quia cum sit libera à marito videtur expendere hæc bona cum marito mutuans ei ipsa bona, & per consequens si sint creditores priores ipsa in mutuo, illis debet prius solui debitum ex bonis mariti: & in hoc casu si aliquid capit in compẽsationem, tenebitur manifestare extractis litteris excommunicatorijs à primis creditoribus, non vero si sint posteriores debito suo, quia in præiudicium eorum potest quidem capere secrete, quod sibi putat deberi ob mutuum, quod fecit, cum sit prior illis.

10 Decima Conclusio. Si satisfiat creditoribus prioribus, poterit dicta mulier de bonis mariti recuperare bona, quæ consumpsit de dote sua, licet sit sibi tradita; quia maritus tenebatur sustẽtare eam conseruans integre dotem suam; & ideo in hoc casu potest petere ab hæredibus mariti, quod illi deest ad complementum dotis, vt dicit Corduba, qui dicit esse hoc intantum verum, vt si vxori fuisset data aliqua domus pro eius habitatione, quæ fuit ab ea ablata à creditoribus mariti, quia ipsa nõ se opposuit causæ, si non satisfiat ab hæredibus, poterit ipsa capere de bonis mariti, quod potuerit pro dicta satisfactio- Cord. de casibus conic. q. 126.

factione. Dixi, si non satisfaciant ei hæredes, quia si satisfecerunt ei, alia via tenebitur ad debita mariti, & ad damna, & expensas, quas faciunt creditores in recuperatione debiti, vt aduertit Ludouicus Lopez: ordo vero, qui debet teneri in soluendis creditoribus, ponetur latè in materia restitutionis.

Lop. in instruct. cõsil. 2. p. c. 11. col. 83.

11 Vndecima Conclusio. Maria quæ nupsit Ioanni cum duobus millibus ducatorum dotis, & suppellectilibus domus, quæ non fuerunt appretiata, ob quæ Ioannes promisit 300. ducatos arrhatum, non potest capere quicquã de bonis dicti mariti; quia non fit recordatus eius in suo testamento, cum teneretur ad illud obseruitia, quæ illi fecerat in eius vita, & propter arrhas, quas illi promiserat, & propter diminutionem, quam passa est eius suppellex seruiens ei. Hæc conclusio habet tres partes probandas. Prima est quod nõ potest quidquam capere in compensationem seruitij, quod fecit marito; quod probatur quia ratione matrimonij tenebatur ad hoc faciendum. Secunda est, quod non potest quicquam capere ratione arrhatum; quod probatur, quia cum arrhæ non excedant decimam partem dotis, & per consequens valeant secundum leges horum regnorum, de iure, & per viam litis potest illas petere; quod si nõ valuit dicta promissio, quia arrhæ excedunt decimam partem dotis, clarum est, quod non potest capere quicquam de bonis mariti in compensationem, cum non possit petere quidquam ratione dicti promissi, & dato casu, quod dicta promissio non excedat dictam quantitatem, si eius non fuit factum instrumentum aliquod authenticum cum testibus, argumentum est, quod dicta promissio magis fuit per viam gratitudinis, & beneuolentiæ, quam obligationis legalis, vt sæpe accidit in sponsalibus, & matrimonij; & sic se re habente, aut si illæ res non debentur, aut non constat, quod debeantur, &, cum, vt fiat compensatio, est necesse, quod debitum sit liquidum, & clarum, manifestum est, quod prædicta Maria non potest quicquam capere de bonis mariti in compensationem arrharum promissarum, vt tenet Medina, quem sequitur Nauar. Tertia pars est, quod Maria non possit quicquam capere ob diminutiones suppellectilis, clare patet, cum quando dedit marito, nõ fuit factum inuentarium, nec fuit appretiata, & ideo non ingressa fuit in partem dotis, vt semper debeant seruari pro tali dote.

Med. de restit. q. 11. Nau. in d. c. 17. nu. 11.

12 Duodecima Conclusio. Mulier, quæ caret dote, & bonis paraphernalibus, potest capere de bonis lucratis dimidium, quod ad illam pertinet secrete in casu, quod maritus ob aliquod delictum amiserit bona, & fiscus sequestrauerit ea: huic conclusioni videtur facere quædam lex horum Regnorum. Notaque quod si maritus timẽs, quod fiscus est accepturus bona sua, secrete sciente vxore absconderit ea, non tenetur ipsa manifestare licet iubeatur sub pęna excommunicationis, & licet obligetur ad iurãdum, an sciat de illis; quia vxor est persona priuilegio prædita, & ideo non potest compelli ad iurandum aduersus maritum, vt dicit Nauarrus, cum communi. Nota etiam, quod, quando debent sequestrari bona mobilia ob delictum mariti, potest vxor abscondere de illis totum id, quod est necessarium ad vsum domus suæ, & familiæ suæ, sine quo non possunt ducere vitam, scilicet lectum, mensam &c. quin secundum leges horum regnorum, vt dicit Hugo de Celso, prohibetur fieri executionem in bonis tam necessarijs vitæ.

L. 10. li. 5. tit. 10. nouę compilat.

Nau. in Man. c. 25. n. 48.

Hug. de celso in suo repertorio, verb. sequest. & verbo executio.

13 Decimatertia Conclusio. Licet, cum venduntur bona mariti ad soluenda debita, possit vxor petere dotem suam, præferrique debeat reliquis creditoribus minus priuilegiatis, non poterit tamen præferri eis in recuperatione bonorum lucratorum; & ideo non poterit capere quicquam pro compensatione huius debiti; quia debita, quæ maritus facit durante ma-

trimonio, ex cumulo omnium bonorũ debent solui, vt definitum est in quadam lege fori: verum est tamen, quod si bona communia vendantur ad soluenda debita, quæ fuerunt facta ante matrimonium, poterit vxor secura conscientia abscondere dimidium bonorũ lucratorum, quod illam contingit, si intelligit, quod alias non habebit illud, & in hoc casu non tenetur respondere litteris excommunicatorijs.

Lib. 3. fori. tit. 20 l. 14.

De Ebrietate, vide Gula cap. 128.

De electionis essentia, & diuisione.

Cap. CI.

SVMMARIVM.

Quid sit electio, num. 1.
Quot sint species electionis, num. 2.
Quot modis fiat electio per compromissum, & qua sit melior forma huius electionis, num. 3.
Electio per communem inspirationem, quomodo fiat, ibidem.

1 Est notandum primo, quod electio, vt colligitur ex D. Th. & Philosopho in suis Ethicis est vocatio vnius facta à multis vnitis in vnam volũtatem, in ordine ad vnũ finem. Et quantum ad nostram intentionem est vocatio alicuius personæ ad aliquam dignitatem, aut confraternitatem seruata in ea forma Canonica; & ideo differt electio à collatione, & præsentatione, quia electio fit à collegio ad dignitates, & confirmat, qui habet authoritatem ad illud: collatio vero fit ad beneficiũ ecclesiasticum, & secundum ius commune pertinet ad Episcopum cũ consensu capituli per totã diœcesim; datq; ius plenarium absq; necessitate confirmationis: præsentatio vero pertinet ad patronum, & nõ dat præsentato ius plenariũ, sed est necessaria institutio Episcopi, vt dicit in toto titulo de iure patronatus.

D. Th. 1. 2. q. 14.

Hug. de ...

2 Secundo debet notari, quod multi sunt modi electionum; prima est per scrutinium, secunda per compromissũ, tertia per communem inspirationem, de quibus dicit Innocent. præcipimus, quod quando electio debet fieri præsẽtibus omnibus, qui debent, & volũt, ac possunt eligere, capiantur tres de collegio personæ probatæ fidei, qui capiant diligenter suffragia singulorum, & statim publicent in communitate sine replica aliqua, vt sit electus ille in cuius fauorem omnes, aut maior pars capituli dederint vota, quod si nolit fieri electio hoc modo, cõmittatur saltem potestas eligendi aliquibus viris idoneis, vt hi repræsentantes totum collegium prouideant ecclesiæ viduæ pastorib, & aliter electio facta non valeat, nisi fuerit facta ab omnibus communiter, vt per inspirationem sine fraude, aut dolo, vt sæpe eligitur Papa per adorationem, dicitque Innocentius, quod ille, qui contra formas præscriptas tentauerit eligere, sit priuatus hac potestate; additque, quod reprobat electiones clandestinas, ordinans, quod statim ac electio sit facta, solemniter publicetur; hoc dicit Innocentius. Videatur etiã Siluester circa intelligentiam huius decretalis.

Innoc. in c. quia propter, de electione.

Siluest. elect. 2. cũ seq.

3 Tertio debet notari circa electionem per compromissum, (quia de electione per scrutinium cap. sequen. dicetur) quod electio per cõpromissum fit multis modis, vt notat Siluester: quantum vero attinet ad nostrum propositum melior forma, quę est eligendi per compromissum, est quando datur potestas compromissarijs ad eligendum quemcunque voluerint; quando autem datur illis potestas eligendi, debent seruare dictam formam eligendi Innocentij. Et loquendo de electione per communem inspirationem, sufficit, qđ electores declarent voluntatem suam, & non sufficit, quod consentiat maior pars, sed quod omnes loquantur vno ore, absque eo quod in hoc adsit peccatum, nec simonia, quia si aliter fiat, non videtur facta per inspirationem diuinam, & est necesse quod omnes consen-

Silu. vbi vbi supnum. 2

sentiant in vnum, quia si consentiant in duos, conuenit, vt recurratur ad scrutinium, vt colligitur ex eo, quod tradit Panormitanus, Ancharanus, & DD. communiter.

Panor. & Anca. ĩ d. c qa propter

De electione Abbatum, & Abbatissarum, & aliorum secundum formam Concilij Trid. Cap. CII.

SVMMARIVM.

Quæ sit forma Concilij Trident. in electionibus, num. 1.
An Concilium Trident. deroget iuri Innocentij in cap. quapropter. de elect. nu. 2.
Quæ forma debeat esse, vt electio sit secreta nu. 3.
An electio desinat esse secreta ex eo, quod vnus suffragantium ostendat votum suum alteri nu. 4.
An facta electione statim debeat publicari num. 5.
Quod supplicium debeat dari illis, qui publicant tamquam electum illum, qui nõ est, num. 6.
An valeat suffragium eius, qui infert schedulam albam, nu. 7.
An valeat electio, si quis det suffragium pro seipso, nu. 8.
An electiones, quas faciunt definitores in suo definitorio, debeant esse secretæ, numero 9.
An capitulum possit supplere voces absentium nu. 10.
An possit prouincia mittere ad capitulum aliquem loco alterius, qui est impeditus, ibidem.

1 Debet notari, quod Concilium Trident. ad vitandas fraudes, & subornationes, quæ possunt esse in electionibus quorumcumque Abbatum temporalium, & aliorum officialium generalium, & Abbatissarum Priorissarum, iubet, vt fiat per suffragia secreta, ita vt nomẽ numquam publicetur, additque nõ fore licitum in posterum cõstituere Prouinciales, Abbates, Priores, aut quoscunque alios titulares ad finẽ, quod fiat electio, & quod etiam nõ sit licitum supplere suffragia absentium, & facit finem dicẽs, quod ille, qui fuerit electus contra hanc constitutionẽ, eius electio sit irrita, & nulla; & ille qui ad effectum eligendi permiserit, quod alij efficiant eũ Prouintialem, Abbatẽ, aut Priorẽ, remaneat inhabilis ad omnia officia, quæ posset habere in religione, derogans oĩbus priuilegijs & concessionibus, quas habuerit, & si post obtineat alias, Cõcilium iudicat eas subreptitias, & pro talibus vult, quod habeantur.

Concil. Tri. sess. 25. c. 6. de Reg.

2 Circa hoc decretum primum, quod debet notari, est, quod non derogat decreto Innocẽtij posito in capitulo præterito num. 1. quia hic loquitur solum de electione, quæ fit per scrutinium, in qua dicit debere seruari formam, quæ in eo ponitur; quæ est secundum formam, quam ponit Innocentius, vt statim videbitur, nec tollit Concilium electionẽ per compromissum, nec electionẽ per viam inspirationis, seruata in ipsis forma Canonica, quæ ante Conciliũ erat, de quibus etiam tractabimus.

3 Secundo notatur, quod electio debet esse secreta; non aũt declarat Conciliũ formam, quæ debet seruari, vt sit secreta; ob quod in nostris constitutionibus generalibus factis in capitulo generali celebrato in Conuentu S. Ioannis de los Reges Toleti iubetur, quod omnes electiones fiant per schedulas Secretas, & vt totum fiat maiori rectitudine, & sine fraude; quòd ante omnia assignet Præsidens Capituli cum discretis Prouintiæ duos testes ad minus, & vnum Secretarium, qui omnes sint de corpore Capituli; quia electio facta aliter est nulla: & præcipitur, quod hi tres religiosi, qui vocantur scrutatores, ponantur in loco patenti, ita vt, si sit possibile, possint videri ab omnibus vocalibus congregatis in capitulo: nullo tamen modo possunt dicti scrutatores, nec electores, qui ad eos accesserint audiri à prædictis vocalibus, nec ab alijs quibuscumque religiosis; & huiusmodi scru-

Ordinatio generał. s. c. 7 fol. 19. p. 2.

scrutatores debent accipere vota, seu suffragia seruata forma dictæ ordinationis, quam hic non pono, quia aliæ religiones obseruāt forte alias formas. Circa hanc ordinationem primo debet notari, quod non est necesse, quod huiusmodi scrutantes sint electi à præsidente, & discretis prouinciæ, sed potius videtur, vt dicit Innocentius, quod tales debeant eligi à capitulo, quod est congregatum ad eligendum. Vnde in alijs religionibus potest esse, quod capitulo committatur hæc electio, & ideo in ipsis accipientibus tribus officium scrutatorum vidente capitulo, & tacente, valebit electio, vt in casu simili notat Glos. Et etiam in nostra religione puto, quod valebit electio vidente ipso præsidente, & discretis prouinciæ, & tacentibus. Dicit præterea ordinatio, qd hi scrutatores debent esse tres ad minus, scilicet duo testes, & vnus Secretarius, quod est secundum quod dicit communis opinio omnium Canonistarum; & colligitur clare ex decreto Innocentij supra allegato, quod dicit Archidiaconus esse verum, & necessariū, quando potest seruari; quia si non possit seruari, quia sint pauci electores, sufficiunt duo; quæ opinio tenetur a Siluestro. Dicit etiam, quod sint omnes de corpore capituli, quod est totum cōforme decreto Innocentij; & idem est, quando eligitur Guardianus, aut Prior in alio cōuentu orphano pastoris, quia si fiat scrutinium per conuentus scrutatores, debent eligi de corpore ipsorum conuentuum. Dicit vlterius, quod debent accipere suffragia secrete, quod debet fieri datis à singulis per se schedulis rubricatis, vt dicitur in nostris ordinationibus; etiamque potest fieri in alijs accipiendo vota secrete. Si vero fiat hoc modo, est necesse, quod singuli dent secrete suffragia, quia si fiat publice vidente capitulo, & consentiente, non valet electio, sicut non valet depositio testium, quæ fit non acceptis singulis seorsum, vt notatur inferius, & est de iure.

In d. c. quia ꝓpter.

Glos. in c. sicut cū eodē tit. li. 6.

In d. c. quia ꝓpter vbi Anch.

Syluest. electio. 2. qu. 12.

c. venerabili eodē tit. c. 115. in fi.

4 Tertio, quod debet notari est, quod acceptis suffragijs modo supradicto, nō desinit electio esse secreta, licet ostendat vnus alteri votum suum, vt videat, quod suffragatur Petro: & ideo valet talis electio, quia certum est, quod fuit facta per suffragia secreta, & qui publicauit votum suum, non potuit nocere reliquis, quia si posset inferre damnū, quicumque electorum posset irritare eam; quod esset magnum inconueniens, & ideo Concilij mens est, quod fiat electio secrete in hoc sensu, scilicet, quod non permittatur fieri aliquid, per quod possint publicari nomina eligentium, quod si dicta res fuerit facta culpa capituli, electio non valeat. Fuit etiam suę intentionis, quod nullus capitularium manifestum faciat publice, aut secrete alteri votum suum, quod si id manifestauerit publice permittente capitulo, non valeat electio, si vero secreto manifestauerit alicui, castigetur, & si dicta manifestatio fuit, aut præsumitur fuisse causa quod electio fieret in N. non valeat illud votum, sed reliqua, sic enim explicat Concilium Nauarrus.

5 Quarto debet notari, quod facto scrutinio suffragiorum, statim debet pronuntiari electio à secretario dicente, Ego N. meo nomine, & nomine omnium eorum, qui mecum consenserūt, eligo N. cum tot suffragijs. Circa quod debet notari primo, quod statim debet publicari hæc electio in loco, vbi eligitur; ita vt si fiat hęc publicatio post aliquod interuallum, videatur nulla, pro quanto de forma substantiali sua est, qd statim publicetur, vt dicit Hostiensis & Io. Andr. Panor. & cōis allegans ad hoc quoddā decretum canonicū expressum: quod debet intelligi, qn̄ interuallū fit per ignorantiam, aut pigritiā electorū, aut in fraudem electi, nō vero qn̄ differtur publicatio per malitiam electorum, quia vnus non potest malitiose lædere alteri, vt dicitur in iure; & ideo non est bonum, quod ille, quem eliget maior capituli pars, priuetur à iure, quod iam habet acquisitum per mali-

Naua. L. 1. cōsilio rū d̄ electione, cōs. 4. §. 28.

Hostiē. And. Panor. & cōmen. in c. cū post petitā de electione per tex. in c. quia ꝓpter eodē titu. Lege nō dēt ff. d̄ reg. iu.

malitiam electorum sine culpa sui. Et debet aduerti, quod hæc publicatio facta statim sine interuallo, non debet fieri taliter, vt non possit esse aliquod interuallum, sed potius debet esse de necessitate in aliquo casu, quia Gregorius IX. declarauit, quod publicato scrutinio nõ possint mutare opinionem suffragantes, & quod possint compelli ad eligẽdum illum, in quem consensit maior pars: quæ compulsio non potest fieri sine magnointeruallo; & ideo electio facta post aliquod interuallum per malitiam, & dolum electorum, aut aliqua iusta de causa sine fraude electi valet: sic enim dicit Panorm. & Petrus Biagius, & Siluester dicit, quod iudicare hanc iustã causam, relinquitur arbitrio boni viri. Debet etiam aduerti, quod hæc publicatio sufficit, quod fiat in capitulo, vt tenet Panorm. non sufficit autem, quod sit clandestina, sed debet solemniter publicari, vt clare dicit Innocentius in canone allegato, ita vt electio facta sine hac solemnitate erit sine vllo valore, vt dicunt DD. communiter

c. publicato, & ca. cum post petitam extra de electione

Panor. in d. ca. publicato, & in d. c. cum post petitam. Biagius in tract. de electio. p. 3 c. 34. n. 1 Silu. tit electi 2. n 9. Pan in d. ca. quia p'ter, vbi DD. com. c. sup. c. antecedentem num 2. Na. vbi sup. consil. 7.

6 Quinto debet notari, quod quando maior pars capituli elegit aliquem prælatum & qui constituuntur ad accipienda suffragia dicunt, quod N. est electus, cum reuera sit alius, eligentes eũ secundum formam supradictam, nõ solum est irrita talis electio, sed peccant, grauiter, & tanquam falsarii debẽt puniri grauiter; sic enim dicit Nauarrus, comprobans cum aliquibus iuribus.

7 Sexto debet notari, quod qui dat chedulam albam in scrutinio, non debet computari in numero electorum, quia videtur renunciare votum suum: quod probatur: quia si qui exeunt a loco, vbi fit electio, & omnes congregantur ad eligendum, non computatur in numero electorum, vt dicit quidam canon. commendatus in hoc à Panormitano, quando hic, qui non dat votum, erit de numero eorum, & etiam quia Gloss. cuiusdam Clemen. determinat, quod ille, qui renuntiat votum suum, non est amplius de numero electorum, ac si esset absens, & nollet venire vocatus: & hic qui dat schedulam albam, est visus renuntiare votum suum.

c. quod nobis de elec. vbi Panor. gl in cl. circa de elect.

8 Septimo debet notari ab scriptoribus, quod si quis habens plura suffragia non haberet excessum plusquã per vnum votum, debet vocari electus, & interrogari, an suffragatus sit sibi ipsi; quod si constet, quod suffragatus sit alteri, potest esse electus, si vero sibi ipsi, non valet electio; quia illicitum est quẽ quam immediate eligere seipsum in hac electione facta per scrutinium, vt notat docte Silu. Dixi per scrutinium, quia in electione facta per compromissum, & inspirationem aliud debet dici, vt resoluam suo loco. Sil. elec. 1. nu. 21

9 Octauo debet notari, quod electiones debent esse secretæ, licet sint definitorum, vt declararunt DD. Cardinales congregationis Conc. Trid. Anno 1571 die 25. Mensis Ianuarij, & ipsum Concilium insinuat clare dicens (& aliorũ officialium) & Sixtus V. dicit idem in quadam sua constitutione data die 29. Iulij anni 1587.

10 Nono debet notari circa hoc decretum, quod non possunt suppleri voces vocalium absentium, & qui in capitulo consenserit esse electus Prouincialis, Abbas aut discretus, ad effectum electionis, quæ debet fieri, dicit Conciliũ, quod remaneat inhabilis ad omnia officia, quæ in ordine possit habere, & dicens hęc verba Concilium (*inhabilis existat*) insinuat clare, quod in hanc pęnã inhabilitatis, incurrit ipso facto ante sẽtentiam Iudicis, secundum quod resoluit cum communi Cord. & ideo in his verbis reiicit Concilium consuetudinẽ, quæ antea erat in aliquibus religionib. in quibus erat vsus deficiẽte aliquo vocali in capitulo eligere præsidentem capituli de aliis eo solo, quod poterat esse occasio prauæ electionis; & vt non fiat amplius, castigat eos Concilium cum supradictis pęnis addens, quod si aliquam facultatem habuerint, per quam habilitentur, remaneat derogata; etsi postea obtinuerint, quod habeatur vt nulla,

Sess. 25. ca. 6. de Reg.

Cord. l. 1. qq. q. 35.

nulla, & subreptitia. Et est notandum, quod Cardinales reformationis anno 1560. die 8. Aug. vt affirmat Gaspar Parassellus generalis, qui fuit religiosi ordinis minimorum (adducens declarationem dictam supra in compendio, quod fecit suæ religioni) declararunt, quod non ideo tollit Concilium secundum statuta aliquarum religionum esse licitum mittere ad capitulum aliquẽ fratrem tamquam procuratorem ex iis, cum nõ possunt illuc ire ob iusta impedimenta, vt suffragetur, & habeat votum nomine suo in dicto capitulo, & electionibus, quæ in ipso fient, vnde libere possunt facere nunc, sicut tunc faciebãt, & in nostro ordine vidi ego practicari hoc modo.

Qualis electio debeat esse. Cap. CIII.

SVMMARIVM.

An electiones debeant esse liberæ, & an sint tales, Præsidente nominante tres, aut quatuor, & iubente, vt super hos solos dentur suffragia, & non in alios. numero 1.

An valeat statutum cuiusdam prouinciæ, quod non eligantur de singulis nationibus nisi tres. num. 2.

An præsidens capituli teneatur confirmare electum a maiori parte num. 3.

1 Est notandum, quod secundum statuta apostolica, & quandam cõstitutionem Pij V. omnes electiones debent esse liberæ, adeo vt si Præsidens fuerit conuictus impediuisse electores, ne eligerent libere, sit ipso facto priuatus officio, & sic ordinatum est in nostra sacra religione, quod nulla electio possit cogi, & illa, quæ fuerit coacta, sit nullius valoris, & efficaciæ, Et tunc erit coacta, quando præsidens nominauerit tres, quatuor, aut quinque dicens; volo, quod solum super hos dentur suffragia, & non in reliquos; quia licet hic remaneat libertas suffragantibus, cum sint quatuor, ex quibus possint vnum eligere, hæc tamẽ libertas est coacta, & non tam libera, sicut a sua Sanctitate postulatur. Et ideo vidi ego, quod frater Antonius Manriquez Commissarius generalis Cismontanus nostræ religionis, Episcopus postea Calagurritæ declarauit in quodam capitulo nostræ religionis esse irritas, & nullas quasdam electiones factas cum dicta limitatione: vnde modus, qui communiter habetur, est, vt Præsidens eligat quatuor, aut quinque dicens vltimo, quod eligant ex ipsis, quem sibi voluerint, & possint etiam eligere de alijs.

Pius V. bull. pastoralis.

2 Secundo debet notari, quod non est cogere electionem facere statutum in aliqua religione, quod in quadam prouincia non eligantur ex aliqua natione nisi tres in prælatos, quia non desinit esse libera electio etiam restricta ad aliquod genus hominum, & ideo Papa nõ eligitur nisi ex Cardinalibus, & in aliquibus religionibus non possũt eligi definitores, nisi ex corpore capituli: Nec obstat: quod in electione debet esse plena libertas, quia multis modis potest restringi voluntas, ita vt remaneat libera quantum est necesse, vt valeat electio. Quod probatur, quia etiã ad matrimonium requiritur plena libertas, quod potest cõstringi, ita tamẽ, vt remaneat libertas necessaria ad hoc vt valeat matrimoniũ, vt notat Panormit. Nec dictum statutum constringit ad eligendos indignos, quia si non possint inueniri prælati idonei ex alijs nationibus, poterunt electores non obstãte ipso statuto eligere ex dicta natione plusquam tres prædictos, si adsint in ipsa digni; quia nunquam est licitum eligere indignum, vt post S. Thom. tradit Nauarrus & Sotus dicentes, quod si sit statutum fundationis beneficij, quod detur alicui ex consanguineis testatoris, si non inueniatur aliquis idoneus inter ipsos, potest dari alijs extraneis.

Pan in c. cũ terra & in c. licet. n. 12. de elect. D. Th 2. 2. q. 63. a. 2. Nau. de oratio. misc. c. 34. num. 3. Sot. li. 3. de iust. art. 2. colum. 3.

3 Notandum tertio, quod quando maior pars conuentus eligit aliquem in Prælatum contra voluntatem Præsidentis,

dentis, vnde nolit, quod publicetur electio, sed potius præcipit, quod eligant iterum dicens, quod nisi eligant alium in prælatum, eliget vnum ex foraneis, quo inducto metu eligunt alium, nō valet in conscientia hæc electio, quia omnis electio facta metu est ipso iure nulla, vt dicitur in iure, & omnis metus licet sit iustus facit actum nullum in foro conscientiæ, vt tenet contra alios Nauarrus. Dixi, *in foro conscientiæ*, quia in foro exteriori lis moueretur super hac electione. Hinc sequitur secundum Nauarrum, quod peccauit mortaliter, superior nolens acceptare primam electionem maioris partis capituli, præcipue si alias iterum elegerunt primum electū secundum quod colligitur ex iure. Dixi præcipuè, si iterum eligant primum electū, quia non puto ego peccatū mortale nolle prælatum acceptare primam electionem, si electus secundum eius opinionem est euidenter indignus officio, ad quod est electus: non tamen desinit peccare mortaliter si sæpius fecit iterari hanc electionem, qua iterata sæpe, & iterum eligentibus electoribus eundē, debet persuaderi, quod fallitur, & dat prauum exemplum sui: Primo, quia ostēdit in exteriori habere aliquod odiū deinde quia facit magnam violentiam libertati, quam vult concilium esse in electionibus, hocque modo debet intelligi, quod dicit Nauarrus.

c. vbi periculū § cæterū de electione.
Nau. in Man c. 27. n. 29 §. in secundo mēb. & c. 22. n. 51.
Nau. li. 1 consl tit. de electio. cōs. 5. fol. 29 c. indemnitatibus. §. 1 de elect. lib. 6.

De electoribus. Cap. CIV.

SVMMARIVM.

An electio pertineat ad collegium, aut congregationem. concl. 1. num. 1.

An solum ordine sacro initiati possint eligere, & qui accesserint ad certam ætatem. ib. d.

An excommunicati, suspensi, interdicti possint eligere aut præsentare. conclus. 2 numero 2.

1 PRima Conclusio. Electio de iure communi pertinet ad collegium, aut congregationem, nisi sit consuetudo, aut priuilegium in contrariū, vt ordinatur in iure, & ideo cum sonitu campanæ debent vocari ad electionem, qui sunt præsentes, aut alio signo secundum consuetudinem; qui vero sunt absentes debent vocari per epistolam, aut nuntium, vt ordinat ipsum ius: si aliquis vero non fuerit vocatus, non erit electio irrita, poterit tamen irritari interposita lite. Et in hac electione non possunt habere votum, qui sunt priuati voce actiua, & passiua: quæ quidem priuatio intelligitur ad hoc, vt possint eligere in capitulo, aut vt eligantur ad honores & prælaturas, vt resoluit Nauarrus. Nec habent votum in ipsa in ecclesijs Cathedralibus, collegialibus, sæcularibus, aut regularibus, qui non sunt sacro Ordine initiati, vt dicit ipsum, ius, & affirmat Couarruuias. Estque aduertendum, quod iniusta, & contra ius esset consuetudo, quæ ordinaret, quod solum prudentes, & accedentes ad ætatem habeant votum eligendi in capitulo, cum ius canonicum ordinet, quod omnis religiosus professus aliquam religionem approbatam sacris ordinibus initiatus habeat votum in capitulo in electionibus omnium prælatorum; & sic receptum est in omnibus religionibus, vt probat Petrus Biagius; & vt præscribatur dicta consuetudo, debet esse rationabilis, vt dicitur in iure: hæc autem non est sic, quia licet videatur, si dicatur ex alia parte, quod eligant magis prudentes erit seminarium inuidiæ, & discordiarum; & ordinarie quando suffragia sunt pauca numero, sunt facilia ad subornandum: vnde videmus in aliquę religionibus, vbi electiones reductæ sunt ad paucorum vota, esse lites, & querelas, quæ attingunt aures tribunalium sæcularium; quod confirmatur, quia etiam maior pars capituli non potest his dare vocē actiuam, quæ ad alios pertinet, vt dicit quædam Gloss.

ca. 1. extra de elect. 16. q. vlt. c. congregat. 18. q 2. c. Abbatem.
c. cū inter de elect.
Na li. 1. cōs. 6. de ele. s. 29 Cle. vt ij, qui & ætat. & qualit.
Cou. in c. alma mat. 2. p §. 2. n. 8. c. ex eo. §. 1. de elect l. 6 Biagius in directorio electionum 1. p. c 2. ca fi. de constitutionib.

Gloss. communiter recepta. Dixi, *maior pars capituli*, quia totum capitulum potest compromittere in ipsos, & electio, quam faciunt, & fecerint, erit per viam compromissi.

glo. in c. quia propter verbo vice omniũ de electione.

2 Secunda Conclusio. Excommunicati excommunicatione maiori, suspẽsi ab officio, & interdicti, non possunt eligere, & si in capitulo fuerint aliqui excommunicati, suspensi, aut interdicti, qui non possint expelli sine scandalo, non possunt admitti ad electiones, vt dicit Siluester; Et Couar. tractans hoc punctum dicit, quod excommunicatus non põt conferre beneficium, nec eligere, licet sit cum alijs, nec præsentare, si sit patronus, & dicit hanc esse communem opinionem: etsi fuerint occultè excõmunicati dicit valituros actus, quos fecerint tãquam publica persona, quia actus excommunicati est validus, si toleratur in suo officio publico, si faciat, vt persona publica; si vero faciat actũ, vt persona priuata, non valet, licet talis non sit denuntiatus, quia constitutio Martini V. quæ ordinauit, quod non vitentur excommunicati, si nominatim non sint excommunicati, est in fauorẽ eorum, qui tractant cum ipsis, vt non incurrerent excommunicationem minorem, nec haberent scrupulum peccati: quantum tamen ad eundem excommunicatum non innouant quicquam antiqua iura: vnde quantum ad eum attinet, priuationes quas antea habebat, habet etiam nunc: vnde sicut erat priuatus electione actiue & passiue, ita nunc est, licet non sit denuntiatus, nisi eligat, aut nominet tanquam persona publica, quia in hoc casu si ab ecclesia tolerabatur, valebit eius electio, & nominatio.

Sil. v. e lect. 1. numer. 17. Cou. in c. alma mater. § 7. nu. 9.

De eligendis. Cap. CV.

SVMMARIVM.

An possint eligi excommunicati. concl. 1. numero 1.

An possint eligi, qui sunt accusati. de aliquo crimine concl. 2. num. 2.

Quæ ætas sit necessaria ad hoc, vt quis eligatur ad episcopatũ aut ad aliquam dignitatem inferiorem, conclus. 3. num. 3.

Quæ ætas sit necessaria, vt aliqua monialis professa sit electa in Abbatissam. concl. 4. num. 4.

Quæ ætas sit necessaria ad hoc; vt aliqua monialis habeat votum in electionibus. ibidem.

An monialis, quæ habet dispensationem, vt possit esse electa, possit esse electa semel, & bis. ibid.

1 PRima Conclusio. Non possunt eligi excommunicati, nec interdicti, nec ille qui fregit interdictũ, nec qui est suspensus, nec illegitimus, si non est dispensatus, nec infamis; & in religione non potest eligi, qui non est professus in ea, nec potest eligi, qui non habet ætatem, nec sufficientiam, ita vt electio facta in huiusmodi homines sit nulla ipso iure. Verum est tamen, quod si excommunicatus excommunicatione minori eligatur, eius electio non est nulla ipso iure, sed potest postea annullari, si fuit electus scienter, vt est clarum in iure. Et nota, quod electores eligentes similes homines sunt priuati pro illa vice ab electione, & suspensi ipso facto a beneficijs ecclesiasticis per tres annos, vt definitur in iure, & tradit Innocentius, Cardinalis, Panorminanus, & communis.

ca. si de elect.

c. cũ in cunctis de elect. Innoc. Car. Pa. & commen. in c. cũ illa de elect.

2 Secunda Conclusio. Accusatus de aliquo crimine potest lite pendente promoueri; nec obstat decretum positum in iure canonico in titulo de accusationibus, quod insinuat non posse talem eligi, quia decretum illius capituli non habet locum in accusato a suis inimicis, qui habet bonam famam circa homines graues, & probos viros secundũ Hostiensem, & Ioannem Andream, cuius doctrinam commendat multum Felinus, & merito; quia si contrarium dicatur, daretur locus ad impediendum bonis, & prudentibus viris, qui prætendũt iusto

c. omnipo. extr. de accusation ib. Ost. ẽs. Andr & Fel. de accus. in c. minime.

iusto titulo aliquas dignitates, quæ cõferuntur per concurrentiam, solum mota aliqua accusatione ab aliquo suo inimico, cum ipsi essent in bona fama, sic enim dicit Nauarrus. Noteturque, qđ tunc accusatio infamat ad effectum, quod quis non possit eligi, quando est de crimine graui, & facit quod fama delinquentis sit maculata coram bonis, & grauibus viris; & quãdo talis infamia, & rumor non est ortus a suis inimicis, vt dicit Ananias, & probatur in iure.

Nau. l. 5. cõs. đ accusat. inquisit. &c. cõc. 2. & 3.

Anan. in d. c. omnipot. c. qualit. & quando de accusat.

3 Tertia Conclusio. Possunt eligi, qui sunt de legitimo matrimonio, & qui habent ætatem legitimam, quæ ætas est 30. annorum ad Episcopatus: ad reliquas vero inferiores prælaturas sufficit quod attigerint 25. annos. Possunt etiã eligi digni, quia eligere indignos est peccatum, & potest annullari, vt dicetur in capitulo sequenti. Hi sunt casus circa quos accidunt sæpissime dubia, vnde relinquo alia, quæ magis pertinẽt ad hanc materiam, non tamen accidũt tam ordinarie. Relinquo etiã tractare extense de electionibus per viam compromissi; solum aduertant circa ipsas Confessarij, quod nunquam dent sua vota, & opiniones circa ipsas, si prius non viderint formam compromissi, quia secundum eam debent iudicare de potestate, quam habent compromissarij. Notent vlterius, quod in electione per viam compromissi non est necesse, quod compromissarij dent sua vota secrete, quia forma præbendi suffragia secrete, ita vt nunquam publicentur suffragantes secundum Concilium Tridentinum, solum obseruatur in electionibus per scrutinium; & ideo Innocentius in dicta constitutione supra citata faciens mentionem de dictis tribus electionibus scilicet per scrutinium, compromissum, & inspirationem, solum petit, quod suffragia capiantur secrete in electione per scrutinium.

c. quia propter de elec.

4 Quarta Conclusio. Non possunt eligi moniales in Abbatissas, aut Priorissas, si sint minores 40. annis, & non habeant ad minus octo annos professionis, & cum vita laudabili: & si non inueniantur in conuentu, præcipit Cõcilium, quod afferantur aliæ ipsiusmet ordinis, nisi superiori visum fuerit esse circa hoc inconueniens, quia in tali casu poterit eligere aliam de ipso conuentu, quæ habeat integros 30. annos, & vixerit quinque annos post professionem cum laudabili vita in ipsa religione: & ordinat prædictum Concilium, quod præsidens electione siue sit Episcopus, siue alius, non intret penetralia ipsius monasterij, sed capiat suffragia per fenestram, quæ est in ipsa transenna. Notaque, quod dicit, quod audiat, aut recipiat, vbi insinuat quod in electione dictarum prælatarum, vt sit canonica, non est necessarium, quòd suffragia dentur secrete. Vnde colligitur (supposito, quod Concilium Tridentinum ordinauerit, quòd electiones prę-latorum, & prælatarum fierent per suffragia secreta) quod electio secreta erit secundum idem Concilium, si seruetur forma Innocentij in capit. *quapropter*; quæ est quod tres scrutatores habeant vota capitularium, & scribant, aut adducant ipsimet scripta in suis schedulis, & recipiant ea, vt explicat Siluester: & ideo non putarem ego irritam electionem, quæ hoc modo fieret, præcipiente prælato sub obedientia scrutatoribus, quod non manifestarent vota, vt adimpleretur præceptum Concilij, quod imponit prælatis, vt curent, quod numquam publicentur nomina suffragantium obligans eos, ad hoc stricte, & ideo debent capere vota singulorum seorsum, vt supra notauimus cum Siluestro. Verum est tamen, quod in nostra sacra religione putarem ego nullã electionem, quæ fieret cum hac forma, cum ordinationes generales illius factę cum authoritate Apostolica irritent eã dicentes, quod fiant per vota secreta; & Sixtus V. ordinauit illud sic in sua constitutione supra allegata. Notaque qđ electiones, vbi debet seruari dicta forma, si relicta fuerit sine fraude, aut do-

Concil. Tri. sess. 25. c. 7.

Concil. Tri. vbi sup. c. 6.

Sil elec. 2. nu. 7.

Concil Trid. d. c. 6.

lo, valebunt in foro conscientiæ, quia Innocentius dicit, quod valeat electio facta, licet in ea non seruetur forma introducta a iure humano, si concurrat in ipsa quod postulat ius diuinum, aut naturale, sic enim tenet Nauarrus. Notetur etiam, quod licet antiquitus monialis, quæ habebat 12. annos ætatis, & erat professa tacite, aut expresse, poterat suffragari in electionibus conuentus, vbi habitabat, nunc regulariter loquendo non possunt dare votum, nisi habeant ad minus sexdecim annos ætatis, ideo Concilium Tridentinum ordinat quod nulla possit facere professionem ante dictam ætatem. Dixi, *regulariter loquendo*, quia si sua Sanctitas concederet alicui priuilegium particulare profitendi ante dictam ætatem, non inuenio ius nouum dicti Concilij, quo prædicta prohiberetur à dicto voto ferendo in electionibus, cum vere sit professa. Nota etiam, quod præcipit Sixtus V. in quadã constitutione sua, quod officium Abbatissæ non duret plusquam tres annos, & officio completo non poterit iterum eligi in nostra sacra religione ad aliquod officium Abbatissæ, aut Priorissæ, aut aliud officium authoritatis, vsque ad alios tres annos transactos numerandos à die, quo compleuit primum officium. Vnde debet notari, quod si obtineat aliquod priuilegium, seu dispensationem, vt possit statim denuo eligi, si dicta dispensatio sit nuntij Apostolici, non valet, si expresse non reuocat dictam constitutionem habens authoritatem ad eam reuocandam, & si valet dicta dispensatio non valet, nisi vt semel possit denuo eligi, quia noua electio alicuius ad officiũ, quod habebat, est odiosa, vt dicit Iustinianus, & tradit Azeuedus, vnde secundum hoc licentia, vt aliquis denuo eligatur, debet restringi ad vnam vicem tantum.

Nau. li. 3 cõs. ti. de elec. cõs. 2. f. 27.

Concil. Tri. sess. 25. d re gu. c. 15.

Constit. ẽ nobis cura pastoralis offic. datũ Romæ die 25. Iul. an 1587

Azeuedo li. 3. tit. 5. li. 14. nouæ compil.

De obligatione eligendi, præsentandi, & conferendi beneficium ecclesiasticum digniori. Cap. CVI.

SVMMARIVM.

An possint habere priuilegium præsentandi in beneficio ecclesiastico sæculares, num. 1.

An Reges Hispaniæ habeant ius in Episcopos ad præsentandum, ibid.

Quis dicatur dignus ad beneficia, numero 2.

An peccatum mortale faciat incapacem hominem ad dignitates, & prælaturas ecclesiasticas, concl. 1. nu. 3.

An sufficiat, quod beneficia ecclesiastica conferantur dignis, conclus. 2. numero 4.

An possint eligere, aut præsentare minus dignum ad beneficium curatum, concl. 3. num 5.

An doctior posit eligi ad Episcopatum minoris redditus vacante alio maioris redditus, conclus. 4. nu. 6.

An suffragans posit votare pro digno sciens, quod suffragando digniori habebit beneficium indignior, concl. 5. numero 7.

An posit eligi minus dignus, non concurrente ad beneficium digniori, conclus. 6. num. 8.

An posit, qui fundat aliquem patronatum, ordinare quod beneficium detur alicui suæ familiæ, aut patriæ, licet sint alij extranei digniores, ibid.

An sæcularis fundator patronatus posit eligere minus dignum, & relinquere digniorem, ibid.

An, qui tenetur præsentare aliquem suæ familiæ, teneatur præsentare propinquiorem ibidem.

An debeat præferri Theologus Canonistæ in electionibus Episcoporũ, concl 7. n. 9.

An sufficiat, quod Reges Hispaniæ præsentent canonistas ad Episcopatus, ibid.

An, qui renuntiant sua beneficia, teneantur renuntiare in fauorem dignioris, concl. 8. num. 10.

An

An debeat præferri, licet sit dignior præsentatus ad aliquod beneficium patrimoniale a maiori parte patronorum. concl. 9. num. 11.

An sit licitum aliquem præsentare indignum. concl. 10. num. 12.

An teneantur admittere, aut confirmare, qui habent ius ad hoc, præsentatum ad aliquod beneficium patrimoniale. concl. 11. num. 13.

1 AD explicationem eius, quod debet dici in hoc capitulo, est notandum, quòd non solum ecclesiastici, sed sæculares etiam possunt habere ius patronatus in ecclesijs, in quibus est ius præsentandi homines quales cōueniunt beneficiis curatis quæ habēt, vt late docteque resoluit Couarruuias, & Reges Hispaniæ sunt patroni Ecclesiarum Hispaniæ ad finem nominandi Episcopos, quòd colligitur ex duodecimo Concilio Toletano celebrato in tempore Agathonis, & Leonis Secundi, Summorum Pontificum anno Domini 685. anno primo Eruigilij Regis Gottorum, vt dicit Rodericus Archiepiscopus Toletanus, & Alphonsus de Cartagena Episcopus Burgensis, huiusque canonis recordatur Gratianus in suo decreto, ratione cuius viso, quod in ecclesijs, vbi sunt patroni sæculares, non potest legatus suæ sanctitatis disponere quidquam sine consensu patroni sæcularis, vt est determinatum in iure; sequitur clare quod Nuntius Apostolicus in his Regnis Hispaniæ non potest disponere quidquam in Ecclesijs Hispaniæ sine consensu patroni sæcularis earum, nempe Regis: & sic vidi ego positum in praxi, quia præcipiente quoddam Nuntio Apostolico fratribus obseruantiæ nostræ sacræ religionis Regni Valentiæ, quod exirent a certis quibusdam domibus, quas possidebant, fuerunt defensi hac ratione dicentes, quod aliquarum earum erat Rex patronus, & aliarum erant patroni alij domini sæculares dicti Regni, qui sibi reseruauerant patronatum. Noteturque hoc punctum.

Cou. in reg. alma mater. 2 pa. 10. a nu. 5. Concil. Tol. 12. c. 6. Rod. li. 5. c. 12 Alphonsus de Cartag in anacephalesi regū Hispan. c. 4 c. cū lōge 63. dist. cum dilectus de offic. deleg.

2 Secundo debet notari quod ille est dignus ad beneficium ecclesiasticum, qui habet partes necessarias ad eius gubernationem, vt est ætas, sacer ordo, compositio morum, & scientia, & esse genitum de legitimo matrimonio, prout disponitur in iure antiquo, & moderno Concilij Tridentini, traditque Lambertinus, Nicolaus, & Selua; & econtra ille erit indignus, cui deest aliqua ex prædictis qualitatibus; ille vero erit dignior, qui in his qualitatibus superexcellit, vt dicit Sanctus Thomas, & Sotus. Estque notandum, quod non ex eo, quod aliquis sit doctior, debet iudicari dignior alio, sed potius debemus iudicare dignioré, qui licet non sit tam doctus, excellit tamen in bonitate morum, dummodo habeat litteras necessarias ad gubernationem beneficij, ad quod vocatur: vnde qui fuerit magis præditus charitate in pauperes, & infirmos, cum in hoc mundo sint tot necessitates, debet præferri doctiori, licet in alijs virtutibus sit excellens: Hocque colligitur ex quodam decreto Canonico, in quo dicitur, quod eligatur ad ministerium, & gubernationem vnius ecclesiæ vacantis non doctior, sed vtilior, nullus autem est vtilior illo, qui habet maiorem charitatem, & amorē, quia sæpe si sit multum doctus, expēdit quod erogare debebat pauperibus in alijs rebus, quæ non sunt tam necessariæ, sic prædictaque doctrina est Soti, & Gregorii Lopez, & Couar. His suppositis fundamentis, pro hac materia ponēde sunt sequentes conclusiones.

c. cū in cunctis in princip. & S inferiora ca. E ante F c. præterea de ętat. & qualita. Concil. Trid. sess. 7. de refor. c. 1. & sess. 22 ca. 2. de refor. & sess. 24 c. 18. vers. peracto deinde. de refo. Lāb. de iure patron. nu. 2. p. 1. partis principalis q. 10. a. 1 Nicol. Enchir. sacer. ti. 1. cap 7 Selua de benef. 3 p q. 5. n. 1. D. To 2. 2. q. 63 artic. 2. Sot. li 3. de iust. q. 6. ar. 2 Idē li 3 de iust. q 6. ar. 3 Greg li. 6. tit 15. p. 1 Couar. in reg. pec. 2. pa 7. Concil. Cons̄ā.

3 Prima Conclusio. Certum est ex fide, quod peccatum mortale non inhabilitat hominem, nec facit incapacem dignitatum, & prælaturarum ecclesiasticarum, quia potest ille habere veram iurisdictionem, & esse verus prælatus, & Parochus, sicut alii qui sunt iusti; sic enim definitum est contra Vuicleph, & alios in Concilio Constantiensi, vt tradit Castrus. Et quam-

sess. 8 & 15. cast. aduersus hæreses. verbo potestas.

uis aliqui Catholici dixerint, quod eligere peccatorem existentem in peccato mortali est peccatum mortale ad prælaturam, & curam animarum, ego tamē intelligo hoc procedere in eo, qui eligitur ad curam animarum, & administrationem sacramentorum; immò adde, quod si in aliquo loco non inueniatur alius idoneus ad administranda sacramenta, nisi ille, quem sciunt esse in peccato mortali, tunc potest tolerari propter bonum publicum populi, sicut permittuntur alia mala, ne accidant peiora: & ideo, qui in hoc casu elegerit illū, non peccat; quia quantum est ex parte sua subordinat electionem ad bonum finem, sic enim resoluit Aragon.

Aragon 2.2. qu. 63 art. 1 p. 308.

4 Secunda Concl. Sufficit, quod beneficia ecclesiastica curata conferantur dignis, vt valeat electio, loquendo regulariter, & secundū ius antiquū. Dixi loquendo regulariter, quia secundū Canonistas possunt accidere casus, in quibus pōt reuocari, vt resoluit Couar. Dixi etiam, secundum ius cōe, quia licet secundum ius antiquum collatio, electio, præsentatio, & prouisio facta digno relicto digniori valebat, ita vt non posset reuocari per applicationē, aut aliud remediū, vt ordinabat ipsum ius, vt euitarentur lites; nunc verò correcto hoc iure antiquo, declaratoq; a iure nouo Concilij Tridentini per motū proprium Pij V. si relicto digniori conferatur beneficiū digno solum poterit dignior appellare ad superiore: qui erit Metropolitanus & si per examen constiterit esse digniorem, erit reuocata dicta præsentatio, electio, aut collatio. Videatur Couarruuias, circa hanc conclusionem, Aragōque, qui resoluit hoc punctum.

c. constitutis 23 de colla tionib. c. cū nobis. 19. de electorum. c. graue nimis. 29. de præben. Cō. Tr. d. c. 18. bull. Pii V. de colla parochialiū Ecclesiarum data anno Domin. 1566.

5 Tertia Concl. Eligere, aut præsentare minus dignum relicto digniori ad beneficiū, quod habeat curam animarū, aut aliā gubernationem perpetuam, loquendo regulariter est peccatum mortale. Dixi curā habens animarum, quia si non habeat, plus est dubij in negotio vt dicitur inferius. Dixi loquendo regulariter, quia in aliquibus casibus potest accidere, quod non sit peccatum mortale, quia ignorant electores, aut quia habent certam experientiam, quod eligunt sufficienter dignum; quam experientiam tam certam non habent de alio digniori, & etiam non erit peccatū mortale eligere minus dignum relinquendo digniorem, qn̄ excessus dignitatis fuerit paruus, quia in reb. moralibus parum reputatur pro nihilo. In reliquis casib. præferre minus dignum digniori est peccatum mortale, vt post D. Th. resoluit Sotus & Couar. qui pro hac opinione refert multos: maius aūt peccatū cōmittit, qui scienter cōfert beneficiū indigno, quam qui elegerunt ipsum, cū collator conferat ei maius ius, quam electores, vt probat Nauarrus.

Sot li. 3. de iusti. q. 6. ar. 2 conc. 9. Cou. vbi supr. Nau. in c. si. quādo excep. 6. nu. 2. de rest.

6 Quarta Conclusio. Si acciderit, quod vacēt simul duo episcopatus, aut ecclesiæ, quarum vna est ditior altera in redditibus, alia aūt egenior cura pastorali, nō debet dari episcopatus ditior digniori, sed è contra pauperior, vt notat Sot. quia in huiusmodi electionibus magis debet respici ad perfectionem spiritualem, quam ad redditus, cum finis principalis eligentis non sit præmiare hominem, sed prouidere saluti animarum.

Soto vbi supra circa 6. concl.

7 Quinta Conclusio. Quando sunt plures electores, & electio fit per multa vota, si acciderit negotium deuenire ad hunc terminum, vt putet aliquis electorum se non habiturum dignitatem digniorem, licet ipse suffragetur ei, & pro alia parte est periculum, quod si suffragetur ipse digniori, eligetur minus dignus, poterit tunc, & tenebitur ad impediendam electionem indigni suffragari digno solum omittens digniorem habens aliquam opem, quod sic impedietur electio indigni: quod procedit, licet iurauerit eligere digniorem, quia debet intelligi hoc iuramentum factum in casu, quod possit eligere eum sine damno ecclesiæ, cuius vtilitatem præcipue debent ponere ante oculos electores.

8 Sexta

8 Sexta Conclusio. Vbi est statutum, quod sit electus aliquis eorum, qui cócurrunt ad examen intra certum tempus assignatum per publicum edictũ, non tenentur, nec possunt electores eligere digniorem, qui non concurrit, sed debent eligere digniorem eorum, qui concurrerunt intra dictum tempus, cũ hi solum habeant ius per dictum statutum; æquumque est, qđ ipsis solum conferatur. Vnum debet considerari quis sit dignior secundum leges, statuta, & consuetudines iustas loci, vbi tale beneficium confertur, sicut fit in diœcesibus Burgensi, Calaguritarensi, Pampilonensi, Palentinensi, & in Abbatia Metinę, & alijs locis, vbi clericus illius patriæ dignior est electus ad beneficiũ, & pręfertur digniori alterius patriæ, vt propositum fuit, consultum, & admissum in Concilio Tridentino propter vtilitatem ecclesiarum, vt refert Sotus, Couarruuias, & Mendoza. Vnde infertur, quod patronus, qui fundat aliquã ecclesiam, potest ordinare, quod beneficium ipsius præbeatur alicui sui generis, & familiæ, & non alijs, licet sint digniores, dummodo in dicta sua familia inueniatur aliquis dignus, quòd procedit, licet tale beneficium sit curatum. Hoc corollarium quantum ad sui vltimam partem est contra Sotum, qui dicit, quod talis institutio, si est beneficij curam animarum habentis, est iniqua; & sic dicit, quod si aliquis de suis redditibus fundauerit aliquod monasterium cum hoc vinculo, qđ Prior, aut Priorissa non sit nisi suæ familiæ, non debet talis lex obseruari. Nostra tamen conclusio, & corrolarium tenetur à Couarruuia, qui dicit esse iustum dictum statutum, quia cum præsupponat statutum, quod ecclesia debeat conferri digno, qui si non sit, possit eligi extraneus, non fit alicui iniuria, nec ecclesiæ, nec subditis damnum, pręcipuè si ipsa ecclesia id acceptauerit; & ideo possunt patroni eligere dignos suæ familiæ, licet ex alia parte sint alij digniores, facitque pro hoc, quia idem Sotus laudat statutum, quod ordinat, quod non admittantur ad beneficia patrimonialia, nisi ciues, & naturales talis loci, licet extranei sint digniores, qui possent concurrere. Circa quod debet notari, quod cum debeant eligi secundum dicta statuta illi, qui sunt eiusdem familię, & patriæ, digniores debent præferri minus dignis; & ratio naturalis hoc dictat, quia omnia damna, quæ sequuntur ex eo, quod electores non eligant digniorem; sequitur etiam ex eo, quod patroni non præsentant digniorem; quod intelligitur, licet patroni sint sęculares, vt tenet Couarruuias, & Sotus. Verum est tamen, qđ opinio est probabilis, quod sufficit, qđ patroni sęculares præsentent dignum; & Concilium Tridentinum videtur illi fauere quod præcipiens patronis ecclesiasticis, vt pręsentent digniorem, dicit, quod sęculares præsentent dignum; & ratio videtur id dictare, quia patronus sęcularis ideò habet ius præsentandi, quia fecit, aut ditauit ecclesiam ex suis proprijs bonis, & ideò sine aliquo peccato potest applicare superioritatẽ, & redditus dictæ ecclesiæ cuicunque voluerit, dummodo sit dignus, & idoneus, vt tenet Lambertinus. Debet item notari, quod non est dignior in eadem familia, qui est propinquior institutori, & ideo qui habet ius præsentandi aliquem cuiusdam familiæ, non tenetur eligere propinquiorem, sed potest eligere remotiorem, si sit idoneus, vt tenet Pelaez. Et addo, quod deficientibus legitimis illius familiæ, potest eligere aliquem ex illegitimis, si est idoneus, quia, si adsint legitimi, debent præferri, licet sint remotiores; sic enim tenet Guttierez. Addo etiam, quod si testator præceperit, quod eligatur consanguineus propinquior, legitimus remotior debet præferri illegitimo propinquiori.

9 Septima Conclusio. Loquendo regulariter in locis, vbi sunt hæreses, videtur non rectè eligi Canonista in Episcopum, omisso Theologo æqualiter digno,

Soto de Iustit. li. 3. q. 6 a. 2. post mediũ vers. an nascitur aũt Co ua. pra. qq. c. 35 n. 5. Mẽdoza in reg. Cãcellaria de infir. mis resi gn. q. 15. Sot. vbi supr. ad 2. con- tra. 9. cõ clus. Cou. in reg. pec catũ rẽ. 1. § 7 n. 3.

Cou. & Soto, vbi sup.

Concil. Tri. sess. 24 c. 1. đ refor. & c. 18. de patronis Ecclesię

Lãber. de iure patr. 1. p. q. 10. a. 3 n. 17

Pelaez de maio ratu. 1. p. q. 72.

Gut. li. 2 pra. qq. q. 66. n. 3. 4.

digno, quia principalius opus Episcopi est prædicare,& legere Euangelium,vt legitur in sacris canonibus confirmatis à Concilio Trid. quæ quidem non pōt facere Canonista: & sic antiquitus interrogabantur Episcopi in consecratione sm̄ cęremoniale antiquum, an sciebant vtrūque testamentū, vt notant Ricardus,& Siluester, licet postea non interrogentur, nisi, an velint se accomodare sensibus sacræ scripturæ,& docere populum extractum ab hoc diuino thesauro, quod etiam non possunt facere, nisi sint Theologi. Dixi, *loquendo regulariter*,quia bene potest accidere casus, in quo Canonista iure pferatur Theologo, si electores sint certi suæ multæ prudentiæ ad gubernandum, & de zelo salutis animarum, in tantum quod qui in hoc fuerit excellens, licet non sit nec multum Theologus, nec multum Canonista, potest sæpissime præferri, quia eius prudentia, & sanctus zelus supplebit defectum scientiæ proponés idoneos ministros,a quibus adiuuetur, & arguant Hæreticos. Hoc autem colligitur ex his, quæ tradunt Hostien. Henricus,& Præpositus,& tenet etiam Abbas,Felinus, & Maior. Dixi, *in locis, vbi sunt hæreses*, quia, in quibus non sunt non condemno tamquam peccatum,cum non habeat necessitatem con uincendi hæreticos. Secundo, quia condemnare hoc tamquam mortale esset condemnare Christianos Principes, qui ducti consilio personarum sapientum, & religiosarum, Deumque timentium eligunt sępe ad Episcopatus Canonistas, & Summus Pontifex confirmat. Noteturque pro regibus Catholicis Hispaniæ, quod postquam sunt patroni non ecclesiastici, sed sæculares quantum ad præsentationem Episcoporum in his regnis Hispaniæ, vt supradictum est, sufficit, quod præsentent idoneum, licet sit alius dignior secundum opinionem positam, & sic sufficit quod presentent Canonistam idoneum, licet sit alius dignior solum eo quod sit Theologus cum in his regnis non sint hæretici, cōtra quos debeant Episcopi argumentari.

c. Episc. 18. d. Cōcil. Trid. sess. 5. c. 2 & sess. 24 c. 4. de refor. Rica. quodlibet. 4. Sil. verbo epis.

Host. Henricus, & Præpos. in c. 1. de cons. & alii Abbas in c. ... nota 2. de ... Felin. c. cū ad ea col. pen. de rescriptis. Maior in 4. d. 14. q. 10.

10 Octaua Conclusio. Beneficiarij, qui de licentia Papæ resignant, aut renūciāt beneficia sua in fauorem alicuius, non tenentur quærere digniorem, sed sufficit resignare digno omittendo digniorem: hæc opinio est Caietan. & tenet eam Rebuffus,& sic declarauit eam in Congregatione Cardinalium ad instantiam Episcopi Auriensis 3. Kalendas Februarij anni 1565. sequentibus verbis, capit. 18. Sessio. 24. de reformatione Concilij Tridentini, vbi dicitur [Vacante Ecclesia Parochiali etiam per resignationem, quod examine per concursum ab Ordinario facto debeat conferri ei quem iudicabit aptiorem, non habet locum in resignationibus factis in manibus Papæ in fauorem tertij] ratio huius est,quia dicta renuntiatio fuit facta cum conditione si beneficium daretur dicto tertio. Nota tamen, quod huiusmodi renuntiationes non possunt nunc admitti ab Episcopis; & si Episcopus virtute alicuius resignationis factæ in suis manibus conferret beneficium, esset collatio nullius valoris,& vacaret beneficium,ac si non fuisset facta,vt Pius V. ordinauit per proprium motum datum anno 1567. Nota etiam, quod huiusmodi renuntiationes non debent facile admitti,pręcipue cum regressu,scilicet,post mortem pręsentis possessoris, quia habent secum quandam vmbram successionis hæreditariæ,quam prohibet Sacrum Concilium Tridentinum.

Caieta. verb. benef. Rebuff. in praxi beneficiali, tit. de resigna. cond. numer. 1.

Cōc. Tri. sess. 25. de reformatio.

11 Nona Conclusio. In beneficijs patrimonialibus, quæ non conferuntur per concursum, præsentatus à maiori parte patronorum debet præferri præsentato à minori parte, licet non sit dignior, sic enim tenet quędam, Gl. quam sequitur Lambertinus, & probet eam quædam lex partitarum.

Gl. in c. quoniā, verb. maior. de iure patr. Lāber. de iur. patr. lib. 2. 3. q. 4. principali artic. 1.

12 Decima Conclusio. Nunquam est licitum eligere, præsentare, nec confirmare indignum, licet ex proprijs bonis vellit aliquis instituere beneficium, quia

Cou. in d. §. 7 n. 4. l. 1.

quia nemo potest licite præbens rem suam creare Parochum contra ius naturale, & diuinum: vnde si non inueniatur in familia aliquis dignus, non possunt patroni præsentare eum qui sit indignus, licet testator præceperit, quod semper præsentent aliquem de familia, quia non potest obligare dispositio fundatoris contra dispositionem iuris; vnde tenentur præsentare alium dignum, licet non sit de familia, vt resoluit Lambertinus: indignus vero, qui recipit dictum beneficium etiam peccat mortaliter, vt resoluit Guerrerus in thesauro Christianæ religionis.

Lamber. de iust. patro. l. 2.3.p.q. 1.princ. ar. 5. cũ seq. Guerrerus in thesauro Christianę relig. c. 7. nu. 8. d.c.8.vbi supr.

13 Vndecima Conclusio. Illi, ad quos præcipue pertinet confirmare, constituere, & approbare præsentatum à patrono, si fuerit dignus, tenentur admittere illum, & confirmare, si post præsentationem non incurrit aliquam inhabilitatem, quæ ad impediat: quod si præsentatus fuerit indignus, tenentur ad non approbandum: quod si præsentati fuerint multi, tenentur eligere digniorem ex illis, sic enim determinatur in Concilio Tridentino, quod insinuat patronum ecclesiasticum teneri præsentare digniorem: etsi fuerit minus dignus, non debet admitti; sed patrono sęculari sufficit, quod præsentet dignũ vt habeat absolutionem admissionis. Dixi, *si post præsentationem non incurrit aliquam inhabilitatem*, quia electus, aut præsentatus, non solum debet esse habilis in tempore electionis, aut præsentationis, sed etiam tempore confirmationis, cum tunc acquiratur illi ius, sic enim decretum est in iure, vt tradit Nauarrus.

Sess.24. de refor. c.18.

c. dudũ. de elec. Nau. in c. si quã do de re scr. excep. 10. n. 5.

De eligendis ad dignitates sęculares. Cap. CVII.

SVMMARIVM.

An princeps teneatur ponere iudices, & gubernatores in sua Republica, numero 1.

Quales esse debeant eligendi ad hoc ministerium, concl. 1. nu. 2.

An peccent & teneantur ad restitutionẽ, qui dant huiusmodi officia indignis, conclus. 2. nu. 3.

An sufficiat, quod conferantur hæc officia dignis, concl. 3. nu. 4.

An officia iudicum debeant esse annua, & an vt sint denuo electi, sufficiat maior pars suffragiorum, concl. 4. nu. 5.

An peccent domini non capientes rationes, & sindicatus, quia si capiunt debent eligere alios ibid.

An, qui distribuit bona communia signata ad ciues cuiusdam reipub. omittens illa distribuere per spatium trium annorum, satisfaciat dans ea ciuibus, qui inueniuntur præteritis quatuor annis, conclus. 5. num. 6.

1 AD explicationem dicẽdi in hoc capitulo debet notari, quod Reges, licet de iure communi Romanorum possint eligere, & nominare gubernatores, & iudices, & rectores ciuitatum, aut oppidorum status sui, vt approbat quædam lex nouæ compilationis, & alia iura, quæ pro hoc allegat Auenandus, Auiles, & Couarruuias, non tamen desinunt alij domini temporales habere eandem potestatem propter priuilegia, aut consuetudinem Regnorum acquisitam per tempora, vt notat Azeuedus; qui sicut accipiunt tributa, & redditus ad sustentationem suorum familiarium, & conseruationem statuum, sic tenentur dare eis iudices, & gubernatores, qui conseruent populos in eadem pace; vnde interrogamus hic, an debeant eligere digniores pro his ministerijs exercendis. Pro quo ponuntur sequentes conclus.

li. 1. ti. 9 lib. 3. cõpil. Auẽda. l. 1. p̃torũ, c. 1. nu. 1. Auiles eo. li. c. 1 gl. 1. co. 1 pra. q. c. 4. n. 3. Azeu. in li. 3. tit. 5. l. 3. nouæ compil.

2 Prima Conclusio. Loquendo regulariter, vt quis sit gubernator, aut rector, requiritur scientia competens, & prudẽtia ad gubernandũ, fortitudo animi, & zelus iustitiæ, & vtilitatis cõis; pro quo facit multũ nobilitas, vt p̃bat Gregor. Lop. nec est necessariũ, qd habeant testimonium bonorum morum, scilicet,

Greg in l 2. tit. 9. p. 2. ver.

bo, nobl. homes, & titu 19. li.9. verbo, so bre los otro homes.

cet, quod non sint in peccato mortali, vt notat Caieta. quia accidit, quod aliquis in se sit vitiosus, & respectu aliorum zelator iustitiæ, & boni publici, & sic intelligendum est, quod tradit Sotus loquens de hoc puncto.

Cai. verbo elec. Soto, li 3. de iustit. q 6. ar.4.

3 Secunda Cõclusio. Certum est, quòd Reges, & domini temporales præbentes indignis officia publica, quæ fuerũt instituta ad præmium bonorum, & supplicium prauorum, peccant contra iustitiam, qua tenentur eligere ministros idoneos ad exercitium dicti ministerij, ad quod eliguntur, quia Reges tenentur de iustitia commutatiua prouidere Reip. respectu tributorum, quæ dat eis: & idem debet dici de alijs particularibus dominis, qui constituunt in suis rebus publ. ministros indignos, qui tenentur ad solutionem damnorum, quæ fuerunt sequuta ex tali electione.

4 Tertia Conclusio. Præsides consiliorum quibus incumbit de mandato Regio instituere officiales in Repub. quæ est sub eorum cura, tenentur de iustitia distributiua tribuere officia illis, quos cognouerint digniores & si id nõ fecerint, peccabunt tamquam acceptatores personarum: hæc conclusio tamquam vera videtur supponi à Soto, & tenet eam expresse Didacus Perez. quę debet teneri contra Caiet. & probatur, quia ratio naturalis dictat, quod nullus populus, nec respubl. det plenariã potestatem Regi, vt possit eis dare quoscumque officiales, sed solum illos, qui fuerint aptiores ad gubernationem eius, quia aliter nõ bene prospiceret rationibus, & vtilitatibus suis Respub. eligens Regem, vnde non est Rex dominus absolutus officiorum publicorum, vt resoluit Adrianus.

Sot. vbi sup Perez in l. 7. ord. regalis, ti. 2. l. 22. in princ. Caiet. in sum. verbo, elec.

Adrian. de rest in q. de eo qui mutuat pecunias regi pro officio cõsequẽdo. l. qd maior. ff. ad municip.

5 Quarta Concl. Officia sęcularia debent esse annalia; sicut sunt officia iudicum ordinariorũ, qui quando conferũtur a Repub. est necesse quod eligantur p vota maioris partis eius, vt dicit quoddam iuris decretum. Verum est tamen, quod quando agitur de eligendo iterũ aliquo officiali anni præteriti non sufficit, ꝙ eligatur à maiori parte, sed est necesse, quod omnes eligant nemine cõtradicente, vt sancte quidem ordinauit Imperator Iustinianus in quadã authẽtica, quã quantum ad hoc vocat singularem Corselus, Iason, Roman. Felinus, Bartolus, & Orosius allegati ab Azeuedo; & ratio huius est, quia si maior pars sufficeret, perpetuaretur aliquis in officio cum damno Reipub. obtinens solũ maiorem partem Reipubl. Vnde puto periculosum, quod aliqui domini faciunt in suis oppidis qui nolunt capere sindicatum à suis iudicibus, vt sic possint melius continuare eos in officio, qđ non possent facere, si ab illis caperetur contumacia, & sindicatus. Est lex in his Regnis præcipiens, qđ capiatur dictus sindicatus intra certum tempus, & qđ eo capito non possint continuari in dictis officijs; quod debent aduertere Cõfessarij huiusmodi dominorum.

Aut de defens. ciu §. fi. Azeu. l. 3 tit. 4. nouæ compil.

6 Quinta Conclusio. Tenentur gubernantes rempub. distribuere bona communia eius secũdum Iustitiam, & ideo si in aliqua ciuitate esset statutum, quod certi quidam eius redditus distribuantur inter ciues scriptos in ea, & ille, cuius curæ incumbit dicta distributio, nõ faceret ipsam per spatium 3. annorum volens (pęnitens de suo peccato) facere eam in 4. anno, non poterit distribuere omnes redditus dictorum trium annorum illis solum, qui sunt scripti in 4. anno, sed debet redditus primi anni distribuere inter scriptos illo primo anno, &, si aliqui sint vita defuncti, suis hæredibus debet fieri distributio; & idem debet dici de reliquis annis. Quod si faciens dictam distributionem dederit omnes redditus illis, qui erant in 4. anno, tenebitur restituere illis omnibus ciuibus terminum annorum præteritorum, aut eorum hæredibus secundum iustas partes, quæ ad eos pertinent. Verum est tamen, quod si aliquis tyrannus caperet omnes illos redditus, satisfaceret restituens ipsi Repiublic. quia tyrannus non tenetur appropriare illa bona distribuens ea; in casu

autem

autem quod non applicarentur ciuib. in particulari, sunt Reipubl. & ideo sufficit quod ei restituantur; distributor tamen cum teneatur distribuere dicta bona annuatim inter ciues, & applicare ea, clare patet quod fecit eis iniuriam non applicans ea, quando debebat, & ideo omnibus ijs debet illa restituere secundum partem, quæ singulos contingit, nec satisfacit præbens ea Reipubl. sic enim tenet Caietan. quem sequitur Aragona.

Caie. 2. 2. q. 52. art. 1. & ibi Ara.

De restitutione facienda à male distribuentibus, & male eligentibus. Cap. CVIII.

SVMMARIVM.

An sit peccatum dare bona sua indigno omittens dignum. conclus. 1. nu. 1.

An sit peccatum diuidere bona alicuius, prebendo ea indignis. conclus. 2. nu. 2.

An distribuere indignis officia, præcipue ordinata ad stipendium & non ad præmium eorum, qui exercentur in eis, vt sunt Cathedræ, & lecturæ, sit actus subiectus restitutioni. concl. 3. numero. 3. & 4.

An sit obligatio restituendi digniori conferendo beneficium digno intelligendo, quod dignior faciet multas absentias ab officio. concl. 5 nu. 5.

An sit obligatio restituendi aliquid digniori, si detur beneficium digno non conferendo per concursum concl. 6. num. 6.

Et quomodo debeat fieri hæc restitutio, & quomodo etiam debeant facere restitutionem, qui suffragantur in lecturis conferendis minus digno ib. d.

Quomodo se debeat habere prælatus conferens beneficium suo consanguineo. concl. 7 num. 7.

Circa materiam huius capituli videatur Couar. & Nauarrus, & Petrus de Nauarra, & Corduba, quam resoluam sequentibus conclusionibus.

Cou. in reg. pec. 2. p. §. 7. Nau., in c. 17. n. 72 Nau. lib. 2. de rest c. 2. 2. n. 20. cũ seq. Cor. de cas. q. 21

1 Prima Conclusio. Certum est, quod in distributione illorum bonorum, de quibus est dominus, qui distribuit qualia sunt illa, quæ testator diuidit in suo testamento faciens legata, aut fideicõmissa, si relinquendo meliores conferãtur minus dignis loquendo regulariter, raro est peccatum mortale, sed solũ veniale; quod probatur; quia talis testator non frangit iustitiam distributiuã, aut commutatiuam, & ideo non tenetur restituere quicquam.

2 Secunda Conclusio. Certum est quod bona alicuius particularis personæ, quę præcipit, vt diuidantur inter alios, debent diuidi prælatis dignis indignis, & dignioribus, respectu minus dignorum & si non fiat sic, non solum qui diuidit, peccat mortaliter, sed tenetur facere restitutionem totius damni, quod inde sequutum est illis, qui secundum ius debebant illa bona habere, quia fecit contra iustitiam distributiuam; nec minus obligat iustitia distributiua, quam commutatiua, sic enim tenet D. Tho. quod probatur, quia licet restitutio sit actus iustitiæ commutatiuæ, bene potest habere originem suam a iustitia distributiua.

D. Tho. 2. 2. qu. 62. ar. 1. ad 3.

3 Tertia Conclusio. Certum est, quod ille qui distribuit indignis illa, quæ respublica ordinauit distribuenda, vt stipendia eorum, qui exercent aliquod ministerium, & minus principaliter essent præmium meritorum, vt sunt beneficia, & lecturæ, tenetur restituere Reipub. totum damnum. quod illi secutum fuit, cum ille, qui eligit, teneatur eligere ministrum idoneum, & aptum ad exercendum onus quod illi imponitur. Hinc sequitur, quod ille, qui eligit ad aliquod beneficium, aut lecturam indignum stipendio, & salario quod pro eis tribuitur, tenetur eligere alios dignos, vt satisfiat debitæ obligationi, vnde non solum tenebitur restituere ecclesiæ, aut vniuersitati stipendia, quæ soluit, sed etiam damnum quod euenit ex praua administratione, & per consequens electi tenentur ad eandem restitutionem, cum percipiant stipendium

immerito,& sint causa damni,quod ex mala administratione sequitur;& ideo debēt compelli,vt renuntient dictū beneficium,& lecturam negādo illis absolutionē in foro conscientiæ; quod cōfirmatur,quia si sunt indigni per se(vt dicunt Theologi)electio eorū est nullius valoris,sic.n.tenet, & probat Petrus de Nauarra. Dixi,si sunt indigni per se,q̄a si sint indigni per accidens, idest, non quia deficiat sufficientia, sed ob paucā diligentiam, quam adhibent in adimplendo officio, sufficit quod faciant pœnitentiam,& proponant emendationē, & restituāt damnum,quod ex sua praua administratione sequutum est.

Nau. vbi supr. nu. 154.

4 Quarta Concl. Certum est,quod eligere ministrum dignū omisso digniori non est obligatio faciendi aliquam restitutionem ecclesiæ talis ministri, quia cum sit æqualitas iustitiæ commutatiuæ inter electum, & stipendium, quod ecclesia tribuit, sequitur, quod quantū ad hoc non remanet aliqua inæqualitas, q̄ per restitutionē debeat reparari.

5 Quinta Conclusio. Quicumque dat beneficium,officium,aut cathedram, siue lecturam digno,relinquens digniorem,quia videt eum impeditum negotiis,quibus probabiliter credit impeditum ministerium eius,non est vlla obligatio restituendi ei quicquam,quia realiter,& vere,licet ille sit doctissimus, & prudentissimus pro executione ministerij, supposito quod sit occupatus aliis negotiis,iam non est dignus, quia officia,& beneficia, fuerunt principaliter instituta,vt ecclesia, aut respublica habeant idoneos ministros,& minus principaliter,vt sint præmia meritorū. Hinc infertur,quod si quis sit magis sanctus, & doctus,putatur tamen quod non seruiet ecclesiæ,quia non residebit in ea,& alius sit minus sāctus,& doctus,cognoscitur tamen, quod seruiet, & residebit in ecclesia, quod hic erit magis dignus, immo hic est dignus,ille vero indignus cum non sit pro futurus eius thesaurus absconditus, vnde non fit illi iniuria, si non eligatur, & per consequens nec debetur illi restitutio.

6 Sexta Concl. Qui dat beneficiū,aut officium digno, relicto digniori, licet peccet mortaliter, non tenetur tamen facere vllam restitutionē illi digniori; hæc opinio est Soti,& Ledesmæ, Naua. & Couar.q̄ intelligitur loquēdo de illis beneficijs,q̄ dantur sine concursu, sicut sunt Episcopatus,& aliæ dignitates, q̄a cum sint instituta ad stipēdium laborātium,videtur probabile,quod qui nō laborat,non debet habere inde quidquā, & per consequens elector non dēt restituere aliquid non laboranti,licet sint digniores electis,sicut dux, qui eligit milites bene merentes relinquens alios digniores,nō tenebitur restituere aliquid his,sed solū domino belli, cui intulit damnū. Dixi loquēdo de beneficiis,& officiis,quæ non distribuuntur per concursum,quia de ijs,quæ hoc modo tribuūtur;probabilius puto electorem digni relicto digniori teneri ad restitutionem huic digniori; quod probatur hoc exēplo,s. si dominus præciperet familiari, vt distribuat aliquam eleemosynam cō sanguineis propinquioribus,si ille prætereat hunc ordinē in distribuendo, tenebitur ad restitutionē propinquiorib. sic Christus Redemptor noster Dñs beneficiorum præcipit,vt concedantur dignioribus,vnde si eis non dentur,tenebitur conferens ad hoc damnū;nec pōt quidem negari,quod maius ius habeat dignior, quam dignus, concurrentes ad beneficium; ita vt dicat Caietanus sequens hanc opinionem, quod beneficium, ad quod concurrit dignior,aut lectura, est magis eius, quam alterius non tam digni, in quantum est maior obligatio, vt ei conferatur quam alteri. Hinc sequitur, quod elector tenetur facere huic aliquam compensationem, quæ debet regulari secundum iudiciū boni viri, aut conferre ei aliud beneficium, vt dicit Aragon. sequens Caietanum, & licet huic digniori faueat Pius V. per motum proprium concedēs illi,vt possit appellare ad Metrapolitanum, vt irritet dictam electionem,

Soto,li. 4. de iustit q.6. art.3.in sol. ad 3 Led. in 3.4.q 18 art.2. f. 253. Nau. vbi sup. nu. 69. Cou. vbi supr. nu.6.

Caiet.2 2.q. 63. circa solut.ad 4 dub.3.

vt

vt supra est dictum, cap. 106. nu. 4. non ideo remanet elector liber, quin teneatur restituere damnum, quod inde ei euenit, cum elegerit contra iustitiam distributiuam; quidquid dicant Sotus, & Couarruuias, Nauarrus, & Didacus Perez. Quomodo autem debeat fieri hæc restitutio (faciendo electionem secrete secundum Concil. Trident. & secũdum quod solet fieri Salmanticæ, quando cõfertur aliqua Cathedra, seu lectura accipiendo suffragia secrete) putat multũ difficile Didacus Lopez, quod ego non puto nimis difficile supposita doctrina, quã inferius ponemus in materia furti.

Sot. li. 4. de iust. art. 3. Cou. vbi sup. Nau. vbi sup. nu. 34. c. 26. n. 39. & in cap. si quando except. 11. de rescr. Perez in l. 2. tit 6. li. 1. ord. Lop. in istr. cõs. 2. p. c. 17

7 Septima Conclusio. Quando prælatus facit collationem beneficij, aut prælaturę consanguineo, idem debet obseruare, ac si daret alicui extraneo, vnde si contulit illud consanguineo contemnens digniorem, tenetur facere restitutionem huic digniori.

De impedientibus bonum alicui debitum. Cap. CIX.

SVMMARIVM.

An teneatur restituere damnum, qui impedit aliquem, ne obtineat aliquid, quod illi debebat conferri, concl. 1. num. 1.

An teneatur restituere, qui persuadet domino, vt det alicui, quod statuerat dare alteri, concl. 2. num. 2.

An teneatur restituere dignus qui sibi, aut alteri digno procurat beneficium in damnum alterius, concl. 3. nu. 3.

An teneatur restituere, qui precibus, aut alijs officijs facit vt beneficium conferatur digno, aut indigno relicto digniori, conclus. 4. num. 4.

1 PRima Conclusio. Ille qui impedit Petrum, ne obtineat beneficium; aut aliam rem communem, quæ illi debebat conferri, tenetur restituere illi hoc damnum. Hęc opinio est D. Th. Soti, Nau. & Med. quæ conclusio debet intelligi, quando vi aut metu, aut fraude impedit, quominus obtineat rẽ quæ debet illi dari, sicut stipendium, aut pręmium, aut conferat vero domino, aut distributori: ita & qui dicit mentiens, quod N. est mortuus, aut quod non est consanguineus N. aut quod est illegitimus, aut homo sine litteris, aut homo prauæ vitæ, propter quod facit, vt mutetur testamẽtum, & deleatur legatum in eo positum, aut auferat illi collationem beneficij, aut præsentationem beneficij, aut officij, aut alterius boni iam decreti, & collati, tenetur quidem ad restitutionem, quia ille fecit iniuriam dãti in iure, quod habet instituendi, eligẽdi, aut præsentandi, & recipienti priuãdo iniustè hac re, & iure. Hinc infertur, quod qui concurrunt ad aliquam lecturam, canonicatum, aut dignitatem, & falsè iactãtur, aut attribuunt si aliquid, quod sit in causa, vt detur illis lectura iniustè, tenentur ad restitutionem, vt dicit Medina; quod moderatur, & limitat Ludouicus Lopez in casu, quod non sint tam digni, & sint parati electores ad eligendos alios magis idoneos, cum mendacijs autem, & fraudibus extraxerunt ab illis rem; quia si essent tam digni, & bene merentes sicut cæteri, & electores erant indifferenter dispositi ad eligendum, nõ video quia ratione debeant obligari ad restitutionem. Hinc infertur, quod ille, qui impedit alium metu, fraude, aut mendacijs, ne petat bona prædicta, tenetur restituere damnum, quod intulit ei, qui non recurrit ad petenda bona, cum priuauerit eum iure, quod habebat, cõmuni omnibus. Verum est tamen, quod non tenetur ad restituendum tantum quantum illi debebatur, si acquisiuisset ea; tenetur tamen restituere tantum quantum postulant circunstantiæ, & propinquitas, quam habebat acquirendi dicta bona; quod relinquitur arbitrio boni viri.

D. Th. 2. 2. q. 62. art. ad 2. 4. vbi doctor. Sot. l. 3. de iust. q. 6. ar. 2 Nau. in Man. c. 17. n. 69. & 70. Med. in summa, f. 95.

Med. vbi sup. f. 189. p. 2. Lop. in inst. cõ. cl. 2. p. c. 7.

2 Secunda Conclusio. Ille qui persuadet domino precibus, sine mendacio tamen, & fraude, quod det alicui illud quod, determinauerat dare alteri indeter-

determinatè, non tenetur aliquid restituere, licet ille qui accipit, sit indignus, quia nulli facit iniuriam, non domino, cum precibus solum persuadeat eum, neque alteri, quia non habebat ius, vt illud daretur ei, cum illud, quod datum est, non sit quid commune, quod de necessitate deberet dari alicui, sed particulare ipsius domini, qui dabat.

3 Tertia Conclusio. Dignus, qui sibi, aut alteri digno etiam petit beneficiũ, aut lecturam, & eius petitio est iusta, licet hoc faciat prauo animo procurans damnum alicuius, non tenetur satisfacere ei pro tali damno, nisi talis petitio sit sociata cum fraudibus, & mẽdacijs, aut metu, ita vt sint hæc causa, quod illi conferatur; sic enim tenet Sotus, & Nauarrus contra Ricchardum. Et probant, quia intentio damnificandi, aut faciendi malum, licet sit peccatum, non tamen affert secum necessitatem restituendi, nisi ei addatur aliquod opus exterius, quod sit iniuriosum, aut contra leges, & iustitiam, scilicet defraudans, aut inferens metum, & etiam quia nemo vtens iure suo facit alteri iniuriam, licet ex tali iuris vsu ipsi sequatur damnum.

Sot. li 4. de iust. q 6. ar 3. ad 6. art. Nau. c. 17. n. 70.

4 Quarta Conclusio. Qui facit, vt beneficium conferatur indigno relicto digniori, aut quod conferatur digno relicto digniori, licet hoc faciat precibus, & officijs sine mendacio, aut fraude, tenetur restituere totum damnum, si distributor iam decreuerat dare illud digniori; si vero non decreuerat, debet illi facere compensationem arbitrariam, hæc conclusio est S. Thom. & Caietan. & ex parte est contra Sotum, qui dicit, quod si non sit fraus, non est obligatio restituendi damnum integrè; nostra tamen conclusio probatur, quia præbenda, de qua loquimur, si decreuerit elector eligere digniorem, est tanquã eius propria, si sit firmus in illa determinatione huic particulari digniori, non vero digniori in communi sine terminatione cui eorum deberet dare; quia tũc cum non decreuerit eligere Petru n dignioreṃ, non debet illi fieri integrè restitutio, vt aduertit Caietan. quia in hoc casu non est dicta præbenda tam sua, sicut esset post determinationem. Hinc sequitur quanto periculo inuoluti sint, qui fraudibus, & dolo impediunt gratias, & dona, quæ principes decreuerũt dare aliquibus personis, & quomodo diuertentes eos ab hoc proposito precibus sine fraude teneantur restituere damnum. Secundo infertur, quam prudentes, & cauti debeant esse notarij, & scriptores testamentorum, & reliqui huic negotio assistentes, quia si æger petit consilium post determinationem factam legandi aliquid alicui personæ, & per fraudem dolumque impediunt facere dictum legatum, aut precibus sine dolo, & fraude auferunt dictum legatum (vt dicitur) à manibus, tenentur restituere illud integre; si vero non determinauit legare, dareve talem rem, & non petito consilio precibus impediũt, ne detur, tenentur aliquid compensare secundum arbitrium boni viri.

D. Tho. Caiet. & Soto vbi sup.

De Inuidia. Cap. CX.

SVMMARIVM.

Quid sit inuidia, & an sit peccatum mortale. conclus. 1. num. 1.

An sit peccatum mortale dolere de bono spirituali proximi, conclus. 2. num. 2.

PRima conclusio. Inuidia est tristitia propter alterius bonum siue spirituale, siue corporale, quia ego non habeo illud, aut quia diminuit æstimationem meam, estque peccatũ mortale ex natura sua, vt dicit S. Thom. potest tamen excusari à mortali, aut propter actus imperfectionẽ, aut propter materiæ paruitatem, & non est peccatum tristari de bono proximi, quando quis ex eo timet, quod proximus non erit tam æquus ei cum illa re, quã erat antea, aut sic persequetur cum iniustè, vt dicit D. Thom. Dixi, *iniustè*, quia ex sua

D. Tho. 2. 2. qu. 36. ar. 3.

sua natura peccatum erit mortale tristari de hoc bono, temendo quod sic persequetur iusto, quia licet quis possit licitè timere malum, quod iuste euenturum est ei, non tamen poterit ob hoc tristari, de bono proximi, quando persequitur eum iuste, aut pronunciat iustam sententiam contra illum. Et aduertatur, quòd si quis timeret magis iram hominum, quã iram Dei, peccaret mortaliter: venialiter autem solum si timeret nimis homines vt dicit Caietanus, nec est peccatum dolere aliquem de alieno bono, solum eo, quod deficit illi, non autem quia habetur à proximo, vt dicit Caietan. nisi dolor fuerit nimius, quia tunc erit peccatum veniale; & idem dicendum est de tristitia alicuius, quia non habeat, nec valeat apud homines, nisi fuerit tristitia, quia non haberet res spirituales, cum ista potius sit virtus.

Caietá. verb. timor, & verbo, æmulatio.

2 Secunda Conclusio. Non est peccatum dolere de bono spirituali proximi, quia sit indignus illo, vt colligitur ex D. Tho. non autem, quando doleo de bono proximi temporali, quando est indignus illo vt dicit D. Thom. quia hoc est arguere Deum, tanquam iniustè distribuat bona temporalia.

De Commodato, siue de mutuatione rerum, quæ vsu non consumuntur. Cap. CXI.

SVMMARIVM.

Quid sit commodatum, & quot sint species commodati, num. 1.

Qui possit commodare, concl. 1. num. 2.

Quando debeat repeti res commodata, conclus. 2. num. 3. & concl. 3. nu. 4.

An committat furtum, qui vtitur re commodata ad alium finem, concl. 4. nu. 5.

An teneatur commodatarius satisfacere diminutioni rei commodatæ, conclus. 5. num. 6. & conclus. 6. num. 7.

An teneatur commodatarius custodire rem commodatam, ne pereat simul cum rebus suis, conclus. 7 numero 8.

An commodatarius teneatur ad casum fortuitum, concl. 8. num. 9.

An sit liber commodatarius à restitutione commodati, & eius interesse non habens possibilitatem id faciendi concl. 9. n. 10.

An teneatur commodatarius satisfacere damnum, quod euenit domino ex ipso commodato, conclus. 10. num. 11.

An sit licitum pacisci, quod si debitor non soluat statuto tempore, teneatur ad aliquam penam, conclus. 11. nu. 12.

An qui non soluit tempore debito teneatur ad penam positam, & ad damnũ emergens, & ad lucrum cessans, conclus. 12. num. 13.

An dicta pœna conuentionalis obliget in conscientia ante sententiam iudicis, conclus. 13. num. 14.

An possit commodatarius retinere res cõmodatas, donec illi soluatur à domino quoddam debitum, concl. 14. num. 15.

An teneatur, qui commodat rem vitiosam, soluere damnum, sequutum inde commodatario, concl. 15. num. 16.

AD perfectam intelligentiam eius, ꝙ in hoc capitulo & seq. debet tractari, est notandum, quod commodatũ est quędam gratuita concessio, ad vsum specialem. Dicitur *gratuita*, vt intelligamus, ꝙ non est contractus onerosus, sicut est locatum, & venditio, sic enim dicit Sylu. Dicitur, *ad vsum specialem*, quia nihil potest commodari ad vsum incertum, quia sic non esset commodatum, sed alius contractus, qui dicitur precarium, de quo est titulus integer in iure ciuili, & propter hunc contractum non transfertur dominium in illum, qui recipit rem commodatam: quia per ipsum solum conceditur vsus commodati, quod procedit, licet qui commodat, faciat appretiari rem, & sic qui recepit, non tenetur soluere, si amittitur res ob culpam eius leuissimam, vt dicunt Panormitanus, & Ioannes Andreas. Sunt autem duæ species commodati, vna, quæ in iure vocatur commodatum, & accidit commodatis rebus, quæ non 1

Syl. verbo, commodatũ, § 1.

Pan. & Io. And. in c. vni. de commod.

non consumuntur vsu: alia vocatur mutuum,& est, quando dantur res, quę vsu consumuntur, sicut sunt nummus, panis, oleum, &c. de prima agemus in hoc capite, de secunda in sequenti.

2 Prima Conclusio. Omnes, qui possunt alienare, possunt commodare, vnde pupillus non potest propria authoritate commodare, cum non possit alienare, & ideo qui accepit ab eo rem cõmodatam, tenebitur reddere eam, vt decretum est in iure ciuili: & pupillus, seu minor, qui recipit rem commodatam, tenebitur restituere, si per hoc non fiat pauper, quia si consumpsit eam male, & ad soluendum eam debet extrahere (vt dicitur) à costis suis: venditis rebus eius, non tenebitur ad illud, commodãs vero capiet quod poterit; quod si fuerit mutuum, est liber à solutione solum in foro exteriori, in foro autẽ interiori secus est dicendum; quia licet pupillus non possit obligare se sine authoritate curatoris sui ciuiliter, vt possit peti in iudicio, quod promisit: naturaliter tamen remanet obligatus, vt notat Bartolus, & est communis opinio secũdum Alexandrum, Iasonem, & Antonium Gomez. Et licet Guttierez dicat, quod nec naturaliter remanet obligatus, supradictum debet teneri, vt resoluit Couarruuias.

l. Iul. ff. de actio. emptio.

Bar. in l. 1. num. 7. ff. de donat. Alex. l. si pupillus 1. ff. ad l. Falcid. Ias. in l. eius qui in prouincia, §. quas vero, ff si cer. pet. Ant. Gomez. de cõtract. c. 14. n. 1 Gutt. in l. nemo potest. ff. de le. 1. n. 150. Cou. in c quãuis

3 Secunda Conclusio. Si res commodata non fuit data ad certum vsum, & certum tempus, sed ad libitum eius, qui commodauit, potest, qui commodauit, repetere, quando visum fuerit ei; quod intelligitur, nisi, qui vult repetere, sine causa facit, & cum graui damno recipientis; sic enim tenet Siluester, Nauarrus, & Garzia, quia in hoc casu non solum peccabit contra charitatem, sed etiam contra iustitiam; & ratio eius est, quia ius prouidit ei, qui habet rem commodatam, quandam exceptionem fraudis in hoc casu contra eum, qui cõmodauit, & ideo tenebitur restituere damnum, quod ei intulit ex commodato commodans ei rem libenter ad eius vtilitatem, quam postea repetit ab eo cum tanto damno commodatarij; licet egeat ea, cum is potuisset habere eam aliunde, si ipse non commodasset.

pactum, 2 p. §. 3. num. 3. Sil. verbo commodatũ, q. 4. Nau. ca. 17. n. 182 Garz. li. 1. de contract. c. 106.

4 Tertia Conclusio. Habens qui commodat, & qui recipit commodatum, necessitatem rei commodatæ vsque ad certum tempus, potest qui commodauit, repetere, antequam prætereat terminus; quia magis debet quis succurrere necessitati propriæ quam alienæ: quod intelligitur, nisi in principio vidit, quod breui habiturus esset necessitatem talis rei, quo non obstante facit illud beneficium vsque ad certum tempus, quod si non fecerat, posset accipiẽs aliunde habuisse rem illam, aut saltem non intentaret quoddam negotium cum re commodata, de quo negotio ad reddendam rem commodatam debebit exire cum multo damno. Dixi si in principio vidit, quod breui erat habiturus; quia si tunc non præuidit illam necessitatem, & commodatarius nulla alia via poterat tunc remedium dare sibi, licentiam habet reuocandi dictum commodatum.

5 Quarta Conclusio. Commodatarius, qui vsus fuit re commodata contra volũtatem domini ad alium vsum, quam fuit data, committit furtum, & tenetur restituere damnum, quod inde sequitur, vt definitur in iure; si tamen credebat rationabiliter, quod dominus habebit ratum dictum vsum, non committit furtum, vt definitur in eodem iure; & per consequens si accipiat aliquod damnum res ob eius vsum propter casum fortuitum, non tenebitur tunc satisfacere, nisi ex parte eius fuerit culpa, licet leuissima, vt dicit Siluester. Hinc sequitur, quod si quis commodat equũ Salmantica Pintiam vsque sub conditione, quod faciat dictum iter in quatuor diebus, si faciat dictũ iter, vt solet in duobus solum, & postea moriatur equus in ipso itinere, licet sufficienter prouiderit ei de cibo, & rel quis necessarijs, tenebitur soluere valorem equi domino non solum in foro exteriori, sed etiam in interiori conscientiæ, cum posue-

l. i. menta. ff. de furtis.

Silu. vbi sup. q. 10 §. 8.

posuerit commodans conditionē prædictam, quia videbat, quod erat fatigatus, & lassus; & ideo non poterat facere iter, nisi quatuor diebus, non vero duobus. Et sic debet intelligi, quod absolute sine vlla modificatione dicit Medina in hoc puncto.

Medina in sūma f. 157.

6 Quinta Conclusio. Commodatarius non tenetur satisfacere diminutioni rei commodatæ, si accidit sine culpa sua vtens ea in vsu, pro quo fuit commodata, vt determinatum est in iure. Hinc sequitur, quod si equus commodatus ad conficienda maxima itinera, aut ad agitandos tauros, ludendum canibus, aut faciēdum belli simulacrum, & conflictiones; fuerit oculo priuatus in ipsis ludis, aut lancea confossus, non est obligatio restitutionis domino: nisi fuerit aliqua culpa pro parte commodatarij, vt dicit Garzia.

l. eum, q rem, ff. loc.

Garz. li. 1. d̄ cōt. p. 115.

7 Sexta Conclusio. In foro conscientię non tenetur commodatarius ad soluendum, & restituendum damnum, quod fuit sequutum ex amissione, & diminutione rei commodatę, si est certus, quod idem debebat accidere existente re in potestate domini, vt dicit Nauarr. allegans D. Thomam.

Nau. in Man. ca. 17. n. 183

8 Septima Conclusio. Si commodatarius non potest saluare simul res suas, & commodatas, quia comburitur illi domus, aut propter alium casum fortuitum, qui ei accidit, potest in hoc casū præferre res suas, licet sint minoris valoris, si commodatum factum fuit in fauorem commodantis: si vero fuit factum in fauorem vtriusque nō poterit præferre res suas viliores, sed solum res suas æqualis, aut maioris valoris, quod si solum fuerit factum in fauorem cōmodatarij, vt solet fieri cōmuniter, non poterit præferre res viliores, aut æqualis valoris, cum amissis rebus commodatis ob eius culpam etiam leuissimā teneatur ad restitutionem. Debet tamen aduerti in hoc puncto, quod non est nostrum intentum dicere esse licitum exponere periculo res cōmodatas mittendo eas in ignē, aut in mare tēpore naufragij, vt saluētur propriæ, quia hoc clarē patet, quod est illicitum, vt resoluit Garzia. Quod ergo volumus dicere est, quod existentibus rebus commodātis, & commodatarij in æquali periculo, si comburatur domus, aut in mari sublevetur aliqua maxima fluctuario, & nō possint æqualiter saluari vtræque res, poterit in hoc casu ponere in securitate res suas omittens commodatas. Hinc sequitur, quod, si veniant latrones ad furandum in aliquam domum commodatarij, non poterit exponere eorū manibus res cōmodatas seruatis proprijs, quia hoc esset cooperari furto; solū. n. erit licitum abscondere res proprias omittereque alienas, si fieri non possit, q̄ vtręque abscondantur. Sequitur etiam, quod cōmodatarius, qui ambulat mare sequuta maxima tempestate non poterit positiue mittere in mare commodata, vt saluet propria.

Garz l. 1 de cont. p. 128.

9 Octaua Concl. Non tenetur commodatarius ad casus fortuitos, nisi fuerit pactum in contrarium obligatione generali interueniente. Verum est tñ q̄ in foro conscientiæ erit iniustitia obligare commodatarium ad casum fortuitum rei commodatæ, cū sciat dominus eius, quod est subiecta tali periculo verisimiliter, vt si commodat equum infirmū: si vero commodatarius non obligauerit se ad casum fortuitum, non tenebitur in foro cōscientiæ ad illum, licet res commodata pereat post negligentiam, quam commisit non reddens rem post acceptum vsum, si existente re in potestate domini æqualiter casus debebat accidere; solum enim tenebitur ad interesse damni emergenti, si amisit dominus aliquid ratione dictæ negligentiæ habitæ in redditione rei, vt dicunt Angelus Silu. & Nau. Hinc infert Nauar. quod peccat mortaliter commodatarius, qui commodat alteri, quod habet cōmodatum cum damno notabili domini. Et nota, vt dicatur cōmodatariū habuisse moram, & negligentiā in reddēda re commodata, sufficere, quod nō reddat eam in tempore assignato tacite vel

Angel. verb. cō modato Sil. ver. mora q. 5. Nau. c. 17. n 183

tę vel expresse, vt quando commodatur liber, vt transferatur in alium, tacite intelligitur, quod commodatur pro illo tempore, quod requiritur, vt possit extrahi dicta copia; & in reliquis contractibus, si non assignetur tempus, est necesse, quod adsit admonitio, vt sit mora & tarditas.

10 Nona Conclusio. Si commodatarius ob culpam precedentem, aut subsequentem venit in necessitatem, aut impossibilitatem, ita vt non possit restituere commodatum, quia perijt eius culpa, tenetur restituere non solum rem, sed etiam interesse, & damnum, quod inde domino euenit; si vero venit in hanc paupertatem sine culpa sui, non tenebitur tunc restituere rem commodatam amissam, tenebitur tamen postea soluere locationem, quam habuisset dominus rei, si habuisset in sua potestate ipsum. Vnde, quando Siluester dicit, quod debitor ignauus tenebitur ad interesse damni emergentis, loquitur de debitore moroso culpabiliter, secus vero de inculpabili, vñ statim addit dans rationem dicti sui dicens, quia culpa & mora pro eodem habentur. Noteturque, quod tenetur ad lucrum cessans, quando creditor est persona, quæ soleat lucrari cum rebus suis, & faceret cum ipsa, si fuisset ei reddita in tempore.

Syl. verbo mora, q. 4.

11 Decima Conclusio. Si aliquis commodauerit, & passus fuerit damnum causa commodati, si non fuerit pactum soluendi, non tenetur commodatarius satisfacere hoc damnum. Hæc conclusio est, vt aliqui dicunt Victoriæ, quam extendit Mercadus ad alios debitores, qui sine culpa sunt facti impotentes ad soluendum in tempore, quia tales possunt frui dilationibus concessis, vt sic facti ditiores non teneantur ad restituendum aliquod interesse, aut damnũ causatum ex talibus dilationibus, sed solum partem ipsam principalem.

Mercado l. 1. d cõtr. c. 12. f 13

12 Vndecima Conclusio. Licitum est cuicunque creditori, vt se custodiat sine damno, facere pactum, quod si non soluatur illi, quod commodat intra certũ tempus, teneatur debitor soluere certã quandam penam quam quidem poterit petere, vt dicit Siluest. Debet autem notari primo, quod hæc pena in hoc, & in alijs contractibus similibus habet famam malam, & notatur vsura in foro exteriori, primo, quando creditor est solitus dare ad vsuram: secundo, quando pena excedit interesse, quod amittit creditor, si non restituatur res tempore assignato: tertio quando singulis annis, aut mensibus, quibus non solutũ est positum in contractu, quod soluat dictam pœnam, loquendo tamen in foro conscientiæ erit illicita hæc pena conuentionalis in contractu venditionis factæ cum securitate ad tempus, quando creditor plus vult, quod debitor soluat penam, quam debitum suo tempore: erit etiam illicita, quando creditor, qui imponit eam, putat, quod debitor incurret in eam penam, quia non poterit reddere debitum suo tempore, & etiam quando imponitur in fraudem legis, si ad recipiendum aliquid vltra sortẽ principaliter debitam.

Silu. tit. vsu. 1. q. 18

13 Duodecima Conclusio. Si dictum pactum fuerit positum sub nomine, & intentione penæ castigatoriæ ignauiæ, quam potest committere debitor in soluendo, si non soluit, quia non potest, erit vsura petere dictam penam; vt dicit Siluester, quia vbi non est culpa, non potest esse pœna; sed si pactum fuit factum ad compensandum interesse cessans aut damnum emergens, si omittit debitor soluere sine culpa propria, non erit peccatum petere ab eo dictam penam, quia pactum valuit in conscientia secundum intentionem facientis, si fuit ob supra dicta, sic enim tenet Garzia: in conscientia vero si non constet, qualis fuit intentio in ponendo pacto, debet recurri ad eum, qui posuit & fecit. Notaq;, quod, quãdo debitor, quia non potest plus sine propria culpa, non soluit in tempore debito, non potest creditor petere interesse duplum, scilicet, interesse penæ, & interesse lucri cessantis,

Sil. ver. vs. 1. q. 18. iuxta finẽ.

Garzia vbi sup. p 1364.

stantis, & damni emergentis, vt constat ex dictis, quia cum non sit culpa, nihil horum debetur. Verum est tamē, quod quando debitor moratus est culpabiliter, potest creditor secundum rigorem iuris prætendere dictum interesse duplum: loquendo tamen secundū æquitatem, & conscientiam rectam, est res multum rationi consentanea quod soluta sorte principali cum interesse lucri cessantis, & damni emergentis non petatur dicta pœna; quia non potest negari, quod posuit creditor dictam pœnam, ne illi veniret damnum, vnde cū nullum ei venerit damnum, non debet petere ipsam pęnam, licet debitor moretur, cum pro hoc damno more sufficienter illi satisfiat: quod debet seruari præcipuè, quia hoc pactum pęnæ conuentionalis est nimis suspectum. Ex dictis sequitur, quod nobiles, qui consumunt suos reditus profane, ob quod non persoluunt mercatoribus, quod illis debent, tenentur illis soluere lucrum cessans, & damnum, quod inde illis sequutum est, quamuis mora in solutione procedat ex eorum culpa, quod debent illos admonere Confessarij.

14 Decimatertia Conclus. Hæc pœna conuentionalis posita de consensu communi partium non obligat in conscientia ante sententiam iudicis, sic enim tenet Nauarrus; quod probatur, quia est contra inclinationem naturalem facere, vt quis sit executor propriæ pęnæ: quod debet limitari, nisi pęna, quæ debetur, sit in satisfactionem interesse; quia hæc debet solui ante sententiam iudicis, cum propriè loquendo non sit pęna, sed solutio interesse.

Nau. in Man. c. 23. n. 67 & 68.

15 Decimaquarta Conclusio. Bene potest commodatarius retinere rē commodatam, vt sic dominus rei soluat ei aliquod debitum liquidum; sic enim tenet Nauar. Vnde sequitur, quod potest quis retinere equum commodatum illi ratione expensarum, quas fecit curās eum, & quærens eum, qui fugerat: non potest vero solum ratione paruarū expensarum. Nostra conclusio intelligitur, nisi commodatarius iurauerit reddere rem commodatam statim ac ab eo petatur: quia in hoc casu non poterit retinere eam pro compensatione dicti debiti vt dicit Panormit. quod quidem debet teneri, licet alij teneant contrarium.

Nau. vbi sup. c. 17. n. 186. §. 65.

Pan. in c. ad nostrā de iureiur.

16 Decimaquinta Conclus. Tenetur, qui scienter commodat rem, quam cognoscit vitiosam, soluere damnū, quod sequitur ex tali vitio commodatario. Dixi scienter, quia si ignorabat, non tenetur: sicut etiam non tenetur, si manifestet dictum vitium, vt notatur in iure. Notaque, quod cum teneatur commodans ad dictum damnum, sufficit, quod soluat, quod causatum fuit proximè ex dicto vitio, non vero alia damna extrinseca, & remota, quod patet exemplo: Quis commodat alteri cadū vini vitiosum sciens eius vitium, tenetur soluere totum damnum, quod efficit tale vitium, sicut causa proxima, scilicet amissio vini; non vero damnum, quod fuit secutum ex eo quod non habuit vinum bonum, quod potuisset vēdere, & soluere debita sua, & ideo non acciperet nummos ad vsuram cum interesse: quia hoc secundum damnum licet processit ex vitio cadi, fuit tamen tamquam causa remota: & sic est ordinatū in iure ciuili, quod qui docet seruum aliquod vitium, tenetur ad damnum, quod inde sequutum est, tamquam ex causa proxima, domino ipsius serui, vt si hac ratione fugit, & rapuit aliquas res à domo: non tenebitur tamen ad furta, quæ postea per itinera fecerit, quia hæc fuerunt sequuta à vitio remote tamen; & hoc modo debet intelligi, quod tradit Syluester.

l. in reb. si commodati.

l. Neratius, ff. de seruo corrupto.

Syl. verbo, rest. 3 §. 9.

De

De mutuo rerum, quæ vsu consumuntur. Cap. CXII.

SVMMARIVM.

Est notandum, quod est in iure quidam contractus, qui dicitur mutuum, qui vocatur hoc modo, quia res ex mea fit tua, & sic accidit, quando dātur mutuo res, quæ vsu consumuntur; sicut est pecunia, panis, vinum, & oleū, dominium quarum transit in recipientem: differtque à commodato, quia in hoc non transit dominium in recipientem, sed remanet apud commodantē, vt resoluit Nauar. Vnde postquam tractauimus de contractu, qui est commodatum, in capitulo præterito, conuenit, vt nunc agamus de eo, qui dicitur mutuum, in quo sæpe committitur vsura clara, 1

Nau. c. 17. nu. 286.

clara, & palliata; ad cuius tractatus resolutionem ponentur aliquot conclusiones.

2 Prima Conclusio. Obligatio dandi mutuo alteri est res, quæ potest æstimari pretio; quia inde potest prouenire damnum promittenti; vnde ob hanc obligationem est licitum petere aliquod pretium. Vnde sequitur, quod si nullũ sit periculum, non poterit petere quicquam pro hac obligatione, & ideo si Petrus, & Ioannes dant mutuo pecuniam suam, & non recipiunt damnum ex eo, quod non habeant nummos suos in potestate, non poterunt petere, nec habere aliquid pretij ob retentionem longã, vel breuem dictæ pecuniæ, & hoc est adeo verum, vt si Franciscus, quia est pauper, perciperet aliquod incommodum ob mutuum suæ pecuniæ datum ad spatium vnius anni, poterit petere, & recipere pretium huius incommodi, quod non poterit sperare Ioannes, si est diues, licet det mutuo ad plures annos, si non recipiat incommodum ex tali mutuo. Totum hoc colligitur, ex eo quod eleganter, & aperte tradit Aragon. Et nota, quod, quando dicimus, quod qui dat mutuum, potest habere aliquid ratione incommodi, quod per incommodum intelligitur non solum damnum emergens, aut lucrum cessans pecuniæ, sed etiam quiuis actus liberalitatis, & magnificentię, quem conueniebat illi facere, & quodcũque opus necessarium, aut conueniens quod non poterit facere, quia mutuam dedit pecuniam suã, quia hoc totum est æstimabile, & reputatur vt multum.

Arag. 2. 2. q. 78. art. 1.

3 Secunda Conclusio. Qui dat mutuo seruo quadraginta ducatos, vt se redimat, hac conditione, vt factus liber seruiat mutuanti quousque soluat pecuniam, committit vsuram, quia petit aliquid pro mutuo vltra sortem principalem, nec valet talis contractus tãquam census, quia census personalis est reprobatus; valebit tamen iste contractus, si fiat per modum venditionis cum pacto de retrouendendo, emens seruum, qui dat 40. ducatos, hoc pretio, hac conditione, vt possit se redimere 40. ducatis, & quousque dederit eos seruiat, vt seruus, sic enim tenet Corduba quem sequitur Ludou. Lopez.

Cord. de casib. q. q. 112. Lop. in Instr. cõsc. 2. p. c. 91

4 Tertia Conclusio. Si qui dat mutuũ, timet, quod fiet de eo vindicta ob aliquam iniuriam, iustum est apponere hanc conditionem, quod non capies à me vindictam iniuriæ: & idem est si timet; quod lite mediante petetur dicta vindicta, modis tamen illicitis, & cũ malitia: sic enim tenet Siluester, Mercatus, Sotus, & Medina; quia in hoc casu nihil lucratur mutuans, solum enim redimit suam vexationem, quod est licitum deuitare per mutuum; quando vero affectus iniuria iuste petit iustitiam, vt sæpe accidit, erit illicitum, & vsurarium dictum pactum mutui, quod debet teneri, licet Nauarrus, & Sotus teneant contrarium; quia licet pęna iniuriæ non debeatur ante sententiam Iudicis, quod quidem fatemur cum Nauarro, non tamen ideo potest negari, quod affectus iniuria habet actionem, vt petat dictam pęnam, quæ est res ęstimabilis, & alicuius valoris. Verum est tamen, quod si ille, qui dat mutuo petit hoc per modum liberalitatis, & munificentiæ, licitum erit ei petere dicendo, & persuadendo, quod non vult obligare recipientem ad hoc; & hoc fit præcipue, sed inter gentem nobilem, quæ putat semper absurdum parcere inimico ob dona; & ideo parcens in hoc casu facit libere, quamuis vt nobilis moueatur per gratitudinem beneficij accepti in mutuo, vt aduertit Petrus de Nauarro.

Silu. verbo vsura 1. q. 8. & 11. Mercad. de vsur. c. 10. Sot. li. 3. de iusti. q. 1. ar. 2 Medina in sum. li. 1 c. 18. §. 24. Nau. c. 17. nu. 237. Sot. vbi supra.

Nau. li. 3 de resti. c. 2. nu. 381.

5 Quarta Cõclusio. Qui dat mutuo alteri decem ducatos hac conditione, vt colat prædium eius soluto illi iusto pretio, sicut solet colere prælia aliorum, nõ committit vsuram in casu quod reliqui coloni fecerunt intra se monopolium, quod non erant culturi eius prędia; quia in hoc redemit suam vexationem sine minis; & idem erit, quando apponitur dicta conditio nõ per modum obligationis,

nis, sed amicitiæ, & gratitudinis; quia alias esset vsura, si non erat dictum monopolium; quia talis obligatio est alicuius valoris, & ideo petit aliquid pro mutuo, sic enim tenent Gabriel, & Canonistæ communiter, Couarruuias, & Ludouicus Lopez. Et per hanc resolutionē cōcordantur opiniones contrariæ, quę versantur in hoc inter Doctores, vt constat ex eo, quod tradit Sotus, Nauarrus, & Medina, & idem Ludou. Lopez. Hinc sequitur primo esse vsurarium illū, qui dat nummos alteri mutuo hac conditione, quod sit mutuaturus alteri, quando petierit ab eo mutuo. quia hæc cōditio est æstimabilis, & alicuius valoris. Sequitur secūdo esse vsuram dicere ei, qui debet duo millia ducatorum, quæ tenetur soluere in spatio duorum annorū; Solue nunc mihi mille, & reliquū mille solue post tres annos, quia nil aliud est hoc, nisi mutuare creditori illud mille statim hac conditione, vt expectet tres annos pro reliquis mille, quod est vsura, quia expectare per vnum annum est res æstimabilis: poterit tamen fieri licite hic contractus, reuocato licite primo, & eius termino; & postea facto de nouo hoc secundo cum assignatione horum terminorum, vt notat Aragon. Sequitur tertio hunc contractum esse illicitum, & vsurarium, in quo dat quis mille ducatos in India hac conditione, quod soluat eos, vbicunque fuerint ab eo petiti; quia ratione mutui extrahitur hoc modo obligatio multi valoris. Verum est tamen, quod non esset vsurarius contractus, si ponatur in eo, quod deducantur expensæ factæ in solutione, vt dicit Nauarrus, & Petrus de Nauarra. Sequitur quarto esse iniustū mutuum factum hac conditione, quod qui recipit, faciat statim quendam contractum, sicut si quis diceret, Do tibi hoc mutuo hac conditione, quod vendas mihi tale prædium; quia vltra sortem principalem mutuans recipit hanc obligationem æstimabilem; sic enim tenet post Medinam Complutensem Sotus, & alij, quos allegat Nauarrus.

Gabr. in 4. d. 15. q. 11. ar. 3 dub. 1. Doct. in ca. nauigātes, de vsuris. Cou. l. 3 var. c. 1. num. 6. vers. 2. Lop. li. 2 instr. nego. c. 24. Sot. li. 3. de iusti. q. 1. ar. 2 Nau. vbi supra c. 17. nu. 220. Medina in sum. fol. 132. Lop. 1 in istr. neg. l. 1. c. 19. § 137.

Nau. vbi supra, num. 43. Nau. l. 4. de resti. c. 4. n. 12

Nau. li. 3 de resti. c. 2. nu. 242.

Sequitur quinto, esse vsuram mutuare alteri cum hoc pacto, quod soluat tali tempore, & non antea, & tali loco, & non alibi; quia hoc pactum est alicuius valoris; non peccat tamen, qui nō petit à debitore triticum, quod debet ei vsque ad initium anni, aut quousque eius valor crescat, nisi impediat solutionem directè, aut indirectè, vt, secundum Nauarrum, facit diues, qui nolens, quod colonus soluat in Augusto, cū annus sit fertilis; dicit ei, vt vtatur dicto tritico ad suam vtilitatem, nec turbetur ob solutionem, vt hoc modo petat postea, quādo valet plus; vnde dicit prudenter ordinatum esse in Portugallia, quod ille, qui non petierit triticum, quod illi debetur à colono per diem ante festū Assumptionis B. Mariæ in Augusto, non possit postea petere per totum annū sequentem vsque ad nouam collectionē. Sequitur sexto, qui mutuat ad Galliam, seu Indiam cum hac conditione, quod promittat securitatem pro aliquo pretio, committit vsuram, quia vltra sortem principalem petit quid aliud: verum est tamen, quod si libere mutuauerit, & postea fecerit pactum, erit licitus contractus, quia quod lucratur, tunc nō est ratione mutui, sed assecurationis, quæ est contractus vtilis Reipublicę; sic enim dicit Nauar. in §. 83.

Nau. ca. 17. num. 225. §. 87.

6 Quinta Conclusio. Sperare lucrum ex mutuo, siue prætendatur principaliter, siue minus principaliter, semper est vsura, si prætenditur per viam obligationis ciuilis; sic enim tenet Caietanus, quem sequitur Sotus, licet in hoc videatur varius; quia vsura est lucrum pro mutuo, & non facit ad rem quod prætendatur primarie, aut secundarie, quia licet prætendatur minus principaliter, sufficit quod prętēdatur. Dixi per viam obligationis ciuilis, quia sperare hoc lucrum non tanquam debitum ciuile, sed tanquam correspondentiam quandam gratuitam, & voluntariam non est peccatum; quod probatur, quia vsura essentialiter est iniustitia, & furtum. Est autem impossibile, quod fiat iniustitia

Nau. d. c. 17. numero 22.

Caiet. de vsur. q. 2 Sot. li. 6. de iusti. q. 1. ar. 1 & 2.

alicui

alicui in eo, quod ipse liberè, & gratè concedit faciens bonum illi, cui tenetur ratione vrbanitatis, & gratitudinis; hãc opinionem tenet Nauarrus. Aduertant tamen Confessarij, & non credant faciliter pœnitentibus præcipuè negotiatoribus, qui lucrantur cum pecunia, si dixerint, quod dederunt mutuo sperantes aliquid, non tamen per viam obligationis debitæ, sed solum ratione gratificationis, & beneuolentiæ; quia similes homines communiter non solent habere hanc intentionem, vt aduertit Aragon. Et licet sit illicitum mutuare pecuniam respiciendo ad lucrum, non ideo erit sic, si detur mutuum ob acquirendum amicum, quia licet amicitia sit res æstimata, & multi valoris, non tamen est res vendibilis, cum sit actus voluntatis liberalissimus, qui non potest compelli per aliquam obligationem, & idem dicendum est de signis exterioribus amicitiæ.

Nau. de c. 17 nu. 209.

Arag. vbi sup.

7 Sexta Conclusio. Quando quis mutuat pecuniam suam inuitus, ex quo sequitur, quod non lucretur, & amittat aliquid, licitum erit tunc petere aliquã compensationem; & idem dicendum est de illo, qui rogatus dat mutuum: quia hic poterit petere compensationẽ damni, quod timet ei euenturum, vt si timet, quod mutuans nummos non poterit postea domus sua reparari, & cadet, sic enim tenet S. Tho. & ratio est, quia nullus tenetur pati tam graue dãnum ob bonum faciendum alteri. Dixi rogatus, quia si ipse se offerat ad mutuum dandum, & non moneat hoc recipientem, non poterit habere aliquid vltra sortem principalem: quia si moneret eum animum suum, possibile est, quod non sumeret dictum mutuum, & sic facit illi iniuriam petens ab eo aliquid sine sua voluntate. Hinc sequitur, quod si damnum non fuit præcisum, nec timebatur, sed postea accedit, non tenetur, qui accepit pecuniam, compensare illud, quia solum obligauit se simpliciter soluere sortem principalem mutuatam.

D. Tho. 2. 2. qu. 78. ar. 2. ad 1.

8 Septima Conclusio. Vt sit licitum facere pactum soluendi damnum, quod sequitur ex mutuo, est necesse, quod vere sequatur ex eo, quia aliter erit vsura palliata, vt aduertit Caiet. & requiritur præterea, quod qui mutuat, non teneatur per aliam viam ad dictum damnũ; & sic qui mutuat Regi ob non soluenda tributa debita, erit vsurarius; sicut vir, qui mutuat creditori suo, ne petat, quod illi debet; cum damna, quæ deuitat, per aliam viam teneatur pati: & ideo recipit aliquid vltra sortem principalem.

Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2.

9 Octaua Conclusio. Quandoq; mercator vult colligere pecuniam suam, & relinquere negotiationẽ cum ea, si det aliquid mutuo, non potest quidquam petere pro eo, quia pecunia non habet magis precij, quam sit eius valor, nisi ratione negotiationis, cui est exposita; & si est exposita negotiationi, non potest mutuans, petere pro ea totum lucrum, quod per negotiationem sperabat, cum illud lucrum adhuc sit in potentia, & possit multis modis impediri; sic enim dicit Medina: potest tñ petere totum damnum emergens, quia qui patitur damnum, non petit quod erat habiturus, sed quod iam habet, vt dicit Angles. Hinc infertur esse falsum, quod quidam dicunt, quod potest quis vendere merces tanti in hoc loco, quanti venderet eas in alio loco, si illuc faceret asportari demptis expensis, & labore; quia hoc est falsum, cum res in potẽtia non valeant tantum, ac si fuissent in actu; quod debet limitari, nisi tale lucrũ cessans sit certissimum, & sine vllo periculo, ita vt teneatur pro tam certo, ac si esset in manu, vt aduertit Angles, & hoc modo intellecta non esset falsa opinio, quam supra posui.

Med. in sum. f. 133.

Angl. de contractu mutuo art. 1. dif. 2. dub. 1.

10 Nona Conclusio. Licitum est mercatori, qui dat mutuo non constrictus, sed rogatus addere pactum, quo obligentur recipientes mutuum, quòd sint soluturi lucrum, quod sperabat ex pecunia, licet non sint ignaui, nec morentur in solutione, dummodo seruentur con-

ditiones infra ponendæ; hanc sententiã tenet Caiet. quam allegans multos pro parte sua sequitur Couarruuias, Nauarrus, Mercadus, Corduba, & alij, quos refert sequiturque Aragon. Quæ quidem conclusio probatur, quia nullus tenetur cũ damno suo dare mutuo pecuniam suam: & si mercator, qui erat negotiaturus cum ea, daret mutuo absque dicto pacto, certum est, quod exponeret se periculo amittendi; & ideo est iustum hoc lucrum, & pactum. Cõditiones autem, quas supra dixi sunt. Prima, quod lucrum cessans sit verisimile in tẽpore contractus, licet postea eueniat cõtrarium. Secunda, quod mutuum sit causa, ob quam perdatur dictum lucrũ, quod non accidit, quando mercatori remanet multa pecunia in arca, qua potest abunde negotiari: quod debet intelligi, vt notat Nauarrus, quando pecunia, quam tenet absconditam seu custoditam in capsa, nõ est necessaria illi pro alijs ordinarijs necessitatibus, quib. tam plena est hæc vita mortalis. Tertia est, quod lucrum nõ excedat interesse, quia tunc ratione excessus erit vsura, & secũdum quod supra diximus conclusio. 8. anteced. cum Medina, lucrum non debet peti in integrum, cum non est in actu, sed in potentia, & subiectum, ne exeat in lucem. Quarta ratio, quod illud quod petitur ratione lucri cessantis, nõ petatur, vt soluatur statim, quando fit contractus; hancque conditionem sequens Corradum tenet, & putat notandam satis Aragon contra Medinam Cõplutensem, quæ probatur, quia ille qui recipit pecuniam cum pacto soluendi lucrum cessans recipit eam cum necessitate, & sic si recipiens 15. statim dat 5. non poterit succurrere illi necessitati, in qua est positus, cum amittat nummos, & eorum vtilitatem; quæ ratio non videtur mihi tantæ efficaciæ, quia cum 10. quæ remanent, potest esse, quod succurrat ei, pro cuius remedio non est multum, quod statim amittat aliquam pecuniam, eiusque vtilitatem; vnde opinio Medinæ Complutensis secundũ meam opinionem, est satis probabilis, & ideo non puto hanc quartam conditionem tã necessariam, ac tenet dictus Aragon. Verum est tamen, quod cum illa vitãtur multi modi illiciti, vnde ei it bonum illa persuadere: aduertant tamẽ Confessarij, quod qui dant mutuo, aut vendunt fiducialiter vsq; ad talem diẽ ponentes dictum pactum raro faciunt hoc cum prædictis quatuor cõditionib. positis; vnde debent persuadere, ne fiat, & post factum respiciant bene illud à vertice vsq; ad pede, ne præcipites, aut damnent, aut iustificent: & hac rõne videtur mihi, ꝙ Summi Pontifices ita dissuadeant hos contractus in suis Canonibus, vt dicat Castrus, quod sufficiunt leues coniecturæ; vt huiusmodi contractus sint notati vsura saltem palliata.

11 Decima Conclusio. Ille, qui ob rationem alicuius mutui habet in sua potestate pignus fructiferum, vt est vinea, tenetur computare fructus in sorte principali, quæ debet illi solui, & si aliquod pactum fuerit factum in contrarium, erit vsurarium; quia hoc modo reciperet aliquid vltra sortem principalem ratione mutui, sic enim dicit D. Tho. Canisius, Palacius, Cardinalis Aracæli, & Nauar. & non solum tenetur computare fructus, sed etiam omnes vtilitates, quæ fuerunt sequutæ ex pignore, vt ex causa proxima. Hinc sequitur primò, quod si recipit montem pignori, vbi est custodita venatio, si venetur aliquid de ea, tenebitur illam computare in sorte principali; quia in hoc monte seruato, & clauso animalia habẽtur pro fructu, ꝙ non est sic in mõte, qui non est clausus, & custoditus, in quo licet omnib. venari; & ideo si in tali monte ipse venetur, nõ tenebitur cõputare in sorte principali. Sequitur secũdo, ꝙ si accepit villã, aut oppidũ pignori, tenetur computare redditus, & vtilitatẽ iurisdictionis in ipsa sorte principali, & reliquos fructus, qui accipiuntur, tãquã annexos ei, & quæ ex ea procedunt tanquam causa proxima, vnde non tenetur computare in partem sortis ea, quæ proueniũt à dicto

Caiet. 2. 2. q. 78. ar. 2. Cou. li. 3. var. c. 4. Nau. ca. 17. n. 212 Mercad. de vsur. ca. 10 §. estos titulos. Cord. de casib. q. 125 Arag. in d. art. 2.

Arag. vbi sup.

c. in ciuitate. ca. nauiganti de vsuris.

D Tho. vbi sup. ar. 2. ad 1 Sot. vbi sup. Canis. in Catech. de vir. Card. §. 9. Palat. in praxi Theolog. li. 4. c. 1. Card. Aracæli i Cõpẽd. Theolo. c. 59. Nau. vbi sup. c. 17 nu. 216. & 217.

dicto oppido, seu villa, vt causa remota; vt si acquisiuit ratione montis multos amicos, ex quibus accidit habuisse aliquam dignitatem, aut tale simile interesse, non tenetur hoc numerare, quia hoc succedit pignori tanquam causæ remotæ. Notaque, quod ratione custodię pignoris potest habere aliquod interesse, vt definitum est in iure, & tradit Angles.

c. ad nostrã ð rebus Eccl. nõ alien.

12 Vndecima Conclusio. Illicitum est recipere pignus ob mutuum hac cõditione, ꝙ, qui recepit, si nõ soluerit intra certum tempus, amittat pignus, qñ, qui dedit mutuum, fecit illud pactũ praua intentione, sciẽs, ꝙ, qui accepit mutuũ, non poterat soluere illo tẽpore præfinito, intra quod est impossibile, ꝙ soluat, quia in hoc casu eius intentio fuit recipere aliquid pro mutuo vltra ipsam sortem principalem; & licet non habeat hunc prauum animum, si pęna est magna, contractus erit illicitus, quia pœna est maior culpa: si pęna vero est moderata, & qui posuit fecit illud, & sic existeret recipiens magis paratus ob seruare promissũ, nõ est contractus illicitus, nec vsurarius, ꝙ debet intelligi, vt dicit Nau. nisi in hoc pacto positum fuerit, ꝙ omnes fructus, aut pars ipsorum, qui colligũtur vsq; ad dictum diẽ, sint eius, qui mutuauit, & nõ fuit factum pactũ, quod essent debitoris, aut reputarentur in sorte principali, aut interesse.

Ang. q. de mutuo ar. 1 de fi. penul. appẽdice.

Nau. c. 17. nu. 287.

13 Duodecima Conclusio. Non potest quis dare mutuo alteri frumẽtum hac conditione, quod reddat illud tempore, & loco, vbi valeat magis, si vero non ponitur dicta conditio, qui recipit, remanet liber ad soluendum, quando voluerit dilata solutione ad tempus, quo plus valeat, & tunc tenebitur restituere, aut triticum, aut eius valorem secundum pretium, quo tunc venditur, sic. n. dicit Lud. Lopez.

Lop. ĩ instr. neg. li. 2. c. 3. in sol. ad 2.

14 Decimatertia Conclusio. Illicitum est mutuo dare triticum, vt in fine anni restituatur in pecunia secundum valorem illius temporis, sicut est illicitum vendere rem pluris fiducialiter quam numerata pecunia statim; quia hoc est petere pro re plus quam valet, eo quod differtur solutio; quod est verũ, nisi qui mutuat, & qui recipit mutuo exponantur casui putantes, ꝙ poterit esse, ꝙ valeat plus, aut minus in fine anni, quam tunc. Limitatur ẽt dicta conclusio, quando, qui dat mutuo triticũ, debebat certe seruare illud vsq; ad illud tẽpus, putans tunc valiturum carius; quia in hoc casu non erit illicitum dictũ pactum, cum per id solum quærit, qđ poterat habere pro re, quando debebat vendere, vt tenet Angles. Limitatur ẽt, quando qui dat mutuo dictum triticũ tempore caritatis annonæ, dat illud limitatum secundum pretium, quo venditur faciens pactum, quo illud soluatur illi integre tempore solutionis; quia hoc est vere vendere triticum, & expectare pro solutione, ꝙ est licitum, vt dicit Nauarrus, quem sequitur Ludo. Lopez. Estq; notandum, quod si dat triticum tempore caritatis annonæ hac cõditione, quod reddatur illi aliud eiusdem qualitatis pro pretio, quo valebit tempore solutionis, ꝙ licet non sit vsura, vt dictum est, cum non sit aliud, quã vendere triticum, & expectare solutionem, tñ erit peccatũ; quia hoc est emere triticum anticipata solutione, quod est prohibitum in his Regnis Castellæ, non solum qñ emitur triticum, vt reuẽdatur, sed etiam, quando emit domui suæ, nisi ematur pro pretio, quo valuerit 15. diebus ante, aut post festum Natiuitatis Diuæ Mariæ Dominæ nostræ in diœcesi, vbi emitur, vt continetur in quadam lege Madriţij anno 1528. quã allegat Nauar. & tunc erit peccatũ mortale frangere hanc legem, qñ qui emit triticum domui suæ facit contemnendo legem, & quando emit multã quantitatem tritici ad reuendendum anticipata solutione, quia si emeret duo, tria, vel sex modia, ego non putarem esse peccatum mortale, nisi hic iungeretur cum alijs, & singuli emerent ad reuendendum, quia in hoc casu licet vnus quisque emat paucam quantitatem,

Angl. de mutuo, ar. 1. dif.

Nau. c. 17. num. 225.

Lop. in instr. nego. li. 1. c. 39 ĩ fi.

l. 13. & 14 legũ Madrid.

Nau. vbi supra q. 225.

peccabit mortaliter, sicut peccant mortaliter, qui commouens alios, & vniun tur ad furandum, aut populandam vineam, aut hortum, licet singuli capiant parum de re.

15 Decimaquarta Conclusio. Vsuram committit, qui dat mutuo triticum vetus, & petit conditionem, vt reddatur illi triticum nouum in eadem quantitate sciens, quod tunc valebit plus, & demit libertatem accipienti, quam habet soluendi, quando voluerit. Hoc autem est verum, nisi in casu quod præcipuè mutuet, ne corrumpatur vetus, & si putat, quod valor erit æqualis tempore solutionis, ac fit tunc. Notaque secundum dictam conclus. 13. antecedentem in limitationibus eius, quod non peccaret, qui faceret pactũ, quod daretur illi plus de tritico nouo, quam sit quantitas mutuata de veteri, si sciat, quod nouum non valebit tantũ, quantum tunc valet vetus, aut si est paratus qui habet frumentum ad vendendum illud statim, cum valet plus; quia in hoc casu solum quęrit interesse lucri cessantis, aut damni emergentis; nec qui recipit frumentum, perdit in hoc pacto aliquid. Nec obstat, quod mutuans deuitat damnum, quod poterat euenire corruptionis frumenti, quia etiam poterat vitare hoc damnum vẽdendo statim, vt dicit Syluest. quem sequitur Nauarrus.

Syl. ver. vsura, 1. q. 15. Nau. vbi supra nu. 224.

De contractu Emphyteutico.
Cap. CXIII.

SVMMARIVM.

Quid sit contractus emphyteuticus, numero 1.

In quibus casibus amittat emphyteuta dominium vtile, conclus. 1. num. 2.

An pensionarius, qui recurrit cum aliqua pensione, debeat facere aliquam compensationem eius, si pereat maior pars rei emphyteuticæ conclus. 2. num. 3.

An emphyteuta amittat ius suum, si non soluit domino directo, qui debet pensionario tantam, aut maiorem quantitatem. quam sit ipsa pensio, concl. 3. nu. 4.

An emphyteuta ecclesiæ relinquens solutionem per biennium possit purgare moram suam, conclus. 4. numero 5.

An, si sint multi emphyteutæ, & omnes soluant suas portiones præter vnum, amittant ius suum omnes ratione illius, qui omittit soluere. concl. 5. num. 6.

An amittat ius emphyteuta, qui defendit se bona fide dicens, quod non debet pensionem, & constrictus soluit, conclus. 6. num. 7.

An si tota domus emphyteutica pereat casu fortuito, debeatur pensio reparata domo cum lapidibus eius domus, conclus. 7. num. 8.

An valeat pactum, quod non soluente emphyteuta, non possit constringi ad soluendum conclus. 8. num. 9.

An valeat pactum quod si tota res emphyteutica perierit teneatur emphyteuta soluere totam pensionem. concl. 9. num. 10.

An teneatur emphyteuta in conscientia soluere laudemium ante sententiam Iudicis, concl. 10. num. 11.

Ad perfectam intelligentiam eius, quod est dicendum, est notandum quod hoc verbum Emphyteusis est verbum græcum, quod signat melioramentum, quia per hunc contractum aliquæ terræ, & prædia sterilia commendabantur alicui, vt melioraret colẽs ea; sed postea fuit receptum in vsu quod dantur etiam fertiles, & ideo est cõtractus, per quem dantur alicui res immobiles cum iure hæreditario, vt meliorentur, & colantur respondendo cum quadam pensione domino principali. Notaq; quod huiusmodi prædia dantur etiam ad tẽpus, scilicet vsque ad secundam, & tertiam generationem, aut vsque ad 10. & 20. annos, &c. quod constat ex toto titulo iuris Emphyteutici, incorporati in Codice iuris ciuilis: & hic contractus, habet partem contractus locationis, & partem contractus emptionis, & venditionis. Differt tamen à venditione, quia per hanc transfertur ita dominium vtile: 1

le:sicut directum rei vendirę in emptorem, at in hoc contractu solum transfertur dominium vtile remanente dominio directo in ipso domino rei quæ datur, vt notat Panormit. Estque diuersus à contractu locati, quia per hunc nõ transfertur aliquod dominium in recipientem rem locatam, sicut diximus in loco suo, in hoc vero transfertur dominium vtile in recipientem rem cum obligationem respõdendi quadam cum pensione, quod supposito pro resolutione huius materiæ.

Panor. in c. fin. de locato.

2 Sit prima Conclusio. In multis casibus amittit ius suum, quod est dominiũ vtile, emphyteuta. Primus est, quando filius, aut nepos nolunt hæreditatem in casu, quo detur res ad filios & nepotes, non vero, quando datur ad hæredes. Secundus quãdo emphyteuta moritur sine legitimis hæredibus relinquens solũ filios naturales, si res est ecclesiæ, quia præsumitur, quod ipsa noluit fauere volens dare dominium vtile filijs, qui fuerunt generati in peccato; & sic nõ procedit hoc, quãdo res fuit data ab aliqua persona particulari, quia in hoc casu succedunt etiam illegitimi. Tertius, quãdo emphyteuta nõ soluit pensionem intra terminum assignatum, nec tenetur dominus petere, nec potest sua propria authoritate mittere manum ad dictam rem emphyteuticam, si cecidit in commissum, qui habebat, sed est necessaria authoritas iudicis, vt dicit Syluest. contra aliquos; quod si ipse nõ petierit, nec declaret, quod velit petere, & interim decesserit vita, non est visus amittere ius, quod habebat: & idẽ est, si decedat emphyteuta, antequam ab eo petatur aliquid, vt post alios tenet Ludouicus Lopez. Vnde infertur, quod excommunicatio data contra pensionarium, qui non soluerit intra certum tempus, ipso transacto non incurrit in ipsam, quousque creditor, cui debet solui, declaret esse suam voluntatem, quod incurrat eã: & si declaret post mensem, & annum, tunc etiam cadet in ipsam, & curret hęc excommunicatio à termino posito, & præterito: & si antequam declaret, moriatur ipse, aut pensionarius, numquam cecidit in excommunicationẽ, sic enim est in vsu. Quartus casus, in quo amittit ius suum emphyteuta, est, quãdo diminuitur res quæ datur, licet detur personæ priuatæ, quod intelligitur si diminutio est notabilis, & perpetua, vt si non putatur vinea, vnde venit eius perditio in totum, non autem quãdo diminutio solum redũdat in damnum fructuum, vt si quia non colitur prædium, non reddit tot fructus: & etiam debet intelligi, quando diminutio notabilis, & perpetua procedit à dolo, & magna culpa: quia si accidat ob culpam leuissimã, nõ amittet ius. Quintus, quando emphyteuta negat pensionem domino, qui petit, & sic si omittat soluere per spatium 3. annorum, amittit ius suum, quia tacitè negat domino suo, quod est illi debitũ, & multo rationabilius amittet quando expresse negat hanc seruitutẽ: quod totum intelligitur, quando negat scienter, secus autem, si neget ignoranter putans sic esse, habens ad illud rationes apparentes, & iustas, vt dicit Innocentius. Sextus casus est, quando vendit rem, & tradit alteri, quia si vendat, & non tradat, non amittit ius suum: & quamuis tradiderit non amittit, si dedit eam sub conditione, quod si dominus directus voluerit eam pro tanto, debeat illã reddere, & tradere sub conditione, cui dominus velit consentire, vt dicũt omnes DD. cum Innocentio. Notaque quod si vendat, aut tradat eam sine aliqua conditione, licet postea redimat, amittit ius suum, vt dicit Nauar. & licet vendat, & tradat aliquam partem, & non totã rẽ, amittit ius, & si sunt duo domini directi, & vnus consentiat venditioni, & traditioni; alter vero non consentiat, non amittit emphyteuta dominium vtile, quod habet, nisi quantum ad illam partem, quæ est illius domini, qui non consensit, vt dicunt omnes communiter.

Syl ver. emphyteusis, §. 2. dicto 7.

Lop. in inst. neg. li. 2. c. 31 par. 447 col. 1.

Nau. 23. nu. 104.

Inn. in c. cæterũ de iudicijs.

Nau. in Man. ca. 23. num. 104.

3 Secunda Conclus. Si pensionarius soluit pẽsionem paruam magis ob correspondentiam, & recognitionem domini

minij directi, quàm vt soluat fructus, licet pereat maior pars rei emphyteuticæ casu aliquo fortuito, dummodo non pereat tota, non debet fieri aliqua remissio pensionis; si tamen pensio est tā magna, quod aliquo modo æquatur fructibus, qui colliguntur ex dicta re, tunc pro rata debet fieri remissio, licet non pereat tota ipsa; & si pereat casu fortuito, & non culpa pensionarij. Et quando quarta pars fructuum, qui solebant colligi, pereat, quarta pars pensionis debet demi, vt tenet Syluest. & Nauar.

Sil. ver. emphyteusis q. 1. §. 4. Nau. ca. 17. num. 190.

4 Tertia Conclus. Si dominus directus debeat pensionario tantam, aut maiorē quantitatem, quam sit ipsa pensio soluenda; si non soluit pensionarius, non cadit à iure suo, quia licet secundum ius non fiat ipso iure compēsatio, si homo non opponat, potest tamen fieri ad finē vitandæ pœnæ; & cum in nostro casu agatur de vitanda pœna commissi, licet recompensatio non opponatur à debitore ante tempus completum, non ideo inualidatur, vt dicit Imola.

Imola in c. bona fides. extra de deposito.

5 Quarta Conclusio. Emphyteuta ecclesiæ, si omiserit soluere per spatium duorum annorum, potest purgare moram suam satisfaciens breuiter: emphyteuta vero alicuius personæ particularis, si non soluat intra trienniam, non potest purgare moram vlla satisfactione quantumuis accelerata, quia hic habet maius temporis spatium nēpè tres annos, & ecclesia magis blande procedit, quam personæ priuatæ. Quæ vero dicatur satisfactio breuis; relinquitur arbitrio prudentis viri.

6 Quinta Conclusio. Si fuerint multi emphyteutæ, & omnes soluerint pensiones, præter vnum, solus iste amittit ius suum, licet soluat minus quam sit pēsio; nisi per errorem solueret minus; nec amittet ius suum omittens soluere, quia venit in paupertatem, vt dicit Bartholomæus Fumus; quod debet teneri in fauorem paupertatis, præcipuè si accidit casu fortuito, licet Syluester videatur dubitare circa hoc.

Fumus ver. emphyt. §. 19. Syl. ibi q. 4. §. 10.

7 Sexta Conclus. Si emphyteuta defendit se mala fide, dicens, quod nō debet pensionem, & constrictus soluit eā, dicens, & protestans non soluere eam tanquam pensionem, amittit ius suum, quia realiter ob dictam protestationē non soluit; vt pensionarius, sic. n. tenet Sylu. si vero bona fide, & ratione satis apparente gerit litem cum domino directo, licet sit condemnatus, non tamen amittit ius suum faciens dictam protestationem, quia si eam fecit, fuit, ne allegaret dominus directus possessionē, sic enim tenet Ludouicus Lopez probans id multis rationibus.

Silu. vbi supra, §. 10. dict. 6.

Lop. vbi sup. c. 30. pag. 438.

8 Septima Conclus. Si tota domus emphyteutica perijt casu fortuito, licet postea reparetur cum lapidibus eiusdemmet domus, non debetur pensio, quia iam illa domus non est eadem, sic enim tenet Bartolus: si vero non perijt totū, sed paulatim dilabitur, & paulatim annuatimque reficitur, non tollitur pensionis soluendæ obligatio, cum nō amittatur forma eius antiqua secundum id quod dicit D. Thom.

Bart. in l. domini, §. si is, ff. de dāno infecto.

9 Octaua Conclus. Licet non valeat in hoc contractu pactum: quod pereunte tota domo emphyteutica non teneatur soluere pensionem, quia est contra naturam ipsius, sicut est contra naturam contractus venditionis ponere pactū, quod non soluatur pretiū: valebit tn̄ pactū, quod si non soluat emphyteuta, nō possit astringi ad soluendum, quia hoc non est contra naturam contractus.

10 Nona Conclus. Loquendo regulariter non valet pactum, quod si tota res pereat, teneatur emphyteuta soluere totam pensionem. Dixi irregulariter, quia vt in conscientia iustificetur hoc pactū, est necesse, quod alia via fiat cōpensatio emphyteutæ; quia alias esset iniquum obligare dominum vtilem ad soluendā pensionem non recepta vlla vtilitate, & dare fructus licet nullibi colligantur, & ideo in contractu census est iste contractus condemnatus, tanquam vsurarius, & illicitus, vt latè diximus in capitulo de censibus posito in fine explicationis cruciatorum facto Salmanticæ.

De-

11 Decima Conclusio. Tenetur emphyteuta in foro conscientiæ soluere laudemium ante iudicis sententiam: q̃a hoc laudemium non est tantum pœna quãtum interesse directum domini directi, qui vendidit rem minori precio, quia recepturus erat paulatim mediãte hoc laudemio, sic enim tenet Nauar. quem sequitur F. Ludou. Lopez. Quando autem dubitatur, an debeatur huiusmodi pensio (quam vocant laudemium) & sunt opiniones pro vtraque parte, non debet compelli emphyteuta ad soluendum, sicut non debent compelli pœnitentes soluere tributa, quãdo dubitatur, an debeantur, necne. Circa quantitatem verò laudemii standũ est consuetudini: notarij intelligunt hoc, & ponunt in scriptura contractus, vnde hoc sufficit, ne perplexus sim lectorib.

Nau. ca. 23 n 61 Lop. vbi supr. c. 22. p. 449. col. 1.

De interdicto. Cap. CXIV.

SVMMARIVM.

Quid sit interdictum, & quotuplex. num. 1
Modus interdicti quotuplex. nu. 2.
An quando ponitur interdictum alicui personæ particulari possit illi prohiberi aliquis actus. nu. 3.
Quæ differentia sit inter excommunicationem, & interdictum. nu. 4.
An interdicto clero alicuius ciuitatis videatur esse tota ciuitas interdicta, & econtra num. 5.
An interdicta ciuitate, sint etiam interdicta suburbia. num. 6.

1 EST notandum primò, quòd interdictum est censura ecclesiastica, quæ priuat administratione sacramẽtorum, & sepultura ecclesiastica: quod diuiditur in locale, & personale, & in locale, & personale simul. Locale dicitur, qñ ponitur interdictum alicui loco, sicut si interdictum imponatur ecclesijs Salmanticæ. Personale est quando ponitur alicui personæ, vt si ponatur gubernatori: Locale & personale simul, vt si ponatur ecclesiis, & personis. Diuiditur vltra, quia interdictum locale potest esse vniuersale, aut particulare, & eadem diuisio est de personali: Locale enim particulare est, quando ponitur interdictum vni ecclesiæ, vniuersale quando imponitur omnibus; personale particulare est, quando imponitur alicui particulari personæ, vniuersale verò personale, quando imponitur omnibus personis ciuitatis alicuius. Est tñ differentia inter interdictum locale, & personale, quia si sit interdicta vna ecclesia potest dici Missa in alia. & si tota ciuitas. habitatores eius si sint presbyteri, possunt celebrare extra ciuitatem: & qui non sunt, possunt eam extra audire; at interdictum personale comitatur personã. ita quod si homo est interdictus in hoc loco, nec in eo, nec extra eũ potest admitti ad diuina officia, nec ad ecclesiasticam sepulturam.

2 Secundo debet notari, quod sunt duo modi interdicti, vnus ab homine, alius ab ipso iure: interdictum locale, generale, aut speciale incurritur ipso iure in nouem casibus, personale vero generale, siue speciale incurritur ipso iure in quatuor solum, vt notat Angelus. Ponitur generale ipso facto contra vniuersitatem, quæ facit solui gabellas illicitas à clericis, & contra eam, quæ facit vt Episcopus eius capiatur, vulneretur, aut in exilium mittatur, & contra eam, cuius dominus impedit ingressũ, aut negotiæ Nuntii Apostolici, & etiã in omnibus casibus, in quibus imponitur a iure interdictum, aut a iudice. Locale generale pro delicto populi, & in ijsdem imponitur etiam contra populum generale; verum est quod non imponitur ob solum delictum domini, si non imponitur expresse, etiam imponitur speciale locale ecclesiæ, quando clericos, aut conuentus ecclesiæ nolunt restituere corpora, aut vtilitates eorum, qui sepulti fuissent in ea, quia fuerunt inducti ab eis, vt iurarent, quod in illo loco essent accepturi sepulturam, vt dicitur in iure, & tradit Nauar,

Ang. verb. interd 4.

c. 1. de sepulturis lib. 6. Nau. c. 27. nu. 169. & 170.

3 Tertio

3 Tertio debet notari, quod interdictum ecclesiasticum datum contra aliquam personam particularem potest dari, & poni prohibito illi aliquo actu, aut actione ordinis; & ideo potest quis per hanc censuram prohiberi, ne dicat Missam, ne ingrediatur ecclesiam, ne administret sacramentum pęnitentiæ, vt post alios aduertit Couaru. dicens, quod hoc debet multum considerari, vt sciamus distinguere interdictum simpliciter ab interdicto ab ingressu ecclesiæ, aut alterius actionis particularis sacerdotis; quia si Petrus est interdictus simpliciter, totum id quod interdictũ vetat, vetatur ei; quòd si solum est interdictus ab ingressu ecclesiæ bene poterit dicere missam extra eam, & potest etiã exercere iurisdictionem ecclesiasticam, vbicumque inueniatur. Verum est tamen, quod esset irregularis, si intra ecclesiam celebraret officia diuina, nec posset sepeliri in ea nisi fuisset mortuus cum dolore contumacię, quam habuit, obediendi ecclesiæ, vt resoluit Couar. Potestque iste talis ingredi ecclesiam, & orare in ea eo tempore, quo non celebrantur officia diuina; quia inter celebrationem eorum non potest ingredi eam ad audienda ea. Verum est tamen, quod audiens ipsa diuina officia, licet peccet mortaliter, non tamen incurrit irregularitatem: & secundum Nauarrum non peccabit mortaliter transiens per ecclesiam, quando dicuntur, quia hoc non est audire, & vetare tales ab ecclesia est, ne dicant officia diuina in ecclesia, nec audiant; & qui est interdictus ministerio altaris solum poterit facere totum id, quod non est ministerium altaris.

Cou. in c. alma mater 2.p §.1. n.3. iuxta fin.

Cou. vbi supr.

Nau. vbi supr.

4 Quarto debet notari, quòd est magna differentia inter interdictum, & excommunicationẽ maiorem, quia hæc priuat cõione fidelium, tam interiori, q̃ exteriori; interdictum aũt solum priuat celebratione officiorum diuinorum, & auditione eorum in ecclesia, & administratione, & receptione sacramentorũ, & ecclesiastica sepultura; quæ priuatio multis modis limitatur, ita vt directe non faciat damnum animæ, sicut excommunicatio. Vnde sequitur, quòd excõmunicatio minor differt ab interdicto, quia non priuat auditione, aut celebratione officiorũ diuinorũ, nec ecclesiastica sepultura, solũ.n. conuenit cũ interdicto in hoc, quòd ꝓhibet receptionẽ sacramẽtorũ, vt explicat, & resoluit Cou.

Cou vbi supr.

5 Quinto debet notari, quòd interdicto clero alicuius ciuitatis, non videtur esse ipsa interdicta; nec interdicta ciuitate, videtur interdictus clerus, & sic si interdictus sit aliquis eorũ, alter potest admitti ad officia diuina, & sacramẽta, sicut ordinatũ est in iure. Vnde debet esse multa aduertentia considerando sẽsum, & verba interdicti, vt secundũ ea iudicemus, an interdictũ sit locale, seu personale: quia interdicto clero vnius ecclesiæ solum, non videtur esse interdicta ipsa ecclesia, & eius locus; potius possunt celebrari officia diuina intra ecclesiam, vt dicit quædam gl. communiter recepta: & interdicto clero remanẽt interdicti clerici, & etiam religiosi, & religiosæ, vt post alios notat Siluester. Et interdicta ecclesia Cathedrali nõ videntur interdicti canonici, ita vt extra ipsam ecclesiam non solum vnusquisque potest celebrare officia diuina alta voce & solemniter, sed ẽt omnes simul, vt collegium, possunt id facere, vt notat Calder. cuius sententiã laudat Cou. & ideo videtur econtra, ꝙ nõ videatur interdictus locus, cuius cõitas, aut collegium, aut vniuersitas fuerit interdicta secundum opinionem multorum DD. allegatorum per Couarr. a quibus discedit ipse dicens, quod si hæc opinio esset vera, fieret facile fraus interdicto ecclesiastico, si non possit commode seruari celebrando officia diuina eiiciendo foras interdictos, qui cum sint tota communitas, difficile possent eiici.

c. si sentent. in princ. de sent. ex com.

Gl. in d. c. si sẽt.

Sil verbo interdict.

Calder. in c. vlt. de excessibus prælat.

Cou. vbi supr. num. 8.

Cou. vbi supr. num. 7.

6 Sexto debet notari, quod qñ ponitur interdictũ Toleto, aut Salmanticæ; etiã remanent interdicta suburbia, quæ ipsis adhærent extra earum muros. Quando tñ ponitur interdictũ ciuitati Toleti,

ti, aut ciuitati Salmanticæ, solum remanet interdictus locus, qui muris clauditur, non vero suburbia, quæ sunt extra, nisi aliud colligatur ex intentione eius, qui posuit dictum interdictum secundum id, quod docte resoluit Couar. qui dicit, quod in hoc puncto debet respici intentio supradicta, & communis modus loquendi, per quem debent verba regulari; & sic videmus quod interdicto populo, aut eius ciuibus, remanent interdictæ singulares personæ populi, & ciuitatis, quia communis modus loquendi hoc docet.

Cou. vbi supra nu. 8.

De causis Interdicti, & de eo qui potest interdicere, & interdici;
Cap. CXV.

SVMMARIVM.

Qui interdicere possit, & qui possit interdici, concl 1. nu. 1.
An interdictum possit poni contra innocentes, concl. 2. nu. 2.
An tota ciuitas possit interdici ob vnius culpam, ibid.
An possit poni interdictum generale alicui loco ob contumaciam domini, aut Episcopi eius nolentis soluere debitum pecuniarium, concl. 3. nu. 3.
An interdictum particulare possit poni in ecclesia parochiali, ibid.

1 PRima Conclusio. Communiter qui potest excommunicare, & suspendere, potest etiam interdicere; & qui potest excommunicari, & suspendi, potest etiam interdici, & non econtra; qui potest interdici, potest etiã excommunicari, quia vniuersitas, aut totus locus non potest excommunicari, vt supra remanet dictum in materia excommunicationis, possunt tamen interdici vt dicitur in iure, & Nauarr. in Man. c. 27. nu. 168.

ca. si ciuit c. si sentent. de sent. excõ l. 6

2 Secunda Conclusio. Interdictum ecclesiasticum potest poni contra innocentes, & in eorum damnum, & præiudicium propter alterius culpam; quia licet hæc censura sit pœna ecclesiastica, non est pęna spiritualis cum non priuet communione suffragiorum ecclesię, sed solum auditione diuinorum officiorũ, & receptione sacramentorum, quæ suspensio directe non tangit animam, nec infert ei damnum, vt resoluit Couar. Verum est tamen, quod ob vnius culpam, non potest interdici tota ciuitas, aut populus nisi hoc fiat cum authoritate Sũmi Pont. speciali, quæ difficile solet concedi, & si concedatur, exequitur hoc ordine. Primò ponitur interdictum ecclesiæ parochiali aduersarij, & simul alicui alteri parochiæ, aut collegiali, & si crescat contumacia duobus monasterijs, aut duabus ecclesijs collegialibus; & si nolit aduersarius obedire ecclesiæ existens semper in sua pertinacia, ponitur interdictum toti diœcesi; quod si nec hoc sufficiat, ad mollificandum eius durum cor imponitur ecclesiæ Cathedrali, vt dicit Ioannes Staphileus dicens, quod numquam est visa interdicta ecclesia Cathedralis, licet tota diœcesis, & omnes ecclesiæ ciuitatis sint interdictæ, cuius opinionẽ sequitur Couarruuias.

Cou l. 2 variar. c. 7. n. 10

Staphileus de lit. gratiæ, & iustitiæ, fol. 156. col. 2.

3 Tertia Conclusio. Non potest poni interdictum ecclesiasticum generale ob contumaciam domini, aut Episcopi illius loci, qui non vult soluere pecuniarium debitum, cui tenetur, nisi ad illud sit specialis commissio Sum. Pont. Dixi, *generale interdictum*, quia speciale bene potest imponi, secundum Nauar. Verũtamen Couar. dicit, quod nec speciale non potest poni, quia putat rẽ esse laudabilem non imponi censuras ecclesiasticas, nisi cum multa moderatione, & cum aliter fieri non potest, allegans in fauorem sui constitutionem quandam Concilij Basiliensis, cuius decreta quantum ad fidem, & censuras ecclesiasticas fuerunt postea approbata à Nicolao Quinto; cuius opinio, vt mihi videtur, debet teneri. Et est notandum, quod cùm possit poni particulare interdictũ in aliqua ecclesia, non debet tamen esse in ecclesia parochiali, vt aduertit Nau.

Cou. in c. alma mater 2. q. §. 1. n. 4.

Na d. c. 27. nu. 168 Couar. vbi sup. n. 5.

Concil. Basilẽse, sess. 20

Na. vbi sup.

De

De effectibus Interdicti. Cap. CXVI.

SVMMARIVM.

An vetentur tempore interdicti omnia exercitia deputata, aut appropriata cuicumque ordini, concl. 1 nu. 1.

An tempore interdicti vetetur administratio omnium sacramentorum, conclus. 2. num. 2.

An possint dici duæ missæ singulis septimanis tempore interdicti, conclus. 3. numero 3.

An possint celebrari omnia officia diuina in loco specialiter interdicto, conclus. 4. num. 4.

An tempore interdicti generalis possint duo vel tres dicere officium diuinum, concl. 5 num. 5.

An in ecclesia specialiter interdicta possint celebrari officia diuina cum modificatione capituli, Alma mater, concl. 6. num. 6.

An ille, qui fuit causa interdicti, possit assistere diuinis officijs cum modificatione dicti capitis, conclus. 7. num. 7.

In quibus festis auferatur interdictum, cõclus. 8. nu. 8.

An in diebus, quibus suspenditur interdictum, possit fieri plusquam illud ad quod fuit suspensum. concl 9. nu. 9.

An existente interdicto personali possint clerici, & religiosi celebrare ianuis apertis. concl 10. nu. 10.

An, quando suspenditur interdictum, in festo Resurrectionis possit dici officium diuinum alta voce cum sonitu campanarum in Sabbatho sancto, conl. 11 numero 11.

An sit obligatio seruandi interdictum, quod non est denuntiatum, conclus. 12. num. 12.

An saeculares frangant interdictum assistentes diuinis officijs in loco interdicto dicente illa aliquo cum peccato. aut existente cum aliquo personaliter interdicto, concl. 13. nu. 13.

An, qui dicit Missam scienter in ecclesia polluta, peccet mortaliter, & fiat irregularis, & à quo possit dispensari, vt dicatur Missa in Ecclesia polluta, ibidem.

1 PRima Conclusio. Per omne interdictum generale, & speciale, locale, personale, & mixtum vetantur oĩa officia diuina, sacramenta, & sepultura ecclesiastica exceptis ijs, quæ tacite, aut expresse permittuntur, vt dicetur infra nu. 2. & 3. Vnde regulariter prohibentur omnia exercitia deputata, aut appropriata cuicumque ordini maiori, aut minori, vt dicere Epistolam solemniter cum manipulo Subdiacono, Diacono etiam dicere Euangelium, Acolito offerre ampullas, Presbytero dicere Missam, aut esse hebdomadarium, quãdo dicuntur horæ canonicæ; Episcopo ordinare, quia omnia hæc exercitia sũt diuina. Itaque sunt prohibita officia diuina ordinata in Pontificali, Missali, aut Breuiario pro vsu ordinum, aut aliorũ sacramentorum, aut ad horas canonicas, aut alias res sacramentales, vt dicit Nau. Hinc sequitur, quòd non prohibetur Salutatio Angelica dicenda in sero, nec sonitus campanæ solitus pro illa à Christianis dicenda, nec benedictio mensæ, nec quam Episcopi dant itinerantes, nec prohibetur legere, nec declarare psalmos, aut euangelia, aut similia, quæ in diuinis officijs fieri solẽt; nec prohibetur prædicare; nec sonitus campanæ pro concione dicenda; nec prohibetur facere orationem priuatam in ecclesia etiam ijs, quorum causa positum fuit interdictum, licet sint in ipsa personaliter interdicti; nec dare, aut accipere aquam benedictam in ingressu ecclesiæ; nec cantare laicos in ecclesia litanias, & alios psalmos, nec excommunicare, nec absoluere excommunicatũ sine stola, & solemnitate sacerdotali, quia hoc, & similia non sunt officia diuina, vt dicit Nauarrus qui addit, quod etiam clerici possunt cantare litanias sine solemnitate solita, quæ est ferendo super-

Nau. vbi supr. nu. 171. & 172. c 27.

Nau in Man. ca. 27. nu. 176.

superpellicea ad modum processionis cum cruce subleuata.

2 Secunda Conclusio. Non omnis administratio omnium sacramentorum est prohibita tempore interdicti; quia in eo potest administrari sacramentum confirmationis, & matrimonij, & baptismi pueris, & pœnitentiæ, si non fuerint causa interdicti, nec dederint fauorem, adiutorium, aut consilium ad delictum pro quo fuit positum; quia huiusmodi coadiutores non debent admitti ad sacramentum penitentiæ, nisi prius satisfaciant; si possunt, aut præstent cautionem sufficientem non potentes satis facere, nec potentes hoc dare iurantes fideliter se procuraturos facere dictam satisfactionem, per se aut per alios; potest etiam deferri sacramentum Eucharistię morituris: non possunt vero administrari reliqua sacramenta, nec suscipi, vt sunt sacramentum ordinis, & extremæ vnctionis, nec est licitum recipere sacramentum Eucharistiæ excepto articulo mortis nisi adsit priuilegium ad illud, vt habent fratres mendicantes, vt ego adduco in explicatione Bullæ Cruciatæ, §. 5. in quo loco pono satis extense totum id, quod religiosis mendicantium est licitum tempore interdicti ob priuilegia, quibus gaudent à Sede Apostolica concessa, quæ defendo illic in loco contra Nauarrum, quæ non sunt reuocata per Concilium Tridentinum, vbi possunt videri hæc, & alia pertinentia ad interdictum, quæ non pono hic; primò, vt adimpleam promissum, & etiam, quia hic dicenda sunt alia non tam communia. Nota autem, quod licet matrimonium sit licitum fieri tempore interdicti, hoc debet intelligi celebrando sine solemnitate nuptiarum, & benedictione, quia hæc sunt officia diuina prohibita dicto tempore.

3 Tertia Conclusio. Potest dici vna Missa singulis hebdomadis, & duæ etiã, si necessitas infirmorum postulauerit ad renouandum sacramentum, quod custoditur pro infirmis, & hoc in ecclesia etiam particulariter interdicta, clausis ianuis, submissa voce, sine sonitu cãpanæ eiectis ab ea qui non habent priuilegium ad audiendam eam, vt definitum est in iure.

4 Quarta Conclusio. Possunt celebrari omnia diuina in loco generaliter interdicto cum dicta modificatione, scilicet, ianuis clausis, cum voce submissa, sine sonitu campanæ eiectis extra excommunicatis, & interdictis, & omnibus, qui non habent priuilegium pro hoc tempore, Dixi, *in loco generaliter interdicto*, quia in loco specialiter interdicto non habent locum supradicta, nec in interdictis personalibus, secundum communem traditam à Nauarro. Verum est tamen, quod religiosi mendicantes habent priuilegium ad supradicta. Dixi, & omnibus eiectis, qui non habent priuilegium, quod debet etiam intelligi de priuilegio, quod conceditur à iure communi, quod quidem cõcedit clericis initiatis maiorib. aut minoribus ordinibus; licet sint prima tonsura, vt possint admitti tempore interdicti ad dicendam, & audiendam Missam, si tales non sunt coniuncti matrimonio, quia hi non gaudent hoc priuilegio, nisi consuetudo aliud repetit in vsu, vt dicit idem Nauarrus. Et nota qd vox debet esse tam submissa, vt non possit audiri extra ecclesiam, aut saltem debet dici hac intentione, ne audiatur extra ecclesiam, & cũ debita cautela, licet debeat esse vox talis, quod ab alijs possint audiri in choro, quamuis aliqui existentes extra chorum audiant præter eorum intentionem.

c. pmittimus d sent. ex. com.

Nau. in Man. ca. 27. nu. 174. 175

Na. vbi sup.

5 Quinta Concl. In tempore interdicti generalis non solum vnus, sed duo, tres, & plures possunt dicere horas canonicas ruri, & domi, & in cubili porta clausa, & licet non sit clausa, dummodo dicantur ita ne audiantur extra ab eis, qui non habent priuilegium, nisi transeũtes forte, & casu; & etiam in ecclesia potest aliquis, licet non sit porta clausa, dicere officium diuinum submisse, ita vt non audiatur; & duo, aut tres etiam

in

in capella aliqua separata, ita vt non possint audiri, poterunt dicere officiũ; quia intentio canonum, qui permittũt officia diuina cum dicta modificatione in ecclesijs, nõ est excludendi alia loca, sed potius insinuant, quod à fortiori debent permitti in eis, cum ibi non audiantur, licet permittantur.

6 Sexta Conclusio. In ecclesia, & loco specialiter interdicto non est licitũ celebrare officia diuina, licet seruetur dicta modificatio: circa quod debet notari, quod totum id quod fratres mendicantes possunt facere per sua priuilegia in tempore interdicti, est illis concessum à Iulio Secundo quod fiat in interdicto speciali, quæ est notabilis concessio; quia de iure communi dies, in quibus aufertur interdictum, non referuntur ad ecclesias, nec personas, quę particulariter sunt interdictæ; quia in his, si celebrarent, essent irregulares, & secundum hanc concessionem in locis, aut ecclesijs specialiter interdictis poterit celebrari, & fieri quod in interdicto generali fieri potest; personæ vero specialiter interdictæ per hanc concessionem non poterunt facere, nec coram ipsis fieri poterit. Habetur in cõpē. §.18.

7 Septima Conclusio. Priuilegium audiendi Missam tempore interdicti, & alia diuina officia cum dicta modificatione capituli, Alma mater, non valet illi, qui fuit causa interdicti, aut cuius culpa, & dolo fuit positum, valet tamen pro reliquis alijs, & si est persona singularis, non solum illi valebit priuilegium, sed etiam suis familiaribus; familiares autem sunt, qui solent illum comitari, quia aliter si hi non possent admitti ad diuina officia, esset illorum priuilegium inutile, viso quod multi eorum non possunt honeste ire in ecclesiam, & celebrare in ipsa, & audire diuina officia sine solito comitatu. Hinc sequitur, quod clericus qui habet puerum, vt ministret ei in Missis, poterit ei seruire in Missa; siue recipiat eum ante, siue post interdictum, quod si non possit deferre illum secum, potest accipere alium pro ministerio, dummodo non recipiat illum in fraudem legis, vt resoluit Nauarrus. Nau. vbi sup. nu. 180. & 181.

8 Octaua Conclusio. Tempore interdicti possunt dici omnia diuina officia in festis Natiuitatis, & Paschatis, & Pentecostes, & Assumptionis Dominæ nostræ: non autem in eorum octauis, nisi seruata dicta modificatione; sic possunt celebrari ianuis apertis, tactis campanis, & alta voce, eiectis extra ecclesiam excommunicatis, & admissis interdictis, ita vt qui fuerunt causa interdicti non accedant ad altare; & idẽ concessum est à Martino Quinto, & Eugenio Quarto in festo Corporis Christi, & per totam eius octauam, & in die Conceptionis Beatæ Mariæ, & eius octauæ in ecclesijs, in quibus dicitur eius officium ordinatum à Leonardo Nogarolo, & dicitur Missa, Egredimini &c. Itaque dicit Nauarrus, quod in ecclesijs, vbi non dicitur officium, & Missa, non potest auferri interdictum: ego vero puto hanc notationem suspectam esse, & contrarium vidi obseruari in nostra religione, & inuenio, quod Leo X. concessit quod in hac festiuitate, & eius octaua auferatur interdictum, & quod omnes fideles non excommunicati, nec nominatim interdicti possint in ipsa licite admitti ad diuina officia absolute absque limitatione ad officia dicti authoris, vt limitauerat Sixtus IV. & si collector intelligeret solum posse admitti ad officia diuina ordinata à dicto authore, adnotaret quidem illud in prædicto loco, vt solet facere cum multa curiositate, & eruditione. Et nota, quod in dictis solemnitatibus aufertur interdictum in primis vesperis, & durat eius suspensio vsque ad finem Completorij horum dierum solemnium, vt post alios tenet Couarruuias, & Nauarrus, licet alij teneant, quod finitur in secundis vesperis diei solemnis, & sic non poterit completorium solemniter dici. Nota etiam, quod in dictis festiuitatibus non possunt dici officia diuina in ecclesia polluta, vt

Nau. i c. quando de cõsecratione dist. 1. c. 10. n. 86. Habetur in cõpē. priuil. titu. cõceptio virginis. §. 1.

Cou. in ca. alma mater, 1 p §. 5. Nau. in Man. c. 27. nu. 184.

Villadiego de irreg. cap. 5. nu. c.

vt resoluit Villadiegus, pollutio vero ecclesiæ extenditur ipso iure ad cæmeterium, non vero econtra illa pollutio cæmeterii extenditur ad ecclesiam, vt cum communi resoluit Nauarrus.

Nau. ca. 27. num. 253. i fi.

9 Nona Conclusio. In diebus, in quibus iudex suspēdit interdictum, solum poterit fieri illud, cuius causa fuit suspēsum; vnde si fuit suspēsum solum ad sepeliendum mortuum, & dicere eius Missam, hoc solum, & nil aliud fieri poterit, vnde aduertatur, qualiter suspēditur, & pro quare; & si per totum diē suspendatur, aut per medietatem diei absolute, sine vlla limitatione omnia officia diuina possunt celebrari, sicut in dictis festiuitatibus, & in die Corporis Christi, & Conceptionis Beatæ Mariæ, & suis octauis debet idem dici.

10 Decima Conclusio. Quando interdictum est solum personale, bene possunt clerici & religiosi celebrare portis apertis vitātes solum interdictos, quia cap. alma mater, quod ponit modificationem supradictam, solum loquitur de interdicto locali, non vero de personali: sic dicitur in libro intitulato Supplimentum priuilegiorum ordinū mendicantium fuisse determinatum Salmāticæ, licet aliqui tenuerint contrarium.

Habetur i supplemēto in tract. dubiorum f. 3. col. 2

11 Vndecima Conclusio. Quando suspenditur interdictum in festo Resurrectionis, possunt pulsari campanæ, & dici officium diuinum alta voce in Sabbato Sancto, incipiente sacerdote dicere in altari, Gloria in excelsis Deo, sic n. dicitur in supplemento fuisse determinatum Salmanticæ: & eandem opinionem tenet Sotus dicens, quod ab illo instanti aufertur interdictum vsque ad finem completorii diei Paschatis.

Habetur in supl. mihi fol 6. Sot in 4 d. 22 q 3 art. 1. pa. 667. ad fin.

12 Duodecima Conclusio, Nullus tenetur nunc obseruare interdictū si non est denunciatum, sicut non tenemur deuitare suspensos, & excommunicatos, si non sunt denuntiati; nec est vlla obligatio seruandi interdictum nullum, cuius nullitas est sufficienter publicata: erit autem nullum interdictum in iisdē casibus, in quibus est nulla excommunicatio loquendo regulariter, qui fuerunt iam examinati supra in materia excommunicationis.

Nau. vbi supr nu. 187.

13 Decimatertia Conclusio. Sæculares non frāgunt interdictum validum denuntiatum audientes Missam, aut alia diuina officia in loco interdicto, licet audiant ab eo, qui peccat in dicendo ea: & licet audiūt ea apud aliquem, qui sit personaliter interdictus, vt dicit Caietanus exceptis quatuor casibus, in quibus peccabit, licet non incurret irregularitatem. Primus, quādo ille est personaliter interdictus, licet interdictum sit generale in suo loco, vt dicit Nauar. contra Caiet. Secundus, quando expresse, aut tacite est causa, quod hæc officia diuina dicantur peccando in eo. Tertius, quando dicuntur talia officia, quæ dicentes clerici violarent, quia hoc esset peccatum. Quartus, quando non habentes priuilegium ad audiendum, mētiuntur, dicentes habere illud, vnde est admissus, qui sic dicit, ad illa officia diuina immerito. Notaque, quod quando personæ vnius oppidi sunt interdictæ, non vero ipse locus, etiam sunt interdicti pueri, qui habent vsum rationis, nō vero qui non habent vsum rationis, vnde tales poterunt audire diuina officia, non vero in loco interdicto, quia hoc non permittitur a iure, sed potius prohibet, vt dicit Siluester, & Couarr. qui addit, quod pueri qui transeunt 7. annos, licet non sint rationis capaces, si intelligunt, quod Missa, & diuina officia sunt cæremoniæ pertinentes ad cultū diuinum, & religionem Christianam, non possunt admitti ad ipsa in loco interdicto; qui vero non habent tantam capacitatem, possunt admitti ad diuina officia, non vero ad sepulturam ecclesiasticam, quia hæc generaliter est prohibita omnibus in dicto tempore, vt dicit Silu. & tradit Cord. in sua summa. Notaque, quod ille, qui dicit Missam scienter in ecclesia polluta, peccat mortaliter, non remanet tamen irregularis, vt cum Siluest. resoluit Nauarrus, & potest Episcopus iusta de causa dispen-

Caiet. verb interd. violatio. §. pen.

Naua. d. c. 27. nu. 187.

Sil. ti. inter d. 2. q. 17. & 20. Cou. in c. alm. mater a. p. § 4. n. 5 f. 136. col 3.

Sil. ti in te. 5 q. 8. Cord. in sum. fol. 165. col. 2. Nau c. 25. n. 89. 95.

Henr. 2. to. li. 13. d. inte. c. 51. in fin. spensare, vt dicatur missa in ecclesia polluta, vt cum modernis tenet Henriquez.

De cessatione à diuinis. CXVII.

SVMMARIVM.

Quid sit cessatio a diuinis. nu. 1.

An in tempore cessationis a diuinis possint dici officia diuina cum solemnitatibus, cum quibus dicuntur tempore interdicti num. 2.

An qui potest audire Missam tempore interdicti, possit etiam audire eam tempore cessationis a diuinis. nu. 3.

Nota quod cessatio a diuinis est omissio officiorum diuinorum, & abstinere ab administratione sacramentorum, quod fit dupliciter: vna est generalis, quæ ponitur in loco vniuersali, vt tota ciuitate; alia particularis, quæ ponitur in aliqua, aut aliquibus ecclesiis; quæ non est censura ecclesiastica, & ideo qui celebrat in hoc tempore, non est irregularis, licet cessatio a diuinis sit generalis, vt dicunt Couar. Nauar. Gutt. & Henriquez. Cou in ca alma mater 2 p. §. 1. n. 5. Na. d. c. 27. n. 188. Gut. 1 q. Canon. c 10. pa. 111. Hé ri. q. 2. to lib. 13. de iterd c. 54. n. 3

2 Nota vlterius, quod tempore cessationis a diuinis possunt celebrari officia diuina in festis supra dictis in cap. præterito eadem solemnitate, ac fit tempore interdicti. Nec obstat, quod capitulum concedens in iure priuilegium dictis festiuitatibus loquatur solum de interdicto generali, quia credendum est, quod summus Pontifex, qui concessit hoc, extendat concessionem ad cessationem a diuinis ob reuerentiam dictarũ festiuitatum, vt fideles Christiani subleuati hac diuina consolatione inclinentur magis ad quærendam diuinam gratiam reconciliantes se Deo. Et sic putat hanc opinionem magis piam Couar. & Guttier. dicens, quod sic fuit practicatum in claustro vniuersitatis Salmanticensis anno 1584. in festiuitate Corporis Christi. Verum est tamẽ, quod in reliquis temporibus, si sit cessatio a diuinis, non poterunt celebrari officia diuina clausis ianuis ecclesiæ, sine sonitu cãpanæ, submissa voce secundum modificationem cap. alma mater, vt fatetur idem Couar. qui dicit, quod omnia sacramenta, quæ de iure communi possent administrari fidelibus ante dictum c. alma mater, possunt etiam administrari in tempore cessationis a diuinis, & addit, q sacramentum pœnitentiæ potest administrari in hoc tempore, non solum infirmis, sed etiam sanis. Cou. in c. alma mater 2 p. 9 4 n. Gutier. à d. c. 10 Cou. vbi supr. in fin.

3 Notetur vltra, quod qui habet priuilegium pro tempore interdicti, non habet pro tempore cessationis a diuinis, nec qui habet pro tempore cessationis a diuinis generali, habere videtur pro tempore cessationis a diuinis speciali, vt dicit Nauarrus. Alia multa sunt pro hac materia pertinentia ad religiosos, de quibus videri potest noster tractatus de Bulla Cruciatæ. Nau. ca. 27. nu. 189.

De falsarijs. Cap. CXVIII.

SVMMARIVM.

An teneatur ad aliquam restitutionem, qui falsificant monetas, aut scienter vtuntur eis, aut per ignorantiam concl. 1 & 2. nu. 1. & 2.

An peccet mortaliter notarius, qui facit scripturam falsam concl. 3. num. 3.

An sit excommunicatus, qui falsificat litteras Papæ aut eius supplicatio es iam expeditas, aut illas Nuntij Apostolici. conclus. 4. & 5. num. 4. & 5.

An sit falsarius, qui publicat reliquias falsas concl. 6. nu. 6

Quid sit necesse, vt aliquis condemnetur, vt falsarius concl. 7. nu. 7.

An sint falsarij qui rumpunt, aut comburunt scripturas, & an teneantur restituere damna concl. 8. num. 8.

An Rex teneatur restituere aliquid imponens maius pretium monetis, quam pondere valeant concl. 9 nu. 9.

1 PRima Conclusio. Qui falsificant monetam in substantia, pondere, vel signo aut qui sic vtuntur ea falsificata scientes, quod ita sit, tenentur ad restitutionem vltra peccatum, quod cómittunt, si vero falsificant solum cudentes eam absque potestate id faciendi tenétur restituere Regi damnum, quod illi faciunt, & si hac de causa aliquis captus sit, & inueniatur in flagranti delicto, tenebuntur ad damnum totum, quod inde euenit; quod quidem damnum debet restitui ijs, qui receperunt illud, si poterunt cognosci facta debita diligentia, quod si non possunt inueniri, debet restitui pauperibus, vt colligitur ex eo, quod tradit Nauar.

Nau. in Man. ca. 17 num 167. & 168.

2 Secunda Conclusio. Qui vtens falsa moneta ignoranter eadem ignorantia distribuit eam alijs non peccat, nec tenetur ad restitutionem: si tamen deficiat ignorantia, & distribuat eam alijs solués, quod emit, peccat, & tenetur ad restitutionem totius damni, quia eius error non debet alteri nocere. Debetq. aduerti, quod ille, qui dedit monetam falsam ignoranter alteri putans esse veram, & qui recepit dedit eam alteri, & non soluit damnum, quod sequutum est, tenetur ad restitutioné, si eius ignorantia sit culpabilis, quia non considerauit monetam, quam recipiebat: hanc autem restitutionem non debet facere ei, cui primo dedit eam, sed illi, qui receperit damnum, licet fuerit vltimus numero, & venerit ei moneta in manus, postquam per multos pertransierat. Notaque quod ille, qui circumcidit monetam, peccat mortaliter, & tenetur soluere hunc defectum illi, qui accepit damnum.

3 Tertia Conclusio. Notarius faciens scripturam falsam peccat mortaliter, & si fecit eam postquam condemnatus fuerat falsi, erit nullius valoris, si vero fecerit eam ante sententiam Iudicis, erit valida, vt affirmant Panorm. & Bartolus.

Pan. in c. fraternitas de hær. Bar in l. 1. ff. ad leg. Iuliam.

4 Quarta Conclusio. Qui falsificat litteras Papæ, peccat, & est excommunicatus excommunicatione Bullæ cœnæ Domini, & quantum ad forum exterius, sufficit, quod mutet vnam litteram, aut vnum apicem, licet non mutet substantiam, vt dicit Nauarrus, quantum autem ad forum interius, si fecit hoc sine dolo nullo eueniéte hinc damno proximo, non erit peccatum mortale, mutando litteram, aut punctum, remanente substantia integre, & per consequens non incurrit excommunicationem. Nota etiam, quod non incurret hanc excommunicationem qui falsificat litteras Apostolicas in tempore, quo iam non sunt validæ; nec incurrit eam, qui aperit litteras Apostolicas nihil eis addens, aut demens contra earum substantiam, vt dicit Armilla.

Nau. ca. 17. nu. 169.

Arm. falsarius.

5 Quinta Conclusio. Qui falsificat supplicationes iam datas a Papa, aut per eius præceptum, incurrit in excommunicationem Bullæ cœnæ, vt dicit Nauarrus: non incurrit tamen in illam qui falsificat litteras Nuntii, quia hæ non sunt litteræ Papales, nec incurrunt eam qui impetrant subreptitie litteras a Papa; nec illi, qui solum vtuntur litteris falsis, licet sciant esse falsas vt dicit Caietanus.

Nau. vbi supr. nu. 62.

Caie. v. exc. c. 26

6 Sexta Conclusio Falsarius est, qui vtitur reliquijs falsis causa lucri; & idé est, quando vtitur miraculis falsis non approbatis ab Ordinario, etiam intentione lucri, vt dicitur in Concilio Trid. committit etiam hic, graue peccatum simoniæ, vt dicit Nauar.

Concil. Trid. ses 25. de reliquijs & vene, Lncto. 1ec. &c Na. c. 17. nu. 169.

7 Septima Cóclusio. Vt quis condemnetur de falso, est necesse vt cócurrát tria. Primum, quod mutet veritatem. Secundum, quod id faciat dolo. Tertium, quod damnificet; & ideo qui facit scripturam inualidam, non committit crimen falsarii. Hinc infert Cordu. quod notarius qui ad instantiam patris in mandato dato procuratori pro parte iudicis ad contestádam litem contra viduam tutricem filiorum suorum super quodam negotio addit in mandato, & *cótra minores*, nó debet condemnari tá-

Cor. de casib. q. 184.

quam falsarius, quia si iudex aduertisset, sicut iussit dari procuram cōtra matrem, iussisset dari etiam contra filios minores, præterquam quod dicta additio fit sine præiudicio alicuius, Secundo sequitur, quod ille qui petit in virtute alicuius scripturæ, quam habet, ducentos ducatos, de quibus soluti sunt ei centū, non est falsarius, si centum illi, quos vltra petit, debentur ei a debitore per aliam viam, & non vult ei soluere negās debitum, quia in hoc nullum præiudicium facit parti, cum petat, quod suū est; sic enim colligitur ex eo, quod tradit Corduh. estque opinio Nauarri.

Cor. de casib q. 184. Cor. de casib. q. 111. Nau. in ca. inter ver. 2 q. 3. cond. 5. coro. 24. n. 87

8. Octaua Conclusio. Falsarij sunt qui rumpunt scripturas, aut comburunt eas, & debent restituere omnia damna, quæ inde sequuntur: vnde videant bene, quid faciant notarii, secretarii, officiales, & mercatores, & in quāto periculo versentur eorum animæ rūpentes libros rationum, & abscondētes testamenta, & alia instrumenta, quia sunt in foro exteriori falsarii, & tenentur restituere totum damnum, vt dicit Silu. Dixi in foro exteriori, quia in foro conscientiæ non sunt, quia falsitas est mutare veritatē cum dolo, & cum dāno, & hi nihil mutant, solum enim se habent negatiue operientes, abscondētes, aut comburentes scripturas, & sic solum faciunt contra fidelitatem ijs debitam, & contra iustitiam commutatiuam, imo, & contra iuramentum, & tenentur ad restitutionem, vt dicit Petrus de Nauarra.

Sil ver. falsarius q. 3.

Na. li. 3. de rest. c. 1. nu. 340.

9. Nona Conclusio. Non tenetur Rex ad restitutionem addens monetis, & earum ponderibus maiorem valorem, quam soleāt valere, si est positus in magna necessitate, & valor additus sit paruus, quia ratione sigilli publici cum illa materia habeat vim monetæ, & fiat altioris ordinis ob publicam intentionem, non est mirum quod habeat maiorem valorem, & valeat plusquam eadem quantitas materiæ similis sine illa forma, & sigillo, licet esset optime laborata, nec extraneis aliorum Regnorum fit iniuria, cum Rex non compellat eos ad capiendam hanc talem monetā. Dixi, *Dummodo valor additus sit paruus*, quia si est magnus, & notabilis, nō poterit id facere sine consensu Regni sui, tunc autem consentit Regnum quādo cōsentit maior pars Magnatum, & procuratorum ciuitatum, vt cū Silu. dicit Nau. Hinc sequitur, non esse peccatum emere reales in Castella, vbi valēt 34. monetinis, & portare in Portugalliā, vbi venduntur, & expenduntur 40. monetinis similibus; solum erit peccatum, si frangatur aliqua lex prohibens deferri monetā ab vno Regno in aliud, si forte adest in hoc casu; eritque peccatum mortale, si inde veniat Regno magnum præiuditium, & damnum.

Silu. verbo falsar. q. 7. Na vbi sup. nu. 337.

De fide Christiana, Cap. CXIX.

SVMMARIVM.

An sit licitum Christianis negare fidē ob saluandam vitam cap. 1. num. 1.

An sit licitum Christiano non interrogato dissimulare fidem conc. 2. nu. 2.

Quando quis interrogatus possit negare se esse christianum. concl. 3. num. 3

An christiani teneantur vti quodam signo statuto ab infidelibus, vt sic distinguantur ab illis. conc. 4. num. 4.

An sit licitum Christiano existenti inter infideles vti signis institutis ad honorē sui festi. concl. 5. num. 5.

An possit nunc esse de misterijs fidei ignorantia inuincibilis etiam inter aliquos Christianos conclus. 6 num. 6.

An obtinens beneficium ecclesiasticum teneatur facere professionē fidei. cōc. 7. n. 7

An Canonici teneantur ad dictam professionem qua non facta quid amittant. ibidem.

An ecclesia possit compellere principes infideles qui numquam acceperunt fidem, ne blasphement contra eam. conclus. 8. num. 8.

An declaratus hereticus amittat Regnū. concl. 9. num. 9.

Prima

1 PRima Conclusio. Illicitum est Christianis negare fidem ad saluandam vitam, si interrogentur, an sint Christiani, cum sic pudeat eos confiteri nomen Christi, qui dicit apud d. Mat. 10. quod propter hoc negabit etiam ille eos coram patre suo; & idem est si interrogatus ab aliquo tyranno, an sit Christianus metu motus taceat, ita vt alij putent ipsum non esse Christianum, vt dicit D. Greg. & refertur in decreto.

Matt. c. 10.

11 q. 3. c. exiti-mant.

2 Secunda Conclusio. Christianus nō interrogatus quicquam de fide poterit celare eam, & tacere sine peccato mortali, nisi ex eo quod tacet, timeatur dānum spirituale proximo, quia in hoc casu tenebitur respondere pro ea, licet non sit interrogatus. Hinc sequitur, qd si aliquis Christianus videat, aut audiat, quod infideles dicunt verba contumeliosa contra Christum, & quod conculcant eius crucem, & sanctorum imagines, & intelligat, quod tacente se putabunt infideles nostram fidem non esse veram, aut renegarent fideles, sine dubio tenebitur confiteri eam, licet nō interrogetur, an sit Christianus, vt dicit S. Thom. & ideo si multis Christianis existentibus captiuis, & inter ipsos est aliquis nobilior ceteris, & prudentior, tenebitur hic publicè confiteri fidem, licet sit cum manifesto periculo vitæ suæ, si aduertit, quod ex eius confessione pendet reliquorum fides, ipsoque tacente periclitabunt ceteri.

D. Th. 2. 2. q. 3. a. 60.

3 Tertia Conclusio. Christianus interrogatus ab eo, qui persequitur Christianos, si est Christianus, non in odium fidei Christianæ, sed quia iudicat, & putat Christianos esse immanes & latrones, non peccat mortaliter negans se esse Christianum, quia realiter, & vere secundum intentionem interrogantis, & secundum intentionem suam nō respondet, nisi non esse hominem immanissimum, & crudelem, vt putat.

4 Quarta Conclusio. Si turcha promulget legem, in qua iubeat, quod Christiani vtantur quadam nota, seu signo, quo distinguantur à turcis, non tenentur vti ea, licet lex fiat solum ad cognoscendos Christianos, & occidendos eos pro fide. Hęc conclusio est contra Caietanum; & probatur, quia licet lex habeat vigorem interrogationis, responsio tamen per viam signi est nimis æquiuoca, cum signum sit æquiuocum, & non institutum proprie ad significandum hoc. Vnde sequitur, quòd sine mendatio potest quis vti eo signo significans quid aliud diuersum ab eo, ad quod fuit imperatum; & sic licet iustissime ordinatum sit, qd mulieres non incedant vestitæ vestibus virilibus, nec monachi habitu sęcularium, tamen si adsit necessitas, & ad euitandam mortem, nemo dicet, quod peccent mortaliter, nec mulier neque monachus facientes contra hoc; sic enim tenet contra Caietanum Palacios; qui dicit, quod si dicta lex non fuisset promulgata cū intentione prædicta, nisi quia sic conueniret ad regimen bonum reipubl. nō peccaret mortaliter Christianus, qui deferret dictum signum pro vitanda morte, & de hoc neque Caietanus dubitat, quia lex humana non obligat cū tanto periculo.

palatios in 3. d. 23. dis. 4

5 Quinta Conclusio. Illicitum est Christiano, qui est inter infideles vti signis quæ sint inuenta ad honorem authoris sectæ eorum, quia sic protestantur suam falsam religionem; sic tenet Siluester, Caietanus, & Nauarrus: vti tamen signis, quæ inter infideles non sunt instituta ad honorem talis authoris, sed vt distinguantur à reliquis, non est peccatum mortale; quia per illa non honorant eorum falsam religionem, vt tenent dd. allegati. Nec contra hanc conclusionem facit locus 4. Reg. 5. vbi Elyseus concessit Amani leproso brachiale Regis sui, vt posset in templo adorare idolum Remon, viso quod si adorabat illud Rex, non poterat ipse facere, quin adoraret, cum Rex inniteretur ei. Ex quo loco colligebat quidam vir Catholicus, & doctissimus esse licitum Christiano existenti inter infideles

Silu. ver bo fides. § 5. & ver. infideles. § 9. Caiet. 2 2. q. 2. ar. 6 Na. c. 11. nu. 25. 4. Reg. 5 cap.

vt ratione metus mortis aliquibus signis exterioribus ordinatis,& institutis ad protestandam fidem suæ sectæ, inter quæ vnum principalius erat adoratio; non obstat dico quia huic lo o respondeo (omittens quod dicit Lyran. super illo) quod Naaman cófessus fuit verum Deum, Deum Israel,& non petiuit ab Elyseo licentiam ad adorandum idolum in dicto casu, vt aduertit Burgensis, sed dicens quod non poterat aliter facere timore mortis, & sciebat quod nihilominus peccabat mortaliter adorans idolum, in hoc casu petit cum humilitate ab Eliseo vt petat à Deo Israel veniam pro tali peccato, tamquã à vero Deo.

6 Sexta Conclusio. De misterijs fidei, & Religionis nostræ Christianæ potest esse ignorãtia inuincibilis, si non sit qui doceat, & prædicet ea; sic enim tenet S. Thom.& est contra Adrianum, & alios multos. Dixi, si non sit qui doceat, & prædicet, quia si sit qui doceat, & prædicet, non erit ignorantia inuincibilis,& ideo nullus Christianus potest excusare ignorantiam articulorum fidei quos ecclesia communiter prædicat, & solemnizat, si sit in partibus, vbi prædicantur, & docẽtur, quia si non sit in talibus partibus poterit habere ignorantiam inuincibilem, vt potest accidere puero, qui statim post baptismum fuit captus, & delatus ad partes infidelium vbi non docetur fidem, nec eius articulos, imo addit Medina, quod multi rustici Christiani, qui numquam fuerunt instructi in misterijs fidei, excusantur ob suam ignorantiam, licet habeant aliquem errorem circa eos; & etiam excusantur à peccato negligentiæ, quam habent in ipsis addiscendis, quia non est qui doceat eos. Ambulans ego per Gallitiam, inueni puerum maiorem 14. annis in quibusdam montibus custodientem suos, & cum interrogarem eum, si esset Christianus, numquam sciuit mihi respondere, ita vt possem intelligere an esset Christianus nec ne, quamuis certo intelligebam ipsum esse baptizatum: itaque cùm non habeat hi magistros, à quibus doceantur, quòd profiteantur, excusantur à sua ignorantia; illi vero quorum curæ commissi sunt, & qui deberent procurare cum sollicitudine eorum salutem, soluent integre hanc ignauiam, quia pueri petũt panem, & licet eius sit abundantia, non est tamen, qui frangat eis, quod plorat Hierem.

D. Th. 2. 2. q. 10. ar. 1.

Med. 12 q. 76 ar. 2.

Hiere. Thr. c. 4.

7 Septima Conclusio. Illi, quibus fit collatio alicuius beneficij tenentur profiteri fidem, publice promittentes permanere in obedientia ecclesiæ Romanæ, quam professionem debent facere intra duos menses post diem, quo obtinuerint possessionem beneficij coram Episcopo aut eius Vicario, aut officiali, ipso impedito; & qui in ecclesijs cathedralibus promouentur ad canonicatus, aut dignitates, non solum debent facere prędictam professionem coram Episcopo, aut eius officiali, sed etiam in suo capitulo, & si hoc non faciant, amittunt fructus, & nil valet possessio accepta; sic enim ordinat Concilium Tridentinum. Circa quod decretum primo aduertendum est peccare mortaliter eos, qui scienter omittunt dictam professionem, quia ex grauitate pęnæ, quam ista lex imponit, colligitur obligare transgressores sub pęna peccati mortalis. Secundo debet aduerti quod illi, qui ob ignorantiam, & inaduertentiam huius præcepti non impleuerunt, non possunt excusari in foro exteriori, quia hæc est ignorantia iuris communis multum clara, quæ non excusat, immo tenet Nauarrus, quod non excusaret eos à peccato in foro conscientiæ, quia hæc ignorantia, & inaduertentia nõ est sine aliqua culpa non volẽdi scire, aut omittẽdi scire cũ negligentia, qđ tenebantur scire rõne status, quẽ profitentur: & ideo tales amittunt fructus secundum id, qđ disponitur à iure, nec excusat eos à restitutione collegisse iam ipsos per spatium 3. annorum possidentes pacifice sua beneficia, quia ipsum possidere pacifice beneficia per spa-

Concil. Tri. ses. 24. c. 12. đ refor.

Nau. li. 1. cõsi. ti tu đ sũ. Trin. & fide cath. cõcl. 1.

spatium trium annorum bona fide solum valet, vt post hac habeant verum titulum ipsius beneficii, non tamen valet, vt retineant fructus tamquam proprios, vt aduertit Nauarr. Tertio debet aduerti, quod qui non faciũt professionem, nisi post trãsactum terminum putantes, quod satisfaciunt profitentes fidem, quam statim debent profiteri recipientes gradum doctoris, aut facientes eam in capitulo non peccant mortaliter, nec tenentur ad restitutionem fructuum, quia si omittunt satisfacere nõ est ob ignorantiam quam habẽt huius decreti, sed quia non recte id intelligũt, lex autem humana male intellecta non obligat in foro conscientiæ: item, quia transgrediens eam bona fide putans esse sibi iustam causam ad illud non peccat mortaliter, vt post alios resoluit Nauarr. Quarto quod debet notari est, qđ ille, qui obtinuit aliquod beneficium curatum, & non fuit professus fidem, intra dictum terminum, ipso trãsacto debet eam profiteri quanto citius possit, quia qui tenetur facere aliquam rem intra certum aliquem terminum, videtur teneri ad duo, scilicet ad faciendam eam intra dictum tempus, si possit, & ad faciendam eam ipso transacto quã-to citius possit, vt colligitur ex iure ciuili, & canonico, & late tradit Panormitanus; & talis professio facta post terminum transactum nihil iuuat ad percipiendos fructus temporis præteriti, sed ad colligendos futuros, quia regulariter quod semel ipso iure amissum est, non potest iterum ipso iure obtineri, vt colligitur ex dicto iure canonico, & ciuili. Quinto quod debet aduerti, est, quod eandem professionem fidei tenentur facere prælati regulares intra dictos duos menses post obtentam possessionem suarum dignitatũ: vt declarat Papa Pius Quartus, & tradit Nauarrus; & ratio dictat, cum militet etiam in ipsis, scilicet, vt per hanc professionem tanquam efficacissimum medium fugentur hæreses facto certo populo Christiano, quod eius cor, quod est status ecclesiasticus, & regularis, sit forte in fide & obedientia Romanæ ecclesiæ. Vltimo debet aduerti, quod per hoc decretum non amittitur titulus beneficii non facta dicta professione, & ideo illa verba, *Nec illis possessio suffragetur*, intelliguntur solum quatum ad fructus, nõ vero quantum ad proprietatem, & titulum beneficii, sic enim explicat Nau.

Nau. vbi sup.

Nau. in man. ca. 23. n. 43 & in comen. super alie. rer eccl. num. 9. & 13.

L. celsus ff de rec. arbi. cũ dilect. de dolo, & cõt. vbi Pa. n. 12 c. quam peric. 7. qu. 1. le. qui res §. areã. ff. de sol & liber. in bul. q̃ inc. iniunc. nobis. an. 1564 vbi poniturforma pf Na. d. l. 8. cons. 2

8 Octaua Concl. Ecclesia habet potestatem compellẽdi principes infideles, qui nunquam receperunt fidem, ne blasphement de ipsa vt constat ex his quę dicit D. Thom. & omnes eius commentatores, & quamuis non possit eos priuare dominio, quod habent super suos subditos infideles, potest tamen priuare eos dominio, quod habent super subditos fideles, vt resoluit Bannes.

9 Nona Conclusio. Si quis declaretur excommunicatus, quia apostata verit a fide, remanet priuatus dominio, quod habet in suos subditos, & subditi remanent liberi obligatione iuramenti fidelitatis, quod ei fecerunt vt definitum est in iure: ita vt excommunicati manifesti ob alia crimina remaneant priuati dicto dominio, vt definitum est in dicto iure relato a Diuo Thoma; quod debet intelligi, donec condemnentur. Dixi manifesti, quia, si occulte sint excommunicati non amittunt dictam iurisdictionem vt definitum est in iure, & resoluit contra Abbatem, & Felynum Bannes. Et nota, quod si sit crimen hæresis occultum, necessaria est declaratoria sententia iudicis, qua declaret esse hæreticum, hacque pronuntiata sententia iniuste dictus princeps possidebit regnum, & eius vasalli tenentur se eximere ab eius obedientia, si possint id facere, & quando crimen hæresis est multum notum, licite possunt vasalli eximere se ab obedientia superioris, antequam declaretur per sententiam iudicis, quod sit hæreticus, vt tenent Panormitanus, Felin. & Caietanus, estque multum communis sententia Theologorum, vt affirmat idem Bannes. Verum est tamen, quod

Na. li. 5. cons. 11 de ver. sig. cõs. 5. f 636. D. Th. 2. 2. q. 10. art. 10.

Bannes 2. 2. q 12 ar. 2. col 683.

c. absol. de hær. extra. c. nos sãctor. 15. qu. 6. D. Th. 2. 2. q. 12. ar. 2. in arg sed contra. L. Barb. tit. de of. pre. Bãnes vbi sup. col. 684.

Abb. in ca. cum non ab homine extra de iud,

Fel. in c. Rodulf. de rescriptis. Bañes vbi sup. col. 688.

quod ante sententiam declaratoriam non tenentur, licet possint auferre ab eo Regnum, & eximere se à suo dominio.

De Fideiussore. Cap. CXX.

SVMMARIVM.

An fideiussor teneatur in conscientia soluere debitum, antequam condemnetur, concl. 1. nu. 1.

An peccet creditor non recurrens prius ad creditorem, quam ad fideiussorem, sed econtra concl. 2. nu. 2.

An fideiussor teneatur ad debitum prorogante terminum creditore concl. 3 n. 3.

An fideiussor possit petere aliquid ratione fideiussionis. concl. 4. nu. 4.

1 PRima Conclusio. Fideiussor tenetur in foro conscientiæ soluere debitum antequã petatur ab eo per litem coram iudice, & sit condemnatus ad soluendum, quia fideiussor alienum debitum fecit propriũ, & ideo in conscientia tenetur soluere, & etiam quia creditor non daret rem suam, si non interponeretur talis fideiussio. Vide Pet. Nau. de rest. l. c. c. 4. nu. 150. 151.

2 Secunda Conclusio. Creditor peccat recurrens prius ad fideiussorem, quam ad debitorem principalem, & non admonens prius ambos, vt soluant ei, antequam exequatur ius suum contra illos, si id possit facere faciliter; quia exequi mandatũ contra aliquẽ est vnicuique indecorum, cum amittat æstimationem in Republica, & recipiat turbationem, & dolorem non paruum, & queritur multum de creditore, quia iubeat illum pati illã vexationem, priusquam admoneat illum, ponens etiam ipsum in occasione soluendi decimam, si non potest satisfacere intra diem naturalẽ, vt tenet Nau. qđ ego putarẽ esse verũ, nisi monito debitore periculũ sit fugæ, & timeatur qđ abscondentur bona sua; quia nullus sub pœna peccati tenetur vitare malum temporale proximi cum detrimento suorum bonorum.

Nau. li. 3 de restit. c. 4. nu. 153.

3 Tertia Conclusio. Qui fideiussit pro alio, quod solueret intra annum, si ipso præterito debitori prorogetur terminus, non tenetur amplius ipse fideiussor ei creditori; & ideo qui fideiussit pro aliquo locante domum pro vno anno, si postea locat eam pro alio tempore, cessat fideiussio; si vero fideiussor obligauit se absolute non dicens, quod soluéret debitor intra certum tempus, quãuis solutio differatur, non cessat fideiussio, quia in hoc potius fauetur ipsi fideiussori, cum posset creditor, si vellet, recuperare pecuniam suam. Verum est tamen, quod non semper est vtile fideiussori, quod patientiam habeat creditor, quia potest principalis debitor vergere quotidie ad maiorem inopiam, ita vt non possit postea satisfacere; vnde erit necesse vt ipse fideiussor compellatur soluere absque eo quod tunc possit ipse reparare damnum suum, & ideo fideiussor potest compellere debitorem vt liberet eum, & faciat immunem, & si nõ facit, tenebitur ad totum damnum, qđ inde euenerit illi, vt dicit Syluester.

4 Quarta Conclusio. Fideiussor potest licite petere aliquid pro fideiussione, vt tenent omnes communiter, etiam licet non sit periculum, nec labor, vt tenent Caieta. Sotus, & Nauar. quia obligatio quam facit est æstimabilis; quod constat, quia alias sequeretur, quod si ego darem mutuo alicui centum ducatos hac conditione, quod fideiussurus sit pro me tali tempore, non facerem peccatum, quod nullus dicet, cum certum sit tunc habere me præter sortem principalem quid aliud, nempe illam obligationem, quæ est æstimabilis, vt resoluunt Siluester, Couar. & Cordub.

Sil. ver. fideiussor q. 12 Caiet. 2. 2. q. 78. ar. 2. So. lib. 6 de iust. q. 1. ar. 2. Nauar. c. 17 nu. 283. sub lit. A. §. in nu. 63 Syl. ver. vsur. 7. q. 6. Couar. l. 3. va. c. 1. Cordub. de contra. q. 40

De fidecommisso relicto incapaci. Cap. CXXI.

SVMMARIVM.

An pater carens filijs legitimis extra testamentũ possit dare amico totam rem suã

ut

... det eā filio suo adulterino. concl. 1. n. 1.
An possint esse hæredes clericorum initiatorum ordine sacro aut religiosorum filij eorum. concl. 2. num. 2.
An dicti clerici possint dare bona sua alicui amico confidenter, qui daturus sit filijs suis. ib. d.
An valeat iuramentum, quod fecit amicus non manifestandi, qualiter fuit ei relicta hæreditas hac conditione. concl. 3. num. 3.
An filij initiatorum ordine sacro possint succedere matribus. concl. 4. nu. 4.

1 PRima Conclusio. Pater extra testamētum potest dare amico totam rem suam carens filiis legitimis, vt det eam filio suo adulterino, & amicus tenetur de iure naturali filio adulterino dare eā, & filius adulterinus potest eam in foro conscientiæ licite retinere, quia lex solū prohibet, quod sit hæres, ꝙ sit in testō, in tantum vt dicat Sotus, ꝙ si pater careat filiis legitimis, & per suā manum propriam dederit filio adulterino oīa bona sua, filius talis potuit ante condemnationē iudicis ea licite retinere, cum hęc lex sit pęnalis, & debeat restringi, & ideò retinens ea nō tenetur restituere fisco ante condemnationē: q̄ sententia Soti, tanquā pia multū pbabilis tenetur a F. Ludou. Lopez.

Soto in 4. d. 41. q. vnic. art. 4.

Lupus in instr. negl. lib. 2. c. 46. p. 519. & col. 2. & in inst. consc. 2 p. c. 18.

2 Secunda Conclusio. Filij clericorū sacro ordine initiatorum, & religiosorum non possunt esse hæredes patrum suorum, nec consanguineorum ex parte patrum suorum, nec possunt gaudere quocumque legato, & actione quā dederint ei patres, aut dicti eorum consanguinei, vt ordinatum est in his Regnis in quadam lege nouæ compilationis; & dicit Sotus, quod hęc lex non est omnino pœnalis respectu filiorum clericorum, sed quòd inhabiles eos reddit & incapaces ad bona paterna. Vnde infertur, quod non possunt eis relinquere dicta bona, nec ipsi bona conscientia possunt retinere. Verum est tamē, quod dicti clerici possunt dare bona sua alicui amico facientes ei donationem dictorum bonorum sine vlla conditione fidentes quod dabit ea filiis suis; qui amicus, licet bona conscientia possit retinere, si tamen est fidelis, & verus amicus, probabiliter potest credi, quod dabit ea dictis filiis sacrilegis: quod potest quidem facere bona conscientia, & ipsi eadē possunt recipere, quia vere, & realiter nō recipiunt bona patris, sed dicti donatarii, cuius dominium acquisitum fuit, cum sine vlla conditione relicta fuerint ei prædicta bona titulo donationis; hanc conclusionem tenet Sotus, Didacus, Perez, Salzedus, Rosas, & Nauarrus. Dixi sine vlla conditione, quia si dentur amico cum conditione, quòd det ea filijs, non poterit amicus recipere talem donationem, nec dare filiis, quia hoc esset trāsgredi legem iustam, quæ obligat in conscientia in materia graui, sed debet dare eam fisco cū suis fructibus, cui debetur ante sententiam Iudicis, quia hoc non est solum pęna, quæ debeatur post sententiam, sed est quædam incapacitas, & inhabilitas respectu quarum sunt filii incapaces dictorum bonorum applicatorum statim fisco a dicta lege, vnde statim debent ei restitui, vt dicit Gregor. Lopez, Sotus, Rosas, Salzedus contra Couarruuiam & alios. Ex dictis sequitur, quod cum hæc lex loquatur solum de filiis, non videtur deberi extendi ad nepotes dictorum clericorum natos ex legitimo matrimonio; & ideo possunt habere & retinere dicta bona, quia licet dicti nepotes in materia fauorabili teneantur vt filii, in materia autem odiosa, vt est ista, de qua agimus; non tenentur pro taliibus. Hanc sententiam tenet Ludouicus Lopez.

L. 6. li. 5 titu. 18. nouę cōpil. Sot. vbi sup.

Soto li. 4. de iustit. q. 5. art. 1. ad 4. col. 1. Perez. in l. 2. ti. 15 li. or. fo. 306. Salzedus in practic. crim. c. 64. Rosas i ep. succes. c. 20. n. 161. Nau. li. 3 cons. tit. de testamentis cons. 8. fo. 204. Greg. in l. 23. ti. 7 p. 6. Soto, Rosas Salzedus. vbi sup. Lopez i instr. negot. li. 2. c. 46. pa. 520. colum. 2.

3 Tertia Conclusio. Non valet iuramentum, quod hic amicus clerici facit non manifestandi scilicet, quod fuerit ei facta dicta bonorum donatio cū tacita conditione dandi ea filijs eius sacrilegis; sic enim post alios tenet Nauarrus. Quod procedit, quando est interrogatus a Iudice, aut accipit eum in testem, præcedente infamia, aut indi-

Na. in c. Inter verba 11. q. 3. p. fin. corol. 65.

tijs clamorosis contra ipsum de tacita confidentia, quæ habita est in eum a dictis clericis: quia si crimen est occultū, & solum agitur de pœna, & non de restitutione damni lati, non potest constringi ad testificandum, si non præcessit infamia, & cum non teneatur testificari sic tenetur respondere, vt constet dicere verum vt ens verbis amphibologicis, vt in tractatu ordinis iudicialis dicetur tractando de testibus, cap. 7. nu. 8. sic enim dicit Couarruuias, quem sequitur Matienzus.

Cou in 4 2. p. c. 8. §. 5. n. 10. Matiēzo in l. 6. gl. 8. lib. 5 nouæ cōp.

4 Quarta Conclusio. Filij presbyterorum, aut initiatorum ordine sacro nō possunt succedere matribus, vt determinat ius commune, & est opinio communis omnium, & tradit Siluest. post Panorm. & Suarez, & probat quædam lex Tauri, & ideo non possunt eis quicquam relinquere per viam legati, aut fidecommissi, nisi eo modo, quo dictū est de patribus.

Silu. verbo filij. n. 4 iuxta fin. Pan. in c. per venerabilem qui filij sint legitimi Suarez in l. 1. n. 29. tit 3. l. 3. fori. le. 9 Tauri.

De Festorum sanctificatione. Cap. CXXII.

SVMMARIVM.

An ciuitas, aut oppidum teneatur seruare festa sub pœna peccati mortalis, an ipsa eius vicini & ciues teneantur seruare, licet sint in locis vbi non custodiuntur talia festa. concl. 1. num. 1.

An vicini seu ciues vnius oppidi teneantur custodire festa votiua. ibid.

An ob pietatem & eius causa possit fieri opus laboriosum in festis ibid.

Quando incipiat festum ibid.

An sit licitum in diebus festiuis vestire nudum, & copiare & traducere quaternos, aut scribere, concl. 2. nu. 2.

An sint aliqua opera, quæ non sint seruilia prohibita in die festo, & an sint licita in talibus diebus belli simulacra, agitatio taurorum, & alia similia. concl. 3. num. 3.

An paruitas operis seruilis excuset a peccato mortali. concl. 4. num. 4.

An sit licitum sutoribus, & cerdonibus tenere apertas ianuas domus, seu officinæ, & vendere in die festo concl. 4. nu. 4

An in eodem die liceat radere barbam, molere in molendinis domesticis, cribrareque farinam, concl. 4. num. 4. ibid.

An sit peccatum in diebus festiuis piscari tunnos, sardas, coquere furnos calcis, & laterum ac saponis. concl. 5 nu 5.

An sit peccatum laborare in die festo necessitatis causa concl. 6. nu. 6.

An peccent famuli operantes de mandato eorum in die festo. concl. 7 nu 7.

1 PRima Conclusio. Quæcumque ciuitas, aut oppidum tenetur custodire festa, quando, & quomodo præceptum imponit sub pęna peccati mortalis; nec tenetur quis custodire festum loci sui, si inueniatur in alio loco tanquam hospes, & peregrinus, in quo nō est præceptum eius festi, sicut econtrario non potest operari in die festo alicuius loci, vbi inuenitur vt hospes illo die, vt dicit Nauarrus cum communi, licet in suo loco non sit festum. Hinc sequitur non peccare illum, qui discedit a loco proprio, vbi est hodie festum ad operandum in alium locum, vbi non custoditur illud festum, dummodo si exeat ipso die festi a loco suo, audiat prius Missam; quia alias non audiens illo die Missam peccat mortaliter prout tenet Nauarrus. Quod debet intelligi, quando nulla est constitutio, aut consuetudo in contrarium, vt est (vt intelligo) in multis locis Regni Portugalliæ; & religiosi, licet sint exempti, tenentur obseruare festa oppidi in quo commorantur, vt præcipit Concilium Tridentinum: quod procedit, etiam si festa sint votiua confirmata ab Ordinario, quia ipsi etiam putantur ciues illius oppidi; & ideo sicut reliqui vicini eius tenentur ea custodire: quod procedit, licet ab hinc centum annis essent facta dicta vota, quia hoc oppidum, & eius omnes præteriti, & præsentes tenentur, vt vnus populus. Nec ratione pietatis possunt ipsi in domibus suis facere operari operarios sæculares, quia opus

Nau ca. 13. n. 3.

Nau. vbi sup.

Concil. Triden. ses. 25. c. 12. de Regul.

opus seruile ex se respectu pietatis non desinit esse seruile: nec ego inuenio priuilegium, quo concedatur illis licentia ad illud, & posui diligentiam in hoc indagando. Vnde debent procurare licentiam ab Ordinario ad supradicta: quia si non habuerint eam, peccabunt prælati mortaliter consentientes, quòd sæculares in diebus festiuis operentur in eorum domibus, si non est alia causa vltra eleemosynam, & pietatem, qua possint excusari, vt est necessitas: quòd est ordinatum in sancta prouincia D. Iacobi.

Nota autem, quod festum incipit à dimidia nocte diei festi vsque ad dimidiam noctem sequentem, vnde possunt operarij operari vsque ad noctem dimidiā vigiliæ sine vllo priuilegio, quia consuetudo sic admisit, quæ habet vim iuris, vt dicit Nauarrus. Nau. ca. 13. n. 5.

2 Secunda Conclusio. Licitum est in die festo vestire nudum, & cibare esurientem, &c. quia opera ex se sunt pia, non est tamen licitum titulo pietatis ædificare pontes, arare prædia, aut fodere vineas pauperum, operari in ecclesijs gratis: quia hæc opera ex se sunt seruilia, & bona intentio facientis non facit, quod ipsa non sint seruilia, nec tollit eorum naturam, vt dicit Nauarrus: sicut intentio lucrandi non facit opus seruile, quod ex se non est tale, vt dicit idem author, & Medina cum communi. Vnde Scholasticus, qui traducit, extrahitve copias quaternatiorum, seu librorū, aut manuscriptorum in die festo ratione lucri, non transgreditur ipsum festū, quia scribere quaternos ex se non est habitum pro opere seruili, licet, si est notarius, copiare, aut transferre processus, & scripturas puto esse transgredi festum, quia sic admissum est in vsu, & consuetudine, quæ non condemnat scholasticos aliosque similes, qui traducunt aut extrahūt copias quaternorum pro aliquo lucro, & condemnat notarios scribētes suos processus. Ex dictis infertur, quod nō transgreditur hoc præceptum venans die festo, quia hoc non est opus seruile, neque itinerans dummodo audiat primo Missam, quia sic cōsuetudo admisit: qua etiam introductum est, quod agasones non transgrediantur festum etiam discedentes die festo à domo sua, dummodo prius audiuerint Missam.

Nau. vbi sup. nu. 4.

Nau. vbi supra nu. 1. & nu. 20. Med. in sum. fol. 95.

3 Tertia Conclus. Aliqua opera sunt, quæ non sunt seruilia, & tamen sunt prohibita in die festi. Primum est mercatum, seu nundinæ. Secundum iudiciū ciuile, aut criminale, quia non est licitū facere processus, & dare sententias in his diebus, nisi necessitas postulet, vt postulat in colonis, qui diebus feriatis ob suos labores non possunt accedere ad sollicitandas suas lites, producendo testes, &c. Tertium est præstare iuramentum, nisi fiat ratione pacis conciliandæ, aut alterius necessitatis.

Nota autem, quod exercere belli, simulacra, & ludos equestres in diebus festiuis extra tempus quadragesimale nō reputatur communiter peccatum mortale, vt dicit Syluester, licet Ricchardus, & summa Angelica dicant cōtrarium. Nec dicit Corduba, quod putat peccatum mortale facere dictos ludos, & simulacra in tēpore Aduentus, quia non est tempus pœnitentię, vt est Quadragesima, licet Syluester dicat contrariū, ludere vero pila, & exercere alios ludos similiter publicè feria quinta in Cœna Domini, & feria sexta in Parasceue oēs dicunt esse peccatum mortale, eo quod hoc tempus sit ita Sanctum: & ob eandem rationē puto ego peccare mortaliter consentire quod agitentur tauri in tēpore, quo obtinetur aliquod Iubileū, & eadem ratione, qui accedunt ad prædicta belli simulacra tempore Quadragesimæ, & ad spectādos ludos supradictos in simili tēpore peccāt mortaliter, lætantes in visione taliū, & quod fiant scientes esse peccatum, sicut ille qui lætatur, quod quis sine causa transgrediatur præceptum ieiunij, & saturetur carnibus in tempore Quadragesimæ, sic enim docet Medina, & tenet Corduba.

Silu. tit. chorea, qu. 2. & tit. lud. q. 2. §. 7. Cor. de casib. q. 42.

4 Quarta Conclusio. Paucitas operis seruilis facti in die festo excusat à pec-

Med de restit. c. 11. f. 70. Cord. vbi sup.

peccato mortali: vnde vendere his diebus, dummodo parum temporis consumatur, non est peccatum mortale, nisi prohibeatur ab Ordinario ob multã licentiam, quam videt in sua Republ. Vnde non peccat mortaliter tonsor radens vnam barbam, sed peccabit tondens multas barbas: & eadem ratione non est peccatum mortale molere in molendinis fluuialibus, aut venti ob paucum laborem, qui in hoc exercetur, præcipuè si sit consuetudo, & non sit mandatum in contrarium; contrarium tamen debet dici de molitione in molendinis domesticis ob multum laborem eorum, & occupationem, nisi necessitas vrgeat.

Ex dictis sequitur, quod præparare materiam in die festo, qua debet fieri opus seruile in die sequenti, est peccatum mortale, aut veniale, secundum laborem & occupationem, quæ in eo ponitur: vnde peccant qui ex molliunt, & præparant lectum in die festo ad faciẽdos lateres die sequenti, & idem est discernere farinam in die festo, ex qua debet confici panis die sequenti, nisi consuetudo admiserit, & superiores non contradixerint, vt colligitur ex eo, quod notatur in iure. Nec puto peccatum saltem mortale, quod cerdones habeant officinas patentes in diebus festiuis, & occupentur in venditione calceamenti magis quam diebus feriarum, quia consuetudo iuste sic admisit, cum tunc soleant coloni accedere ad emendum qui non possunt alijs diebus; & si vnus abstineat à venditione vendentibus alijs, pateretur damnum, & incommodum; & præceptum obseruationis festi non obligat cum tanto periculo, sic enim tenet Nauarrus.

c fin. de cõsuet.

Nau. li. 2. consi. tit. de ferijs, cõs. 1. f. 101.

5 Quinta Conclusio. Non peccant qui in diebus festiuis piscantur tunnos, sardas, sardenas, & alia similia, quæ certis quibusdam temporibus solent accurrere piscantibus, quibus præteritis non amplius possunt colligi, nec illi qui coquunt furnos calcis iam incæptos coqui, quia si inchoentur coqui, & non mittantur continuè ligna vsque ad finẽ coctura, totum opus corruet; & idem est de furnis laterum, & vasorum figulinis incæptorum coqui.

6 Sexta Conclusio. Non peccant operantes diebus festiuis cum necessitate, scilicet vt sustentent familiam suam, quæ patitur famem dummodo hoc fiat secretè, & audita Missa non adsit scandalum; nec huiusmodi operantes incurrunt in pœnam excommunicationis, quam prohibet Ordinarius operari in diebus festiuis; quia hæc sententia generalis solum prohibet, quod non est concessum, quia si aliud dictaret, diceremus continere intollerabilem errorem, vt dicit Nauarrus. Qui vero operantur in festis Sancti Michaelis Septembris, & sanctæ Crucis eiusdem mensis, & in die Innocentium, & Sancti Syluestri, non peccant, nisi cadant hæc festa in Dominicis, vt concessit Eugenius IIII. Nau. vbi supra nu. 14.

7 Septima Conclusio. Famuli, qui pepigerunt cum heris suis seruire eis, vt doceantur eorum artem, non desinunt quin peccent operantes in diebus festiuis præcipientibus dictis magistris; licet non possint ab alijs recipi nisi cum hoc onere; quia magis tenentur ad obedientiam Dei, & ecclesiæ quam eorum: quod intelligitur, nisi necessitas eorum fuisset tanta, vt excusaret eos à tali custodia festi, vt dicit Nauarrus. Et sic famulus ministrans, & adiuuans herum suum ad opus seruile in die festo, si non peccat herus, nec ipse peccat; peccaret tamen, si non esset talis necessitas, laboralis, vt doceatur ab eo officium, & artem illam, & ne illum ejiciat à domo: quod est verum, licet non inueniret alium, qui vellet ipsum domi tenere; quod puto esse verum, nisi non addiscens illam artem non habeat viam aliam viam viuendi honeste. Vnde aduertant multum Confessarij, & interrogent heros, & familiares, si peccent circa hoc, & non absoluant heros qui compellunt famulos ad opus in diebus festiuis, non coacti necessitate, si nõ proponant

Nau. li. 1. consiliorum, titu. de confess. consil. 1. idem in Man. c. 13. nu. 6. & 7.

ponant firmiter, quod non sunt facturi dictam violentiam, & audientes postea seruos, & famulos dictos non absoluat eos, nisi proponant firmiter discessuros se à domibus eorū, nisi necessitate premantur addiscere illam artem, vt dictū est, & docet Nauarr. Nau. vbi supra c.13. nu. 10 & 11

De obligatione audiendi Missam diebus festis, & qualiter satisfiat hoc præcepto.

Cap. CXXIII.

SVMMARIVM.

An teneantur Christiani audire Missam integram in diebus festis, conclus. 1. numero 1.

An qui audit Missam ob deuotionem in die festo satisfaciat praecepto, conclus. 2. num. 2.

Quid sit necesse vt quis satisfaciat praecepto, ibid num. 3.

An Clericus satisfaciat audiens Missam, & simul dicens horas canonicas, ibid.

An teneatur mulier audire Missam, licet sciat probabiliter, quod exiens in publicum desiderabitur ab hominibus amore lasciuo, conclus. 4. num. 4.

An committat duo peccata, qui omittit Missam ob amorem inordinatum studendi num. 5.

An satisfaciat huic praecepto, qui audit Missam extra suam parochiam, conclus. 6. num. 6.

An sit obligatio audiendi Missam in Sabbato sancto, & aliis diebus solemnibus non praeceptis conclus. 7. num. 7.

An teneantur audire Missam mercenarij, qui operantur extra oppida, conclus. 8. num. 8.

Quibus de causis quis non teneatur audire Missam, conclus. 9. num. 9.

An agasones peccent omittentes Missam, quia pernoctauerint extra oppida pascentes animalia sua, ibid.

An pastores possint omittere Missam ob custodiam gregis sui, ibid.

An viduae & virgines teneantur audire Missam in locis, vbi non est consuetudo non exeundi, ibid.

An peccent, qui audiunt Missam à publice excommunicato, suspenso, & concubinario, conclus. 10. num. 10.

PRima Conclusio. Tenetur omnis Christianus accedens ad ętatem discretionis audire Missam omnibus diebus festiuis de præcepto in loco vbi inuenitur: satisfacitque huic præcepto audiens Missam ab Euangelio: audire vero eam dicto Euangelio non est res secura, sic enim tenet S. Antoninus, & videtur consentire Sotus, quod debet teneri, licet Nauarr. dicat, quod qui audit Missam solum dicta Epistola, peccat mortaliter, & qui in fine Missæ post cōmunionem sacerdotis discedunt, non peccāt mortaliter. Satisfacit etiam huic pręcepto audiens dimidiam Missam ab vno sacerdote, & dimidiam ab alio secundum opinionem hominum sapientum, licet contrarium sit securius vt dicit Medina. Noteturq́; quod licet dicat Nauarr. satisfacere præcepto illum, qui post finem illius Missæ legit, aut audit à principio Missæ vsque ad Epistolā, contrarium tamen debet teneri secundum opinionem eius, quod satisfaciat, qui audit Missam ab Epistola: quia post Missam, quod legitur, aut auditur ex illa, non pertinet amplius ad sacrificium, quod requiritur, vt satisfaciat præcepto. D. Ant. 2. p. ti 9. cap. 10. vers. dicit. Sot. i 4. q. 2. ar. 1 Nau in Man. ca. 22. nu. 2. Med. in sum. fol. 95. pag. 2. Nau. vbi supr.

2 Secunda Conclusio. Si aliquis ob deuotionem audit Missam in die festiuo præcepti ignorans, quod tunc erat obligatus ad audiendum eam ratione præcepti, satisfacit præcepto: hæc conclusio est contra Martinum de Ledesma, qui dicit, quod non satisfacit, quia vt actus virtutis obligans sub præcepto satisfaciat pręcepto, est necesse, quod fiat cum electione, & consideratione volendo satisfacere præcepto, vt dicit S. Tho. nec sufficit, quod fiat ob alium finem: nostra tamen conclusio est vera, & probatur, quia nullus est, qui audiat Missam in D. Tho. 2. 2. qu. 100. ar. 9

in diebus festiuis præcepti, qui non habeat intentionem saltem virtualem satisfaciendi ipsi, si sciret, quod ille dies erat festiuus, & ideo contra Ledesmam tenet Ludouicus Lopez, licet respõdeat eius argumento diuerso modo dicens, quod vt satisfiat huic præcepto est necesse quod antea habuerit Christianus actualem intentionem satisfaciendi cũ illa Missa, quam audit, licet ignoret, aut non aduertat, si illo die sit festum necesse, vt audiat cum actuali intentione; quę responsio tam limitata in materia, quam tractamus, est nimis scrupulosa pro illis, qui obliti sunt, an habuerint illam actualem intentionem satisfaciẽdi festo, at in rebus moralibus oportet ita loqui, vt non detur ingressus scrupulis, præcipuè in hoc præcepto, quod tã continuo obligat.

Lop. i in sūr. neg. l. 1. c. 53. fol 199. col. 1.

3 Tertia Conclusio. Vt satisfiat obligationi audiendi Missã, est necesse; quod audiatur cum toto actu humano, qui potest adesse, licet sit aliud sinistrũ propositum, & misceantur aliquæ conuersationes ita breues, vt non interrumpãt intentionem. Verum est tamen, quod tanta potest esse loquela, & diuersio, vt committatur peccatum irreuerentiæ, & scandali; sufficitque esse præsentẽ Missę præsentia quadam morali, licet non audiatur sacerdos, & satisfacit huic pręcepto clericus audiens Missam: & dicens simul horas canonicas ad quas tenetur, quia eodem actu satisfit duobus pręceptis, sicut accidit debitori, qui vidẽs creditorem suum positum in extrema necessitate soluit ei, quod illi debet, qui eodem actu soluit debitum, & satisfacit præcepto Charitatis: sic enim tenet Medina; & hac ratione soluuntur argumenta eorum, qui tenent contrarium, inter quos est Cord. Sequens Scotum, & Syluestrum. Hinc sequitur, quod cũ clericus possit pręstare attẽtionem Missæ, & horis Canonicis, & sic satisfacere his duobus præceptis, etiam satisfaciet pęnitens audiens Missam, & dicens pęnitentiam seu satisfactionem, quam tenetur dicere.

Medina vbi sup. f 95. & 96
Cord. l. 1. qq. q. 4

4 Quarta Conclusio. Tenetur mulier audire Missam, licet probabiliter sciat, quod exiens domo desiderabitur ab aliquo, amore lasciuo; quia tunc potest exire non compta nec fucata, sed velata facie honeste, ita vt nullus licet fragilis possit capere occasionem, cupiditatis lasciuæ; sic enim tenet Medina; & si nihilominus putat, quod dœmon facturus sit officium suum vtens humana fragilitate, non tenebitur audire Missam per duo, aut tria festa, nõ vero amplius, quia ob malitiam vnius carnalis nõ debet hęc mulier priuari sua libertate claudens se ad modum monialis; potius tenetur audire Missam cum possit exire in publicum locum, cum præceptum audiendi Missam obliget illos, qui possunt audire.

Medina 1. 2. q. 20 art. 5.

5 Quinta Conclusio. Ille, qui ob amorem inordinatum studiorum omittit audire Missam, non committit nisi vnũ peccatum loquendo formaliter, licet amor inordinatus litterarum, & omittere Missam loquendo materialiter sint duo peccata distincta: nostra conclusio probatur, quia quando quis omittit Missam ob amorem studij in hoc casu, si amor est inordinatus, est, quia eius ratione omittitur Missa, & ideo loquendo formaliter non habet aliam malitiã præter eam, quæ est non audire Missã, sic enim tenet Medina, disputans contra alios, qui tenent esse duo peccata dicentes, quod necessario debent confiteri; sed attenta hac conclusione, & opinione sufficit, quod ille, qui omittit Missam, dicat dum confitetur, quod omisit Missam absque eo, quod dicat ob studium, &c. quia addere hoc potius alleuiat peccatum, cum minus peccatum sit omittere Missam ob studium, quam ob libitum suum, cum hoc non habeat excusationem, illud vero sic; contrariũ autem debet dici, si quis omittat Missã ob aliquod peccatum mortale.

Medina 1. 2. q. 71 art. 5. p. 630.

6 Sexta Conclusio. Satisfacit huic præcepto, qui audit Missam extra Parochiam suam, licet non sit causa rationabilis ad illud. Verum est tamen quod

pecca-

peccabit ille, qui ob contemptum Parochi id fecerit, qui quidem contemptus accidit, quando offendit eum notabiliter verbis iniuriosis, vt explicat Altisiodorensis; eritque peccatum mortale, quia contemptus in quacunque materia habet adiunctam culpam mortalé; vt dicit Couar. estque nostra conclusio tam vera, vt præcipiente Episcopo sub excommunicatione, quod nemo audiat Missam, nisi in sua parochia, erit illud mandatum nullius valoris, quia audire Missam, & satisfacere præcepto extra parochiam, est consuetudo generalis, quam non potest Episcopus tollere, sicut non potest ius limitare. vt declarat, resoluitque Guttierez. Noteturque, quod in ecclesijs fratrum minorum ob seruantiæ potest audiri Missa in diebus festiuis satisfaciendo præcepto, vt concessit Leo X. quod secundum id, quod dictum est, nō est priuilegium, sed quædam declaratio ad abolendos scrupulos gentis ignorantis; hocq; etiam ob vitādas lites, quas possent excitare Parochi simplices: videatur Nauarrus, & Medina, qui addit, quod peccat mortaliter Episcopus, qui præciperet contrarium sub pena excommunicationis.

Altis. 2. p. 1. Theol. tr. 19 Cou. in ca. alma mater. 2. p. § 7. n. 4. ad fin.

Guttier. in qq. canō c. 30.

Nau. ca. 21. nu. 5. Medina in sum. fol. 201.

7 Septima Conclusio. Attento quod præceptū audiendi Missam solum obliget in diebus festiuis, licet sint reliqui dies multum solemnes, sicut feria 6. in Parasceue, sabbatum sanctum: quarta feria cinerum, non est obligatio sub pena peccati mortalis audiendi eam, sic enim dicit Medina.

Medina vbi sup. f. 220.

8 Octaua Conclusio. Tenentur audire Missam mercenarij, qui operantur extra oppida per tria milliaria distantes ab ecclesia, ad quam possunt accedere, quia hi sunt homines robusti, & possunt ferre hunc laborem; verum est tamen, quod in hoc non potest dari regula certa, sed debet relinqui arbitrio boni viri consideratis circunstantijs temporis, & loci, sic enim tenet Nauarrus.

Nau. in Mau. ca. 21. nu. 4.

9 Nona Conclusio. Multis de causis remanere potest quis liber à debito audiendi Missam. Prima si audire eam est detrimentum suæ vitæ, honoris, aut bonorum, sicut si timet, quod vulnerabitur in itinere, & sicut si careret pallio homo honorificus, aut aliqua re graui, & necessaria, aut si aliqua mulier nō habeat velum, aut quid simile. Secunda causa pietatis, & ideo qui curat infirmos; non tenetur audire, si ex eo timet passuros detrimentum in sua cura. Excusantur etiam itinerantes cum bona societate, quam amitterent si demorarentur. Etiam excusantur agasones, qui nolunt accedere ad oppidum ad audiēdam Missam, propterea quod est illis multum commodi remanere extra in aliquo prato pascēdo equos, aut mullos suos, vnde lucrantur aliquid, quia in hospitijs consumerent pecunias, & nō possent inde viuere, & sustentare familias suas tam cōgrue; sic enim colligitur ex eo, quod tradit Nauarrus. Etiam mulier non peccat omittens Missam, quando eius maritus non vult, quod exeat domo, & si exit, rixatur, & est pauca pax. Nec peccat pastor omittens Missam, si est vnicus, quia relicto grege, aut eueniret damnū notabile, aut veniret lupus, & raperet oues, si tamen sint duo pastores in territorio, & duo missæ in ecclesia illius, teneretur vnus audire vnam missam, & alius aliam: dicitque Nau. quod Confessores debent obligare dominos gregis, vt habeant sufficientes famulos ad custodiam eius, si id possint facere, vt possint audire missā, licet dicat quod consuetudo potest introducere, quod satisfaciant audientes missam in aliquibus diebus solemnioribus, & non peccent non audientes in reliquis diebus festiuis. Addoque ego, quod si sint duo pastores, & non sit nisi vnica missa, tenentur pangere inter se, quod vnus eorum audiat hoc die missam, & alios alio die, quia ille, qui nō potest adimplere præceptum in totum, tenetur adimplere partem, quam potest. Excusatur etiam vidua, quæ omittit Missam certis temporibus ob consuetudinem, quæ est in loco; & idem est dicendum de matribus, quæ relinquunt domi filias suas vsque

Nau. ca. 13. & c. 21. nu. 3. & tit. 2. conf. tit. de feriis. conf. 3.

Nau d. c. 2. cōs. 5.

ad certam ætatem, quia sic est de more: Prędicatores tamen deberent reprehendere hanc consuetudinem, & Confessarij debent multum persuadere, & increpare matres ob mala, quæ relictis solis virginibus domi solent euenire, (id Domino permittente) & deberent monere Ordinarios, vt fugarent similes consuetudines Noteturque, quod non puto esse rem securam, quod viduæ detineantur domi per totum annum integrũ a morte mariti sine auditione Missarum, quia licet Siluester, & alij graues doctores concedant valere consuetudinem aliquorum locorum, scilicet quod contineantur domi per spatium vnius mensis, non ideo debemus concedere idem esse validum per spatium vnius anni, vt arguit Nauar. quia eodem modo possemus dicere, quod possent esse duo anni, & tota earum vita, quod nemo debet dicere; & etiam quia ratio Nauarri contra Siluest. & reliquos authores videtur habere paucam vim, quia non valet argumentum, est valida cõsuetudo vnius mensis: ergo duorum & trium erit valida, & per consequens etiam vnius anni: quia consuetudo vnius mensis est rationabilis, illa vero duorum, aut plurium est irrationabilis, & gentilica, & vt consuetudo excuset contra præceptum obligans ad peccatum, & legem positiuam debet esse rationabilis; & tunc est rationabilis, quãdo lex, quæ ordinat, quod consuetudo admittit, est rationabilis, vt resoluit doctè Siluest. certumque est, quod si in aliquo tempore, aut loco aliqua lex ecclesiastica pręciperet, quod viduę continerent se domi per tres, aut plures menses absque eo quod irent ad ecclesiam, quod putaretur irrationabile, & gentilicum Vnde debent eam Episcopi reijcere in suis dioecesibus, si sunt ibi similes consuetudines sub grauibus pœnis impositis contra transgressores. Et nota, quod tempore interdicti nemo potest audire Missam, nisi ratione alicuius priuilegij, & qui habent illud, tenentur audire Missam, vt explicauimus in expositione cruciatæ.

Sil. ver. consu. num. 2.

10 Decima Conclusio. Non potest quis sine peccato audire Missam ab eo, qui est publice concubinarius, sic enim tenent Silu. Nauar. & Couarr. ita vt ille, qui inuitat sacerdotem, quem scit existere in peccato mortali, vt faciat aliquod officium ecclesiasticum, peccat mortaliter, vt dicit Nauar. contra alios: quod debet intelligi de sacerdote eiecto ab ecclesia ob excommunicationem, aut suspensionem notoriam, aut nominatiuam, aut qui non est paratus, nec tenetur dicere eam, aut si peccat per fragilitatem, aut ignorantiam, & non per malitiam, & si dicit eam ob prauum finem: aut si inducit illum contemnens salutem spiritualem dicti sacerdotis, vt dicit idem Nauarr. vnde raro, vt dicit Corduba, peccant homines rogantes sacerdotes, vt dicant Missas, aut administrent sacramenta, & ideo ius solum absolute prohibet audire Missam à publicis concubinarijs, vt contra Antonium de Butr. tenet Castrus, quem sequitur Guttier. quod intelligitur, nisi qui audiunt Missam ab eis ignorent hoc ius, quia ignorantia iuris positiui probabilis excusat, vt dicit Nauarrus.

Sil. ver. Missa 2. q. 3. Nau. in Man. ca. 25. n. 78. Cou. in ca alma mater. 1 p §. 2. n. 10

Nau. vbi sup. Cord. de casib. q. 5. corol. 6. Cast. li. 1 de le. pę. c. 7 in fi. Guttier. de qq. can. c. 1. fol. 21. Nau. vbi supra. nu. 79. & 80.

De custodibus quoad eorum obligationem.

Cap. CXXIV.

SVMMARIVM.

An custodes teneantur reficere damnum causatum ob eorum ignauiam, conclus. 1. num. 1.

An, qui custodit carcerem sit liber ab obligatione, ponente iudice homines, qui custodiant carceres, & detentos in eis, concl. 2. num. 2.

An custodes montium teneantur ad dãnũ, quod in illis fit non denũtiãtes dãnificãtes. conclusio. 3. num. 3. & conclusio. 4. num 4.

An

1 PRima Conclusio. Si custos ob custodiam suam non recipit aliquod stipendium, sed solum suscipit sub sua cura illud, vt indulgeat domino eius rei, quam custodit, non tenetur ad damnum, quod ex sua ignauia, & pauca custodia euenit nisi ex sua parte fuerit dolus, aut lata culpa, sic enim tenet Syluester. Si vero accipit stipendium, tenetur ad damnum quod ex sua leui culpa euenit. Hinc infertur, quod artifex, qui recipit aurum, aut argentum, aut margaritas pretiosas, vt ex his omnibus faceret Reliquiarium, si pro custodia harum rerum recipit stipendium, tenetur ad damnum, quod ex eius ignauia euenit, licet sit ob culpam leuissimam, quia huic obligationi, qua tenetur ratione stipendij adiungitur alia, qua tenetur ratione contractus, quem fecit cum domino, quod scilicet esset factutus Reliquiarium pro certo pretio; qui quidem contractus cum sit factus in fructum amborum, obligat ad damnum, quod ex eius ignauia euenit, licet hoc damnum euenerit ob culpam leuem.

Syl. ver. custos.

2 Secunda Conclusio. Custos alicuius carceris non eximitur ab obligatione custodiæ, licet iudex ponat alios custodes, vt etiam custodiant simul cum eo non multum fidens eius soli custodiæ; sicut non excluditur aliquis à cura alicuius rei, licet detur ei adiutor in administratione, vt tenet Bartolus.

Bart. in l. vt certo, § fidem, ff. commoda.

3 Tertia Conclusio. Custodes montium, in quibus sunt animalia venabilia, & ligna, non denuntiantes illis, qui in prædictis montibus capiunt ligna, aut venantur, nec capiunt pœnam impositam, non tenebuntur ad restitutionem, licet iurauerint id facere: quod intelligitur, quando incisio lignorum, aut venatio iniustè prohibita fuit, quia qui sic prohibent hæc, peccant contra iustitiam, & per consequens peccabunt custodes exigentes pœnam ab illis, iuramentum vero non debet esse ligamentum malitiæ; sic enim tenet Nauarra, qui est videndus circa hanc materiam, & in summa etiam cap. 17. num. 124.

Nau. li. 3 de restit c 4. an. 134. & Nau. c. 17 nu. 124.

4 Quarta Conclusio. Quicumque custos ciuitatis, aut confinium Regnorũ, aut montium, aut venationis iustè prohibitæ, qui iurant, & obligantur custodire hæc loca dissimulantes, & non denuntiantes delinquentes, peccant mortaliter, quia transgrediuntur fidelitatẽ, & iuramentum iustum, vt tenet Nauarrus: de qua culpa, & restitutione liberantur dicti custodes dissimulantes cũ personis nimis egenis, vt resoluit idem Nauar. quod intelligitur, si sciunt, quod sint egenæ, quia si dubitant, & sic consentiunt eas incidere ligna in dictis mõtibus, non desinunt peccare mortaliter non denuntiantes dictas personas. Sũt etiam custodes liberi à culpa, quando consentiunt piscari, aut venari eos, quos sciunt esse consanguineos, aut amicos domini rei, putantes, quod dominus ipse sciens consentiret etiam, sic

Nau. in Man ca. 15 n. 54. Nau. ca. 17. num. 122. & nu. 123.

sic tenet Nauarr. vbi supra.

5 Quinta Conclusio. Tenentur custodes restituere pœnam non exactam ab illis, qui ingressi sunt montem prohibitum, & quam debebant soluere illi denuntiati ab eis; quia licet ante condemnationem iudicis non teneantur delinquentes ad pœnam, custodes tamen tenentur, quia non soluunt hanc pœnam ratione debiti delinquentium, sed tamquam rem debitam ab ipsismet custodibus; sic tenet Aragon contra Syluestrum, & Nauarrum, qui dicebant non teneri soluere dictam pœnam, cum delinquentes non sint condemnati in ipsa, non considerantes, quod si non fuerunt condemnati, processit à malitia custodum, qui non seruarunt fidelitatē manifestando, & ideo eorum infidelitas effecit damnum dominis, & tamquam causa damni tenentur restituere pœnam, qua domini sunt cōtenti. Hinc infero, quod ratio Nauarri, & Syluestri solum liberat in conscientia delinquentes à restitutione pœnæ, quousque condemnentur, cum non teneantur ipsi se denuntiare, nec esse executores sui.

Arag. 2. 2. q. 62. art. 7. Sylu. & Na. vbi sup. c. 25 nu. 37.

6 Sexta Conclusio. Dato casu, quod custodes sint liberi à solutione pœnæ nō denuntiantes delinquentes, vt dicit Syluester, & Nauarrus; non tamen sunt liberi à soluendis lignis, & damnis, quæ fuerunt facta in dictis montibus dissimulantes cum dictis malefactoribus, præcipuè, si illi non habebant ius in dictis montibus, vt solent habere oppidani vnius oppidi in mōtibus alterius oppidi, quorum vicini coutuntur pratis, & aquis promiscuè; quia vsus recepit in aliquibus locis, quod sunt contenti sola pœna, nolentes, quod restituatur pœna damni; & in hoc casu contenti sola pœna, tenentur custodes illam soluere non manifestantes eos, qui fecerunt damnum, quia hic sine dubio non debetur pœna tamquam pœna, sed tamquam interesse acceptum in compensationem damni lati, quod damnum licet sit maius, etiam, recompensatur cum lignis, & alijs vtilitatibus, quas ex conuicinis (vnde sunt delinquentes) extrahunt domini dictorum montium.

7 Septima Conclusio. Custodes, qui abscondunt se, vt sic apprehendant ingredientes in montes, non peccant facientes hoc, vt sic apprehensi facto periculo caueant ab ingressu iterum; nec tenētur restituere damnum, quod permittunt fieri; quia hoc paruum damnū permissum resultat in vtilitatem maiorem domini, quia facto periculo apprehensi cauent in posterum, quod nō accideret, si statim vellent ab eis exigere pœnam, antequam faciant damnum, quia si non essent occupati in incisione ipsorum lignorum, fugerent viso custode, & etiam quia in principio ingrediūtur caute, & sentiūt custodem, qui vult comprehendere illos: postquam vero occupati sunt, non tantum cauent, sic enim tenet Nauarrus.

8 Octaua Conclusio. Custodes mercium positarum in confinibus permittentes transire mercatores non denuntiantes, vt soluant tributa, tenentur ipsi soluere ea, quia dato casu, quod non teneantur soluere pœnam, vt dicunt Syluester, & Nauarrus, tenentur soluere tributa, cum hæc non debeantur tamquam pœna, sed tamquam interesse, sic enim tenet Nauarr.

Nau. in Man. c. 17. n. 124

Nau. c. 25. n. 34. in Man.

9 Nona Conclusio. Probabile est, quod huiusmodi custodes non tenentur restituere id, quod mercatores dederūt eis, ne denuntiarent, sed potius possunt detinere eo titulo, quo detinentur res relictæ à domino suo, vt probat Nauarrus: quod confirmatur, quia sic receptū dato casu, quòd debeat restitui, debet restitui pauperibus; sicut totum id, quod recipitur ob causam turpem, si sit turpitudo ex parte dantis, & recipientis, non debet restitui danti, sed pauperibus; & restitutio, quæ illis fit, cum sit de consilio, non obligat. Dixi, *probabile*, quia contrarium, quod scilicet teneantur restituere, tenent Doctores graues, quæ opinio debet persuaderi custodibus; & si noluerint eam sequi defendentes se cum opinione Nauarri,

Nau. in c. 17. nu. 32.

non

non debent negari illis absolutio, vt dicit Fr. Ludou. Lopez.

Lop. in istr conf. 1. par. c. 106.

10 Decima Conclusio. Famulus deputatus ad custodiam alicuius domus permittens exire aliquem noctu ab ea, non tenetur restituere damnum, quod hic fecit extra ipsam domum, sic enim tenet Aragon contra Sotum: & probatur, quia officium huius custodis non obligat quantum ad damnum, quod fit extraneis, sed quantum ad damnum, quod fit domesticis; & ideo solum tenetur restituere damnũ, quod ob eius culpam leuem acciderit in rebus domesticis; respectu autem extraneorum, & vicinorum non tenetur magis, quam teneatur, qui non habet illud officium.

Arag. 2. 2. q 62. art 7. p. 187. col. 2 corol. 3. Sot li. 4. de iusti. q 7. ar. 3

11 Vndecima Conclusio. Si quis dat alteri 200. ducatos ad custodiam, & fures rapiunt sine culpa, poterit dominus petere illos per litem; & si adiudicetur, vt retineat eos, si non sit multum certus de pauca, aut nulla culpa, quam habuit in custodia, quia si sit certus non habuisse culpam, non poterit cum bona consciẽtia petere eos, quia qui habet rẽ in custodiã, solum tenetur restituere eam, si rapta fuit ob eius dolum, aut culpam latam ab eo; & qui sine culpa amisit rem dictam, & compellitur soluere in foro exteriori, potest secrete capere de bonis domini alia æqualis valoris, sicut innocenter condemnatus secundum allegata, & probata ad aliquam pœnam potest recte fugere ab eius solutione compensans damnum suum, sic enim tenet Corduba.

Cord d' casib. n. 75.

12 Duodecima Conclusio. Custodes positi à Republica ad impedienda damna, quæ particulares possunt accipere in locis prohibitis, habent in his Regnis tantam authoritatem, vt eorum iuramento stetur in condemnatione delinquentium.

Lib. 4. fori. tit. 7. vbi Mõtaluus.

✠

De Bello. Cap. CXXV.

SVMMARIVM.

Quot sint species belli, & quas conditiones debeat habere bellum iustum, nu. 1.

An sit licitum Principi Christiano in bello iusto vti militibus infidelibus, concl. 1. num. 2.

An Princeps teneatur examinare iustitiã belli, concl. 2 num. 3.

An sit licitum in bello iusto occidere indifferenter contrarios, conclusio. 3. numero 4.

An peccent mortaliter milites prœliantes in bello iusto existentes parati prœliari in bello iusto, & iniusto conclu. 4 nu. 5.

An sit licitum prœliari contra infideles ratione infidelitatis, concl. 5 nu. 6.

An sit licitum clericis prœliari in bello, conclus. 6. num. 7 & concl. 7 num. 8.

An Clericus, qui habet aliquod dominium temporale, possit mouere bellum, conclusio 8 num. 9.

An Princeps teneatur in bello adimplere promissum, conclusio. 9. num. 10. & an possit prœliari in diebus festiuis, ibidem.

1 Ad intelligentiam eius, quod dicturi sumus, est primo notandum, quod bellum est duplex, aliud iustum, aliud iniustum; declarabitur autem, quod sit iniustum, si declaremus, quod sit bellum iustum. Vt autem bellum sit iustum tria requiruntur conditiones. Prima authoritas eius, qui mouet bellum, scilicet, quod sit Princeps, & supremus in temporalibus, quia si non est superior, non poterit mouere bellum, cum habeat superiorem, coram quo per viam litis possit prætendere iustitiam. Dixi mouere, quia bene poterit vti bello iusto defendendo se contra inimicos etiam non expectando licentiam à superiore, vt resoluit Bannes. Secunda, vt sit causa belli gerendi, scilicet lata iniuria à parte contraria.

Bañes 2. 2. q. 40. ar 1.

traria. Tertia, quod sit recta intentio, quod non aggrediatur bellum odio, sed solū zelo iustitiæ, quia alias erit peccatum mortale præliari; quæ mala intentio cum non sit peccatum iniustitiæ, non obligabit ad restitutionem ipsa per se sola, & deficiente aliqua ex his qualitatibus bellum erit iniustum. Circa hanc materiam videatur D. Th. Couarr. Corduba Nauarrus, Petrus Nauarra, & Gabriel, cum reliquis sententiarijs.

Bañes 2. 2. q. 40. art. 1. D. Th. 2. 2. q. 40. art. 1. & q. 41. ar. 1. & q. 66. ar. 8. Cou. in reg. peccatum, 2. p. § 9. 10 & 11. Cord. li. 1. q. 39. Cast. ad uers. hęres. verbo bellū. Nau. in Man. ca. 15. n. 15. Nau. li. 2 de resti. c. 3. à nu. 159. Gabr. in 4. d. 15. q. 4.

2 Prima Conclusio. Licitum est loquēdo absolute Principi christiano in bello iusto vti militibus infidelibus; habito tamen respectu aliquarum circunstantiarum potest esse illicitum ob scandalum, quod inde nascitur in Repub. Christiana, & propter irreuerentiam, quam hi committunt erga templa, aliaq; loca sacra, vt resoluit Bañes.

3 Secunda Conclusio. Tenetur Princeps adhibere multam diligentiam in indagando, & examinando, an sit bellum iustum; qua diligentia habita, si adhuc dubitat de sua iustitia, quia sint pro vtraque parte rationes æquales, non poterit præliari contra possessorem, quia melioris est (cęteris paribus) conditionis possessor; si vero sit maior probabilitas ex parte non possidentis contra possidentem, si ab illo petat concordiam, & pactum, & nolit acceptare qui possidet, tunc licite posset bellum mouere cōtra eum, vt resoluit dictus Bañes.

Bañes vbi sup. dub. 3.

4 Tertia Conclusio. In bello iusto est licitum præliari, & occidere indifferenter eos, qui tenent partem contrariam, postquam sostentant bellum iniustum: dummodo hoc sit in ipsis conflictibus belli, sic enim dicit Victoria. Dixi in actuali conflictu belli, quia si sit obtenta victoria existentibus rebus extra periculum, tunc non est licitum occidere oēs solum ob vindictam iniuriæ præteritæ: potest vero fieri occisio etiam innocentium pro maiori securitate in posterum quod potest quidem accidere in bellis contra infideles, ex quorum parte non est securitas, cum sint inimici fidei: non accidit vero hoc, si bellum fuit contra Christianos, quia si obtenta victoria esset licitum occidere etiam innocentes, esset reddere desertam Christianorum habitationem, nec est licitum occidere captos infidelium obtenta victoria, & negotio existente securo, nisi fugerint; nec est licitum occidere deditos hac cōditione, quod parcatur eis; quia hac nō posita conditione non est iniquum eos occidere, qui fecerunt maiorem resistentiam, licet victi denique vi partis contrarię sint dediti libenter tradentes castrū, arcem, aut quid simile.

Bañes vbi sup. dub 4. Victor. de bello q. 43.

5 Quarta Conclusio. Milites qui præliantur, licet sint bella iusta, peccant mortaliter parati existentes ad prælia, siue bellum sit iustum, siue iniustum; parati autem præliari solum in bello iusto possunt licite sequi Ducem suum videntes, quod sit homo Christianus; & milites inferiores, qui sciunt, quod eorum dux dubitat de iustitia belli peccant præliantes, licet sint eorum subditi, & stipendiarij, si vero ipsi sunt, qui dubitant de iustitia belli, possunt licite præliari sequentes Ducem suum generalem, qui non dubitat de hac iustitia belli, quia non est curæ suæ examinare hoc, sed præsumere, quod bellum est iustum, quia licet speculatiue dubitent de eius iustitia, sūt certi practice, quod obedientes non peccant.

6 Quinta Conclusio. Non est licitum præliari, & proponere bellum contra infideles ratione solum eorum infidelitatis, idolatriæ, & peccatorum quæ committunt contra naturam, nisi impediant prædicationem cum blasphemijs & cum falsis præsuasionibus, vt contra multos Canonistas, & Theologos sequentes D. Thom. probant Sotus, & Couarr.

7 Sexta Conclusio. Existente Republ. in extrema, aut grauissima necessitate, licitum est clerico præliari in bello defensiuo etiam sine licentia summi Pontificis, & ideo possunt clerici licite præliari contra inimicos, qui habent obsessam aliquam ciuitatem, si

sit

sit probabilitas, quod prælianribus ipsis non capietur dicta ciuitas, vt tenet Caietanus, ita vt teneantur in hoc casu ad illud, vt probat Bañes.

Caietã 22. vbi Bannes dub. 1.

8 Septima Conclusio. Non est licitum clerico in bello offensiuo præliari loquendo regulariter solum ob finem acquirendæ victoriæ, verum est tamen, quod si eius auxilium est præcisè necessarium ad obtinendam dictam victoriam, & non obtenta periclitabit multorum vita, honor, & fama Principis, tunc enim poterit præliari de licentia principis præsumpta, immo addit Bañes teneri in hoc casu ad illud.

Bannes vbi sup.

9 Octaua Conclusio. Clericus, qui habet aliquod dominium temporale in Republica perfecta potest mouere bellum iustum, & creare ducem qui præsit illi ex parte sua, vt tenet Syluester, & licet non habeat dominium temporale, potest conuocare aliquem Principem sæcularem, vt faciat bellum pro defendenda eius ecclesia, vt definitum est in iure. Hinc infertur, quod Clerici possunt exhortari milites suos ad victoriam ante conflictum, non tamen possunt ei dicere, quod occidant, sed solum dicere, quod faciant animose ante conflictum, vt tenet Nauarrus, quem sequitur Bañes contra Syluest. & si tales ex hoc incurrant irregularitatem, videatur in materia irregularitatis, cap. 172. num. 4.

Syl. verbo bel. lo, 3. q. 1.

23. q. 3. c. Maximin.

Nau. in Man. ca. 27. num. 211. Bannes, vbi sup.

10 Nona Conclusio. Si adimplere Principem quod promisit contrario in bello est magnum damnum Reipubl. non tenetur adimplere, vt si metu promisisset daturum ei ciuitatem, vt liberaret se ab eius tyrannide, & iniustitia, nisi confirmauerit promissum cum iuramento; quia in hoc casu tenetur adimplere, nisi veniat damnum inde innocentibus, quia tunc non tenetur adimplere, sed poterit petere relaxationem iuramenti. Nota vero, quod illud, quod promittit Princeps, qui facit bellum iniustum tenetur adimplere, dummodo nõ excedat iustam satisfactionem, quam alius potest recipere, sic enim resoluit Bañes colligens illud ex D. Thom. qui dicit, quod non est licitum decipere inimicos per insidias dicendo illis mendacium, aut non adimplendo promissum. Est tamen licitum decipere eos per insidias abscondendo eis secreta seu arcana belli. Notaque, quod non solum est licitum præliari in diebus festiuis in bello defensiuo, sed etiam in offensiuo, si tunc adsit opportunitas obtinendi victoriam, vt dicit Caietan. ex quo colligitur, quod præliari sine necessitate in talibus diebus est solũ peccatum veniale.

Bannes, d. q. 40. ar. 3. vbi D. Tho.

Caiet 2. q. 30. at. 4.

De Bello quoad stipendium. Cap. CXXVI.

SVMMARIVM.

An peccent, & teneantur ad restitutionem duces, qui præsentant plures milites, quã habeant, vt sic habeant sibi plura stipendia, conclus. 1. num. 1.

An milites possint petere plus stipendij, quam illis fuit promissum ratione damnorum quæ receperunt in bello, conclus. 2. num. 2.

An teneatur Princeps remunerare eos, qui gratis concurrunt ad bellum, & soluere illis stipendia soluta, & damna, quæ ex bello receperunt, conclus. 3. 4. & 5. num. 3. 4. & 5.

An peccet, & teneatur ad restitutionem dux, qui cum ratione schedulæ regiæ possit introducere certum numerum militum in quandam ciuitatem, introducit minorem numerum, & reliquorum sumit sibi stipendia quæ erant soluenda, conclus. 6. num. 6.

PRima Conclusio. Peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem duces præsentantes plures milites, quam habeant in seruitio, vt sic detineant illorum stipendia, quod quidem faciunt imponentes familiaribus, vt compareant in habitu militari dicentes esse eos milites, licet non sint, aut præcipientes aliquibus militibus, vt

compareant bis aut ter, ac si essent diuersi milites decipientes sic officiales generales, quorum curæ commissum est dictos milites registrare, qui etiam familiares, aut milites etiam peccant mortaliter, & tenentur ad eandem restitutionem, si non faciant eam dicti duces, cum ipsi sint socij peccati, & sint causa multorum damnorum: primũ est, quia percipiunt plura stipẽdia, quam sint milites; secundum, quia Rex, aut Capitaneus Generalis confidentes in numero militum putantes eos esse sufficientes, adoriuntur prælia confidentes, ex quo solent multa accidere infortunia, & perditiones exercitium: tertium, quia concedunt officia suis familiaribus, & colonis facientes eos milites manipulorũ, capita, & duces, reseruantes sibi sic partes suorum salariorum, & stipendiorũ, quod est peccatum, cum distribuãt officia honorifica personis vilibus, indignis ipsis officijs. Vnde putat Mercatus, quod teneantur ad restitutionem non solum illius, quod sibi retinent, sed & illius quod illi indigni receperunt, cum retineant, & habeant illud contra volũtatem Principum; & tenentur ad damna, quæ inde sequuta fuerũt, quod quidem puto esse verum, licet huiusmodi ducibus videatur cibus iste nimis austerus, qui dicunt nec peccare, nec teneri ad restitutionem, quia Rex, & Dux generalis sciunt, quod hoc faciunt; Cui quidem rei respondeo concedens ipsos scire hoc; nego tamen illos consentire, sed potius grauiter animaduertere in delinquentes comprehensos in hoc delicto; nec est credendum, quod contentiant in illud ob insignia mala, quæ inde nascuntur, vt clare patet.

Mercatores de rest. c 15

2 Secunda Conclusio. Si bellum est iustum, & milites recipiunt stipendium competẽs illis promissum, siue sint subditi, siue non, non possunt quicquam aliud petere à Principe ob damna, quæ in bello patiũtur, quia cum pepegerint libere cum Principe seruire pro illo stipendio, ipsi se obtulerunt ad patienda damna, & pericula, quæ possunt illis euenire in bello; quod si sint subditi, & constricti adierint bellum, satisfacit eis Princeps soluens illis stipendia solita, & consueta, nec tenetur ad dicta damna; quia ius, quod obligat eos obedire Principi suo, in hoc casu obligat eos ad pericula, & infortunia belli, præcipuè quia nunquam huiusmodi sic compelluntur, nisi cum magna necessitate, in qua quidem ipsi deberent se offerre bello; si vero Princeps compellit metu, & minis adire bellum iustum eos, qui non sunt eius subditi, tenetur illis soluere damna, quæ habuerunt, & idem dicendum est, si adierint bellum constricti metu reuerentiali; quod accidit, quando Princeps rogat eos, vt seruiant ei, & timent, quod non adeuntes non existimabit eos suos amicos, sicut antea. Hinc sequitur, quod si rogati, & vocati libere sine mistione timoris adeant bellum, non debet illis satisfari pro damnis, sicut non debet de iustitia restitui aliquid virgini, quæ libere consentit in stuprum, licet rogata, & persuasa, sic enim tenet Nauarra.

Nau. li. 2. de restit. c. 3. nu. 170.

3 Tertia Conclusio. Si subditi adeunt bellum spontè non compulsi, nec rogati, nec stipendiati, respicientes solum ad spolia, & honorem belli habentes intẽtionem seruiendi Principi, non debetur illis aliqua compensatio de iustitia, sed de gratia, & gratitudine; sic enim tenet Cord. Verum est tamen, quod si accedant animo præliandi pro Rege, & præliantur suis expensis, nec respiciant ad spolia, honorem, & gloriam belli, tenebitur Rex de iustitia satisfacere illis ob damna, quia concedens Rex licentiam, vt possint ire ad bellum, quicumque voluerint, consentit, quod adeant eius expensis: certum est autem, quod ratificatio æquiparatur mandato, & ideo tenetur satisfacere illis, sicut hominibus imperatis ab eo ad agendum negotium eius.

Cord. li. 1 q q. 39 d. 3.

4 Quarta Conclusio. Militi, qui non est subditus, siue adeat bellum rogatus, siue cum licentia Regis ad auxiliandum, tenetur Rex de conscientia

tia soluere iustum stipendium, & damna, quæ percepit occasione belli, si multum egebat Rex eius auxilio, vt dicit Corduba; quia in hoc casu tenebatur Rex admittere hoc auxilium, sicut tenetur infirmus in salutis tempore soluere medico; quod debetur illi ob curã, & expensas, quas fecit in eius curatione, licet putauerit contra voluntatem eius, quia tenebatur infirmus consentire in dictam curationem.

Cord. vbi supra

5 Quinta Conclusio. Quando bellum est iniustum, non tenetur Rex soluere omnia damna militibus, quos inducit ire ad bellum, siue sint subditi, siue non, sic enim tenet Gabriel, & Siluester, quos sequitur Nauarra contra Cordubam. Hinc sequitur, quod illi qui sic prę liantur, & patiuntur damna ex parte inimicorum, & fecerunt expensas in itinere, nõ possunt dicere vlla ratione, quod ea patiantur contra voluntatem, cum ipsi libere se exposuerint periculis illis, quia consentientes bello iniusto consentiunt etiam damnis, & periculis, quæ ex ea nascuntur: quod intelligitur, nisi Princeps promiserit, & iurauerit satisfacere dicta damna, quia in hoc casu tenebitur ad dictam satisfactionem.

Gabr. in 4. d. 15. q. 4. consil. 6. Sil. verbo bellũ q. 10. Nau. vbi supra a. pũcto

6 Sexta Conclusio. Quando aliquis Dux cum authoritate Regia potest introducere in aliquod oppidum, seu villam 60. v. g. milites, & soluere eis stipendia expensis dicti oppidi, pangens cum ipso, quod non introducet, nisi 50. & mittit solum triginta, iniuste recipit stipendia, & expensas absentium, quia dictum pactum non fuit iustum; primo propter damnum, quod facit bello diminuens numerum militum: secundo, quia tenebatur oppidum sustentare dictos 60. milites, quia Rex poterat illud obligare, & etiam, quia sine vllo iusto titulo accepit stipendia absentium, & Rex, aut generalis belli Dux poterit sumere pęnas huius delicti; & si ex parte oppidi fuit etiam iniustitia in dicto pacto, non debet illi fieri restitutio, sed pauperibus, & hoc de consilio, quia quando est turpitudo in aliquo contractu ex parte dantis, & recipientis, non debet quicquam danti restitui, sed pauperibus, vt resoluit Nauarr. Hinc infertur, quod si ex parte Ducis fuit aliqua turpitudo, & non ex parte oppidi, oppido debet restitui: quod accidit, quando Dux sine præsentatione schedulæ Regiæ facit eos soluere dicta stipendia, & ipsi ad redimendum suam vexationem fecerunt illud pactum: sic enim tenet Nauarrus in quodam consilio.

Nau. in Man. ca. 17. a numero 3.

Nau. l. 1 cons. tit. de pact. cons. 3.

De bello quoad spolia, & restitutionem damnorum. Cap. CXXVII.

SVMMARIVM.

An præliantes, qui sine consensu Ducis generalis capiunt aliquid in bello iusto, peccent mortaliter, & teneantur ad restitutionem conc. 1. num. 1.

An in raptu aperto facto authoritate Principis possint expoliari captiui, & in seruitutem redigi. concl. 2. nu. 2.

An concesso raptu libero possint expoliari Ecclesia, & monasterio. conclusio. 3. numero 3.

An milites in bello iniusto possint depradari ciuitatem conc. 4. nu. 4.

An omnes depradantes ciuitatem in bello iniusto teneantur in integrum, ad restitutionem, vel singuli pro rata. conclusio. 5. num. 5.

An fideles ementes ab infidelibus spolia ab his capta minori pretio, quam valeant, teneantur restituere suis dominis. concl. 6. num. 6.

An Princeps nolens accipere aliquam satisfactionem sibi oblatam, teneatur restituere spolia capta, & damna quorum & causa non accepta dicta satisfactione. conc. 7. num. 7.

1 PRima Conclusio. Duces, aut milites, qui sine consensu Ducis generalis capiũt aliquid in bello iusto, peccãt mortaliter, & tenẽtur ad restitutionem,

nem; quia si non est authoritas principis, habentur, vt priuati homines, qui quidem non possunt accipere aliena; sic dicit Mercatus cum communi, & Silu. addit, quod si imponatur excommunicatio, quod nullus possit capere quicquam, incurrerent ipsam omnes, qui caperent; eandemq; opinionem tenet Bañes inferens ex dictis, quod qui prçliantur sine authoritate Principis, tenentur restituere damna, quæ fecerunt in bello, & quæ eorum causa accidere; & secundum eundem Bañes fratres apostatç, qui sunt in bello, tenentur restituere totum id, quod capiunt; quia hi loquendo regulariter prçliantur sine authoritate Principis: immò præcipit Dux generalis, quod similes eijciantur ab exercitu: & si constat eis, quod Princeps tacitè, aut interpretatiue habet ratum, quod ipsi prælientur in suo bello, poterunt percipere stipendia, & spolia inimicorum: Peccant etiam mortaliter, & tenentur ad restitutionem illi, qui ob tenta victoria capiũt res mobiles, quia hæ debent reduci in cumulum, vt Duces diuidant inter milites: quod intelligitur, nisi sit consuetudo, vt vnusquisq; retineat, quod ceperit, vt dicit Gabriel: & intelligitur etiam, nisi Dux generalis concesserit captionem, & raptum liberum, quia in hoc casu nullum est peccatum, nec obligatio; limitat etiam Silu. supradicta, quando milites capiunt dicta bona mobilia, post obtentam victoriam; quia quæ prius capta fuere, fuerunt eius, qui cepit ea.

Merc. de resti ca. 14. ver. q loca. Sil. ver. bellũ, 1. n. 10. Bañes 2 2. q. 40. ar. 1 col. 268. Bañes vbi supra ar. 2. dubio pen.

Gabriel in 4. d. 15. q. 4. conc. 1.

2 Secunda Conclusio. Possunt milites, si bellum est iustum, in raptu aperto, & libero, qui fit authoritate Principis, expoliare captiuos, & in seruitutem redigere; quia hoc est ius belli; & ideo non tenentur ad aliquam restitutionem, vt docet Siluester, quem sequitur Couarr. & si est bellum iustum, inter Christianos non obseruatur quod seruitutem, vt dictum est.

Silu. ver bo bellũ q. 1. Cou. vbi sup. § 11. ar. 10

3 Tertia Conclusio. Quando conceditur raptus liber, nõ possunt spoliari ecclesiæ, nec monasteria, & deprædantes remanent excommunicati, vt dicitur in ipso iure. Quod intelligitur, si bellum fit contra dominum temporalem, non vero, quando fit iuste contra prælatum ecclesiæ; quia tunc clerici possunt spoliari, cum sint subditi eius, qui iniuste præliatur, & fauent ei. Notaque, quod si confugiant clerici ad ecclesias, & monasteria, vt inde prçlientur, licitum erit in bello iusto illos sic adoriri, licet sit necesse comburere dicta loca. Verum est tamen, quod si confugiunt ad ecclesiam, postquam sunt dediti, non est licitum eos occidere, nec spoliare ibi, quia gaudent immunitate ecclesiæ, sicut reliqui rei; nisi timeatur, quod viuis relictis periclitabit Respublica, vt resoluit Bañes.

c. innouamus, de treuga, & pace, c. conquerenti, de séc. exc.

Bañes 2 2. q. 40. ar 2. dubio vlt.

4 Quarta Conclusio. Milites, qui in bello iniusto depredantur ciuitatem, peccant mortaliter, & tenentur restituere proprijs dominis, quod ceperunt, si adhibita debita diligentia possunt eos inuenire: quod si non inueniantur, potest fieri Episcopo hçc restitutio, vt expendat in bonum publicum ciuitatis, quæ accepit damnum in suis ciuibus, aut recurratur ad Bullam compositionis.

5 Quinta Conclusio. Milites, qui in bello iniusto deprædantur aliquam ciuitatem, non tenentur restituere in integrum totum id, quod ceperunt omnes, sed singuli tenentur ad restitutionem pro rata, quod cęperunt singuli: hæc conclusio est contra Angles, & tenet eam Nauarr. quod debet limitari, nisi omnes simul confluant excitantes se inuicem, & auxiliantes inuicem in dicta deprędatione; quia in hoc casu vera erit opinio Angles, scilicet quod vnusquisque tenetur restituere damnum insolidum, & ante Angles tenuit hanc opinionem Couarruuias.

Angl. in Florib. quarti. q de restitut. Nau. li. 3 de resti. c. 3. n. 54

6 Sexta Conclusio. Quando Christiani prçliantur contra infideles iuste, & fideles victi spoliantur vestibus, & margaritis pretiosis, (vt accidit in bello, & prçlio, quo mortuus fuit Rex Portugaliæ Sebastianus, quod fuit initium multorum

torum

torum malorum in his Regris Hispaniæ) fideles qui emunt has margaritas, aliasve gemmas, & vestes multo minori pretio, quam par sit, tenentur restituere veris dominis, quorum erant ante bellum, & sunt nunc, quia ab infidelibus infideles acceperunt ea in bello iniusto, vt dicit D. Thom. nec obstat contra hoc, quod dicit Nauarrus, scilicet, quod est tacitum pactum inter infideles, & fideles Principes, quod res mobiles, quæ capiuntur in bellis eorum, sint eorum, qui capiunt, viso quod nunquã petuntur. Quia huic respondeo, quod si non postulantur, est, quia subditi Principum infidelium non compelluntur à suis iudicibus ad reddendum, subditi vero Principum fidelium non tenentur, quia capiunt in bello iusto, vt præsupponitur. Quidquid dicat Nauarrus. Mea opinio est, quod debent restitui dominis: tenentur tamen domini restituere eis illud pretium, quo emerũt dictas res, quia licet essent dictæ res prædictorum dominorum, erat tamen impossibile recuperare eas; & ideo qui habuerunt, & emerunt, faciunt illis gratam rẽ tradentes eis pro illo pauco pretio.

D. Tho. 2. 2. qu. 65. ar. 8. Nau. li. 5. cons. tit. de iniurijs, & dam. dato

7 Septima Conclusio. Quando bellum est iniustum, quia Princeps mouens illud non vult acceptare iustam aliquam, & congruam satisfactionem, quæ illi offertur, tenetur dictus Princeps restituere omnia spolia, quæ capit, & damna, quorum est causa non accipiens dictam satisfactionem, cum teneretur acceptare eam; nec est licitum mouere bellum sine vrgente necessitate. Verum est, quod si bellum est inceptum, & acciderunt occisiones, non tenetur Princeps acceptare satisfactionem, licet offeratur, potest enim sequi bellum, vt dicit Caietan. & tamquam veriorem opinionem alijs sequitur Bañes.

Caietã. vec. bellum pũcto 3. Bañes, 2. 2. qu. 40. ar. 1. col 368.

De Gula, & Ebrietate.

Cap. CXXVIII.

SVMMARIVM.

Quid sit Gula num. 1.

An Gula sit peccatum mortale, vel veniale, ibid. & num. 2.

An in Regnis Castellæ possint comedi interiora, & extremitates animalium in die Sabbati, num. 3.

An dicta exteriora possint comedi, vbi non comeduntur in Sabbato num. 4.

An qui sponte, & ex consuetudine inebriatur peccet mort. num 5.

Inebriatio quando est peccatum veniale, & quando peccat mortaliter, aut venialiter qui est causa inebriationis, nu. 6.

Nota quod vitium Gulæ, inclinat ad comedendum, & bibendum inordinatè, & regulariter est peccatum veniale. 1

2 Gula est peccatum mortale, quando in ipsa ponitur vltimus finis, & fit transgressio alicuius præcepti obligantis sub peccato mortali, sicut est præceptum, non comedendi carnes in Quadragesima, & in alijs temporibus prohibitis.

3 In Regnis Castellæ possunt comedi interiora animalium, & eorum extremitatis in Sabbato non solum ab habitantibus, sed etiam à transeuntibus; & hoc ratione potius cõsuetudinis, quam alicuius priuilegij. Non peccant vero illa comedentes, licet peccauerint qui introduxerint hanc consuetudinem sine licentia Papæ, vt dico in explicatione Bullæ Cruciatæ, §. 1. num. 8.

4 Castellani dicti die Sabbati non possunt comedere hæc interiora habitando, aut transeundo per loca, vbi non comeduntur videatur Nauarrus, qui de hoc tractat.

5 Nota, cum Gula sit vitium inclinans ad bibendum inordinatè, quod ille qui ine-

inebriatur sponte; peccat mortaliter, cum priuet se iudicio suo. Dixi, sponte, quia qui non prætendit illud, non peccat mortaliter, licet cognouerit vinum esse multum, dummodo putaret vinum illi non nociturum; sicut etiam si biberetur, vt medicina ad vomendum nullo alio existente remedio. Similiter peccat mortaliter, qui ex consuetudine inebriatur, cognoscens à se, quod vinum nocet eius saluti.

6 Inebriatio imperfecta solum est peccatum veniale, quod accidit, quando quis est nimis hilaris, & turbatur eius phantasia, ita vt domus videatur circumuolui. Peccat etiam mortaliter, aut venialiter, qui est causa inebriationis, secundum peccatum, quod ex illa fit; & ideo qui intendit inebriare aliquem, peccat mortaliter, & idem est quando inuitat eum ad bibendũ sciens quod inebriabitur, & quando ebrietas est culpabilis, peccata quæ in ea committuntur, non carent culpa, si qui bibit præuidit ea, aut debuit præuidere, quando vero est inculpabilis, carent culpa, quia omnia sunt inuoluntaria: dicta colliguntur ex D. Thom. Syluest. & Nauarr.

D. Tho. 2. 2. qu. 150. ar. 2 Syl ver. ebrietas Nau. in Man. ca. 23. num. 129.

De Hæresi, & eius pœnis. Cap. CXXIX.

SVMMARIVM.

Quis dicatur hæreticus, num. 1.
An sit obligatio denunciandi hæreticum, conclus. 1. num. 2.
An hæreticus amittit ipso iure beneficium, & bona, quæ habet conclus. 2. num. 3.
An filij hæreticorum amittant ipso iure beneficia obtenta à tempore hæresis paternæ, conclus. 3. num 4.
An filij hæreticorum incurrant pœnas iuris si sint concepti ante delictum paternum, conclus. 4. num. 5.
An Inquisitores aut alij Iudices hæreticorum possint capere dona tanquam pretium sui officij, conclus. 5. num. 6.
An sæcularis possit disputare de fide, & an incurrat excommunicationem ipso facto disputans de ipsa, ibid.

1 AD intelligentiam eius, quod debet dici in hoc capitulo, notandum est, hæreticum esse hominẽ baptizatum, qui habet errorem in intellectu circa res fidei, adhærens ei cũ deliberatione, & pertinacia; quia si nõ est pertinacia, non est hæresis, vt colligitur ex D. Thom. & tradit Didacus Perez. Est autem notandum, quod vt aliquis sit pertinax, non est necesse, quod diu duret in suo errore, sed sufficit, quod scienter, & deliberate consentiat in illũ aliquando, licet sit per paucum spatiũ, quia sicut ad credendum alicui propositioni fidei non sunt necessarij multi dies, cum in vno puncto possit quis credere, sic vt separetur deliberate ab illa propositione, sufficit vnum instans, sicut cum D. Tho. & alijs teneo, & declaro in expositione cruciatæ.

S. Th. 2. 2. qu. 11. art. 2. Perez li. 1. ordin. tit. 1. l. 1.

2 Prima Conclusio. Hæreticus, qui scienter dixit aliquam hæresim, vt aliquos corrumperet, statim debet denunciari coram dominis Inquisitoribus ab eis, qui sciunt dixisse illam, vt resoluunt Sotus, Castrus, & Corduba; & idem debet dici de eo, qui scienter cum pertinacia commisit dictum delictum, licet nõ sit ad docendum alios; nec hic obligat correctio fraterna, quia credibile est, quod qui non credidit toti ecclesiæ, minus credet vni homini priuato: si vero aliquis ignoranter dixerit aliquam hæresim sine pertinacia, non debet statim denunciari, antequam corrigatur, vt dicit S. Tho. & tenet Gabriel, & Syluest. quod procedit, licet ignorantia sit crassa, quia licet talis peccet mortaliter, non est eius peccatum hæresis, de cuius essentia est pertinacia, quæ non potest stare cum ignorantia, licet sit crassa, vt dicunt Castrus, Nauarrus, & Canus. Verum est tamen, quod si ignorans rusticus audiuit errorem ab alio, qui docuit illum, quod tenetur denunciare dominis Inquisitoribus, & eodem modo tenetur

Sot. de tegen. se cre. mẽ. 2. qu. 4. concl. 2. vbi Sot. nu. 2. Cast. li. 2. de iusta hær. punitio. c. 15.

S. Th. 2. 2. q 33. art 7. Gab. in cano: e, q 74. lit. S. Sylu. ver. correctio, q. 5. Nau. in Man. pl. 1. nu. 10. 11 & 12. & c. 11. nu. 17.

netur, qui scit, quod docuerit dictum rusticum, vt sic impediatur malum, qd potest nasci ex hoc prauo semine, vt dicit Castrus, quem sequitur Aragon allegans alios.

3 Secunda Conclusio. Hæreticus ipso iure est priuatus suo beneficio, vt Pius V. iussit per quēdam eius motum proprium dicens, in eo, quod omnia beneficia, siue sint simplicia, siue cum cura habita per viam concursus, aut aliter, si vacent per crimen hæresis, sunt reseruata dispositioni Sedis Apostolicæ. Ex quibus verbis colligitur, quod supposuit Pius vacare dicta beneficia ipso iure, quod tradens multa probat Salzedus. Quam quidem opinionem ego nō admitto, si non fuerit saltem sententia declaratoria contra dictum hęreticum, vt aduertit Menochius, quod debet ēt teneri loquēdo de reliquis bonis hæretici, vt resoluunt Corduba, & Bañes. Qui inferunt ex dictis, quod potest hæreticus sustentare domum de bonis, quæ habet post commissum crimen hęresis, cum sit illorum dominus, & potest facere donationem eorum, & facere contractus onerosos, præcipue si putet, quod eius delictum non veniet in notitiam iudicis, quia si timet probabiliter, non poterit id facere: nec obstat motus proprius Pij Quinti, quia si remanet beneficium dispositioni Sedis Apostolicæ, hoc est, vacante beneficio, quia iudex declarat esse hæreticum ipsum beneficiarium.

Motus proprij Pij V habet i literis Aposto. p. off. sanctę inquisitionis, fol 115. Salz. in pract. c. 114. pa. 383. Menoc. li. 2. cēt. 5. casu 516. nu. 64. Cord. li. 1. qq. q. 36. Bañes. 2. 2. q. 22. a. 2

4 Tertia Conclusio. Filij hæreticorū non amittunt ipsa beneficia obtenta à tempore criminis commissi à parentibus, vt resoluit Symancas dicens sic fuisse pronuntiatum per dominos Inquisitores Vallisoleti: quam opinionem, vt benigniorem dicit Iulius Clarus, quod debemus sequi, & ego teneo ita esse verum.

Simanc. in inst. cath. ca. 27. nu. 7. Iul. Cla. li. 1. recep. sen. §. hæreses. versi. clericus. Gome. i le. Tauri, n. 51. Mol. lib. 1. de primo Hisp. c. 13 & li. 4. c. vlt. nu. 50. vsq; ad n. 55 Couar. li. 2. var. c. 8. ver 4. quærit Siman. in instit. cath. ti. 39. n. 12. cū seq.

5 Quarta Conclusio. Vt filij hæreticorum incurrant pęnas, quas contra eos ponit ius, necesse est, quód sint concepti post commissum delictum à parentibus, & non sufficit, quod sint generati ante delictum, vt resoluit allegans multos Antonius Gomez, & Molina: quam opinionem tanquam multum conformem iuri, & pietati Christianæ debemus tenere, licet Couarruuias teneat contrarium: nostra autem conclusio confirmatur, cum Episcopus Symancas, qui multis ab hinc annis fuit Inquisitor in his regnis Castellæ, sequatur eam, & secundum eam fuerit sępe iudicatum in multis tribunalibus horū Regnorum.

6 Quinta Conclusio. Ad extirpandas hæreses ordinauit Sedes Apostolica, quod Inquisitores, & iudices hæreticorum, non capiant ab eis dona, nec quid aliud excommunicans eos pro illo. Et nota, quod solum excommunicat eos, qui recipiunt hæc dona tanquam pretium, & stipendium sui officij, secus vero de ijs, qui ea accipiunt ob alium respectum, licet illicitum, vt dictus contextus Clementinus insinuat, & declarat etiam ibi gloss. Vnde sequitur, quod si accipiant ea ob consilia data hæretico, non incurrunt in hanc excommunicationem, nec in minorem communicantes cum ipso, licet sit denuntiatus, si hoc consilium directum sit ad salutem animæ suæ; sic enim explicat Nauarrus. Et ad extirpandas etiam hæreses ordinat ius, quod sæcularis non disputet de fide, vt tenet Nauar. dicens, quod ius id prohibet sub pœna excommunicationis. Notat tamen idem Nauarr. Primo, quod ius non imponit contra eum talem excommunicationem ipso facto. Secundo notat, quod ille, qui ignorauerit hanc excommunicationem, & prohibitionem, non peccabit mortaliter disputans de fide, & cum hoc temperatur rigor opinionis, quam tenet in Manuali, vbi dicit quod dictus sęcularis peccat mortaliter sine modificatione aliqua.

Clem. 2. §. 1. de hæred l. 6. Nau. li. 5 cons. tit. de sent. excom. cons. 13. fol. 194. Nau. ca. 11. n. 26 c. quicū que §. in hiæmus de hær. lib. 6. Nau l. 5. cōs. tit. de hær. cons. 17. f. 501.

De

De hæresi quoad absolutionem ab ea. Cap. CXXX.

SVMMARIVM.

An Episcopi possint absoluere suos subditos ab hæresi occulta, nu. 1.
An Episcopi possint absoluere ab hæresi Religiosos in suis diœcesibus, nu. 2.
An hoc Decretum Concil. Trid. factum pro Episcopis sit reuocatum nu. 3.
Decretum factum à Greg. XIII. derogans Episcopis quomodo intelligitur, ibid.
An Episcopi possint absoluere ab hæresi in foro conscientiæ, an in foro exteriori, num 4.
An Episcopi possint delegare hanc auctoritatem suis Vicarijs nu. 5.
An Episcopi possint absoluere ab excommunicatione, incursa ob hæresim extra sacramentum Pœnitentiæ, nu. 6.

Côc. Tr. sess. 24. de reformat. c. 6.

1 NOta, quod Concil. Trident. ordinat, quod ab hæresi occulta possint absoluere Episcopi subditos suos in foro conscientiæ, quod non est concessum eorum Vicarijs. Circa quod decretum primo notandum est, quod hęresis occultas reseruata Papæ, de qua possunt absoluere Episcopi, non est mētalis, quia hæc non est reseruata, sed illa quæ est significata aliquo actu exteriori deliberato cum pertinacia, licet non possit probari, vt resoluit Ioannes Guttier. in suis practicis quæstionibus.

Guttier. in pract. qq. c. 13. nu. 28. pag. 153

2 Secundo debet notari, quod possunt religiosi absolui ab Episcopo eius diæcesis, vbi habitant, de hac hæresi occulta; quia licet non sint subditi sui, quantum ad hoc possunt ei subijci renuntiantes priuilegium exemptionis secundum quandam doctrinam Federici Senensis allegati à Nauarro, qui tenet hãc opinionem.

Nau. l. 1. consil. tit. d' offic ordinarij cõsil. 8.

3 Tertio debet Notari, quod non est hoc decretum reuocatum per Bullam Cœnæ Domini, vt probaui in expositione Bullæ Cruciatæ, & tenet nunc Guttierez, & defendit in quodam consilio Nauarrus, dicens contra aliquos non credere, quod domini Cardinales reformationis declarauerint cõtrarium ob multas rationes nimis efficaces, & Christianas, quas ibi allegat; ob quas dicit, quod si in Bulla Cœnæ Domini data à Gregorio Decimotertio, & reliquis Sum. Pontif. est derogatum huic decreto, hoc intelligitur quoad Episcopos, qui sunt Romæ vicini, non vero quantum ad eos, qui sunt in multa distantia, vt sunt Episcopi Castellæ vtriusque, vnde non potest recurri Romam ad Papam tam facile pro absolutione huius peccati.

Guttier. vbi supra. 151. nu. 29. Nau l 5. cons tit. de sent. excom. cons. 5.

4 Quarto debet notari, quod Episcopus potest absoluere ab hæresi, tamen solum in foro conscientiæ. Volo dicere, quod absolutio data, & facta ab eo nihil valet quod ad forum exterius, in quo sic esset iudicatus (ac si nõ esset absolutus) secundum iuris rigorem, sic enim omnes declarant Concilium.

5 Quinto debet notari, quod non possunt Episcopi committere hanc authoritatem suis Vicarijs, vt dicit Concilium, & quod sicut Vicarius generalis Episcopi ex solo suo officio non habet authoritatem faciendi collationes beneficiorum, vt dicitur in iure, sic non tenet potestatem vtendi hac facultate. Est tamen aduertendum, quod potest Episcopus committere hanc authoritatem in casu particulari personę, qualis conuenit, vt defendi cum Corduba in expositione Bullæ Cruciatæ dicens, quod non habent Episcopi authoritatem committendi absolutiones suis Vicarijs generalibus in generali, vt Canonico pœnitentiario datur potestas ad reliquos casus reseruatos Episcopo: nunc vero inuenio Guttier. tenere contrarium fundatum in quodam verbo huius decreti ibi, *Aut Vicarium ad id specialiter deputandum*; In quibus verbis insinuatur à Concilio, quod Episcopus ad reliquos casus debet creare Vicarium de nouo, ergo pro hæresi, in qua præcipitur obseruari contrarium, non potest deputari aliquis Vica-

de officio Vicarij.

Gutt vbi sup.

Vicarius; quod quidem credimus dicẽtes non posse creari aliquem vicarium, vt habeat in speciali facultatem generalem ad hunc casum; non negat autẽ Concilium, quod possit creare aliquem Vicarium pro aliquo casu particulari, si ansit causæ vrgentes ad illud, sicut pro absoluenda aliqua moniali, quę ob votum clausuræ non potest venire ad Episcopum, nec Episcopus venire ad eã si est nimis distans: & ideo tenet nostrã opinionem Nauarrus dicens, quod potest Episcopus committere hanc authoritatem duobus modis: Primus est dando authoritatem dicto Vicario, vt solũ absoluat ab illo peccato ostendens ei satisfactionem, quam debet imponere. Secundus dando ei non solum authoritatem absoluendi, sed etiam arbitrandi de satisfactione, quia ille, cui competit absoluere ratione officij sui, potest idẽ facere absolute per alium, vt dicitur in iure: & Episcopus in hoc casu potest absoluere ratione priuilegij concessi eius dignitati Episcopali; vnde secundũ ius poterit committere hanc facultatẽ suis Vicariis, & ideo negauit eam Conciliũ, quia si non negaret, certum est, quod valeret: vnde sequitur, quod cũ in hoc casu particulari, de quo agimus non negetur illi dicta authoritas, poterit eam absolute concedere cui voluerit,

Na.li.5. consi. tit. de sent. exc. cõs. 15. f. 195.

c fin. de of. ordinarij.

6 Sexto debet notari, quod Episcopus potest absoluere ab excommunicatione incursa ob hæresim extra sacramentum pęnitentiæ, & potest absoluere a reliquis excommunicationis, sic tenet Nauar. Vnde sequitur, quod potest absoluere monialem absentem: de qua loquuti sumus in notabili pręterito ab excommunicatione, & absoluta ab ea poterit absolui a peccato a quocunque Confessario approbato ab Ordinario non impedito legitime, quia si hoc peccatum est reseruatum Sedi Apostolicę, est ratione excommunicationis, quam habet annexam, qua ablata non amplius remanet reseruata.

Nau. vbi supra.

De filijs hæredibus quoad eorum successionem. Cap. CXXXI.

SVMMARIVM.

Quod species sint filiorum habitorum per generationem naturalem nu. 1.

An filij commendatariorum D. Iacobi sint sacrilegi ibid.

An filij nati ex legitimo matrimonio in exteriori, si sit matrimonium nullum ob aliquod secretum impedimẽtum, sint legitimi num. 2.

An filij naturales, & adulterini fiant legitimi per subsequens matrimonium. numero 3.

An teneantur patres instituere hæredes filios suos, & an habeant licentiam tradendi legitimam in vita conclus. 1. numero. 4.

An teneatur pater restituere filio legitimo legitimam, quam renuntiauit metu reuerentiali. concl. 2. nu. 5

An possit pater dare facultatem filio, quẽ habet in sua potestate, vt testetur de legitima quã debebat habere post eius mortem. ibid.

An filij naturales possint succedere ex testamẽto, aut ab intestato parentibus, qui habent filios legitimos concl. 3. num. 6

An filijs sacrilegis, & incestuosis possint parentes relinquere quintam partem bonorum ibid.

An peccatis carentes filijs legitimis possint relinquere naturalibus omnia bona, licet habeant hæredes ascendentes. concl. 4 num. 7.

An possint patres meliorare in tertio, & quinto aliquem filiorum licet indignum concl. 5 num. 8

An possint patres bona conscientia fundare maioratus, seu primogenituras concl. 6. num. 9.

An satisfaciat pater instituens filiam hæredem in testamento relinquens solum dotem ei. concl. 7. nu. 10

An possit pater relinquere filio suo adulterino aut sacrilego bona sua in testamẽto. concl. 8. nu. 11

Ad

1 AD resolutionem eius, quod de hac materia debet tractari, est notandum, quod filij habiti per viam generationis naturalis considerantur multis modis; aliqui enim sunt legitimi naturales: alij naturales, alii spurij, vt tractat D. Thom. Filij legitimi naturales sunt nati ex legitimo matrimonio: filij naturales sunt nati ex parentibus, qui tempore conceptionis poterãt contrahere matrimonium; cognoscentibus illos patribus vt tales: vt resoluit Couarruuias Sarmientus, Tellus, & Molina, & Hernandez, & in his Regnis Castellæ gaudent hi filij nobilitate parentum secundum quandam legem Tauri, vt tradunt DD. allegati; & sunt filij naturales, licet eorum patres sint in minoribus ordinibus constituti, & habeant beneficium ecclesiasticum, dũmodo non sint initiati ordine sacro cum possint coniũgi, & valeat matrimonium, vt resoluunt Couar. Sarmientus, Tellus, & Hernandez. Et nota, quod filij habiti, a Comendatarijs Equitibus D. Iacobi, & Alcantaræ in his Regnis Hispaniæ, sunt filij naturales, & gaudent patrum nobilitate si fuerunt geniti, dum ipsi essent soluti, & qui possent contrahere matrimonium cum mulieribus, ex quib. habuerunt dictos filios tempore conceptionis eorum, vt docte resoluit Ioannes Guttier, quia iam Sum. Pont. dispensauit cum his, vt possint contrahere matrimonia, & etiam quia hi non sunt vere religiosi, vt dicantur eorum filii sacrilegi, sicut filii equitum D. Ioannis Hierosolymitanorum, qui quidem sunt vere religiosi, vt resoluunt Sotus, Aragon, Medina, & Azeuedo, vt defendi ego, ꝙ quidam monachus filius cuiusdã equitis D. Iacobi poterat suscipere ordinem sacrũ, non obstante motu proprio Sixti V. id prohibente, quia habitus erat ex muliere, cum qua pater, si vellet, posset contrahere matrimonium, cum iste non esset sacrilegus: alij dicũtur spurij, qui sunt habiti ex patribus ignotis; alij sunt incestuosi, qui habẽtur ex consanguineis, qui non possunt contrahere ratione huius impedimenti: alij sunt sacrilegi, qui habentur ex religiosis, aut ordine sacro initiatis.

D Tho. in 4. d. 41 Cou. 14 2. p. c. 8. §. 2. nu. 30. Sar. l. 1. Sele. c. 5. n. 8. & c. 6. & 7. per totũ Mol. de Hisp. primo. li. 5. c. 1. Tell. i le. 11 Taur. num. 1. Cou. d. c. 8. § 5. n. 17. Sarmien. vbi supr. 2 nu. 7. Tell. vbi sup. nu 36. 37.

Gutie. l. 2. prat. car. q. c. 11. p. 246 Sot. li. 7. de iust. q 5. art. 3. ad 1. Ar. 2. 2. qu. 88. ar. 11 concl. 5. Mol c. d primog Hisp. li. 1 c. 3 n 98 Azeued. in li. 14. tit 5. nu. 3. li 3. nou æ cõp.

2 Secundo debet notari, quod filij nati ex legitimo matrimonio facto seruata forma Concilio Tridentin. si postquam geniti sunt, cognoscitur matrimonium fuisse nullum, non desinunt esse legitimi, quia eius bona fides, & ignorantia coniugum efficiunt legitimum, vt definitum est in iure, & tradunt Couarruuias, & Sarmientus, quæ bona fides, & ignorantia sufficit vt habeatur ab vno coniugum; debetque durare hæc bona fides, & ignorantia vsque ad eorum natiuitatem, vel conceptionem, vt dicit quædam lex partitarum, & tradit Palectus. Estque aduertendum, ꝙ hic loquimur de ignorantia facti, quia si loquamur de ignorantia iuris, contrarium debet dici, & ideo consanguinei, qui contrahunt ignorantes impedimẽtum affinitatis, aut cõsanguinitatis impedire, aut dirimere matrimoniũ, non efficiunt legitimos filios huius matrimonii, vt resoluit Paleotus, & Couar.

lex teno re, 14. q. filii sint legitimi Cou. vbi supr. §. 1. n. 3. & n. 16. Sarmiẽt vbi sup. c. 6. d. l. 1 tit. 13. p. 4. Pal d nothis. c. 10. n. 4

Paleot. vbi sup. c. 9. n. 7. Cou. vbi supr. nu. 9.

3 Tertio debet notari, quod filii naturales efficiuntur legitimi per subsequẽs matrimonium, vnde si duo, qui possunt contrahere, habent ex se inuicem filios, & postea coniungantur, illi filii efficiuntur legitimi, secus vero de filiis spuriis, qui nunquam fiunt legitimi, licet postea sequatur matrimonium, si quando fuerunt geniti, erant spurij. Vnde si homo coniugatus generet filium ex alia, aut solutus ex nupta, qui postea progressu temporis viduitate superueniente coniunguntur, non ideo filius habitus efficitur legitimus, vt resoluit Cou Sarmientus, & Molina; & hæc legitimatio, quam ius introducit, per subseques matrimonium procedit, licet matrimonium fiat existente vno coniugum in articulo mortis, si tunc ducat amicam suam, ex qua habuisset filios in tempore, quo potuit eam ducere, vt resoluit Couar. Molina Sarm. Minchaca contra alios multos, qui tenent contrariũ, non respicientes, quod ille qui in hoc articulo

Cou. vbi supr. §. 2. n. 5. o Sarm. vbi sup. c. 5. n. 8. Mol vbi sup. c. 1. nu. 6.

Cou. vbi supr. nu. 10.

Mol. vbi supr. l. 2. c. 5. n. 2. 6. Sarm. vbi sup. c. 6. n 9. Mécha. referens plut. l. 3 econtro frequentium ca. 4. nu. 4. Rosas in sua epithome. c. 2. n. 21 & 22. Cou. i. d. c. 8. §. 2. num. 10 Tellus in l. 2. 3. Tauri. n. 11. Bal. in l. pactũ de tale. 6. oppos. C. de co la Cou. in c. quã uis pact. §. 1. n. 2. Tell. i le. 22. Tau. nu. 15. Nau. ca. 17. num. 152.

ticulo vtitur iure suo, quod habet ad contrahendũ, potest id facere: qđ procedit, licet, qui coniũgitur, sit homo tã senex, vt sit impossibile generare, vt allegans alios resoluit Rosas, & dicit hãc esse opinionẽ cõmuniorem, & veriorem Cou.

4 His suppositis, sit prima conclusio. Patres tenentur instituere hæredes filios suos legitimos, habentq; authoritatem tradendi eis legitimã in vita sua, vt allegans alios probat Tellus, & Hernãdez, & si postea augeãtur bona, possũt tales filii petere supplementum legitimæ, & econtra, si minuãtur, tenẽtur ducere ad cumulum, quod habuerunt, ne fiat iniuria aliis fratribus; quia legitima filiorum consideratur habito respectu ad bona, quæ pater relinquit tempore mortis, non vero quæ habebat adhuc viuens; sic enim tenet Baldus, & est opinio communis secundum Couarruuiam, & Tellum. Verum est, quod si filius, qui recepit dictam legitimam, renuntiauit hæreditatem, quam poterat habere mortuo patre, licet augeretur, non potest petere plus, neque etiam potest quidquam postulare, si diminutionem patiatur, vt docent DD. allegati.

5 Secunda Conclusio. Filio legitimo qui renuntiauit patri hæreditatem, & patrimonium metu saltem reuerentiali, dolo aut fraude, tenetur pater restituere totum id, quod ablatum illi fuit de sua legitima, licet iuret, quod sit cõtentus, & satisfactus. Verum est tamẽ, quod si iurauit scienter, & sponte, licet cum fraude, dolo, metu ve, tenetur dictus filius in foro conscientiæ adimplere iuramentum, secus vero in foro exteriori probatis dictis metu, doloue; sic enim resoluit Nauarr. dicens, quod forte per hanc distinctionem restant pacificatæ opiniones, quæ versantur circa hoc punctum. Notaque quod si filius, aut filia renuntiauerũt legitimam, quæ illos contingebat, patri, de eiusdem licentia, poterit iste pater bona conscientia dare prædictam hanc legitimam alteri filio vltra legitimam directam illi debitam, & vltra tertium, & quintum in quo meliorat eum, viso quod pater habebat facultatem relinquendi legitimam fratris, qui renuntiauit, & ideo quando leges horum Regnorum dicunt non posse patrem dare vni filiorum plusquam legitimam, & tertium, & quintum meliorans eum, debent intelligi loquendo de bonis ipsius patris, non vero loquendo de bonis quæ alius renuntiat in eum cum facultate, quod possit illa relinquere, cui voluerit, sicut dedit facultatem, & potuit dare filius renuntians respectu eiusdem legitimæ, sic enim resoluit Guttierez, dicens hanc renuntiationem non habere locum, quando filius, aut filia habent hæredes necessarios legitimos, quibus de necessitate debent relinquere hæreditatem morientes, quia in hoc casu non poterunt facere talem renuntiationem. Nota alterius, quod pater, licet habeat alios filios, poterit in eorum præiudicium dare licentiam filio, vt testatur, & relinquat bona, quæ iam sunt sua, alicui fratrum, aut alteri, cui voluerit, cum videamus probatum in iure, quod verus debitor potest repudiare hæreditatem in præiudicium creditorum, nec creditores possunt reuocare dictam repudiationem, & possunt reuocare legatum, quod statim moriente testatore transit in legatariũ: vnde si dominium iam acquisitum, & radicatum in persona debitoris potest ab eo repudiari in præiudicium creditorum, non est mirum, quod possit pater repudiare ius acquirendum in præiudicium filiorum: hãc opinionem (licet non in propriis terminis) tenet comprobatque Palatius: Rubius, & defendit Guttier.

6 Tertia Concl. Filii naturales nõ succedunt, nec possunt succedere patri, nec matri per uiam testamenti, aut ab intestato, si habeant filios legitimos. Verũ est tamen, quod nõ solum in, sed etiam filiis sacrilegis & incestuosis possunt pater, & mater relinquere quintã partem bonorum suorum, vt dicit Sotus: quia si hanc partẽ possent relinquere extraneis,

Guti. in c quamuis pactam f. 123. & 124. l. quia sit ver. pro inde. ff. quæ in frau. cre Titi. ff de furtis. Pala. in repetit. Rub. de do. not. int. vir & vx. §. 47. nu. 2 & sequ. vsqu. ad fi. Gut i c. quamuis pa n 20. de pac. l. 6. Sot. li. 4 de iust. q. 5. ar. 2

quan-

quanto magis filiis saltem per modum alimenti, quòd debetur de iure naturali.

7 Quarta Conclusio. Tam pater, quam mater carentes filijs legitimis, licet habeant hæredes ascendentes, qui sunt patres, & aui, possunt relinquere filiis naturalibus in testamento omnia bona sua; & quantum ad matrem est negotium satis receptum in his Regnis Hispaniæ, cum id approbet quædā lex Tauri; quia mater est certa, quod filius est eius filius, & etiam quo ad patrem est certa, vt continetur in alia lege Tauri, & tenet Corduba, licet Angles, quia non viderat hanc legem, teneat contrarium. Verum est tamen, quod ab intestato non succedet pater, licet careat filiis legitimis, succedet tamen mater carens eis: & ratio huius differentiæ est, quia pater nō est tam certus, quod hic sit filius suus, sicut est certa mater. Et nota, quod hac de causa mater tenetur in conscientia, licet habeat patrem, & matrem non habens filios legitimos instituere filium naturalem hæredem omnium suorum bonorum excepta quinta parte, vt continetur in quadam lege nouæ compilat. & tenet Corduba, ad ꝙ non tenetur pater, quia lex, viso quod non habet tantam certitudinem, quod sit eius filius, sicut mater, noluit eum sic adstringere, licet concedat licentiam, vt id faciat, si velit.

li. 9 Tauri. libr. 10. Tauri. Cor. de cas. qu. 123. Angles in floribus. 4. l. 7. li. 4. Cor. vbi supr.

8 Quinta Conclusio. Possunt cum bona conscientia pater, & mater meliorare vnum filiorum in tertio & quinto in his Regnis Castellæ, licet filius melioratus sit indignus respectu aliorum, quia minus seruierit parentibus; & idem debet intelligi in reliquis Regnis secundum meli. rationem, quam ipsorum leges permittunt: hanc sententiam tenet Couarruuias, Molina, & Nauarrus: qđ debet teneri, licet contrarium teneant viri docti non aduertentes, quod pater non eligit tanquam administrator, sed tamquam dominus.

Cou. in reg. peccatu 2. p §. 7 n. 7. Mol. de primo. lib 2. c. 15 n. 60

9 Sexta Conclusio. Patres cum bona conscientia possunt instituere maioratus, seu primogenituras suorum bonorum, relinquentes filiis, qui non debēt succedere in dictas primogenituras, cō grua alimenta in locum legitimæ, quæ illis debebantur, & hoc propter bonū commune Reipubl. quæ sic illustratur, & conseruatur, subleuatis domibus in perpetuum genus nobilis: sicut dicitur in quadam lege partitarum, & resoluit Rodericus Suarez, & Palacius Rubeus.

10 Septima Concl. Sufficit, quòd pater in quo testamento instituat filiam solum in parte, & dote, quam dedit ei, vt tenet Speculator, & Guilielmus Benedictus: quod debet teneri, licet Cou. dicat contrarium esse opinionis cōis.

11 Octaua Conclusio. Non potest pater in testamento dare rem suam filio adulterino aut sacrilego: si potest ei relinquere aliquid per viam legati, aut fideicommissi.

Naua. in add. ad Man. c. 26. n 23

l. 2 tit 1 p. 2. Suarez in l. quoniā inprior. in decl. trat. leg. regni limitit. 2. Pal. Rubr. in ca. per vestras no ta 3. §. 24. nu. 7 Spec. ti. de instr. epi § cō pendio. la n. 38. Guiller. in c. Raynu. vbi Couar.

De hæredibus obligatis ad legata, debitaque testatoris. Cap. CXXXII.

SVMMARIVM.

An pater possit ponere aliquod grauamen filio primogenito. concl. 1. nu. 1.

An possit relinqui quidam redditus annuus ecclesiis, & patribus minoribus, et an dicti monachi sint capaces recipiendi aliqua legata, conclus. 2. & 3. numero 2. & 3.

An pater possit relinquere extraneis quintam partem suorum bonorū. conc 4 n. 4

An legata relicta in testamento minus solemni debeātur in conscientia. cōc. 5. n. 5

An teneatur hæres soluere legata relicta in testamento solemni, & cetera debita defuncti conclu. 6. nu. 6.

An quod relinquitur alicui virgini hac conditione: quod non nubat sine consensu patris, debeatur ei solui licet non adimpleatur dicta conditio. ibid.

An ante finem anni sepulturæ teneantur hæredes adimplere testamentum. concl. 7. num. 7

An

An patiatur anima defuncti in purgatorio, si non soluatur in seculo legatum pium, quod legauit, conclus. 8. numero 8.

An teneantur primogeniti soluere debita suorum antecessorum, conclus. 9. numero 9. & 10.

An pater possit legare alicui filiorum per modum debiti, plusquam quintam partem, concl. 11 nu. 11.

1 PRima Conclusio. Filius succedens patri in maioratu seu primogenitura non potest recipere grauamen aliquod, quod ipse debeat soluere ex maioratu, vt definitum est in iure l. vnum ex famil. §. 1. ff. de leg. hinc infertur, quod si filius primogenitus, qui non iussit adimpleri testamentum patris quo ad legata pia intra annum post mortem ipsius patris, licet iudex moneat illum, vt id faciat, non amittit ius ad primogenitum, vt concedit, nisi promiserit adimplere, & monitus à iudice non vult soluere cum nimia pertinacia, & contumacia, quia in hoc casu peccat, vt dicitur in iure, & aduertit Couar.

ca. licet de voto. Cou. in c. si hæredes in fine extra de testa.

2 Secunda Concl. Potest relinqui ecclesijs minorum de obseruantia aliquis redditus annuus pro fabrica, vino, oleo, cera, altaris ornamentis, & similibus, quia hæc non relinquuntur monachis, nec eorum collegio, nec alicui eorum, sed ecclesiæ, & eius fabricæ, quæ est Papæ, & nō est prohibitum recipere hoc; nec in capitulo, Exiuit, nec in aliqua parte regulæ nostri Patris D. Francisci prohibetur, quod relinquatur aliquis redditus eius ecclesijs, vt aduertit Bartolus, & tradit Nauarrus probans id multis rationibus, & ideo tenentur hæredes soluere hoc legatum, sindicusque dicti monasterij debet petere illud, cū sit œconomus Papæ.

Clem. exiuit de ver. sig. li 6. Bartol li. 1. 1. minoritarū d. 4. c. 1.

Nau. l 3 cōl tit de testa. cō sil. 13.

3 Tertia Conclusio. Legatum relictū fratribus minoribus incapacibus eius non solum non debetur in foro exteriori, sed nec in interiori conscientiæ; quia quod relinquitur incapaci, qui nullo modo potest recipere sine aliquibus modificationibus, iudicatur, ac si non esset scriptū, vt dicitur in iure. Hinc infertur, quod si aliquis testator relinquat alicui personæ quendam redditū cum onere, quod det certam quandā quantitatem alicui monasterio Patris nostri D. Francisci obseruantiæ, vt ibi celebrentur quædam Missæ, & diuina officia, non solum non valebit in foro exteriori tale legatum, sed et in foro cōscientiæ non tenebitur soluere, cū fratres sint incapaces eius: verum est, qd persona cui relicta fuerunt dicta bona, tenetur dicere dictas missas, & diuina officia, vbi intelligitur, quod testator praciperet dici, vt resoluit Nauarrus: sicque ordinatum est in nostris constitutionibus generalibus, quod hoc recipiatur per modum eleemosynæ protestando coram ipso, qui tenetur, quod non accipitur dictum legatum necessario ratione legati, sed tamquam eleemosyna, quam poterit dare, si voluerit, de qua re tractabitur in explicatione priuilegiorum apostolicorum Deo volente.

L. si in metallū ff. de ijs. quæ pro nō scrip. haben.

Nau. de oratio. c. 5. nu. 3 cōsilio-rū, ti. de testa. cō. 14. f. 220 Ordin. Toletana, f. 11

4 Quarta Conclusio. Pater, & mater, qui habent ascendentes, aut descendentes, in morte possunt disponere non plusquam de quinta parte suorum bonorum, vt voluerint, relinquendo totum pro anima sua, & remanens à suo quinto relinquere vni aut pluribus, cui, & quomodo voluerint, licet sint extranei, & de tertia parte suorum bonorum, & de remanente à quinta poterunt meliorare vnum, aut plures suorum filiorum, aut nepotum, vt voluerint, vt resoluit Corduba, quantum vero ad hoc, quod est relinquere extraneis quintam partē, debet intelligi relinquendo filijs congrua alimenta, quibus possint decenter sustentari secundū eius statum, vt in casu simili isinuat Ludouic. Lop. Notentq; coniugati, quod si habent filios, nec in vita, nec in morte possunt sibi inuicē alteri dare, nec relinquere plusquam quintam partem prædictam, & si non habeant filios, & dederint

Cord. de casibus, q. 123.

Lop. in istr cōl. 2 p. c. 20 in fin.

derint sibi inuicem aliquid vita durante, valebit post mortem, poterit tamen reuocari, nisi iurauerint non reuocaturos tale donum.

5 Quinta Conclusio. Legata pia relicta in testaméto minus solemni coram testibus debent solui non obstante quocunque statuto in contrarium, vt dicitur in iure, & docet Nauarrus: ita vt iudicans, & scribens in contrarium remaneat excommunicatus tamquam homo contrauenienis libertati ecclesiasticæ, loquendo tamen de legatis non pijs non auderem ego condemnare hæredem dicens, quod teneatur in foro conscientiæ soluere, antequam iudex visa nullitate testamenti adiudicet hæredi. qui succedit ab intestato, vt tenet Antonius Gomez. quod confirmatur, quia cum hoc in puncto sint duæ opiniones hominum doctissimorum, vna affirmatiua, scilicet quod hęres ab intestato tenetur soluere hæc legata, & alia negatiua, vt tradunt Couarruuias, & Guttierez, quæcũque earum potest teneri cum bona conscientia, vt dicit Aragon. Nec auderem ego obligare ad restitutionem bonorum, quæ quis acquirit ratione contractus nullius ob defectum solemnitatis iuris, cum homines docti relati à Couarruuia teneant nullã esse obligationem restituendi, & amplectantur hoc tanquam commune.

c. relatũ 1. ɗ test. Nau. ca. 17. n. 117. §. 24. ca. graue, ɗ sec. exc.

Gom. in l 13. Tauri. nu. 20

Cou. in c. cum es ses, nu. 1. de test. Guttierr. in l nemo pōt, n. 26. 4. ff. ɗ leg. 1. Aragon. 2. 2. q. 62 p. 60. colum. 2.

6 Sexta Conclusio. Quod legatur in testamento solemni, debetur in conscientia, vt post multos resoluit D. Antonius de Meneses, & Guttierez: & licet hęreditas non sit sufficiens post acceptationem ab hærede sine beneficio inuentarij, tenetur hęres soluere debita defuncti in foro exteriori, in foro tamen conscientiæ, licet non fecerit inuentarium, non tenebitur secundum Paludanum, & Siluestrum, quia non est iustũ, quod de beneficio hęreditatis accipiat damnum sine vlla culpa ex sua parte, quam opinionem sequitur Couarruuias quo ad legata, quæ relinquit testator, non vero quoad debita, quæ debebat, cuius dictum videtur mihi rationabile: nec potest dici, quod hęres nõ habuit vllam culpam, cum fuerit negligens in faciendo inuentario. Et nota, quod legatum relictum vni virgini cum hac conditione, quod non nubat sine cõsensu patris sui, debetur nullo habito respectu conditionis tamquam impeditiuæ libertatis; si vero dicatur, quod nubat cũ consilio, & communicatione patris, tenebitur nubere cum eius consilio, vt tenent Acosta, & Minchaca: & licet teneatur petere consilium eius, nõ tenetur sequi illud: verum est tamen, quod si iusserit, & reliquerit aliquod legatum sub conditione, quod nubat alicui nobili, talis conditio valet, & si non adimpleatur, amittit legatum.

Meneses in l. cum quis nu. 9. ff. ɗ iuris, & facti ignorantia. Guttier. vbi sup. nu. 159. Pal. in 4. d. 15. q. 2 art. 5. Silu. ver. hęr. 3. q. 5.

Cou. in re. peccatum. 2. p. §. 3. nu. 9

Acost. in l. cum tale § receptum, ff. de cond. Minchaca controu. frequ. ca. 5. num. 15.

7 Septima Conclusio. Licet in foro exteriori non teneantur hæredes exequi mandata testatoris, vt aliqui dicunt, ante annum ab eius morte, loquendo tamen in foro conscientiæ tenentur ad illud quanto citius poterunt, pręcipue quo ad debita defuncti, quia in his nec testator potuit differre solutionem, nec executor: & hęredes non possunt differre; quia esset retinere alienum contra voluntatem Domini.

8 Octaua Conclusio. Non patitur anima defuncti in purgatorio non solutis hic legatis pijs, quæ reliquit, vt statim darẽtur pro eius anima, quia meritum habet originem à voluntate defuncti prompta, & directa in Deum, & negligentia executorum nõ nocet defuncto quo ad meritum in hoc casu, vt dicit D. Tho. nocet tamen ad satisfactionẽ, non quia per moram eorum afficiatur supplicio, quia hoc supplicium ad eos pertinet, sed quia non ponitur remediũ pęnæ satisfactoriæ faciendo suffragia, quę adiuuent ad hoc, vt docet D. Thom. & Siluester. Hinc colligitur, quod peccant mortaliter hęredes executores testamẽti ob hanc dilationem, si est magna; & debent ideo excommunicari, vt constat ex sacris Canonibus, quos tradit Gracianus in decreto: in qua re video multos peccare grauiter, & nescio, an Pręd catores, & Cõfessarij sint tam sęgnes in reprehen-

D. Th. l. 6. art. 13.

D. Tho. vbi sup. Sil 2 q. 9

c. qui cũ duob. sequ. 13. q. 2.

reprehēdendo eos, sicut ipsi sunt in correspondendo suę obligationi: videndus est Petrus de Nauarra circa hoc punctū qui disputat supradicta.

9 Nona Conclusio. Qui succedit maioratui seu primogenituræ tenetur soluere debita, quæ fecit primus institutor, licet sint de bonis maioratus, si non sunt alia bona libera, aut fructus maioratus quibus possint solui, quod intelligitur, nisi maioratus fuerit institutus per donationē inter viuos, quæ est irreuocabilis.

10 Decima Conclusio. Successor maioratus non tenetur soluere debita, quæ fecit vltimus possessor bonorum maioratus, nisi ex bonis liberis, si successit in eis aut de bonis maioratus, quæ reliquit collecta vltimus possessor, & si successit in omnibus, & petiuit inuentarium, & renunciauit hæreditatem, ad nihil tenetur cum non succedat huic in maioratu, sed primo institutori. Verū est tamen, quod tenetur ad debita, quæ fecit vltimus dictus possessor in beneficio dicti maioratus, & pro eius conseruatione, vt resoluit Antonius Gomez, Molina, Peralta; Pelaez, Ioānes Garzias, & Gregorius Lopez: tenebitur etiam soluere impensas, quæ fuerunt factæ in sepultura sui prædecessoris non relicto ab eo de quo possint solui; quia non patitur pietas humana, quod corpus huius vltimi prædecessoris remaneat insepultum, & ob eadē ratione tenebitur soluere parua debita, quæ faciunt ad exonerandam eius animam, quod intelligitur, si non reliquerit bona libera, de quibus possit satisfieri creditoribus, vt tenet Antonius de Meneses & DD. allegati.

Ant Gomez. i l. 40. Tauri. Molin. đ primogen. li. 1 c. 10. Peral. in l. 3. q. fideicommissariā n. 106 đ hær. insti. Pelaez, tit. đ maior. 4 p. q. 26. Garzia, de expē. & melior a. ca. 16 num 15. Greg Lopez in l 4. tit. 15. p. 2. Menens. in l. vnū ex fam. § si đ fal ci n. 9 ff. de leg. 2. Silu hære. 3. q 7 Cord. đ casib. q. 161.

11 Vndecima Conclusio. Supposito quod pater non possit relinquere per modum debiti plusquam quintum. & non valeat legatum non probat [illegible] debito a legatario, non tenebuntur eius filij in foro conscientiæ soluere illud, nisi certo sciāt, quod debetur: quia in hoc casu tenebūtur soluere de suis legitimis, vt dicunt Siluester, & Corduba,

De Filijs hęredibus quoad diuisionem bonorum. Cap. CXXXIII.

SVMMARIVM.

An teneatur filius communicare cum reliquis fratribus bona, quæ data sunt ei solum respectu patris. concl. 1 nu. 1.

An, quod soluit pater pro filio, dum est condemnatus ad certam pœnam debeat computari in legitima. conclu. 2. nu. 2.

An coniugatus mortua vxore teneatur cōputare quando partiuntur bona lucrata inter ipsum, & vxorem, quod male consumpsit durante matrimonio. conclu. 3. nu. 3.

An teneatur filius computare in sua legitima quod surripuit a patre ad ludendum, & consumendum cum mulieribus. conclus. 4. nu. 4.

1 PRima Conclusio. Tenetur filius communicare cum reliquis fratribus bona, quæ solo intuitu, & respectu patris ei donata sunt; quia hæc sunt bona profectitia, quorum proprietas, & vsus fructus pertinet ad dictum patrem. Dixi respectu sui patris, quia quæ non dantur illo respectu, quæ a iure vocantur aduentitia, nō debet ducere ad diuisionem quia ex his solum vsum fructum habebat pater vita durante, proprietas vero est filij: tunc vero dicentur profectitia, quando sunt ei data, vt teneat viuente patre, & erunt aduentitia, quādo precipitur, ꝙ habeat ea post mortem patris.

2 Secunda Conclusio. Quod soluit pater pro filio condemnato ad aliquam pęnam ob aliquod delictum, debet computari in legitima, si soluit illud tāquam fideiussor; si vero soluit sponte non compulsus, non debet computari, quia videtur ꝙ pietate motus fecit illius donationē ipsi filio; quod intelligitur, nisi quod dedit, sit in magna quantitate, quia in hoc casu non præsumitur donatio: sic tenet Bartolus, Antoninus Gomez, Mēchaca, & Agora, & probatur ī quadam

Bart. in l. Stichū 2. ad finem, de peculio legato.

Ant Gomez in l 20. Tauri. n. 20 Mench. de succcrea. §. 20. num. 220. Ayora i tract. de partion. p. c. 16. ord. Lusitana lib 4 §. 77. nu. 6. Guttier. in §. sui inst. de hæredũ qualita. num. 93 Nau. ca. 17. n. 155 §. ad alterum. Cord. d casib. q 121. Lop. i in str cons. a. p. c. 24

lege Portugalliæ. Verum est, quod Guttierez limitat supra dictum, quando pater fecit meliorationem de tertio, & quinto alicui filio irreuocabiliter, quia in hoc casu videtur facere ei donationẽ eius; si vero fecit dictam meliorationem reuocabiliter, non videtur fecisse donationem de dicta pęna, quam soluit pro eo, sed reducere solum ad tertium, & quintum, & ideo videtur reuocare legatum, quod fecerat de tertio, & quinto.

3 Tertia Conclusio. Homo coniugatus, qui paulatim consumpsit magnam quantitatem suorum bonorum, non tenetur computare hoc, quando partiuntur bona lucrata inter ipsum, & vxorem, quia maritus est administrator eorũ, & potest illa consumere hoc modo absque eo quod committat iniustitiam; sic enim tenet Nauarrus, Cordoba, & Frater Ludouicus Lopez. Quod probatur, quia bona communia sunt illa, quæ tempore diuortij inueniuntur lucrata, & ideo, quæ sunt talia, quia licet dimidia eorum pars erit vxoris, hoc intelligitur reuocabiliter, ita vt maritus, cuius curæ commissa sunt, possit ea vxori subtrahere, licet consumat male, quia non facit contra iustitiam, licet faciat contra charitatem: quod intelligitur, nisi consumpsit ea cum fraude solum, vt vxor amitteret partem suam, quia in hoc casu debet fieri restitutio hæredibus dictæ vxoris, vt dicit Ludouicus Lopez; & in hoc casu si vxor sit certa, quod eius maritus distribuit bona parentibus, aut cõsanguineis in fraudem partis suæ, & suorum hæredum, poterit ipsa secrete capere de illis, & dare parentibus, aut alijs; quia si maritus tenetur restituere hæredibus vxoris in hoc casu, quare ipsa non poterit ipsa propria manu recuperare non inuento medio magis accommodo ad vitandam hanc mariti fraudem? sic enim tenet Corduba, & est opinio Suarez, & Gregorius Lopez: Quod amplius posset dici de hac materia, videatur in materia de dote, & donationibus inter virum, & vxorem, patres, & filios.

Lop. vbi supra.

Cord. vbi sup. Suar. in l quoniã c. de off. testam. Greg. in l. 8. glo. penŭ. 4. p. 4.

4 Quarta Conclusio. Quod filius vita durante patris rapit pro ludis, & sumptibus vanis, & luxuriosis, non tenetur computare in legitima, quia etiam faciunt hoc idem reliqui fratres, vt colligitur ex eo, quod tradit Spinus allegans alios.

De homicidio, quod fit publica authoritate. Cap. CXXXIV.

SVMMARIVM.

Quæ solemnitas debeat esse, vt publica authoritate possit quis condemnari ad mortem. num. 1.

An possit iudex condemnare aliquem ad mortem non verificato crimine, conc. 1. num. 2.

An possit iudex condemnare aliquem sine citatione, & testibus, cum eius delictum est publicum. conc. 2. nu. 3.

An possit iudex condemnare aliquem ad mortem absque eo quod vocetur ad iudicium concl. 3. & 4 nu. 4. & 5.

An possit iudex condemnare aliquem ad mortem absque eo quod eius crimen probetur, concl. 5 nu. 6.

An teneatur iudex liberare reum à morte, si nolit confiteri sua peccata sciens, quod sic morietur in peccato mortali, concl. 6. num. 7.

An teneatur iudex concedere licentiam reo mortis, vt accipiat Eucharistiam, concl. 7 num. 8.

1 AD explicationem eius, quod debet dici, notandum est, quod sunt quædam solemnitates, quas ius humanum introduxit, vt procedatur à iudice rectè in causa criminali, scilicet, accusatio, testes, instrumenta publica, & scripturæ, terminus ad respondendum: aliæ solemnitates sunt de iure naturali, scilicet dare locum parti, vt defendat se citando eam, & audiẽdo, & testibus comprobare causam.

Et

Et in solemnitatibus, quæ sunt de iure positiuo, licet supremus iudex possit dispensare, inferiori est hæc facultas denegata, vt resoluit Couar. Hinc infertur, quam male faciant iudices inferiores, qui occultè faciunt informationem capientes testes contra aliquem, & ipso non audito, condemnant eum ad mortem occidentes animas suas sine dubio, vt cum communi docet Alcocer.

Couar. l. 1. var. c. 1. n. 7. § tertiũ autem.

Alcocer in sum. c. 26. §. & tenetur ad restit.

2 Hoc supposito, sit prima Conclus. Si crimen nullo modo potest probari, non potest supremus iudex cõdemnare delinquentem ad mortem nõ defensum; sic enim tenet Caietanus, Sotus, Nauarrus, & Corduba, & ratio est, quia defensio rei, & comprobatio testium sũt duo necessaria de iure naturali, in quibus princeps non potest dispensare.

Caiet. in sũ. verb. homic. Sot. l. 5. de iust. q. 1. ar. 3 Nau. in Man. c. 25 num. 25. nu 9 Cord. l. 2. qq. q. 77. ad 2.

3 Secunda Conclus. Si crimen est publicum, sine citatione, & testibus potest reus condemnari ad mortem, & castigari, quia hic nõ potest iuste liberari negans factum, aut aliter per viam licitã; & ideo non debent condemnari iudices qui comprehendentes latrones in flagranti delicto præcipiunt eos suspendi, sicut sunt latrones insultantes in vijs itinerantibus: quia huiusmodi iudices in hoc non faciunt contra iustitiam, licet faciant contra charitatem, si non permittunt eos confiteri.

4 Tertia Concl. Si reus est tam potens vt non possit capi, poterit condẽnari ad mortem, licet non citetur, nec se defendat, sic enim tenet Sylu. quia si non potest secure vocari, & cognoscitur, quod vocatus non accedet, clare patet, quod iste non vult iustam defensionem.

Syl. ver. homi. 1. qu. 2 dicto 3.

5 Quarta Concl. In casu, quod crimen sit secretum, & quod solũ iudex sit conscius, & reus non est potẽs, nec rebellis, sed vocatus comparebit, si timetur dãnum in futurum, poterit condemnari ad mortem ipso non audito, & indefenso, si eius crimen est graue, vt esset, si vellet adoriri Reginam, & si procedatur contra ipsum iuridice, periclitabit Raginæ fama, aut sequetur turbatio in Repub. aut damnum, vt si filius esset filius Regis aut alicuius supremi Principis Reipubl. qui non potest affici supplicio sine graui scandalo, sic enim tenent Couarruuias, & Cord.

Cou. & Cor. vbi sup.

6 Quinta Concl. Iudex qui pręcipit occidere aliquem, quia scit quod commisit delictum, quod per testes nõ potuit verificari, non solum peccat mortaliter, sed etiam tenetur ad restitutionẽ, quia licet delinquenti secundum legem deberetur ista pęna, nõ poterat exequi in ipsum nisi probato prius crimine, & ideo non est subiectus dictæ pęnæ, donec eius peccatum est occultum, & non est probatum, vt tenet Nauarra contra Alcocer: qui dicit in hoc casu iudicem peccare quidem mortaliter, sed non teneri ad restitutionem. Verum est tamẽ, quod in causis ciuilibus licitũ est iudici præcipere alicui, vt soluat debitũ, quod ipse iudex scit deberi ab eo, licet testibus non possit res probari, quia si in casu, ꝙ quis non possit iuridicè recuperare, quod est illi debitum, potest secrete capere illud è bonis debitoris, & quicũque potest capere vt det innocẽti, quod ab eo surreptum est, dummodo fiat secreto, & sine scandalo; quare nõ poterit iudex iubere, vt satisfiat, & restituatur creditori debitũ, sciens quod illi debitũ sit, licet testibus non probetur? Nec obstat, ꝙ vtitur in hoc casu potestate coactiua constringens debitorem, ad cuius executionem non videtur sufficere eius scientia priuata; quia adhoc respõdeo, quod procedit præcipuè ductus vigore legis (naturalis, & diuinæ) quæ docet nos defendere proximum innocẽtem, pro quo tamquam re accessoria vtitur potestate publica, quã habet, & ideo in hoc casu non peccat, nec tenetur ad restitutionem, vt dicit Petrus de Nauar.

Nau. li. 2 de rest. c. 2. nu. 103. Alcoc. i sum. c. 26. Ver. ynobasta.

7 Sexta Concl. Non tenetur iudex liberare à morte reum, qui nõ vult confiteri, nec recipere Eucharistiam, licet certo sciat, quod morietur in peccato mortali, ita vt secundum Sot. peccaret mortaliter liberans eũ in totum: debet tamen dare tempus ei, vt confiteatur, vt dictũ est supra; & licet etiam intelligat, quod

Sot. li. 8. de iust. q. 1 ar. 2. ad 2.

inter hoc tempus debeat rapi à carcere, quia minus inconueniens est, quod rapiatur, quam non dare tempus ei vt confiteatur cum periculo suæ saluationis, viso quod turbatus præ vicinitate mortis non habebit contritionem necessariam ad remissionem peccatorum, si non confiteatur. Quod limitatur, nisi delinquens sit homo facinorosus, & Reipub. notabiliter nocuus, quia in tali casu poterit iudex negare ei tempus ad confitendum, si timeat, quod rapietur à carceribus, cum eius officium sit defendere rempubl. & in hoc casu est eius tutela commendata suæ curæ, quod si nō sit scandalum, nec periculum rapturæ, nec fugæ, si sit aliqua spes, quod prætentis duobus, aut tribus diebus condemnatus faciet debitam pœnitentiam tenetur iudex, licet delinquens peccauerit malitiose, differre executionem sententiæ vsque ad illud tempus, quia lege charitatis obligatur ad casum spiritualem proximi sui, præcipue irreparabilem, sicut est iste; cum statim delinquēs sit moriturus, & si moriatur in periculo peccati, ibit in infernum, vnde secundum legem ordinariam Dei non potest exire.

§ Septima Concl. Si non timeatur raptus ad mortem condemnati, aut aliud notabile damnum, peccabit iudex negans vnum diem illi, vt accipiat corpus Christi; sic tenet Petrus de Nau. cōtra Nauarrum, sicut dictum est in cap. 68. concl. 1. nu. 1. De intentione iudicis habēda in dandis sententijs, dicetur in instruct. iudiciali, c. 12. concl. 13. nu. 13.

N. 12. l. 2 de resti. ca. 3. nu. 124. cū seq. Nau. in Man. ca. 25. n. 25.

De homicidio quod fit ob defensionem vitæ, virtutis, honoris & bonorum. Cap. CXXXV.

SVMMARIVM.

An sit licitum occidere aggressorem antequam committat iniuriam, conclusio. 1. num. 1.

An possit quis occidere aggressorem nō potens aliter liberari, licet dederit ei occasionem aggrediendi, conclusio. 2. numero 2.

An possit se defendens prætendere ex proposito mortem offensoris concl. 3. nu 3.

An sit licitum clerico defendere se contra sæcularem, & econtra concl. 4. nu. 4.

An sit licitum fugiente cum equo ab inimico calcare hominem positum in medio itineris, si non possit alio modo liberari, concl. 5. nu. 5.

An dictus faciens possit cum equo calcare hominem dormiētem in medio itineris, si non possit aliter se liberare, conclus. 6. num. 6.

An sit licitum pro defensione sui ab aggressore occidere puerum, quem aggressor habet coram se, concl. 7. nu. 7.

An sit licitum homini particulari ob sui defensionem occidere Regem, qui adoritur eum ad occidendum, conclusio. 8. num. 8.

An sit licitum innocenti, qui probatus est nocens defendere vitam suam contra iustitiam, concl. 9. nu. 9.

An sit licitum, qui mittit pacem inter duos litigantes adiuuare eum, qui desistit à rixa contra nolentem, conclus. 10. num. 10.

An sit licitum ei, qui rixatur cum alio, & inuenit se vulneratum vulnerare statim contrarium, qui desistit à prælio, concl. 11. nu. 11.

An sit licitum vulnerare minantem cum ligno, aut alapa, concl. 12. num. 12.

An sit licitum clericis ob defensionem sui honoris vulnerare, aut occidere aggredientes eos, concl. 13. nu. 13.

An sit licitum ob defensionem castitatis occidere aggredientem, concl. 14. nu. 14.

An liceat sæculari ob defensionem bonorū occidere latronem, & si id liceat, si diu rapiantur bona, concl. 15. nu. 15.

An liceat Clerico occidere latronem rapientē bona sua: & an id liceat ei ad defensionem sui honoris. conclusio. 16. numero 16.

An sit licitum non se defendere, & permittere occidi ab aggressore, conclus. 17. numer. 17.

Prima

1 PRima Conclusio. Licitum est occidere aggressorem, antequā recipiatur iniuria ab eo, si quis sciat, videatque, quod accedat, aggrediaturq; eum vt occidat parans arma, & laqueum, vt securius apprehendat; nec habet aliud medium ad se liberandum ab eo, sic tenet Sotus, Anton. Gomez, Nauarrus, & Petrus de Nauarra, qui allegāt multos alios. Hinc sequitur, quod vxor qui inuenit sub puluinari pugionem, quo maritus vult eam occidere, poterit ea prius occidere ipsum maritum, si aliter non possit ab eo liberari. Sequitur secundo, quod potest homo occidere veneno illum, quem scit quærere mortem suam, si aliter non possit ab eo defendi, vt dicit Couarr. & Corduba; qui notant debere considerari in hoc casu, an periculum mortis sit imminens; quia si non sit, non potest dici, quod defendit vitam suam, eo quia solum occidit aggressorem cum moderamine, quod petit inculpata tutela. Dixi in conclusione *ante receptionem iniuriæ ab aggressore*, quia recepta iam iniuria non poterit amplius occidere eum ratione defensionis, cum iam vita eius nō sit in eo periculo, in quo prius erat. & si periculum adhuc duret & pendeat, quia videt, quod aggressor non est contentus, sed videt, quod vult perficere rem, licitum erit ei occidere eum prius; hocque videtur mihi securius, licet Corduba procedat alio modo.

Soto.l.5 de iusti. q.1. ar.8 Gom.l.3 var.ca.3 nu.21. Nau. in Man.ca. 15. nu.2 Nau. l.2 de resti. ca.3.nu. 349.

Cou. de homi.3. §.vnico num. 3. Cord.li. 1.qō. 38 dub.1.

Cord. vbi sup.

2 Secunda Conclusio. Potest quamuis occidere eum, qui aggreditur illum, si non possit aliter liberari ab eo, licet dederit aggredienti occasionem, vt ipsum aggrediatur prouocans illum iniuriosè vocās cū vilem, & abiectum. Hæc conclusio est Mercati contra Nauarr. & probatur, quia licet aggressor habuerit occasionem aggrediendi, iniustitiam tamen, & peccatum committit in aggressione, & licet pars aggressa fecerit malum in occasione, quā dedit aggressori, nihilominus postea iniuste defendit se ab eo: & ideo qui aggreditur, si faciat iustè, vt faciunt ministri iustitię adoriētes delinquentes, qui dederunt occasionem cum suis delictis ad illud, tunc non licet aggresso defendere se. Noteturque hęc ratio, quia est efficax, nec respondeo illi, quod tradit Nau. quia fundatur in quadam authoritate Caiet. malè ab eo intellecta, vt aduertit Nauarra: nec est mea intētio consumere tempus in declarando Caietanum, sed solum in explicandis rationibus, quæ præbent lucem Confessarijs.

Merc.de restit. c. 4.§. que diremos Nau. ca. 25. n.27

Nau. vbi supra

3 Tertia Conclusio. Aggressus ab alio non solum potest licite habere intentionem defendendi, sed etiam poterit licite existens in periculo in rixa prętendere ex proposito mortem contrarij sui, non tamquam finem principalem, sed tamquam medium necessarium ordinatum ad sui defensionem, sic enim tenet Sotus: quem sequitur Nauarrus, sicut iudex cuius curæ incumbit defensio Reipub. non potest prætēdere mortem delinquentis, nisi tamquam medium ordinatum ad conseruationem pacis dictæ Reipubl. sibi commissæ: & aliud voluerunt dicere multi allegati à Corduba affirmantes non esse licitum aggresso occidere aggressorem directè ex proposito, sed solum inuitus, ego non admitto eos; potius dico ꝙ pōt volūtarie prętēdere mortē eius tanquā mediū ordinatum ad sui defensionē & hoc puto velle dicere Cordu. Et nota, quod vt quis defendatur cū debito moderamine sine culpa sunt duo necessaria: Primū ꝙ non possit se defendere ab aggressore alio modo, ad cuius cognitionē sufficit probabilis coniectura; nec est necesse examinare, an aliter possit euitare periculum; quia in similibus casibus do suæ ordinariè consideratio, quæ requiritur ad huius rei examē. Secundū ꝙ nō adhibeat maiorem diligētiam, quā quæ necessaria est ad defensionem sui.

Sot.li.5. de iusti. q.1 art 8 Nau ca. 15.nu 2. post mē tum.

Cord. l. 1. qq. q. 38.1 sol. ad 4.

4 Quarta Concl. Cū defensio sit de iure naturali, est licita clerico cōtra sęcularē, & sęculari contra clericum; nec ob eam incurritur excommunicatio, aut irregularitas, & tā permissa est de iure naturali, vt etiā brutis animalibus conceda-

tur: & ideo si bos Petri occidat bouem Ioannis, qui aggressus fuit eum, non tenetur Petrus aliquid satisfacere Ioanni, sic enim tenet Antonius Gomez pro bás id iure ipso. Noteturque, quod qui defendit se ab aggressore, non facit id cum authoritate publica, vt aliqui dixerunt, sed cum priuata, cum ius naturale tribuat hoc etiam brutis animalibus, ad defensionem sui, vt dicit Cord.

Gomez l.3. var. c.3.n.10

Cord. vbi supra nu.1.ó primæ opi.

5 Quinta Conclusio. Qui fugit currens in equo, vt se liberet ab inimico, & trásit per iter, in cuius medio existit homo, & calcat eum, peccat mortaliter, & est homicida, si occidit eum, licet alio modo non possit liberari: si vero paululum applicet lateri equum impellens calcaribus curans sic & hominem saluare, & se liberare, non est homicida: hanc conclusionem tenet Cord. & licet Petrus de Nauarra non admittat hanc distinctionem, mihi tamen videtur satis rationabilis, & etiam secundú quod dicit idé Nauarra. Quæ distinctio probatur, quia discessione facta modo dicto cum equo impellêda calcaribus est spes, ꝙ liberabitur vtriusq; vita, vt fatetur idem Nauarra, & ideo si fugiens habeat aliquam spem, ꝙ liberabitur homo iacens in itinere, quamuis re vera postea fallatur à spe, non erit homicida; & in hoc casu loquitur Corduba, vt cóstat claré ex eo quod tradit in eodem loco: quod si facta hac diligentia adhuc intelligit quod non est spes saluandi dictum hominem, sed est potius certitudo moralis mortis eius, tunc sine dubio erit homicida, nec allegatio Sylu. quam tradit Corduba pro sua parte est contra Cordubam, vt putat Nauarra; quia licet dicat Syluest. esse illicitum occidere alium, nec occidat eum aggressor, hoc debet intelligi directè, non vero indirectè, sicut in distinctione dicta.

Cord.li.1.qq q.38. dubit,

Nau.li.2 de rest. ca 3. nu. 134.

Cor. vbi supra dub 3. i fin.

Nau. vbi supra nu.135. Syl. ver. iudex, 2. q.5. col. 3. versic. sed ista probatio.

6 Sexta Conclus. Si hic, qui fugit super equo, à suo contrario non potest aliter liberari ab eius manibus, nisi percalcans puerum aut hominem, qui iacet dormiens in medio itineris, poterit indirectè occidere dormientem, vt est explicatum; & in hoc casu est minus dubiú, quam in conclusione præterita; quia talis homo dormiens, licet sit innocens, impedit iter commune omnibus, ad qd habet ius, qui fugit currens, & sic vtitur eo repellens vim, quam inducit ei iacés in eo: nec obstat, ꝙ sicut, qui fugit, habet ius in itinere, sic etiá habet ius, qui dormit, & est in possessione. Vnde sicut videtur esse illicitum capere, panem ab eo, qui est in extrema necessitate, sic videtur esse illicitum capere iter ab illo, qui est in eius possessione, ita vt occupatus à somno non possit pro tunc discedere ab eo, & per consequens videtur, quod nec directè, nec indirectè possit calcari à fugiente: huic rationi respondeo concedens iter esse commune omnibus, & qui possidet nó potest eijci ab eo authoritate priuata: est tamen commune ad ambulandum, & itinerádum, non vero ad dormiendum: vnde qui sic detinet illud, potest iuste expoliari ab ea possessione in casu præsenti, quod si expoliat eum occidens eum, hoc est indirectè & nolens; nec potest aliud facere vtens itinere eo modo, quo habet ius in illud scilicet currens sine impedimento. Quod deberet aduertere Petrus de Nauarra, vt non discederet à nostra conclusione.

Nau. vbi sup.

7 Septima Conclusio. Qui in rixa existens cum alio, qui adortus fuit illum, & vult occidere, si putat ꝙ occidetur ab eo, nisi occidat puerum, qui est ante aggressoré, quo vtitur tanquam scuto contra aggressum, vt possit offendere, & nó offendi, potest occidere puerum, si scit esse positú tanquam scutum ad defensionem aggressoris, ꝙ procedit, quáuis puer, quia est demens, aut ebrius, non peccet in hoc casu, quia ratione defensionis naturalis licitum est occidere aggressorem; vt dicit Cord. & comprobat Nau. adducens multas opiniones, & res circa hoc punctum; & addo, quod licet dictus puer non prælietur, nec adiuuet aggressorem, si tamen non potest dictus aggressor occidi, aut vinci ab aggresso, quia dictus puer est interpositus, licitú erit

Cor. vbi sup d q. 38. su 4. rône 2. opinio 2 Nau.l.2. rest. c.3. an. 145. cú seq.

erit aggresso occidere puerũ ob sui defensionem, quia adoriri puerum in hoc casu magis est defendere se, quam aggredi, & ire contra eum.

8 Octaua Concl. Licitum est homini priuato ob sui defensionẽ occidere Regem, qui aggreditur eũ, vt occidat eũ, si Rex est tyrannum, & qui tyrannicè obtinet Regnum, aut administrat tyrãnicè; hæc conclusio est communis omniũ; & tenet eam Sot. cui videtur accedere Nauar. si vero est bonus Princeps, & ob solum impetum repentinũ aggreditur, non est licitum illũ occidere ob defensionem bonorum, quæ dicuntur perdi, vt acquiratur bonus Princeps pro Rep. licitum tamẽ erit eum occidere ob defendendam vitam, quia licet vasalli debeant anteponere vitam Principis vitæ suę, hoc debet intelligi, quãdo Princeps est positus in extrema necessitate nõ potens liberari ab ea; at qñ ponitur ipse in periculo voluntariè, & si vult, potest ab eo liberari, non tenetur vasalli exponere vitam suam pro eius vita. Verum est tamen, q̃ si Princeps non solum est bonus, sed etiã est necessarius ad Rẽpubl. ita vt ex eius morte probabile sit debere sequi multa mala; in hoc casu efficeret opus heroicum vassallus non se defendens vt dicit Cord. contra Sot. qui obligat eum non occidere Regem ad sui defensionem, quia proponere obligationem in simili casu, vt nõ possit homo defendere se, est negotium graue.

Sot. vbi sup. art. 8. ad medium. Nau. de defensione proximi nu. 24.

Cord. l. 1 qu. 38. p. 319.

9 Nona Conclus. Nullus innocens qui est probatus esse nocens, & deliquisse in foro exteriori, potest defendi à iustitia ob defensionem vitæ inducens, & defendens se cum armis, quia si hic posset iuste se defendere, daretur bellum iustum ex vtraque parte, cum sit verissimum, quod ministri iustitiæ in hoc, iustissimè aggrediuntur eum. Vnde debet dici, q̃d potest innocens ad sui defensionem facere totũ id, q̃ sit possibile, & quod non inducit vim, nec est resistentia armigera, nec potest facere violentiam, licet ex ea non oriantur vulnera; sic enim tenet Aragon, probans id multis rationibus contra Sotum, qui dicit, q̃ potest ille facere quamcumque violentiã ad sui defensionem, dummodo non sit scandalum, nec vulneretur iudex, nec ministri. Ego in hoc casu, si veniret aliquis homo priuatus ad confessionem, non condemnarem eum ad peccatum mortalẽ, q̃ alleget in his esse innocentẽ, & q̃ putat pro certo, quod eius delictum nõ potest esse probatũ, ita vt iudex iuste possit eum apprehendere, & hoc si defendat se, & faciat resistentiam sine scandalo, nec curans iudici, aut ministris inferre malum; in quo casu puto esse veram opinionem Soti.

Arag. 2. 2. qu. 69. art. 4. p. 510.

Sot. li. 5. de iust. q 6. ar. 4

10 Decima Concl. Quando quis accedit ad ponẽdam pacem inter duos, qui discedit à rixa, potest licite occidere eũ, qui insistit ei nolentis discedere, & qui est mediator, potest se opponere contra contumacem, si vero nullus eorũ nolit discedere à prelio, in hoc casu mediator solum potest esse ex parte aggressi defendens eum, si videat eum in necessitate auxilij. Hinc sequitur q̃ frater, qui videt fratrem suum rixari cum alio, solũ potest procurare mittere pacem inter illos, non potest tamen auxiliari fratri cõtra aduersarium, in casu, quod velit desistere à rixa, & adhuc contrarius velit insistere ei, sic enim tenet Corduba.

11 Vndecima Conclusio. Qui in rixa cum alio inuenit se vulneratum potest statim vulnerare aduersarium ob defensionem sui honoris, licet qui vulnerauit, desistat à prælio, quia hoc magis videtur defendere honorem, quam aggredi desistentem. Verum est tamen, quod si vulnerans post factum malum fugerit, illicitum erit sequi eum; quia hoc iam est aggredi, non vero defendere honorem amissum, sed velle recuperare eum reficiens damnum, quod in eo factum est, quod non licet personis priuatis, sed solum iustitiæ publicæ: si enim detur licentia alicui vulnerato, vt persequatur fugientem ob defensionẽ honoris, esset aperire portam vindictæ, per quam ingrediantur Babiloniã omnes eius sequaces, quia dicerent vulne-

Cord. de casibus qu. 36.

tari posse aggredi eos, qui vulnerauere etiam transacta hora, & die à facta iniuria; sic enim tenet post Sotum, & Couar. Ludou. Lop. discedens à Nauar. qui videtur in hoc concedere nimiam licentiam dicens esse licitum sequi fugientem post factam aliquam iniuriã, vt defendatur proprius honor.

Lop. in inst. cõs. 1. p. c. 62 col. 44. Nau. in Man ca. 15. nu. 3.

12 Duodecima Conclus. Licitum est vulnerare minantem cum ligno manu apprehenso, aut manu subleuata ad inferendam alapam, vt sic defendat affectus iniuria honorem suum, si non possit aliter commodę defendere eum: hęc concl. est Sylu. quem sequitur Sot. Nau. & Ant. Gomez, quia si hoc est licitum pro defensione bonorum, vt infra dicetur nu. 15. etiam erit licitum pro defensione honoris, quæ pluris est: vnde non erat, q; dubitaret de hoc Couar. dicens videri iniquam commutationem auferre vitam proximi pro honore proprio, cum vita sit altioris ordinis, quòd quidem fateor. Resp. tñ q; in hoc casu potest illi auferre vitam, cum auferens ei honorem remaneat expositus periculo mortis exponens vitam suam manibus contrarij sui. Notaq; quod quamuis liceat ei, qui accepit minas, fugere, si fugiens perdit honorem suum, est licitum ei opponere se, & occidere minantem, nisi in casu, quod dederit ei sufficientem occasionem, vt faceret minas, quia in hoc casu non poterit occidere eum, sed debet fugere licet sit cum dedecore suo; quia quando quis prouocat alium, prouocatus iam est affectus iniuria, & habet licentiam respondendi pro honore suo, & sic non est aggressor, sed defensor honoris sui, vt aduertit Mercatus; de restitut. capit. 14. cuius opinionem in hoc casu puto veram, non tamen debet ex ea accipi occasio dicendi, quòd qui dat occasionem iniuriæ, amittat ius, quod habet defendendi se postea ab aggressore: neque ego inuenio rationem sufficientẽ, vt defendatur generaliter, & absolutè hæc doctrina, nisi in casu particulari, de quo agimus.

Syl. ver. hom. 1. q. 2. d. 9. Nau. ca. 15. nu. 3. & c. 27. nu. 121. Sot li. 5. de iust. q. 1. ar. 8. Gomez 3. to. var. c. 3. n. 51 Cou. 3. p. de homi. §. vnic. n. 4.

13 Decimatertia Conclusio. Non est licitum clericis vulnerare, aut occidere eos, qui aggrediuntur eos ob defensionem sui honoris ante, aut post receptã iniuriam, sic enim tenent auctores allegati affirmantes, non solum peccare contra religionem sui status, sed contra iustitiam, & ideo teneri ad restitutionem tamquam veros homicidas, quia in ipsis non est, nec militat ratio honoris defensionis, cum fugientes non amittant eum, sed potius acquirant eum, cum profiteantur humilitatem secundum statum suum.

14 Decimaquarta Conclusio. Licitum est occidere aggressorem ob defensionem castitatis; sic enim tenent Cord. & Mercatus: verum est tamen, quod mulier aggressa tenetur resistere alio modo, quia si non resistat, nisi debiliter, & laxe, illicitum erit occidere aggressorẽ, quia licet peccet, non peccat tamen contra iustitiam, cum ipsa fere consentiat non resistens, vt debet resistere. Petrusque de Nauarra addit, quod si hæc mulier tacet, & non resistit, quia timet, quod, si resistat, quod est secretum, fiet publicum abhorrens hoc modo carnalitatem, poterit occidere aggressorem: quod quidem puto multum probabile, quia licet ob conseruationem famæ consentiat in exteriori in actu, interius tamen fit ei magna violentia, quia abhorret illam carnalitatem, & ob hanc violentiam potest se defendere. Hinc infertur, quod potest aliquis homo occidere alium, licet sit clericus aut monachus, si aggrediatur eum ob peccatum nephandum, si non possit ab eo aliter defendi.

Cor. de casib. q. 89. Mercatus, vbi sup. c. 5.

15 Decimaquinta Conclusio. Licitum est cuicumque sæculari ob defensionem bonorum suorum, si sint multi valoris, occidere eum, qui iniustè vult illa rapere, vt definitum est in iure; & ideo potest sequi latronem, qui defert secum res eius, quousque accedat ad aliquam domum ad abscondendas eas; quia si abscondit eas, non est licitum occidere eum pro eis colligen-

ca. olim de rest. spol. ca. dilecti de sent. excom. lib. 6.

ligen-

ligendis, quia hoc esset dare locum vulneribus, & occasionibus: quod poterit minister iustitiæ facere apprehenso latrone, & ideo quando diximus sup. a nu. 11. quod est licitum se qui aggressorem ob defensionem honoris, hoc debet intelligi, nisi se collegerit, & absconderit in aliqua domo; sic enim tenent Sotus, & Couarruuias. Notaque, quod non est licitum occidere latronem ob defensionem rerum temporalium, si velit eas rapere diu, cum possint defendi vocibus, & clamoribus vocatis conuicinis; quod intelligitur, nisi latro fure tur in loco, vbi ad nihil valet vociferari, nec clamare, quia in hoc casu licitũ erit expoliato occidere furantem.

Soto l. 5 de iusti. q. 1. ar. 8 Cou in Clem. si furiosus 3. p. §. vnic. n. 6.

16 Decimasexta Conclusio. Non solũ est licitum sęcularibus ob defensionem bonorum suorum occidere aggressorem, sed etiam clericis, sic enim tenet post Siluest. Couarr. & probatur, quia si illi ob defendendam vitam possunt hoc facere, ẽt isti poterunt ob defensionem bonorum, quibus egent ad conseruationem eiusdem vitæ; nec currit eadem ratio in honore, quia licet pluris æstimatur fama quam bona, non est tamẽ honor sacerdoti defendere se, sed imitari eum, qui percussus tacuit.

Cou. vbi sup.

17 Decimaseptima Conclusio. Licitum est cuiuis non se defendere ab aggressore, & permittere occidi ab eo; hęc conclusio videtur Caiet. & est Siluest. quem sequuntur Victoria, & Mexia; & probatur, quia in hoc non tradit se morti ob vitam corporalem aggressoris, sed ob spiritualem, cum constet, qđ si occidat eum defendens se, morietur ille in peccato mortali, & condemnabitur, quod Christus Redemptor prædicauit nobis verbis, & exemplo, qui ob nostram salutem spiritualem, & illorum, qui affligebant eum, permisit se poni in ligno crucis.

Caiet. 2. 2. q. 64. art. 7. Siluest. verbo verũ 1. q. 3. Victoria đ homicidio, nu. 24. Mexijs pragmatic. tritici, nu. 35.

De mutilatione, aut homicidio authoritate priuata facto. Cap. CXXXVI.

SVMMARIVM.

An peccet mort. qui amputat sibi membrum concl. 1. nu. 1.

An sit licitum ob sanitatem corporis permittere vt sibi amputetur membrum, et an liceat sibimet amputare, & an talis sit irregularis ibid.

An liceat occidere se pro saluanda Rep. ib.

An liceat Christiano exponere vitam periculo ob conseruandam famam propter gloriam mundi, ibid.

An sit licitum accipere venenum, aut consentire, quod mordeat eum aliquis serpens, vt experiatur theriacam, concl. 2. num. 2.

An sit licitum priuata authoritate occidere alium, & desiderare ei mortem. conclus. 3. nu. 3.

An liceat amputare sibi manum, vt liberet se à morte minata à tyranno nisi id faciat, concl. 4. nu. 4.

1 PRima Conclusio. Qui occidit se, aut amputat sibi aliquod membrum, peccat mortaliter. Hæc conclusio est diui Thomæ, quem sequitur Sotus cum communi: quod est adeò verum, vt iudex, qui scit se dignum morte, non potest condemnare se morti; & ideo si aliquis licet ob bonum finẽ, sed non sufficientem, amputat sibi aliquod membrum cum ira, aut indignatione, quam in se concipit, peccat mortaliter. Dixi, non sufficientẽ, quia qui ob ignorantiam, & bonum zelum, non tamen ex scientia faciunt, non debent condemnari ad peccatum mortale, vt docet Sotus, & Nauar. ponens exemplum in Origene; verum est tamen, quod ob sanitatem corporis nõ solum est licitum alicui permittere qđ amputetur ei membrum, sed etiam poterit ipse amputare, sic enim dicit S. Thom. & DD. allegati, quia totum habet ius vt conseruetur licet cum periculo partis, vt dicit Petrus de Nauarra, addens, quod huiusmodi

D. Th. 2. 2. q. 64. ar. 5. ad 3. Sot. li. 5. đ iust. q. 1 ar. 5 ad 2.

Sot. vbi su. q. 12. ar. 1. cõs. 3. Na c. 14. nu. 8. & 11. D. Tho. vbi sup. ad 3. Nau. l. 2 de resti. c. 3 n. 97

di homo ob hoc non remanet irregularis, & non solum ob necessitatem corporalem in totum est hoc licitum, sed etiam ob necessitatem, quæ accidit in casu fortuito, vt quā io venit inimicus, qui occidet eum, aut comburitur domus, quia in hoc casu licitum est eijcere se à fenestra, licet putetur aut sciat, quod frangetur aliquod membrum, ne alias pereat in totum, Nec hinc debet dici, quod sit licitum alicui occidere se, vt saluet Rempub. quia ius, quod habet Respub. quatenus est totum respectu membrorum, quæ sunt habitatores eius est ciuile, at ius quod habet totum respectu suarum partium, manuum scilicet, & pedum, est naturale. Est etiam licitum Christiano exponere vitam suam periculo ob conseruandā famam, si est necessaria ad gloriam Dei & ædificationem ecclesiæ; quia propter gloriam, & honorem mundi non est licitum, vt resoluit Nauarrus, & Sotus. Vnde sequitur non esse licitum illi, qui est prouocatus exire ad duellum ob honorem mundanum, quia satis in honore remanet, si dicat prouocanti, Ego non sum gentilis, sed Christianus, cui non permittit lex Christi similem vanitatem. Sequitur vlterius esse peccatum mortale nolle fugere ab inimico cum certo periculo vitæ, potest tamen ob honorem suum exponere se periculo recipiendi aliquod vulnus leue, vt videtur sentire Nauarra.

Nau. in Ma. c.18 nu. 48. Sot li.4. de iusti. q.6.ar.1

Na.li.2. resti.c.4 nu.16.

2 Secunda Conclusio. Non est peccatum mortale accipere aliquod venenū, aut consentire, quod mordeat eum aliquis serpens, vt sic experiatur virtutem theriacæ, & hoc concurrentibus his cōditionibus, prima, quod qui componit theriacam, sit homo qui sciat recte illā componere: secunda, quod prius fiat experientia in aliquo bruto animali, & quod capiens sciat esse bonam, & quod non exponatur periculo; sic enim tenet Nauarrus, quia si est in dubio, an ponatur in periculo necne, erit illicitum capere.

Nau. in Man. ca. 32. nu. 8.

3 Tertia Conclusio. Illicitum est occidere alium cum priuata authoritate, & etiam desiderare ei mortem: verum est, quod desiderare alicui mortem, si Deus voluerit eam illi inferre, non est peccatum, si dirigatur hoc desiderium in bonum finem: & etiam est illicitum occidere tyrannum, licet sit Rex, vt resoluit Castrus dicens esse definitam hāc veritatem in Concilio Constantiensi; quod intelligitur quando est tyrannus in gubernando, quia si sit tyrannus, quia possideat Regnum tyrannice, & sit admissus vi, licitum erit cuicumque populo occidere eum, quia cum semper inducat violentiam Regno, cuicumque Regnicolæ de iure belli competit illum occidere, vt dicit Caietan. & Sotus: quod procedit, licet Regnicolæ promiserint obedire ei, quia hæc promissio fuit violenta, vt dicit D. Thom. & procedit, licet promissio sit iurata, si fuit iurata intentione non iurandi, nec obligandi se, sed solum ob redimendam vexationem, quia si iuratum sit intentione iurandi, & intentione obligandi, se debet obseruari iuramentum, vt definitum est in iure. Verum est tamen, qđ facile obtinebitur relaxatio dicti iuramenti, cum factum sit cum violentia, & eius obseruantia sit damnosa.

Castro lib. 14. aduers. hæreses ver. tyrānos.

Caiet. 2. 2. q. 64. ar.1. So. l.5. de iustit. q 1. ar.3. D.Th.2. a.7. ad 3

ca. verū de iureiur.

4 Quarta Conclusio. Illicitum est cuicumque amputare sibi manum, quia iubet tyrannus minans ei mortem, nisi id faciat, licitum tamen erit extendere ei manum, vt ipse tyrannus amputet eam, sic enim dicit Sotus; Nauarrus, tamen dicit vtrumque esse illicitum, eo quod facit illud pro conseruatione totius, quod quidem mihi etiam videtur probabile.

Nau. de restit. li. 2.c. 3.n. 100.

De defensione vitæ temporalis, & spiritualis, & honoris proximi cum periculo vitæ propriæ, & iactura bonorum. Cap. CXXXVII.

SVMMARIVM.

An sit licitum ei, qui est positus in tabula in medio maris relinquere eam, vt alius eam

eam accipiens saluetur. concl. 1. num. 1.
An teneatur quis defendere vitam proximi in extrema necessitate ab extrinseco cum multo damno suorum bonorum. concl. 2. num. 2.
An sit licitum ponere vitam in periculo pro salute spirituali proximi conc. 3. n. 3
An sit licitum pro salute temporali hominis priuati tradere se morti. conclus. 4. num. 4.

1 PRima Conclusio. Si aliquis est positus in tabula aliqua in medio maris, non est licitum relinquere eam alteri, vt saluetur in ea: si vero non est adhuc positus in ea, sed habet eam apud se pro simili necessitate, bene poterit eam tradere alteri, licet putet illud fore causam sibi mortis, quia in hoc casu solū est causa negatiua propriæ mortis. Hæc sententia est Soti, qui vult dicere non esse licitum relinquere tabulā, postquam est positus super ea, quia hoc est se occidere positiue, est tamen licitū non capere eam, licet sit coram oculis; quia sic habet se solum negatiue, nō vero cooperari morti suę, quod est licitū, vt bene fiat proximo, præcipue si sit persona, cui debeat multum, & si hanc rationem penetraret Nau. non discessisset ab opinione Soti. Sot. li. 5. de iust. q. 1. ar. 6. ad 1. Na. li. 2. de rest. c. 3 n. 66 & 67.

2 Secunda Conclusio. In extrema necessitate ab extrinseco nemo tenetur defendere vitam proximi cum multa iactura bonorum suorum, quibus eget, ad sui sustentationem secundum decētem modum status sui; vt si aliquis Tyrannus volens occidere aliquem, dicat alteri maioratui, da mihi redditus primogenitu tui, & non occidā eum, quia in hoc casu non tenetur ille maioratus dare ei prædicta bona, vt saluetur proximus; quia si hæc obligatio admitteretur, caperent occasionem tyranni opprimendi tyrannice bonos. Conclusio hæc est contra Nauarrum; Ludouicus tamē Lopez dicit, quod opinio Nauarri procedet, quando necessitas extrema prouenit ab intrinseco, scilicet a fame, aut infirmitate, quia in hoc casu tenebitur defendere vitam proximi, licet sit cum detrimento eius, quod est necessarium ad decentiam status, & videmus, quod in hoc casu cessat ratio casus præteriti. Nau in Ma. c. 14 nu. 17. Lop. in inst. cōs con. ca. 68. col. 45.

3 Tertia Conclusio, Licitum est exponere vitam periculo ob bonum spirituale proximi, vt tenet Sotus: immo est opus multæ perfectionis, fortitudinis, & charitatis: & prælatis tenentur ad illud ratione charitatis, & iustitiæ: & hic sequitur esse licitum, & laudabile mittere pacem inter eos, qui rixantur, licet sit cum periculo vitæ, quia in hac rixa, non solum est periculum corporale, sed etiam spirituale; cum sit certum, quod vnus, & forsitan vterque peccant mortaliter, & vt vitetur peccatum mortale, & componantur inimicitiæ, non solum est licitum exponere se alicui periculo, sed etiam offerre se morti; sic enim dicit Nauarrus disputans late contra Sotum. Sot. li. 5 de iust. q. 1. a 6 Na. l. de res. n. 43 vsque ad num. 60

4 Quarta Conclusio. Illicitum est ob salutem temporalem, hominis priuati tradere se morti. Hæc conclusio est Diui Augustini, quæ probatur, quia tenetur homo amare se, & proximum, ita vt non amittat vitam suam: nec obstat, quod potest homo amare magis rem proximi, quam propriam; quia ad hoc respondeo, quod homo est dominus suarum rerum temporalium: non tamen est dominus vitæ suæ, & ideo est licitum alicui perdere famam, & honorem ob conseruationem honoris, & famæ proximi, quia homo est dominus propriæ famæ, & honoris, sicut bonorum: quod intelligitur, nisi sit homo præeccelens, & eximius in repu. qui de præcepto tenetur conseruare famam aliorum ratione, quia in hoc casu illicitum erit perdere eam ob alienam conseruationem, quia non est dominus eius, vt dicit Diuus Bonauentura quem defendit Nauarr. contra Cordubam, & alios quos allegat. Aug. li. de mendacio c. 10. D. Bon. in 3. d. 29. q. 5. Nau. de rest. li. 2. c. 3. n. 43 Cor. li. 1 qq. q. 38 in so. ad 4.

De restitutione facienda ob mortem datam, & mutilationem alicui factam. Cap. CXXXVIII.

SVMMARIVM.

An sit aliquid restituendum pro morte aut mutilatione alicui causata. concl. 1. num. 1.

An hæredibus occisi aut vulnerati debeãt restitui impensa facti in curatione illius concl. 2 num. 2.

An hæredes homicidæ ob delictum suspẽsi ita teneantur ad damna, sicut ipse homicida tenebatur. concl. 3. num. 3.

An alimenta, quæ de iustitia dare debebat defunctus, sint compensanda in aliqua re. concl. 4 nu. 4.

An qui ignorantia inuincibili occidit, teneatur aliquid restituere. conclus. 5. numero 5.

An ebrius occidens teneatur ad restitutionem. concl. 6. num. 6

An secreto occidens, si sciat quod homicidium imputabitur Petro, teneatur de damno sequuto Petro. concl. 7. num. 7.

An occisor procurare debeat, vt dicantur aliquæ Missæ pro occiso. conclus. 8. numero 8

An teneatur occisor ad impensas factas in sepultura occisi. ibid.

An qui occidit seruum, teneatur soluere valorem domino. conclus. 9. num. 9.

Ad quid teneatur, qui iussit famulo, vt esset pro custodia cuidam loco, si seruus occisus est, ut defenderet accessum ad illũ locum, & alij vulnerati sunt. concl. 10. num. 10.

PRima Conclusio. Ob damnum corporale quod fit auferendo vitam, aut mutilando aliquod membrum hominis, necessario debet fieri aliqua restitutio, licet ex tali damno corporali non sequatur damnum in bonis temporalibus: Hæc conclusio est communis, quã defendit post Siluestrum, & Caietanũ Sotus, & debet teneri contra Cou. & Nau. & probatur, quia pars læsa ob iniuriam receptam potest conuenire in iudicio homicidam petens pro eo aliquod pretium temporale.

Sot. li 4. de iust. q. 6. ar 4 Cou. li. 1. var. c. 2. nu. 7. Nau. in Man. c. 15. n. 20

2 Secunda Conclusio. Si ante mortẽ occisi, aut vulnerati fuit reus condemnatus ad soluendam aliquam quantitatem pro damno corporali quod effecit necessario debet restitui eius hæredib. cum ob hanc sententiam iam defunctus aut vulnenatus acquisiuisset ius, in quo succedũt eius hæredes: Et nota, quod homicida, aut vulnerans tenetur restituere omnia hæc in foro exteriori, licet sit cum graui detrimento suorũ bonorum. Verum est tamen, quod in foro conscientiæ ob hanc restitutionem non tenentur ponere se in aliqua graui necessitate. Restat autem videndum quid debeat restitui: cui respondeo, quòd debent restitui impensæ quæ fuerunt factæ in curatione defuncti, aut vulnerati, vt definitum est in iure: & damnum temporale, quod ex tali morte, aut volnere sequitur; quia iustitia commutatiua postulat, quod qui iniuste damnum intulit, restituat integre totum damnum, quod effecit; & in hoc nulla est differẽtia inter DD. sed solum litigatur inter eos, quæ quantitas debeat assignari: ad quòd respondeo, quòd ad hoc est necessaria prudentia Confessarii, qui secundum Caietanũ debeat considerare qualitatem damnificantis, & damnificati: quia quãdo homicida est homo diues, maiorem restitutionem facere tenetur, quam si sit pauper: & si defunctus erat inutilis suis, minor debet fieri restitutio quam si sit homo vtilis; & si erat homo vtilis in aliquo officio mecanico, debẽt computari dies festiui, in quibus debebat vacare; & etiam debet computari labor, quem ferebant vxor & filii, & debebant habere in seruitio eius; cum remaneant liberi ad hoc onere per eius mortem. Denique debet considerare, quod illud, quod solum existit in spe, non valet tantum, ac illud quod est in actu; vnde non valet tantum triticum in spica, quãtum valet iam collectum, ob pericula, quibus in agro est subiectum,

ca. 1. de iniuriis, & damno dato.

Caieta. ver. restitutio c. 3. & hic a cõcl. 4

ctum: vnde non debet restitui totum id, quod defunctus debebat lucrari suo labore, & industria, præcipue cum ét ex se potuisset mori cito, aut ægrotare, aut aliis multis modis eius lucrum impediri, vnde debet considerari, si est homo ęgrotabilis, & si cõsumit multum in suis infirmitatibus, & hoc modo debet practicari, quod super hoc pũcto tradit Soto Cou. & Nau. & licet minus peccet, q defendens se occidit aliũ excedens modum defensionis, quã qui libẽter, & ex animo occidit, nihilominus tantã restitutionem tenẽtur facere vnus, quantã alius, præcipue si fuit peccatũ mortale in tali excessu, vt tenet Nauarrus.

Sot. li. 4. de iust. q. 6. ar. 6 Cou. li. 2. var. c. 20. nu. 7 Nau. in Ma. c. 15 nu. 23. Nau. vbi supr. num. 24

3 Tertia Conclusio. Quando homicida fuerit suspensus propter delictum, non tenentur eius hæredes facere restitutionem damni integre tam stricte, sicut ipse delinquens, qui occidit; quia maiori rigore debet fieri restitutio, quę debetur ratione iniustæ acceptionis, quam illa, quæ debetur ratione rei receptæ iusto titulo, sicut est illa, quam debent facere hæredes ratione acceptæ hæreditatis; & sic debet intelligi quod tradit Nauar. circa hoc punctum. Hæc conclusio debet intelligi, nisi pars læsa velit, quod debitor soluat delictum ipsa pœna suspensionis, non solum Reipublicæ, sed etiam sibi: quod accidit in filiis nobilium, quia hi licet velint vindicare mortem patrum, tamen pudet eos aliquid petere pro damno, quod illis effectum est, quia videtur illis quod sit vendere sanguinem suorum patrũ: alii tamen, qui non ita considerant has res exteriores, gaudent compensatione damni effecti, sic enim dicunt Cou. Nauar. & Aragon.

Na. vbi su. n. 22. §. interrogatus

Cou. li. 2. var. c. 20. nu. 7 Na. vbi sup. nu. 22. Aragon. 2. 2 q. 62 a. 2

4 Quarta Conclusio. Alimenta, quæ de iustitia tenebatur dare defunctus, cum amittantur per eius mortem, debent compensari in aliqua re secũdum doctrinam, quam posuimus in secunda conclusione; si vero liberaliter solum dabantur ab eo, non debent restitui de iustitia, quia si contrarium admittatur, omnibus familiaribus, & amicis, quibus defunctus domi aliquid impertiebatur, deberet fieri restitutio alimentorum, & rerum quas illis defunctus soleret tribuere, sic enim tenet Ludouicus Lopez concordans hoc modo Mercatum, & Sotum.

Lop. in inst. cõs. 1. p. c. 72 pa. 487. Merc. de cõtract. c. 6 f. 181

5 Quinta Conclusio. Ille, qui ignorantia concomitante occidit aliquem, non tenetur ad restitutionem; sed antequam probemus hanc conclusionem, conuenit eã explicare. Notaque, quod ignorantia concomitans in hoc casu erit, quando quis facit aliquid ignorantia inuincibili, quod fecisset, licet non esset illa ignorantia inuincibilis, cum iam determinasset facere illud: quod accidit, quando quis est inimicus Petro desideratque ac procurat eum occidere, & quodam die ambulans in venatione videt quandam rem, quæ illi videtur esse fera aliqua, & realiter est Petrus eius inimicus ille autem mittit venabulum, & occidit eum, hic non tenetur ad restitutionem, vt dicit Petrus de Nauarr. quod probat: quia sola voluntas mala, & iniqua non est causa restitutionis, cum non sit causa damni: nec opus exterius in hoc casu est causa restitutionis, cum ortum habuerit ab ignorantia inuincibili, vt supponimus: cuius opinio videtur mihi probabilior quam contraria Mercati. Nec obstat, quod vere effecit damnum, licet non fuerit culpa; quia hæc ratio, si esset alicuius momenti, obligaret illum, qui casu fortuito sine vlla culpa ex sua parte fecisset aliquod damnum, quod non debet admitti.

P. Nau. li. 2 d. 1. rest c. 1. n. 60

Merc. de rest. c. 1.

6 Sexta Conclusio. Ebrius, qui occidit alium, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem, si expertus est, quod bibens multum inebriatur, & amittit iudicium, & facit similes amentias; si vero non habet experientiam sui, nec peccat, nec tenetur ad restitutionem: quia hoc homicidium est inuoluntarium, & casuale; in quo casu non incurret irregularitatem; quia licet peccauerit bibens nimis, non peccauit occidens, cum nõ præuiderit, nec debuerit præuidere

ho-

homicidium, cum numquam quid simile ei accidisset, sic enim tenet Castr. & Nauarr.

Cast. l. 2 de le pęna. c. 14. concl. 1. Nau. l. 2 de rest. c. 1. n. 17

7 Septima Conclusio. Qui secreto occidit, & scit, quod hoc delictum debet imputari Paulo innocenti, & quod apprehenderetur dictus Paulus, si hoc sequitur, tenebitur restituere damnum effectum a tali morte dicto Paulo, soluens illi expensas, quas fecit in curatione, & quod poterat lucrari tempore, quo detentus fuit in carcere: quia si tenetur in foro conscientiæ soluere hæc defuncto, & eius hæredibus, cum Paulus innocēs soluerit pro illis, eidem debent restitui, cum soluens succedat in ius, quòd habebat damnificatus; sic enim tenent post alios Nauarrus, & Pedraza, Sotus, Corduba, & Nauarra. Verum est tamen, quod pęnam pecuniariam, & exilium, & damna, quæ perpessus fuit Paulus cōdemnatus, non tenetur restituere Petrus homicida; quia, vt dicit Pedraza intentio distinguit opera, & eius intentio non fuit damnum efficere Paulo innocenti, sed illi, quem occidit: vnde infert, quod si fuit eius intentio damnificare Paulo tenebitur restituere totum id, quod effecit damni, sic enim tenent Doctores allegati, & Ludouicus Lopez: quod mihi videtur verum, & non opinio Nauarræ, qui dicit non teneri in hoc casu ad restitutionem integrā Paulo dictorum damnorum, licet habuerit intentionem damnificandi ei, si ignorabat, q̄ eius delictum debebat illi imputari.

Nau. c. 15. n. 17. Pedr. in sum prę cepto 5. §. 6. So. lib. 4. de iust. q. 6 a. 4. post mediū. Nau. l. 2 de rest. c. 1. n 77 Cor. l. 1. qq. q. 3. a. 3. Pedr. Soto & Cor. vbi sup. Lop. in instr. cōsc. 1. p. c. 123. Na. vbi sup.

8 Octaua Conclusio. Occiso debet fieri aliqua compensatio ab occisore præcipiens, vt dicantur aliquæ Missæ pro eius anima, faciendoque alia bona pro illo, quia licet fecerit iniuriam corpori, multo magis fecit animæ, & ideo huic debet fieri principalior satisfactio. Verum est tamen, quod dicit Sotus quod nō debetur de iustitia, sed id cōsilio, Noteturq. non videri bonā opinionē Nauarræ dicentis teneri homicidā restituere, quod in sepultura defuncti expēsum fuit, si moderatū sit, q̄a hæ expensæ debebant fieri pro tali defuncto, siue mortuus esset cito, siue tarde. Verum est tn̄, quod si, quia fiunt tā cito ratione mortis præsentis, sequutum sit aliquod damnum in nummis, & pecunia, quæ fuit expensa in sepultra, eo q̄d lucrabatur, & desiit lucrari, aut ob quid simile, iustum erit reficere hoc damnū.

Sot. vbi sup Na. in Man. n. c. 15. n. 20. in fin.

9 Nona Conclusio. Qui occidit seruum, tenetur soluere domino valorem eius, cum iniuste fecerit ei damnum; & si vulnerauit solum, tenetur soluere omnes expensas, quas fecit in eius curatione, & quod poterat mereri proprio laborę, & reliqua damna sequuta; & sic etiam si remanet seruus fędatus, ob quod minoris æstimabitur, tenetur satisfacere hoc damnum, sicut tenetur qui vulnerat aliquam mulierē in facie soluere totum damnum, quod remanet ex tali fœditate, & ideo si non admittitur, cum ea quantitate dotis, quam habet, debet illam augere, quousque accipiatur ab homine eius æquali.

10 Decima Conclusio. Qui iussit seruo suo, vt esset pro custodia alicuius portæ domus, ad quam ingressus est ad peccandum, ne quis illam ingrederetur, si accidit, vt aliqui rixentur cū seruo, & ex hac rixa occiditur seruus, & alii vulnerantur, tenetur de consilio facere aliquam compensationem occiso iubens, vt dicatur pro eo aliqua Missa, & facere alia bona pro anima eius, vt cum Soto supra diximus. conclus. 8. visoquòd expositus fuit eius causa periculo mortis, quia iniuste præcepit illi, vt expectaret eum custodiens portam, quod quidem periculum debet præuidere, & tenetur satisfacere eius parentibus, aut fratribus pauperibus, si alebat eos suo stipendio, & labore dictus defunctus: quod si qui vulnerati sunt, tenebantur de iure cognoscere, quis esset iuuenis, qui custodiebat ostium, tenebitur restituere illis damnum, quod ex vulneribus acceptis prouenit eis, quia ipsi erant ministri iustitiæ, & damnum causatum patri, & reliquis

domesticis illius domus; quia omnia hæc damna debuit præuidere prædictus herus, quæ solent prouenire ex simili casu, & sic fuit eius causa, vt in simili casu dicit Nauarrus, nec huiusmodi vulnerati, qui occiderunt iuuenem custodientem portam, tenetur restituere hæredibus defuncti; si vero iuuenes vulnerati curiositate vana, aut quia illicite volebant ingredi per portam intulerunt vim in iuuenem, non tenetur hæres eius prædictos facere dictam restitutionem eis; quia hoc damnum nõ debuit præuidere; quia si euenit, fuit ob eorum culpam, qui voluerunt rixari gratis.

Nau. in sum. ca. 15. n. 7. & 8.

Notabilia sex pro Confessarijs accedentibus sibi homicidijs, & vulnerantibus. Cap. CXXXIX.

SVMMARIVM.

Quid per præceptum Non occides prohibeatur hominibus, nu. 1.

An homicidium voluntarium sit reseruatum Episcopis, quoad vtrumque forum, ibid.

Quod homicidium voluntarium habeat annexam irregularitatem, & excommunicationem reseruatam Papæ, nu. 2.

An Confessarij teneantur interrogare homicidas, & vulnerantes quo in loco cõmiserint homicidia, & vulnera, nu. 3.

An Confessarij teneantur interrogare pœnitentes quanto tempore continuauerint in cogitatione faciendi malum proximis, num. 4.

An debeant pœnitentes confiteri odia in inimicos, & quanto tempore durauerint in odio, ibid. nu. 5.

An verba iniuriosa & maledicta iacta in proximum debeant exprimi in Confessione, nu. 6.

1 NOta primo, quod in quinto præcepto legis diuinæ, quod est, *Non occides*, prohibetur hominibus facere malum proximis suis, occidendo eos, mutilando membrum, desiderando illis malum, & faciendo iniuriam, & vindictam. Circa quod aduertant Confessarij primo, quod homicidium voluntarium est casus reseruatus Episcopis secundum consuetudinem, & de iure vt diximus cap. 55. nu. 2. & quicumque sacerdos approbatus potest absoluere ab eo, quia solum est casus reseruatus Episcopis quãtum ad forum exterius: Verum est tamen, quod quantũ ad forum interius solet etiam reseruari, & bonum est, vt remittatur eius curatio ad superiorem, vt dicit D. Thomas, ob grauitatem delicti, & ob restitutionẽ, quam habet annexam, quod vt fiat, sicut conuenit, est necessaria prudentia non cuiusuis Confessarij, sed scientia, & experientia Superioris.

D. Th ĩ 4. d. 19. q. 1.

2 Secundo debent notare Confessarij, quod hoc delictum habet annexã irregularitatem reseruatã Summo Pontifici, & habet annexam excommunicationem, si occidatur, aut vulneretur clericus, vt sic moneant pœnitentes, vt adhibeant remedium animæ suæ.

3 Tertio debent notare quod tenentur interrogare pœnitentes, quando cõfitentur vulnera, aut homicidia, quo in loco id fecerint; quia si occiderunt, aut vulnerauerunt in ecclesia, aut aliquo loco sacro, aut desiderarunt, dederunt consilium, &c. est necesse, quod confiteantur illud, quia circunstantia loci sacri facit, quod peccatum mutet speciem, & fiat sacrilegium, vt resoluit Sotus, & Canus.

Sot ĩ 4. d. 18. q. 2 art. 4. & li. 2. de iust q 4. ar. 4. Cano. ar. 5. d pœnit.

4 Quarto debent notare, quod in hoc præcepto non occidendi debent considerare tempus, quo ambulauerunt in cogitatione occidendi, vulnerandi, iniuriamve aliam faciendi alicui, & an dederint consilium, aut præceperint, aut societatem inierint, aut tractauerint de modo faciendi, & ideo debent interrogare continuationem, quam habuerint circa hoc, & quoties fuit interruptum eorum desiderium, & prauum propositum actibus contrarijs pœnitentia ducti, redeuntes postea ad idẽ

pec-

peccatum: qui rectè si hæc considerant inuenient se sępissime cumulos fecisse peccatorum mortalium, quæ sępe ob paucam experientiam,& pigritiam Cōfessarij, & ruditatem pęnitentis remanent inconfessa.

5 Quinto debent notare, quod in hoc præcepto solent confiteri odia, quę habuerint in inimicos, ex quibus multa alia procedunt peccata; & ideò debent considerare pęnitentes, quod malum illis desiderauerint, & inuidiam, quam in illos conceperint; & in hoc casu declarent etiam tempus, quo durauerunt in hoc odio, quia si communiter solum explicent non dicentes quanto tempore, & desiderauerint illis malum, & pęnituerit de bono, non explicabunt, an peccatum sit veniale vel mortale, ita vt eorum peccata possint à sacerdote rectè cognosci; Vnde aduertant pęnitentes, quod quando interrogantur, an desiderauerint alicui malum, aut lętati sint de eo, aut habuerint dolorem de bono proximi, non respondeant, quod essent quidem lętati, si malum illis euenisset, vel dolorem habuissent de bono; si vero non habuerint hunc actum, vellent aliquod malum illi euenire, vel dolerent, si bonum illi succederet; quia solum debent confiteri peccatum, quòd commiserunt cum lętitia mali, aut dolore boni, non vero de peccato, quòd forte commisissent, si euenissent tales euentus; sic enim dicit Alcocer, estque communis opinio omnium Theologorum; quod debent notare Confessarij ad docendos pęnitentes.

Alcoc. in sū. f. 69. p. 2. c. 19 §. acerc. desta. materia

6 Sexto debent notare, quòd in hoc præcepto non occidendi solent accusare pęnitentes de verbis iniuriosis, quæ iacuerunt in proximum, de quo iam tractauimus. Notentque, quod quando de talib. verbis iniuriosis sequutum est dedecus, aut contumelia, est obligatio restitutionis, vt infra dicetur. Hic etiam debent, & solent confiteri de maledictis, in quo qualiter se habere debeant, dicetur inferius cap. 212.

De Horis Canonicis, & de obligatis ad illas. Cap. CXL.

SVMMARIVM.

An horæ canonicæ sint septem, aut octo, num. 1.

An initiati ordine sacro, & in minoribus constituti teneantur dicere horas canonicas, concl. 1. nu. 2.

An curati, & simplices beneficiarij teneantur dicere diuinum officiū, conc. 2. nu. 3.

An habens beneficium tenue ordine sacro minime initiatus teneatur dicere officium, ibid.

An habens beneficium quod solum titulum alio percipiente fructus ex concessione Papæ teneatur dicere officium, concl. 3. num. 4.

An qui in pensionem consentit omnium fructuum ei qui renunciauit beneficium in suum fauorem teneatur dicere officium, ibid.

An, qui habet Capellaniam teneatur dicere officium, licet non habeat ordinem, concl. 4. nu. 5.

An, qui habent pensiones, teneantur dicere officim B. Mariæ concl. 5 nu 6.

An, qui gaudent beneficijs simplicibus, debeant dicere officium diuinū cōcl. 6. n. 7.

An teneantur dicere officium illi, quibus commendantur beneficia, & coadiutores concl. 7. nu. 8.

An commendatarij sęculares ordinis D. Iacobi teneantur audire in Ecclesia horas canonicas, aut dicere orationes à regula impositas concl. 8. nu. 9.

An nouitij teneantur dicere officium diuinum concl. 9. nu. 10.

An monachi, & monachæ teneantur dicere officium diuinum in communitate, concl. 10. nu. 11.

An Monachus chorista sacris minime initiatus peccet non recitando officium priuatum concl. 11. nu. 12.

An religiosi laici teneantur dicere officiū diuinum, concl. 12. nu. 13.

An religiosi, qui sunt extra religionem cum dispensatione Papæ, teneantur dicere officium diuinum, concl. 13. nu. 14.

An

1 AD explicationem dicendorũ est notandum, quod licet sit cõmunis opinio, quod sint septem horæ canonicæ, non ideo remanet, quin sit opinio grauium doctorum, quod sint octo, s. nocturna, laudes: Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ, & Completoriũ; quam opinionẽ tenent Guliel. Durandus, Corneus, Gumico, & S. Antoninus, & videtur quod ratio id postulet; quia cũ filij Israel recepissent beneficium exitus a captiuitate Babilonica in Hierusalem, (quod est vmbra in respectu, & cõparatione beneficii redẽptionis generis humani ob mortem Christi filij Dei veri) ordinauit Esdras, quod octies applicarentur laudibus diuinis, quater in die, & quater in nocte: etiam nos Christiani liberati a Babylonia per Christũ Redemptorem nostrum debemus facere idem; & sic videtur ordinasse ecclesia catholica præcipiens, vt dicantur horæ octo canonicæ, quorum quatuor sunt, Vesperæ, Cõpletoriũ, Nocturna, & laudes, quæ attribuuntur nocti, reliquæ vero: Prima, Tertia, Sexta, & Nona, tribuuntur diei, vt dicit Guliel. & Archidiaconus; visaque hac, & aliis rationibus de congruo, quas tradit Nauarr. immerito Sotus dicit tam absolutè non debere audiri eos, qui statuunt octo esse horas canonicas, quo supposito.

Durãd. in rationali. li. 5 titu. de laudib. Cosma. i prać. qualiter horæ vers officiũ D. Antoninus. 2. p. ti 9. c. 11 § 1. Esd. li. 2. c. 9.

Guliel. in prin. lib. 5. rationa. diuin. Archid. in ca pres. 91. d Nauarr. de or ca. 3. nu. 28. Soto l. 10. de iustit. q. 5. art. 4.

2 Sit Prima Concl. Qui sunt initiati ordine sacro, tenentur de præcepto ecclesiastico dicere quotidie horas Canonicas, & est opinio D. Thomæ, & omnium Canonistarum; quod probatur, quia tales sunt dedicati cultui diuino; qui vero solũ sunt initiati ordinibus minoribus, non tenentur eas dicere, nec est consuetudo, qua sit imposita talis obligatio, nec Episcopus potest obligare ad illud, sic enim tenent contra Paludanum, Nauarrus, Siluester, & Sotusque.

Nau. de orat. c. 7 num. 2. Silu. verbo, hora q. 5. 2. 3. Sot. l. 10 de iust. q. 5. a. 5.

3 Secunda Concl. Qui habent beneficia curam animarum habentia, tenentur dicere officium diuinũ, eandemq; obligationem habent, qui gaudent beneficiis simplicibus, Verum est tñ, quod beneficiarius qui habet paruum beneficium, non tenetur dicere officium diuinum, si non sit initiatus ordine sacro, quia beneficium paruum, vt oẽs fatentur, non habetur pro beneficio, & ideo potest quis habere multa beneficia sine dispensatione Papæ; quod confirmatur, quia obligatio, quã habent beneficiarii dicendi officium, procedit a præmio, quod percipiunt: qui vero habet beneficium tenue, loquendo absolute, non debet dici, quod percipit præmiũ, sic enim tenet Sotus contra Medinam Complutensem; quod debet teneri ob rationem supradictam, & alias, quas ponit Sotus, licet Nauarrus sequẽs Medinam teneat contrarium. Quod vero sit beneficium tenue, debet relinqui arbitrio prudentis viri, qui debet considerare tempus locum, & personam; debet tamen hoc pro certo tenere, quod licet dictum beneficum, non sit sufficiens ad eius sustentationem congruam, si adiuuat saltem ad eam multum, non excusatur a dicendis horis canonicis, ideo nostra sententia procedit in beneficiis tam tenuibus, vt vix mereantur nomen beneficii, vt aduertit Aragon.

Sot l 10. de iusti. q. 5. a 5. Nau. de ora. c. 7. n. 27. & c. 21 n 8

Arag. 2. 2 q. 83. art. 2. p. 851.

4 Tertia Concl. Qui habet beneficiũ quoad titulum, cuius fructus percipit alius ob concessionem Papæ, non tenetur eius ratione dicere officium diuinum: quod intelligitur, quãdo alicuius rei ratione fit, vt solũ titulo fruatur, q̃a si hoc esset, quia ipse non vult habere, nisi solum titulum, tenebitur dicere officium

V

Sot. l. 10 de iust. q. 5. a. 3. Nau. in man. ca. 25. nu. 105. & 104 Cor. de casibus qu. 186.

ficium diuinum; sic enim tenet Sotus, licet aliqui putent contrarium, vt notant Nauarrus, Cordubaque. Notaque pro maiori claritate non teneri, qui solum habet titulum beneficii, dicere horas canonicas, quando per se aut per alium nõ potest percipere eius fructus, nec eius culpa fit, vt non percipiantur, nec in posterum est percepturus tanquam rem debitam etiam quantum ad illam partem, quam non percepit de illis. Quæ limitationes (vt dicit Corduba) debent aduerti, quia deseruiunt ad responsionem multorum casuum, & ideo ex illis infertur primo, quod pueri, qui habent titulum beneficii, in quorum nomine recipiunt patres fructus, tenentur recitare horas Canonicas, sicut si acceperunt ipsi statim eos, & si defectu ætatis sunt inhabiles ad dicendũ officium, tenẽtur dicere eo modo, quo tenentur seruire beneficio per substitutionem. Secundo sequitur, quod qui habet, aut obtinuit beneficium quo ad titulum, licet non percipiat plusquã quotidianas distributiones, tenetur dicere officium diuinum. Tertio sequitur, qd qui sunt impediti cum censuris, & sua culpa non exeunt ab eis, tenentur dicere officium diuinum, cũ sua culpa fiat, quod non percipiant fructus. Quarto sequitur, quod si beneficiarius litigat super fructibus, & deberet per sententiam obtinere fructus sequestratos, aut perceptos ab aduersario, licet non perceperit possessionem, nec possit recipere, tenetur interim dicere horas Canonicas. Quinto sequitur, quod non excusatur ab officio dicendo, qui cõsentit, quod oẽs fructus dentur pro pensione: quia ipse est in causa, qđ nõ percipiat aliquã partem eorũ, & hic intelliguntur fructus totũ id, ꝙ colligitur a beneficio exceptis expensis. Verum est tñ, quod ille, qui cum authoritate Papę habet solum titulũ, ita quod remaneat, qui renuntiauit cũ omnib. fructibus, & beneficiarius cum toto seruitio, & administratoine beneficij, non tenetur ad dicendum officium; quod debet notari, eo quod sit res quotidiana.

Nau. de orat. c. 7 n. 18. & c. 20 numer. 15.

5 Quarta Conclusio. Qui possidet Cappellaniam, licet non sit initiatus ordine sacro, tenetur dicere officium diuinum, siue recipiatur dicta Cappellania per modum collationis, siue per viam præsentationis, siue institutionis; si dicta Cappellania est instituta authoritate Ordinarii, vt sit deinceps ius quoddam spirituale perpetuum; quia in hoc casu habetur pro beneficio ecclesiastico. Quod si Cappellania sit solum instituta per testatorem sine authoritate Ordinarij, non tenetur Cappellanus dicere officium diuinum, sed solum ad dicendas Missas eius secundum eius obligationem, cum talis Cappellania nõ sit beneficium ecclesiasticum: sic enim tenet Nauarrus, quem sequitur Cord.

Naua in c. de or. c. 20. nu. 17. Cor. de cas. q 33.

6 Quinta Conclusio. Qui habent pẽsiones, tenentur sub pœna peccati mortalis dicere officium paruum Beatæ Mariæ, & restituere fructus receptos pro rata, quoties omiserint dicere, vt ordinauit Pius V. in quodam motu proprio suo, & tradit Nauarr. quod debet teneri contra aliquos, qui tenuerunt cõtrarium non obstante hoc motu proprio, dicentes, quod non fuit solemniter promulgatum, non aduertentes, quod sufficit affigi valuis D. Petri, aut in acie campi Floræ ante Cancellariam Romæ, vt dicatur solemniter esse promulgatũ. Dicũt vlterius nõ esse receptũ in vsu; ad qđ respõdet Aragõ vsu multorũ, qui id admiserũt, & quod ipse nõ vidit esse in vsu cõtrariũ. Notaq; quod sęcularis pauper, qui cũ licentia Sũmi Põtificis gaudet aliqua pẽsione super aliquo beneficio nõ tenetur dicere officiũ B. Mariæ in virtute dicti motus proprij vt aduertit Lud. Lopez, nec tenetur, dicere illud eques pẽsionarius professus i aliquo ordine militari qa intẽtio Pij V. fuit obligare pẽsionarios ad dicendũ officiũ, & iste, cui Papa cõcessit pensionẽ, iam secundum institutum eius regulæ dicit orationes, sic enim tenet Nauarr.

Nau. in c. Si quãdo de cõsecr. d. 1 notab. d. n. 31. & in Manual ca. 25. nu. 112.

Arag. 2. 2 ca. 63. art. 2.

Lopez i instr. cõsil. 2. p. c. 95.

7 Sexta Conclusio. Qui gaudent beneficiis simplicibus, ratione illorum, tenen-

Nau. l. 3 cõs. tit. de celebration.

tenentur dicere officium diuinum per quandam extrauagantem Pij V. quam refert Nauar. quo posito iam cessat dubium satis conculcatum, de quo tractat Cord. Vnde hi omittentes Matutinum debēt restituere medietatem portionis beneficij quæ tangit illum diem, & pro reliquis horis diei aliam medietatem, & pro singulis earum sextam partem fructuum: quod limitat Corduba, nisi tale beneficium conferatur sęculari cū authoritate Apostolica, si sit ad illud iusta causa, quia in hoc casu non tenebitur ad horas Canonicas.

missa cō sil. 18. f. 351. Nau vbi su. n. 121 ī d c. 15 Cord. ī casib. q. 287. Cord. l. 1. q. q. 21 iux fin.

8 Septima Conclusio. Tenentur dicere officium illi, quibus commendantur beneficia, cum habeant titulum beneficij, & possint percipere fructus, & ad idem tenentur, qui sunt coadiutores ad dicendas horas Canonicas nomine beneficiatij, ad quod non tenentur si sunt dati pro alijs ministerijs, cum non habeant titulum beneficij, nec commendam; & ideo ommittentes officium nō tenentur ad vllam restitutionem, sic enim resoluit Nauarrus.

Nau. de orat. c. 20. n. 16 cū seq.

9 Octaua Conclusio. Commendatarij sęculares ordinis D. Iacobi non tenētur sub pęna peccati mortalis audire horas canonicas in ecclesia, quia licet eius regula id ordinet, & nō sit hoc præceptum dispensatum, non tamen obligat ad peccatum mortale, nisi sit contemptus, vt aduertit Ayala super compendio eiusdem regulę; nec tenentur sub pęna peccati mortalis dicere orationes, quas regula imponit, vt declarauit Martinus V. & Innocentius VIII. nisi sint adeo negligentes, vt videantur magis contemptores q̄ negligentes, vt aduertit idē Ayala, de qua negligentia non possunt condemnari, quando sunt infirmi, aut qn̄ sunt in bello prælaintes.

Ayala ī copend. f. 15. Ayala vbi sup. f. 16.

10 Nona Conclusio. Nouitij non tenentur dicere officium diuinum, nec quampiam eius partem: hæc conclusio est contra Paludanum, qui dicit teneri ad illud, cum comedāt de eleemosyna, sicut reliqui religiosi: nostram conclusionem tenet S. Antoninus; & 1 ba-tur, quia vere non sunt religiosi, & eleemosynæ, quas comedunt, non obligant eos ad hoc; sufficit enim, quod Deo cōmendent benefactores.

Palud. ī 4. d. 15. q. 5. D. Ant. 3. p. titu. 23. c. 14.

11 Decima Concl. Monachi, & Monachæ tenentur dicere officium diuinū in communitate, quia solum sunt religiosi, nec est iustum, quod monasteria sint exempta a tam iusto onere. Et hinc infertur, quod prælati monasteriorū peccant mortaliter non habentes curam, qd officium diuinum dicatur publice in cōmunitate, si sit opportunitas ad illud.

12 Vndecima Conclusio. Monachus Chorista, qui non est initiatus ordine sacro, omittens dicere officium priuate peccat mortaliter. Hæc conclusio est communis omnium Theologorum, & Canonistarum, & tenet eam Siluester, S. Antoninus, Sotus, & Nauarr. quod debet teneri, licet alij teneant contrarium: & quidē ego non auderem liberare eos à peccato mortali, si præcipue id omittant per longum tempus, & per negligentiam sæpius. Et idem dico de monialibus, cùm communis sensus, & iudicium sapientium, & prudentium virorum, quod in rebus moralibus est magnæ æstimationis, id continuo prædicet. Notaque, quod hic non loquimur de religiosis Ordinis D. Francisci Patris nostri, quia de præcepto particulari nostræ regulæ tenentur omnes choristæ dicere officium diuinum secundū ordinem S. Matris Ecclesiæ, licet non sint ordine sacro initiati; nec loquor de reliquis religionibus quibus est simile præceptum obligans ad mortale.

silu. verbo horę qō. 2. Anton. vbi sup. sot. l. 10 de iusti. q. 5 ar. 3. Nau. de orat. c. 7 n. 2. & 5

13 Duodecima Conclusio. Religiosi laici non tenentur dicere officium diuinum, quia eorum ministerium non est vacare rebus ecclesiasticis, sed ministrare mensis, fodere, & deniq; occupari in laboribus corporalibus, quibus opus est in religione, & ideo in religionibus in quibus laici tenentur dicere aliquid officij, hæc obligatio non habet vim aliam præcepti, nisi quantum in ipsa regula exprimitur, & ideò Pater noster D. Franciscus obligauit eos, vt dicerent

aliquoties orationem Dominicam, & Angelicam salutationem. Estque adeò vera nostra conclusio, vt laici, qui sine licentia sui prælati recipiunt ordinem, non teneantur dicere officium eò modo quo ceteri religiosi iniati ordinibus, sic enim declarauit Leo X. dicens, quod laicus, qui sine licentia sui prælati acceperit ordinem, licet sit ordo præsbyteralis, priuetur omni honore clericali, nec permittatur dicere diuinum officium, licet libenter redeat ad religionem relicta Apostasia, quod præcipitur fieri in nostra sacra religione, vt constat ex ordinationibus generalibus Toletanis.

Hib. in cõpẽ titu. laici fratres. §.4.

14 Decimatertia Conclusio. Religiosi, qui sunt extra religionem, relinquentes habitum, aut retento habitu cum dispẽsatione Papæ inualida ob falsam informationem, tenentur dicere officium diuinum, quia eorum culpa non debet illis fauere, nec dare libertatem. Idem dicit Nauar. debere dici de illo, qui constrictus suis culpis; aut sine illis iuste, vel iniuste est eiectus à religione, quia ille semper remanet Monachus, nec potest ducere vxorem, & si velit, potest redire ad religionem multis vijs, vt colligitur ex quadam decretali Gregorij IX. & tradit latè idem Nauarr. Idem debet dici de illo, qui iusta dispensatione ad certum tempus, aut ad semper exit à religione, dummodo dicta dispensatio non extendatur ad vota substantialia concedente illi licentiam Summo Pontifice ad contrahendum matrimonium, quam quidem potest dare in casu multæ necessitatis secundum quòd tradũt Canonistæ, & communis Theologorum cum Scoto contra S. Th. quia hic non tenetur ad dicendas horas Canonicas contrahens, quia tunc desinit esse religiosus; quòd si non ducat vxorem, sed solum habeat facultatem ducẽdi, non desinit esse religiosus, vt resoluit Nauarr. ideo si existens religiosus tenetur ad onera religionis, & sicut peccat contra castitatem cognoscens aliquam mulierem non suam: sic peccat ẽt contra præceptum annexum suo statui omittens recitare officium diuinum vt dicit idem Nauarr.

Nau. de orat. c. 7 nu. 20.

cap. si d regula. Nau. in c. statuimus. 19. q. 3. n. 63

Canonistæ in c. cum ad monast. de statu monac. Theolog in 4. d. 48. D. Tho. 2. 2. q. 88. a 11 Na.

15 Decimaquarta Conclus. Excommunicati tenentur dicere officium diuinum, quia excommunicatio non tollit ordinem sacrum, nec beneficium, nec professionem religionis. Verum est tamen, quòd non debent recitare dictũ officium in ecclesia, nec cum socijs, nec dicere Dominus vobiscum; & idem debet dici, si sũt depositi, & actualiter degradati ab ordine, vt dicit Alex. cum cõmuni, quia sicut excommunicatio, & suspensio non tollunt ordinẽ sacrũ, sic depositio, & degradatio non tollit, nec eximit ab onerib. ordinis sacri, cũ caracter, quem habent, sit indelebilis, cuius virtute vere consecrarent si applicarent se huic negotio, licet peccarent grauissime, vt dicunt omnes Theologi, & Canonistæ, sic enim tenet Nauarr.

in trac. d redit. eccle. q. 1. monitio. 35. & in q 3 monit. 11 nu. 24 Nau. de orat. c. 7 nu. 22.

Alex. in c. præsbyterũ. 28. d.

16 Decimaquinta Conclusio. Peccant mortaliter oẽs. qui tenentur recitare officium diuinum, si omittant dicere omnes horas canonicas per totum vnum diem, aut omittens, vnam, aut partem illius notabilem. Notaque, quòd omittens quis recitare horas canonicas per vnum diem non facit nisi vnicum peccatum mortale secundum Gerardum Cartus. & tenet Nau. Verum est tamẽ, quòd qui proponit firmiter non recitare eas, in vno die cum deliberatione, toties quoties renũtiat hoc prauum propositum, si denuo innouet illud, peccat mortaliter, licet postea recitet dictas, aut dictam horam. Hinc sequitur, quòd ille, qui per spatium vnius diei, mensis, aut anni desinit dicere horas Canonicas, si recordatus sępe huius debiti proponat eas non dicere, non satisfacit, quando confitetur dicens quòd per vnum mensem, diem, aut annum omisit recitare officium, quia non solum tenetur specificare tempus, in quo non dixit eas, sed etiam numerum verisimilẽ de vicibus, quibus proposuit non recitare eas; quòd debet notari tanquam quotidianum, & multi momenti, & proba-

Carth. in trac. d horis. q. 8. Na. d. ca. 6. nu 7.

Na in c. cōsideret, n. 6. & latius n. 41 & seq. d̄ pœnit. d. 5. probatur ex eo quod late tradit Nau. post S. Tho. & alios.

17 Decimasexta Concl. Sicut ille, qui solum audit dimidiam Missam in die præcepti cum animo non audiendi aliā medietatem, peccat mortaliter licet postea audiat eam, sic peccat etiam dormiens per illam medietatem, si non habeat intentionem audiendi postea medietatem, vt omnes dicunt: vnde ille qui recitat dormiens partem horarum canonicarum sine proposito supplendi hunc defectum peccat mortaliter. Verum est tamen, quod ille qui recitat horas resistit somno pronuntiās dictas horas, non peccat, licet somno grauatus non habeat attentionem ad verba, nec meditetur, nec contempletur Deum, quia sæpe accidit, quod non possit quis resistere somno, & ferre eius grauitatem; & addo quod non peccabit saltem mortaliter, qui recitās horas & somno grauatus ne sciuerit, si erret in aliquo versu, aut si dixerit illum, dummodo habeat animum supplendi talem defectum: sed securius est vt dicit Nauarr. omittere ad aliam horam dictum officium, & pro tunc cedere somno, si fieri possit. Et ad resolutionem huius materiæ est notandum, quòd notabilis pars officij diuini erit secundum arbitrium prudentis viri, quando omittitur dimidium horæ, quia si omittatur pars aliqua psalmi non puto partem notabilē, & ideo non est peccatum mortale, sed solum veniale, quia in omnibus materijs paucitas excusat à mortali, vt tenet S. Thom. & referens multos resoluit Nauar. (Nau. de orat. c. 9 nu. 9. — D. Th. 2. 2. q. 59. ar. 4.)

18 Decimaseptima Conclusio. Non implent obligationem recitandi officiū diuinum illi, qui occupantur in rebus repugnantibus debitæ attentioni, distrahentes se ab ea, quod accidit, si occupetur in imprimendo sigillum, aut occludendis litteris, aut instrumentis, & faciendis rebus alienis ab officio diuino, sic enim dicit Nauarr. (Nau. ī c. īter verba. 11. q. 3. & in Man. c. num. 4. Nau. de orat. ca. 20. n. 12. 13. 14.)

De ordine, modo, & tempore obseruando in recitatione diuini officij. Cap. CXLI.

SVMMARIVM.

An clerici teneantur dicere officium diuinum, vt continetur in Breuiario Romano concl. 1 nu. 1.

An priuilegium concessum alicui ad recitandas horas canonicas per aliud Breuiarium breuius, intelligatur concessum ei, qui coadiuuat ad recitandum, ibid.

An fratres minores teneantur iuxta ritū sanctæ Romanæ Ecclesiæ recitare officium diuinum, concl. 2. nu. 2.

An peccent qui recitant de feria, cum de ea recitari non debet, concl. 3. nu. 3.

An tempus legitimum soluendi officium diuinum sit spatium vigintiquatuor horarum, concl. 4. nu. 4.

An licitum sit recitare nocturna primis horis noctis relinquendo laudes in crastinam diem, concl. 5. nu. 5.

An clerici teneantur persoluere officium diuinum in Ecclesia, concl. 6. nu. 6.

1 CLerici seculares tenentur dicere officium diuinum, vt continetur in Breuiario Romano confirmato à Concilio Tridentino, & in ecclesijs, in quibus erat consuetudo dicendi in choro officium diuinum Beatæ Mariæ V. paruum, obligatio est dicendi illud, vt ordinat Breuiarium secūdum eius rubricas, & declarauit Pius V. in quadam sua cōstitutione, quæ est in Bulla dicti Breuiarij. & qui omittunt dictum officium defunctorum, & septem psalmos pœnitentiales, & canticum graduum in choro, & extra illud non committunt peccatum, quia nec in communi, nec in particulari obligat Breuiarium ad recitanda hæc, sed solum conceduntur indulgentiæ ijs qui ipsas recitauerint: sic enim tenet Aragon. Notaque, quod si aliquis habet priuilegium ad recitandas horas canonicas per aliud Breuiarium breuius, (Arag. 2. 2. q 83. ar. 12. pa 856.)

aut ad dicendas eas non in suo tempore, videtur concedi idem priuilegium illi, qui adiuuat ad recitandum, vt tenet Henriq. quod intelligerem ego in casu, quod priuilegiatus non possit cõmode recitare officium sine socio, quia si in hoc casu non intelligeretur, eius priuilegium esset inutile, aliter verò nõ admitterem ego hanc opinionem.

Henriq. lib. 7. de ind. c. 30 nu. 4.

2 Secunda Conclusio. Religiosi minores ob eius regulam tenentur recitare officium diuinum secundum vsum Romanæ ecclesiæ, vt continetur in dicto Breuiario Romano reformato; debet tamen aduerti, quòd Innoc. IV. concessit, quod ratione itineris, aut alterius iustæ causæ existentes extra suos conuentus possint recitare cum alijs per se solum diuinum officium non secundũ Breuiarium Romanum, & hoc modo satisfaciunt eorum obligationi, quòd quidem priuilegium puto non esse reuocatum à Pio V. in dicto breui, quia licet iubeat quod omnes recitent horas canonicas secundum ritum dicti Breuiarij non obstante quocumque priuilegio in contrarium, hoc debet intelligi omittẽtibus ipsis dictum ritum, & vsum pro semper, non verò quando id omittitur ob priuilegium particulare in aliquibus diebus, si sit iusta de causa ad illud, sicut est in nostro casu. Hinc sequitur, quod illud, quòd cõcessit Martinus V. Patribus Ordinis D. Hieronymi ægrotantibus, aut senescentibus, scilicet, quòd satisfaciant obligationi recitandi officium dicentes aliquos psalmos, nõ sit reuocatum per dictum breue; nec est reuocatum quod concessit Leo X. fratribus minoribus ægrotantibus relinquens suorum prælatorum dispositioni, quod debeant recitare ad satisfaciendum officio diuino. Infertur etiam, quod quoddam priuilegiũ, quod concessit Leo X. nostræ sacræ religioni, vt possent in capitulo generali declarare dubia occurrentia circa officium diuinum ordinando, addendo, aut delendo quod fratribus videbitur conuenire, in parte est reuocatum per dictum breue Pij V. in quo præcipit expresse, quod nihil possit mutari, deleri, aut addi officio diuino contento in dicto breuiario reuocans per quoddam priuilegium contrarium.

Hab in cõpen. titu. offic. diuinũ, 1. §. 4.

3 Tertia Conclusio. Ita præcepit Pius V. in eius Bullæ, & Gregor. XIII. in alia, quæ est cum officijs Hispanicis, vt obseruetur ordo breuiarij reformati, vt licet non putem peccatum mortale mutare hunc ordinem semel, aut bis, vt recitando de feria, cum non debet de ea recitari, peccat tamen mortaliter, qui sæpe in hoc fuerit defectuosus, vt contrarius vnitati, & conformitati, quam vult habeant omnes in modo recitandi officium: quæ vnitas fuit etiam præcepta in Conc. Toler. quarto, & vndecimo; & secundum hoc debet glossari, quod tradit Med. in sua summa, qui quamuis sit homo doctus, eget tamen glossa in multis.

Tol. 4. c. 2. & in concil. Tol. 11. c. 3. Medin. in sum. fol. 105.

4 Quarta Conclusio. Tempus legitimum, in quo debet solui officium diuinum, est spatium 24. horarum scilicet à media nocte vnius diei vsque ad dimidiam noctem sequentem. Verum est tamen, quod Matutinũ crastinum põt recitari hodie sub sero occidente sole, vt tenet S. Tho. & dicere illud ante occasum solis est etiam licitum, si sit causa licita ad illud faciendum, vt resoluit Nauar. supradictum intelligitur, quando recitatur in particulari, quia quando recitantur horæ canonicæ in communitate, necesse est vt dicantur horis consuetis ab ecclesia seruata consuetudine locorum, & prælatus permittens peruerti hunc ordinem continue sine iusta causa ad illud, peccaret. Dixi, continue sine iusta causa; quia si hæc sit, poterit peruerti hic ordo in aliquibus temporibus secundum dispositionem locorum absque peccato, & hoc modo debet concordari quæstio, quæ est circa hoc particulare inter Angelum, & Siluest. cuius facit mentionem Nau. Estque notandum, quod si debeant mutari tempora appropriata dictis horis dicendis, melius est quod

D. Tho. qd lib. 6 ar. 8. Nau. de orat. c. 3. nu. 45.

Nau. de orat. vbi sup.

præ-

præponantur, quam quod postponantur, & ideo licet possit dici Matutinum post meridiem, imo etiam hora decima, aut vndecima ante mediam noctē sine peccato, vt dicit Nauarr. melius est, vt dicatur præcedenti die in solis occasu, vt paulo ante dictum est.

Na. vbi sup. nu. 59.

5 Quinta Conclusio. Licitum est recitare nocturna primis horis noctis, & relinquere Laudes in crastinam lucem, quod est adeo verum, vt teneat Naua. esse prudenter factum; quia sic dicuntur omnia maiori deuotione, & si dicatur hoc modo nocturna, debet cum illis dici, Te Deum laudamus, quo completo debet dici Pater noster, sicut solet dici in fine aliquarum horarum, & in principio Laudum debet dici Pater noster, & Aue Maria, vt dicuntur ante alias horas excepto Matutino, & Completorio, hæc cunclusio est certissima secundum opinionem, quod nocturna sint hora distincta a Laudibus, vt dictum est in capit. antecedenti. numero 1.

Nau. c. 3 nu. 56. et 64.

6 Sexta Conclusio. Licet Innocentius, & alij, quos allegat Siluester, teneant, ꝙ clerici tenentur dicere officium diuinum in ecclesia cum alijs; attamen licet sint beneficiarii, satisfaciunt huic obligationi recitantes domi. Verum est, ꝙ non gaudent distributionibus quotidianis, quæ dantur solum residentibus secundum fundationem, & institutionem beneficij, aut Cappellaniæ.

De voce, qua debet recitari officium diuinum. Cap. CXLII.

SVMMARIVM.

An recitantes officium voce submissa satisfacient. concl. 1. num. 1

An peccent mort. qui recitando officium deglutiunt syllabas. ibid.

An irascentes in choro pro errore recitantium magis peccent, quam errantes. ibidem.

An in choro recitantes officium submisse satisfaciant. concl. 2. nu. 2

Quid significet choratim recitare officium. ibid.

An audientes officium recitari in choro satisfaciant si sunt occupati in rebus ordinatis ad officium. ibid.

An interrumpere officium sit mort. concl. 3. num. 3

1 PRima Conclusio. Necesse est, ꝙ officium diuinum dicatur in voce, qua exprimatur, quia clerici tenentur recitare illud de præcepto ecclesiastico; ecclesia autem non præcipit actus interiores denudatos ab actu exteriori, de quibus nō potest reddi certa; ille vero, qui submissa voce recitat officium in particulari, satisfacit, quia quādo sic dicitur officium, non dicitur vt audiatur a circunstantibus. Aduertantque recitantes, ne deglutiant syllabas, aut verba, quia peccabunt venialiter, & etiam mortaliter secundum defectum, & continuationē in praua consuetudine. Notet etiam, qui recitat cum alio, quod si sit balbutiens, & ideo non pronuntians bene, nec potest ab alio intelligi, non ideo debet affligi, nec repetere officiū, quia maius peccatum esset perturbare ipsum officium diuinum, repetendo sæpius verba, & versus, quam præterire, & non intelligere, nec audire aliquid. Vnde qui in choro irascuntur pro quolibet errore recitantium perturbantes communitatem peccant sæpe magis quam ipsi errantes.

2 Secunda Conclusio. Qui existunt in choro recitantes partem suam submissa voce, licet non benefaciant ostendentes se ignauos, & remissos in laudibus diuinis, satisfaciunt tamen præcepto, quod imponit, recitandi officium; hæc conclusio est contra Caiet. & Nauarr. Quod probatur, quia vt dicatur quod aliquis recitat, sufficit, quòd existens in choro audiat vocem alterius chori, & ipse in suo choro dicat partem suam sic vt possit audiri ab ijs, qui sunt cum eo. Verum est tamen, quod si omnes, qui sunt vnius chori loquantur tam submisse,

Caie. in sum. Na. de ora. cap. 19. nu. 82.

misse, vt non possint audiri ab alio choro, peccant, cum sint causa, quod alter chorus non satisfaciat, & faciunt contra ordinem ecclesiæ præcipientis, vt choratim impleatur præceptum recitandi diuinum officium, quasi inuitantes se inuicē ad diuinas laudes; & hoc modo debet intelligi, quod in hoc casu tradit Aragon; vnde sufficit vt satisfiat officio diuino in choro audire, quod dicit solum hebdomadarius, & cantores: estque signum ignorantiæ dicere assistentes intra se, quod clare dicunt hebdomadarius, & cantores: Nota etiam, quod qui assistunt organo, præparant libros, & adeunt altare, non desinunt satisfacere, quamuis inde sequatur, quòd non audiant aliquam partem officij, quia cum occupentur in his rebus ordinatis ad solemnitatem dicti officij, talis occupatio supplet partem officij non auditi, & realiter, sufficienterque recitant qui ministrant recitantibus.

Arag. 2. 2. q. 83. art. 12.

Verum est tamen, quod Nauarrus dicit, quod si sit multum, quòd omittitur hac de causa, quod debet postea iterari. Extra has occupationes quicunque in choro, aut extra chorum dicit, aut audit negligenter diuinum officium, peccat mortaliter, at si parum sit, venialiter, vt dicit Aragon.

Nau. de ora. c. 10 & c. 21. nu. 11.

Arag. in art. 12. circa finem.

3 Tertia Conclusio. Quicumque sine causa interrumpit officium diuinū, peccat venialiter, vt determinatur in Concilio Toletano quarto: & ideo licet interruptio sit ob multum spatium temporis, & sine legitima causa, sufficit supplere, quod deficit de officio diuino, ita vt non debeat iterari, quod recitatum est, quia nulla est ratio, quæ efficaciter persuadeat contrarium, præcipue cum sit hoc præceptum recitandi officium diuinum onus pœnosum, & per consequens debeat restringi. Hanc opinionem tenet Aragon contra Med. Complutensem, qui dicit teneri, qui interrumpit officium, iterare a principio.

Arag. vbi sup.

De intentione, & attentione, quæ debet haberi in recitatione diuini officij. Cap. CXLIII.

SVMMARIVM.

Quomodo debeat recitari officium diuinū. numero 1.

Quot sint species attentionis. ibid.

An sufficiat recitare officium cum aliqua ex quatuor attentionibus. ibid.

An qui non habet aliquam attentionem peccet mort. & teneatur ad restitutionē. concl. 1. num. 2.

An satisfaciat præcepto recitandi, qui recitat diuinum officium attente sine intentione satisfaciendi diuino præcepto si pœniteat eodem die huius intentionis. conclus. 2. num. 3.

An habeat veram intentionem adimplendi præceptum, qui capit breuiarium ad recitandum concl. 3. nu. 4

An satisfaciat huic præcepto, qui recitat officium diuinum audiens Missam. vide sup. cap. 123. num. 3.

1 Circa hanc materiam est notandum, quod Innocentius III. præsidens cuidam Concilio generali præcepit illis, qui tenentur recitare officium diuinum sub præcepto obedientiæ, & pœna suspensionis, vt recitent illud studiose attente; ac deuote. Dicit studiose, ac accurate, & cum attentione, ita quod non omittatur aliquis versiculus. Deuote significat quod habeat intentionem recitans satisfaciendi obligationi suæ, non cogitans de alia re. Circa quod est notandum, quòd quatuor species attentionis possunt esse in illo, qui recitat, vt notat Caietanus in sua summa. Prima est attentio solum quoad verba. Secunda quo ad sensum eorum simul cum oratione vocali. Tertia quo ad illud quòd per orationē prætenditur tanquam medium, quod accidit, quādo aliquis recitans aliquam horam Canonicā cogitat, quomodo Deus habeat condonare illi veniam suorum pec-

Innoc. in 1. c. dolente de celebr. Miss.

Caiet. verb. hora cano. cap. 4.

peccatorum, & quomodo derelinquat viam suam peccandi,& possit proficere in perfectione acquirens virtutes, quæ acquiruntur mediante oratione. Quarta est, quando recitans occupatur in contemplatione misericordiæ diuinæ, & passionis Christi Redemptoris nostri: dicitque Caietanus, quod quicunque habuerit aliquam ex his attentionibus,satisfacit diuino officio: hoc supposito

2 Prima Conclusio. Ministri Dei tenentur recitare officium diuinum cum aliqua harum attentionum, & deficientibus,si quis scienter nolit has habere,nõ meretur stipendium vllum,cum non adimpleat substantialiter pręceptum ecclesiæ; & ideo non solum peccat, sed tenetur ad restitutionem; sic enim tenet Nau. quem sequitur Petrus de Nauarra: quod debet teneri,licet Sotus quem sequitur Corduba, teneat, q̃d talis peccet mortaliter; non tamen teneatur ad restitutionem: nostrę vero conclusioni videtur fauere Medina in sũma dicens, quod de substantia pręcepti recitãdi horas Canonicas est recitare eas cum debita attentione; vnde defendit Nauarrus, quod ille, qui recitat sine attentione,& deuotione tenetur iterare officiũ; dicitq; hanc esse opinionem D. Tho. & Caiet. Dixiq; (scienter nolit eas habere) quia si aliquis habeat quidem,sed cum multa negligentia admittens cogitationes varias, licet peccet mortaliter, opinio tamen Nauarri est,ꝙ non tenebitur ad restitutionem; quam opinionem licet ipse putet probabilem, ego puto eã nimis scrupulosam, quia licet vere, & realiter iste talis habeat intentionem satisfaciendi diuino officio,sicut ipse affirmat, hęc tñ intentio aufertur alia intentione virtuali contraria, quam habet: qui recitat non eijciens à se illas cogitationes,quæ auferunt intentionem, quã habet adimplendi præceptum. Verum est tamen, quod ille, qui non aduertens diuertit in alienas cogitationes distrahentes, non tenebitur ad aliquam restitutionem, cum satisfaciat diuino officio, licet peccet venialiter.

Nau. de or. c.13. num. 7. Nau. li. 2. de resti. ca. 2. nu. 230. Sot. li. 10 de iusti. q 5. ar. 6 conf. 4. i fin. Cord. li. qq q. 13 Med. sũ. f. 15. Nau. de or. c. 20. nu. 31.

3 Secunda Conclusio. Qui dicit officiũ diuinum cum debita attẽtione sine proposito tamen,satisfaciendi ecclesiæ pręcepto,non satisfacit,& ideo tenetur iterare,sic enim tenent Medina, & Aragõ dicentes esse securius non condemnare contrarium, vt improbabile; quod est adeo verum,vt si in eodem die,quo recitauit sine tali intentione,pęniteat illũ, & dicat velle satisfacere cũ officio prædicto, non satisfaciat,sed est necesse, vt dicat iterum aliud; quia non sufficit ꝙ habeat attẽtionem, & intentionem eodem die,sed est necesse, quod attentio, & intentio habeantur actualiter, quando recitatur; quod probatur, quia ille, qui debet alteri centum ducatos, & tribuit illos creditori non animo soluendi debitum,sed dando gratis non remanet liber à debito, licet postquam donauerit,mutet animum dicens velle,vt ijs satisfiat debitum; cui rationi non respondet sufficienter meo iudicio Aragõ, nec ego ago in rebus moralibus subtilitates, sed rationes, & responsiones extricantes conscientiam.

Medin. vbi sup. Arag in 2.2.q 83 ar. 13.

Arag. vbi supra.

4 Tertia Conclusio. Si quis petat,& capiat manu breuiarium cum proposito expresso satisfaciendi obligationi suæ, aut recitandi horas canonicas,vt pręcipit ecclesia, sufficiẽs propositum habet huiusmodi homo satisfaciendi,& attendendi, & etiam est sufficiens, si animo deliberato accipit Breuiarium,& accedit ad ecclesiam, & facit rem similẽ ita vt interrogatus,ad quid velit Breuiariũ & adeat ecclesiam, vere respondeat facere dictas res ad recitandum diuinum officium,& satisfaciendum obligationi suæ,quia sic habet intentionem virtualem satisfaciendi,quod sufficit simul cũ virtuali attẽtione. Hanc conclusionem tenet Nauar. quæ debet notari,quia est quotidiana, & necessaria ad delendos scrupulos. Hic deberet tractari an audiens Missam in die præcepti, & simul recitãs officium satisfaciat simul ambobus præceptis, sed hoc iam resolutũ est supra in cap. 123. de festis, num. 3.

Nau. de oratione, c. 13 num. 16

De

De causis excusantibus à non recitando Officium Diuinum.

Cap. CLXIV.

SVMMARIVM.

Quibus de causis quis liberetur à recitatione officij, num. 1.

An ægrotans teneatur audire horas ab alio recitante, aut recitare cum socio, ibid.

An ægrotus potens dicere maiorem partẽ officij, teneatur ad illud, ibid.

An occupatio repentina excuset à non recitando officio: & quæ sit occupatio dicta, num. 2.

An defectus Breuiarij excuset, nu. 3.

An Papa, & Episcopus possint dispensare ad non recitandum Officium, num. 4.

An habens beneficium sine fructibus teneatur recitare officium, num. 5.

1 QVinque de causis potest ille, qui tenetur recitare Officium, omittere illud, vt dicit Nauarr. Prima est ægritudo, si intelligatur, quod directè, aut indirectè nocebit saluti infirmi recitare Officium, quod debet intelligi de damno notabili, quod sequi debeat infirmum, non solum si recitat horis debitis, sed etiam posteà; vsque ad mediã noctem, licet recitet cum socio, vt probat Nauarr. vnde infert, quod febris nõ continua sicut est tertiana, & quartana non excusat ab hac obligatione illum, qui ante accessionem, aut post eam poterit dicere Officium; & per consequẽs non excusat aliqua febris tam leuis, vt non impediat tractare negotia, & conuersationes de rebus grauibus: vnde nõ liberi iudicandi sunt à peccato, qui ob quamcumque valetudinem omittunt Officium. Et nota primo circa hanc causam, quod sicut non est necesse repetere horas, quas quis omisit ægrotans, sic nec est necesse audire eas ab alio recitãte ipso tempore ægritudinis, si ex auditione ipsa potest sequi nocumentum. Nota etiam, quod qui potest ægrotans recitare cum socio sine detrimento salutis, & commode potest habere sociũ, tenetur ad illud, vt dicit Nauarrus. Vnde dicit peccare mortaliter Canonicos, & beneficiarios, qui sine periculo salutis possunt recitare Officium Diuinum cum socio, & non quærunt illum, licet deberent dare aliquod stipendium pro labore eius; cum expendant redditus ecclesiasticos in alijs rebus non tãti momenti: & idem dicẽdum est de religiosis, qui commodè possunt habere sociũ, quocum recitent officium. Nota vlterius, quod si ægroti possunt recitare maiorem partem officij diuini sine periculo salutis, tenentur ad illud, licet non recitent reliquum: quia præceptum ecclesiasticum, quod nõ potest impleri in totum, obligat in partem, vt si quis non possit ieiunare per totam quadragesimam, sed solum dimidiam, tenetur ieiunare illam dimidiam: hanc opinionem videtur tenere Nauarrus; licet confuse respondeat huic puncto; ego tamẽ sum huius voti, quod æger nõ debet tractari tanto rigore, nisi quãdo apertè videtur, quod potest id facere; tũ, quia hoc esset perturbare illum, & imponere illis scrupulos, qui tempore ægritudinis cũ humore melancolico solent esse passiones; tum quia in rebus moralibus non debent admitti opiniones, quę efficiunt perplexitatem; certum enim est, quod si hæc opinio admittatur pro certa, esset causa perplexitatis, & confusionis, cum non possit facilè determinare æger, si possit recitare dimidium officium, an integrum, an nihil; & vt deleret hãc confusionem, & dubietatem Leo X. cõcessit fratribus ægrotantibus, vt satisfacerent cũ recitatione eius, quod illis Prælati assignauerint, dicente Medico (si cõmodè potest haberi) infirmum nõ posse id facere sine perturbatione ipsius.

Nau. in Man. ca. 25. nu. 100.

Nau. de orat. ca. 10. n. 12. & 14.

Nau. vbi sup. n. 15. & 16

Hab. in compẽ. tit. offic diuinũ, 1. §. 10.

2 Secunda causa est occupatio repentina, quæ sine scandalo aut peccato non potest relinqui, vt si inter recitandum oporteret sedare aliquem magnum tumultum Reipubl. aut propter prædicatio-

tionem, quæ sine scandalo, aut damno non potest omitti, & idem debet dici, quando occurrit aliqua necessitas faciendi aliquam repetitionem, aut legere lectionem in concursu in aliqua vniuersitate, vt dicit Henriquez de Gandauo, & Syluest.

Gādauo quodli. 15. Syl. ver. hora q. vlt.

3 Tertia causa est defectus breuiarij, siue accidat cum culpa, siue sine illa, quia licet peccet non emens breuiariū, aut eijciens illum in puteum, non pec-cat tamen omittens officium, si pœniteat illum non emisse, aut eiecisse in puteum. Notaq; non esse peccatum mortale recitare officium diuinum aliquando per aliud breuiarium diuersum, licet clericus, aut monachus, qui recitat possit habere suum breuiariū; quia hęc mutatio cum sit rara, non videtur notabiliter contrauenire menti instituentis breuiarium, vt affirmemus peccare mortaliter, sic enim tenet Nauar. affirmans non esse peccatum mortale, nec veniale si sit iusta causa ad illud recitare officium de sancto pro de feria, si nō possit facilè recurri ad superiorem pro dispensatione.

Nau de orat. 20. nu. 217.

4 Quarta causa est dispensatio, quam Summus Pontifex poterit dare, vt quis non teneatur recitare officium, vt resoluit Nauar. & Episcopus potest eam cōcedere in aliquo casu particulari, vt per aliquot dies quis nō recitet officium iusta de causa, cum in similibus casibus habeat authoritatem dispensandi, vt resoluunt Doctores communiter, viso quòd necessitates humanæ fragilitatis sæpe occurrunt, esserque iugum insuauissimum recurrere semper ad Summū Pontificem.

Nau de orat. ca. 11. n. 31.

4 Quinta causa est, quando aliquis non habet nisi solum titulum beneficij sine spe colligendi fructus eius, vt explicatum est supra cap. 140. num. 3. & 4.

✠

De pęnis impositis non recitantibus officium. Cap. CXLV.

SVMMARIVM.

An beneficiarius curatus, aut simplex amittat fructus beneficij omittens recitare diuinum officium, conclus. 1. numero 1.

An beneficiarius non habens beneficij pacificam possessionem teneatur recitare officium, ibid.

Quid restituere teneatur beneficiarius non recitans Matutinum; & quid non recitans reliquas horas, conclus. 2. num. 2.

Ad quid teneatur pensionarius in minoribus constitutus non recitans officium paruum B. Mariæ, ibid.

An beneficiarij debeant restituere Fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus, omittentes officium, concl. 3. num. 3.

An beneficiarius si est pauper, aut eius parentes, posset sibi, aut illis facere hanc restitutionem, ibid.

An distributiones quotidianæ debeant restitui Fabricæ aut pauperibus, ibid.

An beneficiarij habentes aliqua officia principalia annexa, in quibus se exercuerunt, perdant omnes fructus non recitantes officium, conclus. 4 num. 4.

An Canonici solum in choro assistentes, & non recitantes cum reliquis officium, possint percipere distributiones, licet domi recitauerint illud, conclusio. 5. numero 5.

PRima Cpnclusio. Quicumque clericus habens beneficium curatum, aut simplex, si transactis sex mensibus post habitum beneficium non recitauerit diuinum officium legitimo impedimento cessante, amittit omnes fructus pro rata omissionis, qui debent applicari fabricæ Ecclesiæ vbi est beneficium, aut pauperibus; & si præteritis dictis sex mensibus præcedente legitima monitione fuerit contumax in non recitando, priuabitur 1

uabitur beneficio, vt est determinatum in Concilio Lateranens. tempore Leonis X. cuius Concil. facit mentionē Nauarr. contra Sotum esse receptum, & qui omittit officium per vnū, aut duos dies tenetur ad restitutionem secundū quandam constitutionem expressam Pij V. & ideo contra Sot. probat Petrus de Nauarr. esse dictum decretum receptum. Notaque quòd clerici beneficiarij, qui student in vniuersitatibus, tenentur etiam dicere officium diuinum, vt resoluit Menochius contra aliquos, qui voluerunt sine vllo fundamento tenere contrarium. Notetur etiam, quod nullus beneficiarius tenetur recitare horas Canonicas rationē beneficij, nisi eius habeat pacificā possessionem, vt probat Nauar. & sic dicit, quod si Episcopus abstulerit alicui beneficium, & dederit illud alteri, hic non tenebitur dicere officium, nisi qui prius habebat, appellauerit à dicta prouisione, & priuatione.

Concil. Later. c. 9. de rescr. Nau. i c. quando de cons. d. 1. nota. 8 nu. 31. & in Man. ca. 25. nu. 122. Nau. li. 2. de restit. c. 2. nu. 185. cum seq. Men. li. 2. de arbit Cēt. 5. cas. 4. nu 112. & 117.

2 Secunda Conclusio. Restitutio, quā debent facere beneficiarij non recitantes officium, est, quod si omittunt Matutinum, tenentur restituere dimidiam partem fructuum, quæ cadit illo die, si vero omittunt reliquas horas aliam dimidiam partem, & si omittant solum vnam illarum sextam partem, vt declarauit Pius V. in sua constitutione: vbi dicit idem habere locum in initiatis ordinibus minoribus habentibus pensionem super aliquo beneficio non dicentibus officium paruum B. Mariæ Virg. vt tradit Nauar.

Nau. l. 3. cōs. tit. de cel. missam, cons. 14. f. 390. Nau. in Man. ca. 25. nu 122. & 123.

3 Tertia Conclusio. Hæc restitutio debet fieri fabricæ ecclesiæ, cuius est beneficium, aut pensio, & licet erat dubium, si poterat fieri pauperibus; Pius V. declarauit, quod sic; & ideo si beneficiarius est pauper, aut eius mater, fratres, aut sorores, sibi aut eis poterit facere hanc restitutionem, vt dicit Nauarr. ad multorum consolationem. Est tamen notandum, quòd non debent restitui fabricæ, aut pauperibus distributiones quotidianæ, quæ debentur solis assistentibus officio diuino, qui sine causa absunt, quia hæ distribuuntur reliquis, qui astiterunt illi officio: & idem debet dici de fructibus ecclesiarum, vbi est statutum, quod fructus male percepti debeantur reliquis operibus pijs, quia his, & non alijs debent applicari.

Nau. vbi sup.

4 Quarta Conclus. Cum beneficiario qui habet beneficium habens aliqua officia principalia annexa ratione satisfactionis, quorum percipit fructus beneficij, sicut ille, qui habet beneficium curatum, aut cappellaniam cum onere Missarum, debet se gerere Confessarius hoc modo. Si cappellania valet 300. ducatos redditus, & omiserit officium per annum restituat centum ducatos retinens ducentos propter onus Missarum, & idem debet dici proportionaliter omittens solum officium aliquibus diebus; quod si beneficium habeat curam animarum cum obligatione multorum ministeriorum necessariorum earū curæ, quæ exerceat recte omittens solum dicere officium, potest in hoc casu diuidere fructus beneficij in tres, vel quattuor partes applicans sibi tres, & restituens reliquam: & si omisit officium dimidio tempore anni restituat dimidiā partem huius quartę partis, & sic de reliquo tempore proportionaliter. Hinc colligitur, quod quando Pius V. in sua constitutione dicit, quod pro omissione horarum debeant restitui omnes fructus beneficij, intelligitur solum de quota, quæ respondet obligationi recitandi horas, non vero de omnibus fructibus, qui percipiuntur ratione tituli clericalis, sicut sunt decimæ: sic enim aduertit Aragon, quia huiusmodi fructus percipiuntur diuerso respectu, sicut percipiunt Reges authoritate Apostolica, & per consequens non debet intelligi prædicta Apostolica constitutio de fructibus, qui percipiuntur à beneficiarijs pro alijs ministerijs distinctis à recitatione horarum Canonicarū. Noteturque hoc maximè pro intelligentia dicti motus proprij.

Arag. 2. 2. q. 83. ar. 12. p. 605. colum. 2.

5 Quinta Conclus. Canonici, qui do-

mi

mi suæ recitant diuinum officium assistentes etiam choro postea cum reliquis Canonicis non recitantes illud, neque cantantes ibi, tenentur restituere distributiones, quas percipiunt, vt dicit Medina, & Ludouicus Lopez, & Nauarrus; & Pius V. videtur idem voluisse dicere in sua constitutione, & ratio probat, quia dicti Canonici, licet satisfecerint domi obligationi recitandi horas inquantum clerici ordinati sunt ordine sacro, non satisfaciunt in quantum sunt Canonici, quia sic tenentur ire ad ecclesiam, & assistere choro personaliter recitantes officium diuinum, non vero assistere loquendo inuicem, & perturbantes communitatem, ita vt videatur magis domus conuersationis, quam orationis. Nec est simile huic, quod est de more dictis canonicis, aut alijs clericis, qui comitantes aliquem defunctum incedunt partim cantantes, partim ridentes, & colloquentes inuicem, & nihilominus percipiunt sua stipendia, & nemo obligat eos ad restitutionem, & quia est casus valde diuersus, cum qui inuitant Canonicos ecclesiasticos, vt adeant huiusmodi exequias, videantur solum respicere ad pompam funeralem temporalem, sicut respiciunt ad hanc pompam ferentes vestes lugubres, & subleuantes magnos tumulos, & sumptuosos, & ideo videntur contenti esse solum assistentia personali dictorum Canonicorum, licet non cantent, nec audiant attente: præcipuè quia hoc (ob nostra peccata) est iam in vsu, & qui vocant eos, vidēt, qualiter cantent, & sic procurant magis hanc pompam, quam soluere debita secreta defuncti. Nostra vero Mater Sancta Ecclesia non est contenta, nec merito debet esse contenta more mundano, quod Canonici faciant ecclesiam domum conuersationis, quæ dedicata est diuinis solum laudibus, & officijs. Vnde concludens dico, quod tenentur in hoc casu restituere fere omnes distributiones. Dixi fere omnes, quia si recitarunt domi, blandius debent tractari, quod debet relinqui arbitrio boni confessarij, & prudentis. Dixi etiam ferè, quia aliquando secundum institutum ecclesiarum seruiunt altari, ob quod percipiunt distributiones particulares; quas non debent restituere, cum non dentur ob ministerium recitandi officium, vt aduertit Nauar. disputans contra Cordubam.

Med. in sum. l. 15. p. 2. Lopez i inst. cō. sc. 2. p c. 95. Nau. li. 3. cons. ti. de celeb. mis. conc. 13 f. 349.

Nau. li. 2. de res. c. 2. nu. 203. Cord. l. 4. q. q. 1. vlt. dubio i fi.

De Furto. Cap. CXLVI.

SVMMARIVM.

Quid sit furtum, & eius definitionis declaratio, num. 1.

An furtum semper sit peccatum mortale. conclus. 1. num. 2.

An liceat furari in extrema, vel in graui necessitate, & quid sit extrema necessitas, ibid.

Quando quis secrete capere possit quod sibi debetur, ibid.

An peccet furans aliquid vidente domino, consentiente, aut non contradicente metu pudore, & re simili concl. 2. nu. 3.

An liceat captiuo christiano furari, vt tali via acquirat libertatem, conclus. 3. num 4.

An peccent filij furantes aliquid de bonis paternis. concl. 4. nu. 5. & de bonis aduētitijs concl. 5 nu. 6. & de bonis profectitijs, conclus. 6. num. 7.

An peccet qui dat occasionem furandi, conclus. 7. num. 8.

An retinens alienum existente domino in magna necessitate debeat in confessione explicare hanc circūstantiā, conc. 8. n. 9.

An scholastici Salmanticenses possint percipere patentes, seu ingressus nouorū scolasticorū bona conscientia, concl. 9 n. 10.

DE hac materia furti disputant late, & docte Alex. de Ales, Nauarrus, Pelagius, Medina Complutensis, & Sotus; ad cuius intelligentiā debet aduerti, quòd furtū est vsurpatio occulta rei alienæ inuito domino eius. Dicitur occulta, quia rapina est etiam vsurpatio rei

1 Nau ca. 17. & 15 in Man. Pel. de planctu eccl. ca. 46. & 47 Sot. l. 5. de inst. q. 3.

rei alienæ inuito domino, non est tamē occulta, sed publica, quando scilicet quid rapitur violenter ab aliqua domo inuito domino. Dicitur *vsurpatio*, & *non contrectatio*; quia sæpe accidit, quod quis habeat rem alienam sine reali contrectatione eius vsurpans eam solum. Dicitur *rei alienæ*, vt copiose comprehendamus omnes res alienas, quæ vsurpantur. Dicitur, *inuito domino*, quia consentiente domino iam non est furtum: videtur D. Thom. Couarr. & Sotus qui extensius declarant hoc.

D.Tho. 2. 2. qu. 66. ar. 3. Sot. vbi sup. ar. 3

2 Prima Conclusio. Furtum ex sua natura est peccatum mortale, si sit notabilis quantitas furto raptę. Dixi, *ex sua natura*, quia respectu alicuius circunstantiæ non erit mortale, sicut quando quis positus in extrema necessitate caperet aliquid alienum ad remediū illius, cui ius naturale dat potestatem contra ius gentium, quod introduxit rerum Dominium, & diuisionem, vt dicit S. Tho. extrema vero necessitas erit periculum mortis, cui non possit succurri, nisi captando aliena, vt dicit idem D. Thom. Hinc infertur. Primo, quod ille, qui habet bona, quibus sustentetur, non est in extrema necessitate. Secundo infertur, quod ille qui ob saluandam vitam eijcit bona sua, & aliena in mare tempore tempestatis, non peccat, nec tenetur ad restitutionem; & addo, quod nec in alia necessitate graui, licet non sit grauissima, & extrema, potest excusari à peccato mortali capiens aliena, scilicet, quando ille, de cuius bonis furatur, est diues, & de lege charitatis tenetur succurrere dicto posito in necessitate secundum, quod tractabimus in tractatu eleemosynæ, quam opinionem tenet Angelus, Syluester, & Nauarrus, & tanquā probabilem, licet Couar. contrariam putet esse veriorem, cuius argumentis, & rationibus sufficienter respondet Petrus de Nauar. Nec etiam erit peccatum capere alienum ab illo, qui debet illud, & non potest ab eo peti per viam iuris capiente creditore secrete, quod sibi debetur sine scandalo, quia capere alienum inuito domino possidente non est capere inuito domino superiore, qui concedit hanc licentiam, ne amittat qđ sibi debetur; sicut dicit Caietanus; & vt hæc compensatio sit iusta, requiruntur quædam conditiones. Prima, quod debitum sit certum, liquidum, & non dubium. Secunda, quod capiens sit certus, quod sine magno incommodo suo non poterit recuperare debitum per viā iuris. Tertia quod debitor non restituat iterum debitum, & ideo est necesse, quod creditor ordinet sic, vt debitor fiat certus, quod satisfecit. Quarta, q̄ non capiatur vi illata, & violentia, vt tenet Couar. & Nauar. Verum est tamen, quod licet capiat illud cum violentia, non incurret excommunicationem publicatam ad instantiam domini ipsius rei; quia licet peccet faciens dictam violentiam, non retinet tamen alienum, vt dicamus, quod teneatur respondere dictæ excommunicationæ, sic enim tenet Corduba, Nauarrus, & Aragon. Nota autem, quod quando quod debetur, est per viam pęnæ, non potest creditor accipere illud sua propria authoritate, licet concurrant dictæ conditiones, nisi postquam datur sententia, in qua est condemnatus debitor, vt dicit Petrus de Nauarra.

D. Tho. 2. 2. qu. 66. ar. 7. & q̄dl. art. 17.

Angel. ver furtū, q. 36. & 37. Sylu. q. 15. d. 2. Nau. ca. 17 nu 4. Cou. in reg. pec. 2. p. §. 1. nium. 3. Nau. l. 3 de rest. c. 1. nu. 375.

Caiet. 2. 2. q 66. art. 5.

Cou. li. 2. var. c. 6 nu. 14. Nau. in Man. c. iter verba, 1 . q. 3. cōc. 6. Cor. 66. nu. 294. Cor. de casi. c. 3. Nau. vbi sup. Arag. vbi sup.

3 Secunda Conclusio. Qui capit rem alienam vidente domino, & consentiente, aut non contradicente, metu, pudore, aut re simili, peccat, & tenetur restituere rem, quia realiter dominus non consentit sponte, sic enim tenet Syluester, & Nauarrus, si vero teneat, vt probabile, quod dominus non ægrè ferat, & ideo capit illam, non peccat, nec tenetur ad restitutionem cum non cæperit alienum inuito domino. Ex hac conclusione infertur, quod pueri, qui sunt pro seruitijs culinæ, quibus pręcipit coquus vt deferant aliquid secrete extra domum, tenentur illi non obedire, si putant peccare coquum in hac re; quia quod solent sic mittere, est alicuius momenti, & clarè patet, quod si dominus sciret, prohiberet illud: nec obstat

D. Tho. Nau. li. 3 de rest. c. 1. nu. 405.

Syl. ver. furtū. q. 1. Nau. c. 17. nu. 4.

obstat quod dominus præcipiat eis, vt obediant coquo, & si non obediunt, eijcientur à domo, quia magis tenentur obedire legi diuinæ, secundum quod tradit idem Nauarrus.

Nau. vbi supra nu. 19. c. 24. n. 31

4 Tertia Conclusio. Licitum est homini Christiano captiuo inter infideles furari, & sic facere, vt acquirat libertatem, aut procurare, vt aliquis furetur eum occulte, aut per viam rapinę faciens violentiam tempore belli, aut pacis, quia sic iniuste possidetur, & sic gerit iustum bellum contra infidelem, qui continue facit illi violentiam.

5 Quarta Conclusio. Filij, qui sunt in potestate patrum, committunt furtum capiendo aliquid de bonis patrum, & si est res notabilis, peccant mortaliter, & tenentur restituere illis, aut corũ hæredibus de suo peculio castrensi, aut quasi castrensi, si illud habeant, nisi patres parcant illis.

6 Quinta Conclusio. Non possunt dicti filij existentes in potestate patrum capere, & retinere bona aduentitia sine eorum licentia: illa vero dicuntur bona aduentitia, quæ hęreditant à matre, aut consanguineis, vel amicis, aut quæ acquiritur proprio labore, & industria exceptis, quæ Rex dat eis pro seruitijs; quia hæc ad minus sunt quasi castrensia: nostram vero conclusionem tenet Nauarrus; & probatur, quia licet talia bona quoad proprietatem sint filiorum; sunt tamen patrum quoad vsusfructum, nisi qui dedit ea filio, posuerit hanc conditionem, quod pater non perciperet vsusfructum, quia in hoc casu etsi caperent, non peccarent, nec tenerentur ad restitutionem, cum capiant id, quod suum est quo ad proprietatẽ, & vsusfructum, vt dicit Nauarrus.

Nau. ca. 17. num. 158. & 159.

Hinc infertur quod illud, quod filij acquirunt proprio labore, & industria extra domos patrum, tenentur illis restituere excepto eo, quo egent, vt se sustentent secundum suum statum. Vnde filij, qui vadunt ad indos, aut alias partes, in quibus lucrantur multa bona cum industria, & labore suo, non possunt ea expendere facientes donationes, & sumptus excessiuos, nisi de licentia expressa, aut pręsumpta suorum patrum ad illud; quod procedit, licet sint illicite acquisita, quia horum etiam habent patres vsusfructum, quousque filij non restituant, sic enim tenet Nauarrus contra Greg. Lopez.

Nau li 3 de resti. c 1. n. 71 & 72. Greg. in l. 5. titu. 17. p. 4.

7 Sexta Conclusio. Filij prędicti committunt furtum capientes à patribus de eorum bonis profectitijs: sunt autem bona profectitia, quæ filius acquirit à patre, sic enim tenet Nauarrus post Siluestrum; & probatur, quia pater de iure habet vsusfructum, & proprietatem horum bonorum; & idem debet dici de bonis acquisitis cum ipsis bonis paternis, & industria filij quia hæc sũt profectitia, vt dicunt Siluester, & Nauarrus, & est determinatum in quadam lege partitarum.

Nau. vbi supra nu. 158.

Nau. vbi sup. l. 6. tit. 17. pag. 4.

8 Septima Conclusio. Qui dat occasionem furandi, peccat, si facit hoc animo iniquo, cum det materiam scandali fratri suo; non vero peccant, qui non auferunt pueris occasionem peccandi, vt apprehendantur in furto, & sic castigentur, & cogantur facere bonum: quia aliud est adiuuare ad furtum, & aliud permittere occasiones furandi ad maius bonum, vt tenet Caietan. & Nauarrus.

Caiet. 2. 2. q. 78. art 4. Nau. in sum. ca. 14. n 26. §. 10.

9 Octaua Conclusio. Retinere rem inuito domino eius, non existente in aliqua graui necessitate, licet sit per multum tempus, non mutat speciem peccati, & ideo non debet pœnitens eam circunstantiam confiteri, nisi notabiliter, & clare aggrauet, vt diximus in materia circunstantiarum. Verum est tamen, quod si qui retinet rem alienam inuito domino, proponit non restituere, aut non dare eam, licet legitime petatur, cum possit eam dare, tenetur confiteri hoc sine diuersitate opinionum, quia innouat sic nouis peccatis iniustam retentionem.

sup. ca. 53. nu. 3

10 Nona Conclusio. Scolastici Salmanticenses non tenentur restituere patentes, seu ingressus nouorum scolarium,

riũ, quia licet noui socij soluant hæc metu, attamẽ, postquam dederunt, habent ratum morem, & ipsi gaudent etiam in troitibus aliorum nouiter venientium, & per cõsequens hoc purgat metũ præteritum: nec obstat quod statutũ dictæ vniuersitatis prohibeat eas receptiones quia consuetudo videtur interpretari ꝙ obliget, nisi quo ad forum exterius, aut pœnam quãdo fuerit iudicis sentẽtia, vt dicit Corduba.

Cord.ī casib. q. 150.

De furto ratione rerum inuentarum. Cap. CXLVII.

SVMMARIVM.

An committant furtum, qui capiunt gemmas, margaritasue, quas inueniunt in oris maris. concl. 1. nu. 1.

An Reges Castellæ sint domini auri, & argenti &c. & aquarum salsarum, & dulcium. concl. 2. nu. 2.

An possit quis emere campum, in quo scit contineri thesaurum absque eo quod reuelet venditori secretum. conclus. 3. numer. 3.

An possint aliqui ire ad nationes exteras, & capere earum mineras metallorum. concl. 4. nu. 4.

1 PRima Conclusio. Qui capiũt margaritas, gemmasue, quas inueniunt in oris maritimis, non cõmittunt furtum, quia hæ oræ de iure gentium remanserunt communes, vt dicitur in iure; & idem debet dici de auro, argento, & reliquis metallis, quæ inueniũtur in visceribus terræ. Verum est tamen, quod Reges, & principes possunt iusta de causa cõcedere priuilegia aliquibus, vt illi solum possint legere dictas gemmas, quia cum sint communes, ob bonum commune possunt concedi alicui in particulari: nec ob hoc priuilegium, & licentiam priuãtur reliqui ab earum lectione, quia licet colligant, non tenentur in conscientia restituere: priuilegiũ enim solum imponit iudicibus, vt castigent, & prohibeant ne ab alijs colligantur.

§. lapilli instit. de rerũ diuisione.

2 Secunda Conclusio. In Regnis Castellæ mineræ auri, & argenti, & reliquorum metallorum, & Mercurij seu argẽtiuiui, & aquæ salsæ fontium, & puteorum pertinent ad Regium patrimoniũ, nisi ab alij possideantur per priuilegium, aut consuetudinem immemorabilem, vt dicitur in quadam lege nouæ compilationis, quæ concedit licentiam inuenientibus ipsas mineras, quod possint eas insequi, & fodere hac conditione, vt extractis expensis tribuant Regi duas tertias reliqui; vnde in his Regnis, non habet locum. quod dicit Sotus scilicet, quod quinta pars harum minerarum debeatur Regi, aut Principi. Hincque colligitur, quod qui sine eius authoritate furantur aliquid earum, peccant cum Rex iustis de causis eas sibi reseruauerit.

lex 19. tit. 1. 9 nouæ cõpil. lib. 4 tit. 13. libro 6. Sot. li 5 de iusti. q. 3 ar. 3

3 Tertia Conclusio. Ille, qui scit, quod in agro alieno cõtinetur thesaurus, aut minera cuiuscunque metalli, potest emere dictum agrum absque eo, quod significet domino esse in eo, ipsum thesaurum, & sic poterit fodere, & assumere sibi illud absque eo, quod committat furtum; hęc conclusio est D. Thom. quam tenet Sotus, Nauarrus, & Medinanec obstat quod ille, qui emit lapidẽ pretiosum, cuius virtutem occultam ignorat possessor, teneatur reuelare ei virtutem suam, vt æstimet eam tanti quanti debet æstimari, quia ad hoc respondeo, quod res venduntur secũdum virtutes, quas habent, & campus solum venditur ratione soli, non vero ratione thesauri in eo contenti, at lapis quando venditur, si est pretiosus venditur respectu eius non inquantum lapis, sed in quantum lapis pretiosus, & sic si non manifestetur eius valor, clare patet dolus.

D. Th 2. 2. q. 66. a. 5. ad 1 Sot li. 5 de iust. q. 3. ar. 3 Nau. in c. 17. nu. 175 i 6. Medina in sum. fol. 168

4 Quarta Conclusio. Illicitum est exteris nationibus, & prouincijs adire alias ad quærendas mineras auri, & argenti, quæ sunt aliarum nationum, & prouinciarum, nisi habitantes illarum consen-

sentiant in eo, & vilipendant dictas res quia illis gentibus sunt communes in comparatione ad exteras: sic dicunt Sotus, Mercadus, & Ludouicus lopez. Hinc infertur, quod Indi partium occidentalium, postquam erāt domini suarum minerarum, non poterant eis priuari; nisi eas vilipendebant, & spernebant, quia ipsi erant gentiles, & non audiuerāt nec receperant nomen Christi, nec fecerant bellum, nec rapuerant aliquid a Christianis, sicut fecerunt Mauri, & Turcæ. Secūdo infertur, quod postquam huiusmodi Indi sunt conuersi ad fidem, cum ideo non debeant esse peioris conditionis, non possunt priuari his rebus, vt definiuit Io. XXII. loquendo de Iudæis conuersis, cuius extrauagans habet locum etiam in Indis. Tertio infertur esse illicitum Hispanis, qui viuunt apud Indos priuare conuersos ad fidem suis mineris, & possessionibus non consentientibus illis affligētes eos tanquam captiuos, & facientes eos fodere contra voluntatem eorum, vbi cum sint debiles natura, & sine virib. respectu tanti laboris, accidit, vt lassati cadant in repentinam mortem.

Sot. li. 5. de iu. q. 3. art. 3. Merc. de cōtract. c. 15. Lopez in instit. cōs. 2. p. c.

De furto, prout est sacrilegium.
Cap. CXLVIII.

SVMMARIVM.

An quædam species furti sit sacrilegium concl. 1. num. 1

An sit sacrilegium furari res depositas, aut existentes in Ecclesia, licet non sint ipsius ibid.

An furari calicem consecratum, qui non sit ecclesiæ sit sacrilegium, si sit furtum extra ecclesiam. ibid.

An furari res possessas ab Ecclesia ob sui sustentationem, & ministrorum, & an non soluere legata, & decimas Ecclesiæ sit sacrilegium. ibid.

An capiens à Clerico aliquid. quod possidet via Ecclesiastica, sit sacrilegium. ibidem.

An capere de bonis patrimonialibus Clerici sit sacrilegium ibid.

An capere res, quæ gaudent priuilegijs ecclesiasticis sit sacrilegium ibid.

An furari mutuo datum Ecclesiæ pro eius ornatu sit sacrilegium. ibid.

An furtum pecuniæ factum in ecclesia sit sacrilegium. ibid.

An furari tapetia, & sedes, quæ deferuntur ad Ecclesiam pro vsu ciuium, sit sacrilegium. ibid.

An qui expoliant Ecclesias & perfringūt earum portas, remaneant ipsofacto excommunicati. concl. 2. num. 2.

An furtum ex se veniale sit mortale ratione sacrilegij. concl. 3. num. 3.

An furtum vt est sacrilegium, sit de casibus reseruatis Episcopis. conclusion. 4. numero 4.

1 PRima Conclusio. Species furti, quæ dicitur sacrilegium, est, quādo quis capit res depositas, aut existentes in ecclesia, licet non sint ipsius ecclesiæ, dummodo ad eam pertineat earum rerum custodia. Quādo vero rapitur calix consecratus, licet hic nō sit in ecclesia, si est ipsius ecclesiæ, est etiam sacrilegium, quia si non sit ipsius ecclesiæ, licet nō sit cōsecratus, nō erit sacrilegium. Est etiam sacrilegium capere res possessas ab ecclesia ad sustentationem sui, & ministrorum suorum, & non soluere legata, & decimas, vt determinatum est in iure, & si aliquis acceperit a clerico aliquid, quod possidet via ecclesiastica, probabile est esse sacrilegium: sed contrarium, quod non sit, non caret probabilitate, licet capere de eius bonis patrimonialibus non sit sacrilegium, vt tenuit Magister Frater Ioannes della Penna, & affirmat Ludouicus Lopez, nisi rapiantur cum violentia, quia cum sint consecrati ipsi clerici cultui diuino, fit iniuria ipsi, vt notatur in iure, & tenet Cordub. Denique sacrilegium est capere res, quæ gaudēt priuilegijs ecclesiasticis, cū in re graui frāgatur eius immunitas, vt dicūt DD. communiter, & idem erit, si capiatur

12. qu. 4 ca. sacr. & c 16. q 7. c. de cimas.

Lop. in inst. cōs. 1 p. c. 33 e c. 144. Co. certum de iudiciis tradit Cor. de casib. q. 13. Dr. Ct. 17 q. 4.

res, quæ est mutuo data ecclesiæ pro eius ornatu, & cultu: non tamen videtur sic esse de furto pecuniæ facto in ecclesia, nec erit sic furari sedes & tapetia, quę deferuntur ad ecclesiam pro vsu ciuium in auditionibus officiorum diuinorum, vt constat ex his quæ tradit Nauarrus.

Naua in c 17. nu. 95.

2 Secunda Conclusio. Qui expoliant ecclesias, aut frangunt earum portas, remanent ipso facto excommunicati, vt dicitur in iure, & vt incurratur hæc excommunicatio requiruntur duo. Primum quod frangant portas ecclesiæ. Secundum, vt furentur de illis rebus, quæ sunt in ea, vt dicit post Abbat. & Caietanus Nauarr. Vnde dicit, quod qui frangit crucem, aut sacrarium, & facit similes res, si non furatur aliquid non incurrit hanc excommunicationem, & idem etiam intelligitur in monasteriis, & hospitalibus, aliisque locis pijs consecratis authoritate Episcopi, vt post Abba. & Nauar. tenet Salzed. in sua praxi criminali, & circa hoc est quædam concessio Leonis X. qui excommunicat ipsofacto reseruans sibi absolutionem eorum, qui intulerint aliquam notabilem violentiam in monasterio ordinis minorum.

c. Conque de sent. excom.

Nau. in Man. c. 27 n 94

salz. in practic. cri c. 86 in fine.

3 Tertia Conclusio. Furtum ex se veniale non fit mortale ratione sacrilegij, nisi quando illud sacrilegium esset mortale, vt esset furari aliquam particulā Santissimi Sacramenti, parum chrismatis, aut simile cum notabili violentia, & iniuria loci sacri, aut personæ, aut propter modum furandi; vt si pœnitens quando confitetur, furetur a Cōfessario assem, aut ab eo, qui dicit Missam, aut administrat Eucharistiam, aut ratione loci, vt si furetur de custodia, aut tabernaculo parum, existente ibi Sanctissimo Sacramento ob iniuriam notabilem, quæ ibi fit capiendo animo furtiuo de dicto loco, sic enim tenet Corduba.

Co. vbi supra.

4 Notent autem Confessarij, quod sacrilegium in hoc casu est reseruatum Episcopis desiderium tamen furandi, si non fiat, licet sacrilegium sit mentale, ac peccatum mortale non est reseruatum Episcois, quia numquam ecclesia reseruat sibi peccata mere interiora. Dixi mere, quia si sunt mixte cum aliquo actu exteriori, vt est quādo præcipitur, aut procuratur, quod fiat sacrilegium, licet enim non fiat, potest esse reseruatus casus: videatur S. Thomas, & Thomistæ.

D Tho 2. q. 98. summistæ ver. sacrileg

De furto paruæ quantitatis Cap. CXXXIX.

SVMMARIVM.

An sit peccatum mortale furari parum. concl. 1. num. 1

An sit peccatum mortale furari rem paruam cum intentione capiendi maiorē. concl. 2. num. 2.

An peccet mortaliter famulus, qui capit de bonis heri sui pro danda eleemosyna. conclus. 3. num. 3.

An sit peccatum mortale furari rem paruam sciendo, quod dominus eius debeat recipere magnam iacturam & damnū. conclus. 4 num 4.

An teneatur respondere excommunicatoriæ furatus rem paruam. ibid.

Quæ circunstantiæ debeant interuenire, vt furtum vnius rei sit veniale. conclus. 5. num. 5.

An duo, & tres ducati sint materia furti mortalis. licet capiantur a Rege. concl. 6. num. 6.

An sit peccatum mortale, quando multi destruunt aliquam vineam. licet singuli capiant paucam quantitatem. concl. 7. num. 7.

An peccet mortaliter, qui ab eadem persona furatur paruas res, sed frequenter, conclus. 8. num. 8

An peccet mortaliter, qui furatur paucas res a multis. cap. 9. num. 9

1 PRima Conclusio. Qui furatur rē priuatam, licet id, faciat malitiose, & animo faciendi damnum peccat ve-

D.Th. 2. 2. q. 66. ar. 6. vbi Caieta. ar 3. Na. c 17. n. 3 Cou. l. 1 var. c. 3. nu. 12.

venialiter sic enim tenet S. Thom. Nauarrus, & Couar. quia in omnibus præceptis paucitas rei (nisi adsit cõtemptus) liberat à mortali: Hinc infertur, quod monachus, qui moritur cum dimidio asse super se, aut alia parua quantitate, nõ potest dici, quòd moriatur proprietarius, vt denegetur ei sepultura ecclesiastica, quia non debet priuari bono tam sublimi ob solum peccatum veniale, quod hic committitur contra præceptum regulæ, vt colligitur ex iure, quod significat, quod solum illi debent priuari sepultura ecclesiastica, qui cognoscuntur euidenter mori in peccato mortali; sic enim resoluit late Nauar. in quodã suo consilio probans id rationibus efficacibus.

13. q. 2. c. ob cũ tibus, & c. non ę stimem' glo. in c. exp. d̃ sepulturis Na. li. 3. cons. tit. de regu. cõs. 75. nu. 13.

2 Secunda Conclusio. Furtum de re parua est peccatum mortale, quando fit animo capiendi rem magnam habẽdo voluntatem actualem eius; quia nõ erit peccatum mortale, si solum sit fur paratus ad capiendum multum, aut parum; cum solum præparatio animi nõ sufficiat ad hoc, vt aliquid fiat peccatum; & ideo mulier quæ est exposita peccando, non peccat nisi quando cũ aliquo actu expresso, aut virtuali determinat peccare, quia aliter, si dicamus contrarium, sequeretur, quod in omnibus instantibus peccet, cum in omnib. sit parata consentire in fornicationem: verum est tamen, quod loquendo moraliter hæc mala præparatio animi semper continet aliquem actum illicitum voluntatis, & ideo debet confiteri, vt dicit Caiet. quem explicat hoc modo Nauar. contra Couar.

Caiet. 2. 2. q. 66. ar. 6 à 3. Nau. li. 3 de resti. c. 1. n. 40 Cou. vbi sup. Na. d c. 17 n. 140 & l. 5. cõ sil. tit. de furt. cõs. 2.

3 Tertia Conclusio. Famulus, qui accipit aliquid à dominis, vt faciat eleemosynam, non peccat mortaliter, quia vt plurimum res, quæ capiuntur ab eis, sunt cibi & potus; & etiam hoc fit raro, sic enim sentit Nauarrus. Et etiam non est credendum, quòd dominus ægre ferat hoc, cum sit parui momenti, & pro bono opere; attamẽ quamuis hoc sic se habeat, debent consulere eis Confessarij, ne faciant, ne sic assuescant, & capiãt maiora. Dixi *& etiam non est credendũ, &c.* quia si domini sint huius voluntatis, vt si peteretur licentia ad illud, non darent, licet non peccent mortaliter famuli capientes dictas res: tenentur tamen restituere eas sub pęna peccati venialis, & non mortalis, vt dicit Nauar.

4 Quarta Conclusio. Qui capit rem paruam alicuius, sciens quod dominus eius ob hoc recipiet multum dolorem, & displicentiam, aut damnũ, vt si quis capiat aculeum à cerdone, cum quo ipse administrat ministerium suum, peccat mortaliter; si vero talis cerdo extraheret excommunicatoriam contra eos, qui habent aliquas res suas non tenebitur respõdere, qui cepit dictum aculeum, siue spicillum, & manifestare furtum: quia in generali excõmunicatione comprehenduntur pro furto solum illi, qui fecerunt furta, quæ ex natura sua sunt mortalia, nõ vero respectu damni, quæ effecerunt, vt dicit Nau. & Arag.

Nau. in d. l. 5. cõ sil cõs. 2

5 Quinta Cõclusio. Vt sciatur, quando materia est leuis, cuius furtum est peccatum veniale, debent considerari circumstantiæ personarum, Regnorũ, prouintiarum, & locorum, scilicet si persona, à qua capitur sit diues, aut pauper; & ideo secundum Nauar. Sotum, & communem si quis furatur rem paruam pauperi, cuius defectus facit illi multum damnum, aut infert multam pęnam, & displicentiam, vt si quis furetur aculeum, seu spicillum à cerdone, aut aliqua pyra, quæ dominus custodiebat, vt faceret ex eis domum; in hoc enim casu illæ res licet paruæ facerent peccatum mortale, quando. vt plurimũ homines stricti pectoris recipiunt displicentiam nimiã, si capiantur; si vero non tanti pendant, esset, loquendo communiter, materia risus; & esset solum peccatum veniale, vt dicit Sotus cui adhæret Med. & Ludouicus Lopez, quo viso insufficienter reprehenditur Sotus ab Arag. Ex dictis infert Ludouicus Lopez, quod furari duas dragmas argenteas ab aliquo, qui potius est pauper, quam diues, quia in die, quo non

Nauar. in Man. ca. 17. n. 3. liter. B. Aragõ. 2. 2 q. 66 ar. 6.

Sot l. 5. de iusti. q. 3. a. 3. ad 3. Me din i sũ. Lopez i instr. cõ sc. 1. p c. 92. Aragon. 2. 2 q. 49. ar. vlt. iuxta fin.

laborat, nec ipse, nec sua familia comedunt, est peccatum mortale; quia gens illarum partium non patitur minus de necessitate, quam in Hispania; potius enim omnia carius venduntur præter carnem, quæ opinio mihi videtur inspectis circũstantijs conformis rationi.

6 Sexta Conclusio. Loquendo regulariter non habito respectu ad circumstantias supradictas, duo aut tres ducati sunt materia peccati mortalis, licet capiantur de pecunia Regis, quia licet Rex sit diues, eget tamen magis alijs ad sustentandũ Regnum suum; & per cõtrarium loquendo etiam regulariter sine respectu circumstantiarum supradictarum, vna, aut duæ drachmæ argenteæ non erit materia peccati mortalis non solum in hac nostra Hispania, sed etiam in noua Hispania, vbi gens communis patitur tantam miseriam sicut hic. Nota etiam quod inter homines communes quatuor, aut quinque argentei sunt sufficientes, vt efficiant peccatum mortale, & inter pauperes vnus, aut duo argentei, vt tenet Aragon. cum alijs.

Arag. vbi sup.

7 Septima Conclusio. Quando multi capiunt de aliqua vinea singuli paucã quantitatem, ita vt non fiat materia sufficiens peccati mortalis, peccat nihilominus mortaliter, si omnes congregati fuere ad capiendas vitas, & faciendum illud damnum notabile, ita vt vnus sine alijs non adiret vineam, & ideo singuli in hoc casu tenentur restituere insolidum totum damnum, quod effecerunt; sic enim tenet Cordaba, Nauarr. & Sotus, Ludouicus Lopez, & Nauarra. Si vero tales non fuerunt congregati ad faciendũ furtum, & ignorantes alij alios, nec cognoscere debentes, non peccabũt mortaliter, tenebuntur tamen ad restitutionem eius partis, quã quisq; cepit sciens damnum fuisse notabile, qd factũ fuit, & excõicatio promulgata cõtra eos obligat eos ad respõdendum, vt cõcedit Nau. quod si vnus restituat insolidũ in casu obligationis, tenentur reliqui restituere huic partes suas. Dixi ignorantes alios, quia si sciebãt alios esse determinatos ire ad dictã vineã, peccant mortaliter; cũ vnusquisque sciuerit damnum, quod erat faciẽdum, & habuit complacentiam eius. Verum est tamen, quod in hoc casu nõ tenetur vnusquisque restituere damnũ insolidum, quod factum est, sed solum partem suam quam cepit.

Cord. de casib q. 70. Nau. in c. 17. n. 130 & 140. & i cõmẽtarijs de fur. fol. 156. vsque ad nu. 16. sot. l. 5. de iusti. q. 3. Lopez i instruc cõsc. 1. p. c. 91. Nau. li. 3. de restit. c. 1. n. 47.

8 Octaua Conclusio. Peccat mortaliter, qui eiusdẽ personæ furatur paucas res frequenter tamen, tunc aũt erit peccatum mortale, quando huiusmodi furta parua accedant ad aliquam notabilem quantitatẽ, sic enim tenet Medina Complutensis, Sotus, & Corduba, quod debet teneri, licet Nauarr. teneat contrarium dicens, qd hic non peccat mortaliter, licet teneatur ad restitutionẽ; dicitq; non esse inconueniens, quod ex peccatis solum venialibus nascatur obligatio restitutionis dictæ quantitatis sub pœna peccati mortalis. Cui rationi respõdet Petrus de Nauarra, non posse esse obligationem restitutionis sub peccati mortalis pœna, nisi præcedat causa, vel culpa mortalis, & iniustitia, & ideo qui habet aliquam rem mutuo, tenetur reddere illam, quia restitutio præsupponit iniustam retentionem; quam doctrinã ego non approbo; quia non solum restituitur, quod male captum est, sed etiã quod iusto detinetur titulo, sicut est mutuum; & sic dico resoluens hoc punctum, quod illi, qui furantur ab eadem persona multas res, frequenter peccant mortaliter, licet ipsæ singulæ sint pauci valoris, dummodo simul faciant notabilem quantitatem ob complacentiam, quam habent huiusmodi fures facientes hæc furta, & tenentur ad restituendum sub pœna peccati mortalis dictam notabilem quantitatem, cum in ipsa furanda sit commissum peccatum mortale ob dictam complacentiam, & voluntatem faciendi dictum damnum, quam habent interpretatiue qui frequentant dicta furta.

Med. de restit. q. 10. sot. & Cordub vbi sup. c 17 nu. 140.

Nau. l. 2. de rest. c 2. n. 42 & li. 3. c. 1. n. 53

9 Nona Conclusio. Furari paucas res multorum cum intentione tñ faciendi

ex

ex eis omnibus notabilem cumulũ, est peccatum mortale, & obligat ad restitutionem. Hęc cõclusio est Soti, & Cordubæ; nec obstat, quod ex multis capitur parum, quia quantitas in se est notabilis, & hic habuit intentionem furandi eam: & tanto magis, si omnes vicini alicuius villæ, aut oppidi aggregant triticum suum in cumulum vnum, certũ est, quod qui furaretur quantitatẽ prædictam ab eo, peccaret mortaliter, & teneretur ad restitutionem: quare ergo non eodem modo tenetur, qui ex multis cumulis capit illam quantitatem? & quidem si contrarium admitteretur, esset aperire portam amplam cauponarijs, & reliquis, qui vendunt res minutim, vt possent capere parum ex singulis sine peccato mortali, & absque obligatione restitutionis, quod nullo modo dici debet. Notaque quod supradictũ habet locum, licet qui committit furtũ, sit pauper, quia paupertas, quæ non est extrema, aut magna, non dat locum capiendi aliena, vt dicunt Sotus, & Cord.

Sot. & Cordu. vbi sup.

Sot. li. 5. de iusti. q. 2. ar. 3. ad 3 & i 4. d. 21. q. 1. ar. 2 Cordu. vbi sup. circa 3. punct.

De restitutione facienda pro furto. Cap. CL.

SVMMARIVM.

An bona furata in extrema necessitate sint subiecta restitutioni, concl. 1. nu. 1.

An bona capta extra extremam necessitatem, expensa tamen in extrema necessitate sint subiecta restitutioni, concl. 2. num. 2.

An furatum in extrema necessitate ab eo, qui habet spem, quod cito habebit remedium, debeat restitui, concl. 3. nu. 3.

An latro teneatur non solum restituere quod cepit, sed etiam quod expendit dominus quærens illud, concl. 4. nu. 4.

An, qui cepit alienum cum mala fide, teneatur restituere totum id, quod habuit postquam cepit, conclus. 5. nu. 5.

An latro possit extrahere à re furata expensas, quas fecit cum ipsa, concl. 6 n. 6.

1 PRima Conclusio. Bona furata in extrema necessitate, si non sint consumpta, debent restitui domino, quia causa, ob quam licite capi potuerunt, cessauit. Dixi *non consumpta*, quia si iam consumpsit ea, non tenetur restituere. Hæc conclusio quo ad secundam partem est secundum intentionem Soti, quam sequitur Turrecremata; & est opinio Scoti, & probatur; quia ille, qui in extrema necessitate sui, aut alterius, capit necessaria ad conseruandam vitam, non capit rem alienam, sed rem communem, quam si capiat, qui habet talem necessitatem, aut alius pro illo, iam si consumpta est, fuit facta propria, & ideo non tenetur restituere illam, licet postea ditescat, si vero non consumatur, non fuit extrema necessitas, & ideo quando dicimus, quod in extrema necessitate omnia sunt communia, debet intelligi, quando extrema necessitas nõ cessat, antequam res consumatur.

So t. l. 4 de iusti. q. 7. ar. 1. ad 4. Turr. i c. nolite. 10. q 5. Sco t. in 4 d. 15.

2 Secunda Conclusio. Si aliquis extra extremam necessitatem capit rem alienam, & postea veniens ad extremam necessitatem consumit eam, non tenetur ad restitutionem, licet postea iterũ redeat ad statum pristinum diuitiarũ. Hæc conclusio probatur finalibus verbis conclus. præteritæ, & teneat eam Sotus contra Scotum, & probatur, quia res communis fit propria, si expendatur in extrema necessitate, vt aduertit Aragon. respondens per hoc argumentus Scoti, & reliquorum; & ideo nulla est obligatio restitutionis, licet iniuste acceperit sine extrema necessitate, sufficit enim quod iuste expẽderit eam existens in ea necessitate.

Sot. vbi su. Scot. vbi sup. Arag. 2. 2. q. 22. ar. 5. iuxta fin.

3 Tertia Conclusio. Qui existit in extrema necessitate, ita vt pro nunc non habeat, vnde possit remedium capere, habet tamen spem, quod cito habebit remedium, tenebitur restituere, si habet cum quo possit sustentari, & ideo sententia Soti supra posita est vera loquendo de vere misero, & necessitate coacto, qui nec actualiter, nec in potentia propinqua morali habet remedium, vt aduertit Ludouicus Lopez. Hinc infertur, quod miles, qui

Lop. i in ítr. cõsc. 1 p. c. 15

X 3 est

est positus in extrema necessitate capiēs alienum; tenetur restituere habens pro certo, quod breui habiturus est stipendiū; & idem debet dici de illo, qui exercet aliquam artem mecanicam; quia hi non possunt dici esse in extrema necessitate. Vnde si habent illud, quod sperant, tenebūtur ad restitutionem; & per hæc respondetur argumento Nauarri, qui tenet contrá doctrinam positam in conclusione præterita.

Na.c.17 in Man. nu.61.

4 Quarta Concl. Latro tenetur nō solùm restituere res, quas furto surripuit, sed et expensas, quas dominus rei fecit in quærēda re, quarum fuit ipse causa. Quot vere sint hæ expensæ, relinquitur arbitrio boni viri, vt dicit Nauarrus.

Na. vbi su.n.140 §. ad dubium.

5 Quinta Conclusio. Qui capit alienum mala fide, tenetur restituere illud, aut eius valorē, & valor debet esse totū id, quod valuit, postquam accepit, licet perierit sine eius culpa, quia ille, qui cepit alienum mala fide, semper est in mora; & est negligens in restituēdo, & ideo perit eius culpa, sic enim tenet Nauarrus. Verum est tamen, quod latro, qui obtulit domino rem furatam, & noluit eam recipere, non tenebitur ad eam restituendam, si perierit sine eius culpa, quia per oblationem, quam fecit domino, purgauit moram, vt constat ex ipso iure, sic enim dicunt Siluest. Angelus, & Couarr. Estque notandum, quod secundum opinionem hominum grauiū res furto capta, vsu consumata si tempore, quo fuit surrepta, debebat vendi à domino, qui non asseruaturus erat eā ad aliud tempus, quo poterat valere plus, siue postea valeat plus siue minus, debet restitui secundum valorem illius tēporis, quo capta fuit, cum tanti esset vēditurus dominus eam; & econtra dicūt homines graues, quòd si quis furetur æquum, quem dominus non erat venditurus, sed quod sciatur pro certo, quod sit moriturus in illius potestate, si in potestate latronis pereat sine culpa sua, non tenetur restituere illum domino, cui eodem modo debebat mori, licet habuisset illum domi, quia tunc nihil deficit domino de re sua; quando vero non constat, quod periturus esset in potestate domini, sicut perijt in potestate furis, tenetur restituere preciū, quod dominus vendidisset; sic enim tenet Fra. Ludouicus Lopez. Et addo ego, quod tenetur etiam restituere omne interesse, quod potuit habere dominus in illo tempore, quo vixit equus non solum in casu, quo fur tenetur soluere equum, sed etiam in casu, quo non tenetur; quod tanquam manifestum non curo probare.

Na. vbi su c.10.

l. in re furtiua, ff de fur t §. Sil. ver. restit. 3. Ang. verbo restitut. ver. 1. Cou. 1.p. re. peccatū § 6.

Lop. in inst. cōs. 2.p.c 95 iux fi.

6 Sexta Conclusio. Licet leges humanæ præcipiant, quod fur, quando restituit rem furto captam, non possit extrahere expensas, quas fecit cum ipsa re, & melioramentum, in foro tamen conscientiæ contrarium debet dici, vt notat Medina, cum præsupponatur, q. restituat domino totum interesse damni, quod effecit, vt dicit Couar.

Med. de resti.q.6 p.2. Cou. in re gu. pecca.2 p.§ 6.nu.3.

De causantibus furtum. Cap. CLI.

SVMMARIVM.

An qui est causa furti, teneatur restituere. num. 1.

Quot modis quis possit esse causa furti, aut damni, ibid.

An iubens fieri furtum teneatur restituere, concl. 1. nu. 2.

An consilium dans ad furādum teneatur ad restitutionem, concl. 2. nu. 3.

An Theologis, Aduocatis, & similibus viris doctis consulentibus alijs debeat imputari damnum sequutum ex eorum cōsilio concl. 3. nu 4.

An Idiotæ dantes consilium vt fiat aliquid teneantur ad damna inde sequuta concl. 4 nu. 5.

An qui dedit consilium ad furandum liber sit à restitutione facto furto, si dicat damnificatori vt restituat, concl. 5. n. 6.

An videns furem paratum ad furandum aliquam magnam quantitatem teneatur restituere, consulens vt furetur minorem, concl. 6. nu. 7.

An

An consentiens fieri aliquod furtum, aut damnum teneatur aliquid restituere. concl.7.num.8

An recipiens furem in domum, aut rem furatam teneatur restituere. cōcl. 8.n.9

An aduocans pro fure teneatur ad restitutionem concl.9.num.10.

An particeps furti teneatur restituere. concl.10.num.11.

Qui teneantur in solidum ad restitutionem concl.11.nu.12.& concl.12.nu.13

An quando multi concurrunt ad furtum, si vnus restituat integre, teneantur reliqui pro rata huic satisfacere. concl. 13. num.14

An ratificans furtum, aut damnum factū suo nomine teneatur ad restitionem. conclus.14.num.15

An nō impediens furtum, aut damnum teneātur ad aliquam restitutionem. concl. 15.num.16

An non manifestans furtum teneatur restituere. ibid.

An impediens alium, qui vult impedire ne quis furetur, teneatur ad restitutionem. concl.16.num.17

An qui remisit damnum principali inducenti alios ad furtum, intelligatur remittere etiam alijs. concl.17.num.18.

An parente domino debitum minus principali, remaneat principalis liber. concl.18.num.19.

1 NOta pro explicatione, q̄ non solū, qui furatus est alienum, & eius hæredes, cum repræsentent eius personam tenentur restituere illud, sed etiam quiuis alius qui fuerit causa, quod furtū, aut damnum fiat. Hæc conclusio est D. Th.& sequuntur eā omnes. Et nota, q̄d q̄n aliquis est causa furti, ita vt quāuis non inueniretur in furto, nihilominus, fieret furtum, tenetur etiam restituere. Vnde sequitur, quod ille, qui occidit, furatur, ita vt licet ipse non fecisset dictū delictū, alius tn̄ poneret illud in executionē, quia quāuis non deficiant latrones, & occisores, non ideo liberatur a peccato, & restitutione, si ipse furatur realiter, sic.n. tenet D. Th.& Caiet. Couar. Sotus & Nau. Quod debet teneri, licet alij teneant contrarium; & vt hoc generaliter dictum melius intelligatur positum in particulari, est notandum, quod omnes, qui possunt esse causa furti, aut damni comprehenduntur in his versibus.

D.Tho. 2.2.q.62 art.7.

D. Tho. & Caiet. d art. 7. Cou. in reg. peccatū. 2. p.§. 12. n.2. Na. c. 17. n. 19. Sot. lib 4.de iust.q.7. art.3.

Iussio, Consilium consensus, Palpo, Recursus.

Participans Mutus, non obstans, non manifestans.

Quos versus conuenit, vt paulatim explicemus ponētes sequentes conclus.

2 Prima Conclus. Persona, quæ iubet fieri furtū significata per illud verbum Iussio, loquendo regulariter tenetur restituere insolidum, quod furto captum est, aut damnificatum eius causa, licet non recipiat aliquid ab eo quod sic captum fuit, vt definitū est in iure, quod debet intelligi cum conditionib. sequētibus. Prima, quod damnum sequatur. Secunda, quod mandatū sit efficax causa eius, aut probabiliter credatur quod erit, si dubitatur de eo, non est quod obligemus restituere; quia si adsit æqualitas, & dubium, melior est, cōditio possidentis. Tertia quod non reuocet mandatum, antequā fiat dictum damnum, quia si reuocat, licet postea fiat, iā non est causa efficax eius, sed solum est causa malitia furis, qui fecit damnum.

c.Julian. 11.q.3.

3 Secunda Concl. Qui cum suo consilio, significato per illud verbum (Consilium,) mouit alium ad furandum non existentem paratum ad illud, tenetur restituere totum damnum insolidum; quia hic vere fuit causa eius: & idem debet dici de illo, qui fraude, & dolo facit, vt aliquid fiat, quo proximus recepturus sit damnum, licet non sit per viā furti, aut rapinæ: & ad eandem obligationem tenentur qui de consilio faciūt dictum damnum: vt tenent DD. supra allegati, cum quibus consentit Med. Verum est tamen, quod ille, qui consuluit, aut persuasit, tenetur prius restituere damnum insolidum.

Med. in sum.fol. 159.

4 Tertia Concl. Qui dant consilium in aliquo contractu, aut quasi cōtractu

ad vendendam, aut locandam, aliquã domum, si dant consilium illi, qui ex officio debent dare tale consilium, vt sũt Theologi, Aduocati, & Confessarij docti, & alij, quibus ratione officii solet præstari fides, si ex eorum consilio sequutum fuerit aliquod damnum notabile, illis debet imputari, siue petierint ipsi dictum consiliũ, siue illi oblati sint ad dandum, quia huiusmodi homines priusquam præbeant consilium suum, debent recte examinare.

5 Quarta Conclusio. Idiotæ, & mulieres, sine experientia, quæ dant consiliũ, antequam ab eis petatur, vt fiat aliqd, tenentur ad damna, quæ inde sequuta sunt; nec liberat eos ab hac restitutione sua bona fides: quia vbi est culpa, negligentia, & pauca scientia, non datur excusatio, vt dicitur in iure. Dixi, *antequã petatur*, quia si ipsi non offerant consiliũ sed interrogati dederint, bona fides excusat eos, & damnũ debet imputari ijs, qui petiuere dictum consilium, qui habent secũdum meritum suum, cũ omissis hominibus doctis, & expertis adeãt homines idiotas, & ignaros, mulieresq; ignorantes, nisi iis dederint prædictum consilium, fraude, doloque, quia tunc tenebuntur ad restitutionem.

ca. Eux culpa d iniu. Soto lib 4. de iust. q 7 a.7.

6 Quinta Concl. Non remanet liber, qui dat consilium, quin teneatur satisfacere damnum, quod ex tali consilio sequutum est, quamuis dicat principali damnificatori, vt restituat illud; quia sicut non tenetur, qui dat consilium, restituere, antequam furtum fiat: sic non remanet liber ab ea restitutione facto furto, quousque restituatur domino; nec quia reuocauit consilium, antequã furtum committeretur, remanet liber a restitutione, nisi hoc faciat efficaciter dissuadendo illud rationibus efficacib. quod non est necesse, quando iubet, & nõ consulit: quia in hoc casu sufficit reuocare mandatum suum, vt dictum est in prima conclusione.

7 Sexta Concl. Quando latro, vel fur erat paratus ad furandum quandã quãtitatem Petri, si Ioannes dat consilium, vt capiat quantitatem minorem eiusdẽ Petri, non tenetur Ioannes restituere hoc damnum, cum per eius consilium potius sequatur vtilitas Petro, quia fur erat paratus furari maiorem quantitatem. Dixi eiusdem Petri, quia si consuluit vt furaretur illam minorem quantitatem ab alio, peccauit & tenetur ad restitutionem, viso quod non est licitum damnificare vnum ob impediendum alteri damnum, nisi damnum vnius esset magnum, & quod sequitur alteri, sit paruum; quia in hoc casu erit licitum inducere aliquem, vt capiat aliquam rem paruam alicuius hominis diuitis, si sit paratus capere multo maiorem a paupere, quia credendum est, qđ diues approbabit consilium, cum de lege charitatis ipse deberet facere.

8 Septima Conclusio. Qui consentit in furtum, aut damnum, quod fit, tenetur restituere illud, & hoc significatur illo verbo in versu, Palpo, quod significat adulatorem; hæc conclusio est D. Thom. & omnium; & qui consentit est ille, qui tacite, vel expresse approbat dictum furtum; ex qua approbatione sequitur, quod tertius moueatur ad furandum, aut inferendum damnum, tamquam a causa efficaci; eritque efficax, quando consenuit ille, cuius bene placitum sufficit, vt fiat, sicut est beneplacitum Regis, aut Ducis generalis ad prælium ineundum. Hinc sequitur, qđ adulator, qui sua adulatione mouet tertium ad faciendum delictum, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionẽ insolidum, si intelligit, quod eius adulatione motus est tertius ad faciendum dictum delictum, quia alias, licet peccauerit mortaliter adulando, & approbãdo culpam mortalem, non tenetur tamen restituere damnum, cum non fuerit causa eius, sic enim dicit D. Thom. D Tho. 2.2. qu. 62. ar. 7

9 Octaua Concl. Qui excipit in domũ suã furem, aut rẽ ipsam furto captã, tenetur restituere insolidum totum damnũ, quod putat secutũ ex tali receptione, vt dicit S. Tho. cum cõmuni. Notaque quod non sufficit recipere furẽ, nisi D. Tho. vbi sup.

reci-

recipiatur quatenus est fur, & quatenus furi faueatur ei; quia si recipit illũ, quia sit consanguineus, aut amicus, aut in casu necessitatis, ne occidatur, non tenetur ad restitutionem; quod intelligitur, nisi possit restituere domino, qd captum est, quia detinet domi suæ sine periculo vitæ ipsius furis, & nihilominus abscondit eum, quia nulli est ius retinendi, aut abscondendi rem alienã (nisi quatenus sit necessaria pro defensione vitæ propriæ, aut alienæ) aut famam, aut honorem maioris æstimationis, quam sint bona: & sic debet intelligi, quod tradit Medina.

Medina in sum. fol. 3.

20 Nona Conclusio. Quicunque aduocat, siue patrocinatur furi, siue sit notarius, siue procurator, sitque causa, quod iudex non condemnet illum, vt soluat furtum domino, & expensas, quas fecit, remanet obligatus ad restituendum damnum, nisi fur ipse restituat; quod intelligitur, quando aduocat pro illo contra ordinem iustitiæ, quia si aduocat pro illo in foro exteriori allegans secundum iustitiam, quod non sunt indicia, nec probatio sufficiens, vt iudex possit eum condemnare, non tenetur ad restitutionem procurãs solum liberare reum in foro exteriori secundum leges relinquens conscientię suæ, quod faciat restitutionem, quam tenetur facere: quod probatur, quia in hoc casu non defendit eum, quatenus fur est, sed quatenus est male accusatus, sic enim tenet Ludouicus Lopez. Et in his duabus conclusionibus declaratur verbum (Recursus) in carmine positum.

Lop in in str. cons. 2. p. c. 17.

21 Decima Conclusio. Qui est particeps in furto significatus, in verbo (Participans) posito in versu, peccat mortaliter, & tenetur ad restituendum. Et nota quod ille, qui detinet rem furatã non existens particeps criminis cum bona fide, tenetur restituere solum, quod recepit sciens, quod esset aliena, quod si non habet dictam rem in sua potestate, tenetur restituere illud, quo factus est ditior; qui vero participat mala fide furto, aut scit rem iniuste possideri, & nihilominus retinet eam per viam donationis, aut contractus, aut ignorat ignorantia crassa, & culpabili, nõ solum tenetur restituere, quia est res furata, sed etiam quia iniuste recepit eam; & ideo licet pereat sine eius noua culpa, aut diminutionem patiatur, semper tenetur ad eam restituendam: vt dicit D. D. Tho. Hinc sequitur non esse licitum recipere quidquam de rebus furtiuis et per viam eleemosinæ scienter; & ideo nec vxores, nec filii possunt sustẽtari de bonis, quæ sciunt patrem acquisiuisse per vsuras, nec famuli scientes hoc debent capere inde sua stipendia absque eo, quod teneantur ad restitutionem: secus autem dicendum est, si ipsi vsurarij habent alia bona, & res, quas iniuste habent, sunt de illis, quæ vsu consumũtur, sicut est pecunia, & triticum, quia in hoc casu, postquam hæc bona fuerint mixta, licitum est vsurarijs, & furibus dare eleemosinas, alimenta, & stipẽdia, dummodo ex hoc non fiant impotentes ad restituendum, vt dicit Aragó.

D. Tho. vbi sup. ar. 6 & 7

Aragó 2 2 q. 32 art. 7.

22 Vndecima Conclusio. Quando multi concurrunt ad furandum aliquam rem, congregantes se, vt melius, & securius possint efficere damnum, singuli tenentur insolidum restiftituere totum damnũ, si vero omnes illi concurrerunt ad furtũ, non ex proposito, sed casu, nemo eorum tenetur insolidum, sed vnusquisque ad partem quam accepit quod debet intelligi quando multi casu concurrunt, & singuli accipiunt partem, quia si accidit, quod totum damnũ proueniat ab vnoquoque immediate, ita vt actiones omnium concurrant indiuisibiliter ad totum effectum, tenentur omnes restituere insolidum, licet casu, & nõ cogitantes concurrãt, vnde si duo capiunt aliquem calicem, aut comburunt domum alienam, aut occidiunt hominem, vnusquisq; eorũ tenetur insolidum restituere damnum, licet nullus eorum induxerit, nec mouerit alium, vt faceret delictum, sed potius habuerit dolorẽ, quod essent socij criminis; quia ipse

solus

solus solebat facere furtum; sic enim tenet Medina. Hinc infertur, quod vnusquisque Canonicorum, qui præbēt suffragia, in prouisione alicuius canonicatus, si faciant iniuriam alicui concurrentium, tenentur insolidum restituere damnum, quod ex tali prouisione sequitur, quia omnes illi innitentes vni rationi indiuisibili fecerunt totum illud damnum, nisi maior pars capituli vota exhibuit non recte: vnde reliqui videntes non posse obstare damno, fuerunt conformati illis ne offenderentur, quia hi vltimi non tenentur ad restitutionem; quia licet præbuerint male suffragia, tamen non fuerunt causa damni, cum maior pars capituli determinat suffragari indigno, sic enim tenet Caietan. & Nauarrus, & idem in simili casu tenet Frater Ludouicus Lopez contra Cordubam, & hoc debet teneri contra Aragon, qui sequens Medinam, Complutensem tenet contrarium, & idē proportionaliter potest, & debet etiam dici de suffragijs scholasticorum in prouisionibus lecturarum. Secundo infertur, quod qui comitantur fures non animo damnificandi, sed animo potius impediendi damnum, quod possunt efficere, non tenentur restituere damnum, cum non comitentur eos propter illud, sed ob conseruationem iustitiæ.

Medina in sum. f. 159.

Caieta. ver. rest. Nau. vbi sup. c. 17. nu. 21. Lop. ā in str. cōs. 1 p. c. 100. col. 6. 7. Cord. d̄ casib q. 161. Arag. d. art. 7.

13 Duodecima Conclusio, Quando multi tenentur restituere in solidum, si soluat, qui inuitauit eos ad furandum, non tenentur alij restituere illi aliquid, si vero hic non soluat, reliqui tenentur insolidum ad illud. Vnde sequitur, quod seruus, qui occidit alium de mandato domini sui, restituente domino remanet liber, si vero dominus non restituat, ipse tenetur meliori, & possibili modo satisfacere parti læsæ; sic enim tenent post Siluest. Sotus, & Couarruu. Notaque quod si socij furti ceperunt aliquid de eo, cum quo remanserunt ditiores, licet qui incitauit eos, restituat, ipsi debent restituere, quæ receperunt, nisi fecerit eis donationem, nec possunt habere illud per viam stipendij, quod mereatur eorum labor, quia labor hic non meretur aliud stipendium, quàm supplicium.

Sot. li. 4 de iusti. q. 7 ar. 3 ad 2. & nu. vbi supra nu. 12

14 Decimatertia Conclusio. Quando multi concurrunt simul ad furtum, si vnus restituat integre, tenentur reliqui pro rata restituere huic, quod habuerunt de furto, quia si aliud dicatur, diceretur, quod ille, qui prius restituit, esset peioris conditionis, quam alij, sic enim tenet D. Thomas: etsi socij non habuerunt quidquam, etiam isti tenentur restituere pro rata primo, qui restituit. Vnde sequitur, quod si quatuor miserunt ignem in domum Petri, & combusta est, si vnus eorum restituat damnum, tenentur reliqui restituere illi partes suas; quod videtur magis verum, quam contrarium, quod tenet Caietanus.

D. Thō. d. art. 7. ad 2.

Caiet. 2 2. q. 62. ar. 6. circa 2. argum.

15 Decimaquarta Conclusio. Qui ratificat damnum, quod factum est suo nomine, tenetur ad restitutionem, cum talis sit particeps criminis, & æquipatatur iubenti, præcipue si qui commisit delictum, non commisisset nisi confidens, quod hic ratificaturus erat; sic enim tenet Nauarr. sequens Angelum. Verum est tamen, quod si qui ratificat, non impedit, quod damnificans restituat, nec per ratihabitionem mouet illum, vt retineat iniuste alienum, licet peccauerit ratum habens malum, non tenetur ad restitutionem, cum non sit causa iniuste acceptionis; quod mihi videtur satis verum, vt dicit Medina, quia ius, quod dicit, quod ratihabitio æquiparatur mandato, non intelligitur respectu restitutionis, sed solum respectu peccati; de reliquis aūt participibus peccati tractatur in suis locis particularibus, vt facilius Confessarij intelligant.

Nau. ca. 17. nu. 133.

Medina dē resti. q 7. ar. 4 num. 4.

16 Decimaquinta Conclusio. Qui tacet, & non impedit damnum, quod videt fieri, si ex officio tenetur illud impedire, necessario debet illud restituere; & idem debet dici de eo, qui non manifestat damnum, quod factum fuit, cū teneretur ad illud ratione officij sui, vt

dicit

dicit S. Thomas. Hinc infertur primo, quod testis legitimè compulsus ad testificandum, & quicunque alius, qui de præcepto tenetur denuntiare, aut accusare, si tacet, & dissimulat veritatem, tenet restituere totum id, quod fur debebat in conscientia restituere, non vero pœnam, quia hæc non debetur ante sententiam iudicis; sic enim dicit Nauarrus. Secundo infertur, quod si negligentia principis crescunt fures, & insultores, tenetur princeps restituere totum damnum, quod efficiunt huiusmodi prauæ bestiæ, quia redditus, quos habet, est tamquam stipendium, quod tribuunt illi vassalli, vt administret iustitiam, vt dicit D. Tho. & licet secundum Nauarr. non teneatur Rex soluere hoc damnum de suo maioratu, tamen tenetur soluere circuncidendo sumptus, munera, & gratias extraordinarias, nec tenetur princeps in aliquo casu particulari cum periculo vitæ exire obuiã huiusmodi malefacientibus, tenentur tamen ad illud eius ministri credentes, q̃d id iuuabit, cum crescat numerus horum furum, vt dicit Ludouicus Lopez. Tertio infertur, quod iurati, officialesque Reippub. quorum cum incumbit examinare aliquod priuilegium nobilitatis, quæ liberat à tributis, tenentur restituere damna, si dictum priuilegium sit subreptitium, & nullum, si admittant illud sine debito examine. Quarto infertur, quod famulus, qui videt alium famulum furari, tacens non tenetur ad restitutionem, cum non teneatur de iustitia manifestare furtum, nisi ratione officij sui teneatur custodire domum, sic enim tenet Nauar. Verum est tamẽ, quod tenetur ille famulus monere furem, vt doleat de facto, & restituat, quod sic accepit, & licet fur det illi aliquid vt taceat, non tenetur aliquid restituere, nisi in casu, quod dicat furi, Esto bono animo, nequaquam te manifestabo, si tradas mihi aliquid; hoc enim dicto confirmat animum furis forsitan non tam resoluti ad furandum sicut fit hoc dicto, quia tunc clare patet, quod non solum non manifestat, sed coadiuuat furtum. Dixi, si non tenetur, quia si ratione officij sui tenetur impedire furtum, sicut sunt Iudices, & Ministri iustitiæ, tenetur ad restitutionem.

Nau. vbi supra nu. 134.

D Tho. d. art. 7.

Lop. in inst. cõc. 2 p. cap. 10. fol. 61.

Nau. ca. 17. n. 16 & c. 17. nu. 139.

Nau. in sum. ca. 17. n. 10 §. 4.

17 Decimasexta Conclusio. Qui impedit aliquem, qui vult impedire furtum faciendum ab aliquo homine, licet nullo alio modo cooperetur furto, nisi sic, tenetur ad restitutionem, vt probat Nauarrus.

18 Decimaseptima Conclusio. Cum quis remisit damnum principali, qui induxit alios ad furtum, remanent reliqui liberi, quia si hi tenentur insolidũ, est in casu, quod desit principalis, vnde illo absoluto a domino remanent ceteri etiam liberi, quia deficiente principali deficit accessorium; si vero omnes sint æquales in furto, licet dñs rei condonet veniam vni, nõ ideo remanent ceteri liberi. Nota etiam, quod in foro exteriori poterit dominus remittere vni, non remittendo ceteris, non poterit tamen cum bona conscientia remittere illi, nisi quod non soluat suam partem, si vero ceteri soluant insolidum, tenebitur ille soluere illis suam partem, non obstante remissione partis. Vnde si actor vult remittere huic, non poterit petere à reliquis illius partem, sed tenetur illam computare, ac si accepisset eam; hæc opinio est Caietani, quam dicit esse veram Aragon, quia non potest dominus donare alijs cum detrimento reliquorum.

Nau. ca. 17. num. 140. §. 43.

Caiet. 2. 2. q. 62. ar. 6 vbi Arag.

19 Decimaoctaua Conclusio. Parcente domino debitum minus principali, cedenteque illi ius suum, remanet principalis liber, nec tenetur quidquam dare creditori, cum totum suum ius renuntiauerit in minus principalem, cui debet fieri restitutio, nisi creditor voluerit etiam parcere debitori principali. Verum est tamen quod si pars læsa faciat donationem minus principali solum iuris, quod habet contra ipsum, qui fit extra principalem, non remanebit liber principalis, quia licet remissione facta principaliori remaneat liber minus

prin-

principalis, vt diximus supra, si tamen fiat remissio minus principali, non remanet liber principalis, quia actio, quam habet contra illum, non oritur ex actione, & iure, quod habet contra minus principalem, sicut èͨontra, vt resoluit Sotus.

De restitutione rei alienæ facienda domino eius. Cap. CLII.

SVMMARIVM.

An res furata, quæ accipitur per viam donationis, aut alterius tituli gratiosi, aut onerosi, sit restituenda vero domino, conclus. 1. num. 1.

An emens scienter furatum, teneatur illud restituere furi, an vero domino, conclus. 2. num. 2.

An emẽs rem furatam animo dandi eam vero domino possit petere pretium datum pro illa, conclus. 3. num. 3.

An res furata restituẽda sit vero domino, an illi qui habebat illam titulo locationis, mutui, aut pignoris, conclus. 4. numero 4.

An res furata debeat restitui vero domino non habenti liberam administrationem suorum bonorum, conclus. 5. numero 5.

An mittens pretium alicuius rei furatæ non restituendæ in sua specie, sed in suo pretio, sit liber à restitutione, si pretium perit in via, conclus. 6. num 6.

An res furto capta Ecclesiasticorum sint illis restituenda, aut pauperibus conclus. 7 num. 7.

Res quasi patrimoniales quæ sint, ibid.

An, qui habet rem furto captam, teneatur illam restituere vero domino, quando petit eam, vt peccet cum ipsa, conclus. 8. num. 8.

1 PRima Conclusio. Qui accepit per viam donationis, aut alterius tituli gratiosi rem furto captam, si eam possidet, tenetur restituere illam vero domino; poterit etiam restituere illam ei, à quo acceperat, si putat, quod restituet illam; si vero habet illam per viam emptionis; aut alterius contractus onerosi, non tenetur possessor restituere illam vero domino, si potest, antequam restituat, recuperare pretium ab eo, qui vendidit illam; quia si possessor sit innocens, & dominus eius, magis tenetur qui possidet respicere pro suo vtili, quam pro alieno; & etiam quia si dominus perdidit rem sine propria culpa, etiam possessor perdet sine culpa: vnde non debemus illum obligare, vt perdat illud, vt conseruetur dominus sine damno: certum enim est, quod lex restitutionis non obligat me, vt liberem proximum meum à damno cum æquali damno meo; & etiam quia hic possessor non detinet sic rem, sed deponit eam reddens eam furi in illo statu, in quo prius erat, antequam eam emeret; & si antea erat in manu furis, ipse nullam culpam habuit in hoc, cum in nulla re cooperatus sit peccato suo; vnde vtitur iure suo respiciens ad suam vtilitatem, nec dominus potest conqueri de eo furto, cum non fecerit ei iniuriã: hanc conclusionem tenet Nauarr. contra Caiet. estque opinio Soti; Couarr. Med. & Petri de Nauarr. qui dicunt, quod si hic possessor possit habere pretium à fure non tradendo illi rem, tenetur restituere statim domino; cum in hoc casu faciat negotium suum sine damno. Notaque, quod si rusticus simplex bona fide restituat eam hoc modo furi, in conscientia non tenetur restituere aliquid domino, vt aduertit Ludou. Lopez, viso quod hic fecit illud bona fide sine animo damnificandi.

Nau c. 17. nu. 8 & 9. Sot. li. 4. de iust. q. 7. ar. 2 post pri. Cou. li. 1. var. c. 3. Med. in sum. fo. 296. co-lum. 1. Nau. de rest. li. 3 c. 4. nu. 129. cũ seq. Lop. in instr. cõ sil 1. p. c. 95. col. 598.

2 Secunda Conclusio. Ille qui emit rẽ sciens, aut probabiliter præsumens non esse eius, qui vendit eam, sicut quando emit à seruo, non potest eam reddere furi, vt recipiat pretium, quod dedit, nisi certo sciat, quod ille restituet eam vero domino: hæc cõclusio probatur, quia est hic possessor malæ fidei, & vt talis tenetur restituere insolidum vero domino ratione iniustæ acceptionis, & per con-

consequens omnes fructus illius: vnde si aliquod damnum patiatur amittens pretium, iuste id patietur; hæc conclusio est omnium communiter, vt constat ex Couar.

Cou. in reg. pec. 3. p. n. 2.

3 Tertia Conclusio. Ille, qui emit rem furatam cum animo dandi eam vero domino, poterit petere pretium, quòd dedit pro illa, & non debet illi dari aliter, quia emendo illam fecit illi beneficium, cum aliter non posset eam recuperare; quod procedit in casu, quod emit eam minori pretio, quam par erat; quia si emit tanto pretio, quanto valebat, non tenetur dominus dare ei integrè totum, vt dicit Syluest. Couarr. & Med. qui dicit teneri dominum soluere expensas, quas fecit emens rem suam viliori, quam valebat, vt ei restitueret, licet res inueniatur, antequam deueniat ad eius potestatem, cum iam emptor fecerit ei beneficium, & sic non debet defraudari.

Syl. ver. fru q. 7. d. 4. Cou. vbi supra num. 5. Med. vbi sup. f. 162. reg. 1.

4 Quarta Conclusio. Si aliqua res fuit capta ab illo, in cuius potestate erat titulo locationis, mutui, aut pignoris, huic, non autem domino debet restitui; quia cum possideat eam bona fide, & titulo honesto, habeatque ius vtendi ea, & possit eam petere in iudicio, ipsi, & nō domino debet restitui, quod procedit licet transierit tempus mutui, locationis, pignoris, aut administrationis, cum adhuc teneatur reddere rationem eius. Verum est tamen, quod in foro conscientiæ potest ea res restitui vero domino petendo cautionem ab eo, ne patiatur aliquod damnum tertius, qui tenebat dictam rē; quod procedit multò magis, quando credatur, quod hic possessor rei non debebat restituere vero domino nisi magna cum difficultate, quia sit homo prodigus, litigiosus, & prauus solutor, sic enim tenet Sotus, & Nauar.

Sot li. 4. de iust. q. 7. ar. 1 Nau 17. nu. 28.

5 Quinta Conclusio. Quod capitur, debet restitui vero domino, si habet liberam administrationem suorum bonorum, vel ipso mortuo suis hæredibus; sic enim dicit D. Thom. & absente vero domino, tenetur fur mittere illam, vbicunque fuerit, suis expensis, si commodè fieri possit, quòd si commodè fieri non possit, debet illam custodire in loco securo pro illo; tunc verò dicetur non posse mitti commode domino, quando periclitabitur, & non accedet cum securitate ad dominum, vt dicit Sotus; & licet sit possessor malæ fidei, si dominus, quando profectus fuit ab illo loco, erat illam secum delaturus suis expensis, debet ad eum mitti, nec in hoc fit ei iniuria, cum ipse facturus esset dictas expensas, quando secum deferret; verum est, quod si perit in via, licet adhibeat omnem diligentiam possibilē pro mittenda ea tenetur restituere valorem eius, quia ille qui mala fide possidet rem, non remanet liber, quousque in effectu restituat domino, contrarium vero debet dici, quādo mittens est possessor bonæ fidei, vt explicat Aragon.

D. Tho. 2. 2. qu. 62. ar. 5. & sol. ad 3.

Sot. in 4 d. 15. q. 2. ar. 5.

Arag. 2. 2. q. 62. art. 5. p. 256.

6 Sexta Conclusio. Si res furto capta non erat restituenda in sua propria specie, sed in suo pretio, & valore, si pretiū missum in via perierit, nō remanet mittens liber à restitutione, quia cum dictū precium non accesserit ad verum dominum rei, certum est, quod adhuc est in dominio mittētis; & ideo perit sub sua cura: quod intelligitur, nisi creditor miserit aliquem nuntium, qui reportaret dictam pecuniam, aut fecerit aliud officium, vt ad se mitteretur, dicens, quod sic erat satisfactus; quia in hoc casu ei peribit res, & non debitori, quod procedit non solum in possessore malæ fidei, sed etiam in possessore bonæ fidei, qui mittit dictam pecuniam.

7 Septima Conclusio. Res captæ ecclesiasticorum illis debent restitui, & non pauperibus, si sint dictæ res patrimoniales, aut quasi patrimoniales: res quasi patrimoniales sunt redditus ecclesiastici, quos colligunt ecclesiastici parce viuentes; quia harum rerum sunt veri domini: & si res furto capta fuerint bona ecclesiastica immobilia, si existant in propria specie, ipsis debent restitui, si sunt boni dispensatores; quia si non sint

tales

D.Tho. in 4.dis. 15.qu.1. ar. quæstiũ vlt. Ang. in floribus 4. p.2.q. cui fac. est rest. dis.3.

tales debent reseruari ecclesiæ, aut successori, vt dicit S. Thom.& Angelus. Si vero similiter creditur, quod dissipabunt, quòd intelligitur saluo casu, si sine scandalo non possit fieri hoc, quia si sit scandalum, ipsis debet restitui, vt dicit Caietan. qui intellectus hoc modo non est contrarius Nauarro; si vero sint bona mobilia ex bonis ecclesiasticis, debét illis restitui, licet consumant ea prodige, & licet peccent ipsi sic consumentes dicta bona, sunt nihilominus veri domini; sic enim tenet Nauarrus, quẽ sequitur Petrus de Nauarra.

Nau. ca. 17.n.29. Nau. li. 4. de restit. c.2. nu.1.

8 Octaua Conclusio. Quando aliquis petit rem suam ab aliquo, qui habet eã in sua potestate per viam furti, si petit eam, vt occidat, vel ad faciendum aliquod damnum proximo, non tenetur fur restituere illi, tenebitur tamen eam dare, licet velit eam consumere in ludis, carnalitatibus, &c. vt post Adrianum te

Sot.li.4. de iust. q.7.ar.1 Caiet. 2. 2. q.61. art.5.

net Sotus, quod debet teneri, licet Caietan. videatur tenere contrarium, viso quod diues petit eam ad peccandum, & non habet ius expendendi, praue quod habet: cui rationi respõdeo, quod habet ius ad petendam dictam rem, etiam si debeat illam consumere male, dummodo non sit in præiudicium tertij, non tenetur possessor vitare hoc peccatum, & sic admitterem ego opinionẽ Caietan. in casu, quod dominus petat rem suam ad faciendum aliquod damnum tertio. Hinc infertur, quod qui in ludo obtinuit aliquod à filio, qui est in potestate patris, & restituit ei, non remanet liber, sed potius tenetur restituere patri, qui si sit absens, poterit rem ponere in deposito in potestate alicuius, qui mittat rem patri dicto. Hinc infertur secundo, quod qui dat rem depositam, aut furto captam domino, qua scit, quod facturus sit damnum proximo, non solum peccat contra charitatem, sed etiam contra iustitiam, cum ipse sit causa positiua dicta damni præbẽs illi, verbi gratia, ensem, quo scit vel occidere proximum; sic enim tenet Caietanus, Sotus, & Aragon. Verum est

Caiet.2. 2. q.62. ar 5. vbi sup. Sot.li.4. de iust. q 7 ar.1.

tamen; quod si iudex iubeat dari ei dictum ensem, non peccabit, quando illũ dederit, cum sic obediat illi, cuius curæ incumbit vitare dicta damna putans; quod si non dat domino res, poterit illi euenire magnum damnum; quia sic nemo cum detrimento sui tenetur vitare mortẽ proximi. Nec obstat, quod homicidium est intrinsecè malum, & nullo metu debet fieri, quia hic tribuẽs ensem non occidit, sed solum dat ensem, & ideo est causa accidentalis, non principalis mortis secutæ; quòd si hic actus habet aliquam malitiam, aufertur per obedientiam iudicis, quia aliter fieri non potest. Notaque, quod quamuis peccet contra charitatem ille, qui dat pecuniam, vt ematur ensis, quo scit occidendum proximum, non peccat tamen contra iustitiam, sicut non peccat contra iustitiam ille, qui dat mutuo nũmos, quos scit dandos ad vsuram, vnde qui dedit dictam pecuniam, vt emeretur ensis, cum non peccet contra iustitiam, non tenebitur restituere damnum quod factum est dicto ense, & etiã quia fuit causa multum remota huius damni, quia bene poterat, qui recipit pecuniam, non emere ensem mutans prauũ propositum; itaque receptis nummis poterat non emere ensem, & quamuis emerit, poterat non facere damnum: vnde patet clare esse causam multum remotam eius damni. Quod pertinet vlterius ad hanc materiam, videatur in tractatu restitutionis.

De ecclesiæ pollutæ reconciliatione.

Cap. CLIII.

SVMMARIVM.

Quid sit ecclesia polluta, num.1.

An fiat ecclesia polluta, si sepeliatur in ea excommunicatus conclus.1 num.2.

An polluatur ecclesia, si consecret, aut benedicat eam Episcopus excommunicatus, conclus.2. num.3.

An

An fiat Ecclesia polluta, si in ea sepeliatur aliquis infidelis, concl. 3. nu. 4. aut hæreticus, conclu. 4. nu. 5. aut cathecumenus, concl. 5. num. 6.

An fiat Ecclesia polluta ob homicidium in ea commissum, concl. 6. nu. 7. aut per effusionem sanguinis iniuriose, concl. 7. numero 8. & conclu. .. & 9. numero 9. & 10.

An fiat Ecclesia polluta, si in ea effundatur sanguis humanus, concl. 10. nu. 11.

An per occultam fornicationem Ecclesia contrahat hanc pollutionem. conclu. 11. num. 12.

An sufficiat ad Ecclesiæ pollutionem, quod sit solum benedicta; & an id sit dicendum de cæmeteriis concl. 12. num. 13.

An polluta Ecclesia sit pollutum cæmeterium, ibid.

An destructa Ecclesia, pereat eius consecratio concl. 13. nu. 14.

An sit peccatum celebrare Missam in Ecclesia polluta concl. 14. num. 15.

Quæ cæremonia sint in consecrandis, aut benedicendis Ecclesiis, concl. 15. nu. 16. & quis possit hoc facere conclus. 16. numero 17.

1 AD explicationem eius, quod in hoc capite dicendum est, debet notari primò, quod non dicitur Ecclesia polluta in casibus nunc dicendis, quia ipsa vere, & realiter sit polluta, cũ sit corporalis, & per consequens incapax peccati maculæ, vt resoluit Alfonsus de Cast. sed dicitur polluta respectu hominum, qui peccant in ea, qui suis peccatis contaminant eam, & impeditam reddunt, vt in ea possint celebrari diuina officia, vt colligitur ex quadam gloss. communiter approbata, & ex eo quod resoluit Nauar. Secundo debet notari, quod hoc impedimentum non est interdictum proprie, quia si esset sic, qui celebraret in ea polluta, esset irregularis, quod non debet concedi, vt constat ex iure, & tenet Angelus, & Siluest. cum DD. communiter. Verum est tamen, quod in alio loco diuersum dixit esse interdictum, quo supposito resol-

Cast. l. 2 de potesta. l. pe. c. vlt. Gl in c. vnico d confec. eccl i 6. Nau. in Man. in c. 17. nu. nu. 251. in latino, & in Hisp. nume. 250 c. is qui

uamus hanc materiam sic.

2 Prima Conclusio sit. Ecclesia fit polluta, quando in ipsa datur sepulturæ aliquis excommunicatus nominatim, aut manifestus percussor clerici, quia solũ debent hi vitari post Concilium Constantiense, & per consequens his solùm debet sepultura negari Ecclesiastica, vt notat Victoria, & in hoc casu corpus excommunicati, si cognoscatur, quod sit, debet extrahi à sepulcro, & eijci extra Ecclesiam, aut cœmeterium, vt resoluit Siluester, & est communis opinio omnium DD. quod debet intelligi, quã do excommunicatus non est statim absoluendus, vt breuitate possibili sit Ecclesia reconciliata, quæ reconciliatio non potest fieri, nisi eiecto prius corpore excommunicati ab Ecclesia, aut cœmeterio, aut sit absolutus excommunicatus ab excommunicatione, quæ quidem absolutio datur faciliter, si ostenderit signum contritionis, vt resoluit Nauarrus.

de sent excom. Angel. verb. cõ sec. eccl. § 8. Silu con sec. in fi. Angel. verbo interd. 4. casu 9. Silu. eo. ver. q. 3. casu 3. Victor. in sum dubio 9. Sil. ver. cõsecr. 2 q. 5 casu 4.

Nau. in summ.

3 Secunda Conclusio. Etiam violatur Ecclesia, si consecret, aut benedicat eam Episcopus excommunicatus; sic enim tenent omnes DD. allegati, & est communis opinio, quorum fundamentum est, quod dicitur in conclusione præterita, scilicet, quod post quam sit polluta sepulto in ea corpore excommunicati, multo rationabilius remanebit polluta, si consecretur ab Episcopo excommunicato. Hoc tamen argumentum per viam similitudinis in materia censurarum ecclesiasticarum, aut impedimentorum similium non est multi vigoris; vnde merito discedit ab hac opinione Suarez, etiam, quia si argumentum per viam similitudinis in hoc casu esset validum, sequeretur quod sicut Ecclesia fiat polluta, quia in ea sepelitur excommunicatus fieret etiam polluta, si aliquis sacerdos excommunicatus sepeliret alium in ea, quod secundum omnes est falsum; & eadem ratione videtur falsum, quod remaneat polluta, si Episcopus excommunicatus consecret, aut benedicat eam, præterquam quod

Suar. 3. p. q. 83. ar. 3. dispu. 81. sess. 4 p. 1220 colum. 1.

est

est multa differẽtia vnius casus ab alio, quia maior iniuria fit Ecclesiæ, si in ea sepeliatur, excommunicatus, vt in ea custodiatur, & honoretur, quam quando consecratur ab Episcopo excommunicato, aut benedicitur; vnde videmus definitum in iure, quod non fit pollutum altare, aut ecclesia, quia in ea celebrauerit aliquis schismaticus, & excommunicatus, & videtur sic inferri Ecclesiæ maior iniuria, quam si consecretur ab excommunicato. Verum est tamen, quod ego acciperem opinionem communem in casu, quod dictus Episcopus esset declaratus excommunicatus, & permitteret sic existere per annum in dicta excommunicatione, quia in Concilio Tridentino definitur tales sentire male de fide, & sic notantur hæresi præsumpta, & in iure definitur debere iterari consecrationem Ecclesiæ, quę prius fuit consecrata ab aliquo Episcopo hæretico.

c. à quo nobis d̃ sacramẽtis non iterã. lis.

Trid ses. 25. de refor. c 3. c. ecclesiis, de cõs. d. 1.

4 Tertia Conclusio. Ecclesia fit etiam polluta, quando in ea sepelitur aliquis infidelis, vt determinatur in iure; & hoc in casu non solum debet Ecclesia reconciliari eiecto corpore infidelis extra Ecclesiam, sed etiam debent radi eius parietes; quæ cęremonia non fit, quando in ea sepelitur aliquis excommunicatus, sed sufficit sola reconciliatio, vt resoluunt Silu. & Nauarr. Notaque, quod pro infideli in hoc casu comprehenditur quicunque paganus, & pueri, qui decedunt ante Baptismum: quia hi saltem negatiue infideles sunt, adduntque Siluester, & alij hoc procedere, quando idem infidelis est sepultus in se, non vero quando sepelitur in alio, sicut quando sepelitur mulier grauida habens infidelem puerum in ventre, quia in hoc casu fœtus reputatur tanquam pars ipsius matris, & ideo sicut matri debet dari sepultura ecclesiastica, sic etiam fętui, quod accidit quando ipsa moritur antea, aut simul cũ ipsa matre, quia si credatur, quod viuat, debet mater incidi, vt extrahatur infans, & baptizetur; q̃ si ob negligentiam, aut malitiam omittatur, & sepeliatur mater cum ipso infante viuo in ventre, certum est fieri ecclesiam pollutam ratione homicidij, q̃ committitur in ecclesia sepeliendo in ea dictum fœtum, quia quod ad hoc non reputatur idem cum matre, quando faciunt eam abortire, & post abortũ moritur infans, vnde committitur homicidium, si vero permittunt, quod fœtus moriatur extra ecclesiam, non fit polluta ecclesia, licet mater sepeliatur in ea, viso quod tũc nõ sepelitur fętus per se, sed cum matre.

c. ecclesiæ 1. & 2. de consec. d. 1.

Silu. vbi supra. Nau. d. c. 27. nu. 251. Silu. vbi supra.

5 Quarta Conclusio. Fit etiam polluta ecclesia, si in ea sepeliatur hæreticus, cũ hic moriatur excommunicatus, & remaneat ad perpetuum interdictus non simpliciter, & absolute, sed solum à sepultura ecclesiastica, vt resoluit Paludanus, & constat ex iure.

6 Quinta Conclusio. Si Cathecumenus moriatur, antequam recipiat baptismũ aquæ, non debet illi dari ecclesiastica sepultura, si vero sepeliatur in ecclesia, non debet ęstimari polluta; quia hic nõ habetur pro infideli, sed putatur habuisse baptismum flaminis; & non deficit, qui dicat, quod si ecclesia putat verisimiliter, quod habuit dictum baptismũ debetque credi mortuum fuisse in gratia, quod non solum non debet extrahi à sepultura, sed quod potest licite in ea sepeliri; nec est ratio sufficiens, vt Palludanus neget hoc; quia cum ecclesia velit, quod fiat oratio pro his publica nomine suo, & dicatur aliqua Missa, vt cõstat ex iure, credendum est, q̃ concedit huic sepulturam ecclesiasticam constãdo verisimiliter, quod moritur in fide Christi, & statu gratiæ, vt constat ex dicto iure. Et hinc infertur, quod ille, qui moritur sine baptismo aquæ, põt sepeliri in loco sacro, si prius petierit eum, & fuit non datus ei ob aliquod impedimentum, si tñ decessit confitens fidem ecclesię, & sine peccato mortali, vt tenet quadã Gl. quia si putatur, quod sit mortuus in peccato mortali, nõ debet dari illi sepultura ecclesiastica. Verum licet detur ei sepultura ecclesiastica, nõ ideo debet

Palud. i 4. d. 18. q. 8. ar. 1 prin. §. quãtum. ad 4. cas. 5.

ca. 2. de presbytero non baptizato.

Glo 1. in c. si eos, de cons. d. 4.

debet dici ecclesia polluta, nec eius corpus debet extrahi ab ea; & addit eadem glossa, quod quandocunque dubitatur de baptismo alicuius defuncti, debet præsumi, ꝙ fuerit baptizatus, & ꝙ mortuus sit in gratia Dei, ne priuetur ecclesiasticis suffragijs & ecclesiastica sepultura, si talis decessit in confessione fidei perseuerans in ea vsque ad mortem. & si credatur similiter, quod non decesserit in peccato mortali.

7 Sexta Cõcl. Fit ét ecclesia polluta per homicidium voluntarium, & iniuriosũ cõmissum in ea, vt cõstat ex iure. In quo solum fit mentio homicidij iniuriosi; & hinc sequitur, quod non fit ecclesia polluta per homicidiũ casuale, nec per homicidium commissum ab homine demente, quia hæc non sunt homicidia voluntaria, nec per homicidium commissum ob solam defensionẽ sui; quia hoc non est iniuriosum, nec etiam per homicidium, cuius causa fuit iniuriosa, si data fuit extra ecclesiam, licet mors sequuta sit in ecclesia, sicut si alicui homini detur aliquod vulnus extra ecclesiam, & postea exhalat spiritum intra ecclesiam; quia in hoc casu non committitur in ea homicidium; & etiam addit quędam Glossa, quod vt remaneat violata ecclesia sufficit, quod homo sit suffocatus in ea, licet non effundatur sanguis, quia hoc est verum homicidium. Noteturq; ꝙ vt ecclesia remaneat polluta, sufficit, quod infligatur alicui vulnus mortiferum, quamquam non sequuta fuit mors, aut effusio sanguinis. Et hinc infertur, ꝙ iudex, qui suspendit aliquẽ in ecclesia, facit eam pollutam; quia licet fecerit actum iustitiæ, fecit tñ iniuriã reo, qui habebat ius petendi, ꝙ non suspenderetur in eo loco, & fecit etiam iniuriam ipsi loco sacro; & eadem ratione, qui se occidit in ecclesia, reddit eam pollutam, cum faciat ei iniuriam. Noteturtñ non reddi pollutam ex eo, quod aliquis se suspendat in tecto, aut parietibus externis ecclesiæ, sed esse necessarium, quod hoc accidat intra ipsam ecclesiã. Ex dictis infertur etiã remanere pollutam ecclesiam, in qua quis fuerit martyrizatus, quia licet sanguis martyris, & eius martyrium consecrent eam, peccatum tamen, quod tyranni cõmittunt in hoc facientes sacrilegiũ cõtaminant eam, cum sit verum homicidium.

C. ppo-posuisti, de consecr. eccl. & c. si motũ, de consecc. dist. 1.

Gl. in c. vnico, de consecr. ecclesiæ in 6.

8 Septima Conclusio. Polluitur etiam ecclesia effusione iniuriosa sanguinis humani, vt dicitur in iure, & notant communiter DD. & tradit Siluester: quod debet intelligi loquendo de effusione sanguinis per quam fit iniuria, aut committitur irreuerentia loco sacro, vt cum communi resoluit Castrus. Hinc sequitur primo, quod non fiet polluta ecclesia, quia in ea effundatur sanguis alicuius hominis ob suam salutem, vt accidit, si mittatur ei sanguis è venis sui corporis consilio medicorum, sic enim tenet Castrus, & Gulielmus cum communi. Nec remanet ecclesia polluta, si effundatur sanguis humanus ab aliquo bruto animali, quia hæc non est iniuria voluntaria, quæ fiat templo, vt resoluit Castrus. Nec remanet polluta si effundatur sanguis humanus casu, sicut etiam, quando fit homicidium casuale, non reman et polluta, nec per viam iustæ defensionis, vt resoluit Sot. Ledes. Silu. & Nauar. Nec remanet polluta, licet effundatur sanguis humanus in ludo aliquo aut ioco, additque Nauarrus, quod debet intelligi de ludo iusto, quod accidit, quando in dicta ecclesia fiunt aliquæ repręsentationes piæ, quia in hoc casu dicta effusio sanguinis est casualis.

9 Octaua Conclusio. Non remanet polluta ecclesia, si in ea effundatur sanguis humanus in pauca quantitate, vt tenet Silu. cum DD. cõmuniter, & probat Castrus colligens id ex quodã decreto Canonico, vbi dicitur, quod non debet iterari consecratio vnius altaris, nisi eius tabula aut principalis mensa deleatur, aut sit in ea notabilis ruptio, quia si est pauca, non sufficit, & ideo videtur non debere reconciliari ecclesiam ob paruam effusionem sanguinis. Notetur que, quod dicit Victoria, quod quando per-

De consec. eccl. Sil. ver. interd. 4 q. 3. Cast. li. 1 de potestā. legis pęnalis 7. documen. 2. Cast. vbi supra Guil. li. 1 rõnalis diuinorum officiorũ, in rubr. de ecclesiæ dedica. versusfi. Cast. vbi supra Sotus 4 d 13. q. 2 art. 3. in medio. Ledes. 2. 4. q. 26. ar. 2. tit. de irreg. ad fin. Sil. ver. cons. 2. q. 3. Nau. in Man. ca. 27. nu. 251. Sil. ver. consecr. 2. q. 5. casu 2. Cast. vbi supra ca. legimus, de consecr. eccl. Vict. in sũ. c. 99.

percussio est leuis, non remanet violata ecclesia, licet sanguis effusus sit multus. Hincque infert Suarez regulam generalem scilicet, quod si percussio non sit grauis, & peccatum mortale, non sufficit, vt ecclesia remaneat polluta, licet effundatur multus sanguis, quia hęc effusio sanguinis erit veluti materialis, & casualis, & per consequens dicit, quod remanebit ecclesia polluta, si percussio sit grauis, & sanguis multus.

Suar. in 3. p qu. 38. disp. 81. sect. 4 p. 217. col. 2.

10 Nona Conclusio. Non fit polluta ecclesia, si effundatur sanguis hominis in tecto, aut campanarum loco, aut domo ædificata apud ipsam, aut in subterraneo eius, quia sicut, vt fiat polluta, est necessarium, quod homicidium fiat intra ipsam, sic est necessarium, quod effusio sanguinis fiat intra ipsam, non vero extra.

11 Decima Conclusio. Fit etiam polluta ecclesia, si effundatur in ea semen humanum aliquo peccato interueniente, saltem irreuerentiæ; quia si effundatur sine vllo peccato, non fit polluta, vt dicunt communiter DD. & ostendit Castrus, quod debet intelligi de quacumque effusione facta per quamcumque coniunctionem, licet sit sodomitica, bestialis, aut per mollitiem, vt explicat Abulensis, & intelligitur de quacumque effusione clerici, hæretici, gentilis, aut mulieris, vt dicunt DD. allegati. Dixi *cum aliquo peccato*, quia si effusio fiat, verbi gratia, in somnis, non remanet ecclesia polluta, nec per coitum coniugalem, quæ habetur sine peccato, quando vxorati detinentur per multum tēporis in ecclesia inuiti, & non possunt facilè vitare periculum incontinentię, nisi soluentes debitum inuicem; & hic coitus habetur secreto, ita vt non possit publicari, vt dicit Sotus, quia si publicè fiat, fit magna iniuria ecclesiæ, & hoc sufficit vt remaneat polluta: quam rationē deberet inspicere Suarez, vt non discederet à Soto, qui quamuis referat tres opiniones super hoc casu, hęc tamē videtur mihi magis consona rationi. Noteturq; quod vt effusio seminis efficiat hanc violationem, debet esse in notabili quantitate, quia non sufficit effundi duas, aut tres guttas, quia licet in hoc casu peccet mortaliter, non tamen fit notabilis iniuria ecclesiæ.

Cast. c 7 docum. 2 nō lōge à principio. Abul. q. 237. Ic. 3. Matt.

Sot. in 4 d. 32. ar. 3.

Suar. vbi supra q. 1220.

12 Vndecima Conclusio. Per occultā pollutionem, aut fornicationem, aut similem actum, non fit polluta ecclesia, sic enim tenent Syluester, Nauarrus, Sotus, & Gregorius Lop. & Iacobus de Grafijs, estq; communis omnium, qui omnes dicunt debere esse notum delictum, publicumque, vt ecclesia remaneat polluta; tuncque erit delictum notum, quando iuridice probatum est, & ideo quando duo, aut tres sciunt illud, non remanet polluta, quia etiam delictum adhuc remanet occultum respectu populi; tuncque etiam erit publicū, quando secundum qualitatem negotij habetur sufficiens notitia facti in populo, aut parochia, & ideo dicit Sotus, q͠d si publicè constat, quod aliquis homo, & aliqua mulier cohabitant simul in eodem lecto intra ecclesiam, est sufficiens probatio, vt intelligatur esse ecclesia polluta, additque Nau. quod licet, delictum fiat coram duobus, non remanet ecclesia polluta, donec tacent, erit tamen polluta, si publicent illud postea, & tenuit Pater Ioannes della Penna lector lecturæ vespertinæ Theologiæ in vniuersitate Salmaticensi, quod sicut post Concil. Constantiense non est præceptum abstinendi ab excommunicatis, & cauere ab interdicto vsque ad iuridicam denuntiationem, nisi in casu publicæ percussionis clerici, sic videtur non esse obligatio abstinendi à celebratione diuinorum in ecclesia polluta, quousque declaretur per sententiam iudicis, quod sit polluta: quam opinionem tamquam multum probabilem recipit Suarez, nec ego discedo ab ea, cum sit tam conformis rationi; & quia tenuit eam homo, cui tenemur multum omnes, qui cognouimus eum.

Syl. ver. confes. 2 q 5. Nau. ca. 27. nu. 251. Sot in 4 d. 13. q. 1. art. 3. ad 1. Lop. in l. 20. tit. 10. p 1. Graf. li. 2. cu. 7. nu 25.

Suar. vbi supra 219 col. 2.

13 Duodecima Conclusio. In omnibus casibus narratis remanet ecclesia pol-

polluta, licet non sit consecrata, quia sufficit esse benedicta, vt colligitur ex iure, & idem debet dici de cœmeterijs, quæ benedicuntur, sicut ipsa ecclesia, vt constat ex iure, addito, quod, violata ecclesia, remanet violatum cœmeterium annexum illi, licet non è contra, eo violato, sit violata ecclesia. Dixi, *annexum illi*, quia si sit remotum, non est violatum; & idem debet dici, quando duo cœmeteria sunt diuisa mediante aliquo muro, licet habeant aliquam portam communem, qua possit transiri de vno in aliud, quia violato vno non est violatum alterum, quia non sunt annexa; licet ambo sint longe ab ecclesia, & si delictum committitur in ipsa porta comuni tam continua vni sicut alteri, remanent ambo polluta, si tota ipsa porta sit polluta. Verum tamen est quod si ipsa porta, & eius muri pertineāt in totum ad vnum cœmeteriorum, quia facta sint in eius solo, hoc solum remanebit pollutum, & idem debet iudicari, quando violatur porta ecclesiæ, quia violata parte interiori portæ, quæ est intra limina ecclesiæ, remanet ipsa ecclesia polluta, si vero violantur limina portæ, nō remanet polluta. Ex dictis in hac conclusione sequitur nō remanere polluta oratoria, nec alia loca similia, si in ipsis committantur casus supradicti, si hæc oratoria, aut loca nō sint consecrata, aut benedicta, quia iura loquuntur de ecclesia, quæ significat templū consecratum, aut benedictum.

c. cōsuluisti, & c. si eccl. de cōsecr. eccl. c. vnico de consec eccl. in 6.

14 Decimatertia Conclusio. Quando parietes ecclesiæ ita destruuntur, vt sit necesse reædificare eam, debet iterum consecrari, quia consecratio perit sublata re consecrata. Quod debet intelligi, si pereant simul muri, quia si paulatim cadunt, & reparantur, non amittitur consecratio, quia remanet eadem ecclesia. Verum est tamen, quod si maior pars eius cadit, & reparatur, est necesse, quod tota ipsa consecretur, cum maius trahat ad se minus, quod si totum tectū cadat remanentibus parietibus integris, non perditur consecratio, cum in ipsis præcipuè consistat, vt constat ex iure, & resoluit Syluester, hic vero casus non habet locum in ecclesia, aut cœmeterio benedicto, quia ipsum solum benedicitur, quòd semper remanet idem, consecratio vero fit in muris, & ideo hic casus non pertinet propriè ad pollutionem ecclesiæ cōsecratæ, sed ad amissionem consecrationis, & sic nō est necesse, quod reconcilietur ecclesia quæ fit de nouo; quia sufficit quod restauretur, & iterum consecretur.

c. ligneis de cōsecr. eccl. c. ecclesijs d cō sec. d 1. Syl. ver. consecr. 2. q. 44.

15 Decimaquarta Conclusio. Loquendo ex natura rei est peccatū mortale dicere Missam in ecclesia polluta, vt dicunt omnes DD. Paludan. Syluest. & Nauarr. cum id ecclesia prohibeat: Verum est tamen, quod de licentia Episcopi potest dici Missa in ipsa, vt dicit S. Thom. quod intelligit Sotus esse verum, si sit grauis causa, vt concedatur; quia hoc non est aliud quam dispensare in lege ecclesiastica; & grauis tantaque potest esse necessitas, vt sine eius facultate possit celebrari in ea, quando non potest recurri ad eum, visa quod hoc est quoddam præceptum ecclesiasticum, & non obligat tanto rigore; & hac de causa non peccant, qui in Anglia, Germania, &c. vbi sunt hæreses, celebrant sine licentia Episcoporum in locis, vbi hæretici sunt sepulti. Aduertaturque quod illi, qui celebrant in ecclesia polluta, non remanent suspensi, vt tenet dominus Franciscus, & DD. communiter, & ideo non debent sequi illi, qui cum Syluest. tenent contrarium, cùm hoc impedimentum non sit censura ecclesiastica.

Pal. in 4 d. 13. vbi Pal. q. 2. art. 3. & d. 18. q. 8. Syl. ver. consf. 2. Nau. i c. 25. n. 83. & c. 27. nu. 250. D Th. 3 p. q. 83. art. 3. Domini cus Frā. in c. is q de sent. excom. in 6. Syl. ver. consec. in fine.

16 Decimaquinta Conclus. Ad consecrandam ecclesiam sunt multæ cæremoniæ, de quibus, & quomodo distinguatur consecratio solemnis à benedictione simplici, late tractatur in Pontificali Romano, & de significatione dictarum cæremoniarum tractat late Hugo de Sancto Victore, Durandus, Sanctus Antoninus, & Turrecremata.

Hugo li. 2. de sac. p. 5. c. 2. & 3. Duran. i rat. li. 1. c. 6 & 7 Antō. 3. p. tit. 12. c. 6. Turrec. in c. cēs Basil. de consecr. d. 1.

17 Decimasexta Conclusio. Ecclesia consecrata, si sit polluta, non potest re-

conciliari, nisi ab Episcopo, benedicta vero potest reconciliari à quocumque simplici Sacerdote, vt dicunt DD. allegati. Et Prælati religionum possunt benedicere suas ecclesias, & cœmeteria polluta, si absuerit tamen Episcopus, vltra duas dietas, quæ sunt 42. millia passuū, vt dictum est supra cap. 28. nu. 2.

De immunitate, & reædificatione ecclesiarum. Cap. CLIV.

SVMMARIVM.

1 *An ministri iustitiæ possint apprehendere confugientem ad Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ, dum in via portatur ad infirmum, vel processionaliter, conclus. 1 num. 1.*

An iudex, qui extrahit hominem ab ecclesia dolo aut vi, remaneat excommunicatus, conclus. 2. num. 2.

An debitoribus suffragetur ecclesia, conclus. 3. num. 3.

An valeat ecclesia furibus, conclus. 4. numero 4.

An valeat ecclesia homicidis, conclus. 5. num. 5.

An possit iudex sæcularis extrahere ab ecclesia ecclesiasticum delinquentem, conclus. 6 num. 6.

An valeat ecclesia seruis fugientibus à crudelitate dominorum concl. 7. num. 7.

An omnes Christiani gaudeant immunitate ecclesiarum, conclus. 8. nu 8.

Quis ordo sit seruandus nunc post motum proprium Gregorij XIII. de extrahendis delinquentibus ab ecclesia, ibid.

Ad quid teneatur iudex, qui extrahit aliquem ab ecclesia, si promittat illi, quod nullo afficietur supplicio, conclus. 9. numero 9.

An parua effusio sanguinis violet ecclesiam conclus. 10. num. 10.

An Episcopi, & beneficiarij teneantur reædificare ecclesias, conclus. 11. numero 11.

PRima Conclusio. Delinquens qui confugit ad Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ per vias loci delatum ad infirmos, aut processionaliter, gaudet immunitate ecclesiæ, ita vt non possit iudex illum inde extrahere: sic enim tenet Didacus Perez allegans Archidiaconum, & Remigium, quam opinionem tenet etiam Nauarr. quæ quidem debet teneri, licet Couarruuias teneat contrarium. *Perez in l. 3. lib. 1 ti. 1. ord. Nau. in Man. ca. 38. n. 18 Cou. li. 2. var. c. 20. nu. 3*

2 Secunda Concl. Iudex, qui dolo, & vi extrahit reum ab ecclesia, quæ illi suffragatur, committit sacrilegium, & debet excommunicari, immo est excommunicatus ipso facto, si extraxit illum frangēdo eius portas, & tenetur soluere omnia damna, quę euenerunt reo, & reponere illum in suo honore, & fama, cum fecerit contra iustitiam commutatiuam priuans dictum reum iure, quod habebat ad fruendum immunitate, sic enim tenent post Durand. & alios Med. & Ludou. Lopez. Notaque, quod quæcumque ecclesia constructa authoritate Episcopi gaudet immunitate, licet nō sit consecrata, nec in ea sint celebrata officia diuina, vt resoluit Couar. *Med in sum. fol. 26. p. 1. Lop. in instr. cō sc. 1. p. c. 83. col. 261. Cou li. 2. var. c. 20. nu. 4*

3 Tertia Conclusio. Debitor confugiēs ad ecclesiam debet gaudere eius immunitate, & ideo non potest iudex extrahere illum ab ea, si est solum debitor, quia si est latro abscondens bona sua in ecclesia, vt sunt negotiatores, qui communiter deficiūt, huiusmodi homines debēt extrahi ab ecclesia, vt disponit quædam lex horum regnorum, quam dicit Gutierez sic debere practicari; nec conuenit aliter practicari, quia esset cōtrauenire decretis Concilij Tridentini, cui non potest derogari per leges Regum, & sic debent intelligi, & concordari opiniones contrariæ, quas super hoc puncto refert Couarr. *L. fi. ti. 2 li. 1. nouæ cōp. Gutt li. 5. pract. qq q. 1. & idem in l. nemo pōt deleg. 7. nu 181.*

4 Quarta Conclusio. Latro, qui solum fecit aliquod furtum in vinea debet gaudere immunitate ecclesiæ: verum est tamen, quod consuetudo est in contrarium, quæ quidem valet, si est legitimè præscripta, latro tamen famosus qui *Cou. li. 2. var. c. 20. n. 14.*

com-

commisit duo, aut tria furta insultans in itinere, aut obambulans noctu comburens messem, aut faciens aliam violentiam, nec per consuetudinem, nec de iure gaudere debet immunitate ecclesię: & hoc modo concordantur opiniones contrariæ, quas circa hoc adducit, & refert Iulius Clarus, Antonius Gomez, & Couar.

Anton Gom. l. 3. var. c. 10. n. 20 Clar. in prac. cr. § fin. q. 30. vers. 5. quęro an fures. Cou. vbi supra n. 13. ad fin.

5 Quinta Conclusio. Qui videt alium rixari cum aliquo consanguineo, aut amico suo, si accurrens statim occidit post tergum illum contrarium, gaudere potest immunitate ecclesię, quia hic licet inflixerit vulnus à tergo, non est tamen traditor, cum non ostenderit vnũ coram, & aliud à tergo, sed illud homicidium fuit factum casu, animoque pleno, & ira, quæ excæcat; & addit Menochius, quod licet rixa pręcesserit parum antea, gaudere posset homicida hoc priuilegio, viso quod dolor eius impetuosus durat, & ideo homicidium est casuale; quam opinionem defendit Guttier. affirmans sic fuisse iudicatũ à quodam iudice ecclesiastico, quæ sententia fuit confirmata in Consilio. Valesoletano, & videtur sic tenere Bossius in sua practica criminali, qui defendit cum communi, quod qui occidit ex proposito, & re cogitata, non gaudet hoc priuilegio.

Men. de arb. casu 36. nu. 1. leg. 6. Gutt. l. 1. prac. q. 2. Boss. in prac. cr. tit. de homic.

6 Sexta Conclusio. Certum est nullum iudicem posse extrahere ecclesiasticum ab ecclesia, nisi sit eius iudex ecclesiasticus, quod dicit Nauarrus procedere etiam in ordinibus minoribus non obstante quod Concil. Trident. concedat iudici sæculari iurisdictionem super illo, quam opinionem sequitur Salzedus. Verum est tamen, quod initiatus ordine sacro in casibus, in quibus depositus, & degradatus traditur iudici sæculari, non potest à iudice ecclesiastico extrahi ab ecclesia.

Nau. ca. 25. n. 22. Concil. Triden. sess. 23. c. 6. Salzed. i prac. cr. c. 25. i fi.

7 Septima Conclusio. Serui fugientes ad Ecclesiam ob crudelitatem dominorum gaudent eius immunitate, si velint illos domini tyrannico more verberare; vnde debent eis tradi, cum cautione non faciendi illis iniuriam. Dixi tyrannico more, quia si castigant eos Christiano modo, non suffragatur illis ecclesia, vt dicit Panormitanus cum communi.

Pan. i c. inter alia d im mun. ecclesiæ.

8 Octaua Conclus. Omnes Christiani gaudent immunitate ecclesiæ, licet sint excommunicati, interdicti, aut suspensi, vt resoluit Couarr. Gaudet etiam ipsa detentus in carcere, si fugiat ab eo, licet fecerit iuramentum custodi, quod non fugeret ab eo; gaudetq; eo die, qui defertur ad supplicium, & transiens iuxta ecclesiam, & fugit ad eam, & multo melius qui fugit ab ipsis ministris iustitiæ. Notaque, quod percussor notorius clerici gaudet hoc priuilegio, nisi feriat illum in loco sacro: non gaudet tamen illo infidelis, nec blasphemus, licet Nauarr. teneat quod sic, nisi sit blasphemus hæreticus. Et vt obseruetur hæc immunitas, & reprimatur audacia, nimiaque libertas aliquorum iudicum, ordinatur Gregor. XIII. in quodam suo motu proprio, quem dedit anno primo sui Pontificatus, incarnationis vero domini 1591. quod nullus iudex sæcularis extrahat delinquentem sæcularem ab ecclesia sine expressa licentia Episcopi, aut eius Vicarij, & si aliqui fuerint extracti à dictis ecclesijs, aut sacris locis, vel monasterijs, reponantur in carceribus iudicis ecclesiastici cum compedibus, & alijs ligamentis, ac custodibus sufficienter positis à iudice sæculari: & quod non possint inde extrahi, nec trad. iudicio sæculari, nisi cognita causa ab Episcopo, vel eius Vicario iudicantibus non valere illis ecclesiam, & punit Sanctitas sua contrafacientes pœnis, quas sacri Canones imponunt: Verum est, quod hic motus proprius non fuit receptus in aliquibus prouincijs, & in Regno Portugalliæ fuit supplicatum de illo, vt dictum fuit mihi à quodam graui iudice illius Regni.

Cou. l. 2 var. c. 20 nu. 11. Nau. ca. 25. n. 20.

9 Nona Conclusio. Iudex, qui promitters reo non affecturum eum supplicio, constringit illũ, vt exeat ab ecclesia,

& defert illum secum, non tenetur adimplere hoc verbum, si poterat de iure extrahere illum ab ecclesia, vt dicit Fortunius Garzia cum communi, qui putat, quod si iudex non promittit illi veniam delicti, quia putat peccare promittens hoc ob damnum, quod sequitur Reipublicæ, sed extrahit delinquentem promittens illi, quod reddet illi ecclesiæ, tenetur illi reddere ecclesiæ; de quo tamen dubitat Cou. in casu quod iudex possit extrahere secundum ius dictum reum ab ipso loco sacro, & per consequens admittit eius opinionem in casu, quod de iure non posset extrahere illum.

For Garzia in l. conuentionum, col. 4. ff. de pact.

Cou. li. 6 var c. 3. in fin.

10 Decima Conclusio. Parua effusio sanguinis non violat ecclesiam, vt dictum est in cap. præcedenti, num. 9. nec quam facit quis defendendo seipsum, cum moderamine, quod petit ipsũ ius; nec illa, quam effundit quis in ecclesia fugiens ad illam vulneratus; & ecótrario violatur, quando quis vulneratur in ecclesia, licet sanguis eijciatur, cadatq; extra ecclesiã in loco profano, sanguis vero effusus in cubilibus locis subterraneis, aut tectis ecclesię non violat illam; quia per ecclesiam solum intelligitur locus consecratus ab Epõ, vt dicatur Missa ordinariè, & per consequens effusio sanguinis in cęmeterio non erit sacrilegiũ: & occidere sanctum virum in ecclesia est sacrilegiũ, quo violatur ecclesia.

11 Vndecima Concl. Conc. Trid. ordinat, quod Episcopi faciant reædificari ecclesias parochiales, licet sint iuris patronatus de fructibus, & redditibus, qui quomodocumq; pertineant ad dictas ecclesias, qui si non fuerint sufficienter, patroni, & ceteri qui gaudẽt redditibus eius, suppleant; & si non sint sufficiẽtes, earum vicini, & subiecti compellantur ad supradictum ab ipsis Ordinarijs; qđ si omnes sint ita pauperes, vt non possint succurrere cũ suis eleemosynis omnes transferantur, & fiant subiecti ecclesiæ matrici, aut alteri viciniori; & possint dicti Ordinarij conuertere dictas ecclesias iã corruptas in vsus profanos, dummodo non sint deformes & obscœni, & habeant tamen in ipsis crucem Domini. Circa hoc decretum autem notat Gutierez, quod est secundum ius Canonicum antiquum, de quo tractat Abbas Panorm. & ideo debet intelligi secundũ terminos eius, scilicet, quod patroni, & alij, qui gaudent redditibus ecclesiarũ, teneantur ad earum reparationem, si deficiat fabrica dictæ ecclesiæ relicta illis congrua satisfactione, quia sine alimentis non possunt illi se dare ecclesiæ, & in casu quod sæculares debeant succurrere cum suis eleemosynis pro hoc opere, etiam nobiles possint compelli, cum sit res concernens authoritatẽ boni publici, & salutis animarum, vt allegans alios tenet Auendannus.

Concil. Tri. cit. sess. 21. de refor. c. 7.

Gut. alleg. 9.

Pan. in c. 1. de eccles. ad. vel rep.

Auen. l. 2 de exeq. mãdatis reg. c. 14 nu. 19.

De immunitate ecclesiasticorum quoad priuilegium fori. Cap. CLV.

SVMMARIVM.

An initiati prima tonsura & quatuor minoribus ordinibus gaudeant fori priuilegio, concl. 1. & 2. nu. 1. & 2.

An qui recipit ordines sine fraude legis, commisso aliquo delicto remaneat liber à iurisdictione sæculari concl. 3. num. 3.

An leges ciuiles promulgatæ contra portantes arma comprehendant clericos, conclus. 4 nu. 4.

An tẽpore caritatis annona possint iudices capere triticum clericorum. concl. 5. n. 5.

An statuta sæcularia iubẽtia ne feratur vinum extra territorium, et quod occidãtur animalia agros deuastantia comprehendant ecclesiasticos. concl. 6. num. 6.

An in statutis iubentibus animalia quæ pascuntur in agris describenda esse comprehendantur ẽtiã illa Religiosorũ cõc. 7. n. 7.

An ecclesiastici grauati aliqua violentia à suis iudicibus possint recurrere ad sæcularia tribunalia. concl. 8. num. 8.

An possit testator iubere in testamento, quod ecclesiastici executores sui testamenti possint conueniri coram iudice sæculari. conclus. 9. num. 9.

Pri-

1 PRima Conclusio. Prima tonsura initiatus, & ordinibus minorib. non gaudet priuilegio fori, nisi habuerit beneficium ecclesiasticū, aut aliquam pensionem, quæ hodie facile datur in titulum, vel habuerit aliquod beneficium ecclesiasticum, quod datur in titulum secundum vsum Hispaniæ, aut habuerit aliquam capellaniam per viā collationis in perpetuum titulum, vt allegans multos resoluit Salzed. & etiam si incedat habitu clericali, & tonsura aperta, vt nunc dicetur.

Salze in prac. cri mi. c. 62 p 188.

2 Secunda Concl. Initiati quatuor minoribus ordinibus coniugati, si iussu Episcopi assistant seruitio alicuius Ecclesiæ vtentes habitu clericali, & tonsura, gaudent priuilegio fori, vt præcipit Concilium Tridentinum. Circa quod decretum debet notari, quod quatuor minoribus initiatus, qui possidet canonice aliquod beneficium ecclesiasticū, gaudet priuilegio fori præcipuè in causis criminalibus, licet non incedat habitu clericali, & tonsura: verum est tamē quod ob hoc poterit puniri à suo iudice ecclesiastico, sic enim ordinatur in dicto Concilio Tridentino, quia dicit quod nō gaudet priuilegio fori initiatus quatuor minoribus ordinibus, nisi habuerit beneficium ecclesiasticum, aut si incesserit habitu clericali, & tonsura, quæ quidem disiunctiua dicit alterum sufficere, vt notat Burgos de Paz. & ideo Concilium requirit solum habitum; & tonsuram in clericis, qui non habent ordinem sacrum, nec beneficium ecclesiasticum, qui vltra habitum, & tonsuram debent seruire alicui ecclesiæ de mandato Episcopi, aut existere in aliquo Seminario clericorum, aut in aliqua Schola, seu Vniuersitate de licentia Episcopi, sicut in via ad suscipiendos ordines maiores: ordinato tamen, & habenti beneficium ecclesiasticum non imponitur hoc onus, quia habens dictum beneficium iam est in via ad ordines maiores, cum intra annum teneatur suscipere ordinem presbyterij, sic enim explicat Concil. Guttier.

Cōc. Tr. sel. 23. c. 6 de reform.

Paz. il. 5 Tauri 1. p. cons. 3 nu. 444. & 445.

Gutt. l. 1 pra qq. q. 7.

3 Tertia Conclusio. Postquam aliquis committit delictum, si suscipit ordinem sine fraude, remanet liber à iurisdictione iudicis sæcularis. Hæc conclusio est communis secundum ius canonicum, vt dicunt Couar. & Plaza, estque approbata per quandam Bullam Alexandri VI. & per quandam pragmaticam horum regnorum Castellæ. Dixi sine fraude aliqua, quia si suscipiat ordines cum hac fraude, potest castigare à iudice sæculari, non pœna corporali, sed pecuniaria secundum qualitatem delicti. Nota vero, quod præsumitur esse fraus, quādo quis post commissum delictum, & ante receptionē ordinis sacri fuerit accusatus, denuntiatus, aut infamia notatus. vt dicūt DD. allegati, & tradit Gut.

Cou. in pra. qq. c. 3. Placa de delic li. 1. ca. 35. num. 5.

4 Quarta Conclusio. Leges ciuiles promulgatæ contra deferentes arma cōprehendunt ēt clericos, quia in rebus cōcernentibus publicam authoritatem cōprehenduntur etiam clerici; sic. n. resoluit Cou. & Mexia; & ideo clericus deferēs arma contra prohibitionem legū horū Regnorum efficitur priuatus priuilegio clericali quo ad forum, & quicūq; Iudex sæcularis poterit illa arma ab eo extrahere, nec incurret excōicationem; non potest vero eū castigare aliqua pœna, sed potius remittere eum ad Iudicē ecclesiasticum: quia si velit illum castigare, incurrit excommunicationē; ideo poterit solum detinere illum absque vllo supplicio, & præsentare illum eius Iudici, vt castiget illum, vt dicit Iulius Clarus, Perez, & Guttierez. Circa quod debet notari, quod si dicti clerici deferant arma iusta de causa, non peccant contra leges, nec incurrunt excommunicationem contra clericos deferentes arma impositam à iure, vt dicit Couarruuias, & approbant leges nouæ compilationis: vnde Scholasticus Salmanticæ, cui iubet Magister scholæ sub pœna excommunicationis, ne ingrediatur Gymnasium cum armis, non peccat deferēs ea secreto, quia habet magnum inimicum, de quo valde timet: vnde defert dicta arma ad defensionem sui, cū

Gutt. l. 1 pra. qq. q. 3.

Cou. in pra. qq. c. 33. n. 7 Mexia ī prag. taxa pan. 5. com. num. 58

Cla. l. 1. sentē. §. fi q. 82. stat. 6. de delat. armorum Gutt. li. 11. prac. qq. q. 82 Perez in l. 17. tit. 14 nu. 2 ord. Cou l. 2 var. c. 20 i fi. col. in l. . . . li 9. lib. 6 nouæ compil.

sit positus verisimiliter in periculo.

5 Quinta Conclusio. Iudices, & Gubernatores sęculares possunt iuste tempore caritatis annonæ absque vllo metu excommunicationis sequestrare frumentum, hordeum, &c. de decimis, & redditibus ecclesiasticis ad prouisionem reipublicæ, dummodo in executione harum rerum seruent formam positam in quadam lege nouæ compilationis absque eo quod incurrât in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini: sic enim tenet Mexia, & ad hoc debent obseruari conditiones dictæ legis: Prima, quod sit, aut timeatur multi tritici defectus. Secunda, quod habeatur cura eius tritici, quo eget clericus ad sui sustentationem, & familiæ, cui tenetur prouidere, sicut sunt consanguinei, & hospites pro tempore occurrentes. Tertia, quod persoluatur, aut offeratur ei precium iustum secundum dispositionem pragmaticæ. Quarta, quod omnes has res præcedat requisitio (si sit necessaria) facienda clericis antequam auferatur ab illis triticum, quod scilicet considerata necessitate reipubl. velint vendere superfluum tritici, quod habent, pro iusto precio illis soluendo: quia non dicit lex Regni, quod auferant statim ab eis triticum, sed quod iubeantur, & compellantur vendere. & si dicti rectores nolit obseruare hæc, sed capiant confestim triticum clericorum, & ecclesiæ, incurrent quidem excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, dicitque Gutierez sic fuisse iudicatum in cancellaria Vallisoletti. Verum est tamen, quod possent iudices sęculares sequestrare hoc triticum ad breue spatium temporis; dum agitur de executione dictæ legis, ne interim abscondatur.

L. 1. tit. 21. li 5. nouæ cō pil.
Mexi lí. 1. concl. 64. f. 121 &, 122.

Gutt. li. 1. pract. qq. q. 12

6 Sexta Conclusio. Statuta, quæ iubent, ne vinum extrahatur à territorio ad loca conuicina comprehendunt etiam personas ecclesiasticas; & ideo tenentur illis obedire, quia cum gaudeât priuilegijs ciuium, iustum est etiam, vt gaudeant eorum pęnis, quando agitur de vtilitate publica præcipue, quia hæc statuta sunt approbata per consuetudinem immemorialem, in qua fuit saltē tacitus consensus clericorum, & sæcularium, vt aduertit Cou. & Thom. Grammaticus dicit, quod talia statuta debent obseruari in vinis, quæ colligunt clerici à vineis suis: Menchaca tamen, Mexia, & Salzedus defendunt debere obseruari etiam in vinis decimarum, & redditum ecclesiasticorum. Hinc sequitur primo, quod clerici possunt compelli à iudicibus sęcularibus, vt vadant ad occidēdas locustas, aliaq; animalia depopulantia agros, ne fiat damnum reipubl. hocque non ratione potestatis, sed virtute iuris naturalis, quod iubet illud. Quibus statutis si non obediant Clerici, solum Iudex Ecclesiasticus potest eos punire, vt resoluit Salzedus. Secundo etiam sequitur, quod statuta iubentia, vt custodiantur montes, prata, & prædia comprehendunt etiam Clericos ob bonum cōmune. Sequitur tertio, quod in dictis statutis, quæ iubent puniri animalia agros damnificantia, comprehēhenduntur etiam illa Clericorum, ita vt possint capi à custodibus; qui tamē Clerici non possint conueniri coram Iudice sęculari pro punitione, cum non sit eorum Iudex. Verum est tamen, quod Iudex sæcularis sine timore excommunicationis potest facere, quod pœna, quæ debetur pro damno facto, soluatur de bonis clericorum extractis pignoribus, si necesse fuerit, vt resoluit Azeuedus dicens sic fuisse iudicatum in consilio Granaten. Salzedus tamen dicit securius illi videri, quod pastores horum animalium citentur, cum teneantur soluere damnum, quod eorum segnitia, & negligentia euenerit, & sic dicit consuluisse sæpissimè.

Cou. in reg. pos. 2 p. § 4. num. 8.
Gramat. dec. 100
Menchaca lib. 1. contr. vsu frequ nū, ca 4 num. 18
Mex in pragm. tax. pan con. 5. nū 17.
Salz. in prac. crim c. 55. p. 172.

Azeued. l. 12. tit. 3 l. 1., or. num. 2.
Salz. vbi supra.

7 Septima Conclusio. Statuta iubentia, quod animalia, quæ pascuntur in agris sint scripta, & quæ non fuerint scripta, amittantur, comprehendunt animalia religiosorum; non possunt tamen conueniri corā Iudice seculari, vt dicitur in quadam lege nouæ com-

L. 13. tit. 28 lib. 6 nouę cō pilatiō.

compilationis, quia hic agitur de culpa religiosorum, quæ non potest castigari, nisi à proprio Iudice præcipuè nullo facto damno ab animalibus; sic enim dicit Guttier. affirmans suo consilio fuisse electum quendam iudicem conseruatorem pro quibusdam religiosis contra quendam iudicem sęcularem, qui voluit cognoscere de hac causa contra eos, & cum causa per violentiam, aut ob vim esset appellata ad consilium Valisolletti, fuit in illa audientia remissa ad iudicem conseruatorem.

Gut. l. 1. pra. qq. q. 4.

8 Octaua Conclusio. Ob violentiam, & iniuriam sibi factam à suis Iudicibus possunt ecclesiastici recurrere ad tribunalia sęcularia allegantes grauamen, quod efficiunt illis sui iudices, vt communiter est in vsu in his regnis Castellæ, & resoluit Salzedus in sua practica criminali; nec Iudices sęculares adiudicantes has causas sibi incurrunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini; quia Bulla non tollit defensionem naturalem concessam omnibus; huiusmodi vero Iudices solum reuellunt, & tollunt violentiam, & iniuriam, quam clericorum iudices inferunt illis; vnde primum, de quo cognoscunt, est, si inferunt illis vim veram, & si inueniunt adesse violentiam, tractant de defendendo offenso in iure suo: nec obstant verba Bullæ Cœnæ Domini datæ a Gregorio XIII. quæ fuit lecta anno Domini 1575. in qua excommunicat sęculares cognoscentes de causis fori ecclesiastici aduocantes eas sibi etiam sub prætextu violentiæ; quia respondeo, quod non excommunicat cognoscentes de his causis scientes, quod adsit vera violentia, sed illos titulo violentiæ, & sine debito examine aduocant ad se has causas; vnde (vt dixi) in tribunalibus sęcularibus. Primum, quod solet inquiri, est, an violentia sit vera, an ficta; & hoc modo fuerunt intellecta in vniuersitate Salmant. alia similia verba Sixti Quinti posita in Bulla Cœnæ Domini publicata suo tempore, quæ causauere in his regnis aliquam turbationem in tribunalibus suis, & ipsorum ratione fuerunt consulti principaliores Theologi, & Canonistæ Hispaniæ.

Salz. in pra. cri. c. 62. pa. 188.

9 Nona Conclusio. Non potest iubere testator in testamento, quod clericus non exequens eius mandata possit conueniri coram Iudice sęculari, quia in hoc facit contra leges Canonicas, & ciuiles, quod est ita certum, vt immerito dubitet de eo Menchaca; & etiam quia est de iure diuino, quod clericus non conueniatur coram Iudice sęculari, vt constat ex his, quæ tradit Nauarrus, Alciatus, & Couarruuias, & ideo irritatur & annullatur renunciatio clericorum quo ad priuilegium fori, licet confirmetur cum iuramento, cum de iure Canonico, & diuino sit, quod non compareant coram iudice sęculari, vt resoluit contra multos Medina, & Guttierez quo considerato multi tenent, quod Papa non possit subijcere clericos iurisdictioni sęculari; quæ opinio si est vera, debet intelligi quòd Papa committat eos tanquam iurisdictioni delegatæ, & ideò non iudicabunt tanquam iudices sęculares, sed tanquam iudices ecclesiastici, vt aduertit Menchaca.

ca. 2. de iud. aut statuimus. C. de Epis. & cler. Mec. de succes. crea. §. 22. n. 66. Na. in c. nouit. de iudic. Alciat. i c. cum nō ab homi. n. 46 de iud. Cou. in pra. qq. cap. 41. n. 1. Med. de resti. tit. de imu. cl. q. 15. f. 53. Gutier. in l. nemo potest. ff. de l. 1. nu. 190. Menoc. vbi sup. nu 60.

De Incestu, videatur infra de Luxuria.

De Indulgentiis videatur explicatio nostræ Bullæ Cruciatæ.

De Irregularitate in communi.
Cap. CLVI.

SVMMARIVM.

Quid sit irregularitas, nu. 1.
An irregularitas sit iuris naturalis, aut iuris positiui, nu. 2.
An debeat iudex in dubio iudicare, si est aliquis irregularis, nu. 3.

Ad

1 AD explicationē eius, quod in hoc capite, & sequentibus dicendum est, debet notari, quod irregularitas est quoddam canonicum impedimentum, quod prouenit a iure, vel a facto, quo quis prohibetur promoueri ad ordines ecclesiasticos, & ministrare in illis, vt resoluit Couar. quæ definitio in prosecutione materiæ declarabitur.

Cou. de homi. 1. par. nu. 1

2 Secundo debet notari, quod irregularitas non fuit introducta a iure naturali, nec a iure positiuo diuino, sed solum a iure Canonico, & ideo non contrahitur nisi in casibus expressis in iure, vt notāt omnes DD. & ideo irregulares celebrātes antequam obtineant dispensationē, non incurrunt aliam irregularitatem, quia sic est in iure determinatū, & quia irregularitas non est censura, & irregularitas non contrahitur, nisi per fractionem alicuius censuræ, vt resoluit Nauarrus.

Doc. in ca is qui desenē. exc. li. 6.

3 Debent tertio notari circa hoc punctum duæ regulæ necessariæ. Prima, quod nullus iudex, magister, aut doctor debet in dubio iudicare aliquem esse irregularem, vt dicitur in iure. Secunda, quod vnusquisque debet in dubio iudicare se irregularem: has duas regulas ponit Hostiensis, & explicat Couarruuias. Hinc sequitur, quod in foro contentioso in quo tractatur de pęna, non debet quis æstimari irregularis: contrarium tamen debet teneri in foro conscientiæ dante consilium Confessario pænitenti, quod in dubio reputet se irregularem; quo supposito veniamus ad materiam nostri capituli, ad cuius resolutionem ponuntur capitula sequentia.

Nau. in ma. c. 27 nu. 194.

Host. ī c. ad aud. de irreg. Cou. in cl. de ho mic. 1. p. nu. 3.

De irregularitate ex bigamia. Cap. CLVIII.

SVMMARIVM.

Quid sit bigamia. nu. 1.

Quot sint species bigamię. nu. 2.

An sit bigamus, qui habet plures amicas cō cubinas. col. 1. nu. 3.

An sit bigamus qui ducit vxorem scurilē, ancillam, aut publicā mimam. ibi. concl. 2. num 4.

An cognoscens vxorem post commissum adulterium sit irregularis concl. 3. nu. 5.

An qui contraxit matrimonium nullum, sit irregularis ex bigamia conclus. 4. numer. 6.

An Episcopus, & prælati regulares possint dispensare in bigamia concl. 5. nu. 7.

An per baptismum tollatur irregularitas ex bigamia concl. 6. nu 8.

1 PRo præsenti negotio notandum est, quod bigamia est status vxorati cum duabus vxoribus, siue ante, siue post baptismum, vt dicitur in iure quæ est impedimentum ad ordines quia bis coniugatus non potest apte repræsentare vnionem Christi, & Ecclesiæ eius vnicæ sponsæ; & quia esse hominem bis cō iugatum est signum, quod sit incontinens, & ideo non habebit authoritatem prædicandi castitatem.

c. acuius 16 d.

2 Secundo debet notari, quod tres sūt species bigamiæ scilicet vera, interpretatiua, & similitudinaria, vt dicit quædam gloss. communiter recepta. Vera est illius, qui vere habuit, & cognouit duas vxores suas, cum quibus vere fuit coniūctus, quia vna mortua accepit aliam. Interpretatiua est illa, in quam incurrit ille q̄ fingit̄ habuisse duas vxores, vt accidit in illo, qui habuit quidem vnam solum vxorem, sed viduam, aut corruptam ab alio, & idem est, si duxit quidem virginem, quam cognouit tamen post commissum adulterium, licet ipse ignoret dictum adulterium: & idem est de illo qui contraxit cum quadam valide, & cum alia inualide, & cum duabus de facto, cum nulla tamen valide propter aliquod impedimentum, quod est cum ipsis duabus viuentibus, aut ob illud, quod est cum vna alia mortua. Similitudinaria est, quam incurrit initiatus ordine sacro, aut qui fecit votum solemne, si contrahat matrimonium, & consumet matrimonium cum vna solum, licet sit virgo, vt dicitur ī iure, quo suppo-

gl. in 2. de bigā.

ca. quot quot 27. q. 1.

suppposito ponamus conclusiones.

3 Prima Conclusio. Non incurrit hãc irregularitatem ille; qui habet multas concubinas non coniunctus cum omnibus illis de facto, aut de iure, licet cognouerit eas existens coniunctus cum vna solum virgine vt dicitur in iure, nec incurrit eam ille, qui ducit aliquam virginem, quæ erat sponsata per verba de futuro cum alio; nec ille, qui duxit multas virgines, si non habuit copulam nisi cum vna, vt probat Nauar.

c. pe. de big.

Nau. in ma. c 27 n 195

4 Secunda Conclusio. Qui contraxit cum muliere scurrili, ancilla, aut publica mima, non est bigamus, si erat virgo; verum est tamẽ, quod ipsa mortua non debet suscipere ordines, vt dicitur in iure; aduertaturque esse bigamum illum, qui contraxit cum muliere corrupta, quam cognouit, post quam ipse amiserat iudicium; cum hic postea recuperato iudicio non possit ingredi religionem, attento quod vere consumauerit matrimonium, nec est bigamus, qui cognouit aliquam mulierem virginem, cum qua postea cõtraxit, quia huiusmodi mulier non dedit corpus suum multis, cum vnus solum cognouerit eã, vt resoluunt Siluest & Couarr.

c. si quis viduam 2. 34. di.

Sil. ver. big. q. 1. n. 2. Co. in cle. si furiosus 3. p n. 2. i. fine.

5 Tertia Conclusio. Certum est, quod bigami, sont irregulares, vt allegantes decreta Cannonica resoluunt Sotus, & Driedus. Estque irregularis maritus, qui cognouit vxorẽ post commissum adulterium contra ipsum, licet cognouerit eam, postquam fecerat pœnitentiam peccati sui recõciliata ipsi, vt post Ancarr. tenet Feyn. proceditque, licet maritus cognoscat vxorem suam adulteram ignorante ipso adulterium, quia hæc irregularitas non contrahitur ratione alicuius culpæ, nisi ob defectum significationis sacramenti ordinis; & ideo est irregularis ille qui ducit mulierem corruptam, vt resoluit Sotus, cum communi. Verum est tamen, quod contraria sententia est magis æqua, & est approbata per quandam legem partitarum. Et nota quod maritus, cui iubet iudex, quod recipiat vxorẽ suam adulteram, & soluit illi debitum, remanet irregularis, vt resoluit Driedus. & Ludouicus Lopez cum communi. Nota etiã, quod non sunt irregulares, qui cognouerunt multas mulieres cum animo nõ coniugali, sed fornicatio, vt clare colligitur ex iure.

Sot. li 7 de iust. q. 6. ar. 2 Driedo de liber tate christiana l. 3. c. 3. fo. 126. ver. quid vltra in argum. Fel in c. gen co'. 6. d. 1. Sot. in 4 d. 17 q. 3. art 1.

Drie. v. su. pa. 234. Lo. in inst. cons. 1. p c 83. c. pe. & fi. d. 57.

6 Quarta Conclusio. Secularis, qui cõtraxit matrimonium nullum ob aliqđ legitimum impedimentum, non incurrit hanc irregularitatem, quia in nulla iuris parte inuenitur huiusmodi irregularitas; & etiam quia omnis bigamia aut est vera, aut interpretatiua, aut similitudinaria; & hic non incurrit irregularitatem veram, cum non contraxerit cum duabus vxoribus successiue, & valide: non interpretatiuam, quia non cõtraxit cum duabus inualide, nec cum vna valide, aut cum alia inualide, nec cum muliere corrupta valide, quæ sunt tres species bigamiæ interpretatiuæ vt dicit Nauarrus: Nec incurrit irregularitatem similitudinariam, quia non contraxit cum aliqua valide aut inualide post votum solemne religionis, aut ordinis sacri, in quibus casibus aliquis cõtrahit speciale matrimonium cũ Christo, vt dicitur in iure: & ideo clericus ornatus ordinibus minoribus contrahens matrimonium, non contrahit irregularitatem bigamiæ, quia per hos ordines non contrahit speciale matrimonium cum Christo, vt dicit Nauarrus: aduertaturque non esse bigamum, qui duxit aliquam virginem, & ipsa moruta duxit aliam virginem, quam non cognouit, nec qui contraxit, cum corrupta, quam tamen non cognouit, nec qui cõtraxit cum virgine, quæ fuerat prius nupta alteri, non tamen fuit cognita ab eo, quia vt incurratur bigamia, requiritur copula, sic enim resoluit Siluester, & Nauarrus, aliiq; DD communiter.

Nau. in ma. c. 27 nu. 195.

c. 1. cap. quorqu ot. 27 q 1 Na. l. 1 1 cons tit. de biga. cons. 1 Sil ver. big. q. 3. § 4 Na. c. 27. nu 96

7 Quinta Conclusio Non potest Episcopus dispensare cum bigamis, vt suscipiant ordines sacros. nec vt suscipiãt ordines minores, vt resoluit Couarr. & post S. Thom. tenet Sotus, quod potest dispensare ad duos ordines minores, quod

Cou in cl. si fur. 1. p c. 1. D. Th in 4. d. 37.

Soto. d. art. 5. Nau. c. 27. nu. 197. §. 6 quod debet intelligi, vt vtatur receptis, vt explicat Nauarr. Hinc sequitur, quod debent cauere superiores regulares, vt sunt Generales, Cōmissarij generales, Prouinciales, & Vicarij, Prouincialis ordinis minorum, ne concedant licētiam subditis suis, vt suscipiant ordines minores, si inueniant, quod existentes in sęculo incurrerunt hanc irregularitatē; quia licet ratione suorum priuilegiorū possint dispensare in aliis irregularitatibus, in hac tamen non habeant authoritatem, & ideo debent recurrere ad Sūmum Pontificem pro dispensatione: quam in bigamia propria, veraque solet concedere cum difficultate, licet in similitudinaria iusta de causa dispēset, vt dicit Couarru. & Nauarr. Notaque quod tenet Henriquez posse dictos patres dispensare in dicta irregularitate, quæ oritur ex bigamia vera, dicens sic cōcessum esse a Sede Apostolica in quodam priuilegio Patribus Augustinianis, & allegat compendium, verbo, dispēsatio §. 4. in quo nihil dicitur, potius in §. 12. dicitur contrarium secundum quandam concessionem factam nostrę sacræ religioni. Verum est tamen, quod possent dicti patres dispensare in bigamia similitudinaria, quæ accidit, quando quis ducit secrete aliquam existens in ordine sacro facta professione in aliqua religione, quia per quoddam priuilegium Pij V. quod ego refero in explicatione cruciatæ, habent dicti patres ampliati potestatem, quam concedit Concilium Tridentinum Episcopis dispensandi in omnibus, quia secundum Nauar. ipsi possunt dispensare in hac irregularitate, cum sit pęna ratione culpæ, & certum sit quod in omni irregularitate proueniente a delicto occulto dispensare potest Episcopus per Concilio Tridentino.

(Cou. & Nau. vbi sup §. 5. Hēr. l. 12. de imp. matri. ca. 6 num. 11 — Na. vbi sup. nu. 97. §. 7.)

8 Sexta Conclusio. Quæstio est inter Diuo Augustino, & D. Hyeron. an per baptismum tollatur hæc irregularitas, communior, & verior opinio est, quod non, quia baptismus delet quidem omnia peccata, sed ista irregularitas non est peccatum, sed impedimentum, & incapacitas, quæ sine peccato contrahitur, vt colligitur ex his quæ tradit Couarr. l. c. num. 5.

(Concil. Tri. ses. 24. de ref. c. 6.)

De irregularitate, quæ oritur ex aliquo vitio corporis. Cap. CLVIII.

SVMMARIVM.

An illi, qui habent aliquod vitium corporale, possint suscipere ordines conclus. 1. numero 1

An, qui amittit digitos vtriusque pedis sit irregularis. concl. 2. num. 2.

An leprosi, & hermafroditæ sint irregulares. ibid.

An sit irregularis cęcus oculo dextro. cōclus. 3. num. 3.

An sit irregularis, qui habet amputatam aliquam aurem. ibid.

An sit irregularis surdus. conclusione 4. numero 4.

An sit irregularis, qui fuit dæmonio vexatus, & qui laborat morbo caduco. conclus. 5. num 5

An sit irregularis sacerdos, qui non potest celebrare Missam ob debilitatem capitis, nisi habeat illud coopertum. conclus. 6. num. 6.

An carens aliquo membro, aut parte mēbris sit irregularis. concl. 7. num. 7.

An cui amputatum est aliquod membrum & aliquod delictum sit irregularis, ibid.

An carens membro, cuius defectus inducit irregularitatem, teneatur illud secū ferre ibid.

An qui amisit membrum genitale ob morbum gallicum sit irregularis. ibid.

An qui amputat sibi aliquid superfluum corporis, sit irregularis. ibid.

An Papa soleat dispensare in irregularitate notabilis deformitatis. conclusion. 8. numero 8

An multum deformis possit obtinere beneficium, licet habuerit dispensationem à Papa concl. 9 num. 9.

An placeat Papæ, quod sua mandata semper quis exequatur. ibid.

An

1 PRima Conclusio. Qui habent aliquem defectum corporalem, nō possunt suscipere ordines, si vero de facto susceperint ordines, recipiunt caracterem, vt resoluit Couarr. Plaza, & Menochius, Maggins, & nunc solum deformitas, quæ impedit tractare misteria sacramentorum, efficit irregularitatem, vt si quis sit cęcus, aut mancus, quia si deformitas est parua, non causat hoc impedimentum; quod intelligitur ad recipiendos ordines sacros, quia vt vtatur iam susceptis, solum erit deformitas impedimentum ad ministerium, quod non potest sine illo exerceri, & ideo qui caret digitis ad subleuandam hostiam consecratam, solum debet abstinere a celebratione, bene tamē poterit dicere Euangelium, & Epistolam, & audire confessionem, sic enim dicit communis. Noteturque, quod mācus, qui potest ministrare in altari sine baculo, non est irregularis, præcipue quando hic defectus accidit illi sine eius pulpa, sic enim tenet Siluest. & Nauarr. cum hic defectus non inducat notabilem deformitatem, nec scandalum in exercendis ordinibus.

Co. vbi sup. Plača de delict. li.1. c.35.n.2 Mec. de arb. cēt. cas. Magius li.4 misc. c.4

sil. vers. corpore vitiatus num. 5. Na. c.27 nu.199.

2 Secunda Conclusio. Qui minoribus ordinibus initiatus ob aliquam ægritudinem amittit omnes digitos vtriusq; pedis, exceptis pollicibus, non est irregularis; & ideo potest transire ad ordinem sacrum, & beneficium, cum hic defectus non inducat magnam deformitatem, nec facit aliquem impotentem ad vsum ordinum, sic enim dicit Nauarr. Notaque, quod leprosi sunt irregulares non solum ad suscipiendos ordines sacros, sed etiam ad vtendum iam receptis, vt resoluit Siluest. Verum est tamen, quod si deformitas nō est manifesta, non erit ei illicitum celebrare in aliquo loco secreto, immo, & in publico coram aliquibus leprosis, non vero coram sanis, si ad hoc habuerit vires. Nota etiam, quod hermaphroditi sunt irregulares, cum quibus solum Papa potest dispensare, quamuis habeant magis de sexu virili, quam de fœmineo, vt resoluit Nauuar. quod si habeant æqualiter de vtroque sexu, sunt incapaces sacramenti ordinis.

Na. li.5. cons. tit. de sent. exc. 97. fol.630. Sil. ver. corpo. vit. q.7.

Na c.27 nu.203.

3 Tertia Conclusio. Licet cœcus sit irregularis: qui tamen caret visione oculi dextri, vt videatur sanus, videtque bene cum oculo sinistro, non est irregularis, vt contra aliquos defendit Nauar. dicens sæpe dedisse hoc consilium, quem sequitur Salzedus. Denique qualis sit deformitas inducens irregularitatem relinquitur arbitrio ordinarii, vt resoluit Menochius: & prælati regulares non habent potestatem arbitrandi, & iudicandi hoc, vt dicit Nauarr. licet sint, qui dicant contrarium quos sequitur Maiolus. Notaque, quod ille, qui caret aliqua particula auris, non est irregularis, licet erit irregularis, si tota sit amputata, sic enim dicit Nauar.

Na. vbi sup. d.c. 27. nu. 199. Sal. in prac. cri. c.17 nu.46. Men l.2 de arb. cen.3. cas.226. num. 8. Na. vb. sup nu 200. Maiol l.1. de irreg. c.2. in princ

4 Quarta Conclusio. Licet qui est surdaster, possit suscipere ordinem presbyterii, videtur tamen non posse suscipere illud, qui omnino est surdus, vt dicit Maiolus: & ideo vix potest defendi à peccato, qui cum hoc defectu suscepit ordines. Dixi, vix, quia in aliquibus casibus poterit ordinari, cum ius non prohibeat expresse illum suscipere ordinem, cū possit dicere Missam solus, & sine Ministro, qui respondeat illi, quem debeat audire, sic enim tenet quędam gloss. in casu simili, & tenet Nauarr. in

Na. li.5. cons. tit. de sent. exc. con sil. vlt. Maiol. l. 1. de irre. c.25. gl. in capa hoc quoque de cons. d. Nau l.1. ti. d tēp. or. l. cōs. 36. f. 53.

in quodam consilio dicens, quòd securius est obtinere licentiam a Summo Pontif. ad celebrandum aliquando in aliquo loco secreto sine ministro, cum ordo dicendi Missam iubeat quod dicatur coram duobus, & per consuetudinem generalem, quæ postulat, vt saltem vnus assistat.

5 Quinta Conclusio. Qui fuit a dæmonio vexatus, licet constet per multum temporis spatium esse liberum, non debet ornari sacris ordinibus, si vero quãdo incurrit hoc malum erat ordine aliquo præditus, potest vti ordinibus susceptis, si constet, quod per spatium vnius anni est liber a tali malo, quod debet examinare Ordinarius, vt constat ex iure. Insanos vero, ac æger, qui laborat morbo caduco, si non constat per multum tempus esse liberos hac infirmitate, non possunt suscipere ordines, quod si malum illos appræhendit post ordines susceptos, & sępe frequenterq; eos vexat, non poterunt celebrare; si vero parum illos fatigauerit, poterunt celebrare simul cum alio sacerdote, qui sit paratus ad finiendum sacrificium apprehensis illis inter celebrandum; nisi quando apprehenduntur, emittant spumam circa os, & loquantur stulta, quia tunc nec cum dicto socio poterunt celebrare. Nec potest dispensare in hac irregularitate nisi Papa, vt dicit Nauarrus. Notaque, quod ille qui fuit insanus, & fræneticus non mutatis organis sensuum phrænesis solum processit ab aliqua infirmitate sine permutatione sensuum, sed solum iudicij, non remanent irregulares ad ordines, post quam fuerint sanitati, & iudicio restituti, sicut non est irregularis qui amisit iudicium ad aliquod tempus propter aliq̃ magnam passionem; sic enim dicit Nauarrus, si postea recuperet integre salutem; dicit enim ipse communicauisse hoc punctum cum hominibus grauib. & doctis ordinis D. Dominici, & sic debet intelligi, quod hoc super hoc puncto dicit Nauarrus in quodam consilio, quod dedit.

c. si quis 15. q. 1.

Na. c. 27 nu. 205.

Nau. d. c. 27. n. 203. & c. 25. nu. 72.

Na li. 5. cõs. tit. de et. & qual. or. cons. 5.

6 Sexta Conclusio. Non est irregularis sacerdos, qui non potest dicere Missam ob debilitatem capitis nisi illo cooperto, quia licitum est non solum debili, sed etiam sano celebrare cum amicto sacro supra caput, ut cum maiori attẽtione possint esse attenti celebrationi. Est etiam licitum homini debilis capitis tempore frigoris celebrare capite cooperto aliquo birreto honesto saltẽ vsque ad consecrationem, etsi est dubiũ de causa, an sit sufficiens necne, petatur licentia ab Episcopo, vt consulit Nau. Patres autem Prouinciales religionum possunt dispensare in hoc cum suis subditis, cum habeat iurisdictionem quasi Episcopalem.

7 Septima Conclusio. Qui amputauit sibi aliquod membrum, aut partẽ, remanet irregularis, licet hic defectus non inducat aliquod impedimentum ad ministeria ecclesiastica; & idem est si iubeat aliis, vt amputent ipsi dictum membrum, & etiam si alij amputent illud in pœnam delicti, præcipue si fuit membrum genitale, vt post Nauarrũ, & alios resoluit, Salzedus. Quod si delictum, ob quod amputatum est illi mẽbrum, fuit publicum, est irregularis; secus si fuit occultum, & ideo poterit suscipere ordines, & vti susceptis, vt resoluit Couarr. qui addit, quod in hoc casu ipse non absolueret omnino hunc ab hac irregularitate: vnde non consentiret eum suscipere ordinem, nec vti susceptis sine dispensatione saltem Episcopi: si verò hic defectus accidit ei sine eius culpa; quia scilicet medici iusserũt illud amputari, aut inimici eius violenter & per vindictam; poterit quidẽ suscipere ordines, vel si euenit casus susceptis ordinibus, poterit illis vti. Nec qui caret aliquo membro, cuius defectus inducit irregularitatem, tenetur illud secum deferræ, quia hoc est ridiculum, vt dicit Nauarrus. Noteturque esse irregularem illum, qui cognouit aliquam mulierem laborantem morbo gallico, quæ infirmitas communicata est illi, vt amitteret membrum genitale,

Nau. l. 3 cons. tit. de celeb. miss cõsil. 4 fol. 345.

Nau. in Man. ca. 27. nu. 198. Salze v. su.

Cou. in cle. si furi. in initio. 1. pa nu. 6.

Na. d. c. 27. nu. 200.

le, quia inde solet sæpe accidere dictum malum, si tamen ob errorem inuincibilem, quam putauit sanam, erat tamen ægrotans morbo, non remanet irregularis, licet euenerit illi dictum malum; quia nec expresse, nec in sua causa voluit hic amittere membrum suum. Aduertatur tamen, quod ille qui sua culpa habet aliquod membrum, aut aliquam eius partem non amputatam, sed solum contortam, debilem, aut alio modo extra locum suum naturalem, sicut, qui est mancus pede, aut habet partem brachij siccam, non est irregularis, si adhuc est idoneus ad celebrandum, sic enim colligitur ex quadam gloss. Siluest. & Turrecremata, & Geminiano, qui dicunt, quod qui amputat aliquid superfluum corporis, sicut qui habet sex digitos in vna manu, quia sic est natus, hic licet amputet illum sextum, non est irregularis.

gl. in c. qui parté d. 58. Sil. ver. corpore viti. q. 3. §. 4. Turrecr. & Gemin. in d. c. q partem.

8 Octaua Conclusio. Solum Papa potest dispensare in hac irregularitate secundum communem opinionem contra aliquos, quos adducit Coua. dicitq; Ioannes Stephanus, quod quando deformitas est notabilis, non solet Summus Pont. dispensare propter scandalum, quod fieret in populo Christiano. Possunt tamen Episcopi dispensare in ea, si habeant particularem facultatem ad illud, sicut habent etiam Generales nostræ sacræ religionis regularis obseruantiæ, quia Iulius Secundus concessit, quod possent dispensare in omnibus irregularitatibus exceptis bigamiæ & homicidij voluntarij, & ea quæ oritur ex auxilio, & fauore dato ad dictum homicidium, & cum in hac concessione solum fiat mentio harum irregularitatum videtur, quod concedat illis Summus Pont. facultatem ad reliquas, & per consequens ad hanc, de qua agimus, quia vt dicunt Iuristæ, casus exceptus firmat regulam in contrarium: Prouinciales tamen, & eorum Vicarij (non inuenio) quod hanc habeant authoritatem, nisi procedat ipsa irregularitas ex aliquo delicto occulto commisso à regularibus.

Cou. vbi su. n. 7 Steph. de literis gratiæ 2 p. c. 193.

Hab. in cõpend. priui. ti. disp. §. 20.

9 Nona Conclusio. Homo nimis deformis, qui obtinuit à Papa commissionem, vt eius Episcopus dispensaret cum illo, vt suscipiat ordines & habeat beneficium; si hic antequam dispensaretur, obtinuit aliquod beneficium parochiale alterius diœcesis, & eius diœcesis Episcopus inueniat illum idoneum, si hic Episcopus constrictus precibus dedit illi beneficium prædictum, peccauit mortaliter, cum magis teneretur obedire Deo, quam hominibus; Deus autem vult, quod huiusmodi hominibus non detur beneficium, placetq; sæpe Papæ, quod eius mandata non mandentur executioni, quando est iniusta causa, vt supplicetur de illis inde; & alijs etiam rationibus concludit Nauarrus, quod propter scandalum, quod efficietur in populo, potest Episcopus litigare cum eo ob salutem animarũ, & eiusdem etiam, vt deuitet hoc scandalum, & aduocatus fisci Episcopi ob bonum publicum potest intromitti in hoc negotium.

Nau l. 1. cõl. tit. de corpo. viti. consi. 1.

10 Decima Conclusio. Si defectus corporalis non est ita grauiter deformis, nec facit hominem inhabilem ad celebrandum, sicut si haberet aliquod membrum occultum incisum, vt dictũ est supra in septima conclusione, & si incidere hoc membrum, aut eius partẽ procederet ab aliquo occulto delicto, potest Episcopus dispensare, nisi irregularitas fuerit iam posita in iudicio, vt constat ex Concilio Tridentino, ita vt etiam si culpa, ob quam incisa fuit pars dicti membri, fuerit eiusdem irregularis, & fuerit nota omnibus, & publica, ac multum enormis, non desunt homines docti, qui dicunt, quod etiam post Concilium Tridentinum potest Episcopus dispensare, quia illud Concilij Tridentini est priuilegium, & non restringit potestatem, quam ante illud habebant Episcopi, sed potius ampliat: & secundum ius, vt affirmant Hostiensis, & Abbas, habebant Episcopi authoritatem ad hoc faciendum: si vero defectus

Concil. Tri. sess. 24. ca 6. de ref.

c. 1. de corp. vitia. vbi Hosti. & Abb.

ctus corporalis fuerit non solum ex parte membri occulti, sed totius membri amputati illi ob aliquod delictum publicum, in hoc casu nec antea, nec post Concilium possunt Episcopi dispensare, quia hoc est mutilatio membri, quæ est reseruata Summo Pont. vt dictum est in septima conclusione, & probatur à Concil. Trident. Concil Tri. vbi sup.

11 Vndecima Conclusio. Ille, qui nõ potest bibere vinum, quin statim vomat illud, est irregularis, vt dicunt Siluester, & Nauarrus, quia hic est impotens ad celebrandum, cum necessario debeat celebrari sub vtraque specie, vt determinatum est in iure, & si quis incidat in hanc infirmitatem post ordines susceptos, licet non possit celebrare, poterit tamen se exercere in alijs actibus ordinis sacri, cessanteq; hoc defectu poterit celebrare sine dispensatione; & idẽ debet dici, quando irregularitas fuerit contracta ratione alicuius defectus corporis, aut animæ, quia cessante dicto defectu poterit vti ordinibus receptis, imò suscipere de nouo, & licet actu habeat hunc defectum, poterit tamen suscipere ordines minores sine dispensatione, vt dicit Nauarrus; quia hi ordines non solent suscipi tam proxime respectu ordinis sacerdotalis, vt solet recipi ordo Diaconatus, & Subdiaconatus. sil. ver. corp vitia. q. 7. Na.c.27 n.204.c. comp d cõs.d.2. Na. vbi sup.

12 Duodecima Conclusio. Licet Papa possit dispensare cum aliquo, qui habeat defectum conclusionis præteritæ, vt possit suscipere ordinem subdiaconatus, & diaconatus non potest tamen dispensare, vt habens hunc defectum suscipiat ordinem presbyterij, quia licet possit dispensare in omni irregularitate Canonica, in hac tamen non potest dispensare, cum hæc non solum sit irregularitas Canonica, & impedimentum Canonicum, sed impedimẽtum naturale, visso quòd non potest celebrare sub vtraque specie, sicut non potest dispensare in quauis alia irregularitate proueniente à defectu, qui facit hominem impotentem ad celebrandũ, sicut si deest illi aliqua manus, aut esset omnino surdus, aut ignorans illius linguæ, in qua solet Missa celebrari, aut si æqualiter est hermaphroditus.

13 Decimatertia Conclusio. Infames sunt irregulares tam de facto quam de iure. Infamis de facto est ille, qui committit aliquod delictum, de quo oritur infamia; infamis vero de iure est, qui exercet aliquod officium infame, sicut est carnifex, & satellites. Et in ea, quæ nascitur ex infamia iuris solus Papa dispensat, nisi Episcopus dispensans in delicto ad quod extenditur eius potestas, accessorie deleat infamiam; & in ea, quæ nascitur ex infamia facti, sicut est illa, quæ nascitur ex crimine noto; potest etiam Episcopus dispensare; & quę deletur per aliquam manifestam emendationem vitæ, vt resoluit Nauarrus. Na. vbi sup. nũ. 204.

De irregularitate ex defectu animæ. Cap. CLIX.

SVMMARIVM.

An qui descendunt ex nouiter conuersis à gẽtilitate, aut iudaismo, aut maurisma, possint suscipere ordinem sacrum, concl. 1. num. 1.

An filij hæreticorum possint suscipere ordines, concl. 2. nu. 2.

An sit irregularis publicus peccator administrans publicè ordines sacros, concl. 3. nu. 3.

An possit Episcopus dispensare cum neophitis, concl. 4 nu. 4.

1 PRima Conclusio. Prohibitum est, quod nouiter conuersi à gẽtilitate, iudaismo, aut maurisma possint suscipere ordines per Concil. Nicenũ, vt dicit Cou. & Maiolus. Verum est tamẽ, quod tantum possent prodesse christianitati, vt non solum possit suscipere ordinem, sed etiam habere beneficiũ ecclesiasticũ, vt ordinatum est in iure, & notat Romanus. Et nota quod procedentes à mauris, aut iudęis nouiter conuersis non sunt priuati facultate Concil. Nic. Habetur in ca. quoniã 48. d. Cou. vbi sup. §. 2. n. 7. Maiol. l. 1. de irre. c. 3. c. 1. 57 di. Roma. sing 416

Cor. vbi sup. Oralora de nob. 2.p.3.p. princ.c. 7. p tot. c. statutum felicis rec. de hær. l.6. sept ceus. in inf. cat. ti. 29. numer. 15. Concil. Tri. sess. 23. ca. 7 de ref. salz. in practic. cri. c. 22 p. 77

tate suscipiendi ordines, & habendi beneficia ecclesiastica, vt resoluit Cou. & Oralora.

2 Secunda Conclusio. Filij hæreticorum non possunt suscipere ordines, sic enim ordinatum est in Concil. Hispal. quod debet intelligi, si eorũ patres moriantur in hæresi absque reconciliatione ecclesiæ, & ex parte patris sunt exclusi vsque ad secundum gradum inclusiue, & ex parte matris vsque ad primũ gradum inclusiue, vt colligitur ex iure ponderato ad hoc propositum per Iacobum Septimacensem, & inde secundũ ius non possunt reliqui expelli a receptione ordinum sacrorum & hoc sensu debet explicari Conc. Trid. prçcipiẽs Episcopis, vt antequam acceptent aliquem ad ordines, cognoscant quo genere oriatur. vt aduertit Salzedus, quia Conc. nõ ponit nouum impedimentũ, sed iubet solum, ut custodiatur, quod a iure dispositum est, sicque dicunt Siluester, Couaruuias, Borgasius, & alij, quos refert Spinus, quod illi, qui nascuntur ex genere maurorum, aut iudæorum, possunt suscipere ordines sacros.

sil. ver. neophitus Couar. in cl. si furio. 1. p. §. 2 spino in spec. tes. 3. p. nu. 48. & 49

3 Tertia Conclusio. Non est irregularis publicus peccator, ministrãs ordines sacros publice, antequam faciat pœnitentiam, quia hic solum est irregularis quoad se, non vero quo ad alios, & idem debet dici de publico concubinario, si publice celebret, vt cõtra aliquos tenet Couarr. Verum tamen addit habens respectum ad opinionem contrariam, quæ est communis, quo ipse consuleret dicto concubinario, vt obtineret dispensationem, & absolutionem a Papa, cum tam graues homines retineant, quod sit ipso iure suspensus, & per consequens celebrãs irregularis. A qua opinione discedit Medina, in sum. c. 59. pag. 2. vt dicetur in hac p. p. c. 182. nu. 2. & p. 5 cap. 69. num. 1.

Cou. in Clem. si furiosus

4 Quarta Conclus. Episcopus potest dispensare cum nouiter conuersis, vt recipiant ordines sacros, & possint obtinere beneficium ecclesiasticum, si habeant experientiam suorum morum, & Christianitatis ita vt videantur Christiani veteres, vt colligitur ex iure, & resoluit Couarr. c. 1. d. 57 Cou. in cle. §. 2 num. 7

De irregularitate, ex seruitute, & ligamine matrimonij.
Cap. CLX.

SVMMARIVM.

An serui possint suscipere ordines, & si susceperint, recipiant characterum. concl. 1. num. 1.

An maritus propter vxoris adulterium possit ingredi Religionem, & an in seculo existens possit fieri sacerdos. concl. 2. num. 2.

An coniugatus suscipiẽs ordinem sacrum extra casus a iure concessos sint irregularis, & an Episcopus cum hoc possit dispensare. concl. 3. nu. 3.

1 PRima Conclusio. Nullus seruus potest suscipere ordines, nisi prius sit liber, si vero aliquis susceperit, recipiet caracterẽ, vt resoluit Sotus, erit tñ depositus, & tradetur dño suo, vt post alios tradit Maiolus, qui dicit, quõ tollatur hęc irregularitas, quod relinquo, ꝓpterea qd raro accidat, sicut passim omitto multa alia, q̃ nõ habẽtur ĩ praxí. sot. in 4 d. 25. q. 1. art. 1. Maio. de irre. vbi sup. c. 35

2 Secunda Concl. Maritus ob adulterium vxoris potest ingredi religionem, & profiteri in ea, nec vxor ꝓbata adultera potest illum impedire, & põt in ea existens suscipere ordines sacros, immo in sęculo põt fieri sacerdos vxore inuita, vt tradit Sotus, Palacius, & Gutier. qui affirmat vidisse hominẽ sacerdotẽ viuente vxore adultera possidere beneficiũ curã animarũ habẽs, & postea fuit Canonicus doctoralis cuiusdã ecclesiæ cathedralis horũ regnorũ Castellę. Verum est tñ, quod hoc non debet concedi propter scãdalum, & multa alia, quæ progressu temporis solent euenire, & hoc probant rõnes allegatę in cõtrariũ. sot. in 4 d. 27. q. 1 art. 4. in fin. & Pala. ibi Cor. de casib. q. 138. 178 Gut. de quaa. canon. c. 25

3 Tertia Conclusio. Coniugatus qui suscipit ordinem sacrum extra

casus a iure concessos, remanet irregularis, vt dicit Sotus, & colligitur ex quadam extrauaganti Ioan. XXII. duratq; haec irregularitas etiam mortua vxore; poterit tamen dispensare cum illo Episcopus, si faciat professionem in aliqua religione approbata vt dicit Nauar.

Sot. in 4. d. 1 q. 1 a. 2 conc. 3. extra antiquae de vot. pro.

De irregularitate, ob defectum illegitimatis, siue natalium. Cap. CLXI.

SVMMARIVM.

An illegitimi sint irregulares, licet sint multum occulti. concl. 1. nu. 1.

An expositi sint irregulares. ibid.

An possit Episcopus per Concil. Trident. dispensare in hac irregularitate, licet sit occulta & an possit dispensare saltem, vt recipiat ordines minores. concl. 2. nu. 2. & concl. 3. nu. 3.

An illegitimi fiant legitimi per matrimonium parentum concl. 4. num. 4.

An legitimatio facta per Principes seculares liberet ab irregularitate. ibid.

c. 1. de filiis pre. Rebuf. in prac. benef. in par. d. di spen. su. defec. natal. f. 407. Nau. c. 27. nu. 202. Salz. in pr. crim c. 14. pa. 33.

1 PRima Conclusio. Illegitimi sunt irregulares, & ideo licet susceptis ordinibus recipiant caracterem, non recipiunt executionem ipsius ordinis, vt determinatum est in iure, & tradit late Rebuffus; quod procedit, licet defectus matrimonii sit occultus & ipse patiens teneatur pro legitimo, vt sunt multi, q. coniuncti matrimonio habuerant filios de adulterio, vt aduertit Nauarr. si autem mater dicat filio esse illegitimum, non tenetur credere illi, vt resoluunt multi allegati a Salzedo, qui dicit securius esse in hoc casu non suscipere ordines, si vero iam est praeditus ordine, inspiciat, quid sibi conscientia dictet interiori & secundum eam poterit regulari sic enim tenet Maiolus. Hinc est, vt filius praesbiteri habitus ex muliere nupta tam occulte, vt non possit probari nisi dicto ipsius matris, ipsa dicente non potest suscipere ordines, vt tenet

Maio. d. reg. c. 7. num. 3.

Nauarr. sequens alios contra Castrum, a quo sequens Nau. discedit Corduba; hoc autem debet intelligi, si vxor fuerit mulier honore praedita, & bona conscientia, nec assueta mendaciis, praecipue, si huic filio manifestauerit i articulo mortis, aut in quadragesima, aliove tempore confessionum, & si non obstante dicto matris suscepit ordines putans se irregulare secūdum dictum, & obtinuit aliquod beneficium ecclesiasticum, possedit que illud, clarum est, quod remanet inhabilis ad illud possidendum; & ideo debet petere dispensationem irregularitatis faciēs mentionem in supplicatione qualiter accepit possessionem dicti beneficij; & obtenta dispensatione irregularitatis, & inhabilitatis Episcopus poterit ei occulte conferre collationem beneficij. Nota itaque quod pueri expositi foribus ecclesiae, cuius parentes ignorantur non putantur illegitimi quia multi legitimi fuerunt sic exposti a parentibus vt legitur de Semiramide, Paride, Cyro, & Moyse, vt defendit contra multos Paleotus, & Zenochius. Verum est tamen, quod hi nō debent promoueri ob suspicionē, quae est de eorum illegitimatione: si vero suscipiant ordines, non debent priuari vsu ordinum, vt resoluit Salzedus concordans sic diuersas opiniones, quae sunt super hoc puncto. Nota etiam, quod illegitimi, qui susceperunt ordines, non incurrunt aliam irregularitatem celebrantes, antequam obtineant dispensationem, vt tenent post alios Couarr. & Nauarrus. Nota etiam, quod filii nati ex matrimonio inualido ob aliquod impedimētum, quod postea cognitum fuit, non sunt irregulares, sed potius habentur pro legitimis, vt dicitur in iure: quod debet intelligi, si ignorantia fuit inuincibilis huius impedimenti, quia q geniti fuere, cessante ignorantia parentum sunt illegitimi, vt dicitur in iure; sicut sunt etiam geniti ab eis qui cōtraxerunt clādestine in gradu prohibito, licet ignorauerint impedimentum, vt constat ex Concilio Trident.

Na. d. c. 27. n. 198. cal. de pena. c. v l. 1. con. 3. cor. 1. qq. q. 3. pa. 279. col. 1. v. ex dict.

Paleo. d. noti. & spurijs. Men. de at. b. c. 196 Salzed. ver. sup. c. 14. p. 35

Cou in cl. si. fur. io §. 1. n. 3. Na. in ca si quando exc. 11. de rest. & i Ma. c. 27. n. 194. c. a qui filij sint leg. c. cū pro hibitio §. si quis vero de clan. desp. Cōc Tri. ses. 24. de refor. mat c. p. 1.

2 Se-

Concil. Tri. sess. 24. de refor. c. 6. Na. c. 27 n. 194.

2 Secunda Conclusio. Non potest Episcopus per Concil. Trid. dispensare in hac irregularitate, licet sit occulta, quia non procedit ex delicto occulto eiusdē illegitimi irregularis; quia sic posset quidem Episcopus, & eius Vicarij dispensare secundum potestatem, quam dat eis Concil. Trid. & tradit Nau. patres vero Generales, Prouinciales, & Vicarij prouinciales nostræ sacræ religionis, & qui gaudent eius priuilegijs, non habent, quod dispensent cum suis subditis professis, quia per professionem ablata est hęc irregularitas, quia præsumitur quod non imitabuntur patres in incontinentia, vt definitur in iure, & resoluit Sotus.

c. 1. de filijs psb. li. 6 Sot in 4. d. 25 q. 1. ar. 2.

3 Tertia Conclusio. Potest Episcopus dispensare cum illegitimis, vt possint accipere ordines minores, vt dicitur in iure, & idem potest facere capitulum sede vacante, cum succedat Episcopo in totum (quod est iurisdictio ordinaria loquendo regulariter) exceptis casibus expressis in iure, vt resoluit Franciscus de Pauino; quod constat, quia dispensatio illegitimorum pertinet ad iurisdictionem ordinariam Episcopi, sic enim tenet Nauar.

Francis. de Pauino de off. ca. sede vac. c 7. pa. 1. & melius c. 1. n. 3. Na. li. 1. cōsi. de tēp. ord. cons. 18. Sil ver. filij §. 7.

4 Quarta Conclusio. Filij habiti ex duobus solutis, qui potuerunt contrahere, si postea contrahant parentes, efficiuntur legitimi, & per consequens nō remanent irregulares, vt resoluit Silu. quod est verum, licet vnus eorum contraheret prius cū alia, quia si ipsis mortuis contrahat cum illa soluta, cum qua habuit filium, remanet ille filius legitimus. Dixi, cum qua poterat contrahere quia si non poterat contrahere cum illa ob aliquod impedimentum, licet postea tollatur impedimentum per dispensationem, aut alio modo, & contrahant, non remanent filij legitimi, & per consequens sunt irregulares, vt dicit Siluester, nec sufficit, quod ius ciuile, aut princeps sęculares faciant eos legitimos, vt non remaneant irregulares, quia illa legitimatio solum valet ad res vetitas illis à iure ciuili, & legibus illorum principum.

silu. vbi sup.

De irregularitate ob defectum scientiæ. Cap. CLXII.

SVMMARIVM.

An qui non habet sufficientem scientiam, possint suscipere ordines, concl. 1 nu. 1.

An religiosi, qui sciunt legere bene, & cantare possint suscipere ordines, licet non sciunt vt alij, ibidem.

An, vt aliquis recipiat ordinem presbyterij, sit necesse, vt sciat audire confessiones, concl. 2 nu. 2.

Quis possit dispensare in hac irregularitate, ibid.

1 PRima Conclusio. Qui non habēt sufficientem scientiam, non possunt suscipere ordines, vt definitum est in iure, & tradūt Sotus, Maiolus, & Nauarrus: scientia autem necessaria ponitur à Concil. Trid. dicente quod non detur prima tonsura nisi confirmatis, & qui sciunt doctrinam Christianam, & qui sciant legere; ordines vero minores non dentur nisi scientibus linguam latinam, vt tradit post alios Nauarr. deferendo testimonium parochi, & magistri scholæ de suis moribus, & scientia: ordines vero maiores non dentur, nisi illis qui sunt recte exercitati in minoribus, & presbyterium non conferatur nisi illi, qui sciat docere populū necessaria ad salutem animarum. Verum est tamen, quod ille, qui sine vllo genere litterarum susceperit ordines, recipiet quidem caractherem, vt dicunt Sotus, & Maiolus, debet tamen puniri pœna arbitraria ab Episcopo, vt dicitur in Concilio Toletano 8. & vt hoc impleatur præcipit Conc. Trid. quod non solū clerici sæculares, sed etiā regulares sint examinati ab Episcopo, qđ examen debet fieri feria quarta ante ordines: Episcopi aūt qui dant litteras dimissorias, debent prius examinare illos, quibus illas dederint si fuerint præsentes, si vero fuerint absentes examen pertinet ad Episcopum, qui debet ordinare, vt colligitur

So. in 4. d. 25. q. 1. art. 5. Maio. li. 1. de irreg. c. 32. Nauarr. c. 27 referens exc. in prin. Cōc. Tr. sess. 23 c. 4. & c. 11 & c. 13. Na. c. 27 n. 205.

Sot. in 4. d. 25. q. 1 art. Ma. l. 1. de irreg. c. 32 nu. 11. Cōc. Tolet. 8. c. 8 Cōc. Tr. vbi su. c. 5. & c. 12 Cōc. Tr. vbi su. c. 4. & 11.

Concil. Cartag. 3. c. 22. habet. in c. nullus ordine iuncta gl. ibi 24 d. Silu. verb. ordo 1. q. 2. Rebuff. de cler. ad sac. ordi. male prom. glos. 4. nu. 11. maiol. li 1. irreg. c. 31. n. 3 & 10. Hér. de sacra. ordi li. 10. c. 16 i fi. cõc. Tr. vbi sup. c. 14.

gitur ex eodem Concil. quod examen potest sine vllo peccato remitti ab Episcopis, quando qui est examinandus sit persona multæ famæ, virtutis, & litterarum, vt insinuat Concil. Cartag. 3. & tradunt Siluest. & Rebuffus. Nota autem esse licitum Episcopo ordinare in sacris aliquem religiosum recte legentem, & cantantem, licet nõ multum sciat, quia cum exerceretur in societate reliquorũ, videtur idoneus, vt tenet Maiolus, & alij allegati ab Henriquez.

2 Secunda Conclusio. Vt quis suscipiat ordinem presbyterij, non est necesse, quòd examinetur an sit sufficiens ad audiendas confessiones, nec obstat qd Concilium Trident. ordinauerit, quod sit sufficienter examinatus, an sit sufficiens ad docendum populum necessaria ad salutem animæ, & administrationem sacramentorũ, cum videamus, quod postea vsus acceperit contrarium inter gentem doctam, & religiosam, & etiam quia idem Concil. præcepit, quod nullus presbyter, licet sit regularis, audiat confessiones sęcularium, nisi fuerit examinatus, & approbatus ab Ordinario; quod non ordinaret, si putaret, quod presbyter esset examinandus ante receptionem presbyterij ad audiendas confessiones. Nec obstat Concil. Bracharense ordinans, quod illi debent scire audire confessiones sęcularium, quia solum loquitur de illis, qui suscipiunt ordinem presbyterij ad titulum alicuius beneficij curam animarum habentis, vt constat ex notationibus, quæ sunt in principio dicti Concilij Bracharensis. Aduertatur autem, quod solus Papa potest dispensare in hac irregularitate; & hoc numquam, aut raro directè facit, quamquam indirectè dispensando cum aliquo super ætate necessaria ad dicendum, quia crescente ipsa ætate præsumitur, quod studebit, quod etiam dicit Nauarrus,

Cõc. Tr. ib. c. 15.

Concil. Bracar. 2. c. 10.

Na. c. 27 nu. 205.

De Irregularitate ex defectu liberationis. Cap. CLXIII.

SVMMARIVM.

An publicis, vel priuatis ratiocinijs obligati sint semper irregulares, nu. 1.

1 CErtum est, quod qui tenentur reddere rationes, non possunt admitti ad ordines, quando tenentur ratione alicuius publicæ administrationis, quia si fuerit priuata, non est impedimentum, nisi lite pendente contra illum, in qua arguatur de aliquo dolo facto in administratione; quia si suscipiat ordines, est dignus vt deponatur, licet voti compos euadat, vt resoluit Salzedus, hæc autem irregularitas non durat, nisi quousque non reddit rationes est. n. quædam species seruitutis, quia alteri obligatus non est liber. Verum est, quod si in illis est captus in aliqua falsitate potest repelli ab Episcopo tãquam criminosus, vt resoluit Albertus Trocius, & vt dicetur in secunda par. c. 3. num. 8.

Salzed. vbi su c. 10. p. 60

Troc. de vero, & perf. cleric. c. 6. nu. 3.

De Irregularitate, aut impedimento ob defectum ætatis. Cap. CLXIV.

SVMMARIVM.

An requiratur certa ætas in volente suscipere ordines maiores, & minores, n. 1.

An Sacerdos factus ante ætatem possit celebrare, & exercere actum deputatum ad alium ordinem sacrum, nu. 2.

An initiati sacro ordine ante ætatem, & extra tempora, & sine dimissorijs sint suspensi; & durante suspensione si ministrent an sint irregulares, & an amittant fructus beneficij nu. 3.

An initiati minoribus ante ætatem sint suspensi, ibid.

An Episcopi possint dispensare in irregularitate occulta contracta ex suspensione ob ministrationem ordinum ante ætatem susceptorum, nu. 4.

An

An Confessores approbati ab Ordinario in virtute Bullæ Cruciatæ possint absolue re à suspensione contracta ob susceptos ordines ante ætatem, ibid.
An dicti Confessarij possint virtute Bullæ Cruciatæ absoluere, seu dispensare in irregularitate ob administrationem factam in suspensione, nu. 5.
An Religiosi ordinis mendicantium possint initiari ante ætatem, nu. 6.
Quis possit dispensare vt quis ordinetur ante ætatem, nu. 7.

Concil. Tri. sess. 23. c. 12. 1 NOta quod Concil. Trid. ordinat, vt possit quiuis suscipere ordinẽ subdiaconatus accedens ad 22. annos ætatis; diaconatus vero, attingens 23. & presbyterij ingrediens 25. annos, quia in hoc casu annus inceptus habetur pro completo, vt resoluit Nauarr. Nau c. 2 n. 116.

Circa hoc decretũ autem debet notari. Primo quod non statuit ætatem minoribus ordinibus, sed relinquit hoc arbitrio ordinariorum.

2 Secundo debet notari, quod qui ordinatus est sacerdos ante legitimam ætatem, non solum non potest celebrare Missam, sed nec potest exercere actum deputatum ad alium ordinem sacrum, & ideo non potest dicere, Dominus vobiscum, quia hoc dicit Diaconus, nec potest dicere orationem, quando solẽt eam dicere sacerdotes, sic enim dicit Nauarrus cum hæc irregularitas eueniat illi sua culpa. Nau. l. 5. consi. tit de exc. consi. 71. fol. 633.

3 Tertio debet notari, quod initiati ante legitimam ætatem ordine sacro, aut extra tempora ordinata ab ecclesia, aut sine litteris dimissorijs remanent suspensi, & durante suspensione ministrãtes in ordine remanent irregulares, vltra pęnas, quibus possunt castigari, & priuari beneficijs ab ordinarijs per quãdam extrauagantem Pij Secundi cuius recordati sunt Sotus, & Nauarrus, & confirmauit eam Pius Quintus: attenta qua constitutione ordinatus ante legitimam ætatem non potest ministrare in ordinibus susceptis accedens ad ętatem legitimam, cum sit ipso iure suspensus; & ideo est necesse quod prius absoluatur à suspensione. Et circa hanc extrauagantem debet notari primo, quod hæc suspensio non comprehendit etiã quo ad forum conscientiæ illum, qui bona fide & probabili ignorantia suæ ętatis ordinatus fuit, vt dicit Nauarrus; & ideo hic accedens ad ętatem legitimam, in qua potest recipere hunc ordinem, potest illum exercere sine alia dispensatione, qui vero praua fide ordinem suscepit ante legitimam ætatem, non solum est suspensus ab executione ordinis suscepti, sed etiam eius quẽ postea susceperit, postquam accesserit ad ætatem debitam, quia huiusmodi suspẽsio videtur priuare omninò vsu ordinis sacri absolute, vt colligitur ex eo quod dicunt DD. in extrauaganti loquente de hac materia. Secundo debet notari, quod ille, qui incidit in hanc suspensionem ministrans in ordine recepto bona fide putans esse illi licitum, non est irregularis, non solum quo ad forum interius, sed etiam quo ad exterius, si probet talem ignorantiam; & licet hi initiati ante legitimam ætatem remaneant suspensi, non desinunt gaudere priuilegio capituli, si quis suadente, & priuilegij fori, vt resoluit Nauarrus. Aduertatur que, quod qui susceperit ordines bona fide putans habere ætatem statim, ac fiat certior, quod non habet illam, non potest vti ordine suscepto, & si vtatur eo, remanet irregularis, vt dicit Medina, & colligitur ex Soto. Tertio debet notari, qđ dicta extrauagans solum debet intelligi de illis, qui initiantur ordine sacro, & non de illis, qui suscipiunt ordines minores, quia hi non incurrunt hanc suspensionem, vt resoluit Nauar. in quodam consilio. Quarto debet notari, quod hic qui suscepit ordines ante legitimam ætatem, licet remaneat suspensus ab ordine, non ideo amittit fructus beneficij, vt notat Nauarrus, quia per hanc trangressionem solum remanet suspensus ab officio.

4 Quinto debet notari, quod attenta ordinatione Concilij Tridentini, irre-

Cou in cle. si furiosus 1. p. nu. 4. Sot. in 4. d. 25. q. 1. n. 3. Na. in man. c. 25. nu. 70. cõstitut. Pij V hẽt in sanctio. eiusdem sanctio. 26. p. 97. Nau. in c. accepta oppositione 8. nu 32. de restitut. spol.

Na. c. 27 nu. 203.

Medin in sum. c. de disp. Soto in 4. d. 25. q. 1. ar. 2. ad fi.

Na li 5. cõsil de sent. excom. cõsil. 28. f. 608.

irregularitas contracta in casibus dictæ extrauagantis, si fuerit occulta, Episcopus potest in ea dispensare; Confessores vero approbati ab Ordinario in virtute bullæ cruciatæ non possunt absoluere a dicta suspensione, quia nec commissario generali cruciatę est concessa talis authoritas, vt constat ex commissione, quam concedit Sanctitas sua in particulari dicto commissario; vnde hoc considerato muto opinionem, quam olim tenui cũ Medina in explicatione cruciatę §. 4. vbi dixi posse confessarios absoluere ab hac suspensione non aduertens tunc ad id, quod dicebat bulla plumbea.

5 Sexto debet notari, quod ab irregularitate ob administrationem factam in dicta suspensione non possunt absoluere Confessarij virtute bullę cruciatę, quia Gregorius XIII. in quodam Iubileo, quod concessit anno primo sui pontificatus, negauit Confessarijs licentiam absoluendi ab ea approbans per hoc sententiã Nauarri affirmantis, quod Confessores, qui habent potestatem absoluendi a quacunque censura ecclesiastica, non habent facultatem absoluendi ab irregularitatibus, licet sint contractæ peccato, quia irregularitas in iure non est numerata inter censuras ecclesiasticas: dicitque hanc esse praxim curiæ Romanæ, & videtur bene, qui Clemens Octauus, in quodã iubilæo plenissimo, concesso anno primo sui Pontificatus, negauit Confessarijs expresse authoritatem absoluendi a dicta irregularitate; vnde puto hanc opinionem veriorem, & securiorem, quam contrariam quam nihilominus tenent homines docti, vt dixi in explicatione cruciatæ.

Nau. c. 27. n. 160 in fin.

6 Debet vltra notari circa dictum decretum dicti Concil. Trident. quod religiosi ordinum mendicantium initiati ordine sacro absque legitima ætate, quam petit Concilium Tridentinum, remanent suspensi, quia priuilegia, quibus poterant ordinari ante Concil. sunt iam reuocata ab eodem Concil. nec ad hoc valet illis quoddam viuæ vocis oraculum Pij V. in quo concessit omnia priuilegia concessa nostræ sacræ religioni regularis obseruantiæ quo ad forũ interius solum, licet essent contra Concilium Tridentinum, quia respondeo, quod hoc viuę vocis oraculum, licet sit in vsu quo ad alia, tamen ad hoc quod non est in vsu in nostra religione, potius est vetitum per capitulum generale Toletanum, quod religiosus accipiat ordinem sacrum ante ętatem requisitam a Concilio Tridentino, & patres Generales nostrę sanctæ religionis faciunt illud obseruari multo rigore castigantes eos, qui vel in somnis voluere facere contrarium. Et etiam, quia Sixtus V. in confirmatione nostrorum priuilegiorum confirmauit omnia viuæ vocis oraculo concessa nostræ sacræ religioni, & eius fratribus, nisi essent contra Concilio Tridentino, & licet per hoc non videatur reuocare ea, quæ sunt contra illud, sed relinquere ea in suo vigore sicut loquens in simili casu dixi in explicatione bullæ cruciatæ, non potest tamen negari quod Sixtus V. dicens hoc, innuerit nobis suam voluntatem esse, quod non vtantur dictis viuæ vocis oraculis, cum sint contra Concilio Tridentino, & hæc est mea opinio in hoc casu, nec valet dicere quod capitulum generale Toleti solum iubet, quod nullus religiosus suscipiat ordinem sacrum absque ętate, quam petit Concilio Tridentino, & non dicit, quod non vtatur nostris priuilegijs; quia ad hoc respondeo, quod nõ dicens; quod non vtantur priuilegijs, videtur illis renuntiare, cum loquendo de interdictis idem capitulum dicat, quod obseruentur priuilegia, quæ circa hoc sunt. Notaque, quod Henriquez dicit, quod Gregorius XIII. concessit patribus generalibus suæ sacræ religionis, vt possint præcipere suis subditis, vt suscipiant ordines extra tempora, & non habentes ætatem, quam petit Concilium Tridentinum, qua concessione dicit vti raro, & videtur quod ob cõmunicationem habeant eãdem facultatem patres Generales aliarum religionum, sed iam

Henriq. l. 10. lib. 14 de irregul c. 9. nu. 1.

in fine explicationis Bullæ cruciatæ declarans motum proprium Sixti V. qui loquitur de interstitiis, dixi, quomodo in ipso reuocatur istud, & similia priuilegia, vnde nunc non erit licitum eo vti, vt affirmauerunt mihi tamquam rem indubitabilem doctissimi viri, & magistri mei doctor Sahagun, & doctor bustos alter, primarius professor, alter vero lector decreti sacrorum canonum in vniuersi. Sal. 7. Cum eo qui caret ætate legitima ad ordines, solus Papa potest dispensare, vt ordinetur; nam cum ordinato ante ætatem, cum fuerit impleta ætas, potest dispensare Episcopus; immo non eget dispensatione super irregularitate, si ad illud vsque tempus ordine non fuit vsus; est enim potius suspensus talis, quam irregularis, ob susceptum ordinem. Vtcunque autem sit, sufficit Episcopi dispensatio, seu absolutio, si delictum est occultum, vt recte tradit Emmanuel Sà in suis Aphorismis ver. Irregularitas, ex corporis vitio.

De irregularitate, ex ordinis abusu. Cap. CLXV.

SVMMARIVM.

An religiosus, qui suscepit ordines ante ætatem, fiat irregularis vsurpans, in communitate locum sacerdotis cum ante actiua, & passiua, concl. 1. num. 1.

An, qui ministrat in ordine quem non habet, incurrat aliquam irregularitatem, concl. 2 num. 2

An Diaconus baptizans solemniter corã multis nescientibus hoc illi esse prohibitum sit irregularis concl. 3. nu. 3.

An celebrans Missam, cum non sit sacerdos, debeat tradi brachio seculari, & an supplicium eius delicti, pertineat ad officium inquisitionis, ibid.

An qui non est sacerdos baptizans solemniter in extrema necessitate, sit irregularis concl. 4. num. 4.

An sacerdos non existens Parochus fiat irregularis baptizans sine vlla necessitate aut administrans Sacramẽtum pœnitentiæ, Eucharistiæ, matrimonij, & extremæ vnctionis, ibid.

An Diaconus ministrans alteri sacramẽtum Eucharistiæ remaneat irregularis. ibidem

An sit irregularis subdiaconus, qui cum non sit sacerdos, dicit Euangelium super ægros. concl. 5. num. 5

An sit irregularis, qui ministrat ordinem in susceptione cuius omissum, fuit aliquis de substantia antequam suppleatur defectus. concl. 6. num 6.

An Episcopus possit dispensare in irregularitate contracta ob ministrationem ordinis non suscepti, concl. 7. nu. 7.

1 PRima Conclusio Religiosus qui suscepit ordines ante legitimam ætatem, remanet suspensus, & non incurrit irregularitatem vsurpans in communitate sedem sacerdotis, & habens vocem actiuam, & passiuam in electionibus, & alijs actibus, qui sine ordine sacro non possunt celebrari, quia licet hi sint actus ordinati ad ordinem sacerdotalem per statuta ordinis, non sunt tamen officia diuina; secundũ enim doctores communiter duo requiruntur, vt initiatus ordine sacro suspensus, aut excommunicatus incurrat irregularitatem exercens aliquos actus: Vnum est, quod actus sit officium diuinum; aliud est, quod sit deputatum alicui ordini certo, vt notat Nau. at sunt: - Na. c. 27
dicit actus non sunt officia diuina, sic e- nu. 144.
nim dicit Nauarr. in quodam consilio. Na. li. 1.
2 Secunda Conclusio. Qui solemni- consf. tit.
ter ministrat in ordine, quem non ha- de etate
bet, incurrit irregularitatẽ, sic enim di- & qual.
cit Nauarrus: vt tamen incurratur ea, ord. con
est necesse primo, quod exerceat actũ sil. 7.
dicti ordinis, quem non habet: secundo Na. c. 27
quod exerceat, acsi esset in ordine præ nu. 242.
dictus, vt si Diaconus exerceat officium Sacerdotis, acsi esset sacerdos. Hinc infertur, quod Diaconus q̃ Parocho suo præsente, & concedente illi licentiam ad illud, baptizat puerum bona fide solemniter, putans esse illi licitum, non

incurrit hanc irregularitatem, quia licet baptizare solemniter sit officium sacerdotis vt tractat Nauarrus, certum est, quod hic non exerceat illud tamquam Sacerdos, sed tanquam Diaconus putans esse illi licitum, sic enim dicit Nauarrus in quodam consilio affirmans hoc esse verum non solum in foro conscientiæ, sed etiam in foro exteriori probans dicto Diacono fuisse licitum baptizare cum solemnitate de licentia Parochi. Secundo infertur esse irregularem Diaconũ, qui facit hebdomadam solemniter, vt sacerdos in choro; & etiam est qui facit officium feriæ sextæ in parasceue extrahens hostiam a sacrario & administrans sacramentum, cum non sit sacerdos, quia licet nullus horum actuum sit Missa, sũt tamen actus sacerdotis: non est vero irregularis qui exercet solum actus ordinum minorum, quia consuetudo admisit, quod hos laici exerceant. Tertio infertur, quod Diaconus, licet sit Cardinalis baptizans solemniter remanet irregularis, vt resoluunt Nau. Sotus, & Ledesma: dicens, quod licet baptizet sine solemnitate remanet irregularis.

Nau de or. ca. 6. n. 1. 4. Na li. 5. consi. tit. de sent. exc cõs. 70 fol. 632.

Na. c. 22 n. 7. sot. in 4. d. 4 q. vnic. ar. 3. cõs 1. Ledes. in 4. q. 8. a 2. in fi.

5 Tertia Conclusio. Diaconus, qui baptizat solemniter coram multis exercens hunc actum tamquam sacerdos nescientibus illis esse illi prohibitum, & si aliquis scit esse illi vetitum, non scit tamen de irregularitate, quam incurrit per hunc actum, potest dispensari ab Episcopo in hac irregularitate. Nec obstat, quod non oritur a delicto occulto, prout ordinatum est in Concilio Tridẽtino, vbi dicitur, quod solum potest Episcopus, aut eius Vicarius dispensare in irregularitatibus, aut suspensionibus, quæ nascuntur ex delicto occulto: quia respondeo quod nulla existente fama huius irregularitatis habetur pro occulto, & etiam, quia actus dispensandi licet debeat interpretari stricte, vt dicitur in iure, potestas tamen ad dispensandum est fauorabilis, & debet ample interpretari secundum doctrinam, quam resoluit Felynus. Notaque quod non existẽs sacerdos celebrans Missam debet tradi brachio sæculari, vt ordinauit Paulus Quartus, 7. Februarij 1559. & tradit Maiolus, & officium sanctæ Inquisitionis reseruat iam sibi hoc delictum ad puniendum illud.

Cõc. Tr. sess. 24 c. liceat Episcopis de reform.

c. 1. & 2 de filijs presb. l 6. Fel. in c. postulasti de rescript.

Maio. li. 4. de irr. c. 13. n. 1

7 Quarta Conclusio. Qui non est sacerdos baptizans solemniter in extrema necessitate est irregularis, vt tenet Sotus; & videtur, quod Nauarr. sit huius opinionis, & probatur, viso quod in iure non solum imponitur pęna irregularitatis contra vsurpantes officium baptizandi, sed etiam contra eos, qui non initiati ordinibus sacris exercent aliquod officium diuinum; baptizare autem solemniter est officium diuinum vt dicit Diuus Thomas. Ex dictisque colligitur cum Ledesma non remanere irregularem sacerdotem, qui non existens Parochus, nec habens iurisdictionem sine vlla necessitate baptizat, quia de iure solum est irregularis, qui exercuit aliquem actum ordinis, quem non habebat, non vero, qui exercent actum iurisdictionis quam non habet, qui autem baptizauit, iam supponimus esse sacerdotem; & eadem ratione non est irregularis sacerdos, qui non habens iurisdictionem exercet sacramentum pęnitentiæ, & extremæ vnctionis, & matrimonii, & Eucharistiæ. Verum est tamen, quod religiosi qui sine licentia exercent hos actus remanent ipso facto excommunicati, & administrantes eos existentes excommunicati remanebunt irregulares. Ex dictis colligitur, quod Diaconus qui de licentia Parochi tacita, aut expressa administrat aliquibus Eucharistiam sine necessitate, licet peccet, non remanet irregularis, quia exercet actum ordinis, quem habet, secundum ius diuinum, licet ius positiuũ vetuerit diaconũ administrare Eucharistiam, & etiam Siluester, vult liberare Diaconum in hoc casu a peccato, de quo ego non excusarem illum cum trãsgrediatur ius quoddam tam notum omnibus, & quod ipse ratione ordinis sui tenetur scire.

Sot. in 4 d. 4 q. vnic. a 3. concl 1. Nau c. 22. nu. 7 casib. de clerico. non ordin. ministr.

D. Th 3 p. q. 67. art. 3. ad 2.

Led. 14. q 8. ar. 2 in fi.

Sil. ver. diac. n. 4

5 Quinta

5 Quinta Concl. Subdiaconus, qui dicit euangelia super ægros, non est irregularis; quia non incurritur irregularitas ex eo, quod exerceat initiatus ordine sacro aliquem actum deputatum ordini sacro, cuiuscunque modi sit, sed ob celebrationem huius actus in ordine ad celebrandam Missam cum stola, & reliquis cęremonijs, quas Rituale ponit in actibus cuiuscunque ordinis, vt dicunt Angelus, & Siluester.

Ang. verbo irregul. nu. 38.

6 Sexta Conclusio. Incurrit irregularitatem, ille qui ministrat in ordine, quē non habet, quo ad substantiam; quia si in receptione alicuius ordinis relictum fuit aliquid, quod non erat de substantia, siue essentia, non erit irregularis ministrans in hoc ordine, antequam suppleatur defectus, vt tenet Siluester, & Nauarrus, debetque aduerti cum Soto, q̄ qñ relinquitur aliquid, quod sit alicuius momenti, & principale (sicut est impositio manuum Episcopi, & vnctio manuum sacerdotis) tunc necessarium est, vt suppleatur; quando vero, quod relinquitur est parui momenti, sicut si sacerdos non recitauit simul cum Episcopo Canonem, licet peccauerit omittens hoc, non tenetur tamen supplere, vt affirmat Sotus.

Silu. eo. ver. q 12 ad fin. Silu. vbi sup. Nau. ca. 27 num. 224 ī latin. & ī vulgar. nu. 243. Soto ī 4 d. 1. q. 5. art. 6 §. quocirca, & d. 24. q. 1. art. 4.

7 Septima Conclusio. Cum irregularibus, qui ponuntur in hoc capite possūt Episcopi dispensare, vt vtantur ordinibus susceptis, quod videtur procedere, licet delictum commissum sit manifestum; non poterit tamen dispensare cū eis, vt possint suscipere reliquos ordines, qui desunt illis, vt dicūt Silu. & Nauar. & nunc post Conc. Trid. poterunt Episcopi dispensare cum omnibus suis in hoc casu, si delictum sit occultum, & nō deductum in iudicium.

Silu. vbi sup. q 12 in fin. Nau. ca 21. nu. 143. ī vtroq. manual.

De irregularitate, quæ nascitur ex reiterato baptismo, & confirmatione. Cap. CLX.

SVMMARIVM.

An rebaptizati sint irregulares, conclu. 1. num. 1.

An sit irregularis ille, qui sciens aliquem esse baptizatum baptizat iterum illum, concl. 2. num. 2.

An sit irregularis, qui baptizat sub conditione, concl. 3. nu. 3.

Quis possit dispensare in hac irregularitate, concl. 4. num. 4.

An sit irregularis, qui recipit bis sacramentum Confirmationis, concl. 5. nu. 5.

1 PRima Conclusio. Rebaptizati sunt irregulares, & ideo non possunt suscipere ordines, vt definitum est in iure, & non solum in principio, quando rebaptizantur, sed etiam postquam peruenit ad eorum notitiā, & ratum habent, gaudentque esse iterū baptizatos, vt dicit Siluester, & Ioannes Tabien. & hoc est adeo verum, vt licet aliquis sit rebaptizatus imposito ei metu cadente in virum constantem ligatis pedibus, & manibus, remaneat irregularis, vt post alios tenet Maiolus.

ca. quib. de cō. e. cr d. 4. Silu. verbo irreg. q. 4. Tab. verbo dispēsa. nu. 13 vers. 14. Maiol. libro 3. de irreg. c. 14.

2 Secunda Conclusio. Irregularis est ille, qui sciens aliquem esse baptizatum baptizat illū iterum, & illi, qui seruiunt ei in hoc ministerio, sicut sunt illi, qui faciunt officium acolyti, subdiaconi, aut diaconi, & compatres assignati secundum Concil. Trident. vt tenet Maiolus, nec potest quispiam dispensare in hoc impedimento, nisi solus Papa; & qui ab eo habuerit ad hoc authoritatem, vt dicit Ioannes Tabien.

Maiol. vbi sup. num. 6. Tab. vbi sup n. 13 vers. 14.

3 Tertia Conclusio. Non incurrit hanc irregularitatem, qui rebaptizat sub conditione (Si non es baptizatus, ego te baptizo) hoc enim dicit Nauarrus, affirmans, quod qui facit hoc prius, quam faciat debitam diligentiam indagando, an sit baptizatus, non peccat mortaliter, sed nec remanet irregularis putans non esse baptizatum: qui fallitur in hoc, quia solum ignorantia inculpabilis potest excusare à peccato in hoc casu ab irregularitate, vt dicit Sotus, cuius opinionem contra Nauar. dicit esse communem Corduba. Estque notandum, quod rebaptismus cū conditione, vt sit licitus; est necesse, quod sit multum

Nau. ca. 27. nu. 146. Soto ī 4 d. 3. q. 1. art 9. Cord. ī cāl. q. 37

tum dubium, si fuerit baptizatus ille quem volunt rebaptizare, & dicunt homines docti, quod ille, qui post diligentem inquisitionem remanés dubius de baptismo pueri, si rebaptizat illum sine conditione illicite, non remanet irregularis; quia non debet haberi aliqua res pro iterata, quando dubitatur, si est facta, & etiam quia in foro conscientiæ sufficit, quod interius baptizet cum dicta conditione, licet non exprimat illud verbis, quod accidit in hoc casu. Ex quo sequitur quod Parochus qui scit, quod puer fuit baptizatus sine solemnitate in domo patris sui vrgente necessitate, non potest illum rebaptizare sub illa conditione, & faciens contrarium erit irregularis, vt expresse dicitur in Catechismo Pij Quinti. Sequitur etiam quod ille, qui rebaptizat sub conditione filios infidelium non remanet irregularis ignorans, an sint baptizati, quia hæc ignorantia est iusta, ita vt sit dubiũ sufficiens ad iterandum hoc sacramentum, vt post alios tenet Maiolus.

Cat. Pij V. de bapt. c. de fructu baptismi, i fine.

Maiol. vbi sup. c.14 n.4

4 Quarta Conclusio. In hac irregularitate contracta culpa baptismi iterati solus Papa dispensat, vt dicunt Doctores communiter, aut rebaptizet scienter, aut ignorantia culpabili, vt dicit Sotus, & Moderni; si vero hæc culpa procedit a delicto occulto, etiam dispensat Episcopus per Cõcilium Tridentinum sess. 24. cap. 6. de reform. & habetur pro occulto, licet rebaptismus sit publicus, si ratio culpæ est occulta; & ideo si excommunicatus occulte celebrat publice coram populo, remanet irregularis ratione delicti occulti: & per consequẽs irregularitas est occulta; vnde si aliquis clericus iuste est accusatus, quod rebaptizauit, sed liberatus se testibus falsis, poterit in hoc casu Episcopus dispensare, vt sentit Nauarrus, & Couarruu. dicitque Henriquez tenuisse hanc opinionem Guerrerum Archiepiscopum Granateñ. consulta re cum hominibus doctis.

Nau. ca. 27 nu. 243 §. 1 ad fin. Couar. i cle. si furiolus, 1.1. § 3.

5 Quinta Conclusio. Ille, qui recipit bis sacramentum Confirmationis, aut administrat, est irregularis, vt tenet Sotus, quem sequitur contra alios Couar. dicitque esse communem Nauar. Aduertitque Salzedus, quod in casu tam graui, in quo agitur de pena non conuenit discedere ab hac opinione, quam cum Scoto defendit docte Alphonsus de Castro.

numero 4. vers hoc i sũ. Henriq. 2.10. li. 14 de irreg c.4. num. 5. Scot. in 4.d.7.q 5. Cou. in cle. si furiol. 1.p. in prin. num. Nau. d. c.27.nu. 247. Salz. in prac.crimiu. ca. 15.p.39. Castr. li. de le. pé. c.7.

De irregularitate, quæ oritur ex administratione Sacramenti facta à censuris irretitis.

Cap. CLVII.

SVMMARIVM.

An irretitus aliqua censura duabus de causis, debeat mentionem facere vtriusque causæ, & dispensetur, & absoluatur a censuris concl. 1 num. 1.

An, qui celebrat cum Episcopo, quando accipit ordinem existens suspensus, remaneat irregularis, concl. 2. num. 2.

An excommunicatus in Hispania absolutus à Nuntio Apostolico, qui dixit habere authoritatem, cum non haberet, sit irregularis celebrans, concl. 3. num. 3.

An clericus excommunicatus suscipiens aliquem ordinem sacrum remaneat irregularis concl. 4. nu. 4.

An sit irregularis pensionarius excommunicatus ob non solutam pensionem, concl. 5. num. 5.

An Parochus occulte excommunicatus sit irregularis administrans sacramenta suis subditis concl. 6. num. 6.

An, si præcipiat aliquis Prælatus regularis suo subdito, quod non suscipiat ordines, aut quod non ministret in susceptis, sit irregularis contrauenients huic præcepto, concl. 7. nu. 7.

An iuste excommunicatus celebrando fiat irregularis, concl. 8 num. 8.

An iuste excommunicatus recitans officiũ extra Chorum, & subdiaconus cantans epistolam sine manipulo, fiant irregulares ibidem.

An dictus recipiens sacramentum, aut admini-

ministrans sit irregularis, ibidem.

An clericus excommunicatus absoluens aliquem in articulo mortis sit irregularis. conclus. 9. num 9.

An clericus, qui est excommunicatus excommunicatione nulla, valida facta appellatione ab ea, sit irregularis ibid.

An Episcopus, qui concedit licentiam alicui excommunicato, vt celebret Missam coram eo sit irregularis, concl. 10. num. 10.

An clericus excommunicatus excommunicatione minori celebrans sit irregularis conclus. 11. num. 11.

An sit irregularis clericus celebrans officia diuina in ecclesia: cuius ingressus est illi prohibitus, conclus. 12. num. 12.

An, qui celebrat tempore cessationis à diuinis sit irregularis, conclus. 13. numero 13.

An qui dicit Missam, existens suspensus ratione alicuius vitij corporalis, incurrat nouam irregularitatem, conclus. 14. num. 14.

An, vt incurratur irregularitas ob celebrationem factam in excommunicatione sufficiat ignorantia crassa, concl. 15. num. 15.

An Episcopus possit dispensare in irregularitate, quæ oritur ex delicto occulto posito postea in iudicio, & punito, conclus. 16. num 16.

1 PRima Conclusio. Qui est excommunicatus suspensus, aut interdictus, duabus de causis celebrãs incurrit irregularitatem, & ideo vt absoluatur, oportet, vt faciat mentionem vtriusque causæ, quia si faciat mentionẽ vnius solum, non erit dispensatus, & minus erit dispensatus, si incurrat duas irregularitates, vt tenent aliqui, quia vna irregularitas non potest tolli sine alia, quod tenet verius & securius Nauarrus in quodam consilio. [Nau li. 5. consil. titu. de sent. ex cõ. cons. 72.]

2 Secunda Conclusio. Certum est, quod qui celebrat sciens, quod sit excõmunicatus, fit irregularis, & eandem irregularitatem incurrit ille, qui initiatus ordine sacro ante legitimam ætatem, aut extra tempora ordinata à iure, aut sine litteris dimissorijs administrat in ordine, quem recipit, quòd quidẽ procedit, licet celebret cum Episcopo, quãdo suscipit ipsum ordinem; hãc opinionem quoad vltimam sui partem tenet Salzed. contra Medinam in summa, dicens quòd sic affirmauere in vniuersitate Complutensi homines docti, inter quos fuere Pater Deza, & Pater Gabriel Vasquez religiosi societatis Iesu: quod probatur, quia verè hic qui celebrat cum Episcopo consecrat, & efficit actum, qui sine ordine sacerdotali non potest fieri, vt dicit D. Tho. & Nauarr. quò ministerium non potest exercere cum sit suspensus secundum ius; nec obstat, quod si non celebrat cum Episcopo causabit scãdalum, quia hoc sibi debet imputare, cum accesserit ad suscipiendum ordinem sacrum sciens, & scire debẽs, quòd suscipiens fiebat suspensus. Henriquez tamen defendit Medinam dicens verum esse, quòd hic, qui celebrat cum Episcopo non remanet irregularis, quia celebrans cum Episcopo habet suam pęnam suspensionis, scilicet ordinis, & per vnum, & eundem actum, licet habeat duas malitias morales non incurrit in duas pęnas, & ideo ille cui præcipitur sub excommunicatione latæ sententiæ, quod non celebret Missam, celebrans prima vice licet remaneat excommunicatus, non incurrit irregularitatem, vt tenent Syluester, & Maiolus, quod videtur mihi debere se qui ob dictam rationem, & vt liberetur pęnis, quod debet procurari in foro exteriori, immo etiam, & in interiori, si sit ratio sufficiens ad illud. [Med. in sum. fol. 49.] [Salz. vbi supra ca. 26 p. 99.] [D. Th. in 4. d. 13. q. 1. ar. 1. Cou. in c. Alma mater, 1 p. c. 3. n. fin.] [Syl. irregul. § 13 vers. 2. Maiol. l. 3. de irregul. c. 18 nu. 5.]

3 Tertia Conclusio. Excommunicatus in Hispania ob aliquo Auditore Rotæ ratione cuiusdam debiti, cum quo debebat respondere in Hispania soluẽs illud Nuntio, qui absoluit illum dicens habere authoritatem, non remanet irregularis celebrans, quia legati Sedis Apostolicæ solent habere hanc authoritatem saltem limitatam ad tempus in similibus casibus ob absentiam eius, qui

qui excommunicauit, ad quem de iure pertinet absolutio, vt colligitur ex ipso iure, & tradit Nauarrus, & etiam quia Nuntius affirmauit habere illam authoritatem, cui debet præstari fides; quod confirmatur, quia Episcopi qui non habent tantam authoritatem, sicut legati Apostolici, solent absoluere ab excommunicatione à iure, vel ab homine reseruata Sedi Apostolicæ, quando per ægritudinem, aut aliam causam legitimã non possunt excommunicati ire ad Pontificem pro absolutione, vt colligitur ex ipso iure, & qui est in Hispania, habet iustam causam impedimentumque ob magnum periculum, quod est in itinere Romæ, sic enim dicit Nauarr. in quodam consilio.

c eos. §. idem statuimus, de sent. excom. Nau. in Man. ca. 27. n. 46.

4 Quarta Conclusio. Clericus excommunicatus suscipiens aliquem ordinem sacrum remanet irregularis, & si eius peccatum sit publicum, & irregularitas etiam publica, solus Papa potest cum eo dispensare, quòd procedit, si sciat, quod sit excommunicatus, aut saltem si ignorãtia crassa id ignoret, quia si ignorantia non fuit crassa, sed probabilis, Episcopus poterit cum eo dispensare; dicitque Castrus, quod in hoc non est necessaria dispensatio; quam opinionem tamquam falsam reprobat Salzedus. Dixi alicuius ordinis sacri, quia qui existẽs excommunicatus suscipit ordines minores, non remanet irregularis, vt defendit Nauarrus, quam opinionem tenet Sotus, debetque teneri, licet Nauarrus teneat contrarium in Manuali, & hoc procedit efficaciori ratione in prima Tonsura, quia prima Tonsura non est ordo, vt dicetur in verbo, ordo. Dixi si delictum & irregularitas sint publica, quia hodie, siue sit scientia, siue ignorantia Episcopus potest dispensare, si delictum sit occultum, vt dicitur in Cõcilio Triden. Estque delictum occultum, quando excommunicatio est secreta, licet celebratio sit publica, sic enim decretum fuit in sacro prætorio pœnitentiario, vt affirmant Nauarrus, & Salzed.

Nau li. 5 consi tit. de sent. exc. cõs. 18. f. 597

Cast. l. 2 de le. pœnal c. 15 Salzed ĩ prac. cr. ca. 13 p. 51. col. 1 Nau li. 5 cons. tit. titu. de sentent. exc. cõs. 28 f. 608 Sot in 4 d. 25. q. 1 ar. 3. col. 7. in fi. Nau. in Man. ca. 25. n. 72. Concil. Trid. ses. 24 c. 6. Nau ca. 27. n. 2. 1 Salz. vbi sup.

5 Quinta Conclusio. Non est irregularis pensionarius excommunicatus, si non soluit pensionem intra certum tempus, si celebrauerit ante solutionẽ transacto tempore; quia antequam, qui excommunicat, declaret velle, vt incurratur, non incurrit eam, si vero declaret, velle quod vere incurrat dictam excommunicationem incurrit quidem eam à termino trãsacto; & ideo si ante finem eius termini, & declarationem Iudicis soluat pensionem, aut moriatur pensionarius, cui pensio debebatur, non est visus incurrere in eam, vt dicit Cassiodorus fatens sic obseruari Romæ, cuius opinionem sequitur Nauarrus.

Cassiod. dec 1. n. 3. tit. de loc.

6 Sexta Conclusio. Parochus occulte excommunicatus potest administrare sacramenta suis subditis sine peccato, nec incurrit irregularitatẽ existens probabiliter certus, quod non administrãs illis manifestabitur peccatum suum occultum, sic enim resoluit Nauar. quod intelligitur, si prius faciat pœnitentiam peccati sui mediante contritione, vt infra dicetur.

Nau in Man. ca. 23. nu. 104.

Nau. d. c. 27. nu. 239. & de orat. c. 22. n. 7 Et infra c. 166. n. 1.

7 Septima Conclus. Si aliquis prælatus regularis præcipit subdito suo, nòtorio aliquo mãdato, quod non suscipiat ordinem, aut quod non ministret in ordinibus susceptis pro quodam delicto occulto eius, quod scit extra confessionem, licet aliqui dixerint, quod pro hoc remanet suspensus, aut interdictus, & per consequens, quod receptis ordinibus, aut ministrans in illis remanet irregularis, contrarium nihilominus debet dici, nisi in casu, quod id præcipiat illi sub censura, vt resoluit Nauar. quem sequitur Henriquez, quia in hoc casu per primum actum, quo ministrauerit remanet irregularis, vt tenet Medina, & est opinio Syluestri.

Nau. li. 5 cons. tit. de sent. exc. cõs. 62. Henr. 2. to. li. 10. de irreg. c. 5. nu. 2 Med. in sum. ca. 11. nu. 8

8 Octaua Conclusio. Qui iuste fuerit excommunicatus celebrans remanet irregularis, vt post alios tenet Caietanus, Driedus, Sotus, & Couarruuias, & idem est, si celebret alium actum competentem ordini sacro, vt post alios tradit Salzedus, & Nauarr. Vnde infertur, quod

Caiet. 2 2. qu. 70 art. 4.

quod non contrahit hanc censurã qui recitat horas Canonicas extra chorum, & responsoria in sepulturis mortuorũ, quia hoc etiam faciunt, qui non habẽt ordines sacros. Infertur etiã, quod subdiaconus excommunicatus dicens Epistolam, sine solemnitate, hoc est sine manipulo non remanet irregularis, quia hoc modo etiam cantat Epistolam, qui non habet ordinem subdiaconatus: nec est irregularis suspensus, & interdictus, aut excõmunicatus, qui recipit aliquod sacramentum, quia etiam sæculares recipiunt sacramenta, est vero irregularis sacerdos, qui existens excommunicatus, aut suspensus administrat sacramẽtum Eucharistiæ; licet non dicat Missam, quia hic est actus deputatus ordini sacro. Ex dictis infertur, quod suspensus à receptione sacramentorum, licet peccet mortaliter recipiens dicta sacramenta, non remanet irregularis, quòd procedit licet dicat Missam pro communione, quia non est suspensus à celebratione, sed à communione. Aduertaturque quod initiatus ordinibus minoribus exercens aliquem actum dictorum ordinum, licet faciat cum solemnitate, non remanet irregularis, vt tenet Nauarrus cum alijs, & consuetudo sic admisit. Nau. ca. 27. nu. 163.

9 Nona Conclusio. Clericus excommunicatus absoluens aliquem in articulo mortis non est irregularis, vt post alios tradit Nauarrus, & Salzedus. Nec est irregularis qui celebrat existens excommunicatus excõmunicatione maiori nulla, vt cum communi tenet Couarr. & Nauar. Verum est, quod peccaret mortaliter celebrans cũ magno scandalo, vt post alios dicit Salzedus. Nec est irregularis clericus, qui post appellationem à sententia declaratoria excommunicationis pronuntiata contra eum celebrauerit putans, quod appellatio sit valida, licet postea pronuntietur sententia contra eum. Nau. ca. 27. n. 271 §. 7. Salz. vbi sup. pag. 202. Cou. vbi supra §. 7. nu 7 Nau. ca. 27. nu. 4 Salz. vbi supra c. 33. pag. 109. col. 1.

10 Decima Conclusio. Irregularis est, qui concedit licentiam, vt celebret aliquis excommunicatus, vnde remanet irregularis Episcopus, qui audit Missã ab excommunicato sciens, quod sit excommunicatus, vt dicit Couarruuias, & Nauarrus, & idem affirmat Nauarrus debere dici de dominis temporalibus, quãdo audiunt Missam ab aliquo, quem sciũnt esse excommunicatum denunciatum. Verum est tamen, quod homines docti dubitant de hoc, quia in nullo decreto Canonico imponitur pœna irregularitatis Episcopis, & dominis temporalibus in hoc casu, si dicti Episcopi non sint excommunicati. Cou. vbi su. §. 6. nu. 9. Nau. vbi supra nu. 244.

11 Vndecima Conclusio. Clericus excommunicatus excommunicatione minori celebrans non incurrit irregularitatem; quia illi non est prohibita administratio actiua sacramentorum, & si passiua est illi prohibita, hoc non pertinet ad aliquem actũ ordinis sacri; quia etiam sæculari ligato eadem censura est prohibitum idem, & ideo dico, quod solum peccat mortaliter recipiens sacramentum, & peccát venialiter administrans illud, vt dicunt Couarr. Sotus, & Nauarrus.

12 Duodecima Conclusio. Illi, cui est prohibitus ingressus ecclesiæ, per consequens est etiam prohibita celebratio diuinorum officiorum in ea, vnde celebrans illa secundum ordinem, quem habuerit, remanet irregularis, vt definitũ est in iure; quod procedit, licet celebret in ecclesia non consecrata, vt tenet Syluest. si vero celebrat in oratorio, quod non est ecclesia, non remanet irregularis, & multo magis si celebrat extra ecclesiam, vt dicit Innoc. sequutus à multis; & interdictus ab ingressu vnius ecclesiæ potest celebrare in alia, vt cum communi tenet Couarruuias. Et nota, quod sicut ille, qui celebrat in ecclesia interdicta, remanet irregularis, sic etiam remanet qui celebrat in altari interdicto, vt resoluit Nauarrus in quodam consilio. c. is cui de sent. exc. li. 6. Syl. ver. interd. 6 c. 5. Nau. li. 5. consl. titu. de sent. excom. cõs. l. a.

13 Decimatertia Conclusio. Ex eo quod quis celebrat tempore cessationis à diuinis, licet sit generalis, non incurrit irregularitatem, vt post Syl-

bestrum

uestrum resoluit docte Sotus,& Nauarrus. Si vero celebrat portis apertis, ego non excusarem illum ab hac pęna ob multa pericula, quæ sunt in hoc impedimento considerans etiam mentem canonum prohibentium fractionem censurarum ecclesiasticarum, licet cessatio à diuinis non sit censura, vt resoluunt Couarruuias,& Maiolus.

14 Decimaquarta Conclusio. Suspensus ab aliquo officio, aut actu alicuius ordinis ecclesiastici, licet sit à iure ratione alicuius vitij corporalis, & non ob aliquod delictum celebrans Missam nõ incurrit aliquam nouam irregularitatem vltra eam, quæ comprehendit cum ratione defectus corporalis, Hinc infertur, quod illegitimus qui suscipit ordines, & celebrat non incurrit nouam irregularitatem, vt cum alijs tenet Couarruuias commendans hanc doctrinam. Notaque, quod ille qui celebrat in ecclesia polluta, non remanet irregularis, vt cum communi dicit Nauarrus, & Couarr.

Cou. in cle. si furi. 1. p. §. 2 nu. 3.

Nau. ca. 27. n. 34.

15 Decimaquinta Conclusio. Vt excommunicatus exercẽs aliquem actum ordinis sacri incurrat irregularitatem, sufficit, quod faciat illud ignorãtia crassa, supina, aut erronea; quia hoc modo administrat hunc actum cum contemptu materiali,& interpretatiuo, qui vt habeatur, sufficit dicta ignorantia, vt resoluit Couarruuias.

In c. Alma mater, 1. p. § 17. nu. 6.

16 Decimasexta Conclusio. Licet Episcopus possit dispensare in irregularitate, quæ nascitur ex delicto occulto, prout ordinat Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. de Reform.& per cõsequens potest dispensare in his irregularitatibus, si sit delictum occultum: hoc tamen debet intelligi, nisi hoc delictum occultũ postea sit positum in iudicio, licet sit punitum, licet parti sit satis factum, cùm Concilium generaliter vetet Episcopis, quod dispensent in illis positis iam in iudicio; & non distinguente lege non debemus nos distinguere sine sufficienti fundamento ad illud vt aduertit Gutteres contra aliquos Theologos, qui dicebant, quod delicto posito in iudicio, & punito, parteque satisfacta poterat Episcopus dispensare.

De Irregularitate quæ incurritur per homicidium, aut mutilationem membri humani.

Cap. CLXVIII.

SVMMARIVM.

Qualis debeat esse mutilatio alicuius membri, vt aliquis maneat irregularis, numero 1.
An sit irregularis, qui dedit alicui vulnus in faciem, ibid.
Per membrum corporis quid intelligatur, ibidem.
An mutilans digitum sit irregularis, ibid. num. 2.
An testiculus, dens, auris, sit membrum, ibidem.
An pars solum deseruiens ornatui corporis, aut custodia membri sit membrum, ibidem.
An deformans alium, & deformatus fiant semper irregulares, ibid.
An vbera in mulieribus sint membra, ibidem, num. 3.

QVia irregularitas incurritur per homicidium, aut mutilationem membri humani videamus significationem horum verborum. 1

Ad explicationem cuius notandum est primo, quod mutilatio membri intelligitur in hac materia, incisio totalis membri; vnde quando aliquis alteri debilitat membrum, non incurrit irregularitatem; quia licet membrum debile remaneat inutile ad exercendas suas operationes, non desinit esse verum mẽbrum,& vtile ad ornatum corporis; certum autem est, quod pęnæ debent interpretari benignè, vnde cum ius faciat irregularẽ illum, qui mutilauit aliquod membrum, non debet extendi hoc ius ad illos, qui solum debilitant, & ideo

ille

ille, qui defor mauit faciem, aut oculos alicuius non auferens eos in totum, nõ est irregularis, quidquid dicat Siluester; videaturque Couar. in hoc casu, & Nauarrus, qui defendit in quodã consilio, quod qui inflixit vulnus in faciẽ alterius publico, ita vt remanserit defor mis vulneratus, non remanet irregularis. Verum est tamen, quod cum Siluestro tenet Salzedus in sua practica criminali, à quibus discedo ob rationem supradictam. Secundo debet notari ad intellectum irregularitatis, in quam incurritur ob mutilationem alicuius mẽbri, quod per membra in hoc casu intelliguntur illa membra, quibus corpus mouetur, & iuuatur, habentibus illis vnumquodque suum officium distinctum, vt oculus videt, auris audit, pedes ambulant, lingua format vocem, sic enim explicant Couarruu. Nauar. & Salzedus.

Sil. ver. homi. 3 nu. 4. Coua 3. p. relec. clemẽ. si furiosus initio numer. v l. Nau. ca. 27. nu. 207 & l. 5 consil. consil. 10. tit. d' homic. Salze. in practica ca. 99 p. 329. Coua. vbi supra num. 8 Nau d. c. 27 nu 206. Salz vbi supra Caiet. 2. 2. q. 65. art. 1. Soto li. 5. de iustit. q. 2. art. 1. Cou vbi sup. nu 8 Nau. in vtroque Man. ca. 26. n. 16.

2 Ille, qui mutilat sibi digitum, non est irregularis; hoc corollarium est contra Caietan. quem sequitur Sotus, qui innitentes huic doctrinæ, quod membrum in hac materia significat non solũ partem habentem suum particulare officium distinctum ab alijs, vt dictum est, sed etiam partes partiales, quæ adiuuãt cum his partibus totalibus, vt sunt digiti, qui adiuuant manus, cum sine illis non possint manus aliquid facere, tenent, quod qui mutilat digitum, est irregularis; sententia vero nostri corollarij debet teneri, quam sequitur Couarru. & Nauar. quia digitus non est proprie membrum, nec est mẽbrum quæcunque alia pars, quæ solum adiuuat ad actum principalem, ad quam destinatur membrum, licet hæ partes minus principales habeant suas actiones, & particularia officia; vnde non est membrum testiculus, nec dens, qui coadiuuat ad incidendum cibum, & multo minus erunt aliæ partes, quæ solum deseruiunt ornamento decentiæ, ac custodiæ membri, vnde mutilare auriculam non efficit irregularem, quia licet auris sit membrum, caro tamen eius remanente organo sano potius pertinet ad pulchritudinem auris, quam ad potentiam audiendi. Verum est tamen, quod ille, qui remanet mutilatus aure, erit irregularis ob deformitatem. Nec concludit ratio Caiet. & Soti dicentiũ, quod vnusquisque digitus habet particulare ministerium, quod exerceat, quia etiam extremitates pollicis, & indicis seruiunt ad pingendum, & sonandum, & fatetur idem Caietanus, quod mutilatio eorũ non efficit irregularitatem, nec potest dici, quod sonare sit proprium officium digitorum, sed manuum, quæ adiuuantur cum illis. Nec obstant iura, quæ Caieta. allegat pro sua parte, quia quod in illis definitum est, quod qui habent mutilatos digitos, aut aures, sunt irregulares; hoc enim ego etiam fateor; & ideo dico, quod potest quis facere aliũ irregularem, & ipsum non remanere irregularem, sicut accidit in illo, qui mutilat digitos alteri, aut infligit vulnus in faciem, aut debilitat notabiliter manũ, quia qui hoc facit non remanet irregularis; & qui remanet deformis, remanet irregularis ratione vitij corporalis, quo remanet deturpatus: & econtra potest accidere, quod qui incidit membrum, sit irregularis; & cui est incisum nõ remaneat irregularis, sicut accidit, quãdo quis amputat alteri membrum genitale sine culpa aliqua patientis, cum remaneat irregularis non remanente irregulari patiente, licet careat membro sine culpa, nec ob hoc remanet deformis.

3 Vbera, seu mammæ, contra Couarruuiam, & Salzedum in mulieribus sũt membra, sic enim tenet Baldus, & probatur, quia vnaquæque harum partiũ habet particularem, & proprium actũ, scilicet præbere lac, quod proprie exercet, vt vnusquisque oculorum exercet actum videndi; quam opinionem sequor nunc in hac impressione ob rationem supradictam, licet in impressionibus præteritis tenuerim contrarium, non aduertens tam radicitus rationem ipsam.

Bal. in l. data opera n. 75 qui accusare nõ possunt.

Et reciperem opinioné Couarruuias, & Sal-

& Salzedi, quando per vbera intelligerent papillas vberum, quæ seruiunt actui lactandi, inde enim lac sugitur.

De Irregularitate ex mutilatione, aut homicidio iuste facto. Ca. CLXIX.

SVMMARIVM.

An irregularitas ex mutilatione, aut homicidio iuste facto incurratur sine peccato, num. 1. & quot modis quis possit iuste occidi, & mutilari, ibid.

An ministri iustitiæ condēnantes ad mortem sint irregulares, concl. 1. nu. 2.

An, qui vendunt instrumenta, quibus homines occidunt alios, sint irregulares, concl. 2. num. 3.

An sit irregularis Confessarius, aut vir doctus interrogatus in causa mortis, ex cuius responsione sequitur denunciatio & mors rei ibid. num. 4.

An Confessarius sit irregularis negans absolutionem iudici, nisi statuat condemnare reos. & ob id sequitur mors ibid.

An sint irregulares ecclesiastici, qui constituunt in suis iurisdictionibus Iudices sæculares, vt cognoscant de causis criminalibus concl. 4. nu. 5.

An remaneat irregularis iudex, qui putās condemnare Petrum condemnat Ioannem ibid. concl. 5. nu. 6.

An sint irregulares laici, & Clerici, qui accusātes in criminalibus cum protestatione: & an quiuis accusator faciens protestationem, liberetur ab irregularitate concl. 6. nu. 7.

An, vt non incurratur hæc irregularitas, sit necesse, quod fiat statim protestatio, concl. 7. num. 8. Et an sufficiat, quod fiat ficta ibidem. Et an peccent, qui non faciunt ibidem.

An clericus accusans aliquem in causa ciuili remaneat irregularis, conc. 8. n 9.

An sit irregularis, qui accusat in causa criminali, quæ non meretur pœnam sanguinis, si postea iudex iniuste condemnet accusatum ex ea pœna, concl. 9. nu. 10.

An incurrat irregularitatem, qui denunciat in causa criminali coram Iudice ecclesiastico, qui non potest procedere ad mortem, licet sciat, quod tradatur sæculari, vt moriatur concl. 10. nu. 11.

An fiat irregularis accusans in criminali, cū teneatur ad id sub pœna peccati mortalis, concl. 11. num. 12.

An sit irregularis aduocans contra reum, si occidatur, concl. 12. nu. 13.

An falsè accusatus sit irregularis, si eius innocentia cognita iudex facit accusatorem occidi, aut mutilari, & an id sit dicendum de aduocato illum defendente, concl. 13. nu. 14.

An Clerici possint esse testes in causa criminali. concl. 14. n. 15. & cōcl. 15. n. 16.

An fiat irregularis testis, per cuius dictum accelerata fuit mors ei, qui cōfessus erat suum delictum, conc. 16. nu. 17.

An fiat irregularis, qui dixit aliquid simpliciter, quod fuit causa mortis alicuius, concl. 17. num. 18.

An fiat irregularis impellens aliquem, vt citius accedat ad locum supplicij, cum adhuc non sit condemnatus ad mortem, concl 18. num. 19.

An sint irregulares compellentes ad velociter ambulandum suspendendos, concl. 19. num. 20.

An sint irregulares ministri iustitiæ comitantes suspendendos, concl. 20. nu. 21.

An qui quando quis suspenditur præsēs est, peccet ibidem.

An sit irregulares portantes ligna ad comburendum hæreticum cone. 21. nu. 22.

An sint irregulares exhortantes alios ad martyrium. concl. 22. num. 23.

1 AD explicationem eius, quod dicendum est in hoc capite notandum est, quod hæc irregularitas non incurritur ob peccatum, sed ob defectum repræsentationis mansuetudinis Christi. Quia visa fuit res indecens Summis Pontif. quod susciperet ordines sacros, qui non repræsentat illam, cum Christus Redemptor noster effuderit sanguinem suum pro inimicis suis. Quatuor autem modis potest quis licite occidi, aut mutilari membro.

membro. Primo ratione alicuius delicti, quod commisit. Secundo ratione alicuius medicinæ, quæ est applicata. Tertio ratione alicuius belli in quo exercuit. Quarto ratione propriæ defensionis; nunc ergo trademus de primo, deinceps vero in alijs cap. tractabimus de reliquis. Ad cuius solutionem sequuntur hæ conclusiones.

2 Prima Conclusio. Quicunque homo Christianus baptizatus, qui est causa propinqua, vt aliquis siue catholicus, siue infidelis occidatur, siue mutiletur illi membrum, aut acceleretur ei mors, licet mutilatio fiat via iuridica, est irregularis, vt constat ex iure. Dixi, quicunque Christianus baptizatus, vt comprehendantur clerici, & monachi, & quicunque sæculares, & ecclesiastici. Pro explicatione huius conclusionis debet aduerti, quod illi sunt causa propinqua harum deformationum, aut accelerationum, qui concurrunt ad hunc actum, aut iubentes, aut pronuntiantes sententiam, aut exequentes, adiuuantes, fauentes, operantes, consilium dantes, aut aliter fauentes industria humana, testimonium dicentes, scribentes sententiam, vt faciunt fiscales, & promotores iustitiæ, Aduocati, & Notarij, qui scribunt dicta, & testimonia, & pronuntiantes sententiam condemnatoriam, & famulus Notarij, qui defert sententiam domino, & illi qui iudicant esse iustum, vt capiatur reus, qui commisit crimen dignũ morte, aut mutilationis membri: denique sunt causa propinqua omnes ministri iustitiæ cooperantes huic condemnationi, & executioni, sicut sunt apprehensores, & delatores rei ad suppliciũ, & illi qui authoritatiue assistunt huic punitioni, & illi qui ministrant funem, quo debet suspendi, & qui ministrant, aut applicant scalas, & qui ministrant, aut acuunt gladios, vt colligitur ex Siluestro, Couar. & Nauar. & ideo omnes hi remanẽt irregulares exceptis aliquibus, quorum protestatio excusat eos, vt infra dicetur.

c. si quis dist. 55.

3 Secunda Conclusio. Illi, qui faciunt aut vendunt funes, aut gladios, acuuntvè illos, aut alia instrumenta ignorantes, quod petantur ab eis ad occidendum, aut mutilandum membrum, non sunt irregulares, licet sequatur dictum supplicium, aut mutilatio; quia huiusmodi homines sunt causa remota horum factorum, vt dicunt Siluester, & Nauarrus, cum facere, & vẽdere dictas res sint actus ex se ordinati ad vsus humanos; Et hinc sequitur, quod famulus Notarij, qui defert sententiam Iudici, vt reus moriatur ignorans hoc, non remanet irregularis, cum deferre scripta iudicibus ex se sit opus ordinatum vsui humano, vt in simili casu defendit Castrus. Et hinc sequitur, quod quando quis facit aleas ad ludendum, cum quibus ludentes rixantur, & ex rixa sequitur mors, non remanet irregularis, cum ipse non prętendat dictam mortem faciens aleas, sed solum voluit vsum humanum.

Siluest & Nau vbi sup.

Castr. li. 2. de le. pen. c. 14 ver. hic tamẽ amare.

4 Tertia Concl. Non remanet irregularis Confessarius, aut vir doctus interrogatus ab alio, an teneatur denuntiare de alio in causa digna morte, aut mutilatione membri; & respondet, quod sic, videns quod ex eo respõso capietur occasio denuntiandi, & de facto denuntiant, & sequitur mors rei: quod procedit, quando ille, qui denuntiat, tenetur ad illud sub pęna peccati mortalis: quia peccatum est perniciosum reipubl. & licet denuntiatio non sit obligatiua, sufficit, quod sit conueniens, vt Confessarius, qui interrogatus dat hoc consilium, non sit irregularis; ratio autem huius est, quia ille nõ facit aliud quam dicere, quod illi videtur secundum ius, & ideo non est causa proxima homicidij, sed remota; erit autem proxima, quando incitauerit eum, qui interrogat ad denuntiandum. Supradictum probatur etiam, quia qui scribunt commentaria, & libros, in quibus tractant, & verificant, quod ob talia delicta debent condemnari pœna sanguinis delinquentes; non remanent irregulares, vt dicunt Siluest. & Maiolus. Neo-

Silu. verbo homici. 3 q. 5. vers. 4. Maiol. l. 2. de irregul ca 9 num. 9.

remanent irregulares illi, qui denuntiato bello iusto vendunt, aut dant arma militibus, & exhortantur eos ad bellum non vero ad occidendum, quia hi omnes sunt causa remota homicidiorum, quæ in bello fiunt; nec etiam est irregularis vir doctus ecclesiasticus, qui interrogatus ab aliquo iudice misso in aliquam ciuitatem cum potestate absoluta procedendi, & exequendi iustitiam in aliquos facinorosos, qui sunt in ea apprehensi, an debeat punire mortis pœna, aut mutilatione membri quendam delinquentem horum, quos debet iudicare, respondet quod secundum leges Regni est subiectus huic pœnæ sciens, quod statim exequetur eam, & de facto sequitur supplicium; quia hic solum fuit occasio mortis illius, non vero causa proxima; si vero eius consilium duxit iudicem ad hanc opinionem, aut approbauit, & laudauit sententiam mortis, quam pronuntiauit, quod mouit illum ad executionem maiori breuitate, est irregularis, vt colligitur ex Panormitano, & Hostiense, quos refert, & sequitur Siluest. Et dico amplius, quod si aliquis iudex accusauit se in confessione, quod noluit pronuntiare sententiam mortis cuidam reo, ad quod tenebatur sub pœna peccati mortalis, non remanet irregularis Confessarius denegans illi absolutionem, & persuadens, vt concipiat firmiter in animo, quod non discedet à legibus, quas sub peccato mortali tenetur custodire, licet videat, quod inde mouebitur iudex ad pronuntiandum sententiam mortis, quia ille non incitat directè, vt pronunciet illam, sed solum, vt administret bene officiũ suũ ostendens illi veritatem.

Silu vbi supra.

5 Quarta Conclusio. Episcopi, & prælati religionum, & quæcunque persona ecclesiastica habens annexam suo patrocinio, aut dignitati ecclesiasticæ iurisdictionem constituẽs iudices sæculares, qui iudicent de causis criminalibus, nõ remanent irregulares, licet ex hac cõstitutione sequantur mortes, & mutilationes membrorum; quia licet ecclesiastici ex se ipsis non possint iudicare similes causas, nec cooperari in sua executione sine tamen peccato mortali, & periculo irregularitatis possunt constituere iudicem sæcularem, qui ponat in executione supradictum, vt colligitur ex iure; & non solum in generali possunt committere dictas causas iudici sæculari, sed in particulari iubentes, vt faciant informationem super negotio, & obseruent iustitiam, ita vt possint deponere tales iudices, & eligere alios denuo, vt cognoscant de dicta causa; quod quidem sũt facturi caute, & cum moderamine, ita vt non opere, nec verbo moueant iudicem ad condemnandũ morte, aut mutilatione membri aliquem, nec cũ præsentia sua debent authoritate eius sententiã, aut executionẽ; quia alias erunt irregulares, vt dictum est, & remansit quidam Episcopus incautus, de quo fit mentio in quodam capite iuris.

c. vlt. ne cler. vel monac.

c. ꝗ quis . . .

6 Quinta Conclusio. Remanet irregularis iudex, qui putãs bona fide & ignorantia inuincibili, quod condemnabat morte Petrum, de facto condemnauit Ioannem, quem nullo modo debebat condemnare; & ratio est, quia irregularitas huius speciei contrahitur occisione, aut mutilatione alicuius membri voluntarie facta, siue sit Petrus, siue Ioannes; & in hoc casu constat, quod iudex voluit occidere Petrum, & de facto occidit aliquem, sicut eodem modo remãsit excommunicatus ille, qui credens inuincibiliter percutere Petrum clericũ, de facto percutit Paulum clericum. Debetque notari, quod si aliquis siue sit Cardinalis, siue clericus, aut quiuis alius Episcopus, aut sacerdos, qui in Tribunali sanctæ Inquisitionis, in quo agitur de condemnatione mortis alicuius delinquentis detenti, dederit consilium, aut votum, vt imponatur illi simile supplicium, non incurrit irregularitatem, quod in fauorem fidei concessit Paulus IIII. huic Sancto tribunali die 28. Aprilis anni 1557. vt refert Iudiciale Inquisitorũ, & tradit Maiolus; & ideo cessat disputatio, quæ versatur circa hoc.

c. ex literis. ꝺ excess. prælatorũ.

Iud. Inquisit. 4 dec.

Maiol. vbi sup. num. 8. Cou. vbi supra num. 6

hoc,& facit Couar. Debet etiam notari,quod sacerdos potest cognoscere per commissionem Principis de causis criminalibus, dummodo non condemnetur aliquis morte, aut mutilatione mébri, vt allegans iura hoc dicentia dicit Couarr.

Cou. in cle. si fu ri. 2 p. §. 3. nu. 8.

7 Sexta Conclusio. Excusantur ab hac irregularitate laici, & clerici, qui accusant, aut denuntiant de aliquo reo facientes protestationem, quod non est suum intentum velle, quod morte condemnetur, aut mutiletur illi membrũ, licet videant secundum qualitatem criminis, quòd ex accusatione, & denuntiatione procedet huiusmodi suppliciũ rei, vt constat ex iure. Est tamen aduertendum, quod hæc protestatio non liberat irregularitate quemcumque accusatorem, vt notat Couar. sed solum illũ, qui accusat ob iniuriam, quæ contra illum fuit facta, aut eius vxoré, aut consanguineos, & familiam, aut pro furto, quod fecerint in domo sua, præcipuè si non prætendat, nisi recuperare rem suam; & clerici possunt accusare illos, qui fecerunt damnum in suis ecclesijs, vt dicitur in iure, & affirmat Anton. Gomez. cùm causæ suarum ecclesiarũ pertineant ad eos. Est etiam aduertédum, quod dicta protestatio liberat irregularitate clericum, quando denuntiat de aliquo delicto multi detrimenti Reipubli. aut quod resultat in magnum damnum proximi denuntians de eo magis ob correctionem, quam propter supplicium, videns quod aliter non potest afferre remedium, sic enim tenet Couarr. & Nauar. imo dicit Nau. in alio loco, quod clericus non potest facere, vt latro apprehendatur cum dicta protestatione, sub pœna, quod remanebit irregularis, si postea suspenditur, aut mutilatur illi membrũ, nisi sit latro fugitiuus, qui si non apprehendatur, nihil valebit sententia contra illum lata, quia in hoc casu poterit ostendere locum, vbi est absconditus, vt apprehendatur faciens dictam protestationem, & faciens hoc pro recuperatione suorum bonorum, aut suorum consanguineorum, aut familiarium, aut suæ ecclesiæ, si est clericus, & non est necesse, quod hæc protestatio fiat in scriptis publicè: & secundũ hoc dictum debet limitari communis opinio, quæ tenet, quod qui accusat uerit ob iniuriam, aut damnum alteri factum, non excusatur irregularitate, licet faciat dictam protestationem; quia hoc intelligitur, nisi delictum, de quo accusat, sit in graue damnum Reipubl. aut proximi, vt dictum est.

ca 2. de homic. l. 6.

Cou. 2. p. citat rel. ca 5. nu. 4.

Cou. in c. si fur. §. 5. n 4. Nau i c iter ver. corol 54 Caiet. 2 2 qu 33. art. 7. Nau. in Man ca. 20. nu 226 & l. 5. consil. ti. de homic. cõs. 10. f. 510.

8 Septima Conclus. Vt aliquis remaneat liber ab hac irregularitate, non videtur necessarium, quod statim quãdo accusat, aut denuntiat, faciat dictã protestationem, sed sufficit quod faciat illã in quocumque tempore, antequam iudex pronuntiet sententiam mortis, aut mutilationis membri, & quando hæc protestatio est ficta facta solum in exteriori remanẽte animo contraria in corde non valet, vt euadatur irregularitas, vt resoluit contra alios Nauarr. & Salzed. dicitque Nauarr. quod multis, qui fecerant similes protestationes, consuluit, vt peterent dispensationem irregularitatis, & licet Couarr. teneat, quod non in foro cõscientiæ, nec exteriori huiusmodi homines sunt irregulares: facientes dictam protestationem solũ in exteriori desiderantes interius mortem accusati, aut denunciati, non tamen sequor hac opinioné præcipuè si petatur mihi consilium. Verum est tamé, quod potest negari esse dictam opinioné multum probabilem; notaturque, quod est irregularis, tam in foro conscientiæ, quam exteriori accusator, aut denuntiator, qui non fecerit dictam protestationem exteriorem, licet interius in anima sua nolit, quod reus moriatur, aut mutiletur ei membrum, cum actus exterior fuerit accusare, & querelare, qui ex se est ordinatus ad sententiam mortis, & ideo est contra actum interiorem supradictum, de quo ecclesia non iudicat, imponens hanc & similes censuras, & sicut animus deprauatus non inducit irregularitaté, ita nec libe-

Nau ca. 27. nu. 226. Salz. in prac cr. num. 98 p. 348. Cou. vbi sup.

rat ea aĩus bene ordinatus sine protesta tione exteriori. Notetur ẽt, quod tã clerici quam laici, qui accusant, & denuntiant de aliquo sine dicta protestatione, remanent irregulares, vt dictum est; sed est differentia, quia solum clerici prohibentur accusare, aut denuntiare in causa sanguinis sine dicta protestatione, vt colligũt DD. ex ipso iure, vnde relinquẽtes hanc protestationẽ vltra irregularitatem, in quam incurrunt, peccabunt vt affirmauit Nauarrus, at laici non peccant omittentes dictam protestationẽ. Verum est, quod laici, & præcipuę clerici facientes dictam protestatione ficte, peccabunt, quia in hoc cõmittunt fraudem; & est res indecens statui clericali directe prætendere mortem alicuius; si vero animo solum prætendunt, quod rei sint puniti non prætendentes, quod sit pœna mortis, aut mutilationis membri, si sint digni hac pęna, non peccabunt, licet putent, quod debet illis imponi, & hoc debent obseruare, qui volunt liberari non solum ab irregularitate in hoc casu, sed etiam a peccato.

ca 2. de homi. li. 6 c. post cal. tit. Nau. vbi supra nu. 243. ad finẽ.

9 Octaua Conclusio. Ille qui accusat, aut denuntiat de aliquo coram iudice sæculari in causa mere ciuili, non remanet irregularis, licet sit clericus, & non fecerit aliquam protestationem, & accidat, quod accusatus, aut denuntiatus alia de causa condemnetur ad mortem vt si apprehendentes reum, ipso faciente resistentiam impugnent illum ita, vt euadat mortuus, aut mutilatus membro, quia causa, de qua fuit denũtiatus, erat mere ciuilis, & non prætendit accusator illud, quod postea euenit, sic enim scribit Couarru. & est communis omniũ. Hincque sequitur, quod si Petrus debet mihi centum, quæ mihi non vult soluere, & vt soluat, petiui a iudice, vt retineret illum in carcere, non remaneo irregularis, licet ibi detẽtus Petrus mea de causa inueniatur commisisse aliquod crimen dignum morte, ratione cuius de facto suspenditur.

Cou. 2. p. rele. cita. §. 4. n. 1. in fi.

10 Nona Conclusio. Licet aliquis, quãuis sit clericus, accuset, aut denuntiet in causa, cui secundum ius non debetur pœna mortis, aut mutilationis membri, non remanet irregularis, si condemnetur a iudice morte iniuste, licet non fecerit illam protestationem, sic enim tenet Couar. & Nauar. & etiam ratio est, quia hoc supplicium fuit multum accidentale, & non cogitatum ab accusatore ob quod omisit facere dictã protestationem.

Cou vbi supra num 3. Nau. in Man. ca. 27. num. 214.

11 Decima Conclusio. Quando aliquis accusat aut denuntiat, aut testificatur in causa criminali grauissima corã iudice ecclesiastico, quem scit non posse procedere ad effusionem sanguinis, non remanet irregularis, licet non faciat aliquam protestationem, & sciat quod delinquens in vltimo debet tradi brachio sęculari, vt comburatur vt sæpe accidit in denuntiantibus in Tribunali sanctæ Inquisitionis, quia hi sunt causa multum remota mortis horum delinquentium.

12 Vndecima Conclusio. Quando aliquis tenetur sub pæna peccati mortalis ad denuntiãdum iudici sęculari aliquod delictum, quod resultat in graue damnum reipub. aut alicuius personæ particularis, quod nulla via potest deuitare, licet non faciat vllam protestationem, non incurret irregularitatem, licet ex tali denuntiatione sequatur mors, aut mutilatio alicuius membri; quod probatur quia ius naturale obligat nos ad reuelãdum simile delictum, & leges ecclesiasticæ nec possunt, nec est earum intẽtio præiudicare ei: & ideo in nulla parte iuris Canonici ponitur pæna irregularitatis contra illos, qui in similibus casibus non præmittunt protestationem ordinariam: probatur etiam, quia si aliquis pro defendenda vita sua potest occidere aggressorem, & non incurrit irregularitatem, vt definitum est in iure, poterit hic multo merito suo aliquando permittere, quod occidant eum; quare debemus iudicare irregularem illum, qui reuelat crimen supradictum alicuius rei ob vitandam mortem animæ, quæ est peccatum mortale, quod aliter

d. cle. si furios.

aliter vitare non potest, nisi hac reuelatione; & quidem nisi admittatur hæc opinio, seruiret irregularitas ad hoc, vt mitteret omnibus timorem, quo separentur ab implemento præceptorũ naturalium, & diuinorum, quod ab ecclesia fieri non potest, nec præsumi. Verum est tamen, quod est res multum decens clericis facere dictam protestationem dicentes, quod non reuelant dictos criminosos, vt condemnentur morte, aut mutilatione membri, sed vt succurratur reipubl. & proximo, cuius damnum habent præ oculis; & secundum hoc dictũ debet intelligi, quod tradunt Caiet. Sotus, & Nauarr. qui in hoc casu, & alijs similibus petunt, quod fiat protestatio. Nec hinc debet inferri, quod iudices, & reliqui ministri iustitiæ non remanent irregulares occidentes aggressores, & alios malefactores ob defendendam rempubl. & innocentes, bonaque proximi, quia sint ad hoc obligati sub pęna peccati mortalis defendere eos; quia ad hoc respondeo, quod ministri iustitiæ statim, ac acceptant officium, accipiunt authoritatem occidendi, & mutilandi membra, per consequens voluntariè volunt exequi dictas iustitias; & ideo facientes eas, licet sit ob defendendam rempubl. sunt habiti pro irregularibus, quod non accidit in gente particulari, quæ vt defendat rempubl. & proximum accusant, aut denuntiant, vt dictum est, quia hi non sumpsere hoc tãquam officium. Hinc infertur, quod illi, qui propria culpa fuerunt positi in tali angustia, vt ad liberandam vitam suam fuerit illis necesse occidere aggressorem, sunt irregulares; quia licet ius naturale concedat illis licentiam ad defendendam vitam, quam ius positiuum non tollit, nec tollere potest, sufficit, quod illi spõte immiserint se in dictam occasionem, ex qua sequutum est, quod pro defensione vitæ occiderint aggredientem, & ideo in causa propria volũt mortem illius. Hinc etiam infertur, quod adulter, qui apprehensus à marito in actu, vt defendat se, occidit maritum, remanet irregularis, quia ingrediens domum illius mulieris voluit mariti mortem, vt infra dicetur.

Caiet. 2. 2. q. 33. ar. 7. Sot li. 5. de iusti. q. 5. ar. 1. ad 3. & de tegẽ. secreto mẽbro ar. qõ. 4. concl. 2. §. sed dubiũ est. Nau. d. c. 27. nu. 213. Cou. vbi supra n. 4 in fi.

13 Duodecima Conclusio. Aduocans contra reum, qui de facto fuit occisus, aut mutilatum illi membrum, remanet irregularis, licet præmittat dictam protestationem. Hæc conclusio est communis DD. vt affirmat Couarruuia: & ratio est, quia hi non procurabant in causa propria, sed in aliena: & in iuribus solum liberantur irregularitate illi, qui facta protestatione accusant, aut denuntiant in causa propria. Et nota, quod si accidat, quòd non moriatur, aut non mutiletur membrum accusati, sed accusatoris, quia inuentus sit, quod contra ius accusauit illum, in hoc casu si ille, qui prius fuit accusatus, petit vindictam, & compensationem, facta protestatione supradicta non remanet irregularis, remanet tamen irregularis aduocatus, qui patrocinabitur contra accusatorem, licet præmittat dictam protestationem.

Cou. vbi supra num. 5.

14 Decimatertia Conclusio. Si aliquis fuit falsè accusatus, & non petit vindictam de accusatore, sed solum defendit se, & iudex sua voluntate, & ratione officij sui cognita falsitate iubet, vt suspendatur, aut mutiletur ei membrum, in hoc casu nec qui erat accusatus iniuste, nec eius aduocatus incurrunt irregularitatem, licet sint ecclesiastici, & non faciant protestationem ordinariam; & ratio est, quia cum processu solum prętenditur iusta defensio innocentis, & punitio accusatoris non prætenditur principaliter, sed potius sequuta fuit casu inuenta innocentia accusati, vt resoluit Couarruuias cum communi. Et aduertant procuratores, & aduocati, quod quando sunt notabiliter negligentes, ita vt propria culpa suspendatur reus, aut perdat aliquod membrum, cuius defensio erat illis commissa, incurrunt irregularitatem.

Cou. vbi supra

15 Decimaquarta Conclusio. Interdictum est clericis in causis crimina-

De mutilatione ratione medicinæ. Cap. CLXX.

SVMMARIVM.

An sit irregularis, qui mutilat membrum alterius ratione medicinæ, conclus. 1 numero 1.

1 PRima Conclusio. Potest quis licite mutilare membrum alterius ratione medicinæ, vt faciunt communiter chirurgici incidentes membrum, ne corpus putrefiat, etiam si mutilent membrum sanum, ne moriatur; qui quidem, nec qui adiuuant, non incurrunt irregularitatem huius speciei, quia hic non videtur esse defectus mansuetudinis, & lenitatis Christi, nec indecentia aliqua, quæ est in ministris iustitiæ pronuntiant contra aliquem mortem, aut mutilationem membri, & ideo remanent irregulares, quia videntur crudeles, vt dicit Nauarr. Hæc conclusio est Panormitani, & Nauarri cum communi. Noteturque, quod quando medici, & chirurgici sua culpa fecerint supradictum sequuta morte, aut mutilatione alicuius membri infirmi, remanent irregulares specie irregularitatis sequentis vt dicetur.

Nau. ca. 27. nu. 217. Panor. in ca. sent. n. 23. ne cler. vo- uent. Nau li. 5 cons. tit. de homic. cõs. 9. & 10.

De occidentibus, & mutilantibus in bello iusto. Cap. CLXXI.

SVMMARIVM.

An peccent ecclesiastici ingredientes bellum, nu. 1. & an conueniat illis esse duces, num. 2.

An sint irregulares, licet non occidant, conclus. 1. num. 3.

An sit licitum in bello iusto exhortari milites, conclus. 2. num. 4.

An remaneant Clerici irregulares conferentes arma illis, qui sunt in conflictu belli, concl. 3 num. 5. & concl. 4. num. 6.

An concedens summo Pontifice, quod Clerici prælientur, sit visus dispensare si occidant, conclus. 5. num. 7.

An clericus occidens in bello iusto ad sui defensionem sit irregularis, conclus. 6. num. 8.

An potestas, quæ datur clericis, vt exhortentur ad prælia, detur etiam religiosis, conclus. 7. num. 9.

AD explicationem propositi est notandum, quod sicut ecclesiasticis est prohibitum intromitti in causas criminales, vt supra dictum est, sic interdictum est ingredi prælia cum armis more militum ad præliandum suismet manibus, vt constat ex iure; vnde initiati ordine sacro peccabunt mortaliter præliantes sua propria manu, licet sit contra infideles, & idem debet dici de initiatis minoribus ordinibus, qui habent beneficium ecclesiasticum, si vero non habent, licet incedant in habitu clericali, & tonsura, aut sint deputati ministerio alicuius ecclesiæ, solum peccabunt venialiter; & si non incedant in habitu clericali, & tonsura, nec sint deputati ministerio alicuius ecclesiæ, non committent aliquod peccatum, & hoc modo debet intelligi, quod super hoc loco adducit Couar. dicens absolute, clericus initiatus ordinibus minoribus potest sine vllo peccato præliari in bello suis proprijs manibus, & secundum hanc distinctionem debet intelligi prohibitio, quam facit ius clericis, & personis ecclesiasticis imponens illis; q; non intromittant in causas criminales, de quo tractat Sotus dicens, quod minoribus præditi, qui hoc faciunt, committunt solum peccatum veniale, cuius dictum debet intelligi, si deferant habitum clericalem, & tonsuram, & fuerint deputati ab Episcopo ministerio alicuius ecclesiæ, quia si non habent nisi ordines, nec peccatum veniale committunt, & sic vsus recepit, cum intromittantur quotidie in similes causas sine vllo scrupulo. 1

c. clerici & c. qui cunque ex clero 23. q. 5.

Cou. 2. p. releg. cita §. 3. nu. 2.

Sot. li. 5. de iust. q. 1. art. 4.

2 Secundo debet notari, quod est pro-

prohibitum clericis esse duces in bello iusto, aut habere aliquam præsidentiã super milites, aut illos, qui tractant de rebus belli, licet dicti clerici non prælië-
Panor. tur propria manu, vt explicat Panormitanus, & vt cognoscatur quando committunt peccatum mortale aut veniale debet inspici distinctio supradicta. Verum est, quod in aliquibus casibus possunt præliari in bello iusto, vt dictũ est in materia de bello, & vnus eorum est, quòd possunt succurrere illis, qui iuste præliantur exhortantes eos, & audientes illorum confessiones, & auxiliantes eis spiritualiter, dummodo non præliẽtur propriis manibus; sic enim dicit D. Thom. qui insinuat esse licitum Episcopis, & clericis ire ad bellum sine licentia suorum superiorum & in iure dicitur esse hoc illicitum Episcopis, nisi cũ licentia Summi Pontif. bene tamen possunt hoc facere sine peccato de consensu præsumpto prælatorum, pręcipue vbi est consuetudo antiqua ad illud: cõsensus autem præsumptus in hac parte erit, quando adeunt bellum sine detrimento ouium suarum, & ad succurrendum proximis spiritualiter, & eius aditus ob authoritatem personarũ est multæ vtilitatis ad defensionem ecclesiæ, aut ouium suarum, aut boni communis, & recurrere ad Papam est res difficilis, & bellum repentine euenerit: & ratio huius est quia in his casibus consensus præsumptus habetur pro expresso, cum minister ecclesiæ non fiat in eis inhabilis ad seruitium eius, hocque videtur voluisse D. Thom. Quod si in iure videatur definiri contrarium, erit ob alias circunstantias, quæ in casu ibi proposito inueniuntur, vt videri poterit. Quo supposito pro veritate dicendorũ ponendæ sunt sequentes conclusiones.

D. Tho. 2. 2. qu. 40. ar. 2. ad 2. cap. quo auso. 23 q. 8.

D Tho. vbi sup.

3 Prima Conclusio. Licet clerici peccẽt mortaliter aut quia præliantur proprijs manibus in bello iusto, aut quia, quamuis non præliẽntur cum ipsis, assumunt officium ducum, aut præsunt militibus ducentibus tormenta bellica aliaue instrumenta ad rumpendos muros, non incurrunt tamen irregularitatem, nisi occidant, aut mutilent membra suis propriis manibus, licet auxiliẽtur bello, & licet sui comites occidant alios: sic enim tenent Couarru. & Nauarr. & videtur esse Siluester huius opinionis, quæ colligitur ex iure, vt notat Panormitanus, & DD. communiter. Nec obstat quod videtur esse bellum iniustum cum pręlietur in ea ille, cui est non licitum præliari, quia ad hoc respõdeo, quod non sufficit esse bellum iniustum, quia vnus prælietur contra honestatem sui habitus ad effectum, quod incurratur irregularitas sed est necesse, quod sit iniustum defectu authoritatis, & causæ legitimæ, vt fiat.

Cou vbi supr. 2. p. d. rele. §. 3. num. 2. Nau. in ma. lat. c. 27. n. 215. Silv. hom. 3 q. 7. n. 8 pronũciato. 2. & Clarius pronuncia. 6. c. petitio de ho. vbi Panor. & Do.

4 Secunda Conclusio. Licitum est clerico in bello iusto, siue defensiuo, siue offensiuo auxiliari militibus dando eis consilium, & exhortando eos ad prælia ineunda animose; & possunt etiam in ipso conflictu, & prælio exhortantes illos dicere. Præliamini, & vincite, vt fides exaltetur & seruiatis Deo, & Regi vestro, & similia verba, & licet ex hac cooperatione sequatur mors, aut mutilatio membri non incurrunt irregularitatem; hæc conclusio est Nauarr. & Couarruuias, & Siluester constatque esse definitum in iure, & ratio potissima eius, & primæua est, quia cũ irregularitas sit de iure positiuo, potuerunt dicti Pontifices ordinare supradictum in fauorem belli iusti, in quo ecclesia defenditur, & liberãtur oppressi, & inimici Dei vincuntur, etsi aliud ordinassent, fere totus exercitus remaneret irregularis, & remaneret illaqueata multitudo hominum, & homines abstinerent a bellis, & præliis huiusmodi: vnde si in iure videtur dici contrariũ, debet responderi quod loquitur solum in bello iniusto. Noteturque, quod hæc facultas, quæ datur clericis, non debet extendi, quando præliantur in bello iusto, quod fit ratione alicuius rei temporalis; quia iura concedentia illam solum loquuntur de bello iusto, in quo defenditur ecclesia Dei, & oppressi

uestrum resoluit docte Sotus, & Nauarrus. Si vero celebrat postis apertis, ego non excusarem illum ab hac pęna ob multa pericula, quæ sunt in hoc impedimento considerans etiam mentem canonum prohibentium fractionem censurarum ecclesiasticarum, licet cessatio à diuinis non sit censura, vt resoluunt Couarruuias, & Maiolus.

14 Decimaquarta Conclusio. Suspensus ab aliquo officio, aut actu alicuius ordinis ecclesiastici, licet sit à iure ratione alicuius vitij corporalis, & non ob aliquod delictum celebrans Missam nō incurrit aliquam nouam irregularitatem vltra eam, quæ comprehendit cum ratione defectus corporalis. Hinc infertur, quod illegitimus qui suscipit ordines, & celebrat non incurrit nouam irregularitatem, vt cum alijs tenet Couarruuias commendans hanc doctrinam. Notaque, quod ille qui celebrat in ecclesia polluta, non remanet irregularis, vt cum communi dixit Nauarrus, & Couarr.

Cou. in cle. si furi. 1. p. §. 2. nu. 3.

Nau. ca. 27. n. 34.

15 Decimaquinta Conclusio. Vt excommunicatus exercēs aliquem actum ordinis sacri incurrat irregularitatem, sufficit, quod faciat illud ignorātia crassa, supina, aut erronea; quia hoc modo administrat hunc actum cum contemptu materiali, & interpretatiuo, qui vt habeatur, sufficit dicta ignorantia, vt resoluit Couarruuias.

in c. Alma mater, 1. p. § 17. nu. 6.

16 Decimasexta Conclusio. Licet Episcopus possit dispensare in irregularitate, quæ nascitur ex delicto occulto, prout ordinat Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. de Reform. & per cōsequens potest dispensare in his irregularitatibus, si sit delictum occultum: hoc tamen debet intelligi, nisi hoc delictum occultū postea sit positum in iudicio, licet sit punitum, licet parti sit satisfactum, cùm Concilium generaliter vetet Episcopis, quod dispensent in illis positis iam in iudicio; & non distinguente lege non debemus nos distinguere sine sufficienti fundamento ad illud vt aduertit Gutterez contra aliquos Theologos, qui dicebant, quod delicto posito in iudicio, & punito, parteque satisfacta poterat Episcopus dispensare.

De Irregularitate quæ incurritur per homicidium, aut mutilationem membri humani.

Cap. CLXVIII.

SVMMARIVM.

Qualis debeat esse mutilatio alicuius membri, vt aliquis maneat irregularis, numero 1.

An sit irregularis, qui dedit alicui vulnus in faciem, ibid.

Per membrum corporis quid intelligatur, ibidem.

An mutilans digitum sit irregularis, ibid. num. 2.

An testiculus, dens, auris, sit membrum, ibidem.

An pars solum deseruiens ornatui corporis, aut custodiæ membri sit membrum, ibidem.

An deformans alium, & deformatus fiant semper irregulares, ibid.

An vbera in mulieribus sint membra, ibidem, num. 3.

QVia irregularitas incurritur per homicidium, aut mutilationem membri humani videamus significationem horum verborum.

Ad explicationem cuius notandum est primo, quod mutilatio membri intelligitur in hac materia, incisio totalis membri; vnde quando aliquis alteri debilitat membrum, non incurrit irregularitatem; quia licet membrum debile remaneat inutile ad exercendas suas operationes, non desinit esse verum mēbrum, & vtile ad ornatum corporis; certum autem est, quod pęnæ debent interpretari benignè, vnde cum ius faciat irregularē illum, qui mutilauit aliquod membrum, non debet extendi hoc ius ad illos, qui solum debilitant, & ideo

ille

ille, qui deformauit faciem, aut oculos alicuius non auferens eos in totum, nõ est irregularis, quidquid dicat Siluester; videaturque Couar. in hoc casu, & Nauarrus, qui defendit in quodã consilio, quod qui inflixit vulnus in faciẽ alterius publice, ita vt remanserit deformis vulneratus, non remanet irregularis. Verum est tamen, quod cum Siluestro tenet Salzedus in sua practica criminali, à quibus discedo ob rationem supradictam. Secundo debet notari ad intellectum irregularitatis, in quam incurritur ob mutilationem alicuius mẽbri, quod per membra in hoc casu intelliguntur illa membra, quibus corpus mouetur, & iuuatur, habentibus illis vnumquodque suum officium distinctum, vt oculus videt, auris audit, pedes ambulant, lingua format vocem, sic enim explicant Couarru. Nauar. & Salzedus.

Sil. ver. homi. 3 nu. 4.
Coua 3. p. relec. clemẽ. si furiosus initio numer. vl.
Nau. ca. 27. nu 207 & l. 5 consil. con. 20. tit. de homic.
Salze. in practica ca. 99 p. 329.
Coua. vbi supra num. 8.
Nau d. c. 17 nu 206.
Salz vbi supra
Caiet. 2. 2. q. 65. art. 1.
Soto li. 5. de iustit q. 2. art. 1.
Cou vbi sup. nu 8
Nau. in vtroque Man. ca. 26. n. 16.

2 Ille, qui mutilat sibi digitum, non est irregularis; hoc corollarium est contra Caietan. quem sequitur Sotus, qui innitentes huic doctrinæ, quod membrum in hac materia significat non solũ partem habentem suum particulare officium distinctum ab aliis, vt dictum est, sed etiam partes partiales, quæ adiuuãt cum his partibus totalibus, vt sunt digiti, qui adiuuant manus, cum sine illis non possint manus aliquid facere, tenent, quod qui mutilat digitum, est irregularis; sententia vero nostri corollarij debet teneri, quam sequuntur Couarru. & Nauar. quia digitus non est proprie membrum, nec est mẽbrum quæcunque alia pars, quæ solum adiuuat ad actum principalem, ad quam destinatur membrum, licet hæ partes minus principales habeant suas actiones, & particularia officia; vnde non est membrum testiculus, nec dens, qui coadiuuat ad incidendum cibum, & multo minus erunt aliæ partes, quæ solum deseruiunt ornamento decentiæ, ac custodiæ membri, vnde mutilare auriculam non efficit irregularem, quia licet auris sit membrum, caro tamen eius remanente organo sano potius pertinet ad pulchritudinem auris, quam ad potentiam audiendi. Verum est tamen, quod ille, qui remanet mutilatus aure, erit irregularis ob deformitatem. Nec concludit ratio Caiet. & Soti dicentiũ, quod vnusquisque digitus habet particulare ministerium, quod exerceat, quia etiam extremitates pollicis, & indicis seruiunt ad pingendum, & sonandum, & fatetur idem Caietanus, quod mutilatio eorũ non efficit irregularitatem, nec potest dici, quod sonare sit proprium officium digitorum, sed manuum, quæ adiuuantur cum illis. Nec obstant iura, quæ Caieta. allegat pro sua parte, quia quod in illis definitum est, quod qui habent mutilatos digitos, aut aures, sunt irregulares; hoc enim ego etiam fateor; & ideo dico, quod potest quis facere aliũ irregularem, & ipsum non remanere irregularem, sicut accidit in illo, qui mutilat digitos alteri, aut infligit vulnus in faciem, aut debilitat notabiliter manũ, quia qui hoc facit non remanet irregularis: & qui remanet deformis, remanet irregularis ratione vitij corporalis, quo remanet deturpatus: & econtra potest accidere, quod qui incidit membrum, sit irregularis; & cui est incisum nõ remaneat irregularis, sicut accidit, quãdo quis amputat alteri membrum genitale sine culpa aliqua patientis, cum remaneat irregularis non remanente irregulari patiente, licet careat membro sine culpa, nec ob hoc remanet deformis.

3 Vbera, seu mammæ, contra Couarruuiam, & Salzedum in mulieribus sũt membra, sic enim tenet Baldus, & probatur, quia vnaquæque harum partiũ habet particularem, & proprium actũ, scilicet præbere lac, quod proprie exercet, vt vnusquisque oculorum exercet actum videndi; quam opinionem sequor nunc in hac impressione ob rationem supradictam, licet in impressionibus præteritis tenuerim contrarium, non aduertens tam radicitus rationem ipsam.

Bal. in l. data opera n. 75 qui accusare nõ possunt.

Et reciperem opinionẽ Couaruuias, & S. l.

& Salzedi, quando per vbera intelligerent papillas vberum, quæ seruiunt actui lactandi, inde enim lac sugitur.

De Irregularitate ex mutilatione, aut homicidio iuste facto. Ca. CLXIX.

SVMMARIVM.

An irregularitas ex mutilatione, aut homicidio iuste facto incurratur sine peccato, num. 1. & quot modis quis possit iuste occidi, & mutilari, ibid.

An ministri iustitiæ condẽnantes ad mortem sint irregulares, concl. 1. nu. 2.

An, qui vendunt instrumenta, quibus homines occidunt alios, sint irregulares, concl 2. num. 3.

An sit irregularis Confessarius, aut vir doctus interrogatus in causa mortis, ex cuius responsione sequitur denunciatio & mors rei ibid. num. 4.

An Confessarius sit irregularis negans absolutionem iudici, nisi statuat condemnare reos. & ob id sequitur mors ibid.

An sint irregulares ecclesiastici, qui constituunt in suis iurisdictionibus Iudices sæculares, vt cognoscant de causis criminalibus concl. 4. nu. 5.

An remaneat irregularis iudex, qui putãs condemnare Petrum condemnat Ioannem. ibid. concl. 5. nu 6.

An sint irregulares laici, & Clerici, qui accusãtes in criminalibus cum protestatione: & an quiuis accusator faciens protestationem, liberetur ab irregularitate concl. 6. nu. 7.

An, vt non incurratur hæc irregularitas, sit necesse, quod fiat statim protestatio, concl. 7. num. 8. Et an sufficiat quod fiat ficta ibidem. Et an peccent, qui non faciunt ibidem.

An clericus accusans aliquem in causa ciuili remaneat irregularis, conc. 8. n 9.

An sit irregularis, qui accusat in causa criminali quæ non meretur pœnam sanguinis, si postea iudex iniuste condemnet accusatum ea pœna, concl. 9. nu. 10.

An incurrat irregularitatem, qui denuntiat in causa criminali coram Iudice ecclesiastico, qui non potest procedere ad mortem, licet sciat, quod tradatur sæculari vt moriatur concl. 10. nu. 11.

An fiat irregularis accusans in criminali, cũ teneatur ad id sub pœna peccati mortalis, concl. 11. num. 12.

An sit irregularis aduocans contra reum, si occidatur, concl. 12. nu. 13.

An falsè accusatus sit irregularis, si eius innocentia cognita iudex facit accusatorem occidi, aut mutilari, & an id sit dicendum de aduocato illum defendente, concl. 13. nu. 14.

An Clerici possint esse testes in causa criminali. concl. 14. n. 15. & cõcl. 15. n. 16.

An fiat irregularis testis, per cuius dictum accelerata fuit mors ei, qui cõfessus erat suum delictum, conc. 16. nu. 17.

An fiat irregularis, qui dixit aliquid simpliciter, quod fuit causa mortis alicuius, concl. 17. num. 18.

An fiat irregularis impellens aliquem, vt citius accedat ad locum supplicij, cum adhuc non sit condemnatus ad mortem, concl 18. num. 19.

An sint irregulares compellentes ad velociter ambulandum suspendendos, concl. 19. num. 20.

An sint irregulares ministri iustitiæ comitantes suspendendos, concl. 20. nu 21.

An qui quando quis suspenditur præsẽs est, peccet ibidem.

An sit irregulares portantes ligna ad comburendum hæreticum, conc. 21. nu. 22.

An sint irregulares exhortantes alios ad martyrium, concl. 22. num. 23.

1 AD explicationem eius, quod dicendum est in hoc capite notandum est, quod hæc irregularitas non incurritur ob peccatum, sed ob defectum repræsentationis mansuetudinis Christi. Quia visa fuit res indecens Summis Pontif. quod susciperet ordines sacros, qui non repræsentat illam, cum Christus Redemptor noster effuderit sanguinem suum pro inimicis suis. Quatuor autem modis potest quis licite occidi, aut mutilari membro.

membro. Primo ratione alicuius delicti, quod commisit. Secundo ratione alicuius medicinæ, quæ est applicata. Tertio ratione alicuius belli in quo exercuit. Quarto ratione propriæ defensionis; nunc ergo trademus de primo, deinceps vero in alijs cap. tractabimus de reliquis. Ad cuius solutionem sequuntur hæ conclusiones.

2 Prima Conclusio. Quicunque homo Christianus baptizatus, qui est causa propinqua, vt aliquis siue catholicus, siue infidelis occidatur, siue mutiletur illi membrum, aut acceleretur ei mors, licet mutilatio fiat via iuridica, est irregularis, vt constat ex iure. Dixi, quicunque Christianus baptizatus, vt comprehendantur clerici, & monachi, & quicunque sæculares, & ecclesiastici. Pro explicatione huius conclusionis debet aduerti, quod illi sunt causa propinqua harum deformationum, aut accelerationum, qui concurrunt ad hunc actum, aut iubentes, aut pronuntiantes sententiam, aut exequentes, adiuuantes, fauentes, operantes, consilium dantes, aut aliter fauentes industria humana, testimonium dicentes, scribentes sententiam, vt faciunt fiscales, & promotores iustitiæ, Aduocati, & Notarij, qui scribunt dicta, & testimonia, & pronuntiantes sententiam condemnatoriam, & famulus Notarij, qui defert sententiam domino, & illi qui iudicant esse iustum, vt capiatur reus, qui commisit crimen dignũ morte, aut mutilationis membri: denique sunt causa propinqua omnes ministri iustitiæ cooperantes huic condemnationi, & executioni, sicut sunt apprehensores, & delatores rei ad suppliciũ, & illi qui authoritatiue assistunt huic punitioni, & illi qui ministrant funem, quo debet suspendi, & qui ministrant, aut applicant scalas, & qui ministrant, aut acuunt gladios, vt colligitur ex Siluestro, Couar. & Nauar. & ideo omnes hi remanẽt irregulares exceptis aliquibus, quorum protestatio excusat eos, vt infra dicetur.

c. si quis dist. 55.

3 Secunda Conclusio. Illi, qui faciunt aut vendunt funes, aut gladios, acuuntvè illos, aut alia instrumenta ignorantes, quod petantur ab eis ad occidendum, aut mutilandum membrum, non sunt irregulares, licet sequatur dictum supplicium, aut mutilatio; quia huiusmodi homines sunt causa remota horum factorum, vt dicunt Siluester, & Nauarrus, cum facere, & vẽdere dictas res sint actus ex se ordinati ad vsus humanos; Et hinc sequitur, quod famulus Notarij, qui defert sententiam Iudici, vt reus moriatur ignorans hoc, non remanet irregularis, cum deferre scripta iudicibus ex se sit opus ordinatum vsui humano, vt in simili casu defendit Castrus. Et hinc sequitur, quod quando quis facit aleas ad ludendum, cum quibus ludentes rixantur, & ex rixa sequitur mors, non remanet irregularis, cum ipse non prętendat dictam mortem faciens aleas, sed solum voluit vsum humanum.

Siluest & Nau vbi sup.

Castr. li. 2. de le. pen. c. 14 ver. hic tamẽ amare.

4 Tertia Concl. Non remanet irregularis Confessarius, aut vir doctus interrogatus ab alio, an teneatur denuntiare de alio in causa digna morte, aut mutilatione membri; & respondet, quod sic, videns quod ex eo respõso capietur occasio denuntiandi, & de facto denuntiant, & sequitur mors rei: quod procedit, quando ille, qui denuntiat, tenetur ad illud sub pęna peccati mortalis: quia peccatum est perniciosum reipubl. & licet denuntiatio non sit obligatiua, sufficit, quod sit conueniens, vt Confessarius, qui interrogatus dat hoc consilium, non sit irregularis; ratio autem huius est, quia ille nõ facit aliud quam dicere, quod illi videtur secundum ius, & ideo non est causa proxima homicidij, sed remota; erit autem proxima, quando incitauerit eum, qui interrogat ad denuntiandum. Supradictum probatur etiam, quia qui scribunt commentaria, & libros, in quibus tractant, & verificant, quod ob talia delicta debent condemnari pœna sanguinis delinquentes; non remanent irregulares, vt dicunt Siluest. & Maiolus. Nec re-

Silu. verbo homici. 3 q. 5. vers. 4. Maiol. l. 1. de irregul ca 9 num. 9.

remanent irregulares illi, qui denuntiato bello iusto vendunt, aut dant arma militibus, & exhortantur eos ad bellum, non vero ad occidendum, quia hi omnes sunt causa remota homicidiorum, quæ in bello fiunt; nec etiam est irregularis vir doctus ecclesiasticus, qui interrogatus ab aliquo iudice misso in aliquam ciuitatem cum potestate absoluta occidendi, & exequendi iustitiam in aliquos facinorosos, qui sunt in ea apprehensi, an debeat punire mortis pœna, aut mutilatione membri quendam delinquentem horum, quos debet iudicare, respondet quod secundum leges Regni est subiectus huic pœnæ sciens, quod statim exequetur eam, & de facto sequitur supplicium; quia hic solum fuit occasio mortis illius, non vero causa proxima; si vero eius consilium duxit iudicem ad hanc opinionem, aut approbauit, & laudauit sententiam mortis, quam pronuntiauit, quod mouit illum ad executionem maiori breuitate, est irregularis, vt colligitur ex Panormitano, & Hostiense, quos refert, & sequitur Siluest. Et dico amplius, quod si aliquis iudex accusauit se in confessione, quod noluit pronuntiare sententiam mortis cuidam reo, ad quod tenebatur sub pœna peccati mortalis, non remanet irregularis Confessarius denegans illi absolutionem, & persuadens, vt concipiat firmiter in animo, quod non discedet à legibus, quas sub peccato mortali tenetur custodire, licet videat, quod inde mouebitur iudex ad pronuntiandum sententiam mortis, quia ille non incitat directè, vt pronuntiet illam, sed solum, vt administret bene officiũ suũ ostendens illi veritatem.

Silu vbi supra.

5 Quarta Conclusio. Episcopi, & prælati religionum, & quæcunque persona ecclesiastica habens annexam suo patrocinio, aut dignitati ecclesiasticæ iurisdictionem constituẽs iudices sæculares, qui iudicent de causis criminalibus, nõ remanent irregulares, licet ex hac cõstitutione sequantur mortes, & mutilationes membrorum; quia licet ecclesiastici ex se ipsis non possint iudicare similes causas, nec cooperari in sua executione sine tamen peccato mortali, & periculo irregularitatis possunt constituere iudicem sæcularem, qui ponat in executione supradictum, vt colligitur ex iure; & non solum in generali possunt committere dictas causas iudici sæculari, sed in particulari iubentes, vt faciant informationem super negotio, & obseruent iustitiam, ita vt possint deponere tales iudices, & eligere alios de nouo, vt cognoscant de dicta causa; quod quidem sũt facturi caute, & cum moderamine, ita vt non opere, nec verbo moueant iudicem ad condemnandũ morte, aut mutilatione membri aliquem, nec cũ præsentia sua debent authoritate eius sententiã, aut executionẽ; quia alias erunt irregulares, vt dictum est, & remansit quidam Episcopus incautus, de quo fit mentio in quodam capite iuris.

c. vlt. ne cler. vel monac.

c. ex literis. de excess. prælatorũ.

6 Quinta Conclusio. Remanet irregularis iudex, qui putãs bona fide & ignorantia inuincibili, quod condemnabat morte Petrum, de facto condemnauit Ioannem, quem nullo modo debebat condemnare; & ratio est, quia irregularitas huius speciei contrahitur occisione, aut mutilatione alicuius membri voluntarie facta, siue sit Petrus, siue Ioannes; & in hoc casu constat, quod iudex voluit occidere Petrum, & de facto occidit aliquem, sicut eodem modo remãsit excommunicatus ille, qui credens inuincibiliter percutere Petrum clericũ, de facto percutit Paulum clericum. Debetque notari, quod si aliquis siue sit Cardinalis, siue clericus, aut quiuis alius Episcopus, aut sacerdos, qui in Tribunali sanctæ Inquisitionis, in quo agitur de condemnatione mortis alicuius delinquentis detenti, dederit consilium, aut votum, vt imponatur illi simile supplicium, non incurrit irregularitatem, quod in fauorem fidei concessit Paulus IIII. huic Sancto tribunali die 28. Aprilis anni 1557. vt refert Iudiciale Inquisitorũ, & tradit Maiolus; & ideo cessat disputatio, quæ versatur circa hoc,

Iud. Inquisit. 4 dec.

Maiol. vbi sup. num. 8. Cou. vbi supra num. 6

hoc, & facit Couar. Debet etiam notari, quod sacerdos potest cognoscere per commissionem Principis de causis criminalibus, dummodo non condemnetur aliquis morte, aut mutilatione mēbri, vt allegans iura hoc dicentia dicit Couarr.

Cou. in c. si furi. 2. p. §. 3. nu. 8.

7 Sexta Conclusio. Excusantur ab hac irregularitate laici, & clerici, qui accusant, aut denuntiant de aliquo reo facientes protestationem, quod non est suum intentum velle, quod morte condemnetur, aut mutiletur illi membrū, licet videant secundum qualitatem criminis, quòd ex accusatione, & denuntiatione procedet huiusmodi suppliciū rei, vt constat ex iure. Est tamen aduertendum, quod hæc protestatio non liberat irregularitate quemcumque accusatorem, vt notat Couar. sed solum illū, qui accusat ob iniuriam, quæ contra illum fuit facta, aut eius vxoré, aut consanguineos, & familiam, aut pro furto, quòd fecerint in domo sua, præcipuè si non prætendat, nisi recuperare rem suam; & clerici possunt accusare illos, qui fecerunt damnum in suis ecclesijs, vt dicitur in iure, & affirmat Anton. Gomez. cùm causæ suarum ecclesiarū pertineant ad eos. Est etiam aduertēdum, quod dicta protestatio liberat irregularitate clericum, quando denuntiat de aliquo delicto multi detrimenti Reipubli. aut quod resultat in magnum damnum proximi denuntians de eo magis ob correctionem, quam propter supplicium, videns quod aliter non potest afferre remedium, sic enim tenet Couarr. & Nauar. immo dicit Nau. in alio loco, quod clericus non potest facere, vt latro apprehendatur cum dicta protestatione, sub pęna, quod remanebit irregularis, si postea suspenditur, aut mutilatur illi membrū, nisi sit latro fugitiuus, qui si non apprehendatur, nihil valebit sententia contra illum lata, quia in hoc casu poterit ostendere locum, vbi est absconditus, vt apprehendatur faciens dictam protestationem, & faciens hoc pro recuperatione suorum bonorum, aut suorum consanguineorum, aut familiarium, aut suæ ecclesiæ, si est clericus, & non est necesse, quod hæc protestatio fiat in scriptis publicè: & secundū hoc dictum debet limitari communis opinio, quæ tenet, quod qui accusauerit ob iniuriam, aut damnum alteri factum, non excusatur irregularitate, licet faciat dictam protestationem; quia hoc intelligitur, nisi delictum, de quo accusat, sit in graue damnum Reipubl. aut proximi, vt dictum est.

ca. 2. de homic. l. 6.

Cou. 2. p. citat rel. ca 5. nu. 4.

Cou. in c. si fur. §. 5. n 4. Nau. ī c. iter ver. corol 54 Caiet. 2 2. qu 33. art. 7. Nau. in Man ca. 20. nu 226 & l. 5. consil. ti. de homic. cōs. 20. f. 510.

8 Septima Conclus. Vt aliquis remaneat liber ab hac irregularitate, non videtur necessarium, quod statim quādo accusat, aut denuntiat, faciat dictā protestationem, sed sufficit quod faciat illā in quocumque tempore, antequam iudex pronuntiet sententiam mortis, aut mutilationis membri, & quando hæc protestatio est ficta facta solum in exteriori remanēte alia re contraria in corde non valet, vt euadatur irregularitas, vt resoluit contra alios Nauarr. & Salzed. dicitque Nauarr. quod multis, qui fecerant similes protestationes, consuluit, vt peterent dispensationem irregularitatis, & licet Couarr. teneat, quod non in foro cōscientiæ, nec exteriori huiusmodi homines sunt irregulares facientes dictam protestationem solū in exteriori desiderantes interius mortem accusati, aut denunciati, non tamen sequor hac opinionē præcipuè si petatur mihi consilium. Verum est tamē, quod potest negari esse dictam opinionē multum probabilem; notaturque, quod est irregularis, tam in foro conscientiæ, quam exteriori accusator, aut denuntiator, qui non fecerit dictam protestationem exteriorem, licet interius in anima sua nolit, quod reus moriatur, aut mutiletur ei membrum, cum actus exterior fuerit accusare, & querelare, qui ex se est ordinatus ad sententiam mortis, & ideo est contra actum interiorem supradictum, de quo ecclesia non iudicat, imponens hanc & similes censuras, & sicut animus deprauatus non inducit irregularitatē, ita nec libe-

Nau ca. 27. nu. 226. Salz. in prac cr. num. 98 p. 348. Cou. vbi sup.

rat ea aĩus bene ordinatus sine protesta tione exteriori. Notetur ẽt, quod tã clerici quam laici, qui accusant, & denuntiant de aliquo sine dicta protestatione, remanent irregulares, vt dictum est; sed est differentia, quia solum clerici prohibentur accusare, aut denuntiare in causa sanguinis sine dicta protestatione, vt colligũt DD. ex ipso iure, vnde relinquẽtes hanc protestationẽ vltra irregularitatem, in quam incurrunt, peccabunt vt affirmauit Nauarrus, at laici non peccant omittentes dictam protestationẽ. Verum est, quod laici, & præcipuę clerici facientes dictam protestatione ficte, peccabunt, quia in hoc cõmittunt fraudem; & est res indecens statui clericali directe prætendere mortem alicuius; si vero animo solum prætendunt, quod rei sint puniti non prætendentes, quod sit pœna mortis, aut mutilationis membri, si sint digni hac pęna, non peccabunt, licet putent, quod debet illis imponi, & hoc debent obseruare, qui volunt liberari non solum ab irregularitate in hoc casu, sed etiam a peccato.

ca 2. de homi. li. 6 c. post cod. tit. Nau. vbi supra nu. 243. ad finẽ.

9 Octaua Conclusio. Ille qui accusat, aut denuntiat de aliquo coram iudice sæculari in causa mere ciuili, non remanet irregularis, licet sit clericus, & non fecerit aliquam protestationem, & accidat, quod accusatus, aut denuntiatus alia de causa condemnetur ad mortem vt si apprehendentes reum, ipso faciente resistentiam impugnent illum ita, vt euadat mortuus, aut mutilatus membro, quia causa, de qua fuit denũtiatus, erat mere ciuilis, & non prætendit accusator illud, quod postea euenit, sic enim scribit Couarru. & est communis omniũ. Hincque sequitur, quod si Petrus debet mihi centum, quæ mihi non vult soluere, & vt soluat, petiui a iudice, vt retineret illum in carcere, non remaneo irregularis, licet ibi detẽtus Petrus mea de causa inueniatur commisisse aliquod crimen dignum morte, ratione cuius de facto suspenditur.

Cou. 2. p. rele. cita. §. 4. n. 1. in fi.

10 Nona Conclusio. Licet aliquis, quãuis sit clericus, accuset, aut denuntiet in causa, ci usecundum ius non deberẽt pœna mortis, aut mutilationis membri, non remanet irregularis, si condemnetur a iudice morte iniuste, licet non fecerit illam protestationem, sic enim tenet Couar. & Nauar. & etiam ratio est, quia hoc supplicium fuit multum accidentale, & non cogitatum ab accusatore ob quod omisit facere dictã protestationem.

Cou vbi supra num 3. Nau. in Man. ca. 27. num. 214.

11 Decima Conclusio. Quando aliquis accusat aut denuntiat, aut testificatur in causa criminali grauissima corã iudice ecclesiastico, quem scit non posse procedere ad effusionem sanguinis, non remanet irregularis, licet non faciat aliquam protestationem, & sciat quod delinquens in vltimo debet tradi brachio sęculari, vt comburatur vt sæpe accidit in denuntiantibus in Tribunali sanctæ Inquisitionis, quia hi sunt causa multum remota mortis horum delinquentium.

12 Vndecima Conclusio. Quando aliquis tenetur sub pæna peccati mortalis ad denuntiãdum iudici sęculari aliquod delictum, quod resultat in graue damnum reipub. aut alicuius personæ particularis, quod nulla via potest deuitare, licet non faciat vllam protestationem, non incurret irregularitatem, licet ex tali denuntiatione sequatur mors, aut mutilatio alicuius membri; quod probatur quia ius naturale obligat nos ad reuelãdum simile delictum, & leges ecclesiasticæ nec possunt, nec est earum intẽtio præiudicare ei: & ideo in nulla parte iuris Canonici ponitur pæna irregularitatis contra illos, qui in similibus casibus non præmittunt protestationem ordinariam: probatur etiam, quia si aliquis pro defendenda vita sua potest occidere aggressorem, & non incurrit irregularitatem, vt definitum est in iure, poterit hic multo merito suo aliquando permittere, quod occidant eum; quare debemus iudicare irregularem illum, qui reuelat crimen supradictum alicuius rei ob vitandam mortem animæ, quæ est peccatum mortale, quod

d. cle. si furiosi.

alitet

aliter vitare non potest, nisi hac reuelatione; & quidem nisi admittatur hæc opinio, seruiret irregularitas ad hoc, vt mitteret omnibus timorem, quo separentur ab implemento præceptorũ naturalium, & diuinorum, quod ab ecclesia fieri non potest, nec præsumi. Verum est tamen, quod est res multum decens clericis facere dictam protestationem dicentes, quod non reuelant dictos criminosos, vt condemnentur morte, aut mutilatione membri, sed vt succurratur reipubl. & proximo, cuius damnum habent præ oculis; & secundum hoc dictũ debet intelligi, quod tradunt Caiet. Sotus, & Nauarr. qui in hoc casu, & alijs similibus petunt, quod fiat protestatio. Nec hinc debet inferri, quod iudices, & reliqui ministri iustitiæ non remanent irregulares occidentes aggressores, & alios malefactores ob defendendam rempubl. & innocentes, bonaque proximi, quia sint ad hoc obligati sub pęna peccati mortalis defendere eos; quia ad hoc respondeo, quod ministri iustitiæ statim, ac acceptant officium, accipiunt authoritatem occidendi, & mutilandi membra, per consequens voluntariè volunt exequi dictas iustitias; & ideo facientes eas, licet sit ob defendendam rempubl. sunt habiti pro irregularibus, quod non accidit in gente particulari, quæ vt defendat rempubl. & proximum accusant, aut denuntiant, vt dictum est, quia hi non sumpsere hoc tãquam officium. Hinc infertur, quod illi, qui propria culpa fuerunt politi in tali angustia, vt ad liberandam vitam suam fuerit illis necesse occidere aggressorem, sunt irregulares; quia licet ius naturale concedat illis licentiam ad defendendam vitam, quam ius positiuum non tollit, nec tollere potest, sufficit, quod illi spõte immiserint se in dictam occasionem, ex qua sequutum est, quod pro defensione vitæ occiderint aggredientem, & ideo in causa propria volũt mortem illius. Hinc etiam infertur, quod adulter, qui apprehensus à marito in actu, vt defendat se, occidit maritum, remanet irregularis, quia ingrediens domum illius mulieris voluit mariti mortem, vt infra dicetur.

Caiet. 2. 2. q. 33. ar. 7. Sot li. 5. de iusti. q. 5. ar. 1. ad 3. & de tegẽ. secreto mẽbro ar. qõ. 4. concl. 2. 5. sed dubiũ est. Nau. d. c. 27. nu. 213. Cou. vbi supra n. 4 in fi.

13 Duodecima Conclusio. Aduocans contra reum, qui de facto fuit occisus, aut mutilatum illi membrum, remanet irregularis, licet præmittat dictam protestationem. Hæc conclusio est communis DD. vt affirmat Couarruuia: & ratio est, quia hi non procurabant in causa propria, sed in aliena: & in iuribus solum liberantur irregularitate illi, qui facta protestatione accusant, aut denuntiant in causa propria. Et nota, quod si accidat, quòd non moriatur, aut non mutiletur membrum accusati, sed accusatoris, quia inuentus sit, quod contra ius accusauit illum, in hoc casu si ille, qui prius fuit accusatus, petit vindictam, & compensationem, facta protestatione supradicta non remanet irregularis, remanet tamen irregularis aduocatus, qui patrocinabitur contra accusatorem, licet præmittat dictam protestationem.

Cou. vbi supra num. 5.

14 Decimatertia Conclusio. Si aliquis fuit falsè accusatus, & non petit vindictam de accusatore, sed solum defendit se, & iudex sua voluntate, & ratione officij sui cognita falsitate iubet, vt suspendatur, aut mutiletur ei membrum, in hoc casu nec qui erat accusatus iniuste, nec eius aduocatus incurrunt irregularitatem, licet sint ecclesiastici, & non faciant protestationem ordinariam; & ratio est, quia cum processu solum prętenditur iusta defensio innocentis, & punitio accusatoris non prætenditur principaliter, sed potius sequuta fuit casu inuenta innocentia accusati, vt resoluit Couarruuias cum communi. Et aduertant procuratores, & aduocati, quod quando sunt notabiliter negligentes, ita vt propria culpa suspendatur reus, aut perdat aliquod membrum, cuius defensio erat illis commissa, incurrunt irregularitatem.

Cou. vbi supra

15 Decimaquarta Conclusio. Interdictum est clericis in causis crimina-

libus esse testes, quia nullus est maioris efficaciæ ad punitionem rei, quã testis condemnans morte illum, vnde sequuta morte ob testificationem cuiusque testis ecclesiastici, aut sęcularis, remanet dictus testis irregularis, licet faciat dictam protestationem, vt dicit Couar. & Iulius Clarus cum communi: & ratio est, q̃ ius facta dicta protestatione solum excusat ab irregularitate accusatores, & denuntiatores, non vero testes, nec Aduocatos, nec Iudices, nec Notarios, nec alios quoscumque, qui tenentur de officio condemnare reum, aut concurrere proxime ad eius condẽnationem, vt dicunt DD. communiter, nec donec astringantur a Iudice, testificentur, quia licet dicta violentia liberet eos a peccato, non liberat eos ab irregularitate, quę contrahitur sine peccato, vt dicit cum alijs Maiolus; & si ex eorum dictis non sequitur pæna mortis, aut mutilatio membri, sed alia minor, non incurrent irregularitatem, si vero fuerint clerici, debent condemnari a iudice secundum culpam, quam habuere in testificando, quod dicit Salzedus vidisse receptum in vsu, nec debet illis dari aliqua pæna, quando causa, super qua deposuerunt, erat talis qualitatis, quod in ea non tractabatur pæna sanguinis; bonum tamen consilium est, quod clerici non sint testes in causis criminalibus, licet in illis non agatur de dicta pæna.

Cou v. bi supr. § 5 nu. 5 in fi. Iul. Clarus i p. a ctic. cri. § fi. q. 24

Maiol. d̃ irreg li. 2 c 8 numero 2.

Salze. in practic. crim. ca 78. pag.

16 Decima quinta Conclusio. Quod diximus procedit, quando deferuntur dicti vt testes pro fauore accusatoris, non verò in fauorem rei, licet ex defensione rei sequatur mors accusatoris pæna tallionis, quia in hoc casu non incurrunt irregularitatem, cum non prætendant dicti testes illius supplicium, sed solum defendere innocentem, quod tãquam nouum, & ab eo excogitatum commendat multum Salzedus. Hinc colligitur, quod in causa criminali contra reum non debet, nec potest iudex ecclesiasticus dare licentiam clerico, vt testimoniũ ferat, & sic de facto iubeat, aut concedat licentiam, non debet illi obedire. Noteturque, quod si occurrerit casus, in quo aliquis testis compulsus non a ministris iustitię, sed a propria conscientia testificetur de aliquo, non incurret irregularitatem, licet ex eius dicto sequatur mors, aut mutilatio; quia hic de lege naturali tenetur facere dictam testificationem; & in hoc casu, & similibus nihil inuenio determinatum in contrarium a iure humano. Verum est, quod hoc debet temperari grano salis (vt dicitur) si talis sit prudens, & prius communicauerit rem hominibus doctis, si ius naturale obligat eos ad supradictum.

Salze. v. bi sup.

17 Decimasexta Conclusio. Licet non sit irregularis testis, qui dicit N. occidisse Petrum: si dictus N. confessus erat suum delictum, & ob eius cõfessionem debebat condemnari morte, non tamẽ desinit esse irregularis, si ob eius dictum accelerata fuit ei mors, vt dicit Nauar. in quodam consilio: qui aduertit, quod faceret bene dictus clericus audiens iudicem, & notarium interrogans, an sit condemnatus delinquens ob suum dictum, aut saltem citius quam erat faciendum, quia si inuenit sic esse, remanet irregularis.

Nau. li 5 cõs tit d̃ homic. cons. 37.

18 Decimaseptima Conclusio. Religiosus, qui dixit quibusdam agentibus de quadam muliere inuenta occisa in agro, Si ista esset, quam ego vidi heri exire extra ciuitatem cum suo marito? non remanet irregularis, licet inde sequatur occasio inquirendi contra maritum, & condemnandi eum morte, quia hic non fuit causa propinqua eius mortis, nec eius dictum fuit sufficienter directum ad illud ex natura sua, nec ex intentione dicti religiosi, sic enim dicit Nauarrus.

19 Decimaoctaua Conclusio. Si reus adhuc non est condemnatus morte nõ videtur esse irregularis ille, qui impellit illũ, citius accedat ad locum supplicij, & ideo nõ sunt irregulares illi, qui sollicitãt ire hæreticos traditos brachio sæculari ab Inquisitoribus, in cuius tribunali de-

debẽt condemnari morte,& multo fortius nõ erunt irregulares illi,qui faciunt eos confestim ambulare ad teatrum fidei,quando exeunt à carcere,quia alias sequeretur, quod qui compellit, vt velocius ambulet latro deprehensus in furto,qui condemnandus est morte,incurreret irregularitatem, quod nemo concedit, quia tam hi, quam reliqui sunt causa nimis remota acceleratę mortis talium.

20 Decimanona Conclusio. Qui compellunt velociter ambulare condemnatos iam morte, vt accedant cito ad locum supplicij,si faciunt hoc actu humano,& deliberato, & hinc sequitur acceleratio mortis, aut mutilatio membri sunt irregulare. Hæc conclusio colligitur ex Syluest. & Nauar. & alijs: vnde illi,qui exhortantur condemnatum, vt patienter applicet caput velociter, vt decolletur: vel ascendat scalas, & ille, qui acuit gladium,aut parat funes, aut alia instrumenta, vt sic velocius, & sine tanto dolore fiat executio, est irregularis, si facit hoc actu humano, & deliberato;& ideo si mẽte captus,aut ebrius, aut puer ante vsum rationis facit cito ambulare eum, qui ducitur ad supplicium percutiens asinum, quo defertur, aut aliter non erit irregularis, cum moraliter loquendo non fuerit causa eius accelerationis. Aduertaturque, quod excusantur irregularitate illi, qui sunt causa alicuius breuissime accelerationis, in qua non datur ordinarie tanta deliberatio, vt sit actus humanus: nec debet reputari irregularis,qui est causa dictæ accelerationis;quia quod parum est,pro nihilo reputatur, vt aduertit Sotus irridens quosdam qui in hoc, & alijs casibus mouent scrupulos sine causa,& requiritur etiam vt incurratur hęc irregularitas, vt de facto sequatur acceleratio mortis,aut mutilationis, quia irregularitas nõ imponitur, nisi per effectum realiter sequutum. Et hinc sequitur, quod si aliquis per verba, aut aliter,mouet illum, qui defertur ad supplicium, vt citius accedat, aut persuadeat carnificis,quod occidat eum velociter, vt non incurrat irregularitatem, debet vti hoc remedio scilicet,quòd debeat facere differri mortem per tãtum spatium temporis, quantum fuit tempus ab eo trãsmissum in acceleratione, quia in hoc casu non poterit dici causa acceleratæ mortis de facto.

[Syl. ver. homic. 3. nu. 3. Nau. d. c. 27. nu. 217. ac finem.]

[Sot. li. 5. de iust. q. 1. art. 9. §. his prę habitis.]

21 Vigesima Conclusio. Qui comitantur hos delinquentes, vt auxilium dent,& fauorem, aut authoritatem executioni dicti supplicij, vt sunt ministri iustitiæ, qui hac de causa sunt præsentes, incurrunt irregularitatem, reliqui vero siue sint clerici,siue laici non incurrunt in eam, nec peccant præsentes existentes, licet sit curiositatis solum gratia: & licet antiquitus esset prohibitum illis, qui habebant ordines sacros, qui beneficium ecclesiasticum, vt probat Syluester, & Nauarrus: nunc tamen in nostra ætate consuetudo legitima admisit non esse peccatum supradictum.

[Nau. in Man. lat. c. 27. nu. 214. & in vulgar. nu. 215.]

22 Vigesimaprima Conclusio. Quando hæretici sunt prius subfocati, & postea comburuntur, nõ sunt irregulares, qui deferunt ligna, vt comburantur. Quod si viui sint comburendi, & aliquis iaciat ligna in locum ignis, postquam sunt mortui,non remanebit irregularis; cuius contrarium debet dici, si dicta ligna concurrunt ad dictam mortem, aut eius accelerationem, sic enim dicit Nauarr.

23 Vigesimasecunda Conclusio. Qui exhortatur alios, vt patiantur martyrium, sequuto martyrio non remanet irregularis, vt dicit Couar. quod probatur,quia hic nõ est causa proxima mortis,quia non dat consilium ei, quod occidat se, aut alium, sed solum quod patiatur omnia tormenta mundi, & non relinquat fidem Christi, quæ quidem exhortatio Catholica, & pia nec ex sua natura est, nec ordinatur ad mortem.

[Cou. 2. p. tit. re le. §. 5. n. 6.]

De mutilatione ratione medicinæ. Cap. CLXX.

SVMMARIVM.

An sit irregularis, qui mutilat membrum alterius ratione medicina, conclus. 1 numero 1.

1 PRima Conclusio. Potest quis licite mutilare membrum alterius ratione medicinæ, vt faciunt communiter chirurgici incidentes membrum, ne corpus putrefiat, etiam si mutilent membrum sanum, ne moriatur; qui quidem, nec qui adiuuant, non incurrunt irregularitatem huius speciei, quia hic non videtur esse defectus mansuetudinis, & lenitatis Christi, nec indecentia aliqua, quæ est in ministris iustitiæ pronunciant contra aliquem mortem, aut mutilationem membri, & ideo remanent irregulares, quia videntur crudeles, vt dicit Nauarr. Hæc conclusio est Panormitani, & Nauarri cum communi. Noteturque, quod quando medici, & chirurgici sua culpa fecerint supradictum sequuta morte, aut mutilatione alicuius membri infirmi, remanent irregulares specie irregularitatis sequentis vt dicetur.

Nau. ca. 27. nu. 217. Panor. i ca. sent. n. 23. ne cler. vo- uent. Nau li. 5 consi. tit. de homic. cōs. 9. l. 5 10.

De occidentibus, & mutilantibus in bello iusto. Cap. CLXXI.

SVMMARIVM.

An peccent ecclesiastici ingredientes bellum, nu. 1. & an conueniat illis esse duces, num. 2.

An sint irregulares, licet non occidant, conclus. 1. num. 3.

An sit licitum in bello iusto exhortari milites, conclus. 2. num. 4.

An remaneant Clerici irregulares conferentes arma illis, qui sunt in conflictu belli, concl. 3. num. 5. & concl. 4. num. 6.

An concedens summo Pontifice, quod Clerici prælientur, sit visus dispensare si occidant, conclus. 5. num. 7.

An clericus occidens in bello iusto ad sui defensionem sit irregularis, conclus. 6. num. 8.

An potestas, quæ datur clericis, vt exhortentur ad prælia, detur etiam religiosis, conclus. 7. num. 9.

AD explicationem propositi est notandum, quod sicut ecclesiasticis est prohibitum intromitti in causas criminales, vt supra dictum est, sic interdictum est ingredi prælia cum armis more militum ad præliandum suismet manibus, vt constat ex iure; vnde initiati ordine sacro peccabunt mortaliter præliantes sua propria manu, licet sit contra infideles, & idem debet dici de initiatis minoribus ordinibus, qui habent beneficium ecclesiasticum, si vero non habent, licet incedant in habitu clericali, & tonsura, aut sint deputati ministerio alicuius ecclesiæ, solum peccabunt venialiter; & si non incedant in habitu clericali, & tonsura, nec sint deputati ministerio alicuius ecclesiæ, non committent aliquod peccatum, & hoc modo debet intelligi, quod super hoc loco adducit Couar. dicens absolute, clericus initiatus ordinibus minoribus potest sine vllo peccato præliari in bello suis proprijs manibus, & secundum hanc distinctionem debet intelligi prohibitio, quam facit ius clericis, & personis ecclesiasticis imponens illis; q; non intromittant in causas criminales, de quo tractat Sotus dicens, quod minoribus præditi, qui hoc faciunt, committunt solum peccatum veniale, cuius dictum debet intelligi, si deferant habitum clericalem, & tonsuram, & fuerint deputati ab Episcopo ministerio alicuius ecclesiæ, quia si non habent nisi ordines, rite peccatum veniale committunt, & sic vsus recepit, cum intromittantur quotidie in similes causas sine vllo scrupulo. 1

c. clerici & c. qui cunque ex clero 23. q. 5.

Cou. 2. p. relec. cita § 3. nu. 2.

Sot. li. 5. de iust. q. 1. art. 4.

2 Secundo debet notari, quod est pro-

prohibitum clericis esse duces in bello iusto, aut habere aliquam præsidentiã super milites, aut illos, qui tractant de rebus belli, licet dicti clerici non præliẽtur propria manu, vt explicat Panormitanus, & vt cognoscatur quando committunt peccatum mortale aut veniale debet inspici distinctio supradicta. Verum est, quod in aliquibus casibus possunt præliari in bello iusto, vt dictũ est in materia de bello, & vnus eorum est, quòd possunt succurrere illis, qui iuste præliantur exhortantes eos, & audientes illorum confessiones, & auxiliantes eis spiritualiter, dummodo non præliẽtur propriis manibus; sic enim dicit D. Thom. qui insinuat esse licitum Episcopis, & clericis ire ad bellum sine licentia suorum superiorum & in iure dicitur esse hoc illicitum Episcopis, nisi cũ licentia Summi Pontif. bene tamen possunt hoc facere sine peccato de consensu præsumpto prælatorum, pręcipue vbi est consuetudo antiqua ad illud: cõsensus autem præsumptus in hac parte erit, quando adeunt bellum sine detrimento ouium suarum, & ad succurrendum proximis spiritualiter, & eius aditus ob authoritatem personarũ est multæ vtilitatis ad defensionem ecclesiæ, aut ouium suarum, aut boni communis, & recurrere ad Papam est res difficilis, & bellum repentine euenerit: & ratio huius est quia in his casibus consensus præsumptus habetur pro expresso, cum minister ecclesiæ non fiat in eis inhabilis ad seruitium eius, hocque videtur voluisse D. Thom. Quod si in iure videatur definiri contrarium, erit ob alias circunstantias, quæ in casu ibi proposito inueniuntur, vt videri poterit. Quo supposito pro veritate dicendorũ ponendæ sunt sequentes couclusiones.

Panor.

D.Tho. 2.2. qu. 40.ar.2. ad 2. cap.quo auso.23 q.8.

D Tho. vbi sup.

3 Prima Conclusio. Licet clerici peccẽt mortaliter aut quia præliantur proprijs manibus in bello iusto, aut quia, quamuis non prælientur cum ipsis, assumunt officium ducum, aut præsunt militibus ducentibus tormenta bellica aliaue instrumenta ad rumpendos muros, non incurrunt tamen irregularitatem, nisi occidant, aut mutilent membra suis propriis manibus, licet auxiliẽtur bello, & licet sui comites occidant alios: sic enim tenent Couarru. & Nauarr. & videtur esse Siluester huius opinionis, quæ colligitur ex iure, vt notat Panormitanus, & DD. communiter. Nec obstat quod videtur esse bellum iniustum cum pręlietur in ea ille, cui est non licitum præliari, quia ad hoc respõdeo, quod non sufficit esse bellum iniustum, quia vnus prælietur contra honestatem sui habitus ad effectum, quod incurratur irregularitas sed est necesse, quod sit iniustum defectu authoritatis, & causæ legitimæ, vt fiat.

Cou vbi supr. 2.p.d.re le. §. 3. num. 2. Nau. in ma. lat. c.27. n. 215. Silv. hom. 3 q.7.n. 8 pronũ ciato.2. & Clarius pronuncia. 6.c.petitio de ho. vbi Panor. & Do.

4 Secunda Conclusio. Licitum est clerico in bello iusto, siue defensiuo, siue offensiuo auxiliari militibus dando eis consilium, & exhortando eos ad prælia ineunda animose; & possunt etiam in ipso conflictu, & prælio exhortantes illos dicere. Præliamini, & vincite, vt fides exaltetur & seruiatis Deo, & Regi vestro, & similia verba, & licet ex hac cooperatione sequatur mors, aut mutilatio membri non incurrunt irregularitatem; hæc conclusio est Nauarr. & Couarruuias, & Siluester constatque esse definitum in iure, & ratio potissima eius, & primæua est, quia cũ irregularitas sit de iure positiuo, potuerunt dicti Pontifices ordinare supradictum in fauorem belli iusti, in quo ecclesia defenditur, & liberãtur oppressi, & inimici Dei vincuntur, etsi aliud ordinassent, fere totus exercitus remaneret irregularis, & remaneret illaqueata multitudo hominum, & homines abstinerent a bellis, & præliis huiusmodi: vnde si in iure videtur dici contrariũ, debet responderi quod loquitur solum in bello iniusto. Noteturque, quod hæc facultas, quæ datur clericis, non debet extendi, quando præliantur in bello iusto, quod fit ratione alicuius rei temporalis; quia iura concedentia illam solum loquuntur de bello iusto, in quo defenditur ecclesia Dei, & oppressi

pressi liberantur,& inimici Dei euadūt victi.

5 Tertia Conclusio. Si Clericus dederit arma illis,qui adeunt bella iusta, siue sint ballistræ,siue sagittæ,siue quæcū que alia munitio,& licet det ipsa in ipso conflictu, non remanebit irregularis licet dictis armis aliquis occidatur inimicorum,putans probabiliter, quando dedit illud neminem occidendum, nisi quod solum imponetur metus illis, licet postea accidat,quod quis moriatur, aut sit manu mutilatus. Hæc conclusio est contra Silu. quam tenet Innocētius, & Hostiensis & Ioannes Tabiena, Angelus & multi alij : ratio est, quia hi in his casibus sunt causa remota, quia sicut est speciale in hac irregularitate, q̄ oritur ex homicidio ob defectum lenitatis,& pietatis,quod imponatur ob actum,licet sit iustissimus,sic est speciale in ipsa, quod requiratur, ut incurratur causa tam propinqua, & vna intensio tam specialis, vt explicauimus in aliis conclusionibus, & ideo non sufficit virtualis,quæ videtur haberi ab exhortantibus, auxiliantibusque dictis munitionibus dicti belli. Hinc sequitur primo, quod non sunt irregulares prælati, & clerici,qui non solum solent esse præsentes bellis iustis cum suis subditis, & militibus,sed etiam exhortantur eos,& auxiliantur eis cum dictis munitionibus absque intentione occidendi, licet habeant iā virtualiter;quod debebat considerare Aluarus Pelagi,qui dicebat nō inuenire rationem sufficientem ad excusandos hos ab irregularitate, Sequitur vlterius, quod non egent dispensatione irregularitatis illi,qui sunt præsētes bello iusto,in quo fuerunt multi occisi,& vulnerati partis contrariæ iactis ab hac parte tormentis,& bombardis, vt dicit Nauarr. in quodam consilio. Dixi, in bello iusto, quia in bello iniusto hoc non debet dici, cum ius solum loquatur de bello iusto limitante alio iure, quod loquendo generaliter ordinat,quod ille, qui est causa homicidii, sit irregularis Noteturque, quod semper loquor in his conclusionibus de bello iusto,quod fit pro defensione ecclesiæ,vt dixi,alias non,sed de eo, quod fit ratione alicuius belli temporalis.

Sil. vbi su. can. & Host. in c. de sen. ne cle. vel monachi Na. c.27. n. 212. in vulg. & in latin. nu. 215. Ta.v.irr. reg.3.n. 21.pronōc. 14. Ang.eo. ver.n.15

Pelag.d planc.ec. ar.48.

Na.li.5. cons.tit. de hom. cons.21 d.c.sent c. de cætero de hom.

6 Quarta Conclusio. Clericus,qui dat arma dictis militibus in conflictu belli iusti videns,quod cum illis sequetur aliqua mors,aut mutilatio membri, quæ de facto sequitur (dicunt aliqui) quod remanet irregularis, quia videns dictā mortem videtur habere intentionem specialem occidendi, licet virtualiter, præbens dicta arma; quam quidem opinionem puto securissimam, licet contraria non careat probabilitate propter rationem dictam in conclusione præterita,scilicet, quod in hoc casu non sufficit intētio virtualis, & ob hanc, & alias rōnes videtur tenere hanc opin. Couar.

7 Quinta Conclusio. Si summus Pontifex concesserit clericis, quod prælientur propriis manibus in bello iusto, licet non dicat quid aliud, non incurrit irregularitatem, licet occidant aliquos vt dicit Silu.& Couar. cum communi, quia viso quod concedit illis licentiam hanc,videtur quod dispenset in irregularitate.

Sil.ver. homi. 3 q.6.n.8. Co.vbi su. 2.p. §.7.n.2.

8 Sexta Conclusio. Si clericus occiderit aut mutilauerit aliquod membrum alicuius inimici pro sui necessaria defensione,non incurrit irregularitatem; & idem debet dici in casibus, in quib. de iure naturali tenetur præliari;& hoc debet intelligi in bello iusto defensiuo, secus vero de offensiuo, & ingressiuo, scilicet,quando nostri ob iniurias receptas ab aduersariis, quas iam non faciunt, aggrediuntur eos prouocātes ad prælia quietos, & pacificatos: quia in hoc casu si aliquis nostrorum occiderit,aut mutilauerit aliquod membrum aduersariorū, licet sit in sua necessaria defensione,& casibus, in quibus de iure naturali tenetur præliari, & licet bellum sit ob causam specialem, & necessariam ad obtinendam victoriam, remanet irregularis,quod probatur,quia hic voluntarie posuit se in his angustiis. Vnde sicut iudex, qui de iure naturali

tali tenetur custodire iustitiam, & nihilominus remanet irregularis, si condẽnet aliquem morte iuste, quia voluntarie sequitur illud ministerium, sic debet hic condemnari, cum sponte cum reliquis aggressus sit bellum. Verum est tamen, quod si aggressio fuit necessaria ad defensionem ecclesiæ, quia putabatur, quod si non aggrederentur, venirent inimici fidei cum multo furore, & facerent magnam stragem in ipsa, videtur dicendum contrarium, quia iam in hoc casu non esset bellum offensiuũ, sed defensiuum.

9 Septima Conclusio. Potestas, quæ datur clericis ad hoc, vt sint præsentes bello iusto dantes consilium, & exhortantes milites sine timore irregularitatis, debet extendi etiam ad religiosos, quia nomine clericorum in rebus fauorabilibus intelliguntur; in odiosis vero non, sicut dicit S.luester, & est opinio Panor. & multo minus sunt irregulares seculares, qui exercent dictas res, quia in fauorem belli iusti omnibus generaliter est hoc concessum. Et quicumque, siue sit secularis, siue clericus extra hos casus expressos, & numeratos, & numerandos in capitulo sequenti qui concurrerit sicut causa proxima ad mortem, seu mutilationem membri, remanet irregularis, vt infra dicetur.

Sil. ver. cle. 1. in prin Panor. i c. 1. ne clerici, vel monachi n. 7.

De Irregularitate ex morte, aut mutilatione iusta ratione propriæ defensionis. Cap. CLXXII.

SVMMARIVM.

An remaneat irregularis, qui occidit aliũ defendens se concl. 1. nu. 1.

An Clericus teneatur fugere aggressorem, si fugiendo sit periculum mortis, aut mutilationis; & an occidens aggressorẽ, aut mutilatorem sit irregularis, concl. 2. & 3. num. 2. & 3.

An sit irregularis, qui ob defensionem sui conuocat alios, qui adiuuent illum ad occidendum, concl 4. nu. 4.

An sit irregularis, qui occidit aliquem pro defendendo proximo, concl. 5. nu. 5. & 6.

An qui occidit ob defensionem bonorum sit irregularis concl. 7. nu. 7.

An qui occidit alium, vt defendat vitam suam remaneat irregularis occidens illum cum odio. concl. 8. nu. 8.

1 PRima Conclusio. Qui occidit alium vt defendat propriam vitam, non est irregularis, si aliter non potest illam defendere, vt definitum est in iure, & tractant Caiet. Sotus, Couar. & Nauarr. Nec contra hoc obstat Concil. Trid. dicens esse necessariam dispensationem in hoc casu, & per consequens supponens, quod sit irregularitas; quia respondeo, quod Conciliũ loquitur, quando in defensione fuit aliqua culpa, vt explicat Pet. de Nauarr. adducens aliam declarationem. Ego tamen dicerem aliter, quod non dicit Concil. idest, quod dispensationem debet dare Papa, aut Episcopus, sed solum dicit, quod aliquo modo debet esse dispensatio interponens sequentia verba, *Dispensatio quodam modo debeatur*, scilicet quod ius naturale, quod concedit vnicuique, vt se defendat aliquomodo, petit, quod in hoc casu dispenset ius humanum moderãs rigorem suum; quia licet tale homicidium fuerit factum ex proposito, fuit tamen perpetratum tanquam medium necessarium ad defensionem vitæ. Quare iustum est, quod dispensetur in eo, & quod non habeat annexam hanc censuram & sic dispensatum est in Clem. *si furiosus*, & dicunt etiam aliqui doct. allegati, quod fuit dispẽsatum in hoc ab alio iure antiquiori; & ideo quod dicta Clem. solum declarauit, & interpretata est ius, quod antea erat, ponens hoc verbum *censemus*, quia si vellet ordinare ius nouum diceret hoc verbum *statuimus*, aut *constituimus*, vt notat Nauarr.

d. C le. si furios. Caie. 2. 2. q. 64. ar. 7. ad 3. so. l. 5 de iusti. q. 1 a 8. §. 9 Couar. i d. cl. 3. p. § 2. Na. i c. 27. n. 211. Cõcil. Tri. ses. 14 c. 7 de reform. Na. li. 2. de. resti. c. 3 nu. 367.

Na. vbi sup.

2 Secunda Conclusio. Licet aliquis sit clericus, qui fugiens non remanet inhonoratus, si fugiens incurret periculum mor-

mortis ob aggressoris impetum, & per fugam capit maiorem audaciam, non tenetur clericus fugere, nec erit irregularis, licet defendens se occidat aggressorem, sic.n.dicunt Doctores communiter.

3 Tertia Conclusio. Non solum ob defensionem vitæ est licitum occidere aggressorem absque pęna irregularitatis, sed etiam pro vitanda mutilatione alicuius mēbri proprij, quòd aliter vitari non potest, nisi occisione, aut mutilatione alicuius membri aggressoris; hæc est opinio communis quam tenet Siluest. Nauarr.& Couarr.& alij quos refert; & ratio est, quia membrum est pars vitæ,& faciliter ex mutilatione alicuius membri sequitur mors: in iure autem mutilatio, & mors sūt pares respectu irregularitatis, vt affirmant DD. Ergo; notandum, quod est opinio multum probabilis, quòd incurrit ille irregularitatem, qui occidit, aut mutilat membrum aggressoris pro vitando dāno corporali leuiori ipsa morte, aut mutilatione, scilicet pro vitanda alapa, vt infra dicetur.

sil. ver. homic. 3 Na. vbi sup. Cou. vbi sup. per. vlt. vlt. §. 9 vlt n. 2.

4 Quarta Conclusio. Ille, qui videt ad oculum mortem, aut mutilationem mēbri, quam quis illi minatur, & non potest vitare illud, nisi occidat illum, conuocatq; alios, vt adiuuent illum, qui occidunt dictum aggressorem, non erit irregularis, qui conuocauit; in hac etiam conclusione concordant DD. & ratio eius est, quia sicut ipse per se potest occidere aggressorem sine periculo irregularitatis, sic poterit illum occidere sine eodem periculo.

5 Quinta Conclusio. Quando aliquis sub pęna peccati mortalis tenetur occidere, aut mutilare membrum alicuius in defensionem alicuius tertij, personæ, aut reipublicæ, & hoc non ratione officij publici, nec quia posuerit se propria culpa in his angustijs, non incurrit irregularitatem hæc conclusio est contra quandam Gloss. & Siluestrum, ac Nauarr. nec obstat ratio illorum adducta ex Clementina *si furiosus*, in qua solum

gl. in d. cle. si furios. Sil. bellum. 2. nu 8. Na d. c. 27 n. 213

eximitur ab irregularitate, qui occidit, aut mutilat aggressorem, non vero qui occidit aggressorem alterius, quia huic argumento respondeo, quod nec in clementina, nec in alio textu Canonico, quod attineat ad irregularitatem, tractatur de illis, qui ob ius naturale precise tenentur aliquid exequi; quia, vt supra diximus necessitas occidendi pro conseruanda salute corporis non est tā deuitabilis, sicut necessitas ob conseruādam salutem animæ, & non offendendi Maiestatem diuinam, vnde si illa liberat ab irregularitate, multo magis liberabit hæc, cum salus animæ sit maioris valoris, quam salus corporis, & in nullo casu potest relinqui, vt potest relinqui salus corporis in multis casibus cum multo merito.

6 Sexta Conclusio. Quando aliquis ob defensionem proximi, aut rerū suarum non tenetur occidere aut mutilare aliquod membrum iniusto aggressori, licet licite occidat obseruans moderationem defensionis inculpabilis, licet sit ob defendendum patrem, aut patriam, nihilominus remanet irregularis. Hæc conclusio est communis omnium Doctorum, & ipsa currit ratio allegata per clementinam *si furiosus* in conclusione præterita.

7 Septima Conclusio. Illi, qui pro conseruandis bonis, aut honore occidunt iniustum aggressorem, incurrunt in hanc irregularitatem, licet nulla alia via possint conseruare bona sua, & honorem suum; & licet in defensionem non excesserit modum: hæc conclusio probatur, quia hæc irregularitas contrahitur ob solam indecentiam, & defectum mansuetudinis, quæ inuenitur in hoc casu: sic enim quædam glos. dicit, & DD. communiter cum Panorm. Siluest.& Nauarr. quæ opinio debet teneri, licet Couarr. teneat contrarium non aduertens, quod sufficit indecentia, vt contrahatur irregularitas in hoc casu, licet non sit peccatum. Nec obstat quędam ratio, quam tradit dicens, quòd in simili casu occidens aliquem ecclesiasticum

gl in d. cle. si furi. Pan. i c. si cui dignū de hom. n. 14. Silu. ver. bellū. 2. q 7 nu. 12. Na. vbi su. n. 211 & 213. Co. 3. p. d rel. 4. vlt n. 4 & 3.

sticum non incurrit excommunicationem, quia ad hoc respondetur, quod est multa differentia inter excommunicationem, & irregularitatem, cū illa supponat peccatum mortale, irregularitas vero non: vnde vbi non est peccatum mortale, non potest esse excommunicatio, & irregularitas potest esse, licet non sit peccatum.

8 Octaua Conclusio. Licet aliquis possit occidere alium licite ob defensionē sui, peccat si occidat, aut mutilet aliqđ membrum cum odio, & rancore, non incurrit tamen irregularitatem, quia odium quod miscetur cum causa, quæ dat illi licentiam occidendi, est accidentalis, & non tollit, quod ius naturale illi concedit ad defendendum se.

Quis possit dispensare in irregularitate ex defectu mansuetudinis. Cap. CLXXIII.

SVMMARIVM.

An possit Episcopus dispensare cum homicida, vt possit suscipere ordines minores, concl. 1. nu. 1.

An possit dispensare cum irregularibus, vt possint obtinere beneficium simplex, cōclus. 2. num. 2.

An possit dispensare, vt suscipiant, aut vt vtantur ordinibus sacris iam receptis, concl. 3. nu. 3.

An possint patres Prouinciales, aut Generales religionum dispensare cum homicidis iustis, concl. 4 nu. 4.

IAm diximus supra, quod iudices, & ministri iustitiæ sine peccato possunt occidere, & cooperari morti delinquentium; & medici, chirugicique possunt amputare membra humana, & milites possunt occidere inimicos in bello iusto, & quòd vnusquisque ob defensionē personæ suæ potest occidere iniustum aggressorem, incurrunt tamen aliqui horum irregularitatem, quæ oritur ex defectu lenitatis sine peccato, remanet nunc videre, quis possit dispensare in hac irregularitate ad solutionem cuius, sequuntur hæ conclusiones.

1 Prima Conclusio. Ad suscipiendos ordines maiores solus Summus Pont. potest dispensare, ad minores autem authoritatem habet Episcopus dispensandi: hęc conclusio colligitur ex iure, & tenent Nauarr. & Couarru. & alij, quos referunt. c. ad audienti đ homic. Na. i vtroque man. c. 27. nu. 240. i fi. Cou. 1. p. cita. relect. §. 3. n. 5 c. vlt. de cl. pugnātib. i duello. Cou. & Na. vbi supra.

2 Secunda Conclusio. Episcopus potest dispensare cum his irregularibus, vt possint obtinere beneficiū simplex, vt constat ex iure, & eadem ratione vt possint retinere beneficium simplex, qđ habebant, priusquam incurrerent irregularitatem; non potest tamen dispensare, vt obtineant aliquod beneficium curatum, vt tenēt Couarruuias, & Nauarrus.

3 Tertia Conclusio. Etiam nunc post Concil. Trid. non possunt Episcopi dispensare cum his irregularibus, vt vtantur ordinibus sacris susceptis, nec vt recipiant alium quemcumque, si incurrerunt hanc irregularitatem in aliquo casu occultissimo, quia licet Concil. concedat facultatem, vt dispensent in irregularitate quæ oritur ex homicidio casuali, hoc debet intelligi, quando in homicidio est aliqua culpa, quæ faciat, vt irregularitas, quæ inde nascitur, procedat ex delicto; in hac vero conclusione agimus de irregularitate, quæ non oritur ex delicto, sed ex defectu lenitatis; & ideo Concil. nihil innouat in ea; vnde si tractetur de dispensatione, debemus nos regulari terminis iuris communis, quod clauditur in duabus conclusionibus primis. Cōc. Tr. sess. 24. c. 6. de reformat.

4 Quarta Concl. Priuilegia concessa religionibus, vt patres Generales, & Prouinciales earum possint dispensare in omnibus irregularitatibus, exceptis, quę nascūtur ex homicidio voluntario, aut bigamia, aut mutilatione membri, videntur dare facultatem, vt dispēsent cum suis subditis in irregularitate, de qua agimus, quia homicidium voluntarium in materia suæ dispensationis

solum

solum significat, quod est culpabile delictum, vt tenet Caiet. quẽ sequitur Couar. & Nauar. hocque homicidium, de quo agimus non est culpabile, sic enim tenet Bañez, fundatus super alia ratione non tam sufficienti, sicut quæ dicta est, & dicti patres possunt dispensare in irregularitate, quam contraxerint sui subditi occidentes ex proposito aliquẽ hominem in bello iusto, cuius opinionem non sum sequutus in impressione præterita allegans collectorem priuilegiorum Apostolicorum, qui tenet contrarium, cum tamen innitantur fundamento Caiet. & est multum probabilis eorum opinio: de quo Deo volente tractabo late in libro explicationis priuilegiorum Apostolicorum, vbi dicam, qđ si homicidium est occultum, possunt dispensare, sicut ẽt dico in nostra explicatione cruciatæ. §. 9. nu. 133. & 134.

Cai. verbo irre. Cou. 2. p. tit. relec. §. 3. n. 7. i fi. Na. vbi sup. & in rubr. de iudic. n. 30. Bannes 2. 2. q. 40. ar. 2. dub. 4 Collecto. i cõpen. priuileg. ti. dispens. §. 10. & 11.

De irregularitate ex homicido iniusto ratione delicti. Cap. CLXXIV.

SVMMARIVM.

Quid sit homicidium, num. 1.

Quod homicidium iustum consideretur tribus modis, nu. 2.

Quod homicidium, aut est voluntarium, aut casuale aut mixtum. ibid.

An sit irregularis qui de facto nec occidit, nec mutilat, nu. 3.

An sit irregularis, qui iubet hominem iã mortuum reduci in partes, & qui facit grauidam aboriri, nu. 4.

An sufficiat veniale peccatum, vt incurratur hæc irregularitas, nu. 5.

An hæc irregularitas extendatur ad baptizatos solum, nu. 6.

1 AD resolutionem eius, quod in hac materia dici debet, est notandum primo cum D. Aug. quod homicidium in sua lata significatione, siue sit iustum, siue iniustum, non est aliud quam occidere aliquem hominem, quia licet voluntas praua occidendi sit homicidium interius contra quintum præceptum decalogi, nihilominus homicidiũ absolute pronunciatũ notat actum exteriorem, cum quo homo priuatur vita, sicut furtum, significat capere de facto aliquid alienum cõtra voluntatem domini illius.

Aug. l. 1 de libe. arb. habet r in c. si hominc. 23. q. 5.

2 Secundo debet notari, quod homicidium, de quo tractamus, diuiditur in homicidium licitum respectu obiecti, vt quando iudex licite occidit malefactores, aut quando milites occidunt inimicos in bello iusto, & quando aliquis occidit alium defendens vitam ꝓpriam, de quibus homicidijs iam egimus in capitulis præteritis, diuiditurq; etiam in homicidium illicitum respectu sui obiecti, vt quando quis occidit alium sine facultate illi à iure concessa, & hoc homicidium obiectiue diuidit Nauarrus, cum communi in homicidium pure voluntarium, & pure casuale, & mixtum. Homicidium mere voluntarium est illud, quod ex proposito, & directe fuit prætensum à voluntate, siue hoc faciat quis per se, siue per alium iubendo, aut consulendo, aut cooperando armis, veneno, patrocinio, testimonio, aut aliter. Homicidium mere casuale est illud, quod nec in se, nec in sua causa sufficienter ordinata ad illud fuit intentum, quod accidit, quando aliquis audiens voluntarie, aut iussus ab alio vadit ad agrum, vbi occiditur à fulgure, quia nec in se, nec in causa fuit prætensum hoc homicidium. Homicidium mixtum est, quod non fuit intentum, nec volitum in se, fuit tamen prætensum in sua causa sufficienter ordinata ad illud, vt accidit in eo, qui iubet cedi fustibus aliquem, aut vulnerari, monendo, quod non occidant illum, quia si in hoc casu occidatur, vocabitur homicidium mixtum, cum fuerit prætensum in causa sufficienter ordinata ad illud.

Na. d c. 27. nu. 218.

3 Tertio debet notari, quod non sufficit, vt quis incurrat hanc irregularitatem, quod faciat quemuis actum exte-

Sot. l. 5. de iust. q. 1. ar. 9 paulo post initium. Na. vbi supr. Cou. 3. p. cit. re lect. in initio. num 8.

exteriorem ordinatum ad occidendū, sed est necesse, quod de facto occidat, vt resoluit Sotus, quare ille qui vulnerat alium, licet vulnus sit mortale, non est irregularis, si de facto non moritur, aut si de facto non remanet membro mutilatus; quia secundum ius etiam in specie huius irregularitatis homicidiū, & mutilatio currunt pari, vt post alios aduertunt Nauar. & Couarr.

4 Debet notari, quod etiam in irregularitatem, quæ nascitur ex defectu lenitatis, non incurritur, quand vtubet iudex diuidi in partes hominē iam mortuum, si antequam moriatur non cooperatus est eius morti, & eodem modo non remanet irregularis ille, qui inueniens inimicum suum mortuum, & satiando prauam suam voluntatem, facit eū in multas partes, quia vt incurratur irregularitas, quæ oritur ex homicidio aut mutilatione, est necesse quod hæc opera fiant in homine animato. Hincque sequitur, quod qui percutit mulierem grauidam aut applicat ei medicinam, aut potionem, qua aboriatur, nō erit irregularis, licet sequatur abortus, si creatura adhuc erat inanimata anima rationali vt tenet Caiet. Couarr. Sotus, & Nauar. cum communi: si tamen fœtus fuit animatus anima rationali, in hoc casu erit irregularis, qui fuerit causa abortus. Et nota, quod pueris infunditur anima 40. diebus suæ conceptionis, fœminis vero 80. vt dicit quædam gloss. communiter recepta; & qui dubitauerit an sit animatus fœtus, de cuius abortu fuit causa, putetur irregularis, vt debet æstimari ille, qui dubitat, an sit sequuta mors alicuius a vulnere illi a se inflicto, aut alia de causa; sic enim tenet Siluester, & DD. communiter. Ex dictis sequitur, quod non est irregularis ille, qui dedit potionem alicui impediens illi potentiam generandi, cum hic non tolat vitam alicuius animati anima rationali; nec contra hoc obstat motus proprius Xisti. V. qui dicit contrarium, quia Gregor. XIV. reuocauit ordinatum in eo reducens ad terminos iuris communis, vt dictum est in verbo abortus. cap. 5, num. 4. Verum est tamē quod hi peccant mortaliter. & sunt homicidæ imperfecte, cum impediant qd̄ infundatur anima rationalis creaturæ seu fœtui informi, aut impediunt fœcunditatem generandi, vt cum Caiet. dicit Sotus.

Caiet. verb. abortus. Cou. 2. p. ci. relec. §. 3. num. 1. Sot. in 4 d. 25. q. 1. art. 3. concl. 4. Nau. c. 27. n. 28 in fin. Gl. in c 1. dist. 5. Doc. cōiter ibid. & in c. sicut & in c. si aliquis. d̄ homic.

sil. uer. homi. 1 num. 3.

5 Debet notari, quod vt incurratur hæc irregularitas, & quæcumque alia, quæ oritur ex delicto, tenent homines docti, q; sufficit adesse peccatum veniale, hucusque opinionis est Couarru. & Caieta. Veruntamen Sotus, quem sequitur Nauar. tenet, quod non sufficit peccatum veniale, sed necesse est, quod adsit peccatum mortale putans nimis durum, quod pœna huiusmodi detur ob solam culpam venialem. Ego in impressionibus præteritis semper adhæsi opinioni Soti, quia videbatur mihi probabilior, nunc vero considerans decreta Canonica, quibus nititur pars contraria, adhæreo illi vt securiori, fatens qd̄ violenter respondetur illis. Nec obstat ratio Soti, & Nauarri, quia in hoc casu non incurritur irregularitas ob solum peccatum veniale, sed solum ob indecētiam, quæ inuenitur in illo, qui de facto occidit alium, vt possit accedere ad altare agni mansueti Christi.

Caietā. ver. aborsus. Sot. in 4 d. 25. q. 1. art. 3. concl. 4. Caie. 2. 2. q. 64. ar. 8. & in sum. ver. irregularitas p. 2. §. 4. n 9. Sot. li. 5. de iust. q. 1. ar. 9 ad fin. Nau. in ma c27 nu. 249. in fin. Nau. in ma n. c. 27. nu. 209. & 218. in lat.

6 Sexto debet notari, quod hæc irregularitas non extenditur, nisi ad solos baptizatos vt aduertit Nauarr. Vnde ille, qui ante baptismum occidit alium iniuste, aut mutilat membrum, non eget dispensatione, vt postquam factus est Christianus possit suscipere ordines cum non sit irregularis, & hoc supposito competit primo tractare de homicidio casuali, aut mutilatione, & postea tractabimus de homicidio voluntario, quod fiet in capit. sequentibus.

De

De irregularitate, ex homicidio facto a carente vsu rationis.

C. CLXXV.

SVMMARIVM.

An sine culpa carens vsu rationis fiat irregularis occidendo, aut mutilando aliquẽ concl. 1. nu. 1.

Qui dicantur carere vsu rationis, ibid.

An puer doli capax ante septem annos occidendo fiat irregularis. ibid.

An qui propria culpa amisit vsum rationis occidendo fiat irregularis. conclus. 2 num. 2.

An qui sua culpa amisit vsum rationis nõ habens experientiam sui occidendo fiat irregularis. concl. 3. num. 3.

1 PRima Conclusio. Quãdo aliquis sine propria culpa caret vsu rationis, non erit irregularis occidens, aut deformans aliquem, quia vt incurratur irregularitas, est necessarius, actus humanus, qui non est in his, qui carent vsu rationis, vt sunt furiosi, & pueri, & dormientes, aut ebrii, vt definitum est in iure; & dicit eius glos. quod ille æstimabitur puer, qui non accedit ad vsum rationis. Vnde notetur, quod puer licet excedat septem annos, non incurrit irregularitatem, si non est doli capax, qui intelligat, quod facit, vt dicit Siluest. & tenet Cord. quod si sit doli capax, incurrit illam, vt dicit Couarru. & resoluit tractans de hoc puncto Nauarrus, & in dubio semper debet faueri puero, iudicando quod non habuerit vsum rationis, vt liberetur ab hac pęna, sicut iudicamus de eo, qui non habuit vsum rationis, vt liberemus a voto, quod fecit. Notetur vlterius, quod puer, qui ante septem annos sit doli capax, si occidit alium, remanet irregularis, vt affirmat Panorm. & Couarr. cum ius, quod ordinat, vt incurrat irregularitatem solum ille, qui habet completos annos ætatis, fundetur in præsumptione, putando quod habeat vsum rationis in hac ætate, & non in alia magis tenera, quæ præsumptio cessat in hoc casu.

Clem. si furiosus vbi glo. verb. in falso.

Sil. uer. ho. 3. q. 1. § 1. & q. 2. § 3. Cor. de casib. casu. 60. Cou. in Cl. si furiosus 3 p. in princip. n 5. Na. li. 4. cons. tit. de cognatione apiritua li cõs. 1. Pan in c. 1. de d lict. pueromm. Couar. vbi sup.

2 Secunda Conclusio. Ille, qui cecidit in aliquam ebrietatẽ, aut frenesim sine sua culpa aut amisit vsum rationis per quamcumque aliam viam inculpabilem, occidens tunc aut deformans aliquem non remanebit irregularis, sic. n. tenent omnes DD. si vero propria culpa inebriatus est, aut amisit vsum rationis, remanet irregularis faciens dictum delictum habens simul experientiam sui, quod ebrietas solet illum ponere in periculo aggressionis: & multo rationabilius remanet irregularis, si inebriatus est cum animo occidendi: & idem debet dici de quocunque alio qui priuet se vsu rationis per quamcumque aliam viam experientiam habens sui supradictam. Hinc sequitur, quòd ille, qui scit, quod dormiens, aut somnians solet surgere a lecto, & capere arma, & aggredi alios, remanet irregularis, si occidat, aut mutilet, cum iam fecisset periculũ sui, & non adhibuerit impedimentum faciendi hæc, vt colligitur ex Diuus Thomas.

Doc. in d. Cle. si furios.

D. Tho. 1. 2. qu. 71. ar. 5 & 2. 2. q 150. a. 4 Na. in c. 27. nu. 230 Co 3 pa dictæ relect. in initio. n. 4. Castr. lib. 2. de l. pœna c 14 § 1 pric. cõ cl. f. 245

3 Tertia Conclusio. Si aliquis propria culpa amisit vsum rationis non habens experientiam sui, quod existens in hoc statu exponebatur periculo occidẽdi, aut deformandi notabiliter aliquẽ, occidens tunc aut deformans non erit irregularis: sic enim tenet Couarru. & Castrus, & ratio eius est, quia hic nulla fuit culpa. Et hinc infertur, quòd non est irregularis ille, qui concepit in animo propositum occidendi aliquem, & deinde dormiens somniat, quod occidat illum, & de facto surgit in somnis, & occidit illum, non expertus in se similem insaniam, cum dormiens est: nec facit quod somnus procedat ex proposito, quod habuit occidendi eum vigilando, quia hoc propositum fuit causa remota huius mortis, & insufficiens, vt contraheretur hæc irregularitas, vt notat Castrus applicans huic casui Clem. si furiosus. Verum est, quod nostra cõclusio

Cast. v. fu. f. 297

clusio non debet intelligi in illo, qui nimis grauatus vino, aut somno cognoscens, quòd facit, occidit, aut deformat aliquem, quia hic erit irregularis, cum adhuc habeat vsum sufficientem rationis, vt ex eo possimus dicere commisisse homicidium voluntarium. Noteturque, quod qui habet perfectum vsum rationis, & consuetudinem alterius, cõtra voluntatem suam vulnerat alium, de quo vulnere venit ad mortem, non incurrit hanc irregularitatem, sicut si quis cum gladio in manu euaginato, proiectus esset ab alio, & cadens super alium hominem occidat eum, cum hic non fuerit factus humanus ex parte huius homicidæ.

De irregularitate, ex homicidio casuali, aut mixto. Cap. CLXXVI.

SVMMARIVM.

Quid sit homicidium mere casuale, nu. 1.

An, qui facientes aliquod opus illicitum occidunt, aut mutilãt membrum, remaneant irregulares concl. 1. nu. 2

An incurrat irregularitatem aggressor, qui postea dolet de homic. con. 2. num. 3.

An irregularitas huius speciei incurratur ob homicidium, aut mutilationem iniustam. concl. 3. num. 4.

An sit irreg. qui vulnerat alium, & venit ad mortem culpa medici. conc. 4. n. 5

An remaneat irregularis, qui habet leonem, qui occidit aliquem hominem. conclus 5. num. 6.

An remaneat irregularis sacerdos cuius sclopetum oneratum occidit aliquem casualiter. concl. 6. nu. 7

An remaneat irregularis qui permittit exire hominem iratum, & exiens occidit alium concl. 7 num 8.

An sint irregulares clerici ordinis sacri, qui exercent chirurgiam. concl. 8. nu. 9.

An sit irregularis clericus, qui aperit apostema alicui egeno, qui non habet aliam personam, ad quam recurrat, si postea moriatur. concl. 9. num. 10.

An sint irregulares sacerdotes, qui aperiunt apostemata pestifera, & moriuntur infirmi. concl. 10. num. 11.

An sint irregulares, qui exercent medicinam post ordines, si moriatur aliquis eorum quos curant, concl. 11. num. 12.

An sint irregulares medici, si infirmi moriantur illorum culpa. concl. 12. nu. 13.

An fiat irregularis Medicus, aut Chirurgicus, qui stipendiatus tenetur curare infirmum, & deserit eum, ex quo venit ad mortem concl. 13 num. 14.

An seruientes infirmis fiant irregulares voluentes eos, vnde accidit mori. concl. 14. num. 15.

An, qui extrahunt a corpore humano sagittam ex quo sequitur mors accelerata infirmi sint irregulares. concl. ibid.

1 AD explicationem huius materiæ, nota; quod illud erit homicidiũ, aut mutilatio mere casualis, quæ nec in se, nec in sua causa fuit volita, ita vt sequatur sine causa mortali, aut veniali homicidium, licet ex operatione, ex qua secutum est, fuerit aliqua culpa theologica contra aliquod præceptum, vt si monachus D. Francisci equitans contra præceptum suæ regulæ errans casu, & sine vlla culpa equus occidit aliquem puerum. In quo casu, & similib. interrogatur, an incurratur irregularitas, & sunt duæ opiniones contrariæ. Prima est negatiua quã sequuntur Couar. & Med. Secunda est affirmatiua, quæ tribuitur D. Thom. & tenet Caiet. estque communis omnium DD. vt affirmant, qui tenent partem contrariam, & probatur ex multis decretis Can. quibus difficulter respondetur, vt ostendit contra Sot. Nau probans cum reliquis, quod ex homicidio mere casuali sequitur irregularitas, quando ille qui occidit, aut deformat, operabatur aliquid illicitum, ad resolutionem cuius, & materiæ sequentis.

Con. 2. p. ci. rel. §. 4. præsertim a nu. 10. Med. 2. 2. q. 73. art. 8. f. 661. D. Th. in additio. ad 3. p. q. 39. ar. 4. ad 3. & 2. 2. q. 64. ar. 8. & Cai. ibid. Nau. in m. a. c. 27 nu. 221.

2 Sit prima Conclusio. Qui operans aliquid illicitum, quod ex se est periculosum, & subiectum occasioni occidendi, aut mutilandi, est irregu-

 laris,

laris, si casu sine cogitatione, aut cautione occidit, aut deformat aliquem, notetur que, quòd duo debent esse, vt incurratur hoc homicidium mere casuale, & irregularitas. Primo, qd actio, ex qua sequitur sit periculosa, & nimis subiecta occasioni occidendi, aut mutilandi membrum. Secundo, quod dicta actio sit illicita operanti, siue quia est illi prohibita ratione periculi, vt est prohibitū ordinato in sacris vti officio chirurgici incidendo, & vulnerãdo corpus humanum ratione artis, siue quia ex sua met natura res est prohibita, & habet annexum idem periculum occidendi, aut mutilandi.

Et hinc sequitur primo, quod ille qui sua culpa inebriatus est non expertus in se, quod in hoc statu solet occidere, aut mutilare, non incurrit irregularitatem, licet de facto occidat, aut mutilet: quia licet fecerit rem illicitam inebriãs se, non est tamen hæc actio ex se periculosa, & ordinata homicidio, aut mutilationi.

Secundo sequitur, quod ille, qui ludens aleis illicite occidit alium in rixa, quæ casu est mota defendens vitam suam moderamine debito, non remanet irregularis, nec minus ille, qui incidens ligna in monte alieno, si ferrum cadat è manu, occidit aliquem hominē ambulantem pariter remotum; nec est irregularis, qui facit ensem ex ferro furto capto, quo quis alterum occidit; qa huiusmodi actiones, & similes illicitæ non sunt ex se periculosæ, nec ordinatæ similibus euentibus. Et addo, quod si actio per se est periculosa, sicut est chirurgia, & ludere bellicis simulachris, & exercere se in aliis ludis bellicis, & venationib. ferarum, quæ fiunt cum armis, & canibus ferocibus, etiamsi sequatur mors, aut mutilatio alicuius, non incurritur irregularitas, quia licet hæ actiones ex se sint periculosæ, non sunt tamē illicitæ sæcularibus, cum nullum ius illas prohibeat. Verum est tamen, quod si clericus illas exerceat, non erit excusatus, si sequatur dicta mors, aut mutilatio, cum tunc exerceatur in operib. ex se periculosis, & etiam illicitis suo statui; quæ duæ res requiruntur, vt incurratur hæc irregularitas, vt diximus; & hoc videtur colligi ex doctrina Caiet. Soti, & Nauarri, estque opinio patris Fratris Ludouici de Castro.

Caiet. vbi sup. sot. li. 5 de iustitia. q. 1. ad 9.

Na. vbi sup. nu. 237. & seq. Cas. vbi sup. prope fin. vers. sic admonet.

Ex dictis sequitur tertio, quòd est irregularis monachus, qui exercet actū chirurgiæ, ex quo sequitur mors infirmi, licet ex parte dicti fratris nulla sit culpa, quia inclinauit se actui prohibito statui suo, & periculoso, & apto ad homicidium, aut mutilationem, vt definitur ī iure; quod ius intelligit, si dictus monachus curauit alterum ob pecuniã secus vero si per pietatem fecit; quæ explicatio non debet admitti, quia ex dicto decreto non colligitur hæc distinctio; deberetq; aduertere Sotus quod recipere nummos ob curationem non est res periculosa, nec ordinata ad homicidium, vnde possit incurri per eam solum irregularitas.

Cap. in ad hos, de homicid.

Sequitur quarto, quod qui iubet aliquem cędi fustibus, ex quo sequitur mors, est irregularis, licet monuisset percussorem, ne occideret, aut mutilaret; quia hic iussit rem illicitam, & ex se periculosam, ordinatamq; ex se simili damno, sic. n. ordinatum est in iure.

Cap vltim. de hom. l. 6

Quinto infertur, nō esse irregularem illum, qui existens cum muliere aliena occidit maritum eius, qui venit extra horam non potens aliter liberare vitam suam; quod debet intelligi, quando hic adulter ingrediens domum huius mulieris vitauit omnino totum periculum occidendi putans pro certo, quod eius maritus non erat in loco, adhibens custodes, & alia remedia obuiandi huic periculo; quia si non obseruauit moderationem debitam, certum est, quod incurrit hanc irregularitatem, si occidat de facto maritum. Hancque opinionem tenent Couar. & Castrus dicentes, quod quando aliquis adulter fuit occasio, vt maritus occideret illam, non remanet irregularis, si non sit alia occasio præter adulterium

Co. vbi sup p. 2. §. 4. n. 9. Cast. vbi su c. 14. ad fi. ver. hic tamē admonco.

rium dictæ mortis; & idem sentit Sotus, & Medina, quando adulter pro sui defensione occidit maritum venientem extra horam, vt diximus in nostro corollario; & ratio huius opinionis est, quia accedere aliquem ad mulierem alienam non est actio tam periculosa, nec ex se tam ordinata homicidio mariti, aut mulieris, vt sine culpa in homicidio commissa debeat contrahi irregularitas; & idem debet dici de illo, qui ingreditur domum alienam ad furandum, vt se defendat, illicite occidit aggressorem, quia hæc actio ingrediendi domum alterius ad furandum ablata probabili periculo, quod poterat euenire domino, non est ex se res, & occasio propinqua, vt ex ea sequatur mors, aut mutilatio.

Sot li. 5. de iustitia q. 1. ar. 9. Med. in 1. 2. q. 73 ar. 8.

Sexto infertur, quod remanet irregularis ille, qui aggreditur alium verbis iniuriosis percutiens cum fustibus sine animo, & periculo occidendi, aut deformandi, cum tamen casu negotium euenerit, vt volens aggressor desistere ab iniuria, quam faciebat ob resistentiam, & animum contrarij, fuit illi necessarium ad defensionem sui occidere illũ seruato debito moderamine; & ratio est, quia hic operabatur opus illicitum, & periculosum & ex se ordinatum morti, aut mutilationi; quod colligitur ex quodã capitulo iuris Canonici, & ideo qd definitũ est in iure, scilicet quod qui occidit aggressorẽ ob defensionem vitæ, nõ remaneat irregularis, intelligitur solũ de illo, qui nõ operans rem illicitã, & periculosã ordinatã illi occisioni, aut mutilationi occidit dictum aggressorẽ.

Cap. vlti. de homic. l. 6. l. d. Cle. si furiosus.

Septimo sequitur non videri veram opinionem Nauarr. qui absolute dicit, qd qui ludit, aut iocatur cum muliere prægnante, ex quo sequitur abortus, nõ est irregularis, si licite iocabatur cũ ea, quia verbi gratia, erat eius soror, propinquave amicitia coniuncta; si vero illicite, quia erat eius amore captus præ libidine, aut erat monachus, cui est prohibitum ludere cum ea, erit irregularis, si sequatur abortus fœtus animati anima rationali: quam opinionem ratione supradicta non admitto, quia aut hic remanet irregularis, quia realiter commisit homicidium in tali ioco, & chorea, quia debebat aduertere, quod ex eo debebat sequi abortus, & in hoc casu etiam frater, aut consanguineus erit irregularis, quia cõsanguinitas non tollebat periculum abortus, & periculum homicidij: si vero non erat hoc periculum, non debemus dicere remanere irregularem dictum amãtem, aut monachum quia choreæ similes non sunt prohibitæ religiosis, tamquam actiones periculosæ, & directæ ad homicidia, sed vt impudicę & indecentes habitui clericali, & religioso. Verum est, quod poterat esse chorea, ludusve talis, vt posset præsumi vetari dictis personis tamquam quid periculosum, & directum abortui; & in hoc casu reciperem ego opinionem Nau.

Nau. in Ma. c. 27. n. 236 in Latino, & in vulg. n. 238.

Na. vbi sup.

Octauo infertur quod puer qui ludens cum alijs lapidibus iactis, si ludus sit licitus, & occidit alium, non est irregularis, sicut nec est irregularis eques, qui occidit alium ludens, & exercens se bellicis simulacris, & militaribus licitis adhibens solitam diligentiam, ne sequatur mors alicuius, cum hi non implicabantur operi illicito ordinato ad malũ, vt dicit Nau. in quodam consilio.

Nau. l. 5. cõs. tit. de hom. cõ sil. 7. & i Ma. c. 27 nu. 21.

Nono infertur, quod religiosus, qui dixit quibusdam, qui tractabãt de quadam muliere inuenta occisa in agro, Est ne, quam ego vidi heri exire extra ciuitatem cum marito suo? non est irregularis, licet ex taliter eius dicto sequatur inquisitio contra maritum, & tandem suspensio eius in furca, quia hic non fuit causa propinqua mortis illius; nec eius dictum fuit ex sua natura sufficienter directum ad illam, nec intentio dicti religiosi fuit huiusmodi, & sic homicidium fuit quantum ad illũ mere casuale, vt resoluit Nau.

Decimo sequitur non esse irregularẽ religiosum, qui scribit alicui amico suo, Non omittas hoc negotium sine vindicta, & amicus occidit illum inimicum; si igno-

Nau. l. 5. cõs. u. de hom. cõ sil. f. 517.

si ignorauit, qđ ex tali epistola sumpta fuit occasio, quia dicta verba non erant ex sua natura inductiua ad similē vindictam, si dicat, aut scribat ea religiosus, potius significant ipsum scribere, quod sumeret vindictam, per viam litis cum moderatione, quā requirit lex diuina; quod intelligitur, nisi religiosus per illa prætendit dictam mortem, vt resoluit idem Nauar.

Na. vbi su.cōl.6. f.509.

3 Secunda Concl. Incurrit irregularitatem ille, qui aggressus est alium, vt occidat illum, & postea dolens propter amorem Dei de illo facto, occidit aggressum, contra voluntatem, quia alias non potuit defendi ab eo, quia culpa præcedens aggressionis fuit causa sufficiens mortis, quæ de facto sequuta est: voluisse aūt desistere ab hac voluntate, & occidisse cōtrarium ob suam defensionē, solū liberat eum nouo peccato homicidij qđ cōmisisset, si post q̄ doluit de voluntate, q̄ habebat occidendi, concepit aliud propositū nouū tollendi vitam illius excedens terminos defensionis.

4 Tertia Conclusio. Irregularitas homicidij casualis mixtive nō incurritur, nisi ob homicidium, aut mutilationem iniustam saltem obiectiue, & ideo homicidium, quod fit in bello iusto est licitum, & iustum saltem obiectiue, vnde non incurrunt in hanc irregularitatem illi, qui adiuuant exhortantes in bello, vbi hoc homicidium committitur, vt supra diximus; quod si aduerteret Nauar. non dixisset, quod religiosus, aut clericus, aut beneficiarius præditus ordine sacro, qui videns latronē capere aliquid, clamat, ob quam causam fuit comprehensus, & condemnatus morte, sit irregularis huius speciei, quod non est sic; quia vt aliquis incurrat hanc irregularitatem, requiritur quod mors, aut mutilatio, sit saltem respectu sui obiecti iniusta: nec incurrunt irregularitatem, quæ nascitur ex defectu lenitatis, si suis clamoribus prætenderunt solum defendere bona proximi; & ratio est, quia clericus de iure naturali tenetur impedire damnum proximi, quando commodè potest hoc facere, ius autem positiuum non potest ordinare quidquam contra ius naturale, quod intelligitur, nisi hic monachus, aut religiosus prætendebant suis clamoribus dictam condemnationem mortis, aut si putabant, quod illi, qui debebant recurrere ad voces, essent deformaturi latronem, aut quod ministri iustitiæ deberent id facere; quia in hoc casu incurrunt irregularitatem, quæ procedit ex defectu lenitatis, vt incurrerent seculares sic clamantes prætendentes dictā mortem; quod fatetur idem Nauarr. dicens, quod clerici essent irregulares specie huius capituli, & seculares etiam essent specie tamē irregularitatis ex defectu lenitatis, non aduertens, quod in hoc casu dicti clerici non commisserunt, nec adiuuarunt ad homicidium iniustum etiam ex parte obiecti, cum prætenderint homicidium iustum, & iuridicum. Ex dictis infertur, quod clericus beneficiarius præditus ordine sacro, qui vt recuperet rem suam, apprehendit latronem, qui defert eam detinens illum, quousque accedat prætor, qui capiat eum, aut accusat latronem de furto facto, vnde euenit, vt suspendatur, non remanet irregularis irregularitate, de qua agimus in hoc capite, licet non faciat protestationem solitam, quod debet teneri, licet Nauarrus teneat contrarium, contra quem facit sequens ratio, scilicet, quia licet clericus peccauerit non faciens protestationem quam iubet ius fieri, hoc peccatum nō est homicidium, sed inobedientia; nec sufficit, quod opus accusandi, quod facit, est illicitum, eo quod sit ordinatum ad homicidium, aut mutilationē; quia ad hoc respondeo quod debet esse ordinatum ad homicidium iniustum, hoc autem non est huiusmodi, quia iudex iuste condemnat illum; vnde hic clericus solum incurrit irregularitatem, quæ procedit ex defectu lenitatis.

Na.c.27 n.236.in Manuali

Na. vbi sup.5

Na. d.c. 17.n.26. in lat.

5 Quarta Conclusio: Qui vulnerat alium, qui venit ad mortem defectu, & culpa medici, aut culpa proprij

prij inordinati regiminis, remanet irregularis vulnerans illum iniuste, quia licet vulnus non fuerit mortiferum, succeſſit tamen dicta mors ex eo; & in hoc caſu idem eſt occidere ac vulnerare iniuste, quando ex vulnere ſequuta eſt mors, ſic enim dicunt Nauar. & Couar. Dixi, vulnerans iniuste, quia ſi vulneret iuste ob defenſionem ſui, non remanet irregularis: quando autem vulneratus perit culpa medicorum, aut proprij regiminis, debet ſtari iudicio aliorum medicorum, qui debent iudicare, an fuerit vulnus mortale necne; quia ſi vulnus erat mortale, ex quo communiter ſolent mori homines, non obſtante quacumque negligentia, quæ fuerit ex parte medici, aut infirmi, illud homicidiũ debet referri ad eum, qui inflixit vulnus, & per conſequens incurrit irregularitatem ratione homicidij voluntarij, cuius diſpenſatio eſt difficilior quã eius, quæ procedit ab homicidio caſuali, de quo agimus; ſi vero vulnus ex ſe non erat mortale, & tamen ſequuta fuit mors defectu medici, aut infirmi, tunc ſolum incurrit irregularitatem, quæ procedit ab homicidio caſuali, de quo agimus in præſenti: hoc colligitur ex eo, quod definitum eſt in iure.

Na d. c. 27. nu. 223. Cou. in cl. ſi furioſ. 1. p. §. 2. n. 8.

c. pſb. c. ad audiẽtiã d hō.

6 Quinta Concluſio. Qui habet aliquem vrſum, aut leonem, aut canem ferocem, non remanet irregularis, ſi aliquod horum animalium occidat aliquem hominem, dummodo habeat dicta animalia ligata ita vt non poſſint damnificare, niſi illos qui accedunt ad eos, niſi teneant ipſa ligata in aliquo tamen itinere, aut loco, per quem homines ſolent tranſire, quia in hoc caſu remanet irregularis, & erit irregularitas, quæ procedit ex homicidio caſuali, vt tenent cum alijs Couarruuias, & Nauarrus.

Co. vbi ſu. n. 11. Na. vbi ſup. nu. 227.

7 Sexta Concluſio. Irregularis eſt huius ſpeciei ſacerdos conſtrictus iure ob inimicos, qui ſunt in loco, vt deferat arma, & ponit ſclopetum oneratum ſuper ſcamno domus ſuæ, ad quem accedente puero ac tangente applicatur ignis, & occiditur aliquis homo; & cauſa huius eſt, quia hic ſacerdos fuit in culpa quod ſclopetum relinqueretur expoſitũ illi periculo, vt reſoluit Nau.

Na. li. 5. conſ. tit. de ſent. excom. conſ. 68. f. 631.

8 Septima Concluſio. Si aliquis videns fratrem ſuum iratum cum aliqua perſona, vnde impedit illum vt exeat domo, ſed poſtea non potens amplius facere, conſenſit, vt exiret, ex quo exitu ſequutum eſt, quod dictus frater occidit illum, qui ei irrogauerat iniuriam, non remanet irregularis, quia hoc homicidium euenit caſu ex parte ſua, & abſque vlla ſua culpa, nec adiutorio ad illud, ſed ſolum ſe habuit mere negatiue in hoc caſu, vt reſoluit Couarruuias, qui notat contra Villadiegum, quod ille qui eſt cauſa rixæ aliquorum, non eſt irregularis, ſi in ipſa rixa accedant inimici illius, cum quo rixatur, & ratione inimicitiæ, non vero, vt adiuuent illũ, & occidant dictum contarium.

Co. vbi ſup. §. 2. nu. 8.

9 Octaua Concluſio. Clericis ordine ſacro initiatis eſt prohibitum exercere officium chirurgiæ, quod fit aperiendo apoſtema, aut applicato igne ob periculum mutilationis, aut mortis, quæ inde ſequi poteſt, vt definitum eſt in iure, & notat Panorm. quia in exercitio huius artis poteſt eſſe error, & quia initiati ordine ſacro habent aliud ſuperius officium, quod eſt curare animas, & non corpora. Noteturque, quod ius in hoc caſu de ſubdiaconis ſolum loquitur, diaconis, ac presbyteris, & ideo non eſt quod extendamus eius prohibitionem ad eos, qui ſolum habent ordines minores, licet habeant beneficia, quia pœnæ debent reſtringi. Hinc ſequitur, quod conſtituti in minoribus poſſunt exercere officium chirurgici incidendo, & applicando cauteria ignis ſine timore huius prohibitionis, & per conſequens ſi exerceant illud, non remanent irregulares, licet aliquis moriatur, ſi in dicta morte non fuerit aliqua culpa ex eius parte, cũ non implicentur rebus illicitis, vt dicit Silu. aduertendo, quod eſt conſilium Hoſtienſis, & Goffredi, quod

cap. ſententiam ne clerici, vel monachi.

Sil. v. et. medi. 19 nu 8.

qui debent suscipere ordines abstineant à praxi medicinæ, præcipue chirurgicę, quæ continetur in incisionibus, & mutilationibus, quia conscientia ordinantis non debet habere aliquem scrupulum; & etiam quia videtur res nimis indecens ordini clericali, præcipue si exerceantur in hoc fine necessitate constituti in minoribus ordinibus, qui deferunt habitum, & tonsuram, aut sunt beneficiati. Secundo infertur remanere irregulares initiatos ordine sacro, si exerceantur in praxi chirurgiæ incidentes, & applicantes cauteria ignis, & sine eorum culpa moriatur, aut lædatur aliquis notabiliter, cum se applicauerint rei illicitæ, & ex se periculosæ, & ex se ordinatæ homicidio, aut mutilationi. Tertio sequitur non esse hos irregulares, si applicato emplastro herbarum, aut alio simili mollificatiuo, cum quo venit ad apertitionem apostema ex se, licet inde moriatur; quia in hoc casu non se implicuerunt rei illicitæ, nec inter actus chirurgiæ prohibitos, vt sunt incidere, dare cauteria ignis, debent cónumerari his, de quibus est sermo, cum in rigore non sint huiusmodi, & pœnæ debeant restringi. Quarto infertur, quod non incurrunt dicti in irregularitatem non facientes ex se ipsis dicta ministeria nisi iubentes per alios vt fiant, quia loquendo proprie non est exercere actum chirurgiæ, qui consistit in incisione, apertitione, & combustione, sed est iubere, & dare consilium ad illud, & pœnæ debent restringi. Notaque, quod ob incisionem carnis in hoc casu non intelligitur missio sanguinis; quia hic non est actus chirurgici, sed tonsoris, licet sit iussum, aut præceptum à medicis ob causam sanitatis; & per consequens non erit irregularis clericus, qui exercuerit hunc actum sine peccato homicidij, cum non implicetur rei illicitæ: estque notandum quod Eugenius Quartus concessit tempore necessitatis, quod monachi Dominæ nostræ de Guadalupe, qui non habent ordinem sacrum, si sint docti in facultate medicinæ, aut chirurgiæ ante ingressum religionis, possint post professionem studere dictis scientijs, & exercere eas curando monachos dicti monasterij, & infirmos hospitalis de licentia, & mandato suorum superiorũ, quod Nicolaus V. extendit ad conuersos dicti monasterij doctos, & expertos dictæ scientiæ, vt latius tractabimus in explicatione priuilegiorum, & ideo non erunt irregulares dicti religiosi exercentes dictas artes sine peccato homicidij.

In compen. D. Hier ti. medic°. §.2.,&3

10 Nona Conclusio. Quando aliquis est in tam extrema necessitate vitæ, vt si sacerdos non succurrat ei aperiens illi apostema, aut inducens cauteriũ ignis, veniret ad extremum vitæ deficiente aliquo qui curat & sacerdos possit succurrere sine eius periculo aut damno, poterit dictus sacerdos facere dictos actus, quia lex naturalis obligat eum in hoc casu ad sucurrendum prossimo necessitato, & lex ecclesiastica, quæ præcipit contrarium, non obligat in hoc casu, & etiam quia Epicheia, quæ lenit rigorem legum, petit hoc in hac, & similibus necessitatibus, & per consequens non remanebit irregularis dictus sacerdos, licet æger, cuius apostema aperuit, moriatur, cum non implicuerit se operi illi pro tunc prohibito, nec infirmus mortuus fuit eius culpa, quia mediocriter callebat medicinam, & adhibuit debitam diligentiam in curatione.

11 Decima Conclusio. Licet sacerdos non teneatur sub pęna peccati mortalis sucurrere infirmis peste, in quo casu non tenetur exponere vitam suam periculo ob salutem corporalem proximi, si tamen pietate motus voluerit facere hoc opus charitatis aperiens ægrotanti apostema, licite potest id facere, & potius meretur in hoc actu, quia in hoc casu non habet locum præceptum ecclesiæ; & idem debet dici, si fuerit positus in vrgente necessitate; vnde licet ex hoc succursu charitatis veniat ad mortem, non incurrit sacerdos irregularitatem deficiente culpa ex eius parte,

te,cum sic non se implicuerit rei illicitæ:quod si in iure dicatur in alio casu; quod sacerdos qui aperuit apostema, remaneat irregularis, si sequatur ægri mors,fuit,quia non erat necessitas, de qua hic agimus, & erat alius chirurgicus,qui posset illud facere, & ideo implicuit se sacerdos operi illicito statui suo.

Ca. ma ad nos, de hom.

12 Vndecima Conclusio. Non incurrit irregularitatem ille, qui post susceptionem ordinis sacri exercet artem chirurgie,licet moriatur, æger, quem curat, dummodo non moriatur eius culpa,quia non implicatur actui illicito,& prohibito,vt rei periculosæ; & licet in iure sint excommunicati religiosi, qui exeunt a suis cęnobiis ad audiendas leges,aut medicinat,aut de facto audiũt has sciencias,& intra duos menses non redeunt ad claustra sua,& sint excommunicati clerici in dignitatibus constituti,aut personatibus,licet non sint presbyteri,& presbyteri licet sint religiosi, licet non habeant vllam dignitaté, nec ecclesiam parochialem audiétes dictas scientias per spatium duorum mensiũ, resoluit Nauarrus; non ideo debemus dicere, quod exercitium medicinæ sit prohibitum omnibus illis, quibus est prohibitum audire hanc scientiam, q. licet præceptum non audiendi medicinam fuerit positum dictis personis, ne exercerent eam,non ideo debemus dicere,vt dicit Panorm. quod exercitium fuit etiam illis prohibitum per consequens,quia finis præcepti,nõ cadit sub eodem præcepto,cum videamus,quod sancta Mater ecclesia iubet ieiuniũ ad refrænãdos spiritus,& appetitus, vt spiritus eleuetur ad Deum,& videmus ẽt, quod non cadit sub eodem præcepto eleuatio spiritus ad Deũ,& ẽt quia summus Pont. videtur dare aliam rõnẽ, ob quã prohibet audiri has sciẽtias,s. vt inclinentur scientiæ theologiæ quod impedit auditio harũ scientiarum, & non ipsarum exercitium,denique nostra cõclusio videtur colligi ex iure. Verum est tamen,quod quia potest accidere, vt

Super spec. & c.nõ magno ope re,ne cleric. vel mon & ca 1.eo. tit. li. 6. Nau.ca. 27. nu. 216. in latino.

Pan. in c.sen.ne cler.lib. vouent. nu.22.

c. ad au res de q. tate, & qualit. ord.

sit aliqua culpa homicidii in curationibus, timoratæ conscientiæ, viri non solent exercere hæc ministeria sine priuilegio Apostolico, quo liberentur scrupulis,& dico adhuc quod licet supradicti possint exercere hanc scientiam sine periculo irregularitatis, vt dictum est, non est tamen decens statui suo exercere illam continue,& sine causa rationabili; vtentes vero aliquando medicina ob aliquam rationabilem necessitaté, & amicitiam, aut charitatem applicantes aliquam medicinam familiari suo, aut consanguineo, probabile est, quod non peccant.

13 Duodecima Conclusio. Medicus, qui adhibet omnem diligentiam possibilem in curationibus existens in omnibus cicunspectus,licet hinc sequatur infirmi mors,non ideo debemus dicere, quod sit irregularis:si tamen habuit aliquam culpam in dicta curatione, contrarium debet dici,vt colligitur in iure & idem debet dici de chirurgico; quia huiusmodi homines sic curantes non faciebant rem illicitam, sic tenent Nauar. Cou.& Siluester.

14 Decimatertia Conclusio. Medicus qui gaudet stipendio, remanet irregularis si omittat curare infirmum: tempore necessitatis, ex quo venit ad morté, aut ad notabilem deformationem, vt dicit Maiolus. Quod, vt dicunt aliqui, debet dici,quando curat infirmumsine stipendio,si compellatur ab Episcopo, aut ministro iustitiæ,ne destituat oppidum,quia sit pestis in eo; nec excusatur qui incipit curationem absente alio medico dicens,quod infirmus noluit sequi eius regimen,aut quod noluit confiteri ob quod destituit eum,& mortuus est, vt dicit Henriquez.

Na. d.c. 27 num. 228. Co uar. vbi sup. 2 p. §.3.n.3. Sil ver. hom. 2. n.8.& 9 & ver. medic. num. 8. Maiol.l. 1. de irre gul.c.48 §.c.n.3. in fin. Henr. tom.1.l. 14.de i. reg.c.12

15 Decimaquarta. Conclusio. Qui habent curam infirmorum, aut seruiũt eis; quia in hoc (licet sint sacerdotes) nõ implicantur rei illicitæ,sed potius exercent opus magnæ charitatis, non peccant mouentes illos in lecto,aut transferentes eos de loco ad locum vnam regularitet non peccant, nisi qui in hoc

non sequuntur regimen, & ordinem medicorum exhibentes infirmis aliquã medicinam, potionem, aut cibum contra eorum præceptum, & voluntatem, ex quo sequitur, vt ipsi vident, vel tenentur videre, quod debeat accelerari mors infirmi, non incurrunt irregularitatem: in hoc tamen casu melius est nõ admittere scrupulos, vt affirmant DD. nisi culpa, aut negligẽtia fuerit tam notabilis, & euidens, vt non possit aliter fieri; quia in hoc casu debet recurri ad medicos, qui debent iudicare, an mors sit sequuta, aut accelerata ex dicta negligentia, quorum iudicium debet sequi, quod si dubitent de eo, debet præsumi, quod dicta mors sequuta sit ex incuria, vt colligitur ex eo, quod dicũt Siluester Couarruuias & Nauarr. qui sentiunt idem debere dici de illo, qui cum non sit medicus, aut chirurgicus, extrahit a corpore alterius sagittam, aut gladium, quem habebat infixum, si hinc accelerata fuit de facto mors. Verum est tamen, quod si id fecit misericordia motus bona fide, contrarium affirmant dicendum. Quis possit dispẽsare in irregularitate, quæ nascitur ex homicidio casuali, & mixto videbitur infra. cap. 118. num. 1. & 4. & capit. 79. numero 2.

Sil. vbi sup. nu. 10. Cou. & Nau. vbi sup.

De irregularitate ex homicidio, aut mutil. uoluntaria.
C. CLXXVII.

SVMMARIVM.

Quid intelligatur nomine homicidij voluntarij; & an dispensatio sit reseruata Papæ num. 1

An omnes concurrentes ad occidendum aliquem sint omnes irregulares, si ille mortuus fuit ex vno vulnere. concl. 1. num. 2. & concl. 15 nu. 16

An omnes, qui præliantur in bello iniusto, in quo multi occiduntur, sint omnes irregulares. concl. 2. num. 3.

An sint irregulares, qui falsis accusationibus sunt causa mortis alicuius. concl. 3. num. 4.

An, qui non succurrunt illis, qui sunt in extrema necessitate sint irregulares, si illi moriantur concl. 4. & 5. nu. 6. & 7

An sit irregularis qui persuadet, quod non succurratur egeno, vnde venit ad mortem concl. 6. nu 7.

An, qui iubent occisionem sint irregulares concl 7. num 8.

An sint irregulares, qui iubent aliquẽ percuti fustibus dicentes, quod non occidatur, cum postea mors sequatur cõc. 8. n. 9

An iubens Petro, vt occidat Ioannẽ, quod tamen Petrus erat facturus, sit irregularis concl. 9. nu. 10

An sit irregularis, qui non monet Ioannem, quod volunt illum occidere. concl. 10 num. 11

An sit irregularis, qui approbat homicidium factum nomine suo. concl. 11. n. 12

An qui dedit consilium, vt occideretur, sit irregularis. concl. 12. num. 13

An sit irregularis, qui dedit consilium ad abortum intra triginta dies, quando nõ erat animatus fetus, & post animatum fuit delictum factum. concl. 13. nu. 14.

An qui dedit consilium, quod occideretur N. quando erat determinatum negotiũ, sit irregularis. concl. 14. num. 15

An quando multi concurrunt pari cõsensu ad occidendum, & occidunt, sint omnes irregulares siue vulnerauerint, siue non. concl. 15. num. 16

An sit irregulares, qui prius vulneratũ vulnerat alio vulnere non mortali, ex quo acceleratur mors. concl. 16. num. 17.

An sit irregularis, qui non impedit homicidium, quod sua causa scit, aut suspicatur faciendum concl. 17. nu. 18

An sit irregularis, qui iniuste rixatur cũ alio, & recurrentes familiares occidũt. concl. 18 nu. 19. & conf. 19. num. 20.

An sint irregulares domini temporales, qui in suis dominijs permittunt duella. concl. 20. num. 21

An sit irregularis, qui effudit semen in ecclesia. concl. 21. num. 22

Pro

1 PRo explicatione eius, quòd in hoc capite dicendum est, debet notari, q̃ homicidium voluntarium, cuius irregularitas semper reseruatur Papæ in omnibus facultatibus, quæ dantur ad dispẽsandum de irregularitate tam prothopœnitentiario, quam commissarijs generalibus cruciatæ, & Patribus generalibus, & Prouincialibus religionum, est homicidium illicitum prætensum in se, aut intentum saltem æquipollenter, tũc vero erit volitum æquiualenter, quãdo licet nõ sit volitũ, nec intentum in se, est tamen volitum, & intentũ in sua causa tam propinqua, vt moraliter loquendo vix sit compatibile velle illam causã, & nolle occisionem ipsam, sicut dare venenum alteri, & nolle occidere cum illo, & vulnerare aliquẽ pugione circa cor, aut cerebrũ, & nolle occidere, sic enim explicat Nau. Ex dictis procedit, quod clericus, qui dat alicui mulieri prægnãti aliquot remedia, vt aboriatur creaturã animatam anima rationali, est irregularis huius speciei, si sequatur abortus, q̃ procedit etiam si postquam dedit, antequam sequatur effectus, dolẽs de dictis remedijs dicat illi mulieri, q̃ non adhibeat dicta remedia; quia etiã in hoc casu erit irregularis, cum ipse docuerit illa remedia, & ipsa est vsa illis, & posuit causam propinquam abortus, ita vt vix sit compatibile, q̃ illa velit, & nolit occidere, quod tamquam nouũ, & à nullo dictum in hac materia debet notari. Ex quo infertur, quod ille, qui solum iussit, vt vteretur dictis remedijs; sufficit, q̃d reuocet mãdatum suum, antequam de facto sumantur, ne incurrat irregularitatem, licet fiat postea abortus; quia in hoc casu solum fuit causa remota huius delicti, cum reuocans mãdatum suum, quod fuit ex sua parte, impediuit executionem causæ propinquæ. Verum est, quod si non solum iussit, sed dedit consilium, quod vteretur dictis remedijs vtendo potionibus, non sufficit, quod dicat postea, quod non capiat ea reuocãs consiliũ, sed debet persuadere hoc causis efficacioribus, quã sint rationes, quibus prius persuaserat contrarium, vt sic fiat liber ab irregularitate, vt dicũt Nauar. & Cord. cum communi, & declarabitur inferius. Ex dicta doctrina infertur responsio multorum casuũ, qui continue accidunt, scilicet, quod est irregularis ille, qui dormiens in lecto, habens puerum lactantem, multum adhærentem lateri, si mouetur tã incautè, & inconsiderate, vt suffocet illum, cũ sit impossibile (moraliter loquendo) velle dictum motum, & nolle mortem pueri; & etiam ob dictam rationem irregularis ille, qui immittit lapides in viam publicam tempore transitus gentis, & occidit aliquem, & ille qui mittit sagittas in locum, vbi homines solẽt congregari, & ille qui habet vsum, aut bestiam ferocem ad ostium domus suæ in via publica, ad quam erat probabile, quod erant accessuri aliqui pueri, qui non habent vsum rationis; & de facto occidit aliquem illorum; est etiam irregularis nauta, qui inebriatur in naui plena sclopetorum, ex quo sequutum est aliquod naufragium, & inde mors alicuius, aut notabilis deformatio; & idem debet dici in alijs casibus similibus considerando attente circumstantias eorum, vt videatur propinquitas causæ mortis, aut mutilationis & iudicando an sit sufficiens circumstantia, vt condemnentur vt irregulares illi, qui ponunt dictã causam, circa quos dictos casus videatur Syluest. qui ponit aliquos similes casus præteritis, hocque fundamento posito conuenit resoluere hanc materiam per suas conclusiones.

Nau. d. c. 27. nn. 240.

Nau. vbi supra nu. 233. Cord. d' casibus q. 173.

2 Prima Concl. Quando multi aggrediuntur aliquem hominem qui (vt constat) mortuus fuit ex vno solum vulnere, omnes illi sunt irregulares, si non cõstet, quis illorum inflixerit vulnus, & quando aliquis homo recipit aliquod vulnus mortale ab alio, & aliquis alius infligit aliud vulnus minus, quo perficit mortem illius statim, non desinit primus percussor incurrere irregularitatem, cum constet dictum primum vulnus esse mortale, quia si constet non

fuisse

fuisse mortale, non incurrit irregularitatem; quod si non possit verificari de quo vulnere fuerit mortuus, omnes percussores remanent irregulares, vt docte resoluit Couarruu. Notaque, quod ille, qui percutit alium, non tamen fuit vulnus mortale, non remanet irregularis, licet postea sic vulneratus occidatur ab alijs, quum eius vulnus non fuerit mortale, animus vero occidendi in iure non inducit irregularitatem. Verum est tamen, quod erit irregularis, si dedit auxilium, & fauorem alteri, vt occideret illum, & si potuit impedire hanc mortem, & de iustitia tenebatur facere hoc, & non fecit, quia non impedire in hoc casu mortem, si commode id facere possit, est occidere, vt resoluit idem Couar.

Cou. in cle. si furi. 2. p. §. 2. nu. 6.

Cou. vbi supra nu. 6. & 7.

3 Secunda Conclusio. Omnes, qui in bello iniusto sunt causa mortis præcipientes, consulentes, auxiliantes, præparantes facientes arma determinate, & scienter ad hunc conflictum, exhortantes milites, & imponentes metum aduersarijs, omnes hi remanent irregulares, cum omnes illi in hoc casu sint causa dictarum mortium, aut mutilationũ. Verum est tamen, quod qui sunt causa remota, non incurrunt hanc irregularitatem, vt sunt qui faciunt arma, aut vẽdunt, aut præbent illis, qui petunt illa ignorantes, quod velint ea pro hoc bello iniusto; & ideo ille, qui soluit regi nũmos, quos debet ei, non est irregularis, licet sciat, quod expendit eos in dicto bello, quia (loquendo moraliter) non est causa proxima, sed remota dictarũ mortium, & mutilationum; quia quod prætendit præcipuè, est soluere, quod debet, ita vt si daret mutuo hanc pecuniam ignorans, quod esset pro bello iniusto, non incurreret hanc irregularitatem. Verum est tamen, quod si sciebat, & offerebat illam, vt sequeretur bellũ, & pararet necessaria bello, non posset liberari hac irregularitate, quia in hoc casu non potest negari fuisse causam proximam offerẽs se sponte ad dictum mutuum, quia si rogatus, & importunis obsecrationibus molestatus mutuat dictam pecuniam, non condemnarem ego illum, quia preces principium sunt violentia, vt dicit, quædam glossa communiter recepta: & si est constrictus, non potest dici, quod concurrit libere, & voluntarie ad dictas mortes, aut mutilationes. Noteturque, quod non sunt irregulares, qui adeunt bellum iniustũ, non ad præliandum, sed ad inducendam pacem inter contrarias partes, licet pars contraria habuerit aliquem metum: & illi qui sequebantur suã partem, ceperint animum, quia huiusmodi fuerunt causa nimis remota mortium, & mutilationum, quæ in ipso accidunt, vt colligitur ex eo, quod tradit Syluest. Couarr. & Nauarr.

Syl ver. homic 3 num. 8. Cou. vbi sup. §. 3. nu. 1. vers. qđ si bellũ iniustũ sit.

4 Tertia Conclusio. Sunt irregulares huius speciei omnes illi, qui cum accusationibus falsis, & dictis falsis, ac modis illicitis sunt causa, quod quis in iudicio puniatur pęna mortis, aut mutilationis; & idem debet dici de omnibus ministris iustitię, qui iniuste concurrunt ad hoc supplicium, vt dicunt Nauar. & Ledesma.

Nau. vbi sup. nu. 224. ĩ latin. & in vulg n. 225.

5 Quarta Conclusio. Omnes illi, qui non succurrunt illi, qui est in extrema necessitate constitutus, licet peccẽt mortaliter, & quodammodo vocentur homicidæ permittentes, quod proximus suus moriatur, non tamen incurrunt irregularitatem, si solum tenebantur succurrere ratione charitatis, quia si de iustitia tenebantur, aliud est: quia, licet charitas obliget eos in tali casu, non incurritur tamen pęna irregularitatis, si non exerceatur, licet ille moriatur eius defectu, vt resoluit Nauar. & Ledes. Dixi, non de iustitia, quia tunc erunt irregulares, vt dixi in capitulo præterito loquens de medico stipẽdiario, qui omittit curare infirmum.

Nau. vbi supra in lat. & in vulg. nu. 226. cũ seq. Led. in 2. 4 q. 26 art. 2. in tract. de irreg.

6 Quinta Conclusio. Qui solum charitatis gratia tenentur succurrere egeno, qui perit ex defectu succursus eorũ, non remanent irregulares, licet dolo, odio, aut maleuolẽtia in egenum omittant illi succurrere, vt contra aliquos resol-

Nau vbi sup. nu. 231. ĩ latin. & in vul. nu. 231. Ledes. vbi sup.

Nau. & Ledes. v. b. supra soluit,& Ledesma,& Nauar.quod si in aliqua parte iuris ordinatur esse excommunicatos,qui dolo permittunt, quod percutiatur clericus,si possint impedire hác percussionem,debet intelligi, quod loquatur solum de ijs, qui non defendunt illos, cum teneantur de iustitia illud facere,vt sũ prælati,& iudices,aliique habentes potestatem priuatam in illos,quos percutiunt, vt est pater, & dominus respectu familiarium, & filiorum,vt explicat Nauarr.& Couarr.

7 Sexta Conclusio. Est irregularis huius speciei ille,qui suasit alteri, qui volebat succurrere pauperi in extremis, ne succurreret illi, ex quo sequuta fuit eius mors, si ille, qui volebat succurrere illi, tenebatur hoc facere de iustitia, & si solum de charitate tenebatur, & dicẽs falsũ testimoniũ de egeno fuit causa,q̃ non succurreretur ei, etiam in hoc casu est irregularis,cum peccauerit contra iustitiam dicens falsum testimoniũ cõtra egenum, ob quod fuit destitutus succursu, & in hoc sensu debet recipi, Nau. d. c. 27 nu. 231. & Ledes. v. bi supra Ang. verbo homici. 1. n. 17 quod dicit Nauarr. & Ledesma super hoc puncto,quod si nec qui impediuit, nec qui omisit succurrere, peccauerunt contra iustitiam,sed solum contra charitatem, non remanent irregulares impedientes prædictum, vt dicit Angelus ponens exemplum in illis, qui cum vident consanguineos inter infamantium linguas,faciunt eos abstinere, vt succurrant oppressis.

8 Septima Conclusio. Sunt irregulares, qui iubent occidi,aut mutilari membra alicuius, siue statim sequatur effectus, siue postea, sic enim tenent post alios Nauar.& Couar.quod intelligitur, siue hoc mandatum sit expressum, siue tacitum; vt si aliquis iniuria affectus dicat filio,aut familiari. Non redeas domum meam, nisi circa hoc, quod mihi cuenit,audiam aliquid à te factum; aut si dixerit, Videbimus, an aliquis vestrũ vindicabit me,aut si dicat,Habeo in domo mea,qui manducat panem meum, non vero qui vindicet me; quia hęc verba sunt æquiparata imperio tacito; vnde si aliquis filius, siue seruus motus illis verbis occiderit, aut deformauerit aduersarium patris, aut domini,remanebit pater,aut dominus irregularis, vt ostendit Couar. Debet tamen aduerti, Cou. vbi supra quod si hic,qui iussit,reuocarit mandatum suum monens mandatarium, ne ponat in executionem dictum mandatum,remanet liber ab irregularitate,licet sequatur dicta mors,aut mutilatio, cum non exequatur virtute sui præcepti, sed ob malitiam exequutoris: & sufficit,quod qui iussit,expresse,aut tacite reuocet suum mandatum: & expresse reuocat,quando per litteras missas, aut nuntium, aut per verba mouet mandatarium: tacite vero reuocat, quando reconciliatur manifeste,aut cõtrahit consanguinitatem de nouo cum aduersario sciente mandatario. Notetur etiam,quod hoc habet locum,quando mandatum non comitatur consiliũ, quia si adsit etiam consilium,non sufficit sola reuocatio,vt dicetur infra:quod accidit, quando pater iniuria affectus graui iubet filio, quod sumat vindictã dicens, *Si non capis vindictam de hoc, cades in perpetuum dedecus*: quia hoc præceptum cũ hac ratione habet vim magnam persuadendi filio vindictam, licet reuocetur mandatum. Dixi,si hoc sciat mandatarius,quia licet quis reuocauerit expresse, aut tacite mandatum antequam sequatur mors, aut mutilatio, si adhuc mandatarius ignorat reuocationem, & sequitur delictum, remanebit irregularis mandans,vt colligitur ex eo, quod tradit Silu. sequens alios, Silu verbo exco. 6. num. 5 casu 3. qui tenent idem loquendo de excommunicatione.

9 Octaua Conclusio. Qui iubet percuti aliquem fustibus,aut alapis,monens, quod non occidant,aut mutilent membrum illi, si sequatur mors, aut mutilatio, remanet irregularis, non solum in casu, quod mandatarius excedat limites præcepti,sed etiam, quando iniuria affectus occidit, aut deformat dictum mandatarium, quia totum hoc fuit sequutum ex opere illicito, quod imposuit:

fuit, sic enim tenent Nauar. Ang. Panor. & Siluester; & eadem ratione erit irregularis, qui dederit consilium, si sequatur dictum delictum, vt post alios notant Siluester, & Couarruuias, vt dicetur infra.

Nau. vbi supra n. 134. Ang. verbo homicid. 1. numer. 12. & verb. homic. 2 num. 20 Pan. in c. ad audientiam, de hom. Silu. homicid 1 num. 11. casu 4.

10 Nona Conclusio. Qui iussit Petro, vt occideret quendam, quod Petrus erat facturus, licet ille non iuberet, non est irregularis, si Petrus ob dictum mandatum non est motus ad illud; aut si fuit motus, fuit parum: hæc conclusio est cõtra Couar. & probatur, quia moraliter loquendo, qui iussit, non fuit causa homicidij, quod factum fuit: si vero Petrus motus fuit ob mandatum, quod datum fuit illi, remanebit mandans irregularis; quod si dubitatur, an sit motus parum, vel multum, nec ideo debemus liberare illum; quod si constet, ꝙ de eius mandato accelerata fuit mors, debemus etiam æstimare irregularem, vt constat ex alibi sæpe dictis.

11 Decima Conclusio. Qui scit, quod iussum est occidi Petrum, & agitur de hoc, non est irregularis non monens dictum Petrum, etsi sequatur mors, quia hic non tenetur de iustitia monere illũ, sed de charitate, vt supra dixi. Hincque sequitur, quod, si hic, quia est minister iustitiæ, tenetur defendere illum, nõ defendens illũ, & sequuta morte, aut mutilatione membri remanet irregularis, vt notat Nauar. Sequitur etiam, quod pater, cui dicit aliqua mulier prægnans de illo, quod vult capere potionem, vt aboriatur, quod ex eo concepit, est irregularis, solum tacendo, si sequatur abortus non impediens illum sciens, aut scire debens, quod si persuadeat illam ad contrarium, non fieret hoc malum, quia de iustitia tenetur lege patris defendere fœtum omnibus modis possibilibus. Sequitur etiam, quod dominus, in cuius præsentia agunt serui, familiares, filij, aut consanguinei de occidendo inimico eius, est irregularis, si taceat, quia hoc tacere est consentire, cum ratione illius agatur de inducenda alteri morte coram illo, & non impedit illud, ita vt etiam si non sit præsens, sufficiat, quod sciat illud, vt remaneat irregularis, & quia tenetur de iustitia omnibus modis impedire hoc malum, vt resoluit Couarr. dicens hoc esse verum, pręcipuè, si prauo animo desinat impedire.

Nau. in Man. ca. 27. n. 22.

Couar. vbi sup. 2. p. §. 1. num. 8.

12 Vndecima Cõclusio. Homicidium, aut mutilatio, quæ fit nomine alicuius, vt illi assentiatur, licet ipse ignoret, incurrit irregularitatem, si postea ratum habeat: hæc conclusio tenetur a Nauar. sequendo Felynum, & Siluest. Couarr. tamen sequens alios multos tenet contrarium, cuius opinio videtur mihi multum probabilis, quia licet ius ordinauerit, quod qui ratificat, & approbat vulnus, quod inflictum est clerico nomine suo, remaneat excommunicatus, non inuenimus tamen ius, quod expresse nobis definiat, quod idem debeat dici in irregularitate; est autem regula multum verificata, quod non contrahitur irregularitas, nisi in casibus expressis in iure. Qui vero voluerit sequi opinionem Nauarri debet notare primo, quod non incurritur irregularitas, aut excommunicatio ex ratificatione eius, quod fit, sed est necesse quod fiat eius nomine. Secundo, quod ratificetur sciendo quod sit factum. Tertio quod ratihabitio fiat cum actu exteriori. Quarto, quod quando fuit facta dicta percussio, habuerit, qui debet ratum habere, liberum arbitrium, quo posset iubere, & eius mandatum imputari culpæ; quia si percussio facta fuit nomine furiosi, aut pueri, qui non habet vsum rationis, licet postea habẽs vsum rationis ratum habeat, non incurrit excommunicationem, aut alias pęnas iuris, vt constat ex doctoribus allegatis. Ex dictis infertur, quod si aliquis solum lętatur mutilatione facta nomine suo, non debemus condemnare illum, vt irregularem, quia hæc complacentia loquendo in rigore non est ratihabitio.

Nau. d. c. 27 nu. 233. Couar. vbi sup. §. 1. n. 4. ca. cum quis, de sẽt. exc. lib. 6. c. is qui, de sent. excõ. l. 6

13 Duodecima Conclusio. Qui dat consilium, & cum consilio est causa alicuius homicidij, aut mutilationis, incurrit

currit irregularitatem, licet talis homicidium, aut mutilatio fiat multo post, quam consilium datum fuit, vt definitum est in iure: nec sufficit, quod reuocetur consilium, antequam sequatur effectus, sed requiritur, quod ita dissuadeat, vt de facto non sequatur, aut requiritur quod qui accepit consilium, deponat omnes rationes, quæ mouere possint illum, vt caperet consilium, & fateatur, quod non ob consilium, quod illi datum est, sed alia de causa vult exequi homicidium, aut mutilationem: quia si aliter motus commiserit dictũ delictum, quod in hoc casu debet credi, non potest negari, nisi quod reuocatio huius consilij fuerit sufficiens, & quod consulens remaneat liber ab irregularitate, licet sequatur dictus effectus: & si qui consuluit, non potuerit suis rationibus reuocare consilium suum, debet monere illum, contra quem dedit consilium, vt caueat à periculo: quod si obseruet prudentiam tacens famam eius, qui agit de morte illius, & procurans, ne veniat illi ex eo damnum; quod si post hanc monitionem noluerit cauere ille, de cuius morte agitur, ipse consulens remanebit liber ab irregularitate, licet sequatur mors aut mutilatio, vt dicunt Siluester, & Nauarr. in Manuali vulgari, qui in vtroque Manuali affirmat, quod incurrit irregularitatem clericus, qui consuluit abortum mulieri prægnanti, vt frueretur ipsa marito eius absente, licet postea dolens de hoc cõsilio reuocauit illud, quia postea sequutus fuit abortus, sciendo quod eius maritus veniebat fundatus in consilio dicti clerici.

c. si quis biduo, d. 5.

Silu. verbo homicid. 1. numero 11 casu 3. & num. 12 casu 10. Nau. vbi supra nu. 234. in vul. & in lat. numer. 233

14 Decimatertia Cõclusio. Clericus, q̃ cõsuluit dictum abortum infra 30. dies grauiditatis, timens, quod si postea fiat puer, erit animatus, si procuretur abortus præteritis dictis 30. diebus, & de facto sequuto abortu fętus animati non est irregularis, quia consilio suo non incurrit ad dictum abortum cum posuerit dictum terminum, ne fieret irregularis. Verum est tamen, quod si aduertit, aut debebat aduertere, quod mulier erat factura remedium post 30. dictos dies fętu iam animato anima rationali, remanebit irregularis aborientę muliere, cum concurrerit ad dictam mortem saltem in sua causa.

15 Decimaquarta Conclusio. Ille, qui dedit consilium alicui parato ad occidendum non mouens illum plus quam ipse erat, aut parum, non remanet irregularis cum (moraliter loquendo) non fuerit causa homicidij; & eadem ratione dicunt homines docti, quod non tenetur dictus consiliarius ad restitutionẽ damni, quod effecit dicta mors, si tamẽ cum suo consilio mouit illum notabiliter, erit vera in hoc casu opinio Silu. dicentis contrarium nostræ conclusionis, quam sequitur Couar.

Silu. verbo excõ. 8. q̃õ. 8. nu. 11. & exc. vlt. n. 51. casu 4. Cou. vbi supra 2 p. §. 2. nu. 1. in fine.

16 Decimaquinta Conclusio. Quando multi de communi consensu adiuuantes se inuicem concurrunt, vt occidant aliquem, non solum ille, qui mutilauit aliquod membrum, aut inflixit vulnus mortale, & occidit, sed etiã reliqui sunt irregulares, siue inflixerint vulnera, siue non, cum omnes concurrerint huic occisioni, aut mutilationi, sic enim dicit Siluester, & Doctores communiter.

17 Decimasexta Conclusio. Rixantibus multis non de consensu, nec auxilio vnius cum alio, debemus respõdere cum dicto in prima conclusione supra: ad quam addimus, quod si vnus horum inflixit aliquod vulnus nõ mortale, erit irregularis, si postea sequatur mors, aut acceleretur, scilicet, quia mortuus est ratione vtriusque vulneris, quia quamuis nullum illorum vulnerum per se esset mortale, vtrumque simul fuerunt causa mortis, aut accelerationis.

Silu. verbo homicid. 1. numero 15

18 Decimaseptima Conclusio. Quando aliquis scit, aut suspicatur, quod aliqua persona vult vindicare aliquam iniuriam sibi illatam est irregularis, si non prohibeat omnibus modis possibilibus, si sequatur postea mors, aut mutilatio iniuriatoris; idemque & multo magis debet dici, si tractetur in eius præsentia de hac vindicta, & ta-

cendo, ac non prohibendo, cum possit hoc facere; quod probatur, quia de iustitia tenetur ad illud cùm ratione sui agitetur de hac vindicta, vt dicunt Angel. Syluest. & Couar. qui allegant alios, si vero ipse ignorabat hoc, quod agebatur, aut si sciebat, & fecit, quòd potuit, vt impediret illud, in hoc casu si sequatur mors aut mutilatio, non incurrit irregularitatem.

Angel. ver. homic. 1. n. 20. Syl eod. ver. nu. 14. ver. 3 Cou. vbi supra nu. 8.

19 Decimaoctaua Concl. Quando aliquis iniustè fuit causa alicuius rixæ, & eius consanguinei, amici, & familiares accurrentes illi, occiderunt cõtrarium, qui rixabatur cum eo, est irregularis, licet hæc mors acciderit præter eius voluntatem, prohibente ipso: quia ipse implicuit se rei illicitæ, quæ ex sua natura est ordinata & parata ad homicidium, vt dicunt doctores communiter, & refert Couar. & Nau. & etiam erit irregularis eadem ratione accurrentibus casu inimicis sui contrarij, & si occiderint illum ob inimicitiam, quam cum eo habebant; & eadem ratione erit irregularis, si accurrant pro eius parte, & pro parte aduersarij multi, & postea sequatur mors alicuius eorum, qui accurrerunt, siue sit vnius, siue alterius partis.

Doct. in c. Pet. de homic. Cou. vbi supra nu. 1. in initio. Nau. ca. 27.

20 Decimanona Concl. Quando aliquis nõ fuit causa iniusta alicuius rixæ, & venerunt alij ad auxilium, & occiderunt, aut mutilarunt aduersarium, siue alium, qui litigauit eius loco, in hoc casu ille, qui non fuit causa iniusta rixę nõ potens impedire hoc, aut si poterat impedire, erat necessarium ad eius defensionem, aut innocentis præliari, nõ erit in hoc casu irregularis, cum defenderet ius suum, & non fuerit causa culpabilis dicti effectus, & sic non debet illi imputari factum aliorum, vt dicit Ang. & probatur ex eo, quòd tradit Nau. si tamen hæc defensio non erat necessaria, & alij eius de causa cęperunt illam, & de facto occiderunt aduersarium eius, remanebit irregularis, si non impedierit illum potens id commodè facere; si vero alij non faciebant hoc suo respectu: sed ratione inimicitiæ propriæ; in hoc casu non erit irregularis, licet non impedierit, cum solum charitas obliget tunc illud impedire.

Ang. homic. 2. n. 2. Nau. ca. 27 num. 272. ita. ti. i prin.

21 Vigesima Conclus. Sunt irregulares domini temporales, qui in suis dominijs dant locum, quod fiant duella siue singularia certamina, in quibus fit mors, aut mutilatio, cum sint causa propinqua huius effectus; patrini vero, & qui inspiciunt, non videntur remanere irregulares, si qui prouocati sunt, erant parati ad illud, & de facto non fuerunt moti à dictis patrinis, aut assistentibus, licet eorum præsentia sumpserint audaciam aliquam, prout diximus loquentes de consulentibus.

22 Vigesimaprima Conclusio. Non est irregularis ille, qui effudit semen in ecclesia. Hæc conclusio est contra Sotum, qui dicit sine vllo fundamẽto sufficienti, quod est irregularis, sicut ille qui occidit hominem. Aragon tamen summa quadam ratione discedit ab eo dicens, quod talis pęna non inuenitur in iure, nec Syluest. recordatus est eius, cum multa diligentia aggregauerit omnes casus irregularitatis, nec irregularitas incurritur, nisi in casibus expressis in iure, vt dicitur in eodem iure.

Sot. li. 5. de iustit. q. 1. ar. 4. Arag. 2. 2. q. 1. Syl. ver. irregul. c. is qui fidẽ de sen. exc.

De Dispensatione Irregularitatis ex homicidio voluntario.

Cap. CLXXVIII.

SVMMARIVM.

Quid determinet Concil. Trident. circa homicidij volũtarij dispensationem, nu. 1.
Decretum Conc. Trid. circa hoc, ibid.
Quot sint notanda pro explicatione Decreti Concilij ibid.
Quid sit homicidium volũtarium, & quot modis consideretur, ibid.
Quid sit homicidium casuale, & quid facere debeant Episcopi antequam dispẽsant in casuali, ibid.
An Concil. Trident. in homicidijs voluntarijs intelligat tam occulta, quam occul-

1 Concil. Tridẽn sess. 14. ca.7. de reform. CIrca materiã huius capituli est decretum Sacrosan. Concil. Trident. quod volo hic ponere ad litteram, quia ex eius explicatione remanebit resolutũ principalius huius materiæ.

Cum etiam qui per industriam occidit proximum suum, & per insidias, ab altari auelli debeat, qui sua voluntate homicidium perpetrauit, etiam si crimen id, nec ordine iudiciario probatum nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit; nec illi aliqua beneficia ecclesiastica (etiam si curam non habeant animarum) conferri liceat, sed omni ordine ac beneficio, vel officio ecclesiastico perpetuo careat: si vero homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo vt quis se à morte defenderet, fuisse commissum narretur: quam ob causam etiam aa sacrorum ordinum, vel altaris ministerium, vel beneficia quecumque, ac dignitates iure quodammodo dispensatio debeatur, committatur loci Ordinario (aut ex causa) Metropolitano, aut viciniori Episcopo, qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter dispensare possit.

Ad perfectam explicationem huius decreti quinque sunt notanda.

Primo quod homicidium mere voluntarium, de quo hic loquitur, est illud, quod directè procedit ab intentione voluntatis occisoris, quod consideratur duobus modis. Primo, quando quis occidit alium ex proposito alicuius iræ, quam in illum concepit antea. Secundo, quando quis occidit alium non ex proposito, sed casu rixando cum illo, & hunc modum vocat Concilium (casu) in illis verbis, *non ex proposito, sed casu*, & sic non debet intelligi de homicidio casuali, quod non est volitum nec in se, nec in sua causa, sed de homicidio, quod euenit casu ad differentiam eius, quod accidit ex proposito. Quod probatur; quia Concil. tractat de homicidio occulto, cuius dispensatio pertinet ad Sedem Apostolicam; est autem res verificata, quod post dictum Concil. non pertinet dispensatio homicidij casualis solum ad Sedem Apostolicam, sed etiam ad Episcopos, vt constat ex eodem Concilio Trident. sess.24.cap.6. de Reform.

Secundo debet notari, quod hoc decretum dat facultatem Episcopis, vt possint dispensare in irregularitate, quæ procedit ex homicidio casuali, & eadem de causa concedit idem Metropolitano, aut viciniori Episcopo Ordinarij, cuius ouis est irregularis; qui quidẽ non possunt dispensare, nisi causam examinantes, si probetur, quod homicidium sit casuale: erit autem homicidium casuale, quando homo occidit alium non ex proposito, nec casu, sed quia faciendo rem illicitam venit negotium ad eum terminum, vt occideret hominem, vt supra longè latius explanatum est, cap.176.num.1.

Tertio debet notari, quod hoc decretum non solum intelligitur in homicidijs, quæ licet sint occulta, possunt tamen probari, sed etiã in homicidijs occultissimis, quæ nulla via possunt probari, nisi per confessionem occisoris, quia in hoc etiam casu est necesse recur-

currere ad Papam pro dispensatione, si homicidium fuerit voluntarium, sic enim tenet Maiolus, quem sequuntur Salzedus, & Couarru. & probatur ex Concil. in quo quidem conceditur Episcopis, vt possint dispensare in omnibus irregularitatibus in foro conscientiæ, & suspensionibus, quæ nascuntur ex delicto occulto, non autē quæ oriuntur ex homicidio voluntario: quæ verba exceptiua debēt intelligi secundum casus supra positos, qui cum loquantur de irregularitatibus, quæ nascuntur ex delicto occulto, certum est quod hæc, de qua in dictis verbis exceptiuis agitur, est de homicidio voluntario, aut occulto.

Maiol. de irreg. c. 48 in fin. Salze. in prac. cri. ca 95. p. 319. Cou. vbi supra 2 p. §. 3. num. 4.

Quarto debet notari circa facultatem, quæ datur ordinarijs ad dispensandum de irregularitate, quæ nascitur ex homicidio facto ob defensionem sui factam cum moderamine iuris, de quo tractauimus late supra ca. 173. nu. 1. vnde hic non ago de illo tam late.

Quinto debet notari, quod Conciliū reuocat facultatem, quam habebāt Episcopi dispensandi in homicidio voluntario, vt administrarent in altari susceptis iam ordinibus, si sit homicidium in totum occultum, quæ opinio non solum ad ordines iam susceptos, sed etiā ad suscipiendos, tenetur ab Angelo, & Castro. Quo supposito ad maiorem claritatem ponendę sunt sequentes conclusiones.

Ang ver bohomi ci 5. q. 1 Castr. de le pen. 2 c. vlt.

2 Prima Conclusio. Summus Pont. potest dispensare in quocunque homicida voluntario, vt possit suscipere ordines, & vt exerceat quos habet iam receptos, cum irregularitates sint de iure positiuo, & Papa est super omnia iura positiua. Verum est tamen, quod solet id facere cum difficultate, præcipue si homicidium sit factum ex proposito, vt constat ex iure.

c minor d 50.

3 Secunda Conclusio. Inferiores prælati a Papa, ante Concil. Trident. non poterant dispensare cum homicida, licet esset casualis, & secretus, vt susciperet ordines, & administraret in illis, vt resoluit Couar. Silu. & Villadiego.

Cōc. Tr. vbi sup.

4 Tertia Conclusio. Episcopi post Cōcilium Tridentinum possunt dispensare cum omni homicida occulto casuali, vt suscipiat ordines omnes, & vtatur susceptis, vt constat ex loco Concilij; quod vero sit homicidium volūtarium iam remanet supra explicatum, & eodem modo est illud quod taliter est volitum in sua causą, vt vix sit probabile velle causam, & nolle illud homicidiū: sicut si vnus det cum pugione vulnus in alium circa cor, vnde mors eueniret contra voluntatem percutientis; cum loquendo moraliter sit impossibile velle dictum vulnus, & non velle dictam mortem. Hinc sequitur habere nūc Episcopos facultatem ad dispēsandum cum homicida casuali occulto, siue contraxerit irregularitatem solum, quia fecerit aliquod opus illicitum, ex quo sequutum est homicidiū, siue contraxerit illam culpa propria, quia percussit leuiter mulierem prægnātem; aut quia imposuit illi metum, ex quo venit in abortum, non aduertente ipso hoc periculum, quia omnes hi casus sunt homicidium casuale, in quibus potest Episcopus dispensare, vt colligitur ex eo, quod tradit Nauarrus; & Henriquez dicit tractasse de hoc puncto cum omnibus doctis in vniuersitate Salmātica, qui omnes fuerunt huius voti; scilicet, quod possunt dicti Episcopi dispensare in irregularitate quæ nascitur ex homicidio casuali, si sit culpabile, & occultū: estque aduertendum, quod non potest Episcopus dispensare in hac irregularitate, & alijs, si sint positæ in iudicio.

Cou. vbi sup. 2 p. §. 3. numero 5. Silu. ver bohomicid. 3. numero 11 casu 5. Villadiego in tracta. de irregul. c. vlt. f. 35 col. 4. Cōc. Tr. sess. 24. c. 6. & c. 14 ses. 14 c. 7.

Nau. ca. 27. nu. 239. Henriq. 2. to. su. li. 14 c. 9 num. 3.

5 Quarta Conclusio. Non possunt Episcopi absolute dispensare cum illo, qui directe, & formaliter voluit occidere, vt defenderet se excedens moderamen debitum, vt constat ex Concilio Tridentino. Nec Nauarrus voluit contrariū, quia quod voluit dicere Nauarrus, est, quod in hoc casu possunt dispensare illi, qui ad hoc habuerint specialē facultatem a Papa. Verum est tamen, quod si quis solum laborat, vt se defendat

Cōc. Tr. c. 7. Nau. vbi supra nu. 240.

dat, & ratione præcisæ huius defensionis, quamuis excedat in aliquo moderamen, videtur, quod Episcopi possint dispensare cum eo, licet sit homicida etiam occultus, quia hic noluit occidere, & culpa, quæ fuit, est parua, & vt plurimum nunquam deest aliquis excessus paruus in similibus casibus in moderamine, cui non debet inniti, vt negetur dispensatio, quia alias esset inducere multos scrupulos; & facultas data Episcopis in hoc casu ad parum extenderetur. Ex dictis sequitur, vt dicit Nauarr. in Man. cap. 27. num. 194. § 7. difficiliorem esse dispensationem super irregularitate occulta homicidij, & mutilationis iustorum voluntariorum, quã iniustorum non voluntariorum, quia illa à solo Papa potest haberi, hæc verò etiam ab Episcopo. Noteturque, quod patres Prouinciales ordinum mendicãtium possunt dispensare in irregularitate, quæ nascitur ex delicto occulto, vt dico in explicatione Bullæ Cruciatæ; possunt etiam dispensare in irregularitate, quæ nascitur ex homicidio iusto, quod fit condemnando hominem morte authoritate publica, vt refero in nostra explicatione priuilegiorum religionum, ad quem locum remitto hæc.

Explic. Cruc. §. 9. n. 133.

6 Quinta Conclusio. Ille qui voluntarie occidit presbyterum, & petit dispensationem à Papa irregularitatis in quã incurrit, dicens in supplici libello, quod occidit hominem non explicans occidisse presbyterorum, non est dispensatus, quia tacuit, quod de iure tenebatur exprimere; nec obstat, quod non omnis veritas, quæ siletur, quæ expressa faceret difficiliorem in Principe cõcessionem, facit, quod gratia sit subreptitia, vt notat Nauarrus in multis locis, sed solum, quando tacetur veritas, quam ius iubet exprimi; quia ad hoc respondeo, quod ius habet, vt exprimatur delictum, de quo petitur, quod non fuit factum in casu, quia solũ fuit expressum peccatum in genere suo, & non in specie, vt notat Nau. in quodam consilio.

Nau. in extrã. de dat & accept nu. 48. & in Manu. c. 21 num. 86 Nau. in li. 5. cõs. tit. de homic. cõs. 4.

7 Sexta Conclusio. Quando aliquis timet, quod eius delictum manifestabitur, & remanebit notatus infamia, si abstineat à celebratione ob dictam irregularitatem, potest dictus clericus præcedente confessione sacramentali peccatorum, debita contritione celebrare durante dicto periculo infamiæ, & nõ amplius, quod faciens non peccabit, nec incurret aliquam censuram ecclesiasticã; dummodo non adsit mora ex parte sua in petitione dispensationis ab illo, qui habet ius dispensandi; quia nemo tenetur manifestare peccatum suum occultum, nec facere quidquam, ex quo perueniat manifestatio, aut suspicio aliqua de illo, nisi alia via teneatur ad illud ob vitandum aliud peccatum, aut damnũ tertij æqualis grauitatis, vt tenent Castrus, Nauarrus, & alij, quos allegat, & sequitur Guttier. qui tenet hanc opinionem veriorem contra alios, qui voluere nimio rigore tenere contrarium, qui deberent aduertere, quod ex diuina, & naturalis conseruandæ famæ, & fugiendi periculi mortis habet maiorẽ vim, quam humana obligans ad non celebrandum.

Nau. in Man. ca 27. num. 239. Guttier. in qq. canon. c. 13 pag. 149 col. 1. & 2.

Quis possit dispensare cum homicidis ad beneficia Ecclesiastica.

Cap. CLXXIX.

SVMMARIVM.

An clericus homicida sit ipso facto priuatus beneficio, concl. 1. nu. 1.

An possit Episcopus dispensare cum homicida, vt possit habere beneficium simplex, concl. 2. nu. 2.

An valeat renuntiatio, quam facit homicida de suo beneficio, antequam eo priuetur, concl. 3. nu. 3.

1 PRima Conclusio. Clericus homicida non est priuatus ipso facto suo beneficio, sed debet priuari sententia iudicis; & ideo quousque non priuatur, potest percipere fructus beneficij bona conscientia, nec Cõcil. Trident. tractat de hoc, vt aduertit Nauarrus, & Couarruuias, quia solum dicit

Cõc. Tr. sess. 14. de ref. ca. 6. Nau. ca. 27. num. 249. Cou. in ca. si furi os 2. p. §. 3. num. 4

dicit Cōcil. quod non poterit hic denuo obtinere aliud beneficium post factum dictum delictū, quia ius, quod habebat ad acquirendum, spirat ob irregularitatē, quam contraxit, vt declarat idem Nau. Verum est tamen, quod si post cōmissum delictum facta fuit collatio beneficij Romæ, stylus Romanæ Curiæ præualuit, vt dispēsetur simul in censura, vt valeat collatio beneficij, & facta hoc modo collatione remanet homicida liber ab irregularitate, & per consequens securus in cōscientia. Ex dictis infertur, quod dispēsante Papa cum homicida, vt possit suscipere oēs ordines sacros, potest acceptare quodcumque beneficiū, licet sit Episcopatus, & poterit consecrari in Episcopum, quia Episcopatus non est diuersus ordo à presbyterio, sic enim tenet Hēriquez, dicens huius voti fuisse DD. Salmanticenses agendo de quibusdam electis in Episcopos, qui fuerant auditores consilij, in quo condemnauerant aliquos morte, & quod consultus doctissimus Datarius Papę super hoc dixerat idem.

Nau. d. except. 9. n. 33.

Henriq. 2. to. sū. l. 13. de interdicto, c. 57 num. 5. c. vlt. de cler. pugn.

2 Secunda Concl. Ante Concil. Trid. Episcopus poterat dispensare cū quocumque homicida, licet esset voluntarius, vt posset habere beneficium ecclesiasticum simplex, sic enim colligitur in iure, & tenet Syluest. & Couarr. & alij: & eadem ratione poterat dispensare Episcopus cum eodem, vt retineret idem beneficium simplex, quod habebat, antequam incurreret irregularitatem, sed non vt obtineret denuo beneficium curam animarum habens, verùm vt retineret, quod obtinuerat ante illam, vt affirmat Nauar. nunc vero post Concil. Trid. nullam ex supradictis rebus potest, licet homicidium sit occultum, vt constat ex eodem Concilio. Verùm est tamen, quod potest concedere omnia supradicta homicidæ casuali, quia quo ad hunc nihil Concil. innouauit.

Syl. homic. 3. n. 2. ver 3. Cou. vbi supra 2. p §. 3. nu 6.

Nau. d. c. 27. nu. 240. i fi. Concil. Triden. sess. 14. ca. 7. de reform.

3 Tertia Concl. Si homicida habuerit aliquod beneficium ante cōmissū delictum, & resignauerit illud, antequam priuetur eo per sententiam Ordinarij, valet renuntiatio, & potest illud possidere bona conscientia ille, in cuius fauorem facta fuit resignatio, licet qui fecit, sciat, quod facit illam, quādo alius obtinuerat dictum beneficium à summo Pontifice, & in hoc eodem casu erit valida dispensatio, quam Episcopus fecerit homicidæ casuali, vt retineat hoc beneficium, sic enim colligitur ex Rebuff. & Couar. quod debet teneri, licet alij dicant contrarium, & ratio eius est, quia ius, quod hic acquisiuit, quādo obtinuit beneficium à Papa, non erat absolutū, sed conditionale, & incertum, & ideo nō fit illi iniuria, si renūntiet illud; quandoquidem adhuc non erat priuatus beneficio possessor, aut obtinuerat dispensationem ab Episcopo, vt retineret illud in casibus, in quibus potest ipse dispensare. Nec hinc debet inferri illam renuntiationem esse nullam, quia fecerit eam resignās, postquam sciuit esse impetratum, & ideo videtur facta in eius fraudem, qui impetrauerat; quia ad hoc respondeo, quod resignās vtitur iure suo, cum procuret vtilitatem suam, & amicorum, ac consanguineorum solum, & non procurat damnum alterius. Concedo tamen, quod si in litteris impetrationis fuerit posita hæc clausula, quod renuntiatio lite pendēte sit in fauorem impetrantis, in hoc casu, si illa pendente resignans renuntiauerit in fauorem alicuius tertij, renuntiatio non valebit huic tertio, sed renuntianti: hæc vero clausula, vt dicit Staphilæus, & refert Couarr. non solet poni à Pontefice, nisi postquam beneficiarius est priuatus beneficio per sententiam ordinarij, à qua ipse appellauerit.

Rebuff. in prac. benef. p. 3. nu. 56. & 51. ti. de mo. doret in. benef. Cou. vbi sup.

Quis possit dispensare in mutilatione iniusta. Cap. CLXXX.

SVMMARIVM.

An possint Episcopi dispensare in mutilatione membrorum concl. 1. nu. 1.

An valeat dispensatio homicidæ, qui solum

lum dicit, quod mutilauerat membra, conclus. 2. nu. 2.

An valeat dispensatio illius qui dixit esse homicidam cum solum inciderit membra, ibid.

An valeat dispensatio eius, qui occidit, & mutilauit membra, si solum faciat mentionem homicidij, ibid.

1 PRima Concl. Antiquitus solū Papa poterat dispensare cum mutilantibus manum, aut membrum; sic.n. sentiebant omnes DD. vt referunt Cou. & Nauar. & constat ex iure: nunc vero post Conc. Trid. habent Episcopi facultatem dispensandi cum illis in omnibus ordinibus, & beneficijs, si delictum sit occultum, licet ipsi volūtariè, & ex proposito fecerint dictam mutilationem, quia Concil. dat authoritatem Episcopis, vt dispensent in omnibus irregularitatibus, quæ procedunt ex delicto occulto, exceptis, quæ sunt positæ in foro contentioso, & quæ procedit ex homicidio voluntario, ob quod verbū non intelligitur irregularitas, quæ oritur ex mutilatione volūtaria, vt aduertit Nau. Nec obstat, quod videtur esse æqualis mutilatio homicidio; q̃a hoc debet intelligi in hoc sensu, scilicet quod sicut in homicidio voluntario incurritur irregularitas, sic incurritur mutilatione voluntaria, & sicut aliquis sine timore irregularitatis potest occidere alium, sic ēt poterit mutilare membra; non debent tñ esse paria, ita vt quod dicitur de homicidio, dicatur generaliter de mutilatione: nec in iure obseruatur hæc irregularitas, cùm in illo videamus, quod sit particularis titulus de homicidio, & particularis de illis, qui habēt vitia corporalia, & Clem. *Si furiosus* recordatur homicidij, & mutilationis, insinuans, qđ qui dicit homicidium, non dicit mutilationem, & quia alienum est à lingua latina homicidium voluntariū significare mutilationem, & ideo Alex. III. dans authoritatem cuidam Episcopo, vt dispēsaret cum quodam clerico, qui ingressus est duellum, fecit statim hanc distinctionē, dummodo ex ipso duello homicidium, vel membrorum diminutio non fuerit sequuta; esset autem superfluum dicere diminutionem membrorum, quod significat mutilationem, si verbum homicidium significaret vtrunque. Præterea quia patres, qui inuenti fuerunt in Concilio, erant doctissimi in iure, & intelligebant, quod per verbum, *homicidium*, nō intelligebatur mutilatio, vnde postquam solum exceperunt homicidium, non debemus dicere, quod exceperint etiam mutilationem. Hinc sequitur, quod Patres Generales Ordinum Mendicantium, & Prouinciales, possunt dispensare cum suis subditis in mutilatione voluntaria, cum Pius V. concesserit Prouincialibus Prouinciæ Castellæ ordinis D. Dominici ad suos subditos facultatem, quam Concil. Trident. concedit, de qua tracto in explicatione cruciatæ, & resoluam late Deo volente in nostra expositione priuilegiorum Apostolicorum.

Cou. vbi supra 3. p. n. 7. Nau. dicto c. 27. in lat. n. 20. in fi. cap. 1. de clem pugnantib. in duello. Concil. Triden. sess. 24. c. 6. de reform.

Nau. ca. 27. in latin. nu. 194. i fi. notab.

ti. de homic. tit. de corpore vitiatis. cap. 1. de cler. pugnan. in duello.

2 Secunda Conclusio. Homicida, qui petierit dispensationem à sua irregularitate non sufficit, quod dicat in supplicatione, quod mutilauerit membra, & manus, sed est necesse, quod dicat fuisse homicidam, quod si solum mutilauerit membra, aut manus, ponens in supplici libello, quod fuit homicida, valet dispēsatio; quod si commiserit homicidiū, & etiam mutilauerit membra, & manus, non valebit dispensatio, nisi explicauerit vtrunque: nemo debet tamē putare capiens inde occasionem, quod contrahat duas irregularitates, qui occidit, & mutilat membra, quia sola vnica irregularitas contrahitur, cùm mutilatio fuerit præambula dispositio ad homicidiū; vnde in hoc casu sufficit petere dispensationem irregularitatis homicidij: & ideo quod dico est, quod qui occidit aliquem, & mutilat membra alterius, est necesse, quod in supplici libello faciat mentionem vtriusque delicti, cum sint distincta delicta, sicut qui occidit duos homines, est necesse, quod faciat mentionem vtriusque occisionis.

De incurrentibus nouam irregularitatem ob delictum sæpè commissum. Cap. CLXXXI.

SVMMARIVM.

An, qui est irregularis, celebrans incurrat nouam irregularitatem, conclus. 1. & 2. num. 1. & 2.

An, qui est ligatus multis excommunicationibus, incurrat celebrans plures irregularitates, concl. 3. num. 3.

An laicus dicens Epistolam, Euangelium, & Missam incurrat plures irregularitates, ibid.

1 PRima Concl. Qui est irregularis, quia est illegitimus, aut ob vitiũ corporale, non incurrit nouam irregularitatem celebrans sine dispẽsatione, quia hic nõ est irregularis ob delictum cõmissum, nec in iure inuenitur hæc irregularitas.

2 Secunda Concl. Qui est irregularis, quia occiderit hominẽ iniustè, aut quia rebaptizauerit, aut quia celebrauerit existens ligatus aliqua censura, occidens iterũ aut rebaptizans, aut celebrans iterum incurrit secundã irregularitatem, non quia iterauit baptismum, aut homicidium, aut celebrationẽ, sed quia præcise iterum iterauit hos actus, & ideo quoties commiserit delictum, ob quod incurrit irregularitatem, incurrit etiam irregularitatẽ ipsam, sic tenet enim Nauarr. qui fatetur esse stylum Curiæ Romanæ, vt delendo vnam irregularitatẽ deleantur reliquæ; quod tamen debet intelligi facta integre relatione omniũ criminum, quia non solet Sum. Pont. delere vnam irregularitatem altera remanente: noteturque esse necessarium numerum dictorum criminum, quia alias esset dispensatio subreptitia. (Nau. in addit. c. 28. ad c. 27. n. 32.)

3 Tertia Conclusio. Ille qui erat ligatus multis excommunicationibus celebrans prima vice non incurrit, nisi vnã irregularitatem, quia non cõmittit nisi vnicum delictum, sicut non committit nisi vnicum peccatum mortale, qui recipit sacramentum Eucharistiæ existẽs in multis peccatis mortalibus. Ex dictis infertur, quod laicus, qui dicit Epistolã, Euangelium, & Missam cum stola, & manipulo non incurrit nisi vnam irregularitatem, quia si dicit Epistolam, & Euang. non dicit sicut partes per se, sed vt partes, quæ habent respectum ad totum, quod est ipsa Missa, & ideo non committit nisi vnicum peccatum.

De irregularitate, quæ contrahitur ratione aliquorum criminum notoriorum. Cap. CLXXXII.

SVMMARIVM.

An sit irregularis, qui commisit crimen notorium, conclus. 1. num. 1.

An noti concubinarij, & noti fornicarij sint irregulares, conclus. 2. num. 2.

An qui celebrat durante hac irregularitate, sit inhabilis ad habenda beneficia ecclesiastica, conclus. 3. num. 3.

An, vt dispensetur in irregul. sint necessaria præcisa verba, concl. 4. num. 4.

1 PRima Conclusio. Est irregularis clericus, qui commisit crimen ita graue, & enorme, vt mereatur depositionẽ ab ordinibus, si crimen sit notum, & licet fecerit pœnitentiam dicti criminis, sic enim dicit Nauar. & in hac irregularitate solum Papa potest dispensare, si delicta sint grauiora adulterio, cum de delictis minus grauibus, vt est adulterium, & alia minus grauia, possit Episcopus dispensare, vt tenet idem Nau. & Syluest. Noteturque quod delicta enormia, de quibus hic loquimur, sunt blasphemia, hæresis, periurium, saltem in iudicio, sodomitarum vitium, adulterium, incestus, stuprum, raptus, continuatus concubinatus, inebriatio continuata, aliaque similia: eruntque nota & manifesta, quando constat per sententiam, aut euidentiam de facto, tam manifesto, vt non possit celari. (Nau. d. c. 27. nu. 248. — Nau. vbi sup. nu. 250. in Lat. & in vulg. n. 240. Syl. ver. irreg.)

Se-

2 Secunda Concl. Noti concubinarij, qui sunt amicitia coniuncti cum aliqua muliere, & noti fornicarij, vt sunt, qui cum multis mulieribus coniunguntur, vltra irregularitatem, quam incurrunt, remanent ipso facto suspensi ab ordinibus, quos habent saltem quousque faciant pœnitentiam, & ideo celebrantes, antequam faciant pœnitentiam, aut facientes aliquem actum deputatum ab ordinem sacrum, remanent irregulares alia noua irregularitate, cum transgrediantur censuram ecclesiasticam, & in hac solum Papa potest dispensare. Verum est, quod in ea, quæ incurritur ob concubinatum notorium præcisè potest Episcopus dispensare. Dixi quousque faciant pœnitentiam, quia celebrantes facta iam pœnitentia non incurrunt hanc nouam irregularitatem celebratione. Verum est tamen, quod peccabunt mortaliter ob scandalum, quod efficiũt in illis, qui nesciunt illorum secretã pœnitentiam, vt resoluunt Nau. & Couar. Medina dicit, quod hæc suspensio, non est in vsu, vnde est iam sublata. Vide c. 69. num. 1. in 2. par.

Nau. vbi supra nu. 54. in lat. & c. 25. n. 77. in vtroque. Cou. de homic. 1 p. §. 1. n. 5.

3 Tertia Concl. Durante irregularitate non solum quis peccat recipiens ordinem, & vtens susceptis, sed etiam remanet inhabilis ad obtinendum denuo aliquod beneficium ecclesiasticũ, & collatio eius erit nulla, & hoc modo intelligitur quod communiter dicunt DD. quod collatio est nulla facta criminoso, scilicet clerico, qui cõmisit aliquod delictum, quod habet annexam aliquam irregularitatem, quia ille, qui est inhabilis ad aliquam rem, est etiam inhabilis ad alias res, quæ sũt annexæ illi rei, & ideo sicut irregularis remanet inhabilis ad ordines suscipiendos, & vtendum susceptis, eodẽ modo est inhabilis ad habendum beneficium, sic enim tenet Nauar.

4 Quarta Concl. Vt dispenseтur in irregularitate, non sunt necessaria determinata verba, & ideo si ordinet Episcopus aliquem irregularem, est visus dispensare cum eo, si habet potestatem ad illud, vt tenet Nauar, verum est esse rem conuenientem fieri dispensationem certa forma verborum, vt dicit Syluest.

De Iubilæo. Cap. CLXXXIII.

SVMMARIVM.

Quid sit Iubilæum, & vnde dicatur, & similitudo Iubilæi nouæ legis cum Iubilæo veteris legis, num. 1.

An Iubilæum veteris legis fuerit figura Iubilæi nouæ legis, ibid.

Quæ differentia sit inter indulgentiam plenariam, & Iubilæum, nu. 2.

Quomodo debeant visitari ecclesiæ in diebus signatis, & an possint in vno die fieri duæ visitationes num. 3.

An possit pœnitens, cui imponitur, quod singulis septimanis dicat 7. psalmos, dicere eos omnes in vna solum ibid.

An eleemosyna, quæ percipitur fieri in Iubilæo, in tribus diebus possit fieri in vno die solum, ibid.

An oratio, quæ iubetur fieri in omnibus tribus diebus, sit necesse quod fiat sine commissione peccati mortalis, aut venialis, num. 4.

An sit necesse quod impleatur totũ id quod imponitur in Iubilæo, nu. 5.

An, cum non possit quis ingredi ecclesias, possit dicere orationes ante fores, nu. 6.

Quæ intentio debeat haberi ab illis, qui visitant ecclesias, nu. 7.

An qui custodiunt perpetuam clausuram possint obtinere Iubilæum sine visitatione ecclesiarum, nu 8.

Quæ quantitas eleemosynæ debeat erogari, & quæ oratio debeat fieri ad obtinendum Iubilæum, nu 9.

An qui habent bullã cruciatã, obtineãt Iubilæum manducantes lacticinia, nu. 10.

An hospites qui adeunt loca vbi manducantur lacticinia non habentes bullam Cruciatã obtineant Iubilæum comedentes oua, ibid.

An sit impedimentũ defectus ætatis, vt dispensetur in ieiunio Iubilæi, ibid: nu. 11.

An commutatio huius ieiunij, & reliquarum rerum, quas præcipit bulla, sint fa-

facienda in principio septimanæ, ibidem num. 12.

An tempore Iubilæi requiratur actualis confessio, vel sufficiat quod quid antea sit confessus, & an qui non habet mortalia, teneatur confiteri venialia, numero 13.

An Confessor non potens tempore Iubilæi audire omnia peccata penitentis; possit illum absoluere à reseruatis differens absolutionem aliorum ad alium diem, in quo possit absoluere illum ab illis omnibus, ibid.

An sit absolutus à reseruatis tempore Iubilæi qui facit confessionem inualidam, num 14.

An qui confitetur in dominica communionis, obtineat Iubilæum nu. 15.

An, qui fuit absolutus respectu Iubilæi à reseruatis non obtinens illud postea sit absolutus ab illis & an valeat commutatio votorum facta, num. 16.

An tempore Iubilæi solum sæculares, an etiam regulares possint confiteri confessarijs approbatis ab ordinario, num. 17.

An qui obtinet in prima septimana Iubilæum possit in secunda septimana absolui virtute iubilæi de aliquo casu, in quē postea incidit, num. 18.

An transacto Iubilæo possint commutari vota, quorum commutationem aliquis oblitus est petere, num. 19.

An obtineat Iubilæum, qui non accipit cōmunionem in die dominico num. 20.

An lucrentur Indulgentiam Portiunculæ, & alias Indulgentias concessas in diebus sanctorum Ordinis Minorum, qui deferunt corrigiam S. Augustini visitantes Ecclesias S. Augustini & non visitantes illas Minorum, num. 22.

Circa materiam huius capituli multa dicenda sunt, non tamen tractabo de eo, cum in nostra explicatione cruciatæ sufficienter tractetur totū id, quod principale est in materia indulgētiarum, in quo loco etiam pertingo aliqua puncta pertinentia ad aliquas clausulas Iubilæorum, quæ Sum. Pontif. solet concedere ad cōsolationem animarum, & ideo hic resoluā breuiter, quod attinet ad hoc negotium repetens eadem breuitate aliquas res, de quibus dixi in prædicto loco.

1 Vt autem, quæ dicenda sunt facilius intelligantur, est notandum, quod Iubilæum secundum nominis significationem, non est aliud quam indulgentia quædam, quæ antiquitus cōcedebatur, in lege veteri à quinquaginta, in quinquaginta annos, dicta ab hoc verbo Hebræo (Iubel) quod significat quinquaginta, vnde in Ecclesia Romana introductum fuit (& quidem merito) quod indulgentia plenaria à culpa, & pœna quam Summus nobis Pont. solet cōcedere, vocetur Iubilæum ob similitudinem, quæ est inter ea; quia sicut illa cū sono buccinæ solebat pronuntiari, sic hæc Apostolica voce pronuntiatur; & sicut in illo Iubilæo cessabat labor arandi prædia, sic in hac cessat noster labor mortificatis, & inanitis fune nostrorū corporum terris in remissionem nostrorum peccatorum, communicante Sanctitate sua in sanctificationem eorū labores, & merita Christi Redemptoris nostri, & Sanctorum omnium deposita in thesauris ecclesiæ. In anno illius Iubilæi remittebantur omnia debita tēporalia, in hoc vero nostro remittūtur debita spiritualia: in illo dabatur libertas corporalis, in hoc autem spiritualis: in illo recuperabantur possessiones terrenæ, in hoc vero recuperantur virtutes, & merita mortificata per peccata: in illo exilio acti redibant ad patriam suā, in hoc exules à cęlo, vera nostra patria existentes gementes, & flentes in hac valle lacrymarum efficimur denuo habiles ad fruendum Deo, itaq; annus Iubilæi veteris legis erat figura iubilæi legis nouę, vt tractant omnes doctores in extrauaganti, vnigenitus.

2 Secundo debet notari, quod magna differentia est inter indulgentiā plenariam & Iubilæum, quia indulgentia secundum vsum Romanæ curiæ, qui nūc practicatur, non est aliud, nisi remissio omnium pœnitentiarum peccatorum venia- Extr. vnig. de peniten tijs, & remissio.

venialium, & mortalium, confessione explicatorum, aut non explicatorũ impositarum à Confessario, aut quomodocunque debitarum, vt declarat Corduba; Iubilæum vero vltra indulgentiam plenariam concedit etiam Sum. Pōt. quod possint absolui fideles sacramentaliter ab omnibus peccatis reseruatis etiam sedi Apostolicæ, & à contẽtis in Bulla Cœnæ Domini, nisi ab hę esset, quia hic casus est commissus in foro interiori, & exteriori dominis Inquisitoribus huius Regni per breue particulare, vt infra dicemus tractantes de casibus Bullæ Cœnæ Domini. Suppositis his fundamentis conuenit explicare, qualiter debeant visitari ecclesiæ, & debeant dici orationes, & statim explicabimus reliqua.

Cord. de indul q. 12.

De visitatione Ecclesiarum, oratione, eleemosyna, & ieiunio requisitis ad Iubilæum.

3 QVoad visitationem ecclesiarum primo notandum est, quod debent visitari ecclesiæ in diebus assignatis, ita vt si singulis diebus pręcipiantur visitari sex Ecclesiæ, non possint visitari duæ solum, & sequenti die quatuor, vt respondit Gregor. XIII. & resoluit Nauarr. inferens hinc, quod non possunt eodem die fieri duæ visitationes visitando scilicet sex Ecclesiæ ad effectum satisfaciendi pro sequenti die. Et hinc infertur, quod nõ sufficit aliquem dicere in vno die totum id, quod in tribus diebus tenetur orare, sed singulis diebus debet recitare partem assignatam, quia forma Iubilæi debet obseruari, quod pręcipit, quod qui illud sint obtenturi, visitent in tribus diebus ecclesias, scilicet feria 4. 6. & Sabbato; & etiã licet quod debet erogari, aut fieri in aliquo tempore, possit dari, aut fieri ante dictum tempus, quando tempus positũ fuit in fauorem debitoris, secus vero, quando ponitur in fauorem alterius, vt resoluit Nau. qui dicit, quod pęnitẽs, cui iubetur, quod dicat septies septem Psalmos pœnitentiales in septem septimanis, non satisfacit, si dicat eos in vnica septimana, si hoc tempus non fuit positum in eius fauorem, vt minori pęna dicere posset, sed in fauorem animæ suæ, vt in his septem septimanis oraret, & ploraret peccata sua; & in casu nostro videtur tempus trium dierum positum in fauorem animarum, quæ debent obtinere Iubilæum, vt longiori tẽpore applicarentur orationi, & ieiunijs: vnde qui obtinere vult Iubilæũ, non potest, quod debet dicere in tribus diebus, recitare in vno die, cum hoc tẽpus non sit positum in fauorem corporis sui, vt alleuiaretur labor, sed in fauorem animæ, vt per plures dies exerceatur in oratione; sic enim resoluit Nauarr. Ex quo sequitur idem dicendum esse de eleemosyna facienda in tribus diebus, quæ non poterit dari in vno solum: & ideo Prædicatores, quando publicant hoc Iubilæum, debent monere de hoc; quia sunt multi, qui per negligentiam, aut per inaduertentiam differunt eleemosynam & orationem vsque ad Sabbatum: & ideo moneo Confessarios, quod si aliqui pœnitentes venerint ad eorum pedes, & dicant, quod per ignorantiam, obliuionem, aut inaduertentiam sine culpa, & negligentia aliquam remisere orationem, & eleemosynam vsque ad Sabbatum, & dixerint, quod sunt parati, vt in dicto Sabbato faciant dictam orationem, & eleemosynam notabiliter, & magis quam debeat fieri in tribus, non debent illos eijcere, quia opinio est probabilis, quod non ob hoc desinent obtinere indulgentiam; quæ opinio fundatur in æquitate quadam, & tacita intentione concedentis indulgentiam, quia in hoc casu nulla fuit culpa, cui debeat correspondere hæc pœna, & quia est etiam opinio gloss. cuiusdam singul. quæ dicit; quod debet pro lege teneri, quod verisimiliter responderet legislator, si fuisset interrogatus; est etiam verisimile, quod si Papa interrogaretur de hoc casu,

Nau. de indulg. & iubil. Not. 32. num. 41

Nau. de oratione c. 3. nu. 13.

Nau. in misc. de orat. miscel. 29.

Gl. in c. 2. de cõst. tit. in l. tale pra. §. si ff. de pact.

Nau. vbi supra Henriq. lib 7 de indul c. 10 n. 6

casu; responderet hoc idem ob suam pietatem,& æquitatem, vt dicit Nauarrus; & Henriquez tenet loquendo de eleemosyna, quod in vltimo die, aut post communionem potest dari, cum adimpleatur voluntas Papæ, quæ est vt necessitati pauperum succurratur, & idem dicendum esse affirmat de operibus, in quæ commutatur ieiunium, & visitatio ecclesiarum, quia hæc opera possunt fieri in vltimo die Iubilæi, aut statim post communionem. Et nota, quod Papa Gregorius XIII. interrogatus à quodam patre societatis Iesu, anno 1579. respondit, quod solum ieiunium, quia est onus horum dierum, debet fieri in diebus assignatis, recitare vero officium,& orationes, aut dare eleemosynas possunt fieri quocunque die, vt supra dictum est.

4 Secundo debet notari circa orationem, quæ debet fieri in diebus ieiunij, & visitationis ecclesiarum, quod actus, qui præcipitur, vt fiat, sit moraliter bonus;& vt sit opus pium, si ex sua natura est huiusmodi, parum ad rem facit, quod fiat in peccato mortali, vt omnes dicunt, si fiat dictum opus pium in peccato mortali alieno,& distincto ab ipso opere, vt ipse actus non desinat esse bonus, quamuis fiat in peccato veniali, si est peccatum alienum, & distinctum à dicto actu, vt resoluit Nauar. Ad explicationem cuius debes notare, quod duobus modis potest fieri dictus actus (vt est oratio,& eleemosyna ab illa, qui peccat venialiter;) primo modo est, cũ totus actus, aut pars eius sit malus venialiter, si fiat fine malo veniali, aut ob vanam gloriam, aut quia iniusta complacere, vel displicere, nocere alicui vult in pauca re, aut cum defectu alicuius circũstantiæ, quæ requiritur ad eius bonitatem moralem; vt si fiat tempore,& loco indebito, cum habitu, aut vestitu indecenti cum scandalo, risu veniali. Altero modo fieri potest dictus actus faciendo simul aliqua peccata venialia, quæ non concernunt illud, vel partem eius, in statu tamen gratię, aut in peccato mortali, cum fine tamẽ bono, modo; loco, temporeq; opportuno, durante tñ tempore visitationis ecclesiæ peccat venialiter, si concipiat iram, cũ aliquo, aut captet humanam gloriam,& sic cõmittit peccata venialia aliena ab actu principali, quo obtinetur indulgẽtiã, vt post D. Tho. tradunt Almain.& Nauar.

Nau. de indulg. not. 32. nu. 44. 45. 46.

Quo supposito, dico primo, quod ille, qui eodem actu, visitat ecclesias, aut erogat eleemosynam, peccat venialiter, si adsit defectus in aliqua circunstantia annexa bonitati eiusdem actus cum nõ faciat opus pium sufficiens ad obtinendam indulgẽtiam. Dico secundo, quod ille, qui visitat dictas ecclesias, aut dat eleemosynam peccans venialiter actu distincto, facit opus ex se sufficiens, vt obtineat indulgentiam. Tertio dico, quod si aliqua pars actus, quo obtinetur indulgentia, est mala venialiter per defectum alicuius circunstantiæ,& alia bona, vt si quis incipiat visitare ecclesias ob finem vanæ gloriæ, & perficeret visitationem cum fine bono, videtur quod facit actum sufficientem, vt obtineat indulgentiam, præcipue si maior pars eiusdem actus fuit facta ob bonũ finem, vsque ad vltimum; sic enim tenet Nauarr. in loco allegato. Ex dictis infert Nauarr. responsionem ad quoddam dubium, quod fuit illi factum ab eruditissimo quodam Confessario; idest, si aliquis, vt obtineat indulgentiam, debeat visitare quinque, aut sex ecclesias, & partem ipsarum visitat existens in peccato mortali, aut faciens peccata mortalia distincta ab actu dictæ visitationis, teneatur visitare iterum dictas ecclesias ad effectum obtinẽdi dictam indulgentiam,& respondet, quod non, dũmodo visitet cęteras in fine existens in statu gratiæ, cum dictam indulgentiam debeat consequi in puncto, quo perficit visitationẽ;& probat, quia non est de substantia, quod fiant omnia opera in statu gratię,& minus est de substantia non committere aliquod peccatum in toto tempore, quo fiũt dicta opera: sic.n. tenet Nauarrus, quod debet quidem

D. Tho. in 4. d. 38. q. 1. art. 4. Almain in mora lib. c. 12 Nau. in ca. inter ver. 11. q. 14. cõsil. 5. nu. 61.

Nau. d. Notab. 32.& de iubilæo fol. 716.

quidem notari, quia est multum quotidianum, aduertendo quod hoc non dicitur, vt hinc capiatur occasio relaxandi modum qui debet obseruari in consequendis indulgentijs, & ad relaxandã aut delendam præparationem animi, qui in his negotijs debet haberi, sed vt cum his scrupulis non desinant fideles consequi indulgentias.

5 Tertio debet notari, quod est necessarium adimpleri totum id, quod pręcipit Papa, vt consequamur Iubilęum: nec sufficit adimplere partem operis ad effectum obtinendi partem indulgentiæ, sed totum sine illo defectu debet adimpleri. Vnde si quis vt cõsequatur indulgentiam, tenetur ieiunare per tres dies, & recitare aliquid, & ieiunat per duos solum, nec consequitur indulgentiam, nec partem eius. Verum est tamẽ, quod quãdo omittitur aliqua pars parua ob legitimum impedimentum dolẽdo de dicta omissione in ea occasione, videtur quod secundum ęquitatem, ac pietatem, qua debent interpretari fauores pręcipue animarum, contrarium debeat dici. Ad quod facit, quod in iure ciuili ordinatum est, quod seruus, cui relinquitur libertas sub conditione, quod seruiat per spatium certi temporis, si aliquo casu fortuito non seruiat per partem dicti temporis sine culpa propria, non desinat acquirere libertatem post dictum tempus; sic in nostro casu videtur quod non desinet acquirere libertatem animarum, quam concedit Iubilęũ, ille, qui completis reliquis omittat ieiunium vnius diei, aut communionẽ in die dominico sequẽti ob aliquam valetudinem, aut aliud impedimentum sine eius culpa subsequutum: hãc enim opinionem tenet Pauines, quem sequitur Cutiel, & ego assentior illis, nisi sua Sanctitas determinet aliud, ad cuius declarationem debemus nos remittere.

L. cũ habere. §. Stichus, ff. de statu liberis, l. fin. C. cõd. inter.

Pauines in Extrauag. Mulctarũ. de pęnis & rem. p. 90. & 91

6 Quarto debet notari, quod si non possint ingredi ecclesiam, qui visunt eas quia sint plenę gentibus vsq; ad limina, sufficit orationem fieri extra, vt obtineatur indulgentia, quæ conceditur visitantibus, & facientibus orationem in eis: hoc colligitur ex doctrina, quam tradit summa Rosellę dicentis, quod quando conceditur indulgentia illis, qui astiterint alicui ecclesiæ ad officia diuina, si ob aliquam necessitatem celebratur in ea in aliquo altari portatili posito in aliquo tugurio, aut ob multitudinem gentis non potest intrari, qui fuerint pręsentes extra illam audientes officia diuina consequuntur dictam indulgentiam; quia videtur, quod prælatus concedat eam in casu non cogitato, quod tenet verius Corduba, quam contrarium, quod tenet quædam glos. iuris Canonici.

Cord. d indulg. q 21.

7 Quinto debet notari, quod visitantibus ecclesias est necesse visitare eas cũ intentione actuali, aut saltem virtuali consequendi Iubilæum, quia si principaliter visitant eas ob aliquem finem distinctum, aut recreationis gratia, aut negotiationis causa, non valebit illis: vnde ille, qui vadit ad visitãdas ecclesias, pręcipue vt videat aliquam mulierem quã amat, aut vt recreationem capiat, non consequitur Iubilæum; si vero præcipue vadat ob consequẽdam indulgentiam, & minus principaliter ob alios fines, ita vt adiret dictas ecclesias, quamuis deessent tales fines, obtinebit Iubilæum non deficientibus reliquis necessarijs; quod si æque visitat ecclesiam ob vtrumque finem, etiam consequitur indulgẽtiam quia cum non sint contrarij, non impediunt se inuicem, sunt vero contrarij, si non adeat ecclesiam tam principaliter ob hunc finem indulgentiæ quam quia ibi visurus est aliquam personam, cum qua vult loqui, & detineri cum periculo peccati mortalis, hoc totum colligitur ex Nauarro. & Corduba.

Nau. in c si quã do, d. 1. õ sec. d. 1. c. 6 § 14

8 Sexto debet notari, quod qui custodiunt perpetuam clausuram non consequuntur Iubilęum, cum non possint exire ad visitationes ecclesiarum, nisi sua Sanctitas aliud dixerit, & per consequens non possunt illud cõsequi detẽti in carcere, infirmiue, nisi sua Sãctitas dispo-

disposuerit contrarium, vnde Clemens VIII. qui nunc regit ecclesiam Dei in Iubileo, quod concessit in primo anno sui Pontificatus, & publicatus fuit in Hispania anno 1592. concessit, quod qui custodiunt claustra, & detinentur legitimo impedimento visitandi ecclesias, & ieiunandi, possunt obtinere illud commutatis his operibus à Confessarijs in alia æquiualentia. Estque aduertendum, quod illi qui custodiunt perpetuam clausuram, sunt moniales, non vero fratres mendicantes, & alij qui communiter exeunt, hi enim non consequuntur iubilæum, nisi visitent ecclesias, nec ego inuenio priuilegium Apostolicum, quod illos eximat ab hac obligatione volentes illud consequi.

9 Septimo debet notari, quod oratio, & eleemosyna licet sit parua, est sufficiens causa, vt obtineatur indulgentia Iubilæi; quia in concedendis indulgentijs plus respicit Sanctitas sua ad passionem, & sanguinem Christi, & merita sanctorum, quam ad id quod imponit fieri, licet semper imponat opus, quod ex natura sua est pœnale; vt cum communi tenet Palacius: debet tamen multum notari, quod est quædam opinio antiquissimorum, & grauium Doctor. scilicet D. Thomæ D. Bonauent. & D. Anton. & aliorum, quos refert Nauarr. & Corduba, qui sequitur eum, qui dicunt, quod quando Sanctitas sua concedit indulgentiam cum obligatione, quod volentes illam obtinere erogent eleemosynam non ponens signanter quantitatem eius, quod debet dari, si diues voluerit consequi, debet dare eleemosynam secundum eius statum, id est, Rex vt Rex, diues vt diues, & pauper, vt pauper, quia aliter si tantum daret pauper quantum diues, non obtinebit tantam indulgentiam diues, quantam pauper reliquis paribus. Sixtusque V. in quodam Iubileo concesso ab eo, & publicato in Hispania anno 1588 sequens & approbans hanc opinionem iubet quod eleemosyna danda sit secundum vniuscuiusque qualitatem; relinquens hoc prudentibus Confessarijs, & ideo refero hanc opinionem, vt Confessarij, & Prædicatores dent consilium pœnitentibus, qui volunt consequi Iubilæum, ne sint contenti orare parum, ac velociter, nec sit contentus diues dare eleemosynam sicut pauper, quia licet ordinarie in Iubilæis non ponatur quantitas eleemosynæ, secundum tamen vniuscuiusque possibilitatem est facienda: & licet secundum contrariam opinionem non teneatur dare magis diues, quam pauper ad effectum consequendæ indulgentiæ, non desinunt tamen consequi magis quantum ad meritum operis meritorij, si in reliquis sint pares cum pauperibus.

Palac. in 4. d. 20. disp. 1. f. 410. con. 2. in fi. Nau. de indulg. notab. 1. n. 34 & 35. Cor. de indulg. q. 21.

De Ieiunio Iubilæi.

10 VLtra visitationem Ecclesiarum, orationes, & eleemosynam, quę debent fieri pro consequendo Iubileo, præcipitur etiam, quod fiat ieiunium per tres dies: circa quòd præceptum debet notari, quod qui habent Bullã Cruciatæ, sufficit quod ieiunent comedentes oua, & lacticinia, vt ipsa Bulla concedit; quia huiusmodi vere ieiunant, & adimplent præcepta ieiunij, quia Iubilæum non petit nisi quod ieiunent, sic enim tenet Medina, & Angles: & addo quod in Regnis, & Prouincijs, vbi est in vsu in ieiunijs Quadragesimæ comedere oua, & lacticinia, possunt habitantes illorum regnorum ibi existentes, & hospites, qui ad ea confugerint consequi dictum Iubilæum comedentes dictos cibos sine Bulla, quia vere ieiunant, & Bulla quamuis suspendat priuilegia, & facultates aliorum Sum. Pontif. non sumentibus eam, vt in ea dicitur, non tamen suspendit consuetudinem, quæ habet vigorem legis, & de iure communi. Est tamen aduertendum, quod Nauar. in quodam consilio discedit ab opinione Medinæ, & Angles, quia plumbea cruciatæ solum concedit hoc priuilegium comedendi

Med. in sum. fol. 99 Ang. i florib. 1. de ieiunio. q. 9 de abstinentia a cibo, dub. 4. et s. f. 431. Na. li. 3. cons. ti. de obser. ieiunij, cons. 4. f. 355.

oua, & lacticinia in ieiunio ecclesiastico; & volentes quòd sit hæc dispensatio exorbitans a iure communi, & per consequens odiosa, debet restringi ad ieiunia ecclesiastica, de quibus loquuntur quæ sunt ieiunia, quæ imponit ecclesia facienda; non autem debet extendi ad ieiunia, quæ secũdum suam propriam, & vulgatem interpretationem non sũt ecclesiastica, vt sunt ieiunia, quæ debentur ratione voti, & ieiunia, quæ debentur, quia Confessarius imposuerit pro satisfactione, aut alijs de causis a Papa ordinatis ad effectum consequendi aliquod Iubilæum: quam quidem opinionem, licet tenuerint alij, ut, mihi tamen videtur multum noua, & seruato debito respectu tanti viri, est nimis scrupulosa, quia loquẽdo de ieiunio, quod debetur ratione voti, licet non sit proprie ecclesiasticum, qui tamen facit illud, est filius ecclesiæ, & tamquam talis debet illud exequi sicut ecclesia præcipit, qđ ieiunetur in alijs temporibus ab ea assignatis. Verum autem est, quod Papa, vt caput ecclesię dispensat cum ijs, qui habent bullam cruciatæ, vt satisfaciant ieiunijs comedendo dictos cibos. Et quo ad ieiunia imposita a Cõfessario, debet inspici intentio, quam tenet Cõfessarius, quando imponit; In dubio vero certum est, quod non obligabit cum maiori rigore ad ieiunia ab eo imposita, quam obliget ipsa ecclesia ieiunare sua propria. Quantum vero ad ieiunia Iubilæi probo hoc ita esse cum Medina, quia licet non sit ecclesiasticum ieiunium, vt dicit Nauarrus loquendo proprie, est tamen credendum, quod si Papa interrogaretur, an qui habent bullá cruciatę, satisfaciant ei comedẽtes oua, & lacticinia, responderet quod sic, cum ipsemet permiserit: & certum est debere teneri pro lege, quod legislator responderet interrogatus secundum glos. communiter receptam; tanto magis, quod ego teneo ieiunium Iubilæi esse ecclesiasticum, cum illud imponat Princeps ecclesiæ, qui ordinauit etiam ieiunia ecclesiastica, & ideo vocantur ecclesiastica: quia sicut iubet ieiunare in tempore Iubilæi respectu ipsius iubilęi sic etiam cum iubet ieiunia ecclesiastica, habet diuersos respectus in singulis eorum. Est etiam notandum, quod sine bulla possunt, qui volunt consequi Iubilæum, ieiunare comedens oua, & lacticinia, dummodo Iubilæum obtineatur extra quadragesimam, quia ieiunare hoc modo sufficit ad substantiam ieiunii huius temporis, quia extra quadragesimam non prohibet ecclesia ieiunare hoc modo, sic enim tenet Henriquez allegans pro parte sua homines graues.

Henr. li. 7. de indulg. c. 10. nu. 4.

glo. in l. tale peccatum. §. fin. ff. de pact.

Secundo debet notari, quod quando Iubilæum dat licentiam, vt qui non possunt dare eleemosynam, obtineant illud dando aliud æquiualẽs, vt est orare ad arbitrium sui Confessarii, est etiã visus dare licentiam laborantibus, vt non potentes ieiunare satisfaciant facientes quid aliud æquiualens secundũ arbitrium proprii Confessarij: sic enim defendit Nauarrus, in quo non detineor, quia Iubilæa, quæ nunc communiter concedũtur, auferunt nobis difficultatem hanc, cum iubeat Sanctitas sua, quod qui non potuerint ob aliqđ iustum impedimẽtum facere quod postulatur, commutent illud in aliud ad arbitrium suorum Confessariorum.

Nauarr. misc. 44

11 Circa id, quòd attinet ad ieiuniũ, est notandum secundo, quod non videtur causa legitima defectus ætatis, vt possit Cõfessarius commutare ieiunia, quia sunt iuuenes 17. annorum, qui habent satis vigoris, vt possint ieiunare, sicut qui habent 21. annos, & ideo non poterit Confessarius virtute Iubilæi cõmutare ill s ieiuniũ, nisi intelligat, quod ex ieiunio debet illis euenire notabile detrimentum.

12 Tertio debet notari, quod commutatio ieiunii, & reliquarum rerum debet fieri a Confessario, non in die feriæ sextæ, nec in sabbato, sed in die mercurij, quia commutatio est in rem, quę debet fieri, & tenetur ad illud ad effectum consequendi Iubilæum; & quia

non

non potest id facere, datur commutatio in aliam, quam possit facere; & ideo non dicitur commutare præteritum, & quod non possit amplius fieri; & ideo dicunt homines docti, quod si pœnitēs habuerit casus reseruatos sedi Apostolicæ, & fuerit vltima septimana Iubilæi, quod non est certum posse absolui, si vero non habeat casus reseruatos, poterit bene commutari, cum in hoc casu non sit periculum: nec obstat inconueniens, quod aliqui ponunt, scilicet posse Confessorem commutare ieiunium in feria quarta, & postea non posse audire eum, quia adhoc respondeo, quod sufficit elegisse illum ad hūc effectum; & si postea non potuit, aut noluit audire eum, hoc fuit accidentale. debet tamen aduerti, quod licet hæc opinio sit hominum doctorum, ego tamen teneo contrariam probabiliorem, quia magnis in ciuitatibus non potest fieri hæc commutatio in feria quarta, aut ante illam; & etiam quia non solum potest commutari futurum, sed etiam quod faciendum erat, & non fuit factum

De Confessione, & Communione tempore Iubilæi.

13 POstulat Iubilæum, vt confiteantur omnes: circa quod est notādū, quod non sufficit, quod sint confessi antea, sed est necesse, quod hoc faciant tempore Iubilæi, vt cum Caietan. & aliis dixi in expositione cruciatæ; nec est necesse quod confiteantur peccata iā confessa, vt putant aliqui simplices, sic. n. dicit Nauarrus, & si non habeat nisi peccata venialia, licet multi putent nō esse necessariam confessionem eorum ad effectum consequendi iubilæum, vt tetigi in loco supradicto; ego tamen teneo contrarium, quia licet non sit ius, quod obligat nos confiteri peccata venialia, ad effectum tamen obtinendi Iubilæum, potest Papa obligare homines confiteri illa, quia ille, qui scit habere peccata venialia, potest habere aliquod peccatum mortale occultum, quod po sita debita diligentia non recordatur; & confitens peccata venialia, & absolutus ab eis remanet per consequens liber a peccato mortali occulto, & sic obtinet eam indulgentiam, quam prætendit sanctitas sua, quod omnes obtineāt. Notaq; esse opinionem doctorum hominum, quod licet non concedat facultatem Confessarijs absoluendi in foro exteriori ab excommunicatione ad reincidentiam, possunt tamen absoluere illos in dicto foro, qui non poterunt soluere debita, ob quæ sunt excommunicati, & hoc ad effectum dumtaxat consequendi Iubilæum, & sic ipso consequuto iterum reincident in ipsam, vt dixi in expositione cruciatæ; & ratio supradicti est, quia vult summus Pontifex, quod omnes consequantur hanc indulgentiam; quam non possunt consequi excommunicati nominatim, quia non admittent eos curati ad officia, nec communionem necessariam ad illam consequendam, nisi in foro exteriori sint absolutio. Quod si aliquis, quando finitur tempus Iubilæi, venerit ad confessionem, & non potuerit Confessarius audire omnia peccata ob breuitatem temporis, quia habet magnos & varios casus, qui requirunt multum studium, potest Confessarius intra tempus Iubilæi absoluere illum a censuris, & casibus reseruatis differens absolutionem aliorum peccatorum ad alium diē in quo possit absoluere eū ab illis omnibus, cum iam tunc casus non sint reseruati. Nec obstat, quod iam transijt tēpus Iubilæi, quia adhoc respondeo, qđ iurisdictio semel incæpta non expirat, quousque causa finiatur, sic enim tenet Henriquez allegans multos.

14 Secundo debet notari, quod quādo quis confitetur, virtute alicuius Iubilæi de casibus reseruatis, & relinquit aliquem casum non reseruatum ob pudorem, non remanet ablata reseruatio dictorum casuum, quia Confessarius solum habebat facultatē in foro sacramentali ad delendam reseruationem in virtute absolutionis, & cum in hoc casu

Explic. cruciatę §. 1. n. 10 in fin. Nau. de indulg. notab. 36. n. 6.

Explic. cruciatę vbi sup. nu 13.

Hab. in bul. cruciatæ. §. 9. nu. 27

Henr. l. 7. de indulg. ca. 11. nu. 5

casu fit nulla absolutio, non fuit deleta dicta reseruatio, & ideo tenetur pęnitens confiteri hos casus reseruatos Confessario, qui habet authoritatem absoluendi ab eis, quod non habet locum, quando confessus est illa cum superiore tacens dictum peccatum, quia cum superior possit delere reseruationem extra Confessionem, ita vt si ipse voluit delere eam, statim remaneat deleta, licet non valeat confessio; & idem dicūt homines docti debere dici, quando casus reseruati habent annexam excommunicationem, ob quam sunt reseruati, quia absolutio censurarum non pendet ab absolutione peccatorum, nec ad illud requiritur dispositio pęnitentis, cū possit absolui ab excommunicatione ille, qui non vult illam absolutionem, & ideo ablata excommunicatione remanet ablata reseruatio casuum, quæ opinio est probabilis, cum vero, excommunicatio sit tam grauis pœna, & priuet tot tantisque bonis, puto contrariam opinionem esse securiorem, quia vt plurimum virtute Iubilæorum absolutio censurarum est multum annexa absolutioni peccatorum, & quando est nulla absolutio peccatorum, erit etiam nulla absolutio censurarum; & per consequens peccata non remanebunt in nostro casu libera a reseruatione, & ideo est necesse, quod confiteatur illi, qui habeat authoritatem absoluendi ab illis.

15 Tertio debet notari, quod qui ieiunauerit feria 4. 6. & Sabbatho, & fecerit reliquas necessarias diligentias, non confitens vsq; ad Dominicam de mane consequitur Iubilæum, licet non confiteatur nisi die dominico ante communionem, vt tenet Nau. dicens sic vidisse obseruatum in Hispania cum consilio hominum doctorum; & ratio principalis, in qua fundatur est, quia confessio non requiritur principaliter per se in Iubilæo, sed tamquam medium necessarium ad communionem vt iuste fiat; vnde sufficit, quod confiteantur dominico die de mane ante communionem

Nau. de orat. misc. 95

16 Quarto debet notari, quod si aliqs confiteatur feria 2. & 3. eiusdē septimanæ, qua consequitur Iubilæum & cum proposito faciendi totum id ꝙ pręcipit bulla, & postea ob aliquod impedimentum non potest ieiunare, nec cōicare; ob quod non consequitur Iubilęum: licet in virtute eius sit cōfessus & absolutus de casib. reseruatis, non remanet inualida absolutio, & ideo non est necesse confiteri iterum ipsa peccata, & casus; nec ideo damus occasionem prauis hominibus, vt absoluantur a peccatis grauissimis, & ea consequuta absolutione non procurent consequi indulgentiam facientes, ꝙ debet fieri, quia hic loquimur in casu, quod quis absoluitur cum intentione, & proposito firmissimo cōsequēdi Iubilæū & faciendi totum id, ꝙ requiritur ad illud consequendū, quia si aliquis non habeat hoc propositum, & decipit confessarium, vt sic absoluat eum, certum est, ꝙ peccauit mortaliter, & per consequens posuit obstaculum gratiæ sacramentali, & tenetur confiteri oīa peccata, quę fecit in dicta cōfessione, vt aduertit Nau. & reseruata debēt explicari ei, qui habet authoritatē absoluendi ab eis, vt notat Henr. Ex dictis infertur, ꝙ si Confessarius commutauerit vota ratione iubilæi, quando pęnitens est confessus cum proposito consequendi illud, remanent dicta vota commutata, licet postea non obtineat iubilæum; non valebit tamen ea commutatio, qñ fit sine proposito consequendi illud. Infertur etiam, quod ille, qui confitetur casus reseruatos cum intentione obtinēdi iubilæum obliuiscens aliquem casū reseruatum, potest postea recordatus confiteri illum cuicunque Confessario approbato, quia si fecit sufficiens examen, & valeat confessio facta virtute iubilæi, iam hic casus oblitus in confessione remanet non reseruatus, licet postea hic pœnitens sua propria culpa nolit obtinere iubilæum, vt colligitur ex his, quæ dicit Nauar.

Nau. de oratio. misc. 93 Enriqu. lib 3. de pen. c. 10 liter C. in mar.

17 Quinto debet notari, quod tpe iubilæi, aut alterius indulgentiæ similis,

Nau. in man. c. 26. n 13

non

non solum possunt sæculares confiteri Confessariis sæcularibus approbatis ab ordinario, qui est Episcopus, sed etiam regulares volentes consequi Iubilæum, vt defendit Nau. & ratio est, quia est vtilis res populo Christiano, quod detur authoritas, vt fiant confessiones aliquando Cōfessariis, non ordinariis, vnde Concil. Trident. exhortans moniales, vt recipiant sacramentum Pęnit. & Eucharistiæ singulis mensibus, pręcipit prælatis, vt dent illis singulis annis bis, aut ter Confessarios extraordinarios, quibus confiteantur, & ad hoc adducā hic verba Angelici Doctoris D. Thom. quæ vellem, vt prælati ecclesiastici, & regulares imprimerent in cordibus suis Dicit itaque D. Thom. *Peccaret sacerdos si non esset facilis ad prabendam licentiam cōfitendi alteri quia multi sunt adeo infirmi vt potius sine confessione morerentur quam tali sacerdoti confiteri vellent*: *vnde illi* qui sunt *nimis solliciti, vt conscientias subditorum per confessiones sciāt multis laqueum damnationis iniiciunt, & per consequens sibi ipsis.* Hæc D. Tho. & quidem ego fateor infirmitatem meā, & paucam humilitatem quòd peccata venialia, quæ communiter confiteor, pudore corripior confiteri semper eidē Confessario, vnde aliquando muto eos, & hinc colligo visa humana fragilitate, quod licet per constitutiones Apostolicas sit prohibitum confiteri regulares sæcularibus, quod hæc prohibitio non habeat locum secundum dicta in confessionibus Iubilæorum, in quibus sua Sanctitas concedit in fauorem animarum magnam libertatem spiritualē, præcipue, si existant regulares, & commorentur in aliquibus conuentibus, vbi vix simul cum prælatis sunt tres Cōfessarij regulares, nec potest esse alius ob eius conuentus paupertatem.

Na. li. 5. confes. i de pęn. & rem. conf. 10. fol. 581. Concil. Trid. ses. 25. c. 10 de reg.

D. Tho. in 4. dis. 17. qu. 3 quæstiū cul. 4.

18 Sexto debet notari, quod cum cōcedantur duæ septimanæ ad consequēdum Iubilęum, si aliquis confitetur in prima septimana, & consequitur illud, potest confiteri in septimana sequenti, & absolui uirtute eius ab aliquo casu reseruato in bulla Cœnæ Domini, in quem cecidit post primam confessionem, quia quum iste sit fauor non debet restringi, sic enim tenet allęgans Nauar. Henriquez, addens, quod sic est in praxi, & addit vlterius, quod potest absolui ab hoc casu, & reliquis cōmissis post publicationem Iubilæi.

Enriqu. de pęn. c. 16. n. 3. & lib. 7. de indulgent. c. 41.

19 Septimo debet notari, quod nec Confessarius, qui audit alium virtute alicuius Iubilæi, nec quiuis alius potesit commutare vota post transactum Iubilæum, quando oblitus est petere commutationem, quia absolutio, quā dedit illi Confessarius non cecidit super commutationem votorum oblitorum, sed solum super peccata, & censuras; & ideo non potest commutare amplius vota; potest tamen absoluere illū a peccatis, & censuris, quas fuit oblitus, quia ab omnibus fuit iam absolutus quo ad suam reseruationem dicente Confessore: *ego te absoluo ab omni censura.*

20 Octauo debet notari, quod qui cōsequitur Iubilæum in vltima hebdomada faciendo diligentias non desinit consequi illud, quamuis non recipiat communionem statim die dominico proximo sabbato illius hebdomadæ, quia sufficit quod capiat sacramentum feria secunda sequenti, vt dicit Henriquez, dicens esse opinionem magistri Santii, qui postea fuit Episcopus Segobicensis, habita super ea re consultatione cum doctoribus Salmanticæ. Et Gregor. XIII. in Iubilęo, quod concessit in anno. 1581. addidit, quod communio fiat die dominico, aut alio die septimanæ sequentis.

21 Nono debet notari, quod ille qui existens extra patriam suam audit publicationem Iubilæi, statim potest illud consequi, aut expectare, quousque in patria sua publicetur, vt adeat ad consequendum illud, nec obstat quod Iubilæum dicat, quod statim post publicationem consequantur illud in prima, aut secunda septimana, quia hoc dicitur vt statim possint illud consequi, non vero quia

non

non possint illud expectare; quia alias qui sciunt esse publicatum Iubilęum Romæ, non possent expectare, vt publicaretur in sua patria, vbi commorantur.

22 Decimo debet notari, quod qui deferunt corrigiam D. Augustini, non possunt obtinere indulgentiam Portiunculæ, nec reliquas concessas visitantibus ecclesias monasteriorum nostrę sacræ religionis in dieb. sanctorum eius, vt D. Francisci, S. Antonij, & Bonauent. & D. Ludouici Episcopi, & D Bernardini, & D. Didaci, & D. Claræ visitantibus ecclesias suorum monasteriorum, si non visitant has ecclesias, nec sufficit visitare ecclesias D. August. & ratio est, quia licet dictis personis concedantur per viam communicationis deferendo dictam corrigiam indulgentiæ concessæ religionibus, hoc intelligitur faciendo quod iubet Summus Pont. vt consequantur eas: certum autem est, quod vt obtineantur indulgentiæ Portiunculæ, & reliquæ, præcipit Summus Pontif. quod visitentur ecclesiæ minorum, vt in simili casu declarauit Leo X. nisi hæc sacra religio habeat priuilegium pro confratribus corrigiæ, quo commutetur hæc diligentia visitandi ecclesias in visitatione suarum ecclesiarum dicente priuilegio, quod visitantes suas ecclesias consequantur Iubilæum, ac si visitarent nostras.

De Iudicibus conseruatoribus. Cap. CLXXXIV.

SVMMARIVM.

Quæ personæ possint nominari iudices conseruatores, concl. 1. nu. 1.

An Iudices conseruatores possint cognoscere de casibus qui præiudicant iurisdictioni sæculari, concl. 2. nu. 2.

An possint religiosi constituere aliquem iudicem conseruatorem solum, vt liberent delinquentem à iurisdictione sęculari, ibidem.

An possint iudices conseruatores procedere contra sęculares, & quibus in causis, ibidem.

An Canonici Ecclesiæ cathedralis possint esse iudices conseruatores, ibid.

1 PRima Conclusio. Præcepit Sixtus Quartus quibuscũque personis constitutis in dignitate in quacunque religione, aut ecclesia Cathedrali, si requirantur à Guardianis, & fratribus minoribus, aut ab eorum sindico deputato à sua Sanctitate Romana ecclesia ad effectum conseruandorum priuilegiorum, & publicandorum, vt ea publicent, vbi & quando fuerit necessarium, vt sic sint dicti fratres conseruati in iusta possessione eorum, non permittentes quod fiat illis iniuria, aut molestia aliqua indebita, & iniusta, quæ confirmata fuit à Iulio II. & Leone X. nec est prohibitum dictis iudicibus cognoscere de alijs causis, licet non sint violentè, & manifestè iniustæ, si in litteris Apostolicis sit illis permissum, quia Summ. Pont. potest aduocare sibi causas pertinentes ad tribunal ecclesiasticum, & committere alijs, vt iudicēt eas, vt resoluit Couarrunias; si vero non est illis concessa ampla iurisdictio, sed solum limitata, transgredientes formam à Sede Apostolica positā, remanent suspensi per annum, vt definitum est in iure, & tradit Salzedus in practica criminali. Vnde infertur, quod cum iudex conseruator virtute nostrorum priuilegiorum (secundum Statutū Leonis X in Concil. Lateranen. si) neminem possit compellere, vt veniat ad pręsentiam suam ad locum suæ habitationis, si non sit intra spatium viginti leucarum, si extrahat illum extra dictum terminum, remanebit suspensus per annū iuxta supradicta.

Hab. in cōp. priuil. titu. cōseruatores ordinis.

Ca. 1. de off dele. Salz. in prac crimi. c. 3. p 8. col. 2. debet in eod. cōp. §. 1.

2 Secunda Conclusio. Hi iudices conseruatores non possunt cognoscere de causis, quæ præiudicant iurisdictioni sęculari, quando est litigium inter sæculares, vt est ordinatum in lege quadam noui ordinamenti, in qua dicitur, quod

potest

potest cognoscere de lite, quæ est inter sęculares, & religiosos, vt dicit Salzedus. Hinc infertur primo, quod si iudex sæcularis faceret apprehendere sęcularem, qui fecit iniuriam quibusdam regularibus, & ratione officij sui, & non per viam accusationis apprehenderet ad corripiendum eum, non poterunt bona conscientia illi religiosi in fauorē ipsius delinquentis creare iudicem conseruatorem, vt liberent eum à iurisdictione iudicis sæcularis, quia eorum priuilegia sunt illis concessa ob maiorem eorum conseruationem, & quietem, ac pacem, non autem vt sint pallium malefactorum. Noteturque hoc, quia cum titulo authoritatis vidi ego in quodam loco fieri contrarium, & vidi etiam superiorem religiosi castigare religiosum sic facientem. Secundo infertur, quod iudices conseruatores religiosorum possunt procedere non solum contra alios religiosos, sed etiam contra sęculares non obstante Concilio Tridentino, ratione manifestarum iniuriarum, & violentiarum factarum suis personis, quia in hoc nihil deletur de iurisdictione regia, cùm dicta delicta sint vtriusque fori ecclesiastici, & sæcularis; tunc autem fit manifesta iniuria religiosis, quando illi, aut eorum monasteria sunt turbata in sua possessione, & fit violentia eorū priuilegijs, & immunitatibus, & exemptionibus, non vero quando tangunt eos in rebus paruis, aut turbant in domibus eorum cum ira extraordinaria dicentes, quod ingredientur vsque ad penetralia earum ipsis nolentibus, dūmodo hoc transacto impetu relinquant eos in sua pacifica possessione, nec fregerint aliquem vectem, aut seram domus, aut intulerint similem violentiam, vt post Ioannem Lopez dicit Salzedus, affirmans sic fuisse sententiatum in cancellaria Vallisolet. Et nota, quod iudices conseruatores Apostolici possunt esse Canonici alicuius ecclesiæ Cathedralis, quia licet non sint in dignitate constituti, comparantur tamen dignitatibus ecclesiasticis, ad effectum vt possint esse iudices ecclesiastici, conseruatores delegati Papæ, vt dicitur in iure. Nota vlterius quod iudices conseruatores vniuersitatum possunt cognoscere de omnib. causis in fauorem omnium doctorum, & scolasticorum registratorum in ipsis vniuersitatibus, vt determinatur in quadam lege ordinamenti, & tenet Salzedus.

L.1.ti 8 li.1.ord. salz.vbi sup.

C.óc.Tr. sess.24 c. 20.de ref. orm.

Lop. in rep c. p vestr. salz.vbi su p.10.

c. statutū i princip. d re scr.li 6.

L.8.ti.7 li.1.ord. Salz.vbi sup.

De Iudicum stipendio, & de eorū obligatione. Cap. CLXXXV.

SVMMARIVM.

An Iudices aut eius vxores possint accipere dona, concl.1.nu.1.

An domini oppidorum possint ad se adiudicare, aut ad suos ordinarios primas instantias, concl.2.nu.2.

An iudices ecclesiastici delegati teneantur restituere, quod à partibus recepere vltra seruitium solitum, concl.3.nu.3.

An visitatores Episcopatuum possint recipere necessaria ad victum, & quid possint recipere Episcopi visitantes, conclus.4.nu.4.

An Prælati licite recipiunt stipendia visitationum quando ipsimet non visitāt, conclus.5.num.5.

An teneatur iudex non condemnans reū restituere fisco pœnam pecuniariam illi debitam, concl.6 nu 6.

An iudex non condemnans reum in pœnā corporalem propter delictum illi debitā peccet mort. & teneatur restituere aliquid fisco, concl.7.nu.7.

1 PRima Conclusio. Iudices, Auditores, gubernatores, relatores, notarij, procuratores, & fiscales aduocati, nec per se, nec per interpositam personam possunt recipere dona, nec possunt ea recipere eorum vxores, filij, aut filiæ, sicut non possunt ea recipere aduocati, & procuratores pauperum, nec officiales, qui vocantur numeratores, vt dicitur in multis legibus nouæ recompilationis, quæ leges obligant

cum

L.7.ti.2. li 7.& l. 16.ti. 5. l 2. & l. 25.tit.1. li.9 nouæ cōp.

cum tanto rigore, vt quod recipiunt hi officiales, teneātur restituere partibus, antequam condemnentur a iudice, quia Rex dat illis stipendia, & acceptātes officia sua faciunt quandam quasi conuentionem, qua obligantur regere & gubernare ob solum stipendium, quod illis assignatur, dicentes nolle se amplius, vt post Sotum & Nauarrum, & Medinam, resoluit Ludouicus Lopez, & Aragon, & ideo prætores, & gubernatores, qui sunt sufficienter stipendiati a sua Regia Maiestate, aut principe, qui illos constituit, non possunt recipere vltra dictum stipendium aliquam pensionem, eo quod inspiciant processus, super quos debent ferre sententias: qui vero non sunt sufficienter stipendiati, possunt recipere aliquid secundum consuetudinem introductam, in loco vbi viuunt, quæ consuetudo insinuat nō esse admissam legem, quæ iubet contrarium, quæ est derogata ab vsu communi, ut tenent Silu & Adrianus.

Sot. li. 1. de iust. q. 6. ar. 6 ad 3. mēbr. 4 arg Nau. in ma. c 25 num. 22 Med. su. fol. 669. Lop. in īst. cōsc. 1. p. c. 29 & in instr. neg. li. 2. c. 42 pa. 498. colu. 1. Arag 2. 2. qu 11. a 3. p. 35 Sil. ver. iudex q. 10. Adr. quod li. 10 art 1. Cor. de casib q. 118. Lop in instr. consc. 1. p. c. 150.

2 Secunda Conclusio. Domini oppidorum non possunt assumere, nec adiudicare ad se, aut ad suos iudices ordinarios primas instantias, nisi habeant titulum, aut priuilegium, aut sit consuetudo immemorialis, quia peccarent mortaliter facientes cōtrarium. Verum est tamen, quod secundum Cordubam, & fratrem Ludouicum Lopez, non tenebuntur restituere stipendia, quæ habuerunt ob dandas sententias in prima instantia, quia raro recipiunt ea, & præterea deserunt stipendium laboris sui facientes officium iudicis, præcipue si recte vsi sunt munere suo.

3 Tertia Conclusio. Iudices ecclesiastici delegati tenentur restituere, quod receperint a partibus vltra solitum seruitium, & expensas, quæ fiunt sine malitia, & dilationibus impertinentibus, & sine itinere, necessario ad verificationes faciendas alibi, & idem debet dici, si sunt participes lucri sui assessoris, & notarii, vt ordinatum est in iure. Circa quam determinationem debet notari, quod quia fundatur in iure naturali totum id, q̄ recipitur vltra concessum, propter illam, est subiectū restitutionis, & si recipiatur cum titulo dandi sententiam iustam, antequam iudex condemnetur, tenetur restituere partibus, & post condemnationem debet illud dare illi, cui sententia adiudicauerit, & si pars ante condemnationē remiserit nolendo illud recipere, hoc non obstante debet dari pauperibus: si vero pars receperit illud, & postea contulerit iudici libenti animo, tunc iudex poterit illud licite retinere via donationis, vt resoluit Lud. Lop. contra Angles.

statutū. §. insup. de rescr.

4 Quarta Conclusio. Visitatores Episcopatuum possunt recipere necessaria ad victum illius diei, ita vt nil amplius recipiant, licet visitent multas ecclesias, & si receperint plus, tenentur intra mēsem restituere duplum ecclesiæ, a qua id recepere, & si fuerint Patriarchæ, Archiepiscopi, aut Episcopi, remanent ipsofacto interdicti ab ingressu ecclesiæ, & inferiores remanent suspensi ab officio, & beneficio, donec non restituerint duplum, nec suffragatur illis, quod a partibus remittatur illis libenter, vt ideo nemaneant liberi a restitutione, vt ordinatur in iure, & tradit Cord. & Ludouicus Lopez. Et nota, quod vltra hoc stipendium possunt capere aliqua dona, vt comedant in loco quem visitant, quia capere illa dona, vt asportentur extra illud oppidum, est res scrupulo subiecta, vt docet Silu.

Lop. in instr. cō fil. 1. pa. c. 110.

c. fœlicis de cens. lib. 6. Cord. 1. qq. q. 26 Lop. vbi sup. Sil. ver. visitatio, circa finem

5 Quinta Conclusio. Stipendia visitationum tūc recipiunt prælati licite, quādo ipsimet visitant, & non habent illud, de quo valeant sustentari, & ideo in hoc casu possunt recipere, quod est necessarium ad sui sustentationē, & familiarium, considerata qualitate personæ, & necessitate temporum, & in manu eorum, qui præbent hoc stipendiū, est loco illius dare illis victum cibi, & potus necessarii, aut pecuniam, quæ antea solebat dari: in prouinciis vero, in quibus gratis visitationes fiūt, obser-

Dd uetur

C. exigit, de cēs. li 6. Concil. Trid. ses 24. ca. 3. de ref. sil. ver. iudex 1. q. 11. dicto 5.

uetur, consuetudo: denique totum id, quod recipit visitator, non debitum illi, est subiectum pęnis ordinatis, a iure confirmato in Concil. Trid.

6 Sexta Conclusio. Iudex, qui non condemnat reum in sententia cum pęnis debitis fisco, tenetur restituere illas ipsi fisco, vt dicit Siluest. si non concedatur illi venia, & remissio earum; & ideo si habet licentiam ad diminuendam eā, non tenetur quidquam restituere. Ad explicationem cuius est notandum, qd iudex inferior habet licentiam accrescēdi & diminuendi pœnam in quibuscā casibus. Primus est, quando procedit via inquisitionis. Secundo quando accusatus libenti animo fatetur delictum suum non minus inductus, aut periculo spirituali, aut ecclesiæ, per ipsam auctionem aut diminutionem: Tertius quando pœna relinquitur arbitrio iudicis; & quomodo se debeat gerere ī hoc casu, videbitur in tractatu ordinis iudicialis, cum Siluest. dicit hoc Angles. Ex hac conclusione infertur, quod notarius scribens sententiam falsam, & testes falsi, & aduocatus, ac procurator, qui defendunt malefactorem contra ordinem iuris a pęna legis, tenentur restituere hanc pœnam, & hoc non in pęnam delicti sui; quia hoc non debetur nisi post sententiam latam, sed ratione damni facti fisco ab illis, qui per officium suum tenentur procurare, quod hoc damnum non eueniat, reus tamē non tenetur ad hanc restitutionem, licet neget veritatem, quia vtitur iure suo non soluens pęnam, antequam cōdemnetur in ea, & ideo potest accidere, quod delinquens non debeat pęnā, & debeant illi qui adiuuarunt illum, ne solueret eam, vt dicit Aragon. Verum est, quod non tenetur iudex cum reliquis restituere dictam pœnam, quādo est paruæ quantitatis, vt consuetudo introduxit.

c. 12. nu. 12. & 13 Angl. in flori. 4. q. quis, a rest. sit liber ti. 1. diffic. 10.

Arag. 2. 2. q. 62. ar. 3. pa. 614.

7 Septima Conclusio. Quando Iudex non condemnat malefactorem in pœnam corporalem, quam meretur illius delictum, peccat mortaliter, non tamē tenetur aliquid restituere fisco, quia est magna differentia inter pœnam pecuniariam, & corporalem, quia de pœna pecuniaria resultat damnum fisco, ex corporali vero non, sed solum fit iniuria reipubl. si non imponatur, & etiam quia non est consuetudo restituendi illas iniurias, ex quibus nullum sequitur damnum temporale, vt dicit Aragon.

Arag v. sup. ar 7 pa. 203. col. 1.

De restitutione Iudicis ob iniustam sententiam, aut dilationem causæ in præiudicium partis.

Cap. CLXXXVI.

SVMMARIVM.

An teneatur iudex restituere parti quod accepit vt pronunciet iniustam sententiam in fauorem illius, antequam peccatum committatur. concl. 1. nu. 1

An iudex teneatur restituere quod accepit vt pronunciet sententiam iniustam, adimpleto illo actu iniusto conclus. 2. numero 2.

CIrca hoc videatur D. Th. Adrianus, Med. Sotus, & Nau. & ad perfectā explicationem eius.

D. Th. 2. 2. qu 62. artic. 7. Med. de rest. q. 3. Sot. li. 4. de iust. q. 7. ar. 1 Naua. in sum. ca. 23. n. 12 & c 17. a nu. 30

1 Sit prima Conclusio. Licet sit turpitudo ex parte Iudicis, aut eius qui dat aliquid vt pronuntietur sentētia iniusta illi, qui dedit rē, debet tn̄ fieri restitutio antequā peccatum committatur, propter quod data est: & rō est quia minister iustitiæ ante commissum delictū, ob quod recipit nūmos, tenetur inficere & mutare contractum secundū consiliū D. Isidori, q dicit in illicitis, & prauis promissionib. nō adimpleas promissum, cū contra Deum non potueris te obligare, & nō pōt iudex deficere a verbo suo & inficere cōtractū prauum, nisi restituat pecuniam, quā recepit ab eo, qui dedit illā, quia cum dederit illā sub conditione turpi, aut honesta, non perdit dominium, nisi adimpleatur: hoc videtur esse verius licet non desit, qui teneat contrarium, vt resoluit Medina.

Med. de rest. q. 3. notabil. 10.

2 Se-

2 Secunda Concl. Iudex, & quicumque alius minister Iustitiæ, qui recipit aliquid, vt pronunciet sententiam iniustā, aut ob aliquem actum iniustum, & turpem, si ille actus ponatur in executionem adimpleta conditione non tenetur restituere ei, qui dedit, cum ex sua parte etiam fuerit turpitudo, & adimpleta fuerit conditio contractus, licet illicita, & praua: hoc probatur multis decretis iuris vtriusque, vbi dicitur, quod illud, quod datur ob aliquod opus malum, si fiat dictum opus, non potest repetere, qui dedit; & cum leges prohibeant repetitionem, & dans dederit libenter, non tenebitur, qui recipit ad restituendum pauperibus; Nauar. enim dicit, quod solum tenetur restituere de consilio. Sotus autem dicit, quod cum lex hæc sit pęnalis, & non obliget antequam Iudex adimpleuerit conditionē, non est adhuc dans priuatus re sua; & ideo ei debet fieri restitutio; non videt autem Sot. quod ille priuauit se ea re, quam dedit statim ac adimpleta fuit conditio, licet illicita. Reliquum, quod attinet ad hanc materiam, videatur in materia restitutionis.

L.1.l.vl i autē, ff. de cōdi. ob turpē causā

Na. vbi sup. Sot. vbi sup. f.334.

De Iudicijs temerarijs Cap. CLXXXVII.

SVMMARIVM.

Quid sit iudicium temerarium, & quando sit peccatum mortale, aut veniale, conclus. 1. num. 1.

An sit mort. iudicare male de aliquo sine indicijs sufficientibus, concl. 2. nu 2.

An sit peccatum mortale iudicare interius, quod quis est de genere iudæorum, concl. 3. nu. 3.

An sit peccatum mortale suspendere iudicium defectus naturalis alicuius, conclus. 4. nu. 4.

An sit obligatio reiciendi positiue dubium in meliorem partem, ibid.

An quando à viro bonæ fidei male dicitur de aliquo, debeat male iudicari de illo, si odio motus male dixerit, concl. 5. nu. 5.

An quando iudicium temerarium remanet in actu interiori sit obligatio restitutionis, concl. 6. nu. 6.

1 PRima Concl. Iudicium temerariū est, quando iudicamus in malam partem opus proximi indifferens non habentes ad id indicia sufficientia, quia est contra charitatem, & bonā opinionem, quam de proximo debęmus concipere. Hinc sequitur, quod si sint sufficientia indicia, non erit iudicium temerarium, nec peccatum mortale, vt si vides hominem cum muliere solum, de quibus est suspicio praua, & locus est suspectus, cauentibusq; ipsis ne videantur & qui suspicatur, aut dubitat, aut suspēdit actum cum his indicijs sufficientib. non est peccatum nec veniale, nec mortale licet suspicio sit de peccato veniali. Quod non peccet mortaliter tenet Nauarra, & omnes; quod vero non sit peccatum veniale, licet sit de peccato veniali, tenet idem Nauar. contra Medinam, & probat, quia si iudicium determinatum de peccato veniali est peccatum solum veniale, quomodo suspicio de peccato veniali cum sufficientibus indicijs debet esse peccatum veniale: & etiam si iudicium de peccato mortali cum sufficientibus indicijs non est peccatum, quomodo erit peccatum suspicio de peccato veniali?

Na.li. 2, de resti. ca.4. nu. 448. Med. in sū. f.196.

2 Secunda Conclusio. Non solum est peccatum mortale iudicare male de proximo in materia graui sine sufficientibus inditijs, sed etiam habere prauam opinionem non existentibus dictis prauis indicijs, vt si quis suspicetur, quod alius dormiat cum matre, aut sorore, aut quod sit hæreticus. Hæc conclusio est contra Caiet. & alios, & tenet Aragon, & probatur, quia magis vellet homo quod iudicaretur de illo habuisse partem cum muliere nupta sine sufficientibus indicijs ad illud, quam quod suspicentur, quod peccauerit cum matre, aut cum sorore: vnde cum suspicari primum sit peccatum mortale, & iā secundum erit peccatum mortale. Et

Caiet. 2. 2. q. 60. art.3 & ibi Aragon.

non solum habere prauam opinionem in similibus casibus est peccatum mortale, sed etiam dubitare cum deliberatione sine sufficientib. indicijs erit peccatũ mortale, quia magis vellet homo amittere 20. ducatos, quam quod de illo habeatur illa opinio; si ergo est peccatũ furari 20. ducatos, magis erit peccatum priuare illum tali bona opinione. In hoc tamen debent aduertere Cõfessarij, & pacificare conscientias timidas, quæ non inspiciunt vitas aliorum, & sunt tentatæ de iudicijs sinistris, & suspicionibus contra proximum, dicentes illis, quod non debent timere, si tales cogitationes dent illis pœnam, quia signũ est, quod non consenserint illis.

3 Tertia Conclusio. Iudicare, aut suspicari de aliquo, quod procedat de iudæis non est peccatum mortale, quia ex hoc nullum ei venit damnum, sic enim docet Nauarr. quem sequitur Petrus de Nauarra contra Medinam, & Alcocerem, cuius opinio videtur mihi satis bona, cum hic nihil amittat apud iudicantem illum, & si non dicat alteri, quia sic erit murmuratio, & per consequens peccatum mortale, quia æstimari hominẽ esse bono generare natũ est res multæ existimationis; & ideo iudicare religiosum de re mala sine sufficiẽtibus indicijs super re parua, si sit multæ existimationis inter religiosos, erit peccatum mortale, vt si quis iudicet de religioso, quod nihil facit cæremonias, & obseruantiam exteriorem suæ professionis, loquendo multum & exeundo sæpe à monasterio peccabit mortaliter, si non sint sufficientia indicia ad illud; quia hæ res, licet sint paruæ, & in ipsis non sit peccatum mortale, inhonorant multum personam religiosam in rebus, quæ in religione pretendũtur.

Na. ĩ sũ. c. 18. n. 9 Na. vbi su. n. 450 Med. in sũ. c. 20.

4 Quarta Conclusio. Suspẽdere iudicium in defectu naturali alicuius non est peccatum mortale; hæc est contra Medinam, & tenet eam Nauarrus, quia nullum est preceptum, quod obliget habere bonam opinionem de proximo; & sufficit, quod non habeatur mala, nec obstat, quod aufert bonam, quã habebat de hoc homine aliquo modo, suspendẽs actum leuibus indicijs, qd non põt fieri; quia ad hoc respondeo, quod licet auferat illam bonam opinionem, quam habebat, non facit illi iniuriam; quia si in principio habuit bonã opinionem, fuit, quia putauit, quod non tenebatur ad illud, & ideo suspendens actũ nihil aufert, quod illi debitum putet, sed solũ suspendit actum non dicendi illud alteri, quod nemo potest ab eo demere. Hinc infertur, quod loquendo communiter, non est obligatio reijciẽdi qd dubium est in meliorem partem positiue, vt si quis videat Petrum comedere bene, & potare melius, non tenetur iudicare, quod facit hoc ob necessitatem corporis, sed quod suspendat actum, quia licet non vidisset hoc opus dubium, quod est comedere, & bibere, non tenetur tñ iste formare hunc actũ denuo, quo iudicet esse Petrũ hominẽ temperatum, ergo minus tenebitur formare illũ vidẽs, quod comedit, & bibit, vt alij homines. Dixi, *loquendo communiter*, quia si quis sit multum inclinatus reijcere in malam partem opera indifferentia, tenebitur in hoc casu, non solũ suspendere actum, sed etiam facere actum positiuũ in contrarium. Hæc opinio est Caiet. quæ debet teneri contra Sot. qui dicit absolute quod semper in simili dubio est obligatio reijciendi opus indifferens in meliorem partem, qd intelligerem esse verum, quando homo velit determinare iudicare opus indifferens, quia in hoc casu, supposito, quod vult iudicare, in meliorem partẽ debet reijcere.

Med. in sũ f. 197 Nau. vbi su. n. 353

Cai. 2. 2. q. 60. ar. 4. Sot. li. 3. de iustit. q. 4. ar. 4.

5 Quinta Concl. Quando homo bonę fidei dicit de aliqua muliere; quod est adultera, cum ipsa habeat famam bonã honestatis, vt non iudicetur male de illa, debet cogitari, quæ ratio, aut causa mouit illũ hominem ad dicendum male de illa, quod si constet mouisse illum odium, aut quid simile, sine dubio non debet iudicari male de illa, si vero constet contrarium, scilicet quod dixit illud

vt ponatur remedium, aut ob pœnam, quam debet dare ob illud peccatum, si audiens potest tunc suspendere actum, non credens vnum, nec aliud, bene faciet, quia sic nulli facit iniuriã, nec mulieri formans malum conceptum de illa, nec homini putans mendacium, qd dixit; & si de proposito voluerit iudicare hoc, debet reijcere hoc dubium in meliorem partem iudicans; quod mulier est honesta; quia quando ius partiũ est dubium, reo magis fauendum est q̃ actori; & in hoc casu mulier est, vt reus, & homo qui dicit male, est quasi actor; sic resoluit hoc punctũ Aragon, relictis multis alijs, q̃ circa illud accumulãtur. Arag. 2. 2. q. 60. a. 4. p. 94

6 Sexta Conclusio. Quando iudicium temerarium, aut suspicio progreditur in actum exteriorem, cum hic actus sit contra iustitiam, & efficiat damnum proximo, est obligatio restitutionis; si vero solum remanet in actu interiori, licet sit essentialiter iniustitia, vel propositum interius occidendi, non est tamen obligatio aliquid restituendi, cum realiter proximus nõ sit damnificatus, vt dicunt D. Thom. Caiet. & Cord. D. Th. 2. 2. q. 60. art. 3. ad 3. & 1. & ibi Caiet. Cordu. mẽb. 4. de tegẽ. secret. q. 7. conc. 8

De Iurisdictione, vide sup. cap. 155.
De Legatis vide sup. cap. 132.

De Ludis. Cap. CLXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 CIrca materiam ludi videatur Alex. de Ales D. Tho. Ricard. Medina, Sotus, Nauar. & Alcocer. Alens. 3. p. q. 83. nu. 3. D. Th. 2. 2. q. 32. Ricard. a. 3 q. 8 Medina de rest. q. 21 Sot. li. 6. de iusti. q. 5. Naua. ĩ sũ. c. 29. n. 5 Alcocer. de ludo per totũ tract.

1 Prima Conclusio. Qui perdit pecuniam in ludo prohibito, potest illam repetere; & qui obtinuit condemnatus à iudice, tenetur restituere ipsam pecuniam, quia lex, quæ prohibet ludum, dat actionem in iudicio illis, qui perdunt in eo, vt possint repetere, quod perdiderunt; & ij non poterunt secrete capere pecuniam illam nolentes repetere verecundia; sic enim tenet Ludouicus Lopez cum Soto, & Medina, quæ opinio tenetur ab Aragone; & ratio est, quia illud lucrum est transactum in dominium eius, qui lucratus est, & ideo solum dat lex licentiam illi, qui perdidit vt repetat illam: vnde, si bona, quæ amittuntur in ludo, non transferuntur quo ad dominium in eum, qui obtinuit, potest qui amisit, secrete recuperare propria authoritate, dummodo non sit scandalum, & commode non possit illud repetere authoritate iudicis. Vnde sequitur, quod monachus, aut filiusfam. aut nupta, quæ amiserunt in ludo bona, quæ non poterant alienare, possunt illa secrete capere propria authoritate, licet peccent mortaliter capiendo ea, Lop. in instruc. consc. 2. p. c. 33. pa. 243. Arag. 2. 2. q. 3. a. 7. Sot. l. 4 de iusti. q. 2. a. 2.

non tenentur tamen illa restituere, cum ceperint, quod non erat illius, qui habebat, sed monasterij, patris, aut mariti, quibus debet fieri restitutio: hoc intelligitur, nisi quantitas sit pauca, & filius habeat patrem diuitem, qui tacite consentit, quod filius laudat cum suis ęqualibus; & in hoc casu tenetur pater consentire. Limitatur etiam hoc in casu qd filius habeat bona castrensia, aut quasi castrensia, quia in hoc casu non poterit filius capere, quòd amisit inuito domino, cum dominium translatum sit in illum, & retineat licite illud.

2 Secunda Concl. Quod ludunt, & amittunt scholastici in vniuersitatibus, si sit plus quam illis liceat pro statu, non potest illis restitui, præcipue si putetur, φ iterum perdent illud, vt dicit Alcocer & licet hoc credatur illos amisuros, nihilominus potest restitui, qñ ignoratur, vnde sint; aut si sciunt, non possunt illud mittere patribus eorum sine periculo suo, quia scholares scièntes, φ patres cognouerunt ab illis de ludo eorum, cũ se postea videãt priuatos solito auxilio, & prouisione, ac esse in mala opinione apud patres suos, poterunt mori ira inferre illis aliquod damnũ; hoc probatur ex his, quæ in simili casu tradit Nauarrus in sua summa dicens, quod qui accipit aliquid à latrone non cognoscẽs verum dominum, aut si cognoscat timens sibi, si illi restituat, potest & debet restituere ipsi furi, non domino.

Alcoc. ludo lib. 18.

Na. c. 1. nu. 29.

3 Tertia Conclusio. Quando persona, cui est prohibitum alienare (vt sunt minores, qui sunt in alterius potestate) obtinet aliquid, aut lucratur ab eo, qui potest quidem alienare, tenetur illi nihilominus restituere totum id, quod in ludo habuit; hæc conclusio est Gabrielis, Sot. Castri, & Alcoceris, qui dicunt, quod minor non potest retinere; quod habuit in ludo ab eo, qui potest ludere sine obligatione restitutionis, quia natura contractuum iuridicorum petit, quod ambo contrahentes possint obligari; quod debet limitari, nisi qui potuit ludere, cognouit, φ ille cum quo ludebat, erat minor, cui prohibita est alienatio bonorum suorum; quia in hoc casu nõ tenebitur minor restituere, quod est lucratus; & ratio est, quia volenti, & assentienti non fit iniuria; & licet minori sit prohibitum alienare, non est illi prohibitum recipere, sic enim aduertit Angles, nec Castrus tenet contrarium, licet Angles dicat quod sic. Et nota qđ qui perdidit cum minori, potest in illo ludo, aut in alio reparare de eo quod amisit, vt cum Siluestro tenet Ludouicus Lopez contra Armillam.

Sot. l. 4. đ iust. q. 5. ar. 2. Cast. l. 1 đ leg. pœnal c. 2. nu. 260. Alcoc. đ Ludo. c. 26. f. 99.

Angl in flor. 4. đ ludo. du bi 1. Lopez vbi sup. pa. 54.

4 Quarta Conclusio. Licet religiosi habeant licentiam à suis prælatis ad faciendas donationes, quæ illis videbuntur, non potest tamen in ludo perdere quantitatem, quam possunt donare; vnde qui ludentes obtinuerint aliquod ab illis, tenentur monasterio illud restituere; quia non est credibile, quod superiores dederint illis licentiam alienandi per modum tam indecentem statui eorum, vt est ludus; quod procedit tanto magis in religiosis nostræ sacræ religionis, quibus est prohibitum omne genus alienationis, cum profiteantur paupertatem in particulari, & in communi: hæc conclusio est Alcoceris, quam tenet etiam Ludouicus Lopez, quem nescio quomodo alleget Alcocer pro parte contraria cum Med.

Alco. de ludo ca. 12. & 14 Lop. vbi sup. c. 33 p. 148. Med. in summa, f. 153.

5 Quinta Conclusio. Quando adest fraus inter ludentes, quod obtinetur ratione dictæ fraudis, debet restitui; hæc autem fraus committitur, quando non obseruantur leges ludi: vnde si qui acceptat in ludo inuitationem alterius, est certus de aleis, quas habet contrarius, non potest obtinere plus quam prius erat interpositum, cum sciat certo, quod ipse habet meliores aleas quàm contrarius; si vero adhuc dubitat, & nihilominus voluit prouocare contrarium, aut acceptare prouocationem, non tenetur restituere, sic enim dicit Ludouicus Lopez; qui addit, quod si monitus dubitans, an acceptet prouocationem nec ne, & nihilominus acceptat, obtinens tenetur

Lop. in instr. nego. 2. ca. 20. pa. 3. 92. col 1

tur restituere aliquid propositi, non vero totum; quod ego non admitto, quia si dubito, & accepto, signum est quod non eram certus lucri, & sic potui bona conscientia lucrari, cum putabam posse perdere.

6 Sexta Conclusio. Quando aliquis ludentium est peritissimus in ludo, quo luditur, aut saltem excedit multum suū contrarium, & clare intelligit hoc, tenetur restituere illi totum id, quod lucratur, cum hic sit dolus. Hæc conclusio limitatur ab aliquibus, nisi qui parū scit, dixerit perito, Lude, quia ego sum contentus dare tibi quodcumque a me obtinueris; & idem dicit Med. quod debet dici, quando, qui scit parum de ludo, intelligit, & cognoscit excessum contrarii, & nihilominus libenter ludit cū eo; quia in hoc casu videtur renuntiare ius suum, sicut in casu præterito expresse renuntiauit per dicta verba; & consentienti, & volenti non fit iniuria, nec grauamen, & idem dicit Nauar. quam opinionem etiam sequitur Ludouicus Lop. quod debet teneri, licet Alcocer dicat, quòd si expresse non renuntiat ius suum dicens, Lude, quia ego do tibi totum, vt supra, tenetur restituere, quia cæcitas lusoris excæcat illum, ne videat aperte excessum aduersarii; ad quod respondeo, quod si hæc ratio esset alicuius momenti; possemus etiam dicere, quod cæcitas facit etiam dicere illa verba, Lude, ego enim do tibi totū, quod a me obtinueris: nec obstat, quod non debet præsumi, quod quis velit libenter perdere rem suam, quia in hoc casu nō præsumimus, quod vult perdere, sed potius affirmamus aperte, quod vult eam perdere, cum velit ludere cum eo, quē scit esse multo se peritiorem.

Na. c. 1 num. 18. Lop. in instr. cō sil. 2. p. c. 55. pa. 262. Al. d. ca. 19. fol. 113.

7 Septima Conclusio. Quando aliquis dicit alteri, Ego occidam te, nisi luseris mecum, aut dicit, Non soluam tibi quod obtinuisti a me heri, nisi nunc luseris; aut dicit coram hominibus de aliquo homine honore prædito, Nisi luseris mecum, erit signum, quod sis homo auarus, & miser, hic tenetur restituere totum id, quod obtinuerit; hæc conclusio, est omnium: & probatur: qa qui sic ludit, ludit inuitus, & compulsus. Dixi, homine honore prædito, qa potest esse persona tam infimæ conditionis, & is, qui dixit, vt sufficiant dicta verba, vt æstiment omnes illum auarū, & sic deficit illi libertas ludendi, & sic debent intelligi omnes casus positi in hac conclusione, scilicet, quod dicta verba, & similia sint sufficientia ad delendam aliquo modo libertatem eius, qui trahitur ad ludendum, vt aduertit Castrus, ideo Confessarii debent inspicere multum in his casibus qualitatem personarum, & circumstantias, vt obligent, vel non obligent ad restitutionem lucri, informenturque a pœnitentibus, an verba sustulerint ab eis libertatem ludendi; & licet in actu confessionis in totum debet illis dari fides, quando tamen agitur de extrahenda pecunia a crumena alterius, sæpe nimia affectio, qua in eam vehuntur, decipit eos.

Castr. d lege penult.

8 Octaua Conclusio. Qui coactus & compulsus ad ludendum lucratur aliquid ab eo, qui compulit eum, non tenetur restituere illud compulsori; quia qui libens compulit, gratis se exposuit periculo perdēdi; & ideo transtulit dominium pecuniæ suæ in contrarium; sic tenuit pater Vzeda Magister ac pater meus, quem sequitur Angles contra Alcocer, & probatur: quia licet lex ludi petat æqualitatem inter ludentes, & compulsus sit magis peritus compellēte, qui compulit, priuauit se fauore legis, quæ dabat ei ius contra peritiorē; & hanc opinionem contra Alcocer tenet Ludouicus Lopez dicens fuisse doctorum hominum.

Ang. vbi supr. Alcoc. d ludo ca. 21.

Lud. in inst. consil. 2. p. c 34. p. 25

9 Nona Conclusio. Qui ludit in fide, hoc est sine pecunia, licet exhibeat pignus, aut fideiussorem, non tenetur in conscientia soluere, quod perdidit in his regnis ob pragmaticam Regā, quæ prohibet ludos ad fiduciam, annullans omnes contractus, scripta, promissiones, & alia, quæ ludis fiunt. hæc conclusio est Castri, Couar. Nauarri Soti, Alcocer,

Cast. li. 1. de lege pę c 2. f. 268. Sot li. 4. de iust. q 5. ar. 3.

Cou.in reg pec. § 3.n.5. Alc. de lu.c.30. Cor. de sib q 94 fol. 274. Lup.vbi sup. p3. 252. Bin 22.q.32 ar.7.col. 184.

cet.& Cord. An vero, qui obtinuit, possit illud retinere bona conscientia, est aliqua difficultas inter authores supradictos, dicunt enim fere oës, quod non sed quod tenetur restituere: Ludouicus vero Lopez & Pater Bañes tenent, quod possit retinere, qui obtinuit bona conscientia; sic enim est in vsu inter nobiles, & vident illud sic fieri ipsi auditores Regij consilij: dicunt enim quod Regia pragmatica solum est recepta quoad duo: primum, quod qui perdit sub fiducia faciens sponsionem cum aliquo, aut in ludo, non tenetur soluere, quod perdidit. Secundum si soluit, poterit illud in iudicio repetere. Quantum vero ad tertium, quod qui obtinuit, teneatur restituere, quod habuit, non est vsu receptum; quæ opinio mihi videtur multum probabilis, vt resoluo in bulla compositionis, vbi potest videri reliquum attinens ad hanc materiam. Notaque, quod qui ludit sub promisso iurans soluturum quod amiserit, tenebitur soluere, vt tenet Guttierez: verum est, quod post solutionem poterit repetere, vt dicit Guttier. & si noluerit soluere, petat relaxationem ab Episcopo, qui poterit relaxare absque citatione partis, cui debetur perditum, vt allegans aliquos modernos tenet Henriquez. Vnde sequitur posse etiam commutari hoc iuramentum per bullam, aut aliud priuilegium, quale habent patres mendicantes, cum hic nulla fiat iniuria parti; quæ non habet ius ad petendum iustificatum.

b habetur in bulla cõposit. cas. 10. n. 42.& 43.

Gutt.de iur. cõs. c.53.n.2 Na.c. 12 num 17.

Hen.l. 7 de iud. c.35.n.6

10 Decima Conclusio. Votum non ludendi non obligat, quoad ludum, qui exercetur ratione alicuius iustæ delectationis recreandi animi gratia: est.n.D. Th.& Nau.quia est contra bonum morem; votum tamen non ludendi ludis, in quibus solum peccatur venialiter, est validum, & Ordinarius potest dispensare in illos; & etiam poterit dispensare in voto non ludendi ludis, qui exercentur cum peccato mort. quia considerãs, quod vouens semper est inclinatus ad ludum peccans mortaliter, conuenit, vt dispenseтur in voto, vt peccatum mortale, quod committit ludens, careat circumstantia, & deformitate, quæ illud comitatur mediante voto, vt dicit Nauar. estque opinio Ludou. Lopez.

D.Th.2. 2.q.168. a.3.c.1 o post principium.

Na.li. 1. cõs.ti.de voto cõsil. 16. f. 312 Lud in inst. conf 2. p. c. 35. in fin.

De ludo inter duos vocato Hispanicè apuestas, Latine sponsio, Italicè, scommessa. C. CLXXXIX.

SVMMARIVM.

Quid requiratur, vt sit validum facere sponsiones. concl. 1 num. 1.

CVm hic contractus sponsionis cõsistat in fortuna, est similis ludo, & ideo volui de illo ĩ hoc loco tractare.

1 Prima Conclusio. Conuenit, quod hic contractus sponsionis fiat super re dubia: vt autem sit dubia, sufficit, quod vtraque pars habeat metum iacturę, & dubitet de lucro: verum est tamẽ, quod si qui est certus de lucro, quia tenet pro certo, quod spondet, monuerit contrarium suũ de hac euidentia, & rectitudine: & hoc non obstante voluerit ludere, & spondere contra illum, poterit cũ bona conscientia retinere, quod obtinuerit; hæc sententia colligitur ex mẽte D.Th. dicentis, quod qui habuit virginitatẽ alicuius puellæ, non tenetur restituere illi aliquid, si ostendit illi aliquod signum, quod decipiebat eam, quia in hoc casu non est decepta, sed finxit decipi: hæc cõclusio probatur ex eo, quod tradit Med. in sua summa, & hoc sufficit pro hac materia.

Med. in su.c.4. d rest. fol. 168. p. 2 & §. 18. de ludis p. 251.

De iuramento. Cap. CXC.

SVMMARIVM.

Quid sit iuramentum numero 1. & quotuplex sit numero 2.

An

An iurare in vita mea, & per vitam meã sit iuramentum, num. 3.
An sit licitum, & sanctum iurare in casu necessitatis concl. 1. nu. 4.
An ut valeat iuramẽtum, sit necesse, quod nõ sit contra iustitiam, et veritatem. conclus. 2. nu. 5.
An sit licitum inducere ad iurandum illum, qui est paratus iurare falsum conc. 3. nu. 6.
An testis teneatur iurare secundum mentem iudicis interrogantis conclus. 4. numer. 7.
An sit blasphemia iurare per membra Dei concl. 5. nu. 8.
An qui dicit sic, In fide ego dabo tibi hoc, sit periurus, si non impleat promissum. conc. 6. nu. 9.
An peccet mortaliter, qui iurauit falsum non aduertens. conc. 8. nu. 10.

1 AD explicationem huius materię debent notari primo, quod iuramentum est adducere Deum in testem eius, quod iuratur, vt dicit S. Thom. quod accidit duobus modis. Primo, quando expresse per verba, quæ significant hoc, adducimus eum in testem. Secundo, quando fit hoc tacite, sicut quando adducitur pro teste aliqua res sacra, quod accidit, quando iuratur per Crucem, per sancta Euangelia, per baptismum, quem recepi, quia semper in his rebus tacite inuocatur Deus; & idẽ accidit, quando res non sacra adducitur pro teste, vt dicere per aquam Dei, per ignem Dei, &c. vt dicit Siluester, & licet non addatur nomen Dei, erit iuramentum, si creaturæ, per quas iuratur, sint eius conditionis, vt habeant in se hoc, quod est excitare memoriam, vt recordemur Dei, vt iurare per cælum, quod est thronus Dei. Vnde infertur, quod iurare per creaturas mendacium nullo habitu respectu ad Deum, a quo procedunt, non est peccatum mortale, vt cũ communi tenet Nauar. Verum est tamen, quod iurare per creaturas exhibẽdo illis reuerentiam, & referẽdo ad eas hunc actum religionis, si sit iuramẽtum promissorium, obligat; quia licet hoc iuramentum sit reprobatum a iure, non amittit tamen vigorem iuramenti promissorij, quod de lege naturali, & diuina obligat ad implendum promissum; & etiam qui iuramẽto affirmauerit aliquid, quod iuramentum dicitur assertorium iurando per creaturas exhibendo illis reuerentiam hoc cum ... modi mediante, non solum peccat mortaliter iurans hoc modo quia committit peccatum Idolatriæ, sed peccauit mortaliter; si iurauerit affirmans dubium pro certo, & falsum pro vero, vt resoluit Couar.

D. Th. 2. 2 qu. 89 ar. 1.

Sil. ver. iuram. 1 § 4.

Nau ca. 62. qu. 4. & 5.

2 Secũdo debet notari, quod duplex est iuramentum, aliud est assertorium, vt quando quis dicit. Iuro per Deum, quod N. est homo nobilis; aliud promissorium, vt quando quis dicit, Ego iuro quod dabo tibi hanc rem. Estque diuersus modus iurandi hæc iuramenta vnus est, Viuit Deus: Secundus, Coram Deo Deus scit, quæ verba si dicuntur annuntiatiue, nullum est iuramentum, quia solum significat illud quod ipse dicit, quod loquitur coram Deo, & quod ipse scit veritatem: & tunc erunt iuramenta quando per ipsa est intentio iurantis adducere Deũ pro teste. Tertia forma est hæc, Deus est mihi testis. Quarta, quando dicitur, Iuro per Deum. Quinta, quã do aliquis licet non dicat verbum, tegatus, quod iuret imponit super crucem manum aut super Euangelia. Sexta est maledico Deũ, & decredo de Deo, quæ habent simbolum cum blasphemia. Septima, quando dicit quis, moriat praua morte, si hoc non est verum, videatur D. Thom. & eius expositores.

Con. in c. quãuis pact. 1. p. § 1. nu. 6 & 7.

3 Debet notari tertio, quod iurare p vitam meam, aut in vita mea, est iuramẽtum, quia significat Deus faciat malum vitæ meæ, si nõ est verũ, quod dico, & parũ ad rem facit, q̃ ponatur in hac iuramẽto prępositio *Per*, aut prępositio *In*, quia vtraque facit eundem sensum, vt dicit Siluest. licet Sotus aliter incedat dicens, quod dicere per conscientiã meã erit iuramentum, non vero dicere in

D. Th 2. 2. q. 49. art. 2. in corp. ar. & 1. solu. ad 3. Silu. vbi supra. Soto l. 8. de iusti. q. 1. ar. 1.

mea

mea conscientia. Hinc infertur, quod sicut non est iuramentum dicere per meam fidem intelligendo de fide humana, sic non erit, dicere in fide mea. Infertur etiam, quod iurare per Deum, & in Deum, per Euangelia, aut in Euangelia, erit iuramentum, quia omnes hi modi loquendi habent vnum eundemq; sensum, vt dicit Aragon. quibus suppositis notabilibus sit.

Arag. 2. 2. q. 89. art. 1. p. 150. col. 1.

4 Prima Conclusio. Non solum est licitum iurare in casu necessitatis, sed etiã est sanctum, vt resoluit D. Thom. & Sotus: & vt sit licitum, debet habere has conditiones tres, scilicet, prima, quod fiat cum iudicio, & consideratione: secunda, quod iuretur verum: tertia, quod iuretur cum iustitia, & secundum æquitatem. Et vt fiat mature, & considerate sunt necessaria tria: primũ, quod non iuretur illud, quod sine iuramento credi potest: secundum, quod non iuretur per quamcunque causam, sed per vrgentem: tertium, quod præcedat consilium perspiciens, an iuretur verum necne; & non solum debet iurari, quod est iustum in iuramento promissorio, sed etiam in assertorio; & ideo est peccatum mortale manifestare crimina proximi; quia hæc est iniustitia, quæ non debet esse in hoc iuramento assertorio.

D. Th. 2. 2. q. 89. Sot. li. 8. de iust. q. 1. ar. 2

Hincque infertur primo, quod qui iurauit facere aliquid, quod sit peccatũ mortale, est peccatum mortale, cũ non iuretur, quod est iustum: & quando iuratur, quod est peccatum veniale, peccat venialiter: & ideo venialiter peccat ille, qui iurat facere aliquid, quod impedit executionem consiliorum Euangelij, cum iniuria, quæ infertur in hoc iuramento, sit leuis, & qui iurat, quod est facturus aliquod opus indifferens, aut inutile, non tenetur implere iuramentum. Verum est tamen, quod licite poterit implere, quia si ante iuramentum potuit facere dictum opus inutile, & indifferens, multo melius poterit facere post iuramentum.

Secundo infertur, quod qui cum iuramento confirmat res veras sine causa, & sine necessitate, peccat venialiter.

Tertio infertur, quod si quis iurat cũ conditione putans dicere verum, licet postea inueniat, quod iurauit mendaciter, non peccauit; & econtra qui iurat putans, quod est mendacium, licet sit verum, peccat mortaliter. Estque aduertendum, quod non est necessarium in omnibus casibus ponere æqualiter diligentiam ad scrutandum veritatem, & iurare eam, quia maior diligentia debet poni in rebus grauibus, quam in nõ grauibus; & tam parui momenti potest esse res, vt sine aliquo examine, & verificatione possit iurari, & ideo culpa iurandi certum pro incerto debet regulari debita diligentia ei rei, quæ asseritur, quod relinquitur arbitrio boni viri.

Quarto infertur, quod ille, qui iurat cum dolo, sine aliqua intentione obligandi se, licet non teneatur adimplere hoc iuramentũ, peccat mortaliter, quia confirmat exterius adducẽs Deum pro teste, quod in pectore suo non determinat adimplere.

5 Secunda Conclusio. Necesse est, vt valeat iuramentum, quod non sit contra iustitiam, & charitatem. Nota, quod quando iuratur contra iustitiam dicendo, Iuro, quod adulterium committã, vel tale peccatum, est peccatum periurii, non quia, qui fecit hoc iuramẽtum, non impleuit promissum, sed quia iurauit, quod non licebat adimplere, vt resoluit Couarruuias, qui defendit, quod hic non debet puniri in foro exteriori, nec a pęnitẽtiario pęna periurij, & ideo Confessarij non debent dare tantã pœnitentiam pro satisfactione huius peccati, quantum pro peccato falsi. Et nota vlterius, quod iuramentum, quod est contra charitatem, vt quod non alloquetur patrem suum, matrem, aut fratres, & quod nõ succurret illis, est adeo inualidum, vt non sit necessaria authoritas prælati ad dispensandum in illo, vt dicit Couarr.

Cou. in c. quamuis pac. 1. p. §. 6. num. 9.

Cou. in c. quamuis pac. 2. p. §. in initio, n. 4.

6 Tertia Conclusio. Nulli est licitum indu-

inducere aliquem ad iurandum, quem scit esse paratum iurare falsum, nisi iudici, si petatur à parte. Verum est tamẽ, quod si quis est paratus iurare, & offert se ad illud, si sit necessarium eius iuramẽtum, non peccabit, qui recipit illud, licet sit persona priuata, dummodo nõ inducat illum, vt dicunt Siluester, & Nauarrus, nec ego condemnarem illum, si peteret iuramentum ab illo, qui sit paratus iurare per falsos suos deos, vt dicit Couar.

Silu. verbo iuramẽtũ 2. q. 5. nu. 50.

7 Quarta Conclusio. Testis tenetur iurare ad mentem iudicis interrogantis, si sit competens, & interroget secundum ius, aut se offerat ad iurandum, sine nõ, si vero aliqua persona priuata, aut metu, aut importunis precibus compellit aliquem iurare, tunc qui iurat, potest iurare secundum mentem suam, non verò illius, quamuis secundum mentẽ interrogantis non sit verum, sic enim dicit Nauarrus, cum communi, secũdum quam opinionem non tenetur implere iuramentum; licet vero hæc opinio possit teneri, contrariam tamen quod sit periurus, tenent Corduba, Silu. & Ludouicus Lopez, quia secundum communem modum loquendi hæc responsio est mendax, & etiam quia solum est licitum vti amphibologia verborum, & respondere ad mentem interrogantis, quando de iure, & secundum vsum in simili materia ille sensus verborum habetur pro vero, nisi fiat aliqua violentia, vt est, quando aliquis iudex non interrogat reũ iuridice. Sed ego sequor opinionem Nauarri tanquam probabiliorem. Hinc infertur, si teneatur hæc opinio, vt probabilior, quod qui iurat alij, quod non habet domi talem rem intelligens in mente, quod non habet illam, vt det eam mutuo, licet habeat illam, non est periurus, licet non respõdeat ad mentem interrogantis. Infertur secundo, quod interrogatus à custodibus tempore pestis, non præterierit per talem locum, non sit periurus, licet prætererit per illum, dicens, quod non, cũ sit sanus, licet respondeat secundum intentionem remotam custodum ordinatam ad intentionem proximam eorum, qui capiunt iuramentum, quod fatetur Siluester. Infertur tertio, quod non sunt periurij scholastici, qui præbent mediante iuramẽto suffragia pro lecturis iurantes, quod durante vacario ne dictæ lecturæ non sunt ingressi domum prætendentium putãtes interius, vt acciperent dona ab eis, aut subornarentur ab eis.

Nau ca. 2. nu. 20 Cou. in c. quamuis pac. 1. p. §. 1. num. 9. Nau. vbi supra Silu. verbo iur. q 2. Cor l. de tegend. secr. mẽbr. 3. q. 3 f. 150 p. Lop. in str. cõsc. 1 p c 42 col 325.

8 Quinta Conclusio. Iurare per mẽbra Dei, ac si Deus esset corporeus, est blasphemia, vt dicit D. Th. & iurare etiam per membra inhonesti sanctorum est genus blasphemiæ, dicendo qualiacunque verba, licet per iocum in diminutionem honoris, & excellentiæ diuinæ, vt dicunt Caiet. & Cord. & iurare per mẽbra honesta Christi, & sanctorum regulariter loquendo est peccatum, eritque aut mortale, aut veniale, secundum irreuerentiam, quia hæc iuramenta facta fuerint, & tractauerint membra tam reuerenda Dei; erit autem nullum peccatum si in præsentia Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ, & reliquiarum Sanctorum iurauerit cũ iudicio discretione, & veritate, & necessitate per Corpus Christi, & reliquias Sanctorum.

D. Th. 2. 2. q. 13. ar. 1.

Caiet. ver. blasphem. Cord. l. 1. qq. q. 17. n. 13.

9 Sexta Conclusio. Qui dicit sub fide, Ego dabo tibi hoc, non adimplens verbum, est periurus, si intelligit de fide diuina, & theologica; si vero intelligat de fide humana, & morali, non est sic; hæc enim est fidelitas, quæ etiam inter infideles inuenitur in promissis, vt resoluit Couarr. & dictum est sup. nu. 3

10 Septima Cõclusio. Non peccat mortaliter, qui iurat falsum sine aduertentia, licet habeat eum effectum, vt non desineret iurare si sciret, & aduerteret; sic enim tenet Sotus, quia propter habitus non meremur, nec demeremur: non dicitur autem ille peccare mortaliter, qui est ita dispositus versus inimicum, vt interimeret illum, si inueniret eum, & ideo non debemus sequi Nauar. qui tenet contra nostram conclusionem allegans pro se Caietanum.

Sot. li. 8. de iusti. q. 2. ar. 3 Nau. in Man. ca. 12. nu. 6

De

De iuramenti obligatione, relaxatione, irritatione, dispensatione, & commutatione. Cap. CXCI.

SVMMARIVM.

An, qui iurat metu dandi quandam rem, teneatur dare illam, conclus. 1. num. 1.

An, qui metu mortis iurauit latroni aliquid dare, & non repetere illud ab eo, licet sit interrogatus à iudice, teneatur adimplere verbum suum, conclus. 2. numero 2.

An, qui iurat aliquid cum conditione concepta in anima sua, teneatur adimplere iuramentum, conclus. 3. num. 3.

An, qui iurat animo iurandi non vero se obligandi, teneatur adimplere iuramentum conclus. 4. num. 4.

An, qui iurat soluere Petro centum, satisfaciat dicens, quod compensetur hoc debitum cum alio, quod sibi debetur, ibid.

An sit peccatum mortale non dare promissum, conclus. 5. num. 5.

An parentes communiter iurantes, quod verberabunt filios, peccent non adimplētes iuramentum, ibid.

An pupillus habens vsum rationis iurans aliquem contractum sine licentia tutoris, teneatur in conscientia adimplere iuramentum. conclus. 6 num. 6.

An contractus minorum nullus defectu ætatis sit validus non solum per iuramentum sed etiam solam præbendo fidem, quod non contrahunt, conclus. 7. num. 7.

An sit periura ciuitas, quæ contrauenit contractui iurato à suo procuratore, concl. 8. num 8.

An possit Episcopus relaxare iuramenta, in quibus iurans recipit magnam iniuriam; & an iuramenta assertoria possint commutari, & dispensari, conclus. 9 num. 9.

An, qui habent priuilegium commutandi vota possint commutare iuramenta cōclus. 10. num. 10.

Quomodo Confessarij debeant se gerere cū habentibus prauam consuetudinem iurandi, & an debeant absolui qui solent iurare mendaciter, num. 11.

An peccet qui fecit penitentiam de praua consuetudine iurandi si postea iurat non considerans quod dicit, num. 12.

An debeat absolui, qui bis, aut ter confessus est peccatum prauæ consuetudinis iurandi, si ostendet de hoc magnum dolorem, num. 13.

An qui est defectuosus in consuetudine iurandi, vt etiam confitendo ad singula iuret, sit absoluendus, ibid.

Quæ sint remedia, quibus debet vti Confessarius ad eradicandam prauam consuetudinem iurandi, ibid.

PRima Conclusio. Qui iurat, tenetur adimplere promissum, licet metu promittat; sic enim tenet D. Thom. Caiet. & Sotus. Hinc infertur, quod ille, qui promittit cum iuramento dare furi, aut latroni centum ducatos, ne occidat illum, tenetur adimplere promissum, cum habuerit intentionem adimplendi, quando iurauit, & peccat nō satisfaciens, cum promissum sit de re grati. Hoc intelligitur, licet quòd promittitur, sit res, quæ forsitan per metum sit mala, vt si quis iuret metu ducere aliquam in vxorem, quia hoc non est, tam intrinsecè malum, vt non possit promitti sub iuramento, vt fugiatur aliquod periculum, vt dicit Aragon, & tractabimus in materia matrimonij. Verum est tamen, quod Episcopus potest dispensare in his iuramentis, vt dicit Couar. D. Thō. 2. 2. qu. 89. ar. 7. vbi Caietan. Sot. li. 8. de iust. q. 5. ar. 7.

2 Secunda Conclusio. Si aliquis coactus iurauit dare aliquid latroni, & iurauit, quod non repeteret ab eo, nec denunciaret coram iudice, licet esset interrogatus, peccat mortaliter iurans, & non tenetur adimplere, sed potius eo non obstante tenetur interrogatus à iudice denūtiare illum, vt cognoscat causam sufficienter; hæc conclusio est ad mentem D. Thom. qui dicit in hoc casu, quod potest repetere, quod illi dedit, per viam iustitiæ, & denuntiare illum; quia custodia huius iuramenti esset D. Tho. Cou. vbi sup. 1. §. 3. n. 5.

set maior iniuria contra iustitiam publicam, & bonum commune. Verum est tamen, quod si simpliciter iurauit, quòd non repetiturus erat pecuniam, nec denuntiaret illum libens, iuramentum erit validum, & sic non poterit se offerre ad denuntiandum, quia promittere, in hoc casu se non repetere, quòd dat, est actus virtutis, cum redimat suã vexationem hoc mediante; & non denuntiare, cum non sit obligatio hoc faciendi, est etiam actus bonus.

3 Tertia Conclusio. Qui promittit aliquid cum iuramento, sed cum quadam conditione, quam non exprimit, vt si iuret alicui dare certam rem intelligens in mente sua, si placuerit mihi, aut si videro te, non tenetur seruare iuramentum, quia iuramentum non obligat, nisi secundum animum iurantis; & regula est multum communis, quod iuramentum promissorium solum obligat ad obseruandas illas res, quæ sunt huiusmodi iuramento subiectæ, tanquã materia eius, materia autem huius iuramẽti non est, quòd dabit simpliciter, sed quod dabit si illi placuerit; licet tamen hic non teneatur obseruare hoc iuramentum, peccat mortaliter iurans, si non fecit coactus, aut patiens aliquam iniuriam, siue, si iuramentum asse=torium, siue promissorium, vt tenet Syluest. qui dicit illum non peccare, si coactus iurauerit, & iurat absque intentione adimplendi, quod promittit in aliquo casu, scilicet iurans daturum latroni certam quantitatem cum se mutuo viderint, dicit vero quod peccat iurans non habens intentionem adimplẽdi in nullo casu, quia iurauit in hoc casu contra mentem suam, & est periurus cum iuret contra intentionem suam, & sic iurat mendacium; quod non accidit in alio casu, scilicet, quando iurat facere, quod promisit in quodam casu habens intentionem faciendi illud in alio, vt dictum est; quia in hoc casu non iurat mendacium, quia secundum intentionem suam non fecit iuramentum absolutè: nec obstat, quod hic decepit illum, qui coegit illum iurare, quia hæc fraus non facit, quod hic sit periurus, cum non iuret contra mentem, & intentionem suam; ea enim est non decipiendi, sed redimendi vexationem vtẽs verbis amphibologicis.

Syl ver. Iuramẽtum, nu. 7.

4 Quarta Conclusio. Qui iurat cum dolo, cum animo iurandi, non vero obligandi se cum dicto iuramento, tenetur adimplere promissum, siue iuret libens, siue coactus: hæc conclusio est cõtra Syluest. qui dicit, quod hoc iuramentum non obligat; probaturque sententia nostra, quia ille, qui facit votum animo vouendi, sed non adimplendi votum, remanet obligatus ad votum, & eadem ratio est de iuramento quo ad hoc, vt dicunt omnes DD. communiter, & vltra obligationem supradictam peccabit mortaliter, cum confirmauerit exterius cum iuramento, quod in pectore suo intendebat adimplere. Notãque, quod qui iurat soluere Petro quantitatem certam, complet iuramentum dicens, quod compensetur hoc debitum cum alio, quod Petrus debet ei, quia licet compensatio sit solutio ficta, non tamen est sufficiens ad liberandum illum, qui iurauit soluere, vt contra Canonistas defendit Couarruuias.

Sil. ver. iuramẽtum, 4. §. 19.

5 Quinta Conclusio. Quando aliquis non adimplet, quod promisit animo obligandi se, peccat mortaliter, si quod promisit dare, est multi valoris; si vero est parui valoris, peccat venialiter, & quidem si contrarium dicatur, sequetur, quod patres, & matres, qui iurant communiter, quod verberabunt filios, aut quid simile, committerent infinita mortalia peccata, cum nõ adimpleant, quod promittunt, quod non debet fieri, cum adimplere hæc iuramenta sit parui momenti, sic enim dicit post Syluestrum Sotus contra alios, qui tenent contrarium.

Cou ca. quãuis pactũ, §. p. 1. n. 9.

Sot. d. l. 8. q. 2. art. 3.

6 Sexta Conclusio. Attento iure Canonico, cui debet stari in materia iuramentorum, pupillus, seu minor, accedens ad 14. annos habensque vsum rationis iurans aliquem contractum si-

ne

ne licentia sui tutoris, aut curatoris, tenetur in conscientia adimplere promissum, vt dicit Couarr. Gregor. Lopez, & Antonius Gomez; Dixi, *attento iure Canonico*, quia secundum ciuile contrariū deberet dici, & ideo tenentur minores adimplere suos contractus nullos, confirmatos iuramento, quia licet sint nulli, si non faciant cum authoritate tutoris, aut curatoris, si iurant eos habentes decē & quatuor annos, & vsum rōnis, confirmantur, & ad eandem obligationem tenentur eius hæredes, vt allegans multos Doctores, pro, & contra resoluit Guttier. qui dicit, quod minor debet iurare, quod non contraueniet contractui nulli defectu ætatis, aut alterius causæ, quia si dicit quod non contraueniet ei ratione ætatis, bene poterit contrauenire ei, si sit nullus ratione alterius causæ, vt resoluit Tellus, Herenandez, & Gregor. Lopez, quod debet intelligi, nisi contractus sit nullus ratione damni alicuius tertij. Vnde contractus factus ab vxore sine licentia mariti nullus secundum ius non potest confirmari cum iuramento, quia eius nullitas procedit ex præiudicio, quod marito inducitur, qui est administrator legitimus; hoc dicunt Menchaca Palatius, Rubius, Couar. Auend. & Antonius Gommez: quod debet teneri, licet contrarium, scilicet, quod iuramentum ratificet hunc contractum, teneatur ab alijs. Secundo sequitur, quod non poterit maritus dare vxori arrhas, quæ excedant decimam bonorum suorum, licet promittat cum iuramento, quia leges horum regnorum Castellæ id prohibentium sunt factæ non in fauorem mariti, sed consanguineorum, ad quos trāsfertur dominium, vt possint ab illis peti hæ arrhæ, & sic si concedatur arrhæ excessiuæ, fit illis multa iniuria, vt tenent Couar. & Mexia.

7 Septima Conclusio. Supradictus contractus minorum nullus defectu ętatis fit validus non solum per iuramentum, sed etiam præbendo fidem suam, quod non contraibunt ei, si intelligant de fide Christiana, quia sic est iuramentum, secus vero de fide humana, quæ est, quæ datur ob solum titulum nobilitatis, & æstimationis, non facit contractum nullum, validum; quia hoc nō est iuramentum, cum non referatur in Deum, nec rem sacram, sic enim tenet Couarr. quem sequitur Pinellus; & in dubio, quando præbet minor fidem suam, intelligitur humana; aut quando præstat iuramentum fidelitatis; si non addatur aliquod verbum, quo referatur in Deum, non est iuramentum, vt constat ex Anton. de Meneses, & Auend.

8 Octaua Conclusio. Si aliqua ciuitas constituat procuratorem, vt faciat aliquem contractum cum iuramento, & fecerit illum cum iuramento, licet ciuitas contraueniat contractui iurato nomine suo, non ideo est periura, quia peierare est actus personalis quo ad hunc effectum. Verum est tamen, quod ratione iuramenti non potest petere restitutionem in integrum, sic enim tenet Baldus, & post alios tenet resoluitque Guttier.

9 Nona Conclusio. Cum quis iurauit aliquid, in quo patitur iniuriam, siue iurauerit coactus, siue non habeat legitimam causam petendi relaxationem eius iuramenti in foro conscientiæ, potest Episcopus relaxare, quia cum sit res spiritualis, ad iudicem ecclesiasticum pertinet, vt resoluit Couarr. Caietan. Guttier. dicitque Caiet. quod in relaxandis huiusmodi iuramētis debet esse multa cautela, vt non detur occasio blasphemandi nomen Dei; quia si alicui, qui est captiuus, inter infideles, esset data licentia, vt adiret patriam suam iurans, quod missurus sit eis aliquam quantitatem, non debet relaxari facile hoc iuramentum, ne detur occasio infidelibus blasphemandi nomen Dei. Notetur etiam quod iuramenta assertoria non poterunt commutari, nec dispensari, nec irritari, cum eorum materia attineat ad actum præteritum, qui siue sit mendacium, siue

Cou. in c. quamuis pac. 3. p. §. 1. nu. 3. Greg. in l. 6. ti. fi. p. 6. glo. maior d 14. ann. Gom. 2. to. c. de restitut. minorum nu. 18. Gutt. in authent. sacr. pub. C. si aduer. ven. n. 20. & nu. 32. Tellus in l. 17. Tau. nu. 108. Greg. in l. 6. ti. 19 p. 6 glo. Mench. de succes. crea. §. 26. n. 42. & 43 Pal. in l. 55. Tau. nu. 18. Cou. in 4. 2. p. c. 7. §. 1. n. 3. Auen. 2. p. ca. 27. præt. n. 15. Gom. in d. l. 55. nu. 8. Cou. in c. quam. pact.

2. p. §. 2. nu. 8. fo. 80. vet. 5 Mexia in l. regia. Toleti & los terminos, 2. par. 7. fund. n. 34.

Menes. in l. si quis maiorn. 36 C. de transac. Auen. 2. p. præt. c. 87. nu. 6.

Bald. in general. colu. 2. vers. pone enim C. de rebus credit. Gutt. in auth. sacramēta pub. C. si aduersus vēd. nu 41. Cou. in c quamuis pacti c. 1. § 3. nu. 7. fo. 22. Gutt. vbi supra nu. 46.

D.Th.1. 2.q. 89. art.9.

siue veritas, non potest desinere esse, vt dicit D.Thom.

10 Decima Conclusio. Confessarij mẽdicantium, qui possunt commutare vota, & etiam iuramenta poterunt commutare, quæ sunt eiusdem materiæ, id est, quod cum possint commutare omnia vota, quæ sint disposita ad formam, & tenorem suorum priuilegiorum, exceptis votis religionis, castitatis, vltramarinis, Romæ, & Compostellæ: possunt etiam commutare omnia iuramẽta, exceptis religionis, castitatis, eundi Romam, & Compostellam, aut Hierusalem: Hæc conclusio est Soti, quem sequitur directorium curatorum, & debet sequi, licet Nauarrus teneat contrarium; & cum dicti Confessarij possint dispensare in omnibus votis, in quibus possunt Episcopi excepta peregrinatione duarum dictarum per quandã concessionem Innocentij Octaui concessa Confessarijs religionis nostri Seraphici Patris D. Francisci regularis obseruantiæ, qua gaudẽt etiam Confessarij aliarum religionum per communicationẽ priuilegiorum, vt dicit Nau. sequitur, ꝙ poterunt etiam dispensare in iuramentis eiusdem materiæ.

Sot.li.8. de iusti. q.1. ar 9. fol.688. Direc. Cur. ca. 15.f.182.

Hab in compẽtit abso lu. quo ad sæculares. 1. §.1. Nau. in Man.ca. 12.n 80.

Documenta pro Confessarijs.

11 Aduertant Confessarij. Primo, quod cum illis, qui habent prauam consuetudinem iurandi, debent exagerare multum, quam magnũ peccatum committant per hanc consuetudinem, & quod accumulent multitudinem peccatorum super se; debent etiam exagerare grauitatem peccati periurij, & iniuriæ, quæ fit nomini, & honori Dei, cum adducatur in testem mendacij, & fauorem, & confirmationẽ fraudis suę; quod etiam homini priuato cõtumeliosum videretur, vnde dicit Med, quod si qui accedit ad confessionem, iurauit sæpe & sæpius ob consuetudinem prauam, quam habet; & confessus est sæpe, & nunquam correctus est, non debet absolui, sed mitti vt per aliquot dies ambulet caute procurans eiicere à se hanc prauam consuetudinem, & cõmẽdare se Deo domino nostro ad hũc effectum ponens aliqua remedia, exhibendo eleemosynam; quando iurauerit, aut faciens aliquod signum Crucis in pectore suo, aut effectus confrater societatis Iesu; eo proposito, vt obediat, quæ ibi imponuntur, deferens, si necesse est, exterius aliquod signum in memoriam huius rei. Debent tamen aduertere Confessarij, quod dictum hoc intelligitur, quando qui iurat, habet consuetudinem iurandi mendaciter; & vere, quia hic etiam si iuret veritatem, peccat mortaliter ob peccatum, cui se exponit; si vero habens hanc consuetudinem aduertit semper, & procurat non iurare falsum, quia scit hoc esse peccatum mortale, licet non sit correctus de dicta consuetudine, non debet ideo negari illi absolutio, cum iam deuitet mortale periculum, ob quod negatur illi absolutio, sic enim tenet Lud. Lopez dicens hanc esse opinionem Fratris Ioannis de la Penna eius magistri.

Lop i in str.cõsc. 1.p.c.25 col.187.

12 Secundo aduertant Confessarij, ꝙ si aliquis habuit consuetudinem iurandi, & verè fecit pęnitentiam eius, licet postea iuret non considerans, quod dicat, non peccat in eo; quia iurare hoc modo non est actus humanus voluntarius, quia habitus, & consuetudo praua iam excusat in totum à peccato, quando homo fecit veram pęnitẽtiam eius, vt dicit Medina.

Medina 1.2.q.9. a 7.iux.

13 Tertio notent, quod si bis, aut ter confessus est peccator hoc peccatum, & ostendit eius magnum dolorem, & est paratus ad imponendum remedium, debet absolui, quia hoc peccatum est magis in lingua, quam in corde: & sic facile corrigitur, si adsit mediocris attẽtio; qui vero est tam defectuosus in sua praua consuetudine, vt etiam in ipsa confessione iuret ad singula verba, non debet pro tunc absolui. Videndus est Sotus, qui ponit alia remedia; hæc vero sunt remedia principalia, quibus debet

Sot.li.8. de iusti. q.2.a.3.

bet vti Confessarius ad eradicandam à pœnitentibus hanc prauam consuetudinem.

De Ignorantia. Cap. CXCII.

IGnorantiam nihil hic dico, quia melius intelligitur in casibus particularibus, qui inuenientur multis in locis huius Summæ.

De lege, quoad eius obseruantiam. Cap. CXCIII.

SVMMARIVM.

An lex Ecclesiastica obliget in foro conscientiæ ad peccatum mortale, & an id sit dicendum de lege ciuili, conc. 1. nu. 1.

An leges Ecclesiasticæ concernentes administrationem sacramentorum, & eorum receptionem obligent ad peccatum mortale, & an obligent etiam ad illud leges ciuiles, quæ addunt graues pœnas, concl. 2. num. 2.

An obligent ad peccatum mortale leges ciuiles imponentes pretium in tritico, & prohibent eius extractionem extra Regnum, ibidem.

An obligent ad mortale leges humanæ, quæ fundantur in præsumptione, conclus. 3. num. 3.

An lex humana obliget ad sui obseruantiam cum periculo mortis concl. 4. nu. 4. & concl. 5. num. 5.

An statutum alicuius domini oppidi obliget, quo præcipit, quod vicini adeant ad molendinum suum cum suo tritico, & pro coquendo pane ad eius furnum, concl. 6. num. 6.

An sit necesse, quod sint promulgatæ leges humanæ vt obligent, conclusio. 7. numero 7.

An leges Conciliorum generaliū obligent, antequam confirmentur à Papa, concl. 8. num. 8.

An sit necessarium, quod lex sit recepta à maiori parte, vt obliget, conc. 9. nu. 9.

An lex non retenta ab ignorantibus eam obliget, concl. 10. num. 10.

1 PRima Conclusio. Leges ecclesiasticæ obligant in foro conscientiæ ad culpam mortalem, & dicere contrarium est hæresis, vt definitum est in Concilio Constantiensi; & leges ciuiles obligant etiam in foro conscientiæ ad peccatum mortale, & dicere contrarium est temerarium, vt contra Lutherum dicit Ruffensis, & Castrus, cum dictæ leges sint subordinatæ legi diuinæ, & æternæ, vt dicit D. Thom. Concil. Constā. ses. 10. & 14. Ruff. ca. 27 contra Lut. Cast. ad uer hæ. ver. eccl. hær. 2 D. Th. 1 2. q. 96. ar. 4.

2 Secunda Conclusio. Quoties leges ecclesiasticæ ordinant aliquid tanquam necessarium ad administrationem Sacramentorum, & ad eorum receptionem, obligant ad peccatum mortale; quia videtur tractare de re graui; vnde videntur peccare mortaliter consanguinei, qui contrahunt intra quartum gradum, contra prohibitionem legis ecclesiasticæ; obligant etiam ad peccatum mortale leges, quæ sub obedientia præcipiunt, & quæ addunt pœnam excommunicationis, & quæ ponunt pœnam mortis, aut exilij, aut alterius rei grauis, & quæ licet non imponant has pœnas secundum communem sensum omnium, obligant ad mortale, vt lex Ieiunij ecclesiastici, & non comedendi carnes in ferijs sexus: & leges, quæ respiciunt multum ad bonum commune. Vnde infertur, quod lex, quæ imponitur contra extrahentes panem, aut arma reipubl. quæ est posita in periculo famis, aut belli, obligat sub mortali; & idem debet dici de lege, quæ prohibet extrahi panem, & alias res ab vno regno in aliud, si adsit defectus illarum, aut minetur annus hunc defectum, vnde extrahitur. Secundo infertur, quod leges pretij tritici, & vini pro maiori parte obligant ad mortale, cum tantum attineant ad bonum publicum, tenet Nauarra, & Aragon. Nau. in c. 1. 2. 3. nu. 48. Arag. 2 2. q. 62. art. 3. p. 2222.

3 Tertia Conclusio. Leges humanæ, quæ

quæ non fundantur super re certa, sed in præsumptione, non obligant ad mortale cessante præsumptione, vt est lex, quæ præcipit quod hæres, qui non facit inuētarium, teneatur soluere debita acceptans hæreditatem, licet sint debita excedētia qualitatem hæreditatis; quia hæc lex non obligat in foro interiori ad peccatū mortale, quia fundatur in præsumptione, quā habet, quod hæres acceptans hæreditatem sine beneficio inuentarij, sensit esse in ea sufficiēs capitale pro soluendis debitis, vt explicant Bartolus, & Felinus; & ideo est opinio hominum doctorum, quod dictus hæres nō teneatur in foro interiori soluere debita, si non sufficiat hæreditas.

Bart. in rub ff. d acqu. hæred. nu. 3 Fel. in c. audiui, nu. 1. de simon.

4 Quarta Conclusio. Quando obseruantia legis est comitata intrinsece periculo mortis, obligat eius obseruantia cum dicto periculo, & ideo Dux potest iubere militibus, quod adoriantur inimicos, & milites tenentur obedire ei cum periculo mortis, & etiam tenentur Parochi obedire Episcopis, si iubeant illis, vt assistant in ecclesijs suis, & ministrent sacramenta tempore pestis ægrotātibus ipso morbo, licet ex custodia huius præcepti sequatur mors, vt dicit Sot.

Sot. in l. de iusti. q. 5. ar. 4 & in 4. d. 22. q. 1 art. 4.

5 Quinta Conclusio. Obligat etiam custodia legis humanæ cum periculo mortis, quando Tirannus in contemptum legis Christianę præciperet alicui Christiano, quod frangeret legem, quia in hoc casu tenetur Christianus mori potius, quam frangere illam, in reliquis vero casibus extra hunc, & illum conclusionis præteritæ non obligat lex humana cum tanto periculo, quia legislatores, qui faciunt leges, licet eorum intentio sit inspicere bonum commune, non obliuiscuntur boni particularis, vt est vita cuiuscunque, vt resoluit Medina, & Aragon.

Medina 1. 2. q. 96. ar. 4. Arag. 2. 2. q. 62. artic. 3. pag. 224

6 Sexta Cōcl. Quia lex debet esse iusta, non obligat statutum factū ad non vassallos illius, qui cognoscit superiorem in tēporalibus, quo obligat vassallos suos, vt vadant cum tritico ad sua molēdina, & pro coquendis panibus ad eorū furnos: quod procedit, licet vtilitas horum molendinorum expendatur in necessitatibus, quia non est hęc sufficiens causa, vt lex iniqua admittatur: & licet hoc statutum hac de causa admittatur, vt aliqui admisere, in pręiudiciū tamen molendinorum, & furnorum ecclesiarum non debet admitti, vt contrarium libertati ecclesiasticę; & sic peccaret mortaliter dominus, qui illud imposuisset, & iussisset obseruari, vt resoluit Cou. vbi dicit, quod esset iustum, si reciperet libenter illud totus clerus, ac populus sæcularis ratione alicuius communis vtilitatis suę reipubl.

Couar. reg. pos. 2. p. § 4. n. 7. & 8.

7 Septima Conclusio. Vt leges humanę obligent in cōscientia, est necesse, quod sint sufficienter promulgatæ; & quando lex irritat factum, sufficit in curia principis legislatoris eius promulgatio, vt totum id, quod postea factum fuerit, sit irritum, & nullum, licet factum sit ab eo, qui ignorat inuincibiliter, vt est determinatum in iure. Verum est tamē, quod non peccaret frangens eam, cum habeat eius ignorantiam inuincibilem; si tamen lex non irritat factum, sed solum prohibet, tunc erit sufficienter promulgata, quando publicatur in omnibus ciuitatibus Metropolis; sic enim tenet Abbas: & Canonistæ cum Scoto, & Soto, tenent quod publicetur in Curia Principis, aut in Metropoli: Nauar. circa hoc punctum dicit, quod consuetudo introduxit, quod lex obliget omnes post duos menses à publicatione facta in curia Principis; & quod non peccant, qui perfringunt eam, si habent eius ignorantiam inuincibilem; quod debet teneri, cum sit secundum cōsuetudinē, licet de iure opinio Scoti sit verior.

Abb. & ibi DD. in c. cogno. de consf. Sot. in 4 d. 30. q. 4 Sot. li. 2. de iusti. q. 1. ar. 4 Nau. li. 1 cōst. tit. d const. cōs. 1. q. 4

8 Octaua Concl. Non sufficit quod in Concilio generali fiat lex, & promulgetur in eo, vt obliget eius custodia, antequā Papa specialiter, aut generaliter confirmet dictam legem & totum, quod decretum est in Concilio, sic, & hoc completo Concilio, & absente Pontifice petitur ab eo, vt confirmet, sicut petitum est à Pio V. de Concilio Triden. vt constat ex ipsomet

Cōc. Tr. decr. vl.

Nau. li. 1. conf. titu. de constit. cōtil. cō ſil 1. q. 1 in fine. Domin. in c. 2. de conſ. Fel. in c. 2. de irre. & pace a nu. 12. ver. intelligi te. quando & n. 13 cōſider. 1. Nau. in Man. ca. 23. n. 41 D. Th. 1 2. q. 96. ar 6. & 2. 2. q. 14 ar. 3. Nau. li. 1 conſ. tit. de cōſt. conſ. 1. q. 5.

Concilio: Nec obſtat, quod aliquæ conſtitutiones Concilij Triden. ante confirmationem Papæ obſeruatæ fuerunt in Hiſpania; quia ad hoc reſpondeo, quod obſeruatæ fuerunt tamquam leges obligatoriæ, quia fuere acceptæ a prælatis, qui habebant authoritatem illas faciendi, & obligandi in ſuis diœceſibus, vt notat Nau.

9 Nona Concluſio. Lex ſufficienter promulgata non obligat, antequam recipiatur a maiori parte prouinciæ, in qua publicatur; quia videtur quod publicatur, vt obliget cum hac conditione, ſi fuerit recepta a maiori parte, vt dicit Dominicus receptus ab omnib. modernis, quẽ ſequitur Felinus, & Nauar. & ideo trãſgreſſores eius non peccant mortaliter, tum quia non eſt recepta, tum etiã quia transgreſſio legis humanæ excuſat a peccato, ſi ſit cauſa iuſta, vt dicit D. Thom. Supradictum procedit, præcipuæ ſi qui fecit dictam legem, videt quod non obſeruatur, & diſſimulat potens conſtringere ad illud, vt poſt alios tradit Nau.

10 Decima Concluſio. Lex non recepta ab ignorantibus eam non obligat, quia magis iuſta eſt cauſa nõ obſeruantium legem, quia ignorãt eam, quam eorum, qui habentes notitiam non obſeruant, quia non recipiunt eam: nam ſi qui habent notitiam eius ſolum, quia nolunt eam recipere, non tenentur eam cuſtodire, quare tenebuntur illi, qui ignorãt eam? ſic enim tenet Nauar. qui notat, ꝙ vt auferantur vires legis non vtẽdo ea, non requiritur, quod ſubditi nolint eam recipere mediantibus actibus poſitiuis, ſed ſufficit, quod non vtantur ea, vt colligitur ex iure. Et nota vlterius quod nõ eſt idem non eſſe legem promulgatam, & eſſe promulgatam, & non eſſe receptam, quia promulgata poteſt recipi in aliquo tempore, aut eſſe in alijs partibus iam recepta, vt multi canones Concil. Trident. pertinentes ad mores, licet nunc non obligent in Polonia, obligabunt in poſterum, ſi recipiantur.

Nau. l. 1 conſ. vbi ſupra cōſ. 1. q. 6.

C. 1. & qq. & l. leg. 1.

De legis pænalis obligatione. Cap. CXCIV.

SVMMARIVM.

An lex pænalis obliget ad mortale an ad veniale conc. 1. nu. 1.

An pæna quæ imponuntur ipſo facto obligent ante ſententiam iudicis concluſ. 2. nu. 2.

An leges, quæ imponunt pænas ipſo facto ſine aliqua declaratione, obligent interius ante ſententiam declaratoriam. concl. 3. nu 3.

An qui negat veritatem in iudicio, vnde non condemnatur ad pœnam debitam, teneatur ſoluere illam, antequam cõdemnetur concl. 4. nu. 4.

An transferentes ab vno regno in aliud res prohibitas peccent mort. ibid.

1 PRima Concluſio. Lex pænalis non ſolum obligat ad pœnam, etiam ad culpam venialem, aut mortalem, ſi pœna, quæ imponitur in ea eſt eiuſmodi qualitatis, quod non ſolet imponi, niſi ob tranſgreſſionem mortalem, & quando pæna ſolet poni ob culpam venialem, erit venialis, niſi legiſlator dicat non eſſe ſuæ intentionis obligare ad culpam, vt tenet D. Thom. Sotus, & Caſtrus. Eſt tamen notandum, quod quando lex pænalis pertinet ad bonos mores, non deſinit, quin obliget ad culpam, vt reſoluit Caſtrus; vnde cum pragmaticæ horum Regnorum Caſtellæ imponentes precium triticorum non ſint omnino pænales, ſed mixtæ, quia habent duas partes, vnam, qua conſtituitur iuſtum precium tritico; aliam, qua præcipitur, quod nullus vendat dictum triticum carius ſub certa pæna, obligat ea lex ad non vendendum cariori precio, & ad ſolutionem pænæ poſt condemnationem iudicis, quia impoſitio pænæ non tollit culpam, quæ committitur contra iuſtitiam commutatiuam vendendo rem cariori pre-

D. Th. 2 2. q. 106 ar. 4. Sot. li. 1 de iuſti. q. 6. ar. 3 p. 55. Caſtr. de l. penal. li. 1. c. 5. nu. 4 & ca. 12. in princ.

pretio, quam par sit, sed potius imponitur pena temporalis, quia ob nostra peccata magis timetur ipsa quam culpa, quæ committitur in Deum, sic enim dicit Guttier. Aragon, & Corduba.

Gut. l. 2. pract. q. 180. Arag. 2. 2. qu. 62. art. 3. p. 225. Cor. li. q. q. 36.

2 Secunda Conclusio. Transgressores alicuius legis, quæ ipso facto condemnant, & imponunt penas suas, tenentur ad has penas, incurruntque eas ante cõdemnationem iudicis; & ideo si aliquis iudex ecclesiasticus iuberet aliquid sub pena excommunicationis latæ sententiæ, qui transgrederetur hanc legẽ, ante cõdemnationem iudicis remaneret excommunicatus, & idem est de pena irregularitatis, & suspensionis: hanc conclusionem tenent multi: quos citat Sotus; & Nauarrus. Hinc infertur, quod lex penalis, quæ priuat voce actiua, aut passiua suos transgressores, qui transgressus fuerit, erit ipso facto priuatus, sic enim tenet Aragon cõtra Sotum, qui dicit, quod solum hoc est verum in lege, quę priuat voce passiua, non vero in ea, quæ priuat voce actiua, & cõtra Sotum facit hæc ratio; quia hæc pena vocis actiuæ consistit in quadam prima priuatione, vt altera. Est tamen aduertendum, quod vt hoc dictum sit verũ, oportet, quod in lege dicatur, quod pena imponitur ipso facto, aut ipso iure; quia si hoc non dicatur, licet præcipiat sub pena excommunicationis, non intelligitur ipso facto, sed de pena excommunicationis, quæ debet imponi. Hinc infertur, quod statuta vniuersitate Salmanticæ, & similium vniuersitatũ, quæ inhabilitãt suffragia subornata, & quæsita scholasticorum, qui receperint aliquid à concurrentibus, obligant ante sententiam, si ea statuta ponant hãc penam ipso facto; quia consistit in mera priuatione, vt ponunt statuta noua vniuersitatis Salmanticæ cõfirmata authoritate Apostolica, si vero hæc pena non imponatur ipso facto, non incurritur in eam ante condemnationem iudicis, & ideo remanent dicti Scholastici habiles antequam condemnentur, si non sint alia propter, quæ inhabilitentur, vt dicit Medina, & Aragon: adeo vt addat Medina, quod tales inhabiles præbentes suffragia non solum peccant mortaliter, & peierant in vniuersitate Salmanticensi, sed etiam tenentur ad restitutionem lecturæ, si amisit ille ratione sui voti, quia erat de ea magis benemeritus, quia committunt iniustitiam: sicut ille, qui præbet dupliciter suffragium: ex qua opinione non deberet discedere Aragon, dicens quod non tenetur ad restitutionem, quod absolutè loquendo non potest dici.

Sot. li. 1. de iust. q. 6 ar 6 Nau ca. 23. n 67

Med 1. 2. qu. 69. art. 4. Aragon vbi sup. p. 390. Med. vbi supra p. 885. col. 1.

3 Tertia Conclusio. Quando lex dicit, quod quis sit priuatus suo officio, & beneficio, ac alijs bonis ipso iure sine alia declaratione, debet intelligi, quod solum loquitur in foro exteriori, non vero interiori conscientiæ, quia loquendo generaliter omnes leges pœnales rigorosæ, quæ addunt dicta verba, debẽt modificari, vt non obligent in foro conscientiæ, vt eorum rigor sit temperatus, vt allegans multos resoluit Henriq. qui allegat pro parte sua Nauarr. qui tenet, quod ignorantia excusat ab excommunicatione posita ratione alicuius delicti. Nec obstat, quod rusticus, & mulier, qui probabiliter ignorant penam legis in nullam incurrant; quia ad hoc respondet Nauarrus, quod incident in ordinariam, quæ secundum iudicium prudentis viri correspondet qualitati dicti delicti, non vero in extraordinariam, & exorbitantem, correspondentemque non qualitati delicti in se, sed eius frequentiæ, & alijs circumstantijs, & ideo, multæ extrauagantes positæ cum multis penis contra aliqua crimina publicata in diœcesibus vltra montanis non obligant in foro conscientiæ quo ad suas penas illos, qui viuunt in his prouincijs vltramontanis Hispaniæ. Hinc infertur, quod ego non inuenio vnde liberem concurrentes ad lecturas Salmanticenses, qui subornant suffragia scholasticorum pena perditionis lecturæ, & fructibus eius, cum ipsi concurrentes non ignorent hanc pœ-

Henr. 2. to li. 13. c. 16. n. 3

Nau. ca. 27. nu. 272. & 13.

Ee 2 nam,

nam, & dictum statutum dicat, quod obligat in foro exteriori, & interiori. Verum est tamen, quod non obligarem ego, vt relinquerent eas lecturas ob infamiam, quæ inde sequitur manifestantibus delictum, vt in simili casu resoluit Castrus Nauarrus, & Sotus, ac Corduba.

Cast. l. 2 de lege pen. ca. 15.

4 Quarta Conclusio Reus, qui negat veritatem in iudicio, quam tenebatur confiteri, vnde non condemnatur ad pœnam debitam, non tenetur sub conscientia soluere eam, antequam condemnetur, quia est contra legem naturalem, quod aliquis sit accusator sui ipsius, & præsentet se iudici; & ideo non obligatur lege humana ad hoc, vt cum communi tenet Aragon. Hinc sequitur, quod transferentes ab vno regno in aliud aliquas res prohibitas non incurrunt in pœnam legis ante condemnationem. Verum est tamen, quod peccant mortaliter, si talis lex est ordinata ad bonum Regni, vt est, si extrahatur frumentum ab eo tempore necessitatis, aut quando est supplicio, quod erit necessitas; si vero lex est ordinata ad vtilitatem propriam, vt est lex, quod non extrahatur sal, nec crocus extra regnum, non obligat ad peccatum mortale, quia lex, quæ non est ordinata ad bonum commune, non est lex, vt dicit S. Thom. & Sotus, & hoc modo debet intelligi, quod tradit Nauarrus.

Nau. ca. 23. n. 60 Sot. li. 5. de iust. q. 6. ar. 2 Cord. l. 1 qq. q. 38.

Arag. 2. 2. q. 62. art. 3. p. 228.

D. Tho. 1. 2. qu. 90. ar. 2. Sot. li. 4. de iust. q. 6. ar. 4 Nau. in Man. ca. 22. n. 61

In quibus casibus excuset lex à peccato mortali. Cap. CXCV.

SVMMARIVM.

An Clerici teneantur obseruare legem sæcularem iustam ordinatam ad bonum commune, conclus. 1. num. 1.

An quando est iusta causa, vt non obseruetur lex, obliget ad mortale, conclus. 2. num. 2.

An peccet mortaliter, qui transgreditur legem humanam putans non obligare ad mortale transgrediens illam, ibid.

Regula ad cognoscendum quando quis non peccet mortaliter transgrediendo legem, ibidem.

An obliget lex ad peccatum mortale in casu quo cessat eius ratio. conclus. 3. numero 3.

An tollatur obligatio legis dispensante in ipsa superiore, & quis, & qua de causa possit dispensare, conclus. 4. nu. 4.

PRima Conclusio. Omnes, licet sint clerici tenentur obseruare legem ecclesiasticam, & sæcularem, iustam ordinatam ad bonum commune; vnde etiam clerici tenentur vendere frumentum secundum pretium pragmaticæ Regiæ, vt dicunt Sotus, & Victoria, in multis tamen casibus excusatur eius obseruantia, vt resoluemus in sequenti. 1

Sot. l. 4. d. 25. q. 2. art. 2. Vict. de potesta. Eccl. q. vlt.

2 Secunda Conclusio. Excusat lex à peccato (saltem mortali) quando est ratio, & causa iusta, vt non obseruetur, vt dicunt Nauarrus, & Ludouicus Lopez; eritque causa iusta, quando legislator, si esset præsens, excusaret à peccato transgressiorem legis suæ: erit etiam causa, quæ excuset à peccato, saltem mortali, quæ licet ex se non sit iusta, videtur tamen iusta illi, qui ob illam non obseruauit legem, vt dicit Caietan. quem sequitur Nauarr. allegans multos in sui fauorem, & confirmans hanc doctrinam dicit, quod debet haberi præ oculis in materijs moralibus, vt tollantur de medio scrupuli, lex quædam notabili circa hanc doctrinam, scilicet, quod in rebus, quæ sunt de iure positiuo, si absit contemptus, si aliquis defecerit ignoranter, putans non peccare mortaliter, remanet excusatus ab hac culpa, licet non culpa veniali, quia non est intentio S. Matris ecclesiæ illaqueare animas, & ideo non incurrit in hoc casu excommunicationem. Verum est tamen, quod ad cautelam erit bonum, quod absoluatur ab ea, vt dicit Caietan.

Nau. vbi supra nu. 42. Lop. in instr. cō sil. 1. p. c. 4. col. 35

Caiet. 2. 2. q. 143. art. 3. Nau. in Man. latin. præl. ud. 9. n. 14.

3 Tertia Conclusio. Quando ratio legis cessat in aliquo casu particulari, &

Caiet. vbi sup.

ri, & non est vllum inconueniēs in eius custodia, non cessat eius obligatio, nec est licitum subdito facere contra eam. Hinc sequitur, quod qui sentit carnem suam debilem, & non multum potentem, tenetur ieiunare, licet in ea cesset finis ieiunij, qui est conterere carnem. Quando tamen cessat ratio legis in aliquo casu particulari, & si ea obseruaretur, esset contra intentionem legislatoris, & potest subditus cognoscens hoc pro certo facere contra verba legis seruans æquitatem, nec tenetur recurrere ad superiorem, verbi gratia, iubet lex, quod ieiunemus, & non sunt alij cibi præter carnem, nulla est obligatio ieiunandi. Dixi cognoscens hoc pro certo, quia si sit dubium, tenebitur recurrere ad superiorem, & non potens recurrere, tenebitur recurrere ad aliquem hominem prudentem, doctum, & timoratum Dei, cuius opinionem poterit sequi in hoc casu, vt dicit Caietan. quem sequitur Medina. Quod si sit perplexus putans, quod in obseruantia legis exponitur periculo peccandi mortaliter, non obligat tunc ad sui obseruantiam, quia debet vitari manus periculum.

Caiet. 2. 2. qu. 76. art. 6. & ibi Med.

4 Quarta Conclusio. Non obligat lex ad sui custodiam, quando superior dispensauit in ea. Estque notādum, quod Papa potest dispensare in legibus factis à suis antecessoribus, & in omnibus decretis Conciliorum, vt definitum est in Concilio Trident. inferior vero non potest dispensare in lege facta à superiore, nisi in aliquibus casibus. Primus si sit consuetudo in contrarium. Secundus Episcopi possunt dispensare in rebus paruis, si non possit recurri, ad Pontifi. nisi cum difficultate, & ideo potest dispensare Episcopus cum aliquo, ne ieiunet tempore ieiunij ecclesiastici, quia communiter superueniunt causæ, quæ petunt hanc dispensationem, essetque iugum intolerabile recurrere ad Papā pro his rebus minimis. Potest gubernator (consentiente populo) dispensare in statutis ordinatis ad suam vtilitatem particularem, & ideo potest dispensare, quod asportetur vinum aliunde ad vēdendum in oppido contra statutū eius iusta de causa; quia si non est iusta causa, peccabit dispensans, eritque peccatum mortale, aut veniale secundum damnum, quod efficiet dispensatio; immo Papa non potest dispensare sine causa in rebus concernentibus ius diuinum, & naturale, quare non solum peccabit mortaliter dispensans, sed etiam non valebit dispensatio; & ideo non valet dispensatio facta de voto, seu iuramento sine causa sufficiente, nec dispensatio facta sine causa Episcopo, vt possit testari de bonis, quæ de iure diuino debebant distribui pauperibus dispensans vero sine causa in legibus positiui iuris licet peccet, valebit tamen dispensatio, & ideo si dispensat cum aliquo vt non ieiunet, aut non recitet horas Canonicas, licet habeat ordinem sacrum, valet dispensatio, licet peccet mortaliter, si sine causa ex proposito dispenset; dico ex proposito, quia si decipiant Papam petentes dispensationem allegantes causas fictas, erit dispensatio nulla, & subreptitia.

Concil. Triden. sess. vlt. c. vlt.

De librarijs, seu Bibliopolis. Cap. CXCVI.

SVMMARIVM.

An Bibliotecarij possint introducere in hac Regna Castellæ libros vulgares excussor extra hac regna, concl. 1. nu. 1.

An possint imprimere libros sine licentia, conclus. 2. num. 2.

An possint imprimi in Regnis Castellæ Missalia, Breuiaria, &c. sine licentia, conclus. 3. num. 3.

An dicti libri alibi impressi possint vendi, & introduci in dicta, Regna sine licentia, ibid.

An librarij imprimentes, vel mandantes imprimi, aut vendentes libros contra priuilegium authoris peccent, concluf 4. num. 4.

PRima Concl. Bibliopolæ, & alij non possunt introducere in Regno Castellæ, libros vulgares impressos extra ea, licet sint excussi in Regno Aragonum, Valentiæ, Cataluniæ, & Nauarrę, tractantes de quacumque materia, qualitate, & modo, si non sint excussi cum licentia firmata nomine Regio, & sigillata à Regis Consiliarijs; quia Princeps Donna Ioanna gubernatrix existens Regnorum Castellæ loco Philippi II. Regis id ordinauit Vallisoleti anno 1558. die 7. Septemb. sub pęna mortis, & amissionis bonorum.

1 Circa hanc Conclusionem, & pragmaticam debet notari. Primo quod verba illa, *Si non sint excussi cum licentia firmata nomine Regio, & sigillata à Regis Consiliarijs*, debent intelligi de licentia particulari, vt possint imprimi in dictis Regnis Aragonum, & introduci in hæc regna, non vero de licentia, & priuilegio, quod sua Maiestas, & consilium concedit vt imprimantur in his regnis Castellæ, quia alias sequeretur, quod libri impressi cum licentia, & priuilegio Regio ad hæc Regna Castellæ solum possent imprimi in Regnis Aragonum sine alia licentia, & impressi asportari huc, quod est absurdum, & consuetudo, ac praxis tenet contrarium, quæ est bona interpres legis, vt dicit Ioannes Andreas, & tractatur in multis locis iuris ciuilis, & resoluit Syluester, & tanquam commune tenet Corduba.

2 Secundo debet notari circa illa verba. *Sub pęna mortis, & amissionis bonorum*, quod hæc lex obligat sub peccato mortali, quia pęna, quæ in ea imponitur, est grauis, vt infra dicetur in quarta conclusione. Verum est tamen, quod si nullum fiat damnum in his Regnis introducendo aliquos libros vulgariter impressos extra regna examine prius facto à sancto officio Inquisitionis, & de eius licentia impressos non audebo condemnare eos ad peccatum mortale, licet prætereant hanc legem, & hoc in casu amplector opinionem Nauarri, qui loquitur in his terminis. Et ratio, in qua fundor est, quia hæc lex tanquam iusta obligat ad peccatum mortale fundata in præsumptione damni, quod potest sequi in pręiudicium fidei, si introducantur in hæc regna libri vulgares impressi in Regnis exteris, quæ ratio cessat in nostro casu, cum quod imprimitur cum authoritate sancti officij, inspiciatur & respiciatur, resque sit recepta à Theologis, & Canonistis, quod lex quæ fundatur in præsumptione, cessat quo ad forum conscientiæ, quando veritas est in contrarium, vt dicitur in iure, & resoluit Nauar. Ex dictis infertur peccare mortaliter librarios, qui portant ad hæc regna libros vulgariter impressos extra hæc regna, cum videamus (proh dolor) cætera regna, tam plena hæresibus, & fraudibus, & exteris impressoribus, qui sunt nati in Gallia, Flandria, &cæt. de quibus pauca habetur fiducia in rebus, quæ pertinent ad fidem, & ideo est periculum, ne suis peregrinis impressionibus, possint facere multum damnum his Catholicis Regnis: condemnarem ego sub mortali librarios, qui introducerent hos libros, licet essent impressi Portugalliæ, si introducant cum iam pauca cautela, vt exponatur periculo huius pragmaticæ, vt insinuat Nauarrus; & etiam quando introducunt illos cum intentione, aut proposito subornandi, & extorquendi ministros iustitiæ, vt dissimulent cum eis,

Can. tua nos de sponsalibus, re soluit. Nau. in cap. ita quorundam, n. 10. de Iudæis.

supra.

cis, aut vt condemnent eos leui pœna, quia iam peccant mortaliter habentes propositum faciendi, quod dicti ministri peccent mortaliter, aut saltem exponant se periculo peccati præbentes illis dona; nec valet dicere, quod per hoc curant redimere eorum vexationem, & ideo excusari à peccato mortali, quia ad hoc, dico, quod quando quis redimit vexationem respectu iuris, quod habet acquisitum, tunc liberatur à peccato mortali, non vero quando redimit vexationem respectu iuris, quod non acquisiuit, vt dicit Diuus Thomas, & omnes Theologi; & resoluit Aragon, & docent etiam Canonistæ, ac tenet Siluester: hi vero librarij in hoc casu non habent ius acquisitum vt possint redimere vexationem, ne illis auferatur, mediantibus donis prædictis, nec habent ius quod possint acquirere, sed potius volunt aliquid lucrari contra ius, & pragmaticam expressam Regiam: peccant etiam mortaliter hi librarij introducentes hos libros in hæc regna Castellæ, si eorum authores habeant priuilegium regium, vt nullus possit eos vendere, nec imprimere in his regnis, vt infra dicetur in quarta conclusione.

D.Th.2.2.q.100 art.2.ad 5. vbi Arag. tradunt Canonistæ in c. Matt. de symonia. Sil. v. symonia. §.

2 Secunda Conclusio. Peccant mortaliter librarij, aut impressores, qui excudunt, aut præcipiunt excudi in his regnis Castellæ libros, nec non opus cuiusque facultatis, siue vulgari, siue latino, aut quocunque alio idiomate antequam tale opus præscrutetur à Regio Consilio visum à personis doctis, & obtenta licentia firmata nomine regio, & sigillata à suis Consiliarijs, præcedente debito examine, & approbatione sub pęna mortis, & amissionis bonorum, & quod tales libri, & opera sint publice combusta, sic enim determinatur in legibus nouæ compilationis.

In nouæ compil. vbi sup. Concil. Lat. sub Leon X. sess. 10. Nau in Man. ca. 27. nu. 111.

Circa hanc conclusionem debet notari primo, quod in Concil. Later. excõmunicantur, qui imprimunt, aut imprimi faciunt aliquem librum, aut quamcunque scripturam sacram absque debito examine, & approbatione, affirmatq; Nau. quod Caiet. & quidam vir etiam tenuere, quod censuræ Concilij Lateranensis non fuerunt receptę, sed pars solẽnitatis, quam ponit dictũ Concilium, seruatur in Hispania circa impressionem librorum, vt affirmat idem Nauarrus, & dicit quod Concil. Trid. innouat eandem pęnam Concilii Lateranensis, & præcipit, quod nullus imprimat, aut faciat imprimi librum sine nomine authoris, qui sit de rebus sacris, nec habeat, aut vendat illum, si non fuerit examinatus ab Ordinario, & à superiore authoris, si fuerit regularis; & idẽ ordinat de manuscriptis; atque dicit quod qui habet illũ, reputetur author eius, si nõ exhibuerit alium: ordinatq; ꝙ approbatio detur in scriptis, quæ ponatur in principio libri, quæ solemnitas obseruatur in aliquib. regnis; in his vero Castellæ, videmus esse in vsu pragmaticã, q̃ posuimus in principio huius conclusionis, & sic sufficit, vt affirmat Nau. ꝙ imprimantur libri cũ prædicta licentia regia, si prius examinẽtur ab aliquo docto viro; quod etiã est in vsu in Gallia, & sic insinuat Nauarr. quod non in omnibus locis est receptum Concilium Tridentinum, quo ad hoc, & quod non incurrit contra eius pœnas, qui regia authoritate interueniente impresserit libros in his Regnis Castellæ. Secundo debet notari, quod in partibus Regnorum Castellæ, vbi adhuc post dictam pragmaticam imprimuntur aliquæ res cum approbatione Ordinarij solum, non condemnarem ego ad mortale imprimentem, si sic sit in vsu; & hac consuetudine attẽta debemus dicere, quod pragmatica supradicta solum est recepta quo adhoc in foro exteriori, non vero interiori conscientiæ, quia non est credibile, quod Episcopi dent prædictã licentiam, si dant eam, nisi intelligant se habere authoritatem ad illud in foro conscientiæ.

Nau. vbi supra Concil. Trid. sess. 4 de editio. & v su sac. li. §. sed & impressorib.

3 Tertia Conclusio. Philippus Rex huius nominis Secundus in quadam pragmatica data Madritij 27. mensis Mar-

tij 1569. ordinauit, quod non imprimerentur in his Regnis missalia, diurnalia, pontificalia, breuiaria, &c. in lingua latina, nec vulgari, nec alius liber Chori: nisi prius deferantur ad Regium cõsilium, & examinentur à personis, quibus sit commissum, & detur licentia firmata nomine Regio, vt in eis non possit vllum esse vitium contra statutum à Summo Pontifice, nec possint vendi, nec introduci in hæc Regna, quæ alibi fuerint impressa sine dicto examine, & licentia, licet sint impressa in Regnis Arago. Cataluniæ, Valentiæ, & Nauarræ, non obstante quod continetur in pragmatica Vallisoleti, quod adimpleant librarij, & alij, quicunque sub pœna illius legis: & ministri iustitiæ debent detinere, & non permittere, quod vendantur, distribuantur, aut ponantur in vsu, & procedant contra eos, qui contrariũ fecerint sub pœna priuationis perpetuę officiorum, & 25000. solidorum pro singulis vicibus, & sub dicta pęna imponimus dictis ministris, quod ex librarijs, quos sic inuenerint mittant relationem ad nostrum consilium intra viginti dies. Circa hanc conclusionem non est quid notandum pro nostro proposito, nisi quod diximus in conclusio præterita.

Hab. li. 2. tit. 7. l. 27. in addit. ad nouã cõpilat.

4 Quarta Conclusio. Librarij imprimentes, aut vendentes libros, & illi, qui iubent eos imprimi, siue sint in lingua latina, siue vulgari contra priuilegium, quod habet eorum author, quo cauetur, quod nemo possit eos imprimere, aut vendere sub pœnis ibi declaratis, peccant mortaliter quoties id fecerint sine licentia dicti authoris, & tenentur ad restitutionem damni, quod sequitur domino priuilegij: hæc conclusio habet duas partes probandas; prima est, quod peccant mortaliter; secunda, quia tenẽtur ad restitutionem. Ad probationem primæ partis debet supponi, quod priuilegium est lex probata, aut decisoria in iure vtroque, & quadam lege horum regnorum. Vnde si est lex, supponi debet quod est iusta, & sicut lex iusta obligat in foro conscientiæ sub pęna mortalis in materia graui siue sit mixta, siue pęnalis solum, vt post Caiet. resoluit Alfonsus de Castro, & alij quos allegat, sequiturque Couarr. sic hoc priuilegium tanquam lex humana iusta cum sit circa rem grauem, vt patet, clarum est quod obligat sub mortali, & licet Nauarr. teneat, quod leges pęnales non obligant ad mortale, cuius opinio est communiter reprobata, non desinit tamen fateri, quod obligant ad mortale, quando sunt eiusmodi, quòd pręsupponunt peccatum mortale frangendo legem diuinam, naturalem, aut supernaturalem, vt est lex ciuilis pęnalis, quæ prohibet homicidia sub pęna mortis, quia qui transgressus fuerit eam, clarũ est, quod peccauit mortaliter; nec obstat, quod sit lex humana, & pęnalis cũ eius transgressio sit contra legem diuinam, & naturalem, quæ prohibet hoc delictum, quo attento debet dici, quòd cum priuilegia iusta incedant pariter, vt lex humana iusta, quod sicut lex humana iusta pęnalis obligat ad mortale, quando eius transgressio est etiam contra legem diuinam naturalem, vt fatetur Nauarrus, sic hoc priuilegium iustum, & pęnale obligat ad peccatum mortale, cum eius fractio sit contra legem diuinam, & naturalem; & quod eius transgressio sit sic, patet, & probatur quia virtute priuilegij acquisitum est ius authori, vt nemo sine eius licentia possit imprimere, nec vendere eius librum, nec præcipere imprimi, aut vendi, quod priuilegium surripitur ab illo faciendo contrarium, vnde sequitur illi damnum, quod prohibetur fieri septimo præcepto decalogi. Et hinc infero, quod illi, qui de alterius præcepto imprimunt, aut faciunt imprimi, vendunt, aut faciunt vendi dictos libros sine licentia authoris, peccant mortaliter, cum cooperentur peccato furti, qđ committitur & damno graui quod fit.

L. 1. ff qđ cõstõnibus Principũ, ca. priu. 3. di. l. 1. ti. 11 par. 1 Cal li. 1. de ptãte legis pęnalis ca. 9. Cou. i reg. pec cat. 2. p. §. 5. n. 2. cũ seqq. Na. i Ma nu. c. 23. nu. 55. & 56. & 57 & 58. & 59.

5 Quinta Conclusio. Tenentur supradicti librarij, qui imprimunt, aut imprimi faciunt, vendunt, aut vendi

di faciunt dictos libros, restituere damnum authori priuilegiato, quia cũ ob priuilegium habeat ius acquisitum vt dicitur in iure, tenetur qui contra venerit restituere damnum, quod facit authori impediens illi lucrum suum, vt resoluunt omnes DD. & eandem obligationem habent omnes illi, qui de eorum præcepto faciunt simile damnum hanc autem opinionem putant indubitabilem omnes grauiores DD. vniuersitatis Salmanticæ: quod dico, quia sum informatus ab aliquibus Confessariis ignorantibus absolui prædictos librarios sine vllo scrupulo, qui permittunt eos existere in peccato mortali, non obligantes eos ad restitutionem secundũ opinionem doctorum hominum tenentur ipsi Confessarii restituere illud, quod eorum ignorantia crassa non restituerent pęnitentes ultra peccatum, quod committunt non timentes, vbi erat timoris tanta ratio.

C. fin §. priuilegia. 25. q. 1. Doctores in c. fi. p tex. ibi de Iniuriis, & damno dato.

6 Sexta Conclusio. Non tenentur hi librarii transgredientes priuilegium ad restitutionem pœnæ in eo contentæ, quia ad hanc non tenentur antequam condemnentur in ea, vt post quã dam glossam communiter receptam a Theologis, & Canonistis tenent Coua. & Guttier.

Gl. in c. fraternitatis. 12. q. 2. verbo cum augmento. Communis i c. 1 de cõstitutionib. Couar in 4. 2. p. c. 6. §. 8. n. 10 & ĩ reg. peccatũ 2. p. §. 8. n. 6. Gutier. in questionib. Canon. c. 1. nu. 23.

7 Septima Conclusio. Librarij, qui habent domi suæ libros venales contra priuilegium authoris sui, peccant mortaliter, licet actualiter non vendant, quia sunt in proposito faciendi dictum damnum, & ideo non debent absolui quousque relinquant hoc prauum propositum; & etiam in foro exteriori debent puniri pœna priuilegij, quia est præsumptio certissima contra eos, quod retinentes eos domi habent eos, vt vendant, & sunt parati trãsgredi legem iustam, & priuilegia Regia; & si non essent puniti dicta pœna, esset dare amplum aditum ad capiendã occasionem transgrediẽdi leges iustas, & priuilegia Regalia, quæ prohibent fieri damnum authoribus librorum benemeritis de litteris, & republ. ob fructum, qui ei sequitur in gubernatione spirituali, & temporali ratione suorum scriptorum; & sic videtur innuere Ç. polla loquendo in simili casu, & sic affirmauit mihi doctor Gabriel Enriqu. primus professor iuris ciuilis in Salmanticensis Acad. fuisse iudicatum in Vallisoleti Cancellaria.

c. co. in l. quis sit fugitiu. §. idem C. ssus ait. n. 6. & 7. ff. de edili. io edicto.

8 Octaua Conclusio. Si non sit lex nec humana, nec priuilegium Principis in contrarium, quicunque potest licite imprimere in hoc Regno, & extra quemcumque librum impressum antea, & vendere eum cuicunque voluerit sine licentia authoris, cum non sit lex diuina, naturalis, nec positiua, qua prohibeatur; nec est maior ratio, vt sit licitum transferre vnum ex his libris, & vendere translatam copiam, quam imprimere, & vendere impressionem, nec quia author libri sit N. dat illi ius naturale, vt nullus possit imprimere, & vendere, sed potius videtur, quod author concedat licentiam hoc faciendi, cum tam facile posset extrahere priuilegium, vt nemo contra eius voluntatem, posset illum imprimere, & sic contentus sola licentia impressionis videtur renuntiare hoc ius, quòd poterat faciliter acquirere. Verum est tamen, quód non desinerem ego condemnare ad mortale, & ad restitutionem impressores, qui imprimentes librum sine priuilegio, pro prima vice, qua excluditur, dant multa diligentia & cura, folia, quæ singulis diebus imprimuntur, ut alibi etiam imprimantur, & exeat alia, & alia impressio simul cum impressione authoris, cum in hoc casu videatur clare damnũ, quod cum hoc dolo fit ei; de quo tenentur Confessarii interrogare impressores, quia sum certus, quod est peccatum quod frequenter regnat inter illos.

De

De eleemosyna, quoad eius obligationem. Cap. CXCVII.

SVMMARIVM.

An sit necessario facienda eleemosyna illis, qui sunt in extrema necessitate, conclus. 1. num. 1.
An ecclesiastici, & saeculares teneantur ad eleemosynam ex superfluo illis, qui sunt in necessitatibus constituti. concl. 2. num. 2.
An sit obligatio dandi eleemosynam in necessitatibus communibus. concl. 3. nu. 3.
An satisfaciat diues mutuans pauperi in necessitatibus posito. conc. 4. nu. 4.
An in aliquo casu non sit obligatio dandi eleemosynam, concl. 4. nu. 4.
An quis teneatur succurrere alteri inhoneste viuenti cum aliquo damno personae, honoris, & bonorum. concl 6. nu. 6.
An eleemosyna, quam aliquis testator iubet erogari consanguineis, debeat erogari propinquioribus, quamuis sint alij remotiores pauperiores propinquis. conclus. 7. num. 7.
An possit aliquis applicare sibi & suis consanguineis pauperibus eleemosynam, quam debet distribuere pauperibus conclus. 8. num. 8

1 PRima Conclusio. Omnes tenentur ad dandam eleemosynam illi, qui est in extrema necessitate constitutus, dummodo ipsi non sint in eadem necessitate, & hoc non solum ob praeceptum charitatis, sed etiam via iustitiae, non simpliciter iustitia commutatiua, sed iustitia subsidiaria: sic tenet Caieta. secundum mentem S. Th. Couar. & Sarmientus contra Sotum, & Nauarrũ & alios suae classis, qui dicunt solum esse obligationem, quae emanat a charitate in hoc casu: nostra tamen conclusio probatur, quoniam quãuis diuites sint veri domini suorum bonorum quo ad superfluum suae naturae, & status, non desinit tamen qui est in extrema necessitate, quin habeat ius in illa, donec fuerit in praedicta necessitate, & ideo dicũt sancti patres, quod diuites in hoc casu sunt dispensatores suorum bonorum, non negantes quin sint veri domini.

Caie. 2. 2. q. 118 a. 4. ad 2. Cou. l. 3 var. c. 14 nu. 5. Sarmiẽ. de red. dit. eccl 3 p. c. 4. nu 5. Sot. li 4 de iust. q. 7. ar. 1 ad 4. Na. c. 24 num. 7

2 Secunda Conclusio. Non solum ecclesiastici, sed etiam saeculares tenentur dare eleemosynam ex superfluo sui status ei, qui est in extrema necessitate, sic tenent Cord. Couarr. & Bannes, erit autem grauis necessitas, quando pauper est in graui infirmitate detentus, aut in aliqua alia necessitate, qua ferè compellitur decedere a suo statu. Et nota, ꝙ non tenentur in simili casu ad dandam eleemosynam ex necessariis suo statui, & sicut, vt dicatur necessitas grauis, nõ consistit in puncto indiuisibili, sic necessaria statui proprio non consistunt in indiuisibili, propter quod debet relinqui iudicio, & prudentiae christiani diuitiis, qui si voluerit mutare, aut crescere facere statum suum, non auaritia, & in fraudem pauperum, sed quia putat sic conuenire ei ob aliquos honestos fines, non est, quod scrupulis implicetur, qm̃ totum id, ꝙ est illi necessarium ad maiorem pompam, & authoritatẽ, nõ est superfluum suo statui, & cum sint pauci, qui nolint augere domus suas, aut viuere cum maiori põpa, & authoritate ad maiorem honorem comparãdum sibi, & filiis suis, & ideo sunt pauci saeculares, qui teneantur dare eleemosynam in aliqua graui necessitate de superfluo sui status, vt notat Caiet. Et nota ad maiorem claritatem supradicti, quod homo, qui ob suam paupertatem non potest sine verecundia stare, & tractare cum hominibus suae conditionis, & qualitatis, dicitur esse in graui necessitate, immo in extremo, quia quo ad materiam, de qua tractamus, non debet iudicari tanquam extrema necessitas solum, quae ponit hominem in discrimine vitae, sed etiam; quae ponit hominem in statu verecundiae sic viuendi; vnde sequitur; quod quando testator relinquit, & legat alicui centum ducatos, vt distribuat eos pauperibus, potest dare ex eis alicui nobili,

Cor. l. 1. q. 26. Cou. l. 3 var. c. 14 Bann. 2. 2. q. 32. art. 6. dubio 1. 2.

Caiet. in sum.

bili, qui quamuis habeat, quod mandu cet, non potest tamen ob suam paupertatem conseruare qualitatem nobilitatis, & sic videtur verecundia, vt tenet Baldus, quem sequitur Palatius Rubeus.

Bal. in l. si qs ad declinādū. c. de episc. & cler.

3 Tertia Conclusio. In communibus necessitatibus tenetur homo facere eleemosynas; sic dicit D. Thom. quæ cōclusio authoritate scripturæ, & sanctorum probatur ab Aragon. & probatur sequenti ratione; quia non amat proximum, qui sine sui detrimento potest adiuuare illum, & non adiuuat; quod est adeò verum, quod possunt pauperes in simili necessitate constituti petere iudices, vt compellant diuites ad succurrendum eis non solum per modum debiti particularis, sed propter bonum commune, vt seruetur iustitia in diuitijs, quòd videntur insinuare S. Thom. & Caiet.

Rub. in rub. §. 11 nu. fi. D. Th 2. 2. q. 32. ar. 5. ad 2. & ibi Arag.

D. Th 2. 2. q. 118. ar. 4. ad 2. & ibi Caiet.

4 Quarta Conclusio. Non satisfacit diues præcepto eleemosynæ in extrema necessitate, mutuans pauperi aliquid, quo possit ab ea liberari. Hæc opinio est Soti, & Sarmienti, Bannesij, & Cordubæ contra Nauar. & Couar. quod intelligitur, Primo, quando pauper est in extrema necessitate, sine bonis, aut viribus ibi, aut alibi, & sine spe proxima habendi. Intelligitur secundo dante ipso res, quæ vsu consumuntur, sicut panis, vinum, oleum; quod si det res, quæ vsu non consumuntur, sufficit, qd eas det mutuo, faciens eleemosynam vsus earum; & sic sufficit, vt det illi domum mutuo ad viuēdum, vestem qua aliquandiu tegatur, lectum ad dormiēdum habēte tali paupere necessitatem harum rerum ad vsus earum; nam si egeret his rebus, vt vendendo eas non moriatur fame, tunc obligatio est dandi ei aliquid absolutè loco illarum; & aduertatur, quòd non est licitum emere hominem liberum in extrema necessitate positum ad hoc, vt hoc modo succuratur, quia non dixit Christus emitte hominem egenum, aut mutuum date, sed date absolutè, quòd significat liberaliter date; & sic tenemur succurrere, dantes ei, & non ementes: sic communiter tenent Doctores; ideo reprobari debet Nauarri opinio, quæ videtur tenere contrarium.

Sot li. 4. de iusti. q. 7 ar. 1. ad 4. Sarm. 2. p. d rep. moni. 4. n. 5. & 6. Bann. 2. 2. q. 32. ar. 3. dubit. 6. Cor. li. 1. q. 26. ad 7. Cou. in regula peccatū, 2. p. §. 1. n. 3. Na. c. 24. n. 5

Luc. 2.

Nau. in Man. ca. 23. n 65.

5 Quinta Conclusio. Si egenus habet alicubi bona, non est obligatio eleemosynæ, sed sufficit mutuo dare ei necessaria, quoniam iste non est in extrema necessitate; & idem est, quando, licet non habeat bona alibi, habet tamen vires, aut artem qua possit victum quærere, & spem proximam, & probabilē alicuius remedij; qui tamen mutuo dederit ad hanc necessitatem, debet illud facere sic, vt non petat cautionem ab egeno, in qua obligetur procuraturum, vnde soluat ei, nam sufficit obligari ad soluendum quandocumque possit, & hoc, quod dicit Medina, est magis æquitati consentaneum.

Med. in c. de eleemos. de rest.

6 Sexta Conclusio. Tenetur quæcūque persona sub pęna peccati mortalis, etiam cum aliquo detrimento suæ personæ, honoris, & bonorum, succurrere alteri inhonestè, & prauè viuenti, si videat hoc modo, & non aliter illam vitam relicturam; & ipsa mulier v. g. hoc desiderat videns se tam oppressam, vt non putet esse aliam viam ad suam animæ salutem, quam desiderat; & probatur, quia videt posse id facere sine multo detrimento suæ personæ, honoris, aut quietis, si tamen non est certus hoc posse fieri, licet habeat aliquam spem remedij illius, si detineret illam domi suæ, non ideò peccat nisi venialiter, vt dicit D. Thom. & resoluit Cordu. contra alios dicentes peccare mortaliter, & contra alios tenentes non peccare, neque venialiter.

D. Th. 2. 2. q. 13. a. 2. ad 2. Cord. de casib. q. 56.

7 Septima Cōclusio. Quando aliquis testator legat aliquam quantitatē, quæ distribuatur consanguineis eius pauperibus, qui huic eleemosynæ præsentabuntur, semper pauper propinquior in consanguinitate debet pręferri reliquis, quamuis pauperioribus, & maioris ætatis, nisi aliud constaret ex mente testatoris; quòd probatur, quia propinquior

quior præsumitur esse magis amatus, & dilectus à testatore, sicut cum Lamberto, & alijs tenet Corduba. Verum est tamen, quòd aliquæ possunt esse circumstantiæ, vt minus propinquus debeat admitti existentibus omnibus æqualiter pauperibus, vt si aliqua consanguinea esset in quinto gradu, quæ vellet nubere, & concurreret cum alia in quarto gradu, tunc visa necessitate, & occasione connubij primi, & considerata pauca differentia gradus, non debet videri mirum, si præferatur, quæ est in quinto gradu, vt probat Cord. Et nota, quòd legitimæ debent præferri illegitimis. Legitimæ autem sunt quæ procedunt ex legitimo matrimonio, quãuis sit per viam illegitimitatis, vt cum Siluest. tenet idem Cord.

Cord. d casib. q. 72.

8 Octaua Conclusio. Ille, cui datur potestas distribuendi quandam eleemosynam, potest applicare eam, aut partẽ sibi, & suis cõsanguineis, secundum suã paupertatem, dummodo seruet ordinẽ, quem tenet cum alijs pauperibus. Hæc conclusio est D. Thomæ, quia ex eo, qđ est dispensator, non debet esse peioris conditionis, quam alij pauperes. Verũ est autem, quod si alicui pauperi ordinet testator, vt distribuat quandam eleemosynam pauperibus, non poterit eam applicare sibi, & si eius magna paupertas expostulet hoc, debet esse cum consilio Confessarij, vt dicit Petrus de Aragone.

D. Th. 2. 2. q. 32. ar. 9. & ibi Cai.

Arag. in d art. 9. D. Tho. iuxta fi.

De obligatione quam habent ecclesiastici ad faciendam eleemosynam. Cap. CXCVIII.

SVMMARIVM.

An possint ecclesiastici expendere de suis bonis patrimonialibus, quod libuerit, cõclus. 1. nu. 1.

An possint ecclesiastici facere donationes remuneratorias ex bonis ecclesiasticis, concl. 2. nu. 2.

An magis teneantur Ecclesiastici ad dandã eleemosynam ex fructibus beneficiorum, quam reliqui Christiani ex suis bonis concl. 3. nu. 3.

An teneantur Ecclesiastici inquirere, si sunt pauperes ad succurrendum eis, cõclus. 4. nu. 4.

An non dantes eleemosynam ecclesiastici teneantur eam restituere pauperibus, concl. 5 nu 5.

An consanguinei recipientes magnas donationes ab ecclesiasticis teneantur restituere pauperibus concl. 6. nu. 6.

An equites commendatarij D. Iacobi, & reliquorum ordinum teneantur dare eleemosynam ex bonis ecclesiasticis? concl. 7. nu. 7.

An Papa possit dispensare cum ecclesiasticis beneficiarijs, vt consumere possint bona ecclesiastica in vsus profanos, conclus. 8. nu. 8.

1 Prima Conclusio. Possunt ecclesiastici, qui habent redditus ecclesiasticos, expendere in reb. quas voluerint bona patrimonialia, licet faciant donationes profanas, sic tenet Nauarrus; & inter hæc bona connumerantur, quæ illis dantur ratione missarum, confessionum, prædicationum, & administrationum sacramentorum, & id, quo gaudent seruientes ecclesiæ: (dummodo non teneantur ad hoc seruitium ratione suorum beneficiorum, vt sustentẽtur, & ad faciendam eleemosynam bonorum patrimonialium, quæ habent, aut hæreditate, aut donatione) nam talia bona ecclesiastica hoc respectu habita efficiuntur bona particularia.

Na. c. 17. nu. 94.

2 Secunda Conclusio. Licitum est beneficiarijs ex bonis suis ecclesiasticis facere donationes remuneratorias suis consanguineis, & seruientibus in recõpensationem seruitiorum, quæ faciũt, & facere donationem ex eisdem bonis ad opera pia, licet sit in articulo mortis, & etiam reseruare aliquam quantitatem ad hoc vt post mortem suam distribuatur ipsis, vt dicit Nauarr. quod intelligit Frater Ludouicus Lopez esse verum,

Nau. vbi su. Lop. in ist nego. li. 2. c. 47.

verum, dummodo non sint de præsenti necessitates graues, & vrgentes, quæ egeant remedio præsenti.

3 Tertia Conclusio. Maiori obligatione tenentur beneficiarij de iure diuino, (licet dispensabili) ad dandam eleemosynam pauperibus ex fructibus suorum beneficiorum, quam reliqui Christiani suorum bonorum, quod intelligitur extrahendo ex dictis fructib. quod illis est sufficiens ad congruam, & sufficientem sustentationem, & suæ familiæ; & si in hoc fuerint multum deficientes, peccant mortaliter, vt cum cõmuni resoluit Corduba; erit autem decens sustentatio eorum, & eorum familiæ, quæ est honorifica, & honesta, ornata etiam aliquibus recreationibus, & conuiuijs (moderamine seruato) cum suis amicis, & notis, non tamen scurris, sed honestis personis gratia remunerationis, & gratificationis; quod totum, ne excedat debitum limitem, computãdum est, & iudicandum secũdum dignitatem habentis beneficium, & secundum consuetudinem loci, vbi beneficiarij viuunt, qui viuunt honorificè, vt correspondeant honori suorum beneficiorum sine pompa, & apparatu sęcularium, qui nimis profusi in suis expensis, ambulant quotidie grauati ære alieno. Hinc sequitur, quod plus debet expendere Canonicus, quam simplex beneficiarius, & plus nobilis, & ex stirpe regia, quam qui non est ijs ornamẽtis decoratus, vt aduertitur in Concilio Basiliensi celebrato anno 1538. & excessus paruus in his casibus non erit nisi culpa venialis, & magnus erit mortalis. Et vt eleemosynæ, quas debent dare ecclesiastici, sint tales, quales esse debẽt, considerandi sunt redditus beneficij, quoniam maiorem eleemosynam debet erogare, qui habet pingue beneficiũ, quam qui tenue. Debet etiam considerari temporum necessitas, quia maiori existente plus etiam debet erogari secundum iudicium boni viri, vt dicit Sotus.

Cord. l. 1 qq. q. 18.

Cõc. Basil. sess. 31

Sot. l. 10 de iusti. q. 4 ar. 4

4 Quarta Cõclusio. Quamuis sęculares non teneantur ad inquirendum, qui pauperes sint, sed sufficit, ꝙ dent eleemosynas petentibus, nihilominus ecclesiastici ratione sui status tenentur ad illud inquirendum, principaliter Prælati, vt tenet Abulensis. Hinc sequitur, ꝙ ecclesiastici, qui solum dant eleemosynam petentibus reseruantes reliquum, quod illis super fuit, legantesve ecclesię post suam mortem, non rectè faciunt, quia melius esset illud distribuere vita durante: sic.n. ipsis facientibus nulla esset differentia inter illos & sæculares, nisi in morte. Hinc sequitur, quod possunt nutrire, & habere domi suos consanguineos, sicut alios pauperes, & succurrere illis, ne decidant a statu suo dantes eis aliquid, vt conseruentur in eo, quem habent decenter; non possunt autem eos ditiores facere, nec fundare in eis primogenia; aliter. n. nulla esset differẽtia inter eos, & sęculares; & ideo Pius V. laudabilis memoriæ, honor, & gloria Ordinis Prædicatorum, cum esset Princeps Ecclesiæ noluit ad instantiam Dominorum Cardinalium, dotare quandã suam consobrinam in plusquã mille ducatis, dicebat.n. sanctus vir qd collocabat eã tamquam pauperem, & ad eius statũ sufficiebat illa dos: hoc exemplũ reliquit nobis scriptum ad perpetuam memoriam Nauarr. in suo tractatu de redditibus ecclesiasticis. Verũ illud est, quod non condemnarem ego Episcopos, qui fecerint aliquas donationes modestas suis cõsanguineis subtrahendo hoc de suis impensis decentibus sui statui, dũmodo absit scandalũ, & non fundentur primogenia, præcipue si eorũ Episcopatus sit opulentus, cum cuius redditib. possunt etiam succurrere pauperibus, vt dicit Cordu.

Abul. super Mat. 74. & 75

Cord. vbi sup.

5 Quinta Cõclusio. Non dantes ecclesiastici eleemosynas, quas tenentur dare, quamuis peccent mortaliter, non tenentur ad restitutionem; hæc est opinio Soti contra Nauarr. ex qua non audeo discedere, licet videam ex alia parte sanctos patres dicere, quod ecclesiastici non sunt domini

mini reddituum ecclesiasticorum, sed dispensatores; quod quomodo debeat intelligi est dictum in c. præterito, nu. 1.

6 Sexta Conclusio. Consanguinei, qui recipiunt donationes magnas ab ecclesiasticis ex bonis ecclesiasticis, secundũ opinionem Soti non tenentur ad restituendum pauperibus, cùm secundum eam sint veri domini dicti redditus: cõtra hoc tamen habemus Concil. Trid. quòd omnino interdicit beneficiarijs, & Episcopis augere, & ditare consanguineos; cuius verba sunt hæc, (*omnino interdicit*) per quæ, tenet Frater Ludouicus Lopez, quod Episcopi non teneantur restituere pauperibus, quod ab illis abstulerant, & consanguineis erogauere, aut alijs, sed qui recipiunt huiusmodi res, & dona, tenentur restituere, quæ opinio mihi non videtur bona, quoniã secundum hanc opinionem Episcopi non tenentur facere dictam restitutionem eo quod sunt veri domini, & sic non tenebuntur ipsi eam facere, sed neque donatarij, qui habuerunt ea à veris dominis. Et ad id, quod dicit, quod illud, quòd Episcopus erogat eis, transit cum onere, cum quo ab ipso habebatur, hoc est ex alia parte dicere, quod Episcopi non sunt veri domini, nec hoc liberat eos à restitutione (si tenentur ad illam) cum non restituant illis, quibus restituere tenentur dando ea donatarijs, sicut non liberatur fur ab obligatione restitutionis quousq; tenens furtum restituat domino: ideo conuenit nobis respondere ad Concil. Trident. quòd in illo solum prohibentur cum rigore similes donationes: & hoc est qđ significant eius verba (omnino interdicit) non tamen fit irrita, & nulla translatio ipsius dominij in donatarios, immo Sotus piè explicans ius positiuum humanum, quod irritum facit contractũ, & donationes, dicit, quod intelligantur in foro exteriori solum esse nullæ, non impedire tamen in foro conscientiæ (facientes contrarium) translationem dominij; quam doctrinam sæpissime vidi in tractatibus dicti patris multum commendatam, & sic eius deberet recordari, ad non tenendam opinionem tam singularem, solum ductus vnico argumento, cuius solutio ex sentẽtia ista Soti tam clarè patet.

sess. 25. c. 1. de reform.

Lop. in inst. negoc. 1. p. c. 43.

Sot. li 4 de iust. q 5. ar. 5

7 Septima Conclusio. Commendatarij D. Iacobi tenentur dare eleemosynas pauperibus de redditibus, & bonis ecclesiasticis, quæ habent, vt aduertit Don Martinus de Ayala in compendio huius ordinis militaris, cuius verba sunt; *Est & aliares notatu digna commendatarijs huius ordinis, qui gaudent commendis pinguibus, de qua multi parum soliciti, & accurati videntur, quod scilicet aduertant, quomodo impendunt bona illarum, cum sint bona ecclesiastica decimarum, & primitiarum non nullaque non possint pro talibus non haberi, quia, quamuis Papa iustè fecerit donationem harum decimarum ad defensionem fidei ecclesiæ, & populorum, in quibus sunt commendatarij, non ideo non sunt bona ecclesiastica aliquo modo, nec abstulit ab eis obligationes, quæ prædictis bonis sunt annexa: & sic tenentur, (si præcipue non occupentur in militia) ad erogandum pauperibus de prædictis bonis. Quantum autem debeant erogare, ipsa regula disponit. Itaque tenentur illa bona expendere bene, & considerate, non in aleis. & taxillis, nec alijs vanitatibus, sicut alij faciunt: & ob eandem rationem (deficiente bello) tenentur aliquo modo succurrere necessitatibus ecclesiarum, & ministrorum earum in suis cõmendis, si ecclesiæ non habeant de proprio ad fabricam necessaria nec ministri redditus, quibus aliter agant vitam cum redditus, quibus fruuntur sint decimæ, & redditus extracti ex ipsis ecclesiasticis.* Alijs ẽt rationibus probat id idem Ayala, quas hic nõ pono, ne lector nimis grauetur. Et notetur, quod eadem obligatione tenentur commendatarij Alcantaræ, Calatrauæ, & Sancti Ioannis de Malta, & reliquorum ordinum militarium, cũ in omnibus militet eadem ratio, vt dicit Nauar.

Mar. Ayala in cõp. f. 8.

vbi sup.

Nau. in apol. de red. ecl. q. 1. monit. 38. & mon 10. 55. n. 5.

8 Octaua Conclusio. Papa potest dispensare cum beneficiarijs, vt impen-

pendant bona ecclesiastica in vsus diuersos, licet sint prophani, concurrentibus duabus conditionibus, seu causis: Prima, quod fiat causa rationabili; erit autem talis in casu, quod fuerit homo nobilis, & de ecclesia optimè merens, aut quem certum est multum ecclesiā subleuaturum, & adiuturum. Secunda, quod non concedatur illi, vt possit distribuere prædicta bona in notabili quantitate in præiudicium Ecclesiæ, & diminutionem cultus diuini, aut præiudicium pauperum, ita vt remaneat, & efficiatur impotens ad succurrendum his necessitatibus. Potest etiam Pontifex permittere, quod talia bona dentur Regi ad defensionem fidei, si adsit necessitas, quoniam opus tam pium, vt hoc est, debet præferri necessitatibus pauperum, vt dicit Sotus, Honcala, & Victoria.

Sot. l. 10 de iust. q. 4. ar. 5 Honcala. ad red. eccl. c. 5. 7. & 9. Vict. in lect. 1. de eccl. 69. f. 97.

Qui possint dare eleemosynam. Cap. CXCIX.

SVMMARIVM.

An vxor possit facere eleemosynam sine licentia mariti. concl. 1. nu. 1.

An possit vsurarius dare eleemosynam de bonis acquisitis vsura. conclusione 2. num. 2.

1 PRima Conclusio. Vxor potest dare eleemosynam, si habeat aliquid extra dotem suam; & sic potest dare de bonis, quæ vocantur paraphernalia, nisi consuetudo sit in contrariū, sicut in Hispania, vbi maritus est administrator omnium bonorum: potest ēt dare de lucris manus suæ, vt si net, si coquit panem (dummodo maritò dederit sufficientem dotem, & non deficiat rebus necessariis domus suæ, & familię potest etiam dare (quamuis non habeat nisi dotem) eleemosynam paruam aliquando, sicut communiter faciunt aliæ mulieres huiusmodi conditionis, vt dicit Cord. post S. Thom. potest etiā dare eleemosynam, si eius maritus sit homo sine iudicio, quia tunc gubernatio domus pertinet ad eam: & ideo potest ipsam dare tradita ei cura domus a marito: potest etiam dare eleemosynam ex superfluo illius ordinarii, quod maritus assignat illi ad eius expēsas, vt dicit F. Ludouicus Lopez; potest etiam sine consensu mariti dare eleemosynā ei, qui est in extrema necessitate, vt dicit Cord. potest etiam dare eleemosynam absente marito, nisi aliud abiens ordinauerit, quia ipsa gubernat, vt defendit Petrus de Nauarr. contra Nauarrus.

Corduba de cas. q. 115. dubio 6.

Lop. in instruct. cons. 2. p. c. 24. & in instr neg. li. 2. c. 41 in prin. Cordu. vbi sup. dub. 9. Nau. li. 3. de restit. c. 1. nu. 87.

2 Secunda Conclusio. Vsurarius, qui non habet alia bona, de quibus possit facere eleemosynam, nisi illa, quæ sunt necessaria ad restituendum iniustum lucrum, non potest dare eleemosynam ex illis bonis; sic tenent communiter omnes DD. vt dicit. Turrecremata. Estque notandum, quod quamuis nō fiat impotens ad soluendum, quod recepit ex vsura, non potest tamen dare eleemosynam de rebus, quæ vsu non cōsumantur, quas habuit mediantibus illis vsuris, cum non transiuerit dominium in illum, vt dicunt S. Thom. & Caietan. at de bonis acquisitis vsuris, q̄ vsu consumuntur poterit facere eleemosynam, ita vt non fiat inhabilis ad restituendum, & idem est de bonis cōparatis cum pecunia vsuraria, habens alia bona, ex quibus potest satisfacere creditoribus, vt dicit D. Thom.

Nau 17. nu. 154. Turrecr. in c. nolite. 14. q. 5. D. Th. 2. 2. q. 78. art. 3. Caie de vsuris. q. 1. D. Th. 2. 2. q. 78. a. 3. ad 2

De iis, qui eleemosynam petere possunt. Cap. CC.

SVMMARIVM.

An, qui petunt eleemosynam cum titulo paupertatis fictæ, teneantur restituere illam. concl. 1. nu. 1.

An mulieres pauperes, quæ dissimulate petunt eleemosynas ad aliquam virginē pauperem, quam sibi applicant, debeant absolui, concl. 2. nu. 2.

An

An sit licitum petere eleemosynam mediante aliqua nobili persona, vt eleemosina sit copiosior, conclusione 3. numero 3.

An quæsturæ, aut petitiones eleemosynarum, quæ fiunt pro hospitalibus, & monasterijs per viam eleemosynæ, sint prohibitæ a Concilio Trident. conclus. 4. numero 4

An indulgentiæ concessæ cum onere eleemosynæ sint sublatæ per extrauagantẽ Pij V. concl. 5. num. 5.

An Pauper qui potest operari, possit petere eleemosynam. concl. 6. num. 6.

1 PRima Conclusio. Veri pauperes possunt petere eleemosynam, & qui non sunt huiusmodi committũt furtum petentes eam: quare si aliqui obtinuerint aliquas eleemosynas fingẽtes se esse pauperes, cum non sint, aut sanctos, cum non sint, licet fuerint tenues; tenentur ad restitutionem earũ, si scilicet paupertas sic ficta fuit causa finalis obtinendi dictas eleemosynas; si tamen paupertas fuit solum causa impulsiua, & non finalis, non tenentur restituere, vt resoluo in bulla Compositionis, pauperibus, sed danti debent restitui, quia præsupponitur, quòd Petrus noluisset dare eleemosynam in commu ni, sed huic pauperi in particulari: si ergo non potest huic competere, erit inefficax, & inuoluntaria, & extracta per fraudem, vnde dominus non amisit eius dominium; si autem hæc eleemosyna fuit data, non petente eam hoc paupere ficto, nisi solum proposito, & inuitato domino, vt sicut dat alteri, det etiã ei, qui est pauper, tunc restitutio debet fieri pauperibus, & non danti, sic tenet Med. quem sequitur Aragon. quia in hoc casu, qui dedit, voluntarie dedit, & si huic non dabat, erat daturus alijs pauperibus.

Bul. cõpositio. casu 11. n. 47. cũ seq.

Med. c. de resti. q. 2. dub 2. Arag. 2. qu. 62 art. 5.

2 Secunda Conclusio. Mulieres pauperes, quæ dissimulantes petunt eleemosynas pro parte alicuius pauperis virginis, cum reuera sibi retineãt, quod illis datur ad earum sustentationem necessariam, non debent absolui, donec desistant ab hoc fraudulento tractandi modo, quoniam huiusmodi peccãt dupliciter, mentientes scilicet, & retinendo sibi, quod deducitur, & dandum erat pauperi virgini. Verum tamen est, quod si huiusmodi mulieres peterent pro pauperibus in generali, animo quærendi, & retinendi sibi huiusmodi eleemosynam, cum in rei veritate sint pauperes, non peccabunt, nec tenebuntur ad restitutionem, quoniam licet nulli liceat dicere mendaciũ, tamen licitum erit vnicuique tacere veritatem sine præiudicio tertii, vt probatur in iure, & resoluit Nauar.

Na. li. 3. cons. ti. de mendican. cons. 1. fol. 295.

3 Tertia Conclusio. Non peccant, qui, habentes aliquam magnam causam procurant, vt petatur aliqua eleemosyna ad aliquod opus pium faciendum, mediante aliqua persona grauiori, & ingenua, ad hoc, vt copiosior fiat eleemosyna, quam si petatur ab aliquibus personis infimæ conditionis: dummodo in danda huiusmodi eleemosyna non prætendatur illa gloria publica nisi secundario, & minus principaliter, sed referatur in aliquem honestum, & debitum finem. Dixi aliqua magna de causa, quoniam hac deficiente, dicit Nauarr. quod non consuleret, vt fieret dicta eleemosyna, quia cum maior hominum pars sit pauperum, & sint multum cupidi gloriæ humanæ, faciliter potest credi, quod ob id quod publice datur, & petente dicta strenua persona, sint daturi plus, quam si occulte postularetur, alioque medio, & hoc solum propter vanam gloriam, verecundiam, aut timorem infamiæ, & denique dabunt ipsam sine hilaritate, quam Apostolus petit, vt sit in danda eleemosyna. Vnde dicit Nau. quod quando ipse cantauit primã Missam, noluit quemquam ad eam inuitari, ne aliquis offerret in ea, sicut in alijs fieri solet; & ideo quando Deus iussit, vt peteretur eleemosyna ad opus Tabernaculi, insinuauit eleemosynam. quæ debebat dari, dicens, ne daret plus diues,

Nau. in ca. inter uerba. cons. 5. nu. 36.

ues, quam pauper; quia cum illa eleemosyna esset publica, sciebat Deus multa peccata vanitatis fore in ea danda committenda, si modus ab eo non poneretur, vt solum ordinaretur formaliter, aut virtualiter ad gloriam, & honorem suæ diuinæ Maiestatis.

Concil. Tri. ses. 21. c. 9.

4 Quarta Conclusio. Quamuis Concil. Trid. auferat vniuersaliter, & generaliter omnes quæsturas, quæ petūtur per modum eleemosynæ, non impedit tamen, quin fratres Sancti Antonii Abbatis petant ostiatim pro pauperibus, qui illis commissi sunt; quia lex quæ generaliter loquitur, limitatur per rationem alterius legis, vt notat Baldus communiter receptus, & in nostro casu non vna ratio sola, sed multæ inueniuntur, propter quas dictis fratres debent excipi a dicta generali lege dicti Concilij. Prima, quia lex humana nūquā aufert legem naturalem, nec diuinam, quæ aliquando præcipit, vt quæratur mendicatione victus infirmorū, immo et sanorum, qui aliter sustentari nequeunt, vt in iure statutum est: dicti aūt fratres, & infirmi, qui illis commissi sunt, non habent, vnde possint curari, & sustentari, nisi ex mendicatione. Secūda ratio est, quia si dictum Conc. hoc modo non limitaretur, sequeretur, ꝙ fratres ordinū mendicantium non possent facere suas quæsturas, quod est absurdum; cum ecclesia statuerit eos esse mendicantes, & hoc nomine appellantur, præcipue fratres ordinis sacri D. Francisci de obseruantia, qui nec in communi, nec in particulari possunt possidere quicquā, vnde Concil. Trident. debet intelligi solū de quæstoribus, qui prædicantes, aut publicantes Indulgentias sibi concessas, aut ijs, qui adiuuauerint, aut succurrerint domibus suis cum eleemosynis, prædictas eleemosynas efflagitant, quod colligitur ex fine dicti, Cōcilii, vbi præcipit, quod non prædicentur indulgentiæ à quæstoribus, & permittit, quod prædicent eas deputati ab Ordinario, quod erat præceptum per canones antiquos, sic explicat Conc. Nauar.

Bal. in l. de precio ff de publ. in rem act.

c. quiescant 41 d. c. 1. §. 1. de relig. domib. l 6.

Nau. l. 3 cons. ti. de reg. cons. 39.

5 Quinta Conclusio. Per quandam extrauagantem reuocauit. Pius V. omnes indulgentias, & remissiones peccatorum concessas, & concedendas quibuscunque personis, monasteriis, & locis piis, si vt ipsas obtineant, darent eleemosynas ad fabricam, aliasue necessitates dictorum monasteriorum, aut personarum, cum huiusmodi indulgentiæ videantur quæstuariæ, & prohibitæ in Concilio Trident. Hinc sequitur esse reuocatas indulgentias concessas illis, qui visitauerint dictas ecclesias, & monasteria in quibusdam diebus dantes aliquid eleemosynæ, prout sibi visum fuerit, quoniam huiusmodi eleemosynæ videntur quæstuariæ; quod debet multum notari, quia vidi sæpe homines, qui prædicant huiusmodi indulgē tias ignaros huius reuocationis.

Incip. et sit Domi nici, & est 30. inter ipsas constit.

6 Sexta Conclusio. Qui vere pauper cum sanus existens, operari possit secundum conditionem, & statum suum mē dicans peccat venialiter solum, vt dicit Caiet. nec obstat lex imponens pęnam ijs, qui mendicantur potentes operari, & non prohibens mendicari, iam dicta lex cum sit pœnalis non obligat in foro conscientiæ non prohibens aliquid, quia vt respondet Caiet. si obligaret, hoc esset vt moralis, & non vt pœnalis, & cum mēdicari pauperem ob otium, aut cupiditatem solum sit peccatum ueniale, sic transgrediens dictam legem solum peccabit venialiter, vt dicit Nauarrus. Locatio vide Cap. 20.

Caie. 2. 2. q. 187 a. 5. ad 5 l. 1. C de mēdicā. vali. l 6.

Naua in c. frater nitus c. q. 2. n. 14

De luxuria, vt est simplex fornicatio. Cap. CCI.

SVMMARIVM.

Quid sit fornicatio simplex, & si prohibita sit a iure diuino, naturali, & positiuo. conclus. 1. num. 1.

An sit licitum committere tactus impudi-

cos, & pati eos, & an sint illiciti amplexus, & oscula inter fratres. conclus. 2. num. 2.

An oscula, & amplexus constituant distinctum peccatum inter illos, qui se carnaliter coutuntur, ibid.

An debeant absolui, qui habent balnea & iubent famulis iuuenibus lauare mulieres. concl. 3. num. 3.

1 PRima Conclusio. Fornicatio simplex, quæ est, quando homo solutus habet rem cum muliere soluta, est prohibita, a iure diuino naturali, & positiuo; & hoc est adeo verum, vt solum consentire in actum fornicationis, & in delectationem eius sit peccatū mortale, licet vi faciat aliquem consentire impulsum, ita vt dicat Sotus, quod quā uis mulieres non teneantur defendere se suis manibus, nec clamare, quia sciūt se occidendas ab homine, nihilominus tenentur non se accommodare dicto actui prauo, & huius sententiæ est Nau. itaque est illicitum mulieri pro euitanda morte consentire in hunc actum, & multo magis illicitum erit homini consentire in illum, quamuis aliqua mulier capta eius amore minetur ei mortem, nisi acquiescat eius voluntati; quia non potest homo actum illum habere, nisi actiue concurrat in illum, cum possit esse, quod mulier ita compellatur, vt non consentiat, sed habeat se in eo actu omnino passiue, & sic in illo casu non peccabit, vt dicit Sotus.

Nau. c. 69. nu. 1. in man.

Sot. li. 5. de iust. q. 2. ar. 1

2 Secunda Conclusio. Illicitum est committere tactus impudicos; & est illicitum etiam mulieri pati, & permittere eos, & tenetur euitare eos sentiens fieri animo deprauato, nisi consuetudo terrarum id secum ferat, vt sunt amplexus communes: quod intelligitur, quando fiunt in loco publico, vbi est consuetudo, non autem quando fiunt in locis secretis, & suspectis, quoniam tunc non debent permitti, nisi forte inter fratres, aut consanguineos multū propinquos, in quibus absit animus libidinosus: tactus autē impudici in partibus occultis corporis, neque palam, neque clam permitti debent, quamuis sint inter fratres, nisi necessitas applicādi aliquod medicamentum excuset: oscula ex se sunt peccata mortalia, si ordinentur ad actum carnalem, & libidinosum. Dixi, *si ordinantur ad actum carnalem*, quia si non ordinentur ad illū actum, non sunt ex se peccatum, & sic consuetudo in Gallia & in aliis partib. Hinc infertur, quòd oscula, quæ sunt inter fratres, non sunt peccata mortalia, si ordinentur ad amorem naturalem, qui inter illos est, quamuis illorum ratione sentirent in carne aliquos incursus, vt post D. Thom. tenet Nauarr. & Cordub. tactus autem amplexus, & alii actus inhonesti, qui sunt inter personas mutuo se carnaliter coutentes, si fiant in ipso actu carnali, aut volentib. id committere, non sunt peccata distincta ab ipso actu, quem committunt; vnde non est necesse illa confiteri.

Nau. in ma. c. 16 num. 11. Cor. de tegen. secreto. membr. 2. qu. 2. concl. 12

3 Tertia Conclusio. Non debent absolui tenentes balnea, vnum pro hominibus, & aliud pro mulieribus permittentes quod famuli iuuenes, & sanguine pleni lauent dictas mulieres licet habeant pudenda cooperta, propter periculum, quod est in illis tangendis, nec valet dicere, quod est consuetudo, est enim corruptela: vt dicit Nauar.

Nau. l. 5 consi. tit. de pen. & rem. consil. 7 f 573.

De luxuria vt est concubinatus.
Cap. CCII.

SVMMARIVM.

Clerici, & Episcopi concubinarij pœnę quę sint ex Conc. Trid. concl. 1 num. 1.

An Clericus monitus vt se separet à quādam mala conuersatione, amittat tertiā partem fructuum, si non obediat. ib. n. 2

An idem sit dicendum de Clericis fornicarijs. ibid.

An clericus concubinarius in minoribus constitutus subiaceat pœnis. concl. 1. n. 3.

Concubina Clerici quod peccatum committat. num. 4.

An

1 PRima Conclusio. Clerici concubinarij debent priuari fructibus sui beneficij quo ad tertiã partem, si moniti à suis superioribus noluerint separari à suis concubinis, & si moniti perseuerant, debent secundo moneri, & si secundo moniti adhuc permaneant in vitio cũ illismet, aut cũ alijs, nõ solum amittunt fructus beneficiorũ, & pensiones, sed etiam ab ordinario priuari possunt ab administratione dictorum beneficiorum ad tempus, quod illi visum fuerit, & si adhuc sic suspensi existentes non desistant à concubinis, aut similium mulierum conuersationibus, priuabuntur omnibus beneficijs, portionibus, officijs, pensionibus ecclesiasticis perpetue, eruntq; inhabiles ad supradicta obtinenda, donec manifeste resipiscant, tunc enim Ordinarij dispensabunt cum illis, & si iterum redeant ad vomitum, vltra supradictas pęnas puniantur excommunicationis sententia; qui si non habuerint beneficia, pensiones, aut similia, ab ordinario puniantur secundum delicti grauitatem, & perseuerantiam in eo pœna carceris, suspensionis, inhabilitatis ad beneficia, & similibus, vt sacri canones statuerunt. Si autem concubinarius huiusmodi fuerit Episcopus, & monitus à synodo non emendetur, ipso facto est suspensus: persuerans autem in suo peccato, si necesse sit, causa ad summum Pontificem remittatur, sic enim definitum est à Cõcilio Tridentino.

Circa cuius decretum primũ, quod debet notari, est, quod clerico priuato fructibus sui beneficij, non debet illi relinqui, neq; quo sustentetur; quoniam expedit, vt qui non meretur, paupertatem patiatur secundum quandam legẽ iuris, quod tamen est verum, nisi clericus sit tam pauper, vt non habeat vnde possit aliunde sustentari, quia in hoc casu iustitia, & æquitas dictat, quòd ex fructibus sui beneficij dentur ei alimenta, sicut dantur clerico pauperi suspenso, vt ordinat ius, vbi notat Præpositus; sic explicat Concilium Salzedus. Et nota, quod non solum amittit ipse clericus fructus, sed etiam distributiones quotidianas, vt tenet Na. explicans Conc.

2 Secundo debet notari circa hoc decretum, quòd clericus monitus, vt separetur a quadam conuersatione, si non separetur, amittit tertiam partem fructuum, vt diximus; vnde videtur Concilium velle, quod clericus priuetur fructibus, si probetur habuisse semel rem cum aliqua muliere, quia canones antiqui statuerunt quod clericus deponeretur ob solam vnicam fornicationem; quod confirmatur, quia Concilium Tridentinum noluit prohibere hoc peccatum minus quam prohibitum erat à iure antiquo, quod constat ex pœna, quã consequenter addit; at secundum ius antiquum prohibitum erat clericis, non solum habere concubinas, aut similes alias mulieres suspectas domi, aut extra domum, sed etiam accedere ad illas, aut habere cum illis aliquam conuersationem.

3 Tertio debet notari circa Concilium, quod non habet locum in clericis ordinum minorum tantum, quoniam huiusmodi per notoriam fornicationẽ non sunt suspensi ab actibus suorum ordinum, & per consequens exercentes eos non sunt irregulares, vt post alios defendit Nauarr. Couarr. & Salzedus tamen dicunt, quod propter authoritatem communis opinionis, quæ tenet con-

Cõc Tr. sess. 25 c. 14. de refor. l. bona fides. ff. depositi.

Cap. Praeter vbi pręposi. col. 2. 32 d. Salz in prac. crimin. 79. p. 261. Na li. 5. cõsil. tit. de verb. sig cõs. 6. f. 637. Capit. presby. 81. dist.

C. sicut, & ca. si aũ., & c. cum de co habita. t ò cle. & mul.

co itrarium pro constitutis in minor ib. ordinibus publicè concubinarijs, ideo debet illis consuli, vt petant dispensationem à Papa.

4 Quarto debet notari, quod cócubina clerici, quamuis sit nupta, non committit cum eo peccatū incęstus, sed solū sacrilegij, & si est nupta, sacrilegiū, & adulterium, & sic defendit post alios Sarmiétus, & Salzedus contra aliquos, qui irrationabiliter dicunt committere incęstum, & huiusmodi concubina, quãuis sit nupta, si peccatum est publicum, debet castigari etiam à iudicibus sęcularibus secundum eius culpam.

Na in c. si quãdo in excep. 11. col. 53. de rescr. Cou. in cl. si fur. 1. p. §. 1. n. 5. Salzed. vbi su. pag. 264. Sarm. li. 1. sele. c. 5. nu. 6. Salz. vbi sup. pa. 262.

5 Quinto debet notari circa dictum decretum, quod clerici habentes filios ex concubinis non possunt ascendere ad altiorem dignitatem, quam habent, sed debent in ea perpetuo permanere, quamuis emendentur, & faciant vitam exemplaré, sic desiniuit Pius V. in quodam suo motu proprio, vt refert Rosas in sua Epitome.

6 Secunda Concl. Sęculares concubinarij cuiuscumque conditionis existãt, si moniti ab Ordinario de officio non reliquerint concubinas, debent excommunicari, a qua excõicatione non possint absolui, donec obediant, & si excõicati perseuerent per annum in concubinatu contemnendo censuras ecclesiasticas, debet contra illos procedere Ordinarius cum seueritate, & rigore secundum qualitatem delicti, sic statutũ est in Conc. Trid. Circa hoc decretum debet notari primo, quod Iudex potest procedere contra concubinarios per aliam viam, & imponens alias pœnas præter eas, quæ in hoc decreto ponuntur, quia licet in eo solum iubeatur ꝓcedi per viam inquisitionis, non restat, quin insinuent posse procedere alijs vijs in illis verbis (etiam ex officio) & in illis (nullo etiam requirente) quia illa verba implicant casum minus dubium secundum doctrinam notatam ab omnibus in quadam lege iuris ciuilis; vltra quod dicit Panormitanus, quod multæ pęnæ sunt ordinatæ contra istos concubinarios, vnde iudex cognoscens de illis potest eligere pęnam grauiorem, aut blandiorem secundum qualitatem delicti. Secundo debet notari, quod serua, quam dominus tenet pro concubina, aut habet rem cum ea, potest compellere illum, vt vendat eam, si illa propter suam fragilitatem non audet illi resistere, sic tenet Nauarrus, quem sequitur Fr. Ludouicus Lopez; quod probatur, quia potest compellere dominum ad venditionem propter malam vitam, quam dat ei verberando cum crudelitate; & certum est maiorem persecutionem esse, quæ fit cótra animam, quã quæ fit contra corpus, vt dictum est supra cap. 49. nu. 11.

Concil. Tri. sess. 24. ca. 8. de refor. Rosas i epitom succ. ac 27. n. 19.

Concil. Tri. sess. 24. ca. 8. de refor.

L. et ff. d mi. Pan. in c. & si cler. c. 1. n. 36. de iudic.

Nau. in Ma c. 16 n. 21. Lop. in inst con sc. 1 p. c. 68. l. iustissime ff. de ædil. edic. c. pcipimus 12. q. 1.

Monitorium ad Confessarios.

7 MOneo Confessarios, vt venientibus ad eos concubinarijs, exaggerent eis hoc peccatum cum ferat secum ex constitutionibus synodalibus multorum episcopatuum annexam excommunicationem reseruatam Episcopo, & castigentur pęnis supradictis, & eorum concubinæ præcipiuntur mitti in exilium secundum decretum Concil. Triden. & refert Nauarr. Secundo aduertant, si habent authoritatem absoluendi ab hac excõmmunicatione contra eos fulminata; & moneo eos, vt nolentibus illis relinquere peccatum, si est suspicio, quod redituri sint ad peccatum, negent illis absolutionem, quoniam huiusmodi pęnitentes nolentes auferre occasionem, certum est non habere contritionem requisitam; vt dicit Silu. & licet habeant veram contritionem, & secundum iudicium Confessarij cesset periculum incidendi si peccatum sit notorium, & omnes habeant vehementem suspicionem incontinentiæ, propter scandalum non debent absolui, si omnino non separentur à concubinis, cùm secundum legem naturalem, & diuinam debeamus vitare scandalum; sic dicit Siluest. quem sequi-

Concil. Tri. sess. 24. ca 8. de refor mat. matrim. Na ua i Ma nu. c. 16. nu. 21.

Sil. ver. concubinarios. q 2.

Sil. vbi sup.

Lop. vbi su. 1. p. c. 20. col. 159. sequitur Fr. Ludouicus Lopez. Vnde sequitur, quod si concubinarius est emēdatus, & cessat periculum, & peccatum est occultum, & sic non erit scandalum cohabitando cum illa, poterit absolui, nisi duo aut tres sint conscij eius delicti, qui scandalizabuntur, si viderint eos simul, tunc enim quamuis emēdati sint, non possunt absolui, vt dicunt authores allegati, quia Christus dixit, ne daretur scandalum vni ex pusillis. Matt. 18.

8 Aduertendum vlterius, quod ad impediendum hoc vitium, & eradicandam hanc malam herbam, est necesse, quod compellant homines pœnitentes, vt relinquant prauas mulierum conuersationes, & notent multos dicturos nō posse se continere, & videri sibi multum asperum nō visitare saltem, loqui, aut scribere personis, cum quibus conuersantur, aut conuersati sunt, propter quod promittunt non facturos huiusmodi res mala intentione, aut animo: quibus debent Confessarij persuadere, & notum facere, quod sic non abstinēt à peccato mortali, quia in hoc, quod volūt eas visitare, & seruire sicut prius, habent propositum virtuale ponendi se periculo peccandi mortaliter; & tenetur pęnitentiarius in hoc casu sub pœna peccati mortalis negare illis absolutionem, si habent voluntatem perseuerandi in dictis occasionibus, quod totū debet intelligi, licet peccent peccato cogitationis solum, vt aduertit Alcocer. Verum est tamen, quod si conuersarentur cum dictis personis cum aduertentia, & cautela, vt cessaret periculum, & scandalum, non bene facere negantes illis absolutionem. Alcoc. in sum. c. 7. iuxta fi. & c. 8.

9 Vlterius moneo Confessarios, quòd non possunt absoluere concubinam, quæ non vult desinere visitare concubinarium in eius infirmitate, & vult tenere candelam sua propria manu in articulo mortis illius, cum sciatur, & notum sit omnibus esse eius concubinam: imò quamuis nesciatur, non debet absolui, nisi concurrentibus quatuor conditionibus. Prima est, quod pœniteat eam peccati commissi in hac occasione. Secunda, quod habeat firmum propositum de non redeundo de cætero ad peccatum. Tertia, quod concipiat in animo propositum non peccandi cum illo mediante Dei gratia: licet sit in occasione peccandi. Quarta, quod sit magna aliqua causa, per quam non abstineat ab hac occasione, quas omnes tradit Nauarrus non sufficere, si ipsa non concipiat animo propositum exhortandi saltem in generali, & sincere illum quem secum habet, quod faciat pęnitentiam suorum peccatorum, vt memoria illorum renouata ipsis pręsentibus dicta exhortatio sit quasi theriaca contra carnem, & sensum carnalium rerum, & praua desideria; quam doctrinam approbat Frater Ludouicus Lopez. Nau. in Ma. c. 3. nu. 5. lit. E, & G, 5. 6. Lop. in inst. conf. c. 1. p. c. 21. col. 167.

De Luxuria quoad mulieres publicas, & amoribus expositas. Cap. CCIII.

SVMMARIVM.

An sit licitum, quod in aliqua parte ciuitatis sint domus meretricibus destinatæ, concl. 1. nu. 1.

An sit licitum permittere, quòd meretrices habeant defensores, concl. 2. nu. 2.

An ancillæ meretricum debeant absolui, cum vadunt ad amicos earum cum nūtijs, & aperiant portam, sternantque lectum, concl. 3. nu. 3.

1 PRima Concl. Licitum est gubernantibus permittere, quod in aliquo ciuitatis loco adsint mulieres meretrices, vt post D. Augustinū tenet S. Tho. dummodo locus sit conformis, & prout à iure ordinatum est, vt dicit Nauarrus, in quo quidem loco illis destinato est licitum locare illis domus, non ea intentione, vt offendant Deum, sed vt in illis habitent, habentes locatores displicentiam sui peccati, vt docet idem Nauarrus. D. Th. 2. 2. q. 10. ar. 11. Naua. in Ma nu. c. 17. nu. 195. Lit. A. & c. Na. c. 17. nu 165. lit B.

2 Secunda Conclusio. Licitum est

permittere, quod huiusmodi mulieres habeant patronos, non vt illis faueant in suis peccatis, sed vt defendant eas ab earum lenonibus, & vt videant, si quæ illarum habeat infirmitatem contagiosam, qui patroni ibi existentes possunt habere stipendium, cum, facto peccato, quod huiusmodi mulierib. tribuitur, si illis debitũ, & sic possunt illud recipere, dummodo absit ab eis dolus, & fraus; quo recepto, possunt dare ex eo suis patronis. Si autem tenentur in aliquibus casibus restituere, videatur in Bulla Compositionis, vbi dixi, quid sufficiat ad tam infamem materiam.

3 Tertia Conclusio. Possunt famuli, & ancillæ seruire meretricibus aperientes portam earum amatoribus, dum veniunt ad peccandum cum eis, & quã econtra ipsæ adeunt domos illorũ, possunt eas comitati, possuntque sternere lectum, in quo sciunt peccaturos; & ferre nuntia, & schedulas ipsarum amantibus, in quibus sciunt esse preces, quibus eos deprecãtur, vt adeant eas, cum hoc totum ordinetur ad peccandum: & possunt ipsæ, aut ipsimet famuli dare illis responsa dicentes, domina mea te deprecatur, vt hac nocte manduces cum illa, quamuis sciant, quod cœna facta peccabunt; quod probatur; quia totum hoc possunt facere huiusmodi famulæ, seu ancillæ, sine peccato mortali non placendo illis de peccatis dominarum, sed ad aliquem bonum finem, hoc est, quia seruiunt, & soluitur illis stipendium, & victus, vt resoluit Nauarrus. Sed quamuis Nauarr. teneat hanc opinionem credo oportere Confessarios vti ea caute, quoniam dato casu quod facere famulos, & ancillas huiusmodi seruitia ex sua natura speculatiuè loquẽdo non sit peccatum: practice tamen sępè famuli, & ancillę similium mulierũ peccant; tum quia ipsæ incitant homines ad peccata, adhærentes illis vt videtur; tum quia vt plurimum huiusmodi ministrj harum non sunt honesti, & nemo talis conditionis vellet eis seruire, si esset honestus, & probus. Verũ est

Na li. 5. cõsti. de pęn. & rem. cõs. 6. f. 573.

tamen, quod opinionem Nauarri admitterem ego libentius in famulis aliquorum hominum bonæ famæ; quos domini solent mittere ad prędictas mulieres cum internuntijs, quia tales sæpe habent domi iuuenes honestos, & probos, quibus non tam facile adhæret labes, quæ inde nasci solet, & sic videntur mihi posse concordari cum Nauarro, qui contra ipsum insurgunt, inter quos est Angles tractatu de ieiunio, quæst. 7. difficul. 5. quia omnes loquuntur vniuersaliter & absolute; & hic loquor cũ modificatione debita huic materiæ satis probriosæ, ita vt à multis fuerim notatus in hac modificatione propter infamiam materiæ.

De luxuria vt est adulteriũ. Cap. CCIV.

SVMMARIVM.

Quomodo committatur adulterium, & an sit peccatum mort. & an ratione actus tractatur adulter aliquid dare marito, concl. 1. nu. 1.

Ad quid teneatur adulter habens aliquã certitudinem de filio suo adulterino, ibi.

An adulteri in articulo mortis teneantur meliorare legitimos ratione legitima debita ab adulterinis, ibid. nu. 2.

An restituente vno adulterorum in integrũ marito damna ratione filij adulterini, teneatur alter ad restituendam aliquam partem, ibid. nu. 3.

An teneatur adultera manifestare filius, quòd sit habitus de adulterio non habẽs, quo recompenset damnum, quòd euenit, concl 4. nu. 4.

An adultera non valens restituere, teneatur manifestare delictum cum magno damno suæ famæ; sciens quòd sic inde fiet restitutio concl. 5. nu. 5.

An infamata de adulterio credens sine periculo posse reuelare delictum teneatur reuelare, vt fiat satisfactio pro adulterino filio debitò, concl. 6. nu. 6.

Quid facere debeat adultera non obligata manifestare delictum, vt possit restituere damnum secutum ex filio adulterino, concl. 7. nu. 7.

An

1 Ad explicationem eius, quod dici debet, notandum est, quod adulterium accidit, quando homo solutus habet rem cum muliere nupta, aut homo vxoratus cum muliere soluta, aut denique, quando ambo sunt matrimonio coniuncti: hoc supposito ponũtur sequentes conclusiones.

Prima Conclusio. Adulterium est peccatum mortale, & ratione eius non tenetur adulter restituere quicquam marito; sic tenet Medina, quia hoc peccatum, quamuis sit iniustitia non est tamen huiusmodi, vt soleat compensari; si tamen adulter intelligit filium natũ ex ipso actu, & quẽ adultera ait esse filium suum, tenetur restituere totum, quod maritus expendit, aut quod impendit hospitale, in quo educatur, nisi paupertas adulterorum fuerit tanta, vt excusẽtur ab hac obligatione: tenetur etiam restituere filiis legitimis mariti totam hæreditatem, quam habuit filius adulterinus, & per consequens tenetur restituere dotem, quam dedit; & totum, quod impendit in nuptiis filiæ adulterinæ, vt post S. Antoninum resoluit Nauarrus, & Med. contra Sotum, qui negat hoc, non aduertens, quod adulter fuit causa propinqua satis huius damni & quod ad hoc, vt aliqs teneatur restituere aliquod damnum, sufficit fuisse causa satis propinqua eius; tanto magis, quod actus adulterii ex se ordinatur ad generationẽ, & per consequens est medium damni, quod filius illegitimus efficit, quod adulter debet restituere, non tamen in integrum, sed secundum arbitrium boni viri, qui debet obligare ad maiorem vel minorem certitudinem quam habet adulter, quod filius, aut filia sit sua, vt tenet Corduba, quẽ sequitur frater Ludouicus Lopez: supradictum enim intelligitur, quando adulter habet aliquam certitudinem, quod natus sit suus, si enim dubitaret de hoc cũ causis sufficientibus dubitandi, s. quia scit matrem cognouisse alium hominẽ eodem tempore, ad nihil teneretur, vt dicit Nauar.

Med. in sum. fol. 119.

Nau. in ma. c. 16 n. 47. & 48. Med vbi sup. f. 121. Sot. li. 4. de iust. q. 7. ar.

Cor. de casib. q. 102. Lop vbi sup. 3. p. c. 90

Nau. vbi supr. num. 48

2 Secunda Conclusio. Adulter, aut altera, damnificãs filios suos legitimos, tenetur in articulo mortis meliorare eos, non quantum legitima pars valet, quam habuit filius adulterinus, sed aliquid minus secundum arbitrium boni viri, & si in articulo mortis adultera restituerit partem suam, adulter tunc tenebitur ad minus; quia potest esse, quod filius legitimus moriatur viuente patre putatiuo, qui hæreditabit partem suam secundum iuris dispositionem.

3 Tertia Conclusio. Restituente primo adultera in integrum marito, non tenebitur adulter ad restituendam aliquam partem, quoniam totum id quod illa restituit marito, in vtilitatem aliorum filiorum legitimorum resultat, cũ debeant habere hæreditatem patris, & sic restituente prius adultero non tenebitur adultera supposito, vt plurimum accidit, quod commisit adulterium solicitata ab adultero.

4 Quarta Conclusio. Non tenetur adultera manifestare adulterium, quod cõmisit, si habet, quo possit compensare damnum, quod inde euenit; si autẽ id non habuerit, & putat, quod reuelãs filio, aut aliis, sit facienda debita compẽsatio, tenetur ad illud, nisi ex reuelatione exponat se periculo amissionis vitæ,

famæ ve; immò addunt homines docti teneri eam ad reuelandum, quamuis cum aliquo detrimento suæ famæ, credensque quòd sic allatura sit remediũ negotio, cum sit ipsa mulier infimæ cõditionis, & filius sit habiturus aliquod magnum primogenium, quoniam quãuis contrarium sit definitum in iure, debet tamen ius intelligi loquendo regulariter, & non in casu hoc particulari, vt dicunt Sotus, Couar. Corduba, & Medina, & addunt aliqui quod ẽt cum periculo suæ vitæ tenetur adultera reuelare delictũ, quando ex eius occultatione constaret aliquod Regnum deuoluendum filio adulterino. Verum est tñ, quod quo ad hoc omnes tenent contrarium, quia nemo cum discrimine vitæ tenetur restituere bona, quæ ab alio inuitè surripuit, nisi forte propter eam manifestationem veritatis euitarentur lites, bella, & seditiones in Regno; quia in hoc casu teneretur manifestare, præferens pacem, & bonum commune Regni bono suo particulari.

c. offic. j de pœn. & rem. Sot. vbi sup. ar. 2 ad 1. Co in re pec catũ, 1. p. fo. 40. Cord. l. 2. q. 13. Med. in sum fol. 121.

5 Quinta Conclusio. In casu, quod adultera non habeat, quod possit restituere, & manifestante ipsa rem, & delictum, fieret restitutio, nõ tenebitur manifestare cum magno, detrimento suę famæ, licet sciat pinguem hęreditatem competere filio illegitimo, si filius legitimus est etiam filius eius, cum filius propter honorem matris teneatur perdere hoc, & multo plus; vt dicit Corduba cum multis aliis, quod limitat Fr. Lud. Lopez, quod non habeat locum in casu, quod magna aliqua hæreditas fuisset pingue primogenium, & in casu, qđ ipsa esset mulier non probæ famæ, & maritus ipsam ante matrimonium cognouisset, quod mihi videtur esse multum rationi consentaneũ: secundũ quã rõnẽ debẽt regulari res morales, quidquid dicat in hoc puncto Gutierez.

Cor. vbi supr. Lop. vbi sup.

Gut. in q. 1. can. c. 38.

6 Sexta Conclusio. Si hmõi mulier erat iam infamata de adulterio, & credit, quod sine periculo aliquo potest reuelare delictum, & quod maritus & filius credent ei, tenetur reuelare vt fiat aliqua sufficiens satisfactio, sic dicunt Nau. & Cou. & idẽ debet dici, si credat hæc mulier, qđ filius suus, cũ sit probus & studiosus, taleq; putans matrem suã, crediturus sit ei, & quod nollet hæreditatem, vt dicunt Nau. & Corduba.

Na c. 16 num. 46 Cou. in reg. pec catũ in prin. n. 6. Na. vbi supr. num. 47 Cor. de casib. q. 102.

7 Septima Conclusio. In casu, quod adultera non teneatur ad manifestãdũ crimen, si vult restituere damnum tenetur id facere aliis modis, v.g. inducens filium vt ingrediatur religionem, vt nõ hæreditet, aut si hæreditet, q statim renuntiet in tempore significato a Concil. Trident vt consulit Sotus, quod tenetur persuadere rationibus quibus sit possibile, vt affirmat Cord. contra Sot. cum teneatur per omnes vias possibiles inuenire modum, quo filii legitimi remaneant sine damno. Tenetur ẽt persuadere ei, vt fiat ecclesiasticus, vt sic habens beneficium ecclesiasticum, quo possit sustentari, renuntiet fratribus partem legitimam hæreditatis, & si adhuc filius noluerit id facere, ex bonis paraphernalibus, quæ habet vltra dõtem, det marito, & filiis legitimis, quöd tenetur compensare illis pro damno: quæ bona, si non habeat, demere debet de impensis suis in victu, vestitu, & contenta sit solum necessariis; curet præterea augere bona mariti cum sua industria, & labore, & si nec hoc potuerit facere, legare poterit filii legitimis illã partem, de qua disponere poterat pro anima sua secundum ius, aut legare extraneis, & sic poterit legare filiis legitimis tertium, & quintum, quod illi cõceditur per leges huius Regni Castellæ, & si nil potuerit facere, sufficit secundum Scotum quod habeat contritionem.

Soto in 4. d. 15. q. 2. a. 4. & lib. 4 de iusti. q. 7. ar. 2 ad 1. Cor. vbi supr.

8 Octaua Concl. Non tenetur filius adulterinus credere matri dicenti esse adulterinũ, qa natus est in domo patris putatiui, sicut ceteri, & ideo non debet Confessarius consulere ei, vt credat matri suæ, quia si credit matri, tenebitur restituere hæreditatẽ filiis legitimis: dubius aũt existẽs poterit eã licite retinere quia semper est melior conditio possiden-

sidentis; sic dicit Medina. Quę doctrina, vt sit vera, debet explicari secūdum illam Soti, qui quamuis dicat istū non teneri credere matri, quamuis iuret illud: si tamen tenet notitiam, quod pater erat absens, quando ipse conceptus fuit, & quod ideo non potuit illum gignere, aut si habet alia indicia tam vrgentia, vt possit credere matrem suam dicere ei veritatem, tunc tenebitur credere ei in foro interiori, & renunciare hæreditatem, licet in foro exteriori fuerit ei à iudice adiudicata; quod puto verū esse, quia credere matri suæ in hoc casu non est stultitia, aut leuitas. Hinc infertur, quod talis filius non poterit in hoc casu initiari ordine sacro sine dispēsatione illius, qui potest dispensare in irregularitate illegitimitatis, vt resoluit Nauar. in quodam Consil.

Nau. li. 1 cōst. tit. de filiis presby. const. 1. fol. 65.

9 Nona Conclusio. Licitum est patri, & marito, occidere filiam, & vxorem, quæ committunt adulterium, vt determinatum est in iure, si inueniant eas in actu delicti, custodientes & obseruantes sollemnitates requisitas ab ipso iure; & sic si maritus authoritate iudicis, probato legitime adulterio occiderit adulteros, qui sibi traditi sunt, non peccat, vt post alios tenet Sotus, & Veracruz; quod procedit, quamuis adulteri fugerint, quia condemnati in absentia, cum sint à iudice, potest maritus eos occidere, vbicunque eos inuenerit, nisi etiam ipse maritus fuerit etiam de adulterio conuictus, quia in hoc casu nō poterit iudex cōdemnare ad mortem. Supradictum autem intelligitur, si maritus occidit eos zelo iustitiæ, & nō odio, quo eos prosequitur, quia tunc peccaret mortaliter, vt dicit Guttier. sicut etiā peccat mortaliter maritus occidēs mulierem propria authoritate, licet repeririat in fragranti delicto adulterij, licet id faciat zelo iustitiæ, & sine odio, quia quamuis lex ciuilis permittat ei id facere sine supplicio, huiusmodi tamen permissio non liberat à peccato, vt dicit D. Thom. & alij multi quos referunt Couar. & Nauar. & Guttier.

Soto in 4. d. 37. q. vnica ar. 3. cō. 3. & li. 5 de iusti. q. 1. ar. 3 ver. subsequitur de viro. Veracr. in suo speculo coniug. 3. p. art. 24. lit. C c. 159.

D. Th. in 4. d. 37.

10 Decima Cōclusio. Mulier cōmittens adulterium viuente marito, aut post mortem eius viuens luxuriose amittit non solum bona lucrata durante matrimonio, sed etiam dotem, sic tenet Perez, Ant. Gomez, Sot. & Couar. & confirmat id quædam lex nouę recompilationis, quod procedit, quamuis matrimonium sit putatiuū. Ad hoc tamen est necesse, quod maritus procedat cum authoritate iudicis, quoniam si occidit vxorem propria authoritate reperiens eam in actu adulterij, non habebit dicta bona, vt aperte ordinatur in quadā lege Tauri: & ratio est, quia dicta pęna non incurritur ipso facto, sed per sententiam legitima probatione præmissa, vt dicunt DD. allegati.

Coua. de sp. 2. p. c. 7. §. 7. num. 9. Nau. ca. 15. nu. 13 in fin. Gut. l. 2 pract. q. 1. nu. 22 Perez in l. 4. ad ti. §. viuere & latius ver. mārit. iterō. tit. lib. 8 ordin. Gom. in l. 52. Tauri, n. 8 & in l. n. 81. ar. nu. 46. Soto l. 8 de iusti. q. 1. ar. 2 d. 2. Cou. de spon. 2. q. § 6. n. 1. 2. & 4 l. 2. ti. 20 l. 8. recopilat. 82 Tauri. Sil. ver. accusat. q. 6. Nau. ca. 25. n. 32.

11 Vndecima Conclusio. Homo, qui bis aut ter reperit vxorem cum aliquo homine, & dato illi ab adultero aliquo pretio parcit illis; non peccat euitans scandalum, & occasionem reincidendi in adulterium, nec tenetur restituere, quod ab adultero recepit, quia renuntiauit ei ius, qui habebat accusandi illos de peccato commisso, non autem id q̄ postea committere possent; & quamuis renuntiaret ei ius accusandi etiam in posterum pro aliqua quantitate nummorum, non tenetur restituere ipsi, sed pauperibus, vt tenet Siluest. & Nauarr. Verum est tamen, quod si obueniam prædicto pretio factam putat homo, quod adulter capiet occasionem cognoscendi vxorem suam maiori libertate, peccat mortaliter parcēs eis ob dictum pretium, & condemnatus ille maritus à iudice tanquam homo, qui propter pecuniam permittit vxorem suam adulterari, tenet obedire sententiæ in foro cōscientiæ, vt tenent Corduba, & Fr. Ludouicus Lopez.

Cord. de casib. q. 77.

12 Duodecima Conclusio. Vxor requisita à marito, an commiserit adulterium, vt illam occidat, potest respondere se non commisisse, si scit, non commisisse heri, quia sic intelligens non mētitur, vt neruose defendit Nauarr. contra Sot. vbi dicit posse affirmare supra.

Lop. in istr. neg. li. 1. c. Nau. in c. humanę aures c. 2. q. 5. n. 11. n. 9

pra.

prædictum etiam cum iuramento, allegans parte pro sua D. Hier. Greg. & Thom. Ricard. Scotum, & alios graues Doctor.

13 Decimatertia Conclusio. Peccat mortaliter adultera, quæ post confessionem peccati iurat marito esse liberã, & immunem ab illo crimine putans esse sibi remissum, sic tenet Nauarr. & est opinio Silu. & probatur, quia secũdum opinionem omnium Theologorũ nemo potest in hac vita tenere certitudinem moralé, quod sit in gratia: & quod sua peccata sint illi condonata, & si non habet certitudinem moralem, non potest iurare.

Nau. in Man. ca. nu. 18. Silu. ver bo iura men. 2. §. 8.

De Luxuria, vt est sacrilegium. Cap. CCV.

SVMMARIVM.

An committat sacrilegium, qui in Ecclesia solum habet actus interiores libidinosos concl. 1. num. 1.

An sit sacrilegium habere rem cum muliere, vel viro religioso, aut cum ordine sacro initiato, concl. 2. nu. 2.

An habere rem cum moniali, aut cum clerico ordinis sacri sit reseruatum Episcopis, ibid.

An sit sacrilegium cognoscere mulierem in dormitorio alicuius monasterij, concl. 3. num. 3.

1 Prima Conclusio. Qui in Ecclesia habet interius actus libidinosos, non vult autem adimplere appetitum suum in Ecclesia, sed extra, non committit sacrilegium, & sic non tenetur confiteri hanc circunstantiam; committunt autem econtra sacrilegium, qui extra ecclesiam habuerunt huiusmodi cogitationes cum proposito adimplendi in Ecclesia, vnde tenentur confiteri hanc circunstantiam, vt dicit Nauar. Hinc sequitur, quod qui extra Ecclesiam existens habet cogitationem occidendi, aut iurandi in Ecclesia, tenetur confiteri hanc circunstantiã, & econtra non tenetur eam confiteri, si in illa cogitauit facere extra eã. Sequitur secundo, quod nec verba, nec inspectiones inhonestæ habitę in Ecclesia sũt sacrilegia, quarum circunstantia debeat exprimi: verum est tamen, quod si adsunt tactus impudici in partibus inhonestis corporis, quamuis non sit pollutio ex ijs sequuta, est circunstantia necessaria ad confitendum, vt post Silu. tenet Nauarr.

Nau. in Man. ca. 6. nu. 9.

Nau. vbi supra nu. 17.

2 Secunda Conclusio. Sacrilegium est habere rem cum moniali, aut mulierem sæcularem cum religioso, aut cum ordine sacro initiato, sic tenet Nauarr. Et est notandum, quod quando Episcopi reseruant sibi sacrilegium, non videntur reseruare coniunctionem cum moniali, aut cum clerico ordinis sacri, vt dicit Frater Ludouicus Lopez. Debet etiam notari, quod monialis, quæ ante professionem habuit aliquem actum carnalem, aut pollutionem volũtariam, peccat recipiens velum consecrationis sine dispensatione Episcopi, aut sine alia honesta cautione, vt dicit Siluest. Debet etiam notari, quod actus carnalis habitus in Ecclesia polluit eam, vt infra dicetur.

Nau. vbi supra nu. 12.

Lop. i in str. cõsc. 1. p. c. 73 col. 494

Sil. ver. consecr. virginũ. q. 1.

3 Tertia Conclusio. Non est sacrilegiũ cognoscere mulierem in dormitorio alicuius monasterij, quoniam monasterium est quartæ speciei rerum sacrarũ, & si contrarium diceretur, sequeretur, quod actus carnalis commissus in aliquo prædio Ecclesiæ, & domibus eius, esset sacrilegium, quia huiusmodi res etiam sunt de quarta specie rerum sacratum, & non obstat, quod actus carnalis, qui committitur in cœmeterijs Ecclesiarum, sit sacrilegium, quia cęmeterium, & Ecclesia sunt res sacræ tertiæ speciei, vt post Sanctus Thomas tenet Nauar. quem sequitur Cordoba.

Nau. in Man. ca. 26 n. 4. § interro. Cord. de cas cõsc.

De

De Luxuria vt est stuprum.
Cap. CCVI.

SVMMARIVM.

Quid sit stuprum, & quomodo committatur solo actu interiori, & si teneatur virgo quando accusatur de aliquo actu libidinoso manifestare, quod sit virgo, conclus. 1. num. 1.

An teneatur clericus stuprans virginem dotare eam, conclus. 2. num. 2.

An sit obligatio dotationis consentiente ipsa in stuprum, concl. 3. num. 3.

An sit obligatio dotandi virginem, quæ inuenit post stuprum maritum æque bonum, & honore præditum, ac inuenisset virgo existens, concl. 4. num. 4.

An nolente virgine stuprata nubere ei, qui cognouit eam, teneatur ipse dotare eam, conclus. 5. num. 5.

Quis ordo seruari debeat in restituendo virgini corruptæ, concl. 6. nu. 6.

An peccet, qui ficte contrahit cum aliqua ad effectum solum violandi eam, & an sit necesse, quod viro consentiente mulier de nouo consentiat, conclus. 7. nu. 7.

An contrahens ficte cum aliqua, & postea ducens aliam cum animo contrahendi, validè contrahit cum secunda, ibid.

An dictus sic contrahens teneatur de damno facto primæ, ibid.

An qui promisit ducere aliquam in vxorem sine animo adimplendi, teneatur eã ducere promittente ipsa cum animo adimplendi, & sic cognoscit eam concl. 8. num. 8.

An qui promisit contrahere cum aliqua sine animo adimplendi, teneatur eam ducere si habuit eius virginitatem, con clus. 9. num. 9.

An cognoscens virginem si habita copula promisit ducere eam, teneatur accipere illam in vxorem, licet dicat inuenisse corruptam, concl. 10. num. 10.

An quæ prius voto facto Religionis, promittet virginem matrimonium, teneatur hanc ducere, ibid. concl. 11 num. 11.

An illa, quæ cum ficto titulo virginitatis se fecit dotari ab aliquo diuite, qui duxit eam, teneatur ad restitutionem dotis, ibid. num. 12.

AD explicationem eius, quod debent dici in hoc capite nota, quòd stuprum est, quando cognoscitur virgo, & sic propter ruptionem sigilli virginalis est peccatum speciale, & non sufficit virum esse virginem, vt post D. Thom. tenet Caiet. D. Th. 2. 2. q. 154. art 6. & ibi Caietan.

1 Prima Concl. Non solum est stuprũ, quando virgo mulier consentit in actũ carnalem; sed etiam quando interius consentit in eum, & sic quando confitetur aliquem actum interiorem consensus carnalis, tenetur confiteri hanc circunstantiam, quod sit virgo, vt tenẽt Nau. Med. & Frat. Lud. Lop. quæ opinio speculatiue nõ potest negari esse vera, quia eiusdem speciei est actus interior, ac exterior, & sic si exterior actus est stuprũ, sic etiam erit actus interior; sed tamen quo ad practicam confitendi hanc circunstantiam est diuersitas opinionum, quia Sotus dicit, quòd peccans actu exteriori tenetur confiteri talem circunstãtiam, si autem peccat solum actu interiori, non tenebitur declarare: Alcocer sequens Sotum tenet non teneri cõfiteri illam circunstantiam, quia si mulier est in possessione, quod sit virgo, quamuis non explicet circunstantiam, iam explicat sufficienter suum peccatum, etsi non est virgo non est necesse, quod declaret, quia dicens non esse virginem videtur excusare aliquo modo suum peccatum: sed tamen contra hãc rationem obstat sequens ratio, quia quamuis circunstantiæ diminuentes peccatum non debeant de necessitate exprimi; quæ tamen ita diminuunt, vt mutent speciem, non debent taceri; & ideo si hæc mulier non est virgo, debet illud dicere, quia huiusmodi declaratio ita minuit peccatum, vt non sit stuprum. Hinc sequitur quod opinio Nauarr. secundum supradictum debet in totum sequi, & practicari; sed tamen Sot. in 4. d. 18. q. 2 art 4. Alc. in sum. ca. 20 n. 72.

men

men compatiens infirmitati, & fragilitati humanæ, viso quod mulieribus (quia sunt verecundæ) sit graue declarare, quod non sunt virgines, quando confitentur aliquem actum interiorem consensus carnalis, quia dicentes non esse virgines, confitentur peccata, quæ fecerunt, non obstante quod iam alias confessæ sunt, admoneo Confessarios, ne constringant eas confiteri huiusmodi circunstantiam, quia opinio est Caietan. quod ruptio sigilli virginalis in muliere solum mutet speciem, quando est sub potestate parentum, cum in hoc casu efficiatur minus idonea ad matrimonium, & egeat maiori dote. Hinc sequitur secundum hanc opinionem, quod solum à mulieribus, quæ sunt sub potestate patris, tenentur petere, vt confiteantur hanc circunstantiam, non autem à monialibus, & ab alijs aliorum statuum, quæ non sunt sub patria potestate, & ideo debent interrogare Confessarij pęnitentes, si sunt sub potestate parentum, immo & in hoc casu non conuenit hoc interrogare, quando timetur, quod virgo præ pudore non dicet veritatem, vt sæpius contingit, & in hoc casu vtatur Confessarius debita prudentia, cum sit diuersitas opinionem doctorum, & secundum iudicium suum poterit vti nunc vna opinione, nunc alia.

Caiet. 2. 2. q. 154 art 6. in resp. ad 5. dub.

2 Secunda Conclusio. Clericus corrumpens virginem ipsa consentiente tenetur in foro exteriori dotare eam, vt post alios tenet Nauarrus, & Corduba; si vero aliquis blandis precibus, & vehementibus persuasionibus deceperit mulierem, quæ communiter reputatur virgo, & cognouerit eam carnaliter, cũ patiatur in hoc non paruam iniuriam, quamuis in foro interiori non teneatur dare ei aliquid ratione virginitatis, tamen ratione damni, quod in illa effecit, & in eius fama, tenetur facere ei aliquam compensationem secundum arbitrium boni viri, vt tenent Nau. Cor. dub. & Salzedus.

Nau. vbi sup. c. 16 n. 16. & 18. Cord. l. 1. qq. q. 23. Nau. vbi supra nu. 19. Cord. vbi supra ver. quã tum. Salz. in prac. cr. ca. 83 p. 283.

3 Tertia Conclusio. Quando virgo consentit in stuprum non est obligatio restitutionis, vt tenet Sotus quem sequitur Salzedus contra Medinam, qui dicit, quod non solum debet restituere ei damnum, sed quod tenetur eam ducere vxorem, quamuis ipsa rogauerit eum cum corpore suo: sed tamen contra Medinam facit, quod consentienti non fit iniuria, & nostra conclusio procedit, quamuis huiusmodi virgo sit sub cura parentum, vt dicunt Sotus, & Veracruz. Debet tamen hoc intelligi, quãdo ipsa amittit virginitatem tam occulte, quod non patitur infamiam, neque amittit posse nubere, quoniam si patiatur aliquod damnũ, tenebitur, qui corrupit facere aliquam satisfactionem secundum arbitriũ boni viri; & ratio est, quia existente hac virgine sub tutela patris, quamuis ipsa consentiat, nõ remanet, quin faciat ei aliquam iniuriam, cũ debeat illam dotare; dos autem, quam ille habet pręparatam, non sufficit, si publicetur eius leuitas, & defectus, nisi augeatur dos ab eo, qui eam corrupit, sic tenet Salzed. allegans alios, cuius opinio debet sequi, quamuis Petrus de Nauarr. sine ratione sufficienti dicat, quod in hoc casu nõ tenetur, qui corrupit, ad aliquam satisfactionem. Supradictum procedit, quando virgo se obtulit, aut fuit rogata precibus leuibus, non autẽ, quando fuit persuasa precibus multum importunis, quoniam ad effectum dãdi dotem, si nimis fuerit sollicitata, habetur pro constricta, sic tenet Salzed. quod est verũ, quando huiusmodi preces fiunt à persona, cui ipsa non posset contradicere, vt si fuisset dominus, & ipsa eius vasalla; aut alius, à quo sperat habere magna beneficia, non autem si esset alius, qui careat huiusmodi qualitatibus, quia non est mulier, quamuis corrupta, quæ consentiat in hunc actum, nisi rogata, vt aduertit Petrus de Nau. Verum est tamen, quod si his precibus fuerit decepta (siue sit, qui decepit, dominus eius, siue quicumque alios) tenebitur facere satisfactionem, vt dictum est in præterita conclusione.

Sot. li. 4. de iust. q. 7. ar. 1 spe. con. iu. 3. part. tit. 19.

Salz. vbi supra. Nau l. 2. de rest. ca. 3 nu. 438.

Salz. vbi supra.

Nau. vbi sup. nu. 445.

Quar-

4 Quarta Conclusio. Qui corrupit virginem, tenetur eam ducere in vxorem, aut dotare eam sufficiẽter, si ab illo coacta fuit, nisi in casu, quod post dictam vim inueniat maritum, tam diuitem, & ingenuum, vt inuenire posset existens virgo; hanc opinionem post alios tenet Antonius Gomez, Nauarrus, & Cord. quod probatur, quia nullum damnum huic mulieri euenit, & si forsitan cognita veritate à marito, vexet eam, tũc ad illum placandum debet ei aliquid dare secundum arbitrium boni viri, vt tenet Corduba, quẽ sequitur Salzedo: si autem hæc mulier, quæ fuit coacta, recepit dotem ab eo, qui corrupit eam, quamuis postea inueniat maritũ æquè bonum, & diuitem, ac si esset virgo, nullo habito respectu ad dotem supradictam, non tenetur tamen restituere dotem ei, qui dedit illam, quia sicut ille, qui tenetur dare alimenta alicui personæ, si non det prædicta alimẽta illi personæ existenti in necessitate, non tenetur post eã dare transacta necessitate, aut suis hæredibus, si ipsa persona moriatur, quia illud erat debitum personale, & subsidiarium, attamen receptis semel prædictis alimentis non tenetur ea restituere, quãuis cesset præfata necessitas; sic huiusmodi corruptor tenetur dotare illam virginem de iustitia subsidiaria, & inueniente ipsa maritum qualem diximus cessat prędicta obligatio, nihilominus si promittat corruptor, aut det prædictam dotem, ideo non cessante necessitate per ingressum religionis sine dote, aut receptione mariti tenetur restituere prædictam dotem, sic tenet Petrus de Nauarra.

Gom. in l. 80. Tau. nu. 21. Nau. & Cord. vbi supra c. 16. nu. 19. Cord. vbi sup. Salz. vbi sup. eod. c. 85. p. 283.

Nau. vbi supra nu. 485.

5 Quinta Conclusio. Si nolit pater virginis, aut ipsa virgo nubere ei, qui coegit, & corrupit eam, nõ tenetur stuprator dare ei necessaria ad inueniendum maritum æqualis conditionis, si ipse sit homo honore præditus, & qui iniuste repudietur; si vero iuste ab illis repudiatur, quia est infimæ sortis, aut propter alios respectus, tenebitur dare ei, quod est necessarium ad inueniendum maritum æqualem ei virgini, quoniam non est iustum, quod recepta vna iniuria ab illo, qui corrupit eam, recipiant & aliã, nubendo ei, qui non est paneis, & secundum hanc distinctionem, & modum respondendi concordant Couar. & Gutter. duas opiniones, quæ sunt inter Panormitanum, & Ioannem de Anania super hoc puncto.

Cou. in 4. 2. p. c. 6. §. 9. n. 11. Gutt. 1. qq. can. ca. 57. in fine.

6 Sexta Conclusio. In casu, quod aliquis teneatur dotare virginem, quam corrupit, hunc ordinem debet obseruare, si eius pater est pauper debet dare dotem integram secũdum qualitatem eius virginis, & consuetudinem loci, & secundum possibilitatem corruptoris; si tamen pater est diues, non videtur rationabile, quod ex huiusmodi sinistro casu ipse lucretur totam dotem; sufficit ergo, quod detur ei id, quod patri est magis de præsenti necessarium ad locãdam eam, sine quo locaret illam virginem existentem, quia in hoc passa est damnum: etsi pater voluerit amplius pro iniuria, quæ illi fuit irrogata, etiam debet illi retribui, vt docet D. Tho. Caietan. & Couaruuias.

D. Tho. 2. 2. qu. 154. ar. 6 & ibi Caietã. Cou. vbi supra nu. 15.

7 Septima Conclusio. Peccat grauissime ille qui sine intẽtione nubendi, spondet per verba de præsenti coram parocho, & testibus alicui virgini ad effectũ solum cognoscendi eam, & violandi, vltra quod obligabitur in foro exteriori habitare cum illa, & in foro conscientię tenetur ratum habere matrimonium, vt dicit Nauarrus, & consentiente ipso denuo non est necesse, quod mulier de nouo consentiat, neque sunt necessarij Parochus, & testes, vt dicit idem Nauarrus, & si duxerit aliam animo contrahendi, ante ratificationem primi, erit tam validum hoc secundum, quod nec per censuras, nec alia via poterit cõpelli, vt habitet cum prima, cum non sit eius vxor, & sic nullum aliud habet remedium, nisi conferre se in Regna extranea, aut si non est consummatum matrimonium cum secunda ingredi religionem, vt dicit Paludan. procurans per omnes vias ei possibiles compensare

Nau. in Man. c. 2 nu. 76.

Pal. in 4. 27. q. 2.

sare damnum, quod fecit primæ, vt dicit Couar. cum communi.

8 Octaua Conclusio. Si aliquis promittat huic mulieri ducere eam sine animo adimplendi verbum promissum, & ipsa promisit cum animo adimplendi, & sic cognoscit eam, tūc tenetur ducere eam in vxorem, licet non inueniat eam virginem, si sciebat non esse virginem, vt dicunt Sotus, & Nau. quia vbi est contractus, & mutua obligatio, tenetur vnusquisque contrahentium facere verum, quod promisit. Dixi autem, *sciens non esse virginem*, quia si putabat virginem, & postea inuenit eam corruptam, non tenetur adimplere promissum, vt dicunt Cordub. & Verac. & aliqui Thomistarum modernorum. Verum est tamen, quod tenetur restituere damnū, si aliquod passa sit, ex eo quod erat in possessione, quod esset virgo, nec etiam tenebitur ducere eam, quamuis inueniat eam virginem, & sit in possessione talis opinionis, si ipse sit homo nobilis, ipsa autem infimæ conditionis, quia licet ipse promisit, debebat tamen ipsa putare quod non esset adimpleturus illud, & sic videtur quod virtualiter consensit: quod ego limitarem, nisi in casu, quod huiusmodi mulier ignobilis diceret homini nobili, non faciam hanc rem, nisi dederis mihi schedulam tuo nomine, & propria manu firmatam, in qua promittas mihi sub fide nobilis, & Christiani, quod sis ducturus me vxorem; quia in hoc casu noluit ista mulier virtualiter falli; sicque responsum fuit per viros grauissimos in quodam casu, qui euenit cuidā equiti ex nobilibus horum Regnorum Hispaniæ. Non tenetur autem ducere mulierem ignobilem, quæ non petiuit huiusmodi chirographum, quamuis ipsa in actu, quo voluntarie consensit, ignoraret eius nobilitatem, sed sufficit eam dotare, quia non tenetur hic nobilis dare ei plus dotis, quam ipsa meretur: certum enim est, quod si obligatur ad ducendam eā, quod etiam obligatur ad maiorem dotem cum det ei maritum, quem sine copiosa dote obtinere non posset alia mulier: dos autem, quam illi tenetur dare, relinquitur arbitrio boni, & prudentis viri, vt supradictum est. Nec tenetur homo quamuis æqualis conditionis ducere mulierem ab ipso corruptam promittens ei matrimonium ad finem solū habendi, & cognoscendi eam, quando timetur, quod matrimonium sit in malum terminaturum, quia cognouerit esse mulierem facilem, & leuem, vt dicit Nauarrus, quia in hoc casu, quamuis sponsalia fuerint vera, non est tamē obligatio adimplendi.

Soto li. 4 d. iust. q. 7. ar. 1 co. 22.

Cord. d cas q. 42 Spec. cō iu. 3. p. art. 19. conc. 6.

Nau. vbi supra c. 16. numero 18

9 Nona Conclusio. Quando non fuerunt facta sponsalia, sed solum homo promisit ducere eam ad finem cognoscendi sine intentione adimplendi; quāuis aliqui dicant, quod nec ratione promissi præcise, nec ratione damni tenetur ducere eam, sed solum dotare eā in illo, quo possit inuenire maritum qualem inuenisset ante iacturam virginitatis, & famæ, tamen veriori opinio, & quam sequor, vt meliorem, & multum probabilem est, teneri adimplere promissum ducendo eam, quia parti læsæ conuenit facere magis quam dece ptori; quod debet intelligi, si habuerit eius virginitatem, quia si ea carebat, nō debet astringi ducere eam, si promisit animo solum cognoscendi cognoscens de facto eam, vt tenent Cord. & Verac. & patet prædictum, quia si aliquod damnum passa est, alia via debet, & potest resarciri.

Cord. d cas cōsc. q. 49. Spec. cō iug. vbi supra.

10 Decima Conclusio. In casu, quod aliquis cognoscit aliquā mulierem virginem, & habita copula promisit ducere eam, & ipsa alleget, quod habuit suā virginitatem; ipse vero respondeat inuenisse corruptam, tenetur ducere ipsam, si ipsa velit, nisi ex matrimonio timeatur aliquod inconueniens, aut debet dare ei aliquem honestum modum viuendi, viso quod est dubium, si habuit eius virginitatem; sic tenent Cor. Nauarrus, & Sotus, quamuis Adrianus incedat alia via. Hinc infert Cor. quod si aliquis iurauit alicui mulieri, quod ducturus esset

Cord. vbi sup. q. 47. Nau. in sū. c. 16. num. 18 Sot. i 4. d. 29. q. 1 art 3.

esset eam vxorem, si inuenisset eam virginem, & postea cognouit eam sæpius, non tenetur eam ducere, si ab aliqua amica eiusdem mulieris cognouit, quod deceperat illum dicens esse virginem, cum nō esset; quamuis verum sit, quod in foro exteriori viso, quod cognouerit eam, & constaret ex iuramento aliud iudicaretur, vt dicunt Sotus, & Frater
Lop. i instr. cōsc. 1. p. c. 77 col. 120. Ludouicus Lopez: quod intelligitur, si hic homo putabat esse virginem, quia si suspicabatur non esse virginem ex eo, quod habuerat amicitiam alterius hominis, tunc tenebitur implere iuramentum, sicut etiam tenetur, quādo cognouit eam, postquam cognouit non esse virginem; quia cum copula videtur cōfirmare promissum, quamquam pęniteret eum eius copulæ, eo quod sciuerat non esse virginem.

11 Vndecima Conclusio. Ille, qui voto facto religionem ingrediendi, promisit alicui virgini ducere eam, ad finē solum cognoscendi, in quo ipsa statim consensit, & remansit infamata, maiorem obligationem tenet adimplendi votum, quam ducere eam, vt colligitur ex
c. rursus qui clerici, vel vouentes. iure, nec obstat quod talis mulier est infamata, quia huiusmodi infamia potest compensari restitutione damni: nec etiā obstat, quod ingressurus religionem debet prius soluere debita; quia hæc obligatio differt quidem ingressum, nō tamen tollit votum, nec obligat ad contrahendum matrimonium illum, qui
Nau. li. 4 cons. 21. fol. 177. fecit tale votum, vt resoluit Nauarr. in quodam consilio, quod puto magis iuridicum quam contrarium, quod respōderunt quidam doctores graues Salmanticæ, scilicet quod huiusmodi homo, non obstante voto, poterat contrahere absque peccato.

12 Duodecima Conclusio. Illa mulier nobilis, quæ decepit viduum diuitem dicens esse virginem, cum non esset, propter quod non solum duxit eam, sed dotauit illam in duobus millibus ducatorum, tenetur restituere totum hoc hæredibus verificans, quod ille viduus duxit eam solum, quia putabat esse virginem, & ob eandem causam dotauit eā, & verificans etiam, quod maritus nunquam cognouit hanc fraudem, quia si cognouit, & postea fecit cum illa vitam coniugalem, videtur iam pepercisse, & de nouo fecisse gratiam ipsius dotis. Si vero iste viduus, licet sciuisset defectū, illam duxisset, & dotauisset illam propter eius nobilitatem, & pulchritudinē, tenebitur restituere solum illud, in quo dotauit supra eius dotem, putans esse virginem, quę restitutio debet fieri hæredibus, & si hi non sint pauperibus, vt dicit Corduba de casib. conscien. quem sequitur Frater Ludouicus Lopez in instruct. cons. 1. p. c. 76.

De Luxuria quoad Incestum. Cap. CCVII.

SVMMARIVM.

Quid sit Incestus num. 1.

An sit Incestus habere rem cum illis, cum quibus contrahitur cognatio spiritualis, & cum filia Confessionis, concl. 1. nu. 2.

An sit incestus cognoscere consanguineā extra secundum gradum illius, quam carnaliter cognouit, concl. 2. nu. 3.

An incestus commissus cum matre, cum filia, cum nepte, & sorore sit notificandus in Confessione, concl. 3. nu. 4.

An incestuosi possint petere debitum, ibidem.

1 INcestus est coniunctio carnalis inter coniunctos consanguinitate, aut affinitate in gradibus, in quibus nō potest esse inter illos matrimonium, vt definit D. Tho. cum Theologis, & Panorm. cum Canonistis. D. Th. 2. 2. q. 154. num. 6. Panor. vbi DD. in c. 1. de eo q. cognouit.

2 Prima Conclusio. Incestus est habere rem cum filia baptismi, & cum reliquis, cum quibus contrahitur cognatio spiritualis, vt post alios dicit Nauar. & sic statuuntur graues pęnæ contra incestum committentes, vt patet ex iure, & quamuis non committat incestum, qui cognoscit filiam confessionis, debet tamen Nau. in Man. ca. 16. nu. 8 c. si quis sacerdos c. nō dēt 30 q. 1.

men hanc circunstantiam confiteri, si verum est, quod circunstantiæ notabiliter aggrauantes peccatum necessario debeant dici, vt tenet quædam opinio, cùm hæc sit satis aggrauans. Et notent Confessarij, quod in his Regnis Castellæ sollicitare aliquam mulierem in actu confessionis, aut in actu proximo ad eam, est casus reseruatus Dominis Inquisitoribus. Itaque possunt quidem absoluere sollicitatorem, non autẽ mulierem sollicitatam, quamuis semel solum fuerit sollicitata, nisi prius vadat coram Inquisitoribus ad denuntiãdum de tali sollicitatore; quia sub pœna excommunicationis ipso facto tenetur ad hoc, & Confessarius contrafaciens, vltra quòd non valebit eius absolutio propter defectum iurisdictionis, punitur grauiter. Circa quòd debet notari, quod non possunt Inquisitores secundum ius commune cognoscere de crimine incestus commissi extra actum confessionis cum filia confessionis, quia non possunt cognoscere, nisi de hæresi, aut rebus annexis ipsi, vt resoluit director. Inquisit. hoc autem crimen est contrariũ non fidei, sed continentiæ, vt dicit D. Thom. Dixi secundum ius commune, quia propter priuilegium, aut consuetudinem legitimè probatam possunt cognoscere de illo, vt resoluit Nauarr. ego tamen non audiui, quod habeant hoc priuilegium, nisi quando sollicitãt ipsam in actu confessionis, aut in actu proximo confessionis. Secundo debet notari, quod etiam in regnis, in quibus hoc peccatum non est reseruatum officio Sanctæ Inquisitionis, debet confiteri huiusmodi circunstantia, quia qui adoritur filiam confessionis in actu confessionis, aut proximo ipsi, non solum peccat contra virtutem continentiæ, sed etiam contra virtutem religionis, cum non habeat debitam reuerentiam Sacramento purissimo Confessionis, & transgrediatur eius securitatem, tunc autem dicetur committere in actu proximo confessionis, quando fit taliter, vt fiat magna irreuerentia huic sacramento consideratis omnibus circumstantijs actus; sic tenet Ledesma, qui addit, quod quamuis sollicitare filiam confessionis non sit circunstantia, quę necessario debeat confiteri, hoc tamen non habet locum, quando eius Episcopus, aut curatus sollicitant eam, quia huiusmodi tenentur confiteri eam, cum peccent non solum contra virtutem continentię, sed etiam contra virtutem fidelitatis.

Direct. inquisit. p. q. 45. D. Th. 2. 2. qu. 81. art. 5.

Nau. li. 5 conf. ti. de hær. conf. 1. f. 489.

Ledes. in addit. ad 3. qu. 56. art. 2.

3 Secunda Conclusio. Non est incestus cognoscere consanguineam extra secundum gradum illius, cum qua fornicarie tractauit, quia sicut Concil. Trident. sustulit impedimẽtum affinitatis, quæ oriebatur ex copula fornicaria in tertio gradu, & in quarto, ita vt qui cognoscit mulierem, possit contrahere cum aliqua consanguinea eius in tertio, & quarto gradu, sic etiam deleuit incæstum, qui erat antea, si quis habebat rem cum dicta consanguinea in tertio, aut quarto gradu, vt tenet Guttier. & dicetur clarius infra in materia de matrimonio.

Gutt. in q. q. Canon. 23. nu 3.

4 Tertia Conclusio. Incestus commissus cum matre debet confiteri, dicendo, commisi incestum cum matre mea, quia huiusmodi habet particularẽ deformitatem contra virtutem pietatis, quam non habẽt reliqui incestus commissi cum consanguineis, & per consequens debet pater confiteri incestum, quem commisit cum filia, aut nepte, quas secum domi habebat ad locandas, quoniam hic peccauit contra præceptum fidelitatis paternæ, qua tenentur patres docere bonos mores filios. Debet etiam expresse confiteri incestus, qui committitur cum sorore, quia est peccatum contra ius naturale speciale, quod facit irritum matrimonium inter fratres. Verum est tamen, quòd si sit periculum infamiæ graue matris, res secura erit, quòd pęnitens dicat habui rem cum consanguinea in primo gradu, sic dicit Henriquez allegans Angelum, quia habere rem cum matre, aut cum sorore, reputatur incestus eiusdem speciei, cum nullus secundum ius natu-

Henriq in sum lib. 2. d. pęn c. 8. Angel. ver. confessio 1. § 4.

naturale possit contrahere cum matre, aut sorore. Quæ doctrina (quamuis nõ careat dubio, quia incestus cum matre est contra virtutem pietatis, quod non est de sorore) potest bene teneri; & si forsitan Confessarius fuerit tã imprudens, vt instet, quod pœnitens declaret, si habuit rem cum matre, respondere poterit, Pater iam dixi, quod tenebat dicere. Ex dictis infertur, quod loquitur nimis prolixe Nauar. in hac materia, quia dicit, quod diuersitas graduum consanguinitatis facit diuersas species incestus, contrarium cuius tenet Caiet. quẽ sequitur Sotus, quod, scilicet vna sola species incestus cõmittitur cũ cõsanguineis omnium horum graduum, saltem secundum id, quod supradictum est, quamuis enim dicamus, quod incestus filij cum matre, patris cum filia, aut neptę; & fratris cum sorore secundum dicta habeant particularem deformitatẽ, vt mutent speciem aliorum incestuum, non est tamen ratio, propter quam debeat dici, quod incestus cum reliquis consanguineis sit distinctæ speciei secundum distinctos gradus. Res est manifesta, quod incestuosi habentes rem cum consanguineis vxorum suorum per viã consanguinitatis, aut affinitatis non possunt petere debitum, & etiã est res manifesta, quod incestus est impedimentum matrimonij, quãuis non dirimat, de quo tractabitur infra in materia matrimonij cap. 227. num. 2.

Nau. in Man. c. 7 num. 4. Caiet. 2. 2. q. 154 art. 9. Soto in 4. d. 18. q. 2. ar. 4

De Luxuria quoad sodomiam, & bestialitatem. Cap. CCVIII.

SVMMARIVM.

An sodomita occultus, & manifestus sint irregulares, & an sint suspensi ab ordinibus, quos habent, & quis possit cum illis dispensare. concl. 1. nu. 1.

Quibus pœnis subiaceat per Pium V. Clericus tam secularis, quam regularis exercens hoc vitium, concl. 2. nu. 2.

1 PRima Conclusio. Sodomita occultus non remanet irregularis, neque suspensus ab executione ordinum, quos iam habet, & per consequens celebrans non efficitur irregularis, vt post Aretinum defendit Nau. Verum est tñ, quod communis tenet contrarium defensa per Cou. & Iulium Clarum, quam non recipio, quia non est locus in iure, qui inducat hanc irregularitatem. Dixi *occultus*, quia si est publicus remanet irregularis; & ratio est, quia ille, qui est notatus crimine enormi, & dignus depositione, remanet irregularis, vt resoluit Nau. Notatus autem hoc crimine meretur deponi, & debet confugere ad Papam, vt possit recipere ordines, aut vt possit celebrare, nisi fuerit religiosus ex mendicantibus quem suus Prouincialis minister potest dispensare, vt concessit Sixtus IV.

Nau. ca. 27. nu. 249. Cou. in clem. si furios. 1 p. c. 1. numero 6. Clar. in pra. cri. §. sodomita vers. ic. item clericus Nau. in Man ca. 21. n. 75 & ca. 27 nu. 248.

2 Secũda Concl. Oẽs presbyteri, tã seculares, quã regulares, cuiuscũque gradus, aut dignitatis existant, qui exercuerint hoc peccatũ nefandũ, efficiuntur priuati omni priuilegio clericali, & omni officio, beneficio, & dignitate ecclesiastica per constitutionẽ quãdã Pij V. datã anno 1568. Pontificatus sui anno tertio.

Habetur in cõpẽdio priuilegiorum tit. dispensatio. §. 9. cũ seqq.

Circa quam notat primo Nauarr. quod non tractat de quocunque sodomita, nisi de illo, qui exercet hoc peccatum ordinarie dicens, sic respondisse illi interrogatum Gregorium XIII. & ideo in dicta constitutione positum fuit illud verbum *exercentes*, quod debet teneri, quamuis Salzedus dicat, quod eadem pœna debet castigari quicunque alius sodomita, qui non continuet, nec exerceat hoc peccatum, & probat per aliam constitutionem Pij Quinti datam anno 1566. Pontif. anno primo, cuius fecit mentionem idem Papa in secunda constitutione, in qua dicta prima constitutione non facit mentionem Pius Quintus huius verbi (exercentes) solum enim dicit *si quis perpetrauit*, sed miror, quod hic doctus vir tam leui argumento separetur à pia opinione Nauarr. confirmata authoritate Gregorius

Nau. d. c. 27. nu. 249.

Salze. in pra. cri. c. 66.

Incipit cũ primum apost. diui. nobis disp. cõmissum.

gorius XIII. qui sic declarauit. potens respondere huic argumento, quod secunda constitutio, ponens verbum, *(exercentes)* declarat primam, quæ solum dicebat *(perpetrauit)* qd in iure est multum ordinarium, quod scilicet leges vltimo declarent, & limitent interiores.

Secundo debet notari, quod constitutio Pij V. non comprehendit omne peccatum contra naturam, quia etiam est peccatum contra naturam pollutio seminis voluntarie emissi extra vas naturale, & non comprehendit illos, qui committũt simile peccatum, quod probatur, quia solum castigantur, qui exercent copulam sodomiticam, quod est quando actus consumatur intra vas cõtra naturam, vt declarat Nauar. Verum est tamen, quod in his Regnis Hispaniæ comburuntur eos, qui adoriuntur facere hoc peccatum, quamuis impediti non consument copulam, vt dicit Antonius Gomez; quod obseruatur etiam in mulieribus, quando ipsæ inter se habent actus venereos, non simpliciter se delectantes tangendo, sed applicantes aliquod instrumentum materiale; vt lignum, vitrum, aut quid simile, vt sic delectentur, ac si haberent copulam cum viro, sic fuit iudicatum in Cancellaria Granat. & optime visum fuit Iullo Claro, quem sequitur Fr. Ludou. Lopez.

Nau. vbi supra.

Gom. in l. 8. Taur. n. 34.

Lop. in inst. cõs. 1. p. ca. 73. col. 495.

Tertio debet notari, quod quamuis dicta constitutio loquatur solum de sodomita, etiam habet locum in illo, qui committit vitium bestialitatis, cum hoc sit peccatum contra naturam, & multo grauius sodomia, certumq; est secundũ ius, vt dicit Gl. quod lex pœnalis extẽditur de vno casu in aliũ grauiorẽ, qñ in ipso est ead ẽ ratio. Et notent Cõfessarij, quod hoc peccatum sodomiæ, & bestialitatis est reseruatum Episcopis, & non possunt absoluere ab illo sine authorit.

Sẽtit gl. in c. 1. de tempor. ord. Lõ. ver. Ita.

Quarto debet notari, q in his pœnas non incurrũt dicti presbyteri ipso facto in foro interiori, sed solum in foro exteriori, vt contra Nau. defendit Iacobus de Graffijs, nec Nau. tenet contrarium, quia ipse solum dicit, quod ipso iure sũt tales presbyteri priuati suis dignitatibus; non dicit tamen Nau. quod teneãtur relinquere eas statim, nisi præcedat sententia declaratoria eorum delicti, vt tenet Castrus; & idem Nau. dicit, quod quando legislator ponit pœnas graues ipso facto transgressoribus suæ legis, nõ tenentur ipsi transgressores esse executores illarum in se ipsis, quia esset causa multorum peccatorum. Et idem Nau. tenet, quòd collatio beneficij facta infami infamia facti, non est ipso iure nulla loquendo regulariter, nisi etiã sit notatus infamia iuris, nisi in casibus sequẽtibus. Primo, quando huiusmodi infamia oritur ex peccato notorio, & graui. Secundo, quando est infamatus de perseuerantia in tali peccato, & probatus cum veritate commisisse delictũ, quia huiusmodi infamia sic qualificata efficit delinquentem inhabilem ad tenendum beneficium. Tertio, quãdo huiusmodi notatus infamia esset iam accusatus, & posita lis aduersus eum. Quarto, quando collatio fit in virtute alicuius mandati Apostolici Papæ, aut Nuntij, quæ collatio vt plurimũ fundatur in bonis moribus, & honestate eius, cui fit

Iac. de Graf. li. 2. dec. an. recono. c. 89.

Cast. li. 2 de pœnit. c. 11 & 15. f. 634.

Nau. ca. 23. nu. 77.

De Luxuria quoad Pollutionem.

Cap. CCIX.

SVMMARIVM.

An pollutio voluntaria sit peccatum mortale, & an peccet qui ponit se cum causa vrgenti in periculo pollutionis, conclus. 1. num. 1.

An pollutio in somnijs sit peccatum mortale conclus. 2. num. 2.

An desiderare, aut procurare in sõnis pollutionem, vel delectari ea habita in illis sit peccatum vel effectũ sanitatis, vel ad leuandam naturam conclus. 3. num. 3.

An pollutio voluntaria accipiat speciẽ ab obiecto, quod est præsens, concl. 4. nu. 4.

Quod Confessarij debent interrogare caute, & prudenter de pollutionibus, num. 5.

Pri-

1 PRima Conclusio. Pollutio voluntaria est peccatum mortale, cum dicat D. Paul. quod qui committit eam, non possidebit regnum cælorum: & erit peccatum mortale, quamuis fiat propter sanitatem corporis, & præuisa in sua causa erit peccatum mortale, aut veniale, secundũ malitiam causæ, vnde orta est; quia si causa est peccatum mortale, etiã ipsa pollutio erit peccatum mortale; & e contra. Hinc est, quod si aliquis equitat taliter, & tali modo, vt inde sequatur pollutio, erit peccatum mortale, & idem est, quãdo aliquis comedit res calidas ad illum finem, quia si non prætẽdit hoc, non est peccatum mortale, cum equitare, aut comedere res calidas, ex se nõ sit peccatum mortale. Sequitur amplius, quod qui disputat de rebus venereis, aut confessionẽ administrando patitur pollutionem contra suam volũtatem, non peccat; nam ad hoc vt aliqua res dicatur volita in sua causa tria debẽt cõcurrere: Primum, quod possit euitare causam. Secũdum, quod teneatur ad illud. Tertium, quod non faciat illud ad hunc finem, vt dicit S. Tho. & in nostro casu, quamuis aliquis possit relinquere disputationes talium rerum, & audire confessiones, non tenetur ad illud, cum hæc sint ex se licita, & non sit consensus in pollutione; quod confirmatur, quia ille, qui sine causa vrgẽte ponitur in periculo pollutionis, sine dubio peccat mortaliter, si autem cum causa vrgenti ponitur in eo, non consentiens in ipsa, nõ peccat, sicut mulier si exeat à domo sua sine causa sciẽs; quod desiderabitur ab hominibus carnalibus, peccat; si tñ est causa exeũdi, non peccat; vnde cum disputare de rebus venereis, & audire confessiones sit vrgens causa, certum erit, quod licet sequatur pollutio, si absit consensus in ipsa, non est peccatũ. Hinc infertur, quod maritus, qui ex amplexibus, & osculis cum vxore sua sentit venire pollutionem, peccat mortaliter nisi caueat ab illis; quia ad osculandum, & amplexandum non est vrgens necessitas, vt dicit Caietan. Sequitur amplius, quod quædam regula quam tradit Caietan. scilicet, (quod pollutio, quæ in se non est procurata, non habet aliã malitiam, nisi malitiam suæ causæ, ideoque etsi causa est licita, pollutio non est illicita) non est omnino vera, quia licitum est homini amplecti, & osculari vxorem suam, & tamen si inde sequatur pollutio erit illicita; debet ergo intelligi hæc regula sic, nempè quando causa est licita, & vrgens, vt explicat Med.

1. ad Corin. 5.

D. Th. 1 2 qu. 6. art. 3.

Caiet. in sũ. verb. interrogatio circa sextũ præceptum. Caiet. 1. 2. qu. 74. ar. 7. vbi supra. Med. p. 682.

2 Secunda Conclusio. Pollutio quæ incipit in somnijs, & finit, aut terminatur experrecto iam homine, si non sit consensus deliberatus ipsius, non est peccatum, vt dicit Nauarr. & sic non est peccatum posito homine in hoc pũcto emittere eam, si aliter fieri non possit, ne ex calore aliqua succedat infirmitas; & si euenerit in somnijs semiuigilanti, non erit peccatum mortale, cum homo tunc non habeat integrum iudicium; quia doctrina est communis Theologorum, quod defectus deliberationis in semidormientibus efficit, vt quod ex se est peccatum mortale, non sit mortale, erit tamen peccatum veniale, vt resoluit Nauarr. contra quem insurgit Frater Ludouicus Lopez, dicens neminem semidormientium habere iudicium, vt peccet venialiter, non aduertens quod Nauarr. non dicit, quod habet iudicium ad peccandum venialiter, sed quod potest dari casus, in quo habeat iudicium semidormiens, quia sæpe sic existentes sunt adeò inspirati, & visitati ab Angelo custode contra phantasmata, quæ Angelus malus illis ponit, vt cadant in pollutionem, quas inspirationes sentiunt ipsi, & respiciunt, quibus ideo non consentiunt propter defectum deliberationis, in quo est peccatum veniale, essetque mortale, si ex toto essent vigilantes. Et notetur, quod, vt pollutio in somnijs non sit peccatum mortale, quamuis procedat à causa mortali, vtatur homo hoc remedio, quod scilicet, antequam vadat dormitum, pœniteat eum causæ datæ, quia si pœniteat eum dolore debito, quamuis

Nau. ca. 16. nu.

Nau. in Man. lat. prælud. 9 nu 10. Lop. vbi supra c. 1. col. 11. cum seq.

Med. 1. 2. q. 71. ar. 5.

postea sequatur pollutio, non erit peccatum, vt tenet Medina; & causa eius est, quia pollutio in somnijs non habet aliam malitiam, nisi malitiam suæ causæ, vnde ablata malitia causæ per pœnitentiam, restat etiam ablata malitia pollutionis. Notetur etiam, quod pollutio, quæ oritur ex causa mortali, propter quam etiam ipsa est mortalis, si confiteatur cum debita contritione, non impedit communionem sequẽtis diei sub peccato mortali, immo tantum potest pœnitere, vt neque sit peccatum veniale, sic tenet Sotus, & cum sit ipsa peccatum veniale, potest quiuis accedere ad sacramentum hoc sanctissimum, vt dicunt Nauar. & Ledesma: est tamen bonum, quod confiteantur illud propter reuerentiam huius sacramenti.

So. in 4. d. 12. q. 1. art. 7. Nau. in sum. Hispan. ca. 21. n. 51. Ledes. i. 1. 4. q. 21. ar. 7. dubi. 2.

3 Tertia Conclusio. Non est licitum desiderare, nec procurare pollutionem in somnijs, nec delectationem capere in illa habita, quamuis propter vitandam aliquam infirmitatem, aut subleuãdam naturam, quia quòd est licitum desiderari, est licitum procurari, nullo autem modo conuenit procurare pollutionẽ. Verum est tamen, quod potest desiderari effectus eius, qui est salus corporalis, & quòd natura exgrauetur, ne inducat penam, & eodem modo est licitum habere gustum fructus, & effectus eius habitæ, vt tenent Cord. Medin. & Sotus. Hinc infertur, quod non est licitum alicui habere delectationem super pollutione habita in somnijs, quia quãuis ipsa in se non sit peccatum, ista delectatio erit peccatum mortale. Est tamen notandum, quod licet opinio Cordubæ, & reliquorum patrum sit vera, loquendo speculatiue, loquendo tamẽ moraliter contraria opinio Nauarr. & Caietan. videtur mihi multum probabilis in hominibus timentibus Deum, qui (si delectantur de pollutione habitu, propter sanitatem corporis, aut naturæ alleuationem) formaliter non lætantur de ipsa, neque desiderant, sed solum lætantur in eius effectu, quem desiderant, si enim in ea lętantur, aut illam desiderant, hoc est tamquam medium necessarium ad sanitatem; ita vt intẽtum eorum non terminetur in eam, sed fugiant, amentque ipsa tamquam Satanam.

Cord. l. 1. q. 11. Med. 1. 2. q. 74. art. 7. So. vbi supra.

4 Quarta Conclusio. Pollutio voluntaria, vltra quod est peccatum contra naturam, efficitur per aliam viam eiusdem speciei, cum obiecto, quod habetur præsens, quando committitur, vnde si aliquis habens pollutionem voluntariam habet pro obiecto mulierem nuptam erit adulterium, si vero virginem, erit stuprum, & sic de alijs, quæ circumstantiæ necessario debent in confessione exprimi cum mutent speciem peccati.

Notanda confessarijs.

5 Circa hoc peccatum pollutionum voluntariarum interrogent Confessarij caute; sunt enim multi qui ignorant istud peccatum, & alij qui præ pudore nolunt illud explicare, & sit efficitur illud peccatum multis tam connaturale, vt vertatur in consuetudinem, vt postea sentiãt multam difficultatem in auferendo, & ad hoc debent habere Confessarij pro pueris aliquot interrogationes cautas, vt dissimulanter possint extrahere ab illis veritatem, vt tamen non doceant illos, neque insinuent peccatum, si forte illud nesciunt: quando autem aliquis venerit ad confitendum grauatus hoc peccato dicant ei, vt ieiunet, vt sit deuotus Dominæ nostræ Mariæ, quod exerceat disciplinas, & confessiones, non autem recipiat Sacramentum Eucharistiæ, nisi raro propter reuerentiam altissimi Sacramenti, & denique adhibeant alia remedia, quæ conueniant statui, & conditioni eorum ea prudentia, qua expedit experto medico curare infirmitatem antiquam, & quæ habeat radices natura existente debili, aliqua documenta istorum ponuntur à Med. in sua summa. Med. in sum. 1. 2. c. 14. §. 18.

De

De Luxuria, quæ committitur in cogitatione cum delectatione morosa.

Cap. CCX.

SVMMARIVM.

An cogitatio praua durans multum & an delectari illa cum mora, & aduertentia, sit peccatum. conclusio. 1. numero 1.

An qui est negligens in abigendo prauam cogitationem, peccet mort. ibid.

An peccet mortaliter, qui reliquit peccare timore pœna, aut infamia, conclusio. 2. num. 2.

An liceat dicere, haberem libenter copulam cum tali, si esset vxor mea, & an liceat delectari copula habenda cum muliere quando erit vxor sua, conclu. 3. num. 3.

1 PRima Conclusio. Quando aliquis sentit aliquam prauam cogitationem, quam statim abigit à se non minus, quam si esset scintilla in oculum cadens, non peccat, quãuis ista cogitatio duret multum, & sit homini multum importuna, potius meretur in hoc coronam laudis, & gloriæ; si vero detinetur in ea cum imperfecta aliqua deliberatione, nõ peccat mortaliter, sed solum venialiter, eritq; maior, aut minor secundum detentionem in eo, & potest esse peccatum mortale, si non fuit executum, quia defuit occasio, & etiam quando delectatur cum mora, & aduertentia in cogitatione, quamuis sit sine proposito peccandi opere, quia huiusmodi homo (vt dicitur vulgo) quamuis non bibat in caupona, delectatur in ea. Dixi autem, *cum aduertentia*, quia si delectaretur sine tali aduertentia, solũ erit peccatum veniale, vt etiam est, si fuerit negligens in abigendo prauam cogitationem, non consentiens delectationi, aut habens experientiam, quod non cõsentit, quia si videat ex sua fragilitate, quod exponitur periculo consentiendi, mortaliter peccabit, si fuerit negligens in abigendo eam: non peccat etiã, qui non separat à se huiusmodi cogitationes prauas, quia per experientiam cognoscit non consensurum eis cum auxilio Dei, expertosque quod si opponatur eis, tanquam catuli latrantes magis insistunt, si contemnantur vero, tacent, quod non habet locum in cogitationibus carnalibus, quia huiusmodi cogitationes sunt nimis adhærentes, vnde nõ conuenit permittere, vt vel tantillum ingrediantur domum.

2 Secunda Conclusio. Quando aliquis dicit intra se, ego committerem hoc peccatum, nisi timor infamiæ, aut pœnæ esset mihi frænum, peccat mortaliter, si cogitatio est de re, quæ sit peccatũ mortale; & peccat venialiter, si res est de venialibus non peccabit autem dicens intra se, hoc facerem, si non esset offensa Dei, quod totum colligitur ex his, quæ docent D. Tho. Nauarrus, Cord. Medina, & Frater Ludou. Lopez. D.Th. 1 2.q. 74. ar. 5. ad6 Nau. d. c. 16. ar. nu. 11. Cord. l. 1. quęst. q. 23.

3 Tertia Conclusio. Licitum est dicere, si talis mulier esset vxor mea haberem libenter copulam cum ipsa, si tamen delectetur in hac cogitatione, est peccatum mortale; nam quamuis illud velle conditionale nihil ponat in actu, delectatio tamen causata ab ipso velle, quamuis conditionali, est delectatio morosa de præsenti, vt dicunt Caiet. & Medina, cum Theologis; & ideo est illicitum aliquem delectari in copula, quã habiturus est cum N. quando fuerit vxor sua, quia quamuis talis copula sit licita, delectatio tamen de præsenti est illicita, eo præcipue si ex ea sequatur pollutio, & cõsensus peccati mortalis, quod sæpe contingit hominibus inhonestis, in quibus est vera opinio Nauar. qui dicit esse talem delectationem illicitam; in hominibus tamẽ honestis, & bonæ conscientiæ non auderem ego dicere, quod talis delectatio esset peccatum mortale, cum sit de re licita; & est quia huiusmodi homines, si admittunt huiusmodi delectationes, hoc faciunt non consẽtientes in ipsis: & sic dici potest, quod patiuntur magis, quam consentiant; & cum Medina in sũma fol. 233. & 234. Lop. vbi sup. c. 2. col. 13. Caiet. 2 to. d̃ de lect. morosa. Medina 1.2.q 74 art. 8.

cum in se non experiantur aliquod periculum, non est quod scrupulis vexentur, quia secundum Caiet. secutum à multis non tenetur quis (cessante periculo consensus) repellere motus sensuales inueniens difficultatem in repressione eorum; & in hoc casu puto veram opinionem Medinæ, qui cum Siluestro, & Victoria dicit tales delectationes de copula licita futura esse licitas, vt aduertit Frater Ludouicus Lopez. Ex dictis sequitur esse illicitum nuptis, aut viduis delectari de præsenti copula, quam habuerunt cum suis maritis, si in huiusmodi delectatione sit consensus, aut periculum eius, quia si hæc desint, non est peccatum.

Medina vbi sup.

Lop. vbi sup 1. p. cap. 75. col. 504

De Interrogationibus faciendis a Confessario, confitentibus peccata Luxuriæ. Cap. CCXI.

SVMMARIVM.

De quibus interrogare debeat Confessarius confitentes peccata carnalia, nu 1. & 2.

An si in pœnitente concurrant circunstantiæ mutantes speciem peccati, debeant manifestari in Confessione, num. 3.

An penitens debeat confiteri circunstantias alterius, & propriæ personæ, num. 4.

An circunstantiæ in peccato operis solum, an etiam quæ desiderio, aut alio modo committantur, debeant notificari Confessario num. 5.

An Confessor admonere debeat incestuosos quod non possunt petere debitum sine dispensatione Episcopi, & quod possunt soluere num. 6.

De quo debeant aduertere Confessarij illum, qui rapuit virginem nu. 7.

Quomodo debeant monere Confessarij pœnitentes, vt declarent carnalia peccata breuiter, si possibile fuerit, num 8.

Quod Confessarij debent esse prudentes in interrogandis singulis secundum eorum statū tractantes de luxuria peccato, nu. 9

Quod deceat Confessarios monere penitentes, vt confiteantur cogitationes prauas, quamuis incerti sint, si consenserint, necne, num. 10.

1 DVm aliquis confitetur sacerdoti peccata carnalia, debet Confessarius interrogare, an mulier quam cognouit, erat soluta, virgo aut aliter, an esset nupta, consanguinea sua intra quartum gradum, an esset vxor alicuius consanguinei intra quartum gradum existentis cum illo, si erat consanguinea vxoris suæ, si est, aut fuit desponsata per verbum de futuro cum aliquo consanguineo eius in primo gradu, aut est consanguinea in primo gradu cum sua sponsa de futuro, præsenti, aut præterito; quia in his casibus est impedimentum publicæ honestatis, & ideo est circunstantia, quæ necessario debet exprimi, vt colligitur ex Concil. Triden. & declaratur in materia matrimonij explicando impedimentum publicæ honestatis: similiter debet interrogare, si ea mulier habuit rem illicitā cum aliquo suo consanguineo intrā secundum gradum, aut si ipsa est consanguinea intra secundum gradum alicuius mulieris, cum qua ille coniūctus carnaliter fuerit, quia ex copula illicita contrahitur affinitas cum omnibus consanguineis illius mulieris, qui sunt illi intra secundum gradum, & mulier ex alia parte contrahit eamdem affinitatem cū consanguineis hominis intra eundem gradum: vt definitur in Concil. Tridentino, & dicitur in materia matrimonij: similiter debet interrogare, an mulier sit religiosa, aut professa, aut fecit votum castitatis: eodem modo debet interrogare, si baptizauit, aut confirmauit mulierem, aut aliquem filium, seu filiam, & propter cognationem spiritualem, quā cū illa contraxit secundum statutum à Concil. Trid. aut si fuit patrinus in Baptismo, aut confirmatione illius mulieris, aut alicuius filij, seu filiæ eius propter eandem cognationem, vt in eodem Concil. Trident. decretum est: eodem modo debet interrogare, si mulier, quam cognouit, est filia eius ado-

Cōc. Tr. sess. 24. c 3. de refor. matrim.

Cōc. Tr. vbi sup. ca. 4. inf. ca. 210. num. 4.

Cōc Tr. vbi sup. c. 2.

adoptiua; aut descendens à filio, aut filia adoptiua, aut mater eius adoptiua, aut vxor filij sui adoptiui, aut pater adoptiuus propter impedimentum adoptionis legalis, quæ est in eo casu, vt declaratur in materia matrimonij, quamuis cessauerit adoptio: similiter debet interrogare, si illa mulier erat, filia naturalis patris, aut matris suæ adoptiuæ, qd durat solum tempore adoptionis.

inf. cap. 208.

2 Debent aduertere Confessarij, q̄ si aliqua mulier accedit ad eos, debet illi facere easdem interrogationes, scilicet, si homo, quem cognouit, est solutus, vxoratus, aut ordine sacro initiatus, quia nō est necesse dicere, quod erat religiosus, quia æque solemne votum castitatis facit, qui recipit ordinem sacrum, ac ille qui facit professionem in aliqua religione approbata, & vt Confessarius non veniat in cognitionem religiosi, si mulier confiteatur in oppido, in quo nō est nisi vnicum monasterium, erit bonū consilium, vt dicat, peccaui cum homine sacro ordine initiato, & non dicat cū religioso, nisi in casu, quod religiosus non haberet ordinem sacrum, quia tūc mentiretur in confessione, quod mēdacium, quamuis sit veniale, non debet tamen vlli consuli, vt dictum est supra in materia confessionis tractando de circumstantijs: similiter debet interrogare mulierem, an homo, quem cognouit, erat consanguineus, per viam consanguinitatis carnalis, aut spiritualis, aut legalis, aut per viam affinitatis, vt explicauimus: non est tamen necesse, quod dicat hominem esse virginem, quia hæc circumstantia, licet mutet speciem in virgine, non sic se habet in homine.

d. capit. 51 cōcl. 4.

3 Notandum est Confessarijs, quod si in pœnitente concurrant diuersæ qualitates, & circumstantiæ mutantes speciē peccati, omnes debent declarari, vt si mulier erat consanguinea hominis, quem cognouit, nupta, & fecerat votum castitatis, omnes istæ circumstantiæ debent dici, cum omnes illæ mutent speciem peccati, & habeant distinctam deformitatem.

4 Notent amplius, quod persona, quæ confitetur, non solum debet confiteri circunstantiam personæ, cum qua habuit rem, sed etiam suam propriam, si Confessarius eam ignoret, vt si ambo sunt matrimonio coniuncti, non sufficit dicere habui rem cum muliere nupta, sed dicere tenetur, Ego vxoratus habui rem cum muliere nupta, & contra, vt post Medin. Complutensem tenet Sotus.

Sot. in 4 d. 18. q. 2 art. 4.

5 Notent etiam, quod circumstantiæ supradictæ, non solum debent declarari in peccato operis, sed etiam quando aliquis intentauit, desiderauit, procurauit, aut delectatus est peccato mortali, quòd fecit, aut iactauit se, aut consilium dedit, iussit vel adiuuit, etiam debet dici, si locus erat sacer, vt dictum est supra: similiter debet interrogare Confessarius, an persona cui consulit, incitauit, aut prouocauit ad hoc peccatum, erat parata ad illud, quia si non habebat propositum peccandi, & incitauit ad peccandum, non solum peccauit mortaliter carnaliter, sed fecit peccatum scandali.

sup. cap. 184 à n. 1. &c.

6 Debent item notare Confessarij, q̄ si homines qui confitentur, habuerint rē cum consanguineis vxoris suę intra secundum gradum, q̄ non possunt petere debitum sine dispensatione Ordinarij, aut eius, qui habet authoritatem ad illud, vt declaratur in materia matrimonij, debent tn̄ illud reddere, si petatur.

Inf. cap 124. cōc. 12.

7 Notent amplius Confessarij, quod si confiteantur aliqui rapuisse virginē ad effectum abducendi eā causa libidinis, aut ducendi in vxorem debent eos monere, quod incurrerunt excommunicationem Papæ, quam etiam incurrerunt adiutores, & fautores, & quod donec in eius potestate fuerit mulier non poterit cum illa contrahere matrimoniū, vt disponitur in Concil. Triden. Dixi *ad effectum abducēdi eam causa libidinis, aut ducendi in vxorem*, quia si ad alium finem rapuerint, nec illi, nec fautores incurrunt dictam pœnam excommunicationis, vt notat Salzed.

Salz. in pract. c. 78. 10 a.

8 Notent amplius Confessarij, quod debent monere pœnitentes, quod quando peccata carnalia possunt dici vno verbo, sic faciãt, dicentes sũmatim simplices fornicationes, adulteria, opera, voluntatem, & non dicant ea singulatim, vt dicentes cum vna nupta peccasse ter, & cũ alia nupta peccasse bis, &c. sufficit dicere toties peccasse cum nupta omnes comprehendentes: doceãt item eos, quod quando præter peccatũ principale fuerit alius actus mortalis, vt si miserunt nuntios, si ambulauerunt ante fores, si cõsumpserunt tempus vnius mensis in procuranda muliere sollicitãtes ipsam donis, alloquẽtesque aliquoties, quod debent illud declarare, vt Cõfessarius sciat eorum peccata non dicendo tamen modum, & stylum, quem obseruauerunt in his rebus, quia sæpe faciunt, vt Confessarius veniat in cognitionem eius, cum qua peccauerunt, & sociorum suorum.

9 Notent amplius, quod vltra interrogationes consuetas non debent interrogare particularitates præter rem, nec reliqua, nisi cum multa prudentia, & cautela; quia sæpe sæpius, his interrogationibus excitant dormientes docendo eos modos peccandi, & prouocantes eos ad tentationes; & quando confitentur hũc prauum actum, non sinant eos dicere tactus, modos, & alias particularitates, q̃ ex se sunt annexæ his peccatis carnis; nec omnes mulieres debent interrogare de omni eo, quod in præsenti præcepto quæri potest, sed singulas secundum earum vitas. Et sic prius debet Confessarius capere pulsum honestatis eius, & postea exequi, quæ necessaria illi iudicabuntur honestate verborum debita vtens, vt pater spiritualis. Cõquestus fuit semel quidam homo matrimonio coniunctus de quodam Confessario, quod vxori eius honestissimæ tot interrogationes fecisset de peccatis carnis, quæ inter matrimonio coniunctos committi possunt, vt veniret domum scandalizata considerans tot, taliaque peccata cõmitti inter cõiuges posse; ob quod malè sentiebat de Confessario: aliqua documenta huic similia tradit Nauar. Nau. c. 4 nu. 4.

10 Aduertant Cõfessarij circa hoc peccatum carnis, quod cum in cogitationibus carnis semper sit periculum ratione naturæ corruptæ, expedit haberi eas, si est incertus, quòd consenserit, aut nõ, accusare, se de illis in confessione, dicendo esse in dubio, an ipsis restiterit, quantum illi fuit possibile, & accuset se de mora, qua detentus fuit in eis negligenter cum periculo, aut sine periculo consentiendi: Med. dicit, quod si est homo nimis à carne tentatus, & quòd sæpius cadit, si dubitat de consensu, debet præsumi cõsẽsisse. Qualiter se debeat habere Confessarius erga concubinarios, iã est supradictum cap. 202. num. 7. Med. 1. 2 q. 74. ar. 8.

De Maledicto, seu maledictione. Cap. CCXII.

SVMMARIVM.

Quid sit maledictum, & quando sit peccatum mort. conclus. 1. num. 1.

An semper sit peccatum mort. desiderare mortem alicui, conclus. 2. num. 2.

An qui maledicit toti domui suæ, committant tot peccata quot sunt personæ maledictæ concl. 3. num. 3.

An maledicere creaturis irrationalibus sit peccatum, conclus. 4. num. 4.

Quomodo se debeat gerere confessarius cum maledicentibus ex consuetudine, nu. 5.

PRima Conclusio. Maledictum est petitio alicuius mali contra aliquem cũ desiderio, quod illi eueniat, vt quando quis dicit. Praua morte rapiaris, dæmon te arripiat, & similia; & erit formale, quando dicatur tali desiderio, & erit peccatum mortale: secus erit si non dicatur cũ magna turbatione, ita quod maledicens non considerat, qualiter loquatur. Erit autem maledictum materiale, quando non dicitur animo, quod sic accidat, vt dicitur; sicut cõter euenit patribus maledicentibus filijs suis, aut 1

dome-

domesticis, nisi ex modo dicendi huiusmodi imprecationes eueniat scandalũ; vt est quando filij maledicunt patribus, & subditi prælatis, aut prælati subditis. Et vt maledictum sit materiale, non sufficit quod statim præterita passione, & affectu iracundiæ sequatur pęnitentia dixisse illud, quia interim poterat prædominari affectus, vt desideraret malum, quod est imprecatus, vt accidit ei, qui vehementi aliquo affectu concupiscit mulierem, quo transacto, pęnitet illum huiusmodi concupiscentię habitæ, nihilominus non liberatur à peccato mortali, vt colligitur ex his, quæ tradit D. Thom.

D Th. 2. 2. q. 83. art. 6. p. 793.

2 Secunda Conclusio. Non est peccatum mortale petere mortem alicui ad maius bonum illius, vt si quis dicat, faciat Deus, vt moriaris antequam illum offendas; faxit Deus, vt capiaris pro tua hæresi, quia sic finies vitam laudabilius, sic tenet Aragon. post D. Thomam.

Arag 2. 2. q. 83. art. 6. p. 795.

3 Tertia Conclusio. Qui maledicit toti domui, non committit tot peccata, quot sunt personæ maledictæ, quia licet istud nomen, domus, familia, &c. significet plures, significat tamen eos collectiue tamquam vnum corpus, & sic qui blasphemat de D. Petro, & de 11. Apostolis duo tantum committit peccata, vt dicit Nauar.

Nau. in Ma c. 6. n. 18. corol. 4. & 5.

4 Quarta Conclusio. Maledicere creaturis irrationalibus, vt sunt creaturæ Dei, est peccatum mortale grauissimũ, quamuis sit repentina aliqua ira, sicut occidere aliquem repente aliqua subita ira; erit etiam peccatum mortale maledicere creaturis irrationalibus, vt ordinantur ad seruitium hominis, sicut quando aliquis voluntarie, seu libenter maledicit diei, in quo natus est; quia nihil aliud est quam maledicere suæ natiuitati; si autem non dicat illud libenter, erit peccatum veniale, nec erit peccatum maledicere diei natiuitatis, non desiderans non esse natum, sed quod non fuisset causa, & principium tanti mali, sicut non peccauit Iob, maledicens diei, quo natus fuit, desiderans interius, quod non fuisset principium, & causa tantorum malorum, & existens cum superiori portione subiectus ordinationi diuinæ. Hæc doctrina est D. Thom. secundum quam debet intelligi, quòd dicit Nauarr. Et nota quòd est vanitas maledicere creaturis irrationalibus consideratis secundum suum esse vt sunt nocuæ, & malitiosæ.

D. Tho. vbi sup. ar. 2. Na c. 13 n. 118.

Notanda Confessarijs.

5 Circa hoc peccatum notent Cõfessarij, quòd si venerint ad eorum pedes aliqui habentes in consuetudine maledicta iacere, exeuntes (vt dicitur) à domo sui iudicij nimis irati, & sic existentes maledicunt filijs, & filiabus, vt sæpe accidere solet mulierculis quibusdam, quæ maledicunt filijs suis mordentes seipsas, & similia perpetrantes, quòd sine dubio peccant mortaliter, quamuis non habeant intentionem, quòd huiusmodi maledicta eueniant illis, quia in rei veritate habent virtualiter illam in earum praua consuetudine numquam emendata, & ideo huiusmodi personis debent imponere grauiores pęnitentias, & reprehendere eas valde pro dictis maledictis iactis in filios, quos in visceribus suis gestauerunt. Notent amplius, quod debent consulere pęnitentibus, ne dęmonem in ore habeant, nisi ad spuendum in illum, & non vt quidam faciunt, quod pro salutatione loco dicẽdi Deus te custodiat, aut simile, dicunt diabolus sit tecum, hic adsit, & similia. Reprehendant igitur hæc valde Confessarij monentes eos, vt tamquam Christiani loquantur verba, quæ sapiant hominem Christianum, & filium Christi, qui cum maledicetur, non maledicebat; sic monet Medina in sua summa f. 188.

Do

De martyrio. Cap. CCXIII.

SVMMARIVM.

An sit hæresis affirmare esse licitum ore negare Christum, dummodo in corde teneatur, concl. 1. nu. 1.

Quando homo debeat offerre se martyrio, ibid.

An sit martyrium pati pro defensione alicuius virtutis, ibid.

An liceat occidere seipsum propter fidem aut in pœnam peccati, concl. 2. nu. 2.

1 PRima Conclusio. Hæresis est affirmare esse licitum negare Christum ore, dummodo teneatur in corde, vt dicit D. Paulus, & resoluit Castrus: quæ hæresis separat homines, ac priuare intendit eos corona martyrij, q̃ est actus tam licitus, & meritorius, si comitetur cum regulis debitis offerendo se homo ei dũ est necessitas, quia si non sit necessitas esset vitiũ, & peccatum; ideoq; legimus multos sanctos viros cum spiritu diuino; qui positi in aliqua persecutione abscondebant se, nolentes se offerre tunc martyrio, quia nõ erat necessitas; vt notat Naua. ideo solũ tenetur homo ad offerendam vitam pro Christo, qñ si id non faceret, esset Christi nomen blasphematũ coram infidelib. vt notat idẽ Nauar. Et est notandum, q̃ non solum est de rõne martyrij pati mortem pro Christo, & eius fide, sed etiam est propriũ martyrium, quod quis patitur pro defensione cuiuscũque virtutis, & sic celebrat ecclesia decollationem S. Ioannis Bapt. vt martyrium, quod constat non fuisse factum pro defensione, & in odium fidei, sed propter repræhensionem quam fecerat adultero Herodi, vt docet S. Th. Palud. & reliqui sententiarij: Siluester, & summistæ.

Ad Ro. 10. Cast. aduers. hæres. verbo, martyrium. Nau. in Ma c. 15 nu. 2. & c. 11. n. 40. Na. vbi sup. D. Th. 2 2. q. 124 ar. vlt. Palu. & DD. in 4. d. 49. Silu. & Summ. i verbo, martyrium.

2 Secunda Conclusio. Illicitum est occidere se propter fidem, nisi ad illud faciendum habeat specialem reuelationem, & impulsum diuinum, vt dicitur de Sansone, & de aliquibus Sanctis Martyribus: nec est licitum hoc facere in pœnam commissi peccati; & dicere contrarium est hæresis, vt resoluit Castr. qui error condemnatur facto Iudę, qui pœnitentia ductus ob venditum à se Christum suspendit se, vt dicitur in S. Mattheo; & idem est, quando aliquis amputat sibi aliquod membrum videns se confusum propter sua peccata, aut posito illi ante oculos amore Dei, nisi hoc faciat cum impulsu diuino, vt credendum est fecisse aliquas sanctas mulieres, quæ positæ in martyrio motæ à Deo monstrãtes fortitudinem suã, diuidebant linguam dentibus in duas medietates, & aliæ rogabant carnifices, vt occiderent eas propter Christum; & S. Laurentius dicebat tyranno, Iam satis assatum est, poteris versare tyranne, sicque erit tibi latus vtrumque dapes, ex vniuerso enim meo corpore volo facere holocaustum. Et hoc ad ostendendam fortitudinem Christi, quæ cũ eo stabat, non vero, vt incitaret tyrannos ad peccandum: & sic Christus Redemptor noster, dixit Iudæ, *Quod facturus es, fac cito*, quod quidem dixit nõ consulens ei, vt traderet illum, sed ostendens illi, & nobis suum inuincibilem animum, quo desiderabat obtinere victoriam contra mortem, & sic dicebat Christus Redemptor noster alias, Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, quousque exeam ad montem Caluarij, vt in eo ponam illum in executione.

Castr. vbi sup. Matt. 2.

De Matrimonij essentia, institutione, & obligatione. Cap. CCXIV.

SVMMARIVM.

Quid sit Matrimonium, & an sit sacramentum nouæ legis, & si possit fieri inter absentes per procuratorem; aut per litteras; & an sit sacramentum quod contrahitur inter infideles, concl. 1. numer. 1.

An

An sit proprium hominis naturæ matrimonio iungi; & an sit præceptum naturale, & quando obliget. concl. 2. nu. 2.

An verba, quæ dicit sacerdos, Ego vos coniungo, &c. sint forma huius sacramenti, aut mutuus consensus coniugum. conclus. 3. num. 3.

An copula carnalis sit de essentia matrimonij concl. 4. num. 4.

An signa exteriora exprimentia hunc consensum sint de essentia matrimonij conclus. 5. nu. 5

An huiusmodi verba, Volo te ducere, & similia significent matrimonium de præsenti, concl. 6. num. 6.

An hæc promissio facta cum iuramento, Non habebo aliam coniugẽ nisi te, aut Non ducam aliam a te, significent matrimonium de præsenti, aut de futuro, concl. 7. nu. 7.

An ad hoc, vt valeat matrimonium, necesse sit, quod mutuus amborum consensus, exprimatur statim concl. 8. nu. 8.

An silentium virginis non respondentis præ pudore, aut metu, respondente patre pro ipsa sit sufficiens signum matrimonij concl. 9. nu. 9

An sit matrimonium, si non contradicit ob metum reuerentialem patris. ibid.

An ratione dicti silentij matrimonium dictum sit sacramentum. ibid.

1 PRima Conclusio. Matrimoniũ est consensus exterior, qui fit inter maritum, & vxorem; & est nexus, vinculum, & conuentio, quæ fit inter illos ortum habens a mutua traditione suorum corporum, quæ continet in se mutuam, & indiuiduam conuersationem, vt colligitur ex Concilio Tridẽtino, & tradit post alios Sotus, & est sacramentum nouæ legis, vt decernitur in dicto Concil. Trident. quamuis fiat inter absentes per procuratores, vt resoluunt Sotus, Cucus, & Bartholomęus de Ledesma, contra Caiet. Verum est tamen, quod si fit per litteras, quod non est verum sacramentum, quia secundũ Conci. Tridentinum, est Clandestinum & ideo inualidum: quod autem contrahitur inter infideles non est nisi contractus; erit autem sacramentum si cõuertantur ad fidem, & consentiant denuo per verba exteriora, quia non potest denuo fieri sacramẽtum, nisi adsit denuo materia, & forma.

Concil. Tri. sess. 24. c. 1. Sot. in 4 d. 27. q. 2. art. 1. & 3. Sot. vbi sup. Cucus inst cat. li. 5. titu. 12. n. 35 Led. de matrim dis. 18.

2 Secunda Conclusio. Multum propria est hominis naturæ inclinatio ad connubium ad conseruationem suę speciei, sicut homo naturaliter habet inclinationem ad cibum ad conseruationẽ indiuidui, vt docent D. Thom. & Sotus Fuit autem institutum a Deo vt contractus per illa verba. *Non oportet hominem esse solum*, fuit præceptum a Deo in illis, *Crescite & multiplicamini*, fuit eius natura indissolubilis significata in illis verbis dictis ab Adam; *Hoc nunc os ex ossibus, & caro de carne mea*; vt videntur insinuare Sotus & thesaurus sacerdotalis, & colligitur ex Concil. Trid. Et cum præceptum matrimonii sit præceptum naturale, ita vt si Deus non præciperet, obligaret nos ipsa natura ad illud pro conseruatione eius, sequitur, quod obligat omnes homines non semper, sed certo loco, & tempore determinato, vt reliqua præcepta affirmatiua, quæ obligant semper, sed non ad semper, vt dicit Ricardus.

D. Tho. in addi. ad 3. p. q. 42. ar. 1. & in 4. d. 26. q. 1. ar. 1 vbi Sot. Sot. in 4 d. 26. q. vnic. li. 5. Thes. sacerd 1 p. de sac. matr. f. 119 col. 4. Conc. Trid. ses. 24. de sacramen. matr. in prin. Rica. in d. dist. 26. ar. 3.

3 Tertia Conclusio. Verba quæ dicit sacerdos. *Ego vos coniungo*, non sunt forma huius sacramẽti, & contractus, nec sacerdos est eius minister, vt dicit Sot. post D. Thomas & contrarium dicere est temeritas, quia sequeretur quod matrimonia clandestina ante Concilium Tridentinum (vbi non erat sacerdos, nec similis forma) non fuissent sacramentum, quod est contra dictum Concilium, quod diffinit fuisse vera sacramenta. Nec obstat dictum Concilium præcipiens, vt sacerdos dicat prædicta verba; quia respondeo, quod licet præcipit illa dicere, non ideo tamen sacerdos est vt minister sacramenti, sed tanquam minister ecclesiæ coniungendo eos matrimonialiter, vt constet omnib. esse coniunctos mutuo consensu, quem iam manifestauerant per verba exteriora;

D. Th et Sot. vbi supr.

Sess. 24. cap. 1. de ref. mat.

riora; ficut quando aliquis eft occulte abfolutus ab excommunicatione, poteft publice abfolui, vt conftet omnibus effe abfolutum. Vnde fequitur, quod, licet parochus non dicat dicta verba, matrimonium erit validum, fi adfit mutuus amborum confenfus, ipfo præfente folum præfentia morali, vt infra dicetur, & dicunt Ledefma, Secura de Aualis & tractatus facerdotalis. Sequitur amplius, quod minifter huius facramenti funt ipfimet contrahentes, & eorum mutuus confenfus eft materia, & forma, vt tenent Ferrara, Sotus, & Couarruuias, quamuis Nauarrus, quo ad hoc corollarium incedat alio itinere.

Ledefm. vbi fup. difficultate 21. Aualos i direct. c. 15. n. 52. Tractat. fac. 1 p. f. 18 D. Th in addit. ad 3. p qu. 33. ar. 4.

4 Quarta Conclufio. Copula carnalis non eft de effentia matrimonii, vt eft contractus naturalis, quia ante copulam matrimonium eft vinculum coniugale inter legitimas perfonas ad finem generandi, nec copula eft de eius effentia vt eft facramentum; quia iam per cõfenfum contrahentium habet fuam materiam & formam; eft igitur copula perfectio accidentalis matrimonii, quia operatio, & actus fecundus eft accidentale rei conftitutæ in fuo actu primo, fic tenent D Thom. Vualdenfis, Turrecremata, Sotus, & Ledefma: & hoc fufficiat relictis multis quæftionibus metaphificis, quas adfert Medina circa hanc difficultatem, quarum aliquæ videntur fictiones etiam hominibus doctis, quia in hac materia non intendo mouere quæftiones fcholafticas, cũ non fint Confeffariis neceffariæ.

Vuald d facr. ca. 130. Turrec. in c. non eft dubium 28. q. 2. Sot. vbi fup. q. 2. art 4. Ledefm. vbi fup. diffi 7. Med. de facr. ho. cõtinet a ca. 58. per multa capita. Sot. vbi fup. ar. 3 Cou. in c. quam

5 Quinta Conclufio. Etiam in iis, qui loqui poffunt, verba non funt de effentia facramenti matrimonij, quia fufficiunt figna exteriora, quibus fignificetur confenfus interior contrahentium, fic tenent Sotus, Couarr. & Nauar. qui dicunt hanc effe communem opinionem DD. Theologorum, & Canoniftarum; quod intelligitur non folum, vt fit contractus, fed etiam vt fit facramentum, quamuis Canus teneat, quod, vt fit facramentum, funt neceffaria verba, cuius opinio confunditur, quia Chriftus Redemptor nofter voluit matrimonium, quòd effet verus contractus, fuiffe facramentum inter fideles: vt autem fit verus contractus, fufficit, quod exprimatur confenfus contrahentium per figna exteriora. Verum eft tamen, quòd verba in ijs, qui fciunt loqui funt neceffaria per præceptum ecclefiæ, vt colligitur ex iure; non funt autem neceffaria de neceffitate facramenti.

uis pac. 1. p n. 4. Na. c. 22 nu. 20. Can. l. 8 de locis c. 5. ad 3 c. inter virum defpõf.

6 Sexta Conclufio. Hæc verba (volo coniungi tecum) fignificant matrimonium, fi proferantur cum deliberatione, refpondendo interrogationi alterius contrahentium, vt dicunt Couarr. & Salzedus, quòd intelligitur feruata forma Concilij Tridentini, & idem dicendum eft de iis verbis (Ego volo te recipere in meam) conftando quòd ipfa vult contrahere de præfenti, quia fi hoc non conftat, debent teneri pro fpõfalibus de futuro, nifi præcedant verba, quæ oftendant effe matrimonium de præfenti fecundum Adrianum, quem refert Veracruz, & hoc feruata in reliquo forma Concilij. Eft multo rationabilius per hæc verba (Ego volo habere te in vxorem) contrahitur matrimonium, quia denotant ipfa in fe quandã executionem actus perfecti, quod debet intelligi, nifi præcefferint verba denotantia fponfalia de futuro, vt fi dicatur (Promitto te habere in vxorem) quia idem eft, ac fi diceretur (Promitto me habiturum te in vxorem) quæ fignificant fponfalia de futuro, nifi aliud conftiterit de mente contrahẽtium, vt poft alios dicit Couarr.

Cou. in 42. p. c. 4. nu. 4. Salzedo in prac. crim. c. 775. Veracr. in fpecu lo coniu giorum 1. p. p. 17 per tres conclus. Cou. vbi fupr.

7 Septima Conclufio. Hæc promiffio facta cum iuramento (Non habebo aliam vxorem nifi te) aut illa (Non erit vxor mea nifi tu,) non funt matrimonium de præfenti, nec fponfalia de futuro abfolute, nifi fub hac conditione (Si duxero, non ducam nifi te) & ideo fi nõ iungatur matrimonio, non tenetur adimplere hoc iuramentum, fic tenet Couarruuias, & eft communis opinio, vt tradit Gutierez, quòd vt clarum probare præter mitto.

Cou. d. ca. 4. in prin. n. 8 Gutt. in q. can. c. 21. n. 13.

8 Octaua

8 Octaua Conclusio. Non est necesse quod explicetur consensus amborũ simul, ita vt finito vnius dicto, statim debeat alius respondere, sed sufficit, quod amborum consensus exprimatur simul moraliter, & sic sufficit, quod consensus vnius non interrumpatur per actum cõtrarium, vt sic remaneat virtualiter, & ideo consentiente vno, iam intelligitur, quod amborum consensus sunt simul, sic tenent Nauarr. & Couarr. post alios. Hinc infertur, quod, si vnus interim dum consentit alius, reuocat suum mandatum, non valet matrimonium. Sequitur amplius, quod, quando aliquis iungitur per procuratorem, si antequam procurator det consensum pro illo, reuocet illum, non valet matrimonium: quamuis reuocet ignorante alio, propter magnam libertatem, quam vult ius, quòd sit in hoc sacramento, vt dicit Couarr. & in iure statutum est.

Nau. c. 22. n. 80. Cou. in 4. 2. p. c. 4. §. 7.

9 Nona Conclusio. Consensus virginis non respondentis præ pudore præsente patre, qui eam locat, est sufficiens signum, quod velit nubere respondente patre, quod sic, & ipsa non contradicente, & idem si sit præsens non pater, sed quiuis alius extraneus, quia maiori libertate posset dicere nõ, si vellet, quam præsente patre; sic dicit Sotus, & tenet Angles si tamen constat, quod non contradicat ob metum reuerentialem patris, non valet matrimonium, vt dicit Couarru. Et nota, quòd quamuis ratione huius silentij non restet, quin hoc matrimonium sit contractus, videtur tamen quod non erit sacramentum; quia vt sit, necesse est, quod consensus exprimatur aliquo signo practico sensibili; clarum autem est, quod silentium non est signum sensibile, vt notant Gabriel, & Angelus.

Couar. vbi sup. nu. 10. c. si. d pro. cu. in 6. Sot. vbi supra. Angl in Florib. 4. q. de matrim. ar. 12. dif. 4. Cou. in 4. 2. p. c. 3. §. 6. n. 5. in fi. Supplemẽtum Gabr. q. 3. nu. 4. Ang ver bo matrimoniũ 2. §. 4. & 5.

De matrimonij denunciationibus. Cap. CCXV.

SVMMARIVM.

Qui sint modi matrimonij clandestini, de quibus mentionem facit Conc. Trid. & ad matrimonium quæ solemnitates requirantur de necessitate Sacramenti, & quæ de necessitate præcepti. nu. 1.

An denunciationes debeant præmitti sub pœna peccati mortalis, & in quibus casibus peccetur, aut non peccetur, si non fiant. concl. 1. nu. 2.

An Episcopus possit dispensare in denunciationibus, & an vnica denunciatio sufficiat. conc. 2. nu. 3.

An Episcopus cum filijs contrahentibus sine licẽtia patrum possit dispẽsare. ibid.

An dispensatio denunciationum Episcopis solum sit cõcessa, an etiam ordinario, & quis sit ordinarius. conc. 3. nu. 4.

An Parochi ante contractum matrimonij, aut post possint in denunciationibus dispensare. concl. 4. nu. 5.

An solus Parochus, aut eius locumtenens possit facere matrimonij denũtiationes, concl. 5. nu. 6.

Ad quid fiant denunciationes matrimonij. ibid.

An teneatur manifestare impedimentum, qui illud scit per confessionem, aut per aliud secretum naturale, concl. 6. nu. 7.

An ad impediẽdum matrimonium sufficiat vnicus testis. concl. 7. nu. 8.

An inueniens Parochus aliquod impedimentum teneatur præmonere ordinarium. conclu. 9. nu. 10.

An factis denunciationibus nullo inuento impedimento possit parochus coniungere quoscunque, qui velint coniungi. conclu. 10. nu. 11.

1 AD explicationem eius, quod in hoc, & sequentibus capitibus duob. dici debet est notandum, quòd sunt plures modi matrimoniorũ clandestinorum, sed tãtum duobus proprie modis

modis dicitur matrimonium clandestinum, quorum solum faciam mentionem, ne grauetur lector prolixitate, qui si voluerit videre hoc extense videat magistrum sententiarum, Petrum de Soto, & Veracruz, Couarr. Nauuarr. & Dieg. Perez. Primus modus matrimonii clandestini est, quando fit sine testibus legitimis, secundus quando licet fiat coram testibus, non seruatur autem forma iuris, & solemnitas, quia non præcedunt denuntiationes, & alia quæ a iure requisita sunt, & hos duos modos ponit nunc Concil. Tridentin. Ad cuius explicationem nota, quod aliquæ res, & solemnitates continentur in Concil. Trident. de necessitate præcepti, aliquæ de necessitate sacramenti. De necessitate præcepti sunt sequentes. Prima, quòd antequam matrimonium contrahatur per verba de præsenti fiant tres denuntiationes in tribus diebus festiuis publice in Missa solemni dicendo, quomodo Maria, & Petrus volunt contrahere, &c. Secunda quod Parochus certus de consensu contrahentium dicat coram omnibus, Ego vos coniungo in matrimonium, &c. aut dicat alia verba æquiualentia secundum consuetudinem loci, aut prouinciæ. Tertia præcipit parocho, vt habeat librũ, in quo scribantur nomina testium, & coniugum, diesque, & hora in quibus matrimonium fuit celebratum, quem librũ debet diligenter custodire. De necessitate autem sacramenti sunt sequentes res. Prima est quod parochus sit præsens contractui, aut alius de eius licentia, aut de licentia ordinarii. Secunda, quòd ad minus sint cum eo duo testes, & hac forma non seruata matrimonium est nullum, & qui comprehenduntur in culpa, grauiter puniuntur. Hoc supposito oportet explicare, quæ sint nunc de necessitate præcepti, & sequenter tractabimus de iis, quæ sunt de necessitate sacramenti: relicto autem, quod antiquitus erat ordinatum, vt constat in Concilio Lateranẽsi, cuius vestigiis inhæret Concil. Triden tino dicemus solum, quòd nunc prædictum ordinat Concilium, per conclusiones, vt habemus de more resoluentes.

Magistr. in 4. dist. 28. Soto. in sua pr... lec. 14. Veracruz in sp. c. cõiug. 1. p. ar. 10. & in appẽ. Cou. in 4. 2. p. c. 6. Na. vbi sup. n. 68. Perez li. 5. ord. ti. 1. l. 1. p. 55. Concil. Trid. ses 24. c. 1. de matr.

Concil. Trid. vbi supr. cap 1.

2 Prima Conclusio. Necessario sub pœna peccati mortalis debent præmitti huiusmodi denuntiationes, quia licet non sint de necessitate sacramenti, sunt tamen de necessitate præcepti, vt constat ex d. Concil. Triden. quia grauibus pœnis castigat eos, qui iunguntur in gradu existẽtes prohibito, (licet ignoranter fecerint,) si omiserint dictas denuntiationes, addens causam: quia non est dignus indulgentia, & benignitate ecclesiæ, qui audacia præsumptuosa non vult eius obedire præceptis: & hoc quod dicit, audacia præsumptuosa dat intelligere, quod non peccabunt mortaliter, qui bona fide id omiserint. Propterea Parochus qui non facit dictas denuntiationes putans esse factas, non peccat mortaliter, nec contrahentes peccant mortaliter credentes bona fide esse factas propterea quod Parochus factas fuisse affirmauerit, quamuis iungantur sine eis; sic dicunt Segura, & Salzedus Est etiam aliquando licitum omittere huiusmodi denuntiationes, in casibus quod si fiant, sequerentur magna damna; quia non est intentio ecclesiæ obligare suis præceptis imminente hoc periculo: sic dicunt communiter DD. cum Soto. Primus casus est, quando matrimonium fuit factum secundum formam Concilii, & propter aliquod secretum impedimentum est nullum, obtenta dispensatione secrete huius impedimenti, poterunt coniungi sic coniuncti, licet denuo non præmittantur huiusmodi denuntiationes, quia aliter sequeretur magnum scandalum. Secundus casus est, quando aliqua virgo, quæ est sub potestate curatoris, seu tutoris vult nubere sua sponte sine licentia eius, qui vult eam locare alteri homini inferioris conditionis, in quo casu non est necesse, q̃ præcedant dictæ denuntiationes, vt con-

Sess. 24. de Ref. matr. c. 1

Segu. in direc. 2. p. c. 15. nu. 40. Salz. in prac. cr. c. 73. p. 235. Sot. in 4 d. 28. q. 1 artic. 3. ad 1.

Perez vbi su. p. 27. col. 1 Greg. in l. 3. tit. 3 p. 4. ve. e nō seprian legitimos Cou. vbi su. n. 36. Sot. vbi sup. ar. 2. Perez p. vbi su. 29

concedit Didacus Perez. Tertius casus est, si aliquis in articulo mortis vult ducere vxorem suam concubinam, vt filij efficiantur legitimi habiti ex ea; quia in hoc casu potest fieri sine denuntiationibus, vt concedunt Gregorius Lopez, Couarr. Sotus, & Didacus Perez. Alij casus ponuntur à Doctoribus, sed hi sunt magis ordinarij; & in his potest parochus coniungere contrahentes, licet non præcedant dictæ denuntiationes, quamuis Ordinarius non dispensset, quia ius naturale dat licentiam ad hoc, nisi in secundo casu, in quo si tutor, aut curator non vult eam locare ita festinanter, vt non det locum adeundi Ordinarium, non poterit Parochus facere coniugium, nisi Ordinarius dispensauerit in denuntiationibus.

Conc. Trid. sess. 24. c. 1. d Resp. Mattim.

3 Secunda Conclusio. Facultas dispēsandi in his denuntiationibus committitur Episcopis à Concil. Triden. tribuēte illis plenam facultatem, vt fuit respōsum per dominos Cardinales Consilij reformationis, Cardinali Borromæo Archiepiscopo Medioll. die 15. Aprilis 1593. quorum responsum sequitur, *Denuntiationes Episcopi arbitrio remitti non solum si de malitioso impedimento suspicio est, sed etiam propter quamcumque causam Episcopi arbitrio iustam, scilicet, si instaret Aduentus, vel Quadragesima.* Responderunt etiam prædicti domini Cardinales, quod sufficiat fieri vnicam denuntiationem dispensante Ordinario, & sic interpretantur Concilium Didacus Perez, Nauarr. & Sarmientus.

Perez vbi su. 2. d. ord. 755. Naua. v. su. n. 69. Sar li. 1. select. c. 6 Gut. in q. cano. c 19. n. 4. Menoc. cons. 69. vol. 1.

Hinc colligitur primo, quod non potest Episcopus dispensare in illis sine aliqua causa, vt contra aliquos defendit Guttierez. Secundo infertur, quod non solum, quando propter malitiam vult fieri impedimentum matrimonium potest Ordinarius dispensare in illis, sed etiam alijs iustis de causis, vt constat ex prædicta declaratione, quod debet teneri, quamuis Menochius tenuit contrariū. Aduertant tamen Episcopi, quod non possunt dispensare in his denuntiationibus sine aliqua causa rationabili, quādo filijfamilias volunt coniungi clam: quia dispensantes huiusmodi videntur cooperati peccato, quod isti committunt contrahentes sine licentia suorum patrum, vt insinuant DD. allegati.

4 Tertia Conclusio. Potestas remittendi denuntiationes non est commissa signanter Episcopis, sed Ordinario; Ordinarius autem proprie est Episcopus, & eodem iure quicumq; habens iurisdictionem ordinariam ad cognoscendum de causis matrimonialibus: vt est officialis generalis, Vicarius, & Magister scolæ Salmanticensis, quo ad scolasticos matriculatos in vniuersitate, vt dicit Cucus affirmans sic fuisse responsum per Dominos Cardinales reformationis, & tenet Salzedus reprobans Menochium, qui dicebat solum Episcopis esse concessam hanc licentiam. Hinc infert Nau. quod commendatarius alicuius Abbatiæ potest remittere has denūtiationes, cum sit Ordinarius in ecclesijs suæ Abbatiæ. Hinc etiam infertur, quod Vicarij ordinis diui Ioannis Hierusalem possunt etiam remittere dictas denuntiationes, cum sint ordinarij ecclesiarum subiectarum suo Vicariatui. Infertur amplius, quod Vicarij inferiores, qui dicuntur foranei, de quibus tractat Couar. suis practicis quæstionibus, non habent authoritatem dispensandi in ipsis, vt post alios tenet Veracrux, & Gutierez.

Cucus li. 5. de iust. cath ti. 11 salz. in pra. cri. c. 73 in fi. Na. li. 4. cōs. ti. de spō. sa. cō. 5. fol. 36.

Coua. l. pra. q. c. 4. n. 3. Veracr. in appēdice l. 5. Gut. v. su. a n. 15 vsq; ad fi. capitis. Seg. i. direc. 2. p. c. 6. n. 5 Gutier. de iur. cōl. 2. p. c. 72. n. 25.

5 Quarta Conclusio. Parochi, nec ante, nec post contractum matrimonium possunt dispensare in huiusmodi denūtiationibus vt defendit Gutierez, & Secura dicit, quod hæc sententia maxime sit practica, ita vt Parochus contrarium faciens puniretur, vt docet Guttie. cum Conc. id ei non concedat, licet enim remittat denuntiationes in tribus casibus supra positis, non facit, quia ius expresse id concedat, sed quia Epicheia sine quitos id dictat; & sic peccabit Parochus id faciens authoritatiue etiam in prædictis casibus; & sic interpretandū est Concilium, quando dicit sufficere vnicam denuntiationem, quando timetur.

tur, quòd matrimonium impedietur malitiose, & quòd Parochus cum duobus testibus sint præsentes. Ex his verbis non colligitur dare Concilium authoritatem Parocho ad dispensandum in ipsis, antequam matrimonium contrahatur, sed quod ipsum Concil. dispẽsat in hoc casu, quòd debet teneri, quãuis admodum doctus pater frater Petrus de Ledesma dicat Concilium dare authoritatem parocho, vt dispenset in illis denuntiationibus antequam matrimonium contrahatur.

Ledes in addit. ad 3. p. q. 46 ar. 5. pa. 185.

6 Quinta Conclusio. Solus parochus beneficiarius ecclesiæ parochialis, aut eius locum tenens potest facere dictas denuntiationes, cum eius curæ incumbat facere certiorem prælatum, si sit aliquòd legitimum impedimentum, vt dicit Concilium Tridentinum, & resoluunt Didacus Perez, Albornatius, & Frater Ludouicus Lopez, & si qui volunt contrahere, sunt diuersarum parochiarum, in ambabus parochijs debent fieri denuntiationes ad hoc, vt si aliquòd fuerit impedimentum ambarum partium fiat manifestum, quòd cõstat ex Concil. Tridentino, qui iubet fieri denuntiationes à parocho amborum contrahentium, sic tenent doctores allegati & practica receptum est.

Cõc. Tr. vbi su. Perez 4. de dist. 37. Albornoz l. 4. de arte contr. f. 150. Lo. in instr. consç. 1. p. c. 86. n 87.

7 Sexta Conclusio. Nemo tenetur manifestare impedimentum, quod scit solum in confessione, sic tenent omnes, ita vt si solus parochus sciret impedimentum per confessionem, potest coniungere contrahentes factis denuntiationibus, si excusari nõ possit, quia hoc non est cooperari eorum peccato, sed facere officium suum: sic tenet Sotus post Paludanum, & extra casum confessionis quicumque sciat impedimentum tenetur manifestare id, licet sciat secreto, & non possit illud probare, sic tenet Couarr. & Naui debet tamen aduerti; quod si impedimentum oritur ex aliquo peccato occulto, prius debet moneri, qui vult contrahere, vt desistat à matrimonio, & si noluerit desistere, denuntiare tenetur superiori, qui potest impedire, quia præceptum est obediendi superiori iubenti, vt reueletur aliqd crimen, ex quo non reuelato sequeretur graue damnum.

Sot. vbi su. dub. 5 post 5. concl. Cou. v. su. 2 p. c. 6. § 10. [illegible] Na. in c. sacerdos n. 27 & i Ma. c. 22 [illegible]

8 Septima Conclusio. Ad impediendum matrimonium sufficit vnicus testis reuelans aliquod impedimentum, vt tenet Nauar. Post Anglus, & Syluest. & tenet etiam Couarruuias, & Guttierez, estque ordinarium in quadam lege partitar, vbi notat Greg. Lopetius. Hinc infertur, quod ad impediendum matrimonium, in hoc casu sufficit sola fama, quia est æquiualens vni testi. Et notat, quòd testis, qui sciuerit, quod ex reuelatione impedimenti nascetur aliquod scandalum, non tenetur illud facere, licet illi iubeatur sub pœna excommunicationis vt post Adrianum tenet Nauarr.

Na. in d. c. sacer. Cou. vbi su n. 10. Gutt. li. 1. p. 113. n. 18. 9 p. 4. vbi Greg.

9 Octaua Conclusio. Qui audit impedimentum à personis fide dignis, tenetur manifestare, quoniam hoc sufficit ad impediendum matrimonium, ne fiat, vt dicit Couar. Et nota quod in aliquibus episcopatibus ponitur excommunicatio contra non reuelantes impedimẽtum, quod fuit vt in Archiep. D. Iacobi Compostellæ.

Na. c. inter ver. 1. q. 3. n. 633. cũ seq. Cou. vbi sup. Syn. cõpost. de mat n. 7

10 Nona Conclusio. Inueniens Parochus aliquod impedimentum, tenetur certiorem facere Ordinarium vt præcipitur à Concil. & si coniunxerit contrahentes absque dictis denuntiationibus, erit grauiter puniendus, vt iubet ipsum Conc. valebit tamen matrimonium, si non adsit impedimentum dirimens, vt declararunt domini Cardinales reformationis, & dicit Salzedus.

Salz. v. sup. c. 57

11 Decima Concl. Factis denuntiationibus, nulloq; inuento impedimento potest parochus coniungere coram testib. qui voluerint coniungi, nec est necessarium, qd coniungat ante fores ecclesiæ, sed sufficit quod cõiungat eos corã aliquibus, vt explicat Didacus Perez, & Nauar. & tenetur scribere contrahentes, & diem, horamque, qua matrimonium contractum est, in quodam libro; quod non faciens peccabit mortaliter;

Perez 2. p. ord. a f. 24. Nau. in Ma. c. 22 n. 69.

taliter, cum non adimpleat præceptum ecclesiæ in re graui, vt tenet Veracruz, & Bartholomæus de Ledesma.

Spec. cō iug. dub 12. appē dice. Ledesm. de matr. dif. 1.

De præsentia Parochi, & testium in contrahendo Matrimonio. Cap. CCXVI.

SVMMARIVM.

An assistentia Parochi, & testium sit de necessitate huius contractus, & Sacramenti. concl. 1 num. 1

An Christiani Galli, qui viuunt in partibus, vbi non est receptum Concil. Trid. possint coniungi sine Parocho, & testibus, ibid

An peregrini possint coniungi sine Parocho & testibus, & quis sit eorum Parochus, concl. 2 num. 2

An Parochus, qui debet esse præsens, debeat esse proprius sacerdos, & an valeat matrimonium ipso præsente, Episcopo tamen illi prohibente. concl. 3 num. 3

An sufficiat quod assistat Parochus sponsæ, an sponsi. concl. 4. num. 4.

Quis erit parochus illis, qui se conferunt ad aliam diœcesim animo non commorandi si velint ducere vxores. cōcl. 5. nu. 5.

Al valeat matrimoniū factū corā Parocho existentibus contrahentibus cū illo extra suam parochiam. concl. 6. num. 6.

An valeat matrimonium factum coram Parocho, qui obtinet secundum beneficium incompatibile concl. 7. num. 7.

An Parochus, qui non est sacerdos, possit esse præsens matrimonio. concl. 8. num 8.

An possit esse præsens matrimonio Parochus, cui propter defectum scientiæ datus est coadiutor. c. 9. nu. 9

An valeat matrimonium Parocho inuito assistente concl. 10. nu. 10

An possit Parochus dare licentiam cuicūque sacerdoti, quamuis simplice, vt assistat, & an possit dare eandem licentiā Diacono & Subdiacono concl. 11. n. 11.

An sufficiat, quod sacerdos habeat licentiam generalem a Parocho, ad exercenda omnia, quæ pertinent ad curam animarum, vt ipse assistat, conclus. 12. numero 12.

An sit suspensus sacerdos sæcularis, aut regularis qui coniungit oues alienas, aut facto matrimonio dederit eis benedictiones sine licentia Parochi. concl. 13. numero 13.

An ordinarij cognoscentes de causis matrimonialibus possint dare hanc licentiam. concl 14. nu. 14

An Archiepiscopus possit dare hanc licētiam subditis suorum suffraganeorum. concl. 15. nu. 15

An virtute Cruciatæ, aut alterius Iubilæi possint sacerdotes assistere matrimonijs. concl. 16 nu. 16

An testes qui debent assistere matrimonio debeant habere vsum rationis. concl. 17, num. 17.

An patres, & consanguinei possint esse testes. ibid.

An matrimonium factum coram parocho & testibus cum conditione licita, sit necesse, vt iterum fiat. concl. 18. nu. 18.

An peccet mortaliter clericus, aut laicus, qui impedit ne matrimonium fiat corā Parocho & testibus concl. 19. nu. 19

1 PRima Conclusio. Assistentia parochi, & testium est de necessitate huius tractatus, & sacramēti; ita vt sit nullum matrimonium celebratum sine ista forma: & sic errant iudices ecclesiastici, qui non faciunt irritum matrimonium, quod non est hac forma celebratū, cum Conc. Trid. expresse irritum faciat illud, & cognoscendo de eius nullitateque solum pertinet ad eos declarare esse nullum, vt explicauerunt domini Cardinales reformationis, cuius declarationis testimonium perhibet Salzedus. Magna fuit difficultas inter Theologos, & Canonist. quomodo Concil. potuit irritare matrimonium clandestinum, hoc est, matrimonium factum sine prædicta forma; ad quod respondetur, quod non irritum fecit illud immediate, (quia ecclesia non habet potestatem super essentiale sacramentorum) sed solum fecit irritum, quod matrimonium præcedit, faciens contrahentes

Concil. Trid. ses 24. c. 1. versic. 4 aliter.

salz. vbi sup. c. 57 pa 214. col. 2.

inhabiles ad contrahendum, nisi fuerit præsens Parochus, & testes, sicut ecclesia non irritat sacramentum pęnitentiæ, quod consistit in confessione dolorosa peccatorum, & absolutione eorũ, sed quod præcedit hoc sacramentum, nempe habilitatem ministrorum, faciens illos inhabiles, & subtrahens illis iurisdictionem, vt explicat Scotus in simili casu. Et nota, quod facit inhabiles personas ad contrahendum sine Parocho, & testibus, vnde volentes, contrahere secundum formam Cõcilii remanent habiles ad contrahendum, vt declarant Veracruz, Didacus, Perez, & Sotus.

Scot. in 4 d. 26. in solut. ad 2. Veracr. vbi sup. fol. 38. Perez vbi supr. 42. co 1. Sot. in 4 d. 28. q. vnic ar. 1. col. 3.

Nota autem, quod Christiani Galli, qui habitant in Gallia, aut aliis locis, vbi non est receptum istud decretum Cõcilii Tridentini, si contrahant sine Parocho, & testibus, valet etiam nunc matrimonium, quia Concilium non irritat essentiam matrimonii (cum sit de iure diuino) scilicet contractum indissolubilem, & per consequens non irritat consensum amborum contrahentium, quod est materia, & forma sacramenti, sed solum inhabilitat personas ad contrahendum clandestine: quæ inhabilitas est de iure positiuo ordinata per dictum Concilium: vnde non comprehendit illos, qui sunt ex prouintiis, in quibus non est receptum. Quod autem hæc solemnitas sit de iure positiuo, probatur, quia omnes fatentur posse Papam dispensare, vt valeat matrimonium factum sine Parocho, & testibus, vt tenet Nauarr. Notandum autem est hoc punctum, quia in facti, contingentia accidit mihi audienti confessionem cuiusdam Galli in his Regnis Hispaniæ; qui in quadam Galliæ prouincia, vbi non erat publicatum hoc decretum contraxerat clandestine, cui declaraui non posse ducere aliam vxorem viuente illa, & obligaui illum ad quærendam eam tamquam veram vxorẽ suam, propter causas, quæ ad illud faciebant. Ex dictis infertur, quod captiui, qui sunt inter infideles, vbi habent animum permanendi, & viuendi semper, effecti ciues illorum possunt ducere vxores sine Parocho & testibus; quia si bene consideratur (vt ait Henriquez) Concilium non incæpit ligare, nec limitare immediate ratione personarum, sed habens respectum immediate ad Parochiam, aut prouinciam, in qua cũ authoritate Ordinarii est legitime promulgatum, & facta dicta promulgatio ne extenditur ad personas illius prouinciæ, vnde cum in partibus, vbi sunt huiusmodi captiui, non sit promulgatum hoc decretum, certum est non eos obligare, cum illi habeant suum domicilium: hancque rationem deberet inspicere pater Fra. Petrus de Ledesma, ne teneret contrarium: cuius opinionẽ libenter ego sequerer loquendo de captiuis, qui tractant de sua redemptione, & sperant cito liberandos esse a captiuitate. Hinc infertur, quod Castellanus, aut Lusitanus, qui se confert ad habitandum in Galliam, aut in partes, vbi non est promulgatum istud decretum, & ibi commoratur, potest ducere vxorem sine Parocho, & testibus: nisi in casu, ꝙ solũ illuc se cõferat propter hanc causam, ducendi, s. vxorem in fraudem legis, vt fatetur idem Ledesma.

Nau. in c. humanęaures 22. q. 5. q. 3. n. 4.

Hen. 2. to. li. 11. c. 3. n. 8.

Ledes. in addi. ad 3. p qu. 45. ar. 5. fol. 196. Led. vbi sup. fol. 198.

2 Secunda Concl. Peregrini non possunt contrahere sine Parocho, & testibus; ille aũt erit eorum Parochus adhoc, qui secundum loci morem ministrat illis sacramenta: sic declararunt domini Cardinales reformationis, vt aduertit Salzedus. Debet tamen aduerti, quod Concil. Trid. iussit dictis parochis, ne coniungant prædictos extraneos sine debito examine, & habita prius licentia ab Ordinario, ita vt dicat Siluester, quod non debent Episcopi admittere huiusmodi homines ad matrimonium sine litteris testimonialib. & idem tenet Gregorius Lopez.

Salz in prac. cr. c. 73 Concil. Triden. sess. 24. cap. 7.

Greg in l. 1. tit. 3 p. 3. ver.

3 Tertia Conclusio. Parochus qui debet esse præsens huic sacramento debet esse proprius sacerdos, qui est Parochus curatus vt cõstat ex eo quod tradit Sotus in simili materia. Nota vero, qd licet

Sot. in 4 d. 18. q. 4 art. 2.

cet Episcopus iubeat parocho, ne assistat matrimonio, erit tamen matrimonium validum ipso præsente factum, vt declararunt domini Card. reformationis his verbis. *Congregatio Concilij respõdit valere matrimonium contractum coram parocho, cui interdictum est ab Episcopo ne interueniat.* Hanc responsionem adducit Salzedus.

Salz. v. sup.

4 Quarta Conclusio. Quamuis communiter sit præsens parochus sponsę, in rigore tamen sufficit, quod sit pręsens parochus sponsi, quando sunt ex diuersis parochijs, vt tenet Segura; hęc conclusio est contra Nauarr. qui dicit esse necesse, vt assistat sponsæ parochus, si matrimonium celebratur in eius parochia, sicut è contrario, si fiat in parochia sponsi necesse esse parochum sponsi assistere. Nec obstat id, quod ipse Nauar. dicit, quod secundum eius opinionem fuit declaratum per dominos Cardinales congregationis Concil. tempore Pij Quinti; & Gregor. XIII. quia ad hoc respondent doctissimi viri esse impossibile; & quod Nauar. fuit deceptus; immo ipsimet Nauar. in quodam consilio dicit, quod contrarium declararunt domini Cardinales, & tenet nostram conclusionem; & idem in alio consilio facit mentionem eiusdem declarationis, & ostendit non esse certum, an declarauerint sic; & ideo tenens nostram conclusionem, dicit credere sic declarauisse dominos Card. quia est multum secundum mentem Concil. Estque clarum; quia Parochus sponsi habet potestatem ordinariam administrandi sacramenta omnibus suis subditis, vt dicitur in iure confirmato à Concil. Tridentino; ergo poterit cõiungere suum subditum cum quacumque extranea. Verum est tamen, quod in aliquibus locis iam consuetudo inualuit, quod Parochi communiter inter se non dissentiunt.

Segu. in direct. 1. p. c. 15. n. 47. Na. c. 25 nu. 144. Na. l. 4. cõs. ti. de sponsal. cõs. 1. & cõs. 52. f. 395.

c. ois vtriusque sexus de pęn. & rem. Cõc. Tr. ses. 24. c. 13. in fi.

5 Quinta Conclusio. Si sponsus, & sponsa transeunt ad aliam parochiam, aut ad aliam diœcesim sine animo ibi commorandi, possunt coniungi à parocho illius parochiæ de licentia parochi, in cuius parochia habent domicilium, quia quamuis à parocho alieno possint recipere sacramentum pęnitentiæ, & Eucharistię in Paschate, tamen non possunt recipere hoc sacramentum matrimonij, cum non sit coactum, sed liberum; hoc colligitur ex his, quæ tradit Siluester: si autem habeant animum permanendi, & commorandi in ea parochia, aut diœcesi, possunt coniungi à parocho illius, in qua volunt habitare, vt docet Silu.

Sil. ver. domicilium. sil. ver. parochia.

6 Sexta Conclusio. Matrimonium factum coram proprio parocho, existentibus cum ipso contrahentibus extra suam parochiam, vbi coniunguntur, est validum, si fiat coram testibus; quia certum est proprium parochum extra suam parochiam posse administrare sacramenta suis ouibus, vbicumque inuenerit eas: sic tenet Salzedus; & ideo administrans sacramentum hoc, erit validum. Verum est tamen, quod poterit ab Ordinario castigari pęna arbitraria assistens huic sacramento sine licentia parochi illius parochiæ, in qua est, vt aduertit Salzedus, & tenet Segura; quod debet teneri, quamuis Nauar. teneat contrarium dicens proprium parochum non posse coniungere oues suas inueniens eas extra suam parochiam, nec Ordinarius extra suam diœcesim, quia illi tunc habentur tanquam personæ particulares saltem ad exercẽdam suam potestatem, vt dicitur in iure: cui argumento respondeo; quod tenentur vt personæ particulares quo ad exercendam suam potestatem, quod fateor, non autem tenentur, vt personę particulares ad authorizandum matrimonium, quia si de facto sint illi præsentes cum duobus testibus, erit validum, cum Concilium non requirat, nisi quod fiat coram Parocho, aut alio sacerdote de eius licentia, aut de licentia Ordinarij, præsertim cum assistentes huic sacramento non sint eius ministri. Et nota, quod qui habent prædia, & possessiones, & se conferunt ad eas ali-

Sal. vbi su. c. 7. p. 242. salz. vbi su. Segura i direct. ca. 15. n. 49. Na. li. 4. cõs. ti. de spõs. cõsil 47. f. 393.

quo tempore anni habentes domum, & familiam, & denique domicilium in ciuitate, si coniunguntur cum parocho prædij, & campi, non valet matrimonium, nisi adsit licentia parochi proprij ciuitatis, aut eius Ordinarij, cum illic habeant domicilium, vt constat ex dicto, sic tenet Nauar.

Na. l. 4. cōl ti. d clan. de. s.o. cōs. 1. f. 398. c. multa d prębē. l.

7 Septima Conclusio. Parochus qui obtinuit secundum beneficium incompatibile assistens matrimonio valet, quoniam licet amittat in hoc casu ipso iure beneficium curæ, quod habet, & possit illud Episcopus alteri conferre, vt statuitur in iure, tamen donec fuerit in iudicio legitime expoliatus ab eius possessione, pōt assistere matrimonijs, attento, quod vocatus in iudicium poterit allegare aliquam causam sufficientem retinendi ipsum beneficium, vt dicitur ab ipso iure, & sic interim habetur pro parocho: & idem dicendum est de parocho habente iniustum titulū, quia donec toleratur, pro parocho debet teneri, & ideo vt parochus potest assistere matrimonio, vt constat ex his, quæ tradunt Sot. Nauar. Ledes. & Veracrux.

8 Octaua Conclusio. Parochus, qui non suscepit adhuc ordinem sacerdotij, potest esse præsens matrimonio, & cum eius præsentia erit validum, sic tenet Nauarr. in quodam consilio, quāuis idem Nauarrus in alio consilio dubitet multum de hac conclusione, dicens intellexisse congregationem dominorum Cardinalium fuisse inclinatam in partē contrariam fundatam in illis verbis Cōcilij, *qui aliter quam præsente parocho, aut alio sacerdote de ipsius parochi seu Ordinarij licentia, &c.* quia illud verbum *vel alio sacerdote* est relatiuum, & refertur ad parochum, & sic insinuat aperte parochum debere esse sacerdotem. Quare dicit Nauar. quod licet opinio affirmatiua sit probabilis, non auderet tamen separari à declaratione dominorum Cardinalium, vnde dicit melius facturum Vicarium Episcopi, si committat alteri sacerdoti, quod sit pręsens matrimonio.

Cōc. Tr. ses. 24. c. 1. de refor. matrim. Naua. d. cons.

9 Nona Conclusio. Parochus, cui ꝓpter inscitiam datus est coadiutor, non solum potest assistere matrimonio, sed valet matrimonium authorizatum eius præsentia, cum sit verus parochus, & licet sit illi prohibitum administrare sacramenta, non est illi prohibitū præesse sacramento matrimonij, cum in hoc casu non sit eius minister, vt supra diximus; solum enim valet eius præsentia ad authorizandum consensum contrahentium, qui est minister huius sacramenti. Verum est tamen, quod si est datus illi coadiutor, quia est mēte captus, non valebit matrimonium, in quo fuerit præsens, cum in hoc casu non assistat ei assistentia sua morali, hoc est, cum actu humano, vt declaro sequenti Conclusione.

10 Decima Conclusio. Parochus debet esse præsens matrimonijs præsentia quadam morali modo humano aduertens, & videns, quid ibi fiat, quia eius præsentia est necessaria, vt possit esse testis oculatus; sic declaratū est per DD. Cardinal. congreg. Concil. vt dicit Salzedus. Hinc sequitur primo, quod si est præsens forte fortuna, licet non sit vocatus, videat tamen quod duo coniunguntur inuicem, valet matrimonium, vt dicit Nau. quia, vt valeat matrimonium, non est necesse quod interponat suam authoritatem ad id, quòd dicitur, aut agitur, sed solum, quòd assistat, & videat, quid fiat, quamuis sit cum periculo, & coactus vi, & metu adhibito pugione ad pectus, quia cum ipse non sit minister huius sacramenti, non dependet eius substantia ab ipsius voluntate, vt pendet substātia aliorum sacramentorum ab intentione ministrorum eius, sic dicit Salzedus fuisse declaratū per DD. Cardinales congreg. Concil.

Salz. v. su. c. 73. p. 237.

Na li. 4. consl. tit. de spōl. cons. 20. fol. 376. col. 2.

Salz. vbi sup.

11 Vndecima Conclusio. Potest parochus dare licentiam cuicumque sacerdoti, quamuis simplici, & non approbato ab Ordinario ad assistendum, quia approbatio Ordinarij solum requiritur ad administrationem sacramenti pœnitentiæ, cum sit necessaria iurisdictio

ctio ad administrandum illud cum valore, vt cum communi dicit Nau. sic explicant Concilium Secura, & Ledesma, & tenent omnes moderni: & non potest dari hanc licentiam ei, qui non fuerit sacerdos, vnde si de eius licentia fuerint præsentes Diaconus, aut Subdiaconus, non valet matrimonium, quia Cōcilium dicit, quòd debet dare licentiam sacerdoti, & secundum communem modum loquendi Diaconus, & Subdiaconus non sunt sacerdotes, quòd cōfirmatur, quia idem Concil. in multis capitibus facit semper distinctionem ordinis sacerdotalis ab ordine diaconatus, & hoc modo fuit semper intellectum Concilium, quia materia est satis grauis, quamuis in alijs materijs aliquā do pro sacerdote intelliguntur Diaconus, & Subdiaconus.

Na. in Ma. c. 4. n. 1. Segu. vbi sup. n. 48. Led. v. su. dif. 2.

Cōc. Tr. sess. 23.

12 Duodecima Conclusio. Ad hoc, vt valeat matrimonium, non est necesse, quòd iste sacerdos habeat licentiam specialem à parocho ad hunc effectum, sed sufficit generalis, quam habet ad hoc, vt possit exercere omnes res pertinentes ad curam animarum, quæ sunt sub sua cura, vt probat Nau. nec est necesse, quod detur illi licentia in scriptis, vt defendit idem Nau. quia ad essentiā, & valorem gratiæ non est necessaria scriptura, vt dicit Dec.

Na. li. 4. cōs. tit. de spōs. cōs. 27. f. 380. Na. v. cō sil. 41. f. 391. Dec. in rubr. de constit.

13 Decimatertia Conclusio. Sacerdos sæcularis, aut regularis, qui coniunxerit eos, qui sibi subiecti non sunt, aut coniunctis dederit benedictionem sine licentia proprij parochi, remanet ipso iure suspensus, vt colligitur ex Conc. Trident. ibi (*coniungere, aut benedicere ausus fuerit.*) & notat Salzedus. Dixi, *sine licentia*, quæ debet esse expressa, & non sufficit tacita seu præsumpta, vt valeat matrimonium, vt declarant DD. Cardinales congreg. anno 1573. die 12. Nouembris cuius dat testimonium Menochius. Vt autem matrimonium sit validum coram dicto sacerdote, & vt sit liber à pęna, debet præcedere licentia proprij Parochi, & nō sufficit, quòd det illam post contractum matrimonium, ratum habens factum, quia quādo in aliquo actu est necessaria licentia, ad hoc vt fiat, debet præcedere, vt tenet dictus Salzedus post alios, & notat Nauarr. quod religiosus assistens matrimonio sine licentia parochi non solum remanet suspensus secundum ordinationem Concilij, sed etiam excommunicatus ipso iure, vt ordinabat antiquum ius, quia posteriores leges non tollunt anteriores, nisi dicant expresse, aut nisi sint contrariæ, vt notatur in iure. Nec est mirandum, quod religiosi puniantur duplo, quia cum sint exempti, solent Pontifices contra illos ponere maiores pęnas, quam contra sæculares, vt notat gl. communiter recepta.

Cōc. Tr. sess. 24. c. 1. Salz in d. c. 73. p. 242.

Menoc. l. 2. de arb. cen. 5. casu 453. n. 14 idē cōs. 181 n. 7. vol. 2.

Salz. v. su. pag. 243. Na. li. 5. ti. de penis cō sil. 1. f. 1. 668.

Clem. 1 de priu. ca. 1. de cōs. li. 6. Gl. cōm. recepta i c. 1. verbo, ingressum de pri. li. 6.

14 Decimaquarta Conclusio. Vt valeat matrimonium iam diximus quod erat necessarium, quod assisteret parochus, aut alius sacerdos de eius licentia; & addit Concilium, aut de licentia Ordinarij. Erit autem Ordinarius in hoc casu ille, cui est subiectus ipse parochus, cuius præsentia est sufficiens ad hoc, vt celebretur matrimonium, itaq; sufficit licentia Episcopi, aut sui Vicarij generalis, aut alterius prælati, qui habeat iurisdictionem quasi episcopalem, quia est superior parocho, cuius Parochianus est ille, aut illa, qui vult coniungi, vt sunt domini Cardinales in Ecclesijs suorum titulorum, Abbates in suis Abbatijs, Vicarij ordinum militarium in suis Vicariatibus.

15 Decimaquinta Conclusio. Archiepiscopus non potest dare licentiam subditis suorum suffraganeorum ad hoc, vt coniungant, nec ipse potest coniungere, quia non sunt subditi eius nisi in casu appellationis: & ideo si aliquis Episcopus sine causa legitima non vult coniungere aliquem, neque dare licentiam alteri, vt id faciat, si appellent ab eo, cognita causa potest Archiepiscopus concedere illam cuicumque presbytero suffraganeorum secundum doctrinam cuiusdam glo. approbatæ à Panormita, eiusque

glos. in c. 1. de sup. neg. præla. Episc. san. in c. si gs. & ne. in foro cop.

assistentia sufficiet ad hoc, vt valeat matrimonium.

16 Decimasexta Conclusio. Non est concessa licentia in virtute Bullæ Cruciatæ, aut cuiuscunque alterius Iubilæi, vt sacerdotes possint assistere matrimonijs, quia quamuis concedat illis Summus Pontifex, vt possint administrare alia sacramenta maiora, vt pœnitentiæ, & communionis, non videtur concedere illis licentiam ad hoc sacramentum propter multa inconuenientia, quæ inde possent nasci: conuenit enim, vt ille solum assistat, qui potest cognoscere de impedimentis matrimonij, tanto magis, quod nullus sacerdos potest benedicere sponsis, qui non sunt suæ parochiæ, licet habeat quodcunque priuilegium, nisi habeat licentiam Ordinarij, aut proprij Parochi ad illud, vt ordinat sacrum Concil. Trident. ergo multo minus poterit eos coniungere. Hinc infertur, quod licet in articulo mortis quiuis simplex sacerdos possit absoluere eum, qui in simili est positus periculo, non poterit tamen illum coniungere, quamuis sit cum sua concubina ad finem, quod eius filij efficiantur legitimi, sic tenet Spinus.

Cōc. Tr. vbi sup.

Spin. in specul. test. gl. 15. de filiis leg. nam 41 & 45.

17 Decimaseptima Conclusio. Testes, qui debent esse præsentes matrimonio, debent habere vsum rationis. Hæc conclusio est certa, & explicat eā Veracruz, quia requiritur, quod videant, & aduertant id, quod fit; & testes qui requiruntur in causis fauorabilibus etiā hic sufficiūt, quia causa matrimonialis est fauorabilis. Hinc sequitur, quod patres, & consanguinei possunt esse testes, vt post alios tradunt Cou. Sotus, & Veracruz; & eadem ratione possunt esse testes captiui, & alij familiares domus, & excommunicati, quamuis sint notati infamia iuris, tanto magis, quod defectus testium supplet præsentia Parochi, qui in suo libro scribit, quomodo coniuncti fuere, sic dicunt Veracruz, & Ledesma.

Cou. in 4 2. p. c. 8. §. 12. num. 8. Sot. in 4 d. 41. q. vnic. ar. tic. 2. Verac. vbi sup. Veraca. vbi sup. Ledesm. diffic. 21

18 Decima octaua Conclusio. Matrimonium factum coram Parocho, & testibus per verba de præsenti conditione licita nō est necesse, quod iterum adimpleta conditione fiat per verba de præsenti coram Parocho, & testibus; vt resoluit Nau. in quo iam cons. quia conditionalis dispositio impleta conditione remanet purificata, & sine vlla conditione; ideò quod ab illo tempore remanet perfecta, ac si à principio fuisset pure facta, vt dicitur in quodam loco iuris; & in nullo canone, vt iure inuenitur, quod hæc regula tam communis non habeat locum in matrimonio; & communis opinio est Canonistarum, quod non est deferēda regula communis sine textu, aut efficaci ratione, quæ ad id nos conuincat iuxta id, quod dicit Ioannes Andreas communiter receptus, & Couarru. & sic videtur mihi debere sequi hanc opinionem, quamuis Sotus cum Theologis communiter teneant, quod vt sit validum hoc matrimonium, est necesse, quod in tempore, quo impletur cōditio, declaretur consensus per verba de præsenti.

Nau. l. 4 cō. tit. de cōdi. appos. cōs. 1. fol. 401. §. cis adiū gi § ex cōd ist. de verb. oblig.

Andr. in ca. 1. de cons. Cou. in 4 2 p. c. 3. Soto in 4. d. 29. q. 2. n. 1.

19 Decimanona Conclusio. Clericus, qui malitiose impedit, ne fiat matrimonium, quod pretenditur, seruata forma Concilij, peccat mortaliter, & debet puniri ab Ordinario pœna posita à iure; & sæcularis, qui in hoc malitiose peccauerit, puniri debet a iudice ecclesiastico pœna arbitraria: qui tenentur restituere parti læsæ totum damnum, quod euenit illi, vt dicunt Gregor. Lopez, & Didacus Perez, quod notetur; quia sæpe contingit.

Greg in libro 4. ver. due nanc. pœn. tit. 5 p 4. Perez in l. 1. tit. 1 l. 5. ord. f. 33.

De Matrimonij clandestini obligatione; & de facto per Procuratorem; & per literas.

Cap. CCXVII.

SVMMARIVM.

An qui contrahunt per verba de præsenti sine Parocho & testibus remaneant obligati ad matrimonium conc. 1. nu. 1.

An matrimonium factum ante legitimā ata-

ætatem vt valeat; sit necessarium adueniente ætate, vt ratificetur coram Parocho, & testibus. concl. 2. nu. 2.

Quæ sit ætas legitima ad contrahendum in mare, & ante in fœmina. ibid.

An matrimonium inualidum ob ætatem ratificetur per copulam. ibid.

Quid facere debeant contrahentes in gradu prohibito obtenta dispensatione. ibid.

Quid fieri debeat, si vnus contrahentium solum cognoscat impedimentum. ibid.

An aliquando valeat matrimonium sine Parocho, & testibus. ibid.

An matrimonium factum a procuratore coram Parocho, & testibus sit verus contractus & sacramentũ. cõc. 3. nu. 3.

1 PRima Conclusio. Si contrahentes sine Parocho, & testibus per verba de præsenti habent animum contrahendi matrimonium postea suo tempore, remanent obligati ad matrimonium, quoniam Conc. Trident. non tollit sponsalia de futuro: nec obstat quod contrahant per verba de præsenti, quia magis debet considerari intentio, quam verba; si vero eorum intentio est contrahere de præsenti, nec in foro interiori, nec exteriori remanẽt obligati ad coniugium, quia Concilũ Tridentinum facit irritum hunc contractum; ex contractu autem irrito nulla oritur obligatio, & etiam quia isti sunt inhabiles ad sic contrahendum, vt dicit ipsum Concilium, hoc est ad contrahendum clandestine, sicut sunt etiam inhabiles ad contrahendum absolute, qui habent aliquod impedimẽtum impediens, & dirimens, qui contrahentes coram Parocho, & testibus nec in foro interiori, nec exteriori sunt obligati ad matrimonium. Verum est tamen, quod quando aliquis decepit mulierem ducens eam vxorem clandestine ad finem solum cognoscendi eam, non ratione contractus, sed ratione fraudis, & damni, quod intulit, tenebitur ducere postea eam, vt supradictum est, in materia stupri. Confirmatur, quia matrimonium clandestinum non valet, nec tanquam sponsale de futuro, vt infra dicetur, vbi magis probabitur ista veritas infra in materia de matrimonio de futuro; debent tamen aduertere iudices ecclesiastici, quod est præsumptio, quod hi qui contraxerunt per verba de præsenti clandestine, voluerint aliquo modo coniungi; quare cum debita prudentia debent eos compellere, vt contrahant matrimonium, seruata forma Concilij, vt tenet Couarruuias.

Sess. 24. ca. 1. de ref.

ca. 206. nu. 7.

Cou. 1. p. c. 3. n. 2. vbi sup.

2 Secunda Conclusio. Matrimoniũ factum per verba de præsenti coram Parocho & testibus inter duos iuuenes qui quamuis prætereant septem annos, non tamen habent ætatem legitimam, nempe ipse annos quatuordecim, illa vero duodecim, non valet, vt est ordinatum in iure, propter defectum ætatis, & postea vt valeat, est necesse, qd sit nouus consensus inter ambos manifestatus coram Parocho, & testibus. Nec sufficit, quod accedentes ad legitimam ætatem contrahendi ambo cohabitent simul, & tractent se sicut maritus, & vxor; quia iã sunt derogata matrimonia præsumpta, vt omnes dicunt, & etiam, quia hoc matrimonium secũdum ius resoluitur in matrimoniũ de futuro, vt dicetur suo loco; ergo necessarius est nouus consensus de præsenti, sic tenent Matientius, & Gutierez. Hinc infertur, quod qui contrahunt in gradu prohibito, obtenta dispensatione non sufficit, quod sint simul sicut coniuges, vt ratum fiat matrimonium, sed necessarium est, quod sit nouus consensus; & in hoc casu non est necesse quod consensus exprimatur coram Parocho & testibus propter scãdalum quod potest esse, si sciatur impedimentum secretum, vt declarauit Pius V. & tradit Nauarr. & quamuis Frater Ludouicus Lopez, dicat non inueniri similem declarationem, sed potius quod contrarium constat, quia omnes dispensationes, quæ dantur vxoratis inuento aliquo impedimento secreto, veniunt cum hac conditione & clausula, vt si fit

Matiẽzo in rubr. titu. de matr li. 5. nouæ colleg. 1. n. 57. Gut. in q. cano. cap. 18.

Na c. 22 nu. 70. Lopez in instit. consi. 1. p. cap 8.

aliquod scandalum, celebretur matrimonium sine Parocho,& testibus, quod dicit: esse signum huiusmodi declarationem non fuisse adhuc productam a sede Apostolica; huic nempe rationi respondeo, quod sicut sanctitas sua concedit religiosis multa priuilegia super rebus, quæ illis sunt concessæ a iure cõmuni, vt constat ex Mari magno, sic in hoc casu concedunt dispensationes illius, quod alias concessum est; vltra quod hæc declaratio nõ est incorporata iuri, & ideo potest esse & est de facto multis ignota, immo multi non dabunt ei authoritatem debitam sicut litteris apostolicis sigillo authenticis: & sic possent dicere in nostro casu contrarium,& cõpellere propterea huiusmodi homines ad contrahendum publice seruata forma Concilii cum graui scandalo, ad quod euitandum vtitur Sanctitas sua in prædictis bullis dispensatoriis dicta clausula. Et Hẽriquez, denuo tenet cum Nauarr. allegans alios homines doctos cõsultos super hoc puncto, qui fuerunt huiusmet opinionis, quãuis declaratio allegata per Nauarrum non reperiatur, & etiam quod opinio Fratris Ludouici Lopez erit vera, quando timetur, quod impedimentum cognoscetur in foro exteriori, vt affirmauerunt etiam dicti patres; & addit allegans multos, quod sciens mulier esse matrimonium nullum, si timet quod impedimentum cognoscatur, obtineat ipsa dispensationem,& sola cum marito existente, blandiens illi, & ostendens illi signa amoris dicat illi, vis me in vxorem, non manifestando illi rem propter suspitionem vitãdam, sufficitque ipsum maritum ostendere signa consensus, & quod habeat cum ea rem credens esse copulam coniugalem adhoc, vt vere remaneant coniuncti; si vero nõ timet periculũ reuelandi impedimentum, procurare debet, vt maritus sciat se esse liberum, & solutum, quia matrimonium non valuit, quamuis non dicat illi causam nullitatis: in confirmationem autem huius adducit dictus author multos doctores, & secũdum hoc debet intelligi quædam declaratio Cardinalium; quam dicit vidisse Ledesma, qui declararunt matrimonium valere in hoc casu sine parocho,& testibus.

Hen. li. 11. de matr. 2. to. cap 3 num. 6.

Lede. in addi. ad 3.d. qu. 45. ar. 5. f. 195. 5.

3 Tertia Conclusio. Inter absentes fiebat antiquitus matrimonium per litteras, aut per procuratorem, nec procurator poterat substituere, nisi ad illud haberet particularem authoritatem, & erat necesse durare semper voluntatem eius, qui dabat huiusmodi procuram; quia si per momentum ante contractum matrimonium reuocabatur, matrimonium erat nullum, quamuis procurator ignoraret illius reuocationem, aut alter contrahens, vt tradunt Couaruuias, & Ledesma, & matrimonium factum ante Cõcilium erat verum sacramentum, sicut antea dictum est; & ante & post Concilium est verus contractus humanus obligatorius propter bonum naturale, vt contra Albornotium defendunt Corduba, Sarmientus, & Segura cum communi: nec quo ad contractum matrimonii, & sacramenti reuocauit Conciliũ vnquam, sicut post illum tenuerunt moderni, & tanquam rem indubitabilem tenet Nauarrus, & Thesaurus sacerdotalis dicit esse nunc vinculum indissolubile, sicut antea, nec Ledesma debebat dubitare super hoc; contra quem formo hanc rationem, hoc est, quod nũnquam ius nouum derogat antiquo, nisi expresse id faciat, præcipue si ius antiquum sit clarum & multum in vsu, at non inuenimus in Concilium Tridentinum annullatum expresse hoc matrimonium. Nec obstant verba illius dicentis, *interrogatis viro atque muliere, mutuoque eorum intellecto consensu*, quæ dant intelligere debere esse contrahentes præsentes, ac præsentes debere interrogari a Parocho, quia hæc verba habent facilem explicationem scilicet (interrogatis, &c.) per se, aut per suum procuratorem, vt antiquum disponebat ius. Nec obstat ver-

Cou. in cap. 4 in prin. Ledes. de mat. dif fin 18. Cor. de cas. qu. 52. sar. li. 5. sol. cap 5. Seg. ĩ dire. ca 5. ĩ princ. Na. li. 4. consil. tit. de sp cõsil. 19 f. 375. Thes. sacer. 1. p. ff. 117.

versiculus (qui aliter) dicti Concilij, quem tanti facit Ledesma, quia in hac clausula generali solum dicitur, quod qui contraxerunt sine parocho, & testibus, non remaneant coniuncti; & qui contraxerunt sine denuntiationibus puniantur ipsi, & qui fuerint præsentes matrimonio, vt dicetur infra. Est autem regula communis omnium DD. vtriusque iuris, quod clausula generalis debet limitari, secundum id quod procedit; & sic hæc clausula generalis solum prohibet supradicta, vt pertinet ad matrimonia clandestina, de quibus ante loquutum fuerat. Et nota, quod ad hoc vt istud matrimonium factum per procuratorem sit validum, est necesse, vt fiat coram parocho, & testibus, quando procurator, & sponsa præbent consensum per verba de præsenti, & ad hoc sufficit parochus sponsæ, si matrimonium fiat in sua patria, vt dictum est. Nota etiam, quod quamuis ante Concil. Trid. valeret matrimonium factum per litteras, aut nuntium sine procuratore ad illud, & nunc non valet, sed potius tanquam clandestinum videtur à Concilio sublatum, in hoc casu admitterem ego opinionem Ledesmæ, cum in hoc modo contrahendi non seruetur forma Concilij supradicti.

De pęnis clandestinè contrahentium, & eorum sacerdotum, qui sunt pręsentes sic contrahentibus.

Cap. CCXVIII.

SVMMARIVM.

An Ordinarius habeat authoritatem puniendi eos, qui clandestinè contrahunt, concl. 1. nu. 1.

An Parochus possit de nouo coniungere sine dispensatione, qui clandestinè contraxerunt sine eius præsentia, & consumauerunt matrimonium, concl. 2. nu. 2.

An filij duorum consanguineorum, qui cōtraxerunt non præcedentibus denuntiationibus ignorata consanguinitate, sint legitimi, concl. 3. nu. 3.

Pœnæ, quas ponit ius contra illos, qui sunt præsentes matrimonijs clandestinis, concl. 4. num. 4.

1 PRima Conclusio. Qui clandestinè matrimonium contrahunt, debēt grauiter puniri ab Ordinario, vt præcipitur in Concil. Trid. & in aliquibus Episcopatibus (vt Salmanticæ & Pallantiæ) imponitur pęna excommunicationis, & non incurrunt in eam sponsi per verba de futuro cognoscentes se, quia post Conciliū non sunt visi coniungi, cū sint ablata matrimonia præsūpta; quod meo iudicio debet limitari, nisi ipsi per copulam voluerunt contrahere de pręsenti, quia sic voluissent facere matrimonium clandestinum, vt post Adrianum tenet Couar. Cōc. Tr. vbi sup. Syno. Sal. n. 42 Syn. Palent. l. 4. tit. 1. n. 1 Cou. vbi supra 2. p. c. 6. num. 6.

2 Secunda Conclusio. Qui contraxerunt clandestinè de facto sine parocho & testibus, & consumarunt matrimonium, possunt denuo coniungi a parocho, & sine dispensatione aliqua, vt declarauerunt domini Cardinales congreg. Conc. cuius declarationis dat testimonium Salzedus: & si per synodalem constitutionem essent excommunicati, aut talē matrimonium esset publicum, nō faceret bene parochus saltem ratione scandali, coniungere eos, nisi prius declaratum fuisset nullum ab Ordinario primum matrimonium, & ideo debet puniri pæna arbitraria, & non pęna posita in cap. finali de clandestina dispensatione, vt aduertit Salzedus contra Maiolum, qui absolute dicebat nō posse parochum coniungere tales, quamuis cessaret scandalum sub pęna dicti capituli. Salz. v. sup. c. 73 p. 239. Salz vbi supra. Maiol. de irreg. 3. c. 25. verbo circa crimin.

3 Tertia Conclusio. Filij habiti ex matrimonio clandestino solum defectu denuntiationum sunt illegitimi, si reperiatur, quod parentes erant consanguinei ignorantibus ipsis impedimentum, quia ista ignorantia non est probabilis, quæ in tali casu fauet filijs, sed affectata, & volita in sua causa, cum omiserint

facere

facere denũtiationes, quę si factę essẽt impedimentũ fuisset manifestũ. Quod confirmatur, quia efficacius mediũ est ad impedimentum cognoscendum facere denuntiationes ter in missa solemni, quam contrahere secreto cum parocho, & testibus; ergo certum est, quod qui omittunt hoc medium, videtur habere ignorantiam affectatam, propter quam eorum filij non sunt legitimi. Denique hoc videtur innuere Concil. Trident. imponens easdem pœnas contrahentibus sine denuntiationibus in gradu prohibito ignoranter, ac contrahentibus consulto sine illis, & quidem certum est horum filios esse illegitimos.

Cóc.Tr. sess.24.c. 5. de refor. matrim.

4 Quarta Conclusio. Parochus, & quivis alius sacerdos, qui fuerit præsens huiusmodi matrimonijs clandestinis, debent suspendi ab officio per tres annos; & Parochus sciens aliquos velle sic cõtrahere, si non prohibet, incurrit in eandem pœnã, vt ordinatur in iure: ex quo constat, quod ij non sunt suspensi ipso facto, nec Concil. Trid. propter pœnas quas addit, deleuit hanc pęnam, vt notat, & tenet Salzedus; & suspendens iudex in hoc casu Parochum ab officio, non videtur suspendere à beneficio, vt dicit Nauar. & Didacus Perez. Verum est tamen, quod poterit suspendere à beneficio, quod nunc post Conc. est verius, cum nec Parocho, nec testibus imponatur pœna determinata, sed potius relinquitur arbitrio iudicis secundum qualitatem delicti, vt dicit Veracruz, & contrahentes maiori pœna debent puniri cõsumantes matrimonium, quam si non consumassent, secundum quandam declarationem DD. Cardinalium relatam à Salzedo, & peccant Ordinarij non punientes hoc delictum Parochi, & testium, vt aduertit Veracruz, & Salzed. cum Concilium imponat præceptum, vt faciant illud.

Salz. vbi sup. c.73 p.239. Nau. ca. 27. nu. 160. Perez l. 5 or. tit. 1 in l. 1. §.30.

Veracr. in ap. pẽdice. dul. 11. Salzed. vbi pag. 1389.

✠

De peccato, quod committitur in vsu Matrimonij sine denuntiationibus, licet fiat coram Parocho, & testibus. Cap. CCXIX.

SVMMARIVM.

An vti matrimonio facto coram Parocho, & testibus sine denuntiationibus, sit peccatum mortale, conclusio. 1. numero 1.

An peccet mortaliter, qui contraxit sine denuntiationibus nolens publicare matrimonium, concl. 2. nu. 2.

1 PRima Conclusio. Vti matrimonio facto coram Parocho, & testibus ante denuntiationes factas, est peccatum mortale, cum in re graui trãsgressio fiat præcepti Ecclesiastici Concil. Trid. quod dicit, quod ante consumationẽ matrimonij fiãt denũtiationes, sic dicit Fr. Lud. Lop. affirmãs, ꝙ videtur Nau. tenere contrariũ ꝙ ego nõ inuenio in Nau. in loco ab ipso allegato, nec in alijs locis, vbi poterat tractare de hoc, & hãc opinionẽ habet Spinus probãs eam, cum factis denuntiationibus possit manifestari aliquod impedimentũ, cum quo si consummassent matrimoniũ, certũ est, ꝙ contrahentes peccassent mortaliter peccato fornicationis, & sic secundum hãc rationem non solum contrahentes peccant mortaliter consumantes pro prima vice matrimonium ante denuntiationes, sed quoties se carnaliter cognouerint ante ipsas, cũ exponant se periculo fornicandi, quod propter hanc rationem vĩ mihi sequendum, licet teneat contrarium Hẽriq. dicens, ꝙ in prima vice peccat mortaliter, sed non in reliquis, sicut qui fecit votũ religionis peccauit mortaliter soluens debitum pro prima vice, non aũt in reliquis, non aduertens, quod si non peccat in reliquis, nõ est quia acquisiuerit perfectam potestatẽ in vxorem post cõsũmationem, sed quia si peccauit prima vice, fuit, quia fecit se inhabilem, ad ingredien-

Lop. i in str. cósc. 1. p. c. 87 Nau. in Man. ca. 16. nu 36 Spinus in spec. test. glo. 15 de filiis legi. nu. 30.

Henriq. 11. de ma tr. 2. to. c. 16. n. 1.

grediendum religionem, quæ ratio cessat iam consummato matrimonio. Et nota, quòd quando Ledes. & Nauar. dicunt non esse peccatum mortale consummare matrimonium ante denunciationes nisi sit scandalum, debet intelligi in casu quòd contrahentes cum parocho inquisiuere diligenter, si est aliquod impedimentum, & sciunt certo certitudine morali, quòd non est illud, vt explicat Petr. de Ledes.

Led. de mat. dif. 47. Nau. ca. 16. n. 38 & c. 22. nu. 68.

2 Secunda Conclusio. Qui contraxit coram parocho, & testibus non præcedentibus denuntiationibus, & non vult consumare matrimonium, nec publicare, peccat mortaliter, si alia pars petat, vt publicetur, aut si est periculũ incontinentiæ non publicans illud, quia secundum Victoriam si vnus cõiugum est in periculo incontinentię, alius tenetur soluere debitum sub pœna peccati mortalis, nec potest differre hoc debitum ad longum tempus, & licet ambo consentiant, quod non publicetur matrimonium, peccabunt mortaliter, si ex non publicando timentur damna verisimiliter, quæ ex talibhs matrimonijs sequi solent. Hæc conclusio est Nauarri, quam tenet Frat. Ludou. Lopez.

Ledes. in addi. ad 3. p. qu. 45. ar. 5. p. 168.

Nau. vbi supra nu. 38. Lop. vt sup. col. 363.

De impedimentis matrimonij. Cap. CCXX.

SVMMARIVM.

Matrimonij impedimenta quot, & quæ dirimunt & quæ non num. 1.

In matrimonio quot modis possit errari, ibidem.

An error personarum dirimat matrimonium ibid concl. 1. & concl. 2 num. 2.

An seruitus impediat matrimonium, si nesciretur, conclus. 3 num. 3.

An valeat matrimonium quod contrahit homo liber cum ancilla putata libera, conclus. 4 num. 4.

An valeat matrimonium cum paupere contractum, quæ putabatur diues, concl. 5 num. 5.

1 AD explicationem huius materiæ debet notari, quod impedimentum matrimonij secundum D. Tho. in 4. senten. dist. 34. & communem est duplex; alterum impediens, & dirimẽs; alterum impediens tantum. Impedimenta primi generis sunt duodecim contenta his versibus.

Error, conditio, votum, cognitio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas
Si sit affinis, si forte coire nequibis.

Impedimenta secundi generis sũt duo.

Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriarum
Impediunt fieri, promittunt, iuncta teneri.

Ad quæ quidem duo reducũtur alia omnia, licet specialiter dictis versibus non contineantur, quæ suo loco tangentur.

Veniamus igitur ad tractationem impedimentorũ primi generis, & de duobus primis, nempe de errore, & de conditione, hoc capite tractabimus. Ad quorum impedimentorum explicationem debet notari, quòd in matrimonio potest esse error p tres vias, seu modos, in persona, in qualitate, & in conditione. In persona est error, quando quis cõtrahit cum Ioanna putans contrahere cum Maria: In qualitate erratur, si contrahat cum ea, quam putabat esse virginem, quæ non est virgo, aut quæ nõ est diues, & putabatur diues: In conditione fit error, si contrahit quis cum ancilla putans esse liberam: hoc supposito resoluamus rem per conclusiones.

Prima Cõcl. Error personæ impedit, & dirimit matrimonium; sic est diffinitum in iure, cum hic non sit consensus liber, sine quo non potest esse matrimonium, error tamen qualitatis, aut fortunæ non impedit, nec dirimit matrimonium, quia esse virginem, aut corruptã, diuitem, aut pauperem, totum hoc est accidentale matrimonio, dũmodo consensus sit liber coniungendi cum illa; sic dicit quædam lex partitæ, & ita tenent

nent Nau. Ledesma, Veracrux, & Cou.

Nau. ca. 22. n. 32 Ledes. i 2. 4. qu. 55 ar. 1. spec. cõiug 1 p. art 2. Cou. vbi sup. 2 p. c. 30. § 7. n. 3. D. Th. i 4. d. 30. q. 11. art. 2. ad c.

2 Secunda Conclusio. Si alicui filiæ Regis, aut alterius magnatis, quæ putat nubere alteri æqualis conditionis, ponatur homo multo inferioris conditionis, & sic decepta nubit illi, non valet matrimonium, sic tenet D. Tho. quia quamuis error qualitatis ex se non faciat irritum matrimonium, hoc defecit, quando talis error refertur ad errorem personæ, vt accidit in hoc casu; vnde si ea filia Magnato nubat huic signanter, quamuis id faciat putans esse filium alterius magni domini, valet matrimonium, quia in hoc casu error non fuit personæ, sed qualitatis, si vero non habet intentionem nisi nubendi, filio Magni viri non valebit matrimoniũ, quia in hoc casu error fuit personæ. Hinc infert Sotus quod si aliqua habens intentionem nubendi Petro primogenito, & per fraudem nubet fratri eius, non valet matrimonium, licet inueniatur, quod Petrus est mortuus, quando ipsa nupsit, fratri tunc primogenito, successori scilicet fratris: quam opinionem sequitur Ledesma.

Soto in dic. par. 30 q. 1. art. 1.

Led. dis. 30

3 Tertia Conclusio. Quamuis seruitus non tollat ius contrahendi matrimonium, vnde est validum matrimonium seruorum etiam inuitis dominis, ita vt si domini concedant licentiam ad contrahendum, quamuis non videantur dare libertatem, debeant tamen permittere, vt cohabitent ad soluendum debitum; & sic non possunt vendere ad partes remotas, vt tractant Sotus, Nauarr. & Ledesma: conditio tamen seruitutis ignorata impedimentum est dirimens matrimonium, vt definitur in iure; quia sicut impotentia ad generãdum est impedimentum dirimens matrimonium, sic seruitus, quia est impedimentum soluendi debitum liberæ, dirimit in hoc casu; & eadem ratione si homo liber contrahit cum ancilla, quæ habet libertatem, vsque ad certum tempus est impedimentum dirimens, si qui duxit eã, nesciebat eius libertatem esse temporalem, & vt matrimonium remaneat nullum, est necesse, q̃ iudex declaret nõ esse liberam. Notandum tamen est, quòd si aliquis ducat vxorem mulierem ancillam ignorans eius seruitutem ignorantia leuissima sine fundamento sufficienti, est validum matrimonium, quod accidit, si quis contrahat cum muliere, quam videt tractari à domino suo tanquam ancillam, cum sit certum esse homines adeo rudes, & tam pessimę naturæ, vt etiam vxores tractent sicut ancillas; & maiori ratione valebit matrimonium, quando scit esse ancillam, vt resoluunt Martinus de Ledesma Couarr. & Veracrux. Et notetur Nauarrum dicere, quod valet matrimonium, quod contrahit liber cum ancilla, quam putat esse liberam, si eius amore fuit captus, vt ita etiam si cognouisset eius seruitutem, duceret eam, contrarium tamen debet dici cum Soto.

Sot. vbi supra. Nau. vbi infra num. 24 Le. de diffi 31. Cod ad nost à de cõiugio. ser.

Led. vbi su. q. 54. Cou. vbi sup. 2 p c. 3 n. 7. spec. coniug. 1. p. 30. Nau. in Man. c. 22. n. 33 So. in 4. d. 35. q. 21. ar. 2. post 2, concl. Gl. in d. c. ad nostrã vbi Ab. au. de nup. § si vero ab init. coll. 4 l. 1 t. c. 13. p. 4 & l. 9 tit. 22. p. 4. Cou. de spõ p. 2. c. 3. § 7. nu. 1. Nau. ca. 12. n. 23 Led. in addi. ad 3 p q. 51 art. 2. p. 33.

4 Quarta Conclusio. Si aliquis dominus dat in vxorem ancillam alicui homini libero, quamuis putet esse liberã, valet matrimonium, quia locans eam homini libero videtur dare ei libertatem, sic tenet quędam glossa; estque decretum in Authentica quadam, quod multo magis procedit, si dominus eius ducat eam in vxorem, vt est ordinatum in legibus partitarum.

5 Quinta Concl. Quamuis error qualitatis, & fortunæ non impediat, nec dirimat matrimonium, vt resoluunt Cou. & Nau. si tamẽ aliquis habuit hanc intentionem, nolo ducere hanc, si fuerit pauper, non valet matrimoniũ defectu intentionis ducẽdi hanc, vt notat Led.

De impedimento voti.
Cap. CCXXI.

SVMMARIVM.

An votum simplex castitatis, & Religionis impediat, et dirimat matrimonium, conclus. 1. num. 1.

An votum solemne Religionis impediat et dirimat matrimonium, concl. 2. nu. 2.

Pri-

1 PRima Conclus. Quamuis peccet mortaliter, qui contrahit matrimonium facto voto simplici castitatis non habita prius dispensatione, tamen validum erit matrimonium factum, & idem est, si fuit votum clericatus, aut religionis, quia votum simplex impedit, sed non dirimit matrimonium, sic est diffinitum in iure: si vero qui fecit votum castitatis, & religionis possit contrahere cum intentione ingrediendi religionem ante consummationem matrimonij dicetur infra.

c. cōsuluit cap. rursus, qui clerici, vel vouentes.

2 Secunda Conclusio. Votum solemne religionis approbatæ siue sit professio tacita, siue expressa, impedit, & dirimit matrimonium; sic est diffinitum in iure, & confirmatum à sacro Conc. Trid. & tradunt Sotus, & Nau. & an dirimat propter ius diuinum, an solum propter positiuum relinquo scholis disputandū, sicut relinquo Alcani quæstionem, an Papa possit dispensare in voto solemni religionis: circa quam quæstionem sūt duæ opiniones contrariæ ambæ probabiles, videatur Cord. & Fr. Michael de Medina, qui disputant de hoc. De materia huius impedimenti tractāt Sot. in 4. dist. 38. q. 2. & Canisius in Cathec. de matrim. c. 4. num. 5.

c. Presb. 27. de Concil. Tri. sess. 24. can. 9. de reform. sot. vbi sup. ar. 2. Nau. d. c. 22. nu. 35. Cord. l. 1. qq. 24. Med. de sac. ord. contin. 6. 1.

De impedimento ordinis.

Cap. CCXXII.

SVMMARIVM.

An ordines minores impediant matrimonium conclus. 1. num. 1.

An ordines sacri impediāt matrimonium, conclus. 2. nu. 2.

An peccet, qui initiatur, ordine sacro post contractum matrimonium non tamen consummatum animo ingrediendi Religionem, conclus. 3. num. 3.

An dictus teneatur ingredi Religionem, & an sit compellendus ad hoc. ibid.

An maritus, qui recipit ordines vxore inuita post consummatum matrimonium, possit petere debitum: conclus. 4. numero 4.

An qui iusto metu illato à patre fuit initiatus ordine sacro, possit ducere vxorem. conclus. 5. num. 5.

An dictus si exercuit ordinem Subdiaconatus possit contrahere. ibid.

Quem pœnam incurrant contrahentes sciēter cum moniali, & Religiosi, siue initiati ordine sacro vxorem ducentes, ibidem.

CIrca materiam huius impedimenti videatur Sotus, Canisius, & Couarruuia. Sot. li. 7 de iust. q. 6. per duos ar. & in 4. d. 38. q. 8.

1 Prima Conclusio. Nullus ordinum minorum impedit matrimonium, vt est diffinitum in iure, ita vt quis etiam si habeat beneficium, possit vxorem ducere. Verum tamen amittet beneficiū (vt ordinatur ab ipso iure, & tradit Guttierez, non amittit autem illud statim ac ducit vxorem, vt dicit Nauarr. sed debet compelli à iudice ad relinquendum, vt aduertit Couarr. Canis. i catech. de mat. c. 4. & 5. Cou. vbi sup. a p. c. §. 3. c. 1. & 2 de cler. coniug. Gutt. li. 2 q. 104. Nau. in Man. ca. 25. nu. 120. Cou. 2. par. de sponsc. 6 §. 3. n. 4.

2 Secunda Conclus. Ordo sacer, siue sit Subdiaconatus, siue Diaconatus, siue Sacerdotium per ius positiuum impedit, & dirimit matrimonium, quia eis est annexum votum solemne castitatis, ad quod eos ordines suscipiens obligatur, quamuis eius propositum non sit illud obseruare, nec ad id se obligare. Nec obstat, quod nemo cogitur vouere; quia Ecclesia neminem ad Ordines sacros cogit, sed solū statuit, vt, qui eos suscipit, sit ad matrimonium inhabilis; vt tradit Nau. in Man. cap. 22. num. 52. Qui vero ducunt vxores, & postea recipiunt ordines sacros, non ideo liberantur à coniugio, quia ordo sacer non dirimit matrimonium ratum, vt est diffinitum in Concil. Trident. sess. 24. cap. 9. Et nota, quod ecclesia tolerans sacerdotes in Ecclesia Grĉca ducere vxores, potest bene facere causis sufficientibus ad id impulsa, vt resoluunt Sotus, & Ledesma. Sot. vbi supra. Led. d. i. 34.

3 Tertia Conclus. Loquendo absolute est peccatum mortale recipere ordinē

factum

sacrum post contractum matrimoniũ, quamuis non consumauerit illud, licet recipiat ordinem intentione ingrediendi religionem, quia intentio ecclesiæ est prohibere, ne sit ordo sacer simul cum matrimonio rato, ergo peccatum erit mortale recipere ordinem sacrum post contractum matrimonium, quamuis sit intentio ingrediendi religionem; sic tenet Ledesma intelligens hanc conclusionem, si recipiat ordinem inuita vxore. Et nota, quod tenetur ipse ordinatus in foro conscientiæ ingredi religionem, non tamen conuenit, vt compellatur ad hoc per censuras nisi ob aliquam necessitatem, aut causam manifestam, quæ id postulet, potius potest compellere iudex ad consumãdum matrimonium, nisi intra certum tempus ingrediatur religionem; mortua autem vxore non poterit exercere ordinem receptum, nisi ingrediens, & profitens aliquam religionem approbatam, vt a iure definitum est. Et nota, quòd si iste recipit ordinem vxore volente, ipse, & ipsa sunt priuati vsu matrimonij, & si ipsa fuerit iuuenis, de cuius continentia dubitatur, tenetur facere votum continentiæ, vt in iure statutum est.

Ledes. in addit. 3. p. q. 53. artic. 4. f. 380.

Decr. l. 3. tit. 32. c. 9.

c. 1. 4. & c. de conuers. coniug.

4 Quarta Cõclusio. Maritus recipiẽs ordines sacros inuita vxore post consumatum matrimonium, quamuis teneatur reddere debitum, non potest tamen illud petere, nec ipsa, quamuis petat, tenetur reddere ei, quia recipiens ordines sacros ipsa inuita visus est renunciare iuri, quod habebat vt resoluit Ledesma cum D. Thom.

Ledes. d. art. 4. p. 382.

5 Quinta Cõclusio. Potest contrahere matrimonium filius, qui iusto metu, & cadente in virum constantem, quem pater illi intulit, recepit ordinem sub diaconatus, si nunquam postea ratum habuit hunc consensum, sed potius per multum tempus siluit, & cantauit aliquando tempore vitæ patris sui, immo post eius mortem Epistolam in Ecclesia solemniter, coactus predicto metu, & quia putabat posse id licite facere, quia nõ poterat reclamare. Nec obstat, quòd impressus fuit illi caracter, quia non omnis impressio caracteris facit aliquẽ inhabilem ad ducendum vxorem; & sic videmus, quod si puer recipit ordinem sacrum, non tenetur seruare continentiam, quia continentia est de voto, non de præcepto, vt dicit Innocentius, Sanctus Th. & Sotus; & etiam, quia totum id, quod metu fit, est ipso iure inualidum, hoc autem deficit in voto, & matrimonio. Nec obstat, quod iste post mortem patris cessante iam metu, cantauerit epistolam, quia si hoc fecit, erat, quia putabat teneri obseruantiæ, & exercitio ordinis non obstante dicto metu; quia regulariter loquendo, qui facit aliquem actum patiens metum, videtur ratificare sciens esse nullum, quod totum deficit in casu nostræ conclusionis, vt resoluit Nauar. in suis consilijs. Et notent Confessarij, quod qui ducit vxorem scienter aliquam monialem, & qui ordine sacro initiati ducunt vxores, sũt excommunicati, in quam pænam incurrunt etiam Religiosi contrahentes, vt dicitur in quadam Clement. de consãg. & affinitate.

Inno. in c. nõ est compo. de tẽpo ord. D. Th. in 4. d. 25. q. 3. vbi Scot. q. 2. art. 4. conc.

Nauar. in consil. tit. de homicid. quæ vi met. ve caus. conc. 3. & 4.

De impedimento cognationis carnalis. Cap. CCXXIII.

SVMMARIVM.

Quotuplex sit cognatio, & quid sit cognatio carnalis, & quot modis consideretur. concl. 1. nu. 1.

An cognatio carnalis impediat & dirimat matrimonium vsque ad quartum gradum. concl. 2. nu. 2.

1 QVintum impedimentum est cognatio; quæ est triplex scilicet carnalis siue spiritualis, & legalis. In hoc capite de prima tractabimus, de reliquis sequentibus capitulis. Pro explicatione huius quarti impedimenti cognationis carnalis, siue naturalis ponam duas conclusiones.

Prima Concl. Cognatio carnalis siue natu-

naturalis est vinculum eorum, qui descendunt ab eodem trunco per viam carnalis propagationis, vt dicunt communiter DD. Sotus, & Ledesma. Quæ cognatio carnalis accidit tribus modis, aut per viam descendentium, aut ascendentium, aut collateralium. Ascendentium est, vt filij in patrem, & auum, matrem, & auiam: descendentium, vt patrum in filios, & nepotes: collateraliũ, vt inter fratres, & filios fratrum: ad cuius perfectam intelligentiã debent notari tres regulæ. Prima est in linea ascẽdentium, & descendentium vnaquæq; persona constituit vnum gradum, dempta vna, quæ non facit gradum, & sic oportet quod sint quatuor generationes, vt sint quatuor gradus excepto semper trunco vnde procedunt, vt exẽplo sequẽti patet. Adam est principium, filius Adam est primus gradus, nepos secũdus gradus, pronepos est tertius gradus, & filius pronepotis est quartus; & idem ascendendo versus Adam à filio pronepotis. Secunda regula est in linea collaterali, in gradu, quo distant personæ à trunco, vnde procedunt, distãt inter se, vt duo fratres distant inter se in primo gradu, quia in primo gradu distant à patre, & sic dicendum est de reliquis. Tertia regula est in hac linea collaterali inæquali, scilicet, quando vnus distat à trunco magis, quam alius, in gradu, quo distat ille, qui est remotior à trunco communi, distant inter se; & sic quãdo aliquis distat à trunco in tertio gradu, & alius in secundo, distãt inter se in tertio gradu, sicut in iure definitum est: supposito hoc fundamento necessario ponam alteram Conclusionem ad resoluendum, quod hoc loco proponitur.

DD. in 4 d. vbi Sot. qu. vni. ar. 1 Ledes. diffi. 35.

c. fin. de consan. & affin.

1 Conclusio. Prohibitum est contrahere matrimonium consanguineis intra quartum gradum inclusiue, q̃ impedimentum dirimit matrimonium, vt in iure decretum est; an autem à iure naturali, & diuino sit prohibitum contrahere matrimonium aliquas personas consanguinitate coniunctas, ita vt nec Papa possit dispensare est magna disputatio inter DD. Theologos, & Canonistas, vt constat ex his, quæ tradit Caietan. & Sotus, qui dicunt, quòd Papa non potest dispensare, vt pater ducat in vxorem filiam suam, nec filius matrem, licet dicat Caiet. quod potest dispensare, vt contrahant duo fratres, si ad illud sit vrgentissima causa, scilicet, pax, & conseruatio alicuius Regni, cum Abraham duxerit Saram eius semisororem, vt constat ex quodam loco Genesis, cui cum difficultate respondent contrarij, Caietanũ sequitur Ledesma. Et notetur, quod dicit Nauarrus, quòd non est matrimonium, quod contrahit aliquis cum illa, quam putat esse cõsanguineam, si non sit consanguinea, & idẽ tenet Syluester, & Sotus. Verum est tamen, quod si non est impedimentum, & ipse realiter vult contrahere cum illa, est probabile valere matrimonium, vt probat Couar. allegans alios.

c. nõ debet de consan. & affin.

Caiet. 2. 2. q. 154 art. 5. Sot. in 4 d. 40 q. vni. ar. 3 Caiet. vbi sup. & sup. er Gen. ca. 70. Led. dis. 37. Nau. in Man. c. 22. n. 43 Sil. ma. ir. 742. Sot. in 4 d. 37. q. 1 artic. 5. post 2. conc. Cou. 2. p. epit. c. 3. §. 7. num. 2.

De impedimento cognationis spiritualis. Cap. CCXXIV.

SVMMARIVM.

Quomodo, & in quibus casibus cognatio spiritualis impediat, & dirimat matrimonium conclus. 1. num. 1.

An sit necesse, vt contrahatur ista cognatio, quod patrini tangant puerum, dum baptizatur, ibid.

An inter patrinum, & patrinam, qui sunt inter se coniuges, contrahatur ista cognatio, ibid.

An si non signet Parochus patrinum determinate, contrahant hanc cognationẽ alij tangentes infantem, ibid.

An Parochus admittens tres patrinos signanter peccet, & an ipsi contrahant cognationem inter se, ibid.

An sit necesse, quod compater sit maioris ætatis, quam baptizatus, ibid.

An cõtrahat ur cognatio spiritualis in Sacramento Baptismi, & Confirmationis, aut etiam in alijs, ibid.

An

DE materia huius capituli videatur Nauarr. & Concilium Tridentinum.

Nau. ca 22. n. 37 Cõc. Tr. sess. 24. c. 2. de Re for. matrimi.

1 Prima Conclusio. Cognatio spiritualis impedit, & dirimit matrimoniũ quia si matrimonio facto sequatur cognatio, nõ dirimit matrimonium, quia matrimonium ratum nõ dirimitur nisi per ingressum religionis alterius coniugum; verum est tamen, quod talis cognatio impedit petitionem debiti, vt infra dicetur: & solum contrahitur hæc cognatio in duobus sacramentis, quæ sunt Baptismus, & Confirmatio. Est autem hæc cognatio nunc multum restricta a Concilio Tridentino, in quo ordinatur, quod ad summum vnicus homo, & vnica mulier teneant baptizatũ, & pater & mater eius contrahant cum illis cognationem, & ipse baptizatus; & eodem modo baptizatus, & eius parentes, cum ipso baptizante: & idem ordinat in sacramẽto Confirmationis, scilicet, quod inter confirmantem, & confirmatum, & eius patrem, & matrẽ, & tenentem contrahatur cognatio spiritualis; itaque inter alias personas iam non est hoc impedimentum. Est etiam sublata in totum fraternitas, quæ prius erat; & sic potest contrahere matrimonium baptizans cum filia eius, qui baptizauit, & cum filia patrini, seu compatris, aut commatris: potest etiam contrahere confirmatus cum filia confirmãtis, & cum filia eius, qui tenuit eum: vtque auferantur scrupuli iubet Sãctum Concilium parochis, vt interrogẽt eos, ad quos spectat respondere, quos volũt esse compatres baptizandi, & signanter scribant eos in libro, quem ad hunc effectum seruare debent, docendo eos, qualiter contraxerint cognationem prędictam, vt sic non possint postea allegare ignorantiam.

cap. 210 concl. 8.

Cõc. Tr. vbi sup.

Circa hoc decretum, primum, quod debet notari, est, quod adhoc vt contrahatur hęc cognatio, est necesse, quod patrini, seu compatres extrahentes baptizatum a fonte, tangant eum, quia non tangentes illum non contrahunt hanc cognationem, vt declararunt Domini Cardinales reformationis ad instãtiam Episcopi Abulensis, & refert Ledesma, dicens se vidisse eam.

Ledes. 1 addi. ad 3. p. q. 96. art. 3

Secundo debet notari, quod inter patrinum, seu tenentem, & mulierem etiam tenentem nulla contrahitur cognatio, quamuis sint coniuges, & sic possunt petere, & soluere debitum, vt notat Nauarr. explicans Concilium, & fuit declaratum a Pio V. in quadam cõstitutione.

Nau. vbi supra num. 38 cõsti. Pij V. quæ incipit cũ nullus vicem habeatur inter cõstitu. apos. fol. 25.

Tertio, debet notari, quod qui ante Concilium contraxerunt cognationem confraternitatis, aut propterea quod tetigerunt baptizatum, contraxerunt cognationem spiritualem, fuerunt a dicto Concilio liberati ab ea, vt affirmat Gallegus dicens, sic declarauisse Pium V. anno Domini 1566. cuius verba refert: quod secundum hoc debet teneri, quãuis Ledesma cum aliquod timore accedat ad hanc opinionem ignorans dictã declarationem.

Galleg. de cogn. spirit. c. 7 nu. 27. Led. dif ficul. 46

Quarto debet notari quod non signante parocho aliquem tenentẽ propter incuriam, nullus eorum, qui tetigerunt, contrahit hoc impedimentũ, quia Conciliũ dicit, quod si aliquis vltra assignatos tetigerit, non cõtrahat cognationẽ; quod probatur, quia quãdo aliqua lex

lex disponit aliquid conditionaliter, cõditio est forma substantialis dispositionis, vt comprobat Felynus; sicque debet teneri, quamuis Nauar. teneat contrarium.

Felin. c. cum dilec. in 2 signo for ma de sct.

Quinto debet notari, quod si patres baptizandi nominent, & signent tres cõpatres, seu tenentes, si Parochus admiserit, contrahunt cognationem spiritualem, licet Parochus peccet mortaliter admittens eos, sciens quod illi prohibitum sit; sic resoluit Nauar.

Nau. vbi sup. n. 39

Sexto debet notari, quod patrino, seu compatri non est necesse esse maioris ætatis baptizato, vt defendit Nauar. contra Archidiaconũ, qui dicit esse necessariam in eo maiorem ætatem. Verũ est tamen, quod puer, qui non habet vsũ rationis, nec potest peccare, nec obligare se alicui voto, non contrahit hanc cognationem cum baptizato suscipiens illum, quia qui non habent vsum rationis, non peccant transgredientes leges ecclesiasticas; & etiam quia secundum Diuum Thomam, & communem, qui non habet vsum rationis, non potest contrahere matrimonium, nec sponsalia de futuro; & ob eandem rationem non poterit obligari ad faciẽda ea, quæ pertinent ad officium patrini, seu compatris dicens, & monens baptizatum; itaque licet non sit inconueniens, quod sit minor baptizato, est tamen necesse, quod habeat vsum rationis, vt contrahat hanc cognationem, vt resoluit Nauarrus.

Nau. li 4. cons. tit. de co gn. spir. cons. 4. fol. 408. Nau. vbi sup. cõs. 3. col. 408.

D. Tho. in 4. d. 27. q. 2. art. 2.

Nau. vbi sup. cõs. 1. f. 405.

Septimò debet notari, quod post Cõcilium Tridentinum cognatio spiritualis, quæ oritur ex Catechismo, est restricta & limitata, sicut ea, quæ nascitur ex baptismo, & confirmatione; sic tenent Nauarrus, Ledesma, & Couarruuias.

Nau. vbi sup. n. 72 Led. diffic 45. to mo 1. Cou. de spons. 2. p. c. 6. §. 4. in fi.

Octauo, debet notari, quod non contrahitur hoc impedimentum in ceteris sacramentis, sed ratione sacramenti baptismi, & confirmationis, vt resoluit Sotus.

Sot. in 4 d. 42. q. 2 art. 2.

Nono debet notari, quod cognatio spiritualis, quæ contrahitur inter baptizantem, & baptizatum non contrahitur inter baptizatum & vxorem baptizantis, quam postea cognouit, vt tenet Nauarrus, & declarauit Pius Quintus in quadam Bulla, quam promulgauit anno 1566. dicens hanc cognationem non deriuari ab vno ad alium, vnde dicta vxor potest contrahere cum baptizato, & sic tenet Ledesma.

Ledes. in addit. ad 3. p. q. 56 ar. 2.

2 Secunda Conclusio. Qui baptizat in extrema necessitate puerum sine solemnitate, contrahit hoc impedimentum spirituale impediens, & dirimens matrimonium, vt tenet Nauarr. & Ledesma. Nec obstat, quod si pater eius baptizaret illum in prædicta necessitate existentem, non fuisset priuatus iure petendi debitum, quia matrimonium est iam confectum, & prædictum ius habetur à patre, quod canones nolunt auferre; qui autem tenet infantem, non incurrit cognationem, quia ibi non est solemnitas; & qui tenet, nõ potest proprie dici susceptor, cum ad solemnitatẽ baptismi pertineat suscipere à fonte baptismali, & signanter determinare, qui debeant suscipere, sicut præcipit Concilium; nec est necessarium ad hoc, vt susceptores contrahant hoc impedimentum, quod respondeant in nomine baptizati, sufficit enim quod suscipiant à fonte, aut teneant, sicut cum communi tenet Couarru. & Sotus. Verum est tamen, quod ad contrahendam cognationem Catechismi non solum est necessarium, quod teneant puerum, quando catechizant illum, sed est necesse, quod respondeant pro illo; quia, quando qui baptizatur, non est adultus, officium compatris est profiteri pro illo fidem, & abrenuntiare mundo, & diabolo.

Nau. in Man. ca. 22. n. 39. Nau. vbi sup. nu. 40. in fi. Led. diffic. 44. in fine.

Cõc. Tri. sess. 24. c. 2. de ma trimon.

Cou. vbi supra 2. p. c. 6. §. 4. n. 7. Sot. in 4 d. 42. q. 2 ar. 2.

3 Tertia Conclusio. Cognatio spiritualis non contrahitur per procuratorem, quia tenere, & suscipere baptizatum à fonte est actio personalis, quæ non potest pro alio fieri, propter quam actionem contrahitur ipsa cognatio, & si Prælati tolerauere, quod Principes Christiani per procuratores possint esse compatres filiorum aliorum Principũ,

hoc est ad satisfaciendum illis; vtque hoc modo melius incipiat, & conseruetur amicitia, quam multum conuenit esse inter illos, vt dicunt Sotus, & Gallegus, qui refert varietatem Doctorũ, qui dicunt procuratorem contrahere cognationem, quod tenentur mouere prælati? Hanc conclusionem tenet Nauarr. cum Archidiacono dicens, quod per cõsuetudinem potest introduci, quod cognatio contrahatur per procuratorem, cum teneat vigorem legis, credere tamẽ se non esse adhuc huiusmodi consuetudinem: & quod diximus supra obstat contra hoc, cum dixerimus necesse esse, quod compatres tangant infantem, vt contrahatur cognatio spiritualis.

Silu. vbi sup. q. 2. ar. 1. Galleg. de cogn. spirit. c. 43. n. 34. Nauarr. consil. tit. de cogn. spir. col. 2. f. 406. Arch. in c. 1. de cognat. spir. li. 6.

4 Quarta Conclusio. Qui non est baptizatus, non contrahit hanc cognationem spiritualem, vt dicunt Sotus, & Nauarr. Verum tamen hæreticus, aut apostata à fide contrahit, quia licet deseruerint fidem, remanent tamen cum caractere, vt diffinitum est in Concilio Triden. vnde, non confirmatus, qui habet tamen fidem, & caracterem baptismalem existens compater alicujus, qui confirmatur, contrahit hanc cognationem spiritualem, vt dicit Sotus.

Sot. vbi sup. ar. 3. Nau. vbi sup. nu. 36. Cõc. Tr. sess. 23. c. 4. de sac. ordinib. Sot. vbi supra.

5 Quinta Conclusio. Qui baptizauit filium suum habitum per copulam fornicariam, non potest ducere matrem eius in vxorem, vt tenet Nauarr. quod procedit, quamuis baptizet in casu maximæ necessitatis, vt defendit Ledesma, quia quamuis actus hic sit meritorius, non est tamen mirum, quod ideo magis contrahatur cognatio, cum irregularitas possit contrahi etiam per actus meritorios.

Nau. ca. 16. n. 34. Ledes. i addit. ad 3. P. q. 6 ar. 6. f. 477.

6 Sexta Conclusio. Christianus baptizans filium infidelis non contrahit hãc cognationem cum infideli, sic tenet Sotus, quia cum ex parte infidelis non possit esse cognatio, non debet esse, nec ex parte fidelis.

Sot in 4. d. 42. q. 1. ar. 3.

De impedimento cognationis legalis. Cap. CCXXV.

SVMMARIVM.

Quid sit cognatio legalis; & an sit impedimentum Ecclesiasticum. nu. 1.

Cognatio legalis cum quibus contrahatur, & an impediat, & dirimat matrimonium. concl. 1. nu. 2.

An inter filios adoptatos positos in potestate adoptantis possit esse matrimonium infra quartum gradum, conclu. 2. nu. 3.

1 AD explicationem huius impedimenti est notandum, quod cognatio legalis est illa, quæ procedit ab adoptione: adoptio autem est, quando habens potentiam generandi adoptat aliquem, habens bona, de quibus possit disponere. Dixi, si habeat potentiam generandi ad excludẽdos Eunuchos, qui carent ipsa. Dixi etiam, habens bona, de quibus possit disponere, ad excludendos minores 25. annis, qui vsque ad hanc ætatem non habent administrationem eorum, nisi forsitan habeant bona castrensia, seu quasi castrensia, quia horum habent administrationem. Hæc autem cognatio legalis contrahitur inter adoptantem, & adoptatum, & sic descẽdendo inter adoptatum, & filios naturales, & legitimos adoptantis, & ipsum adoptatum, & inter adoptãtem, & vxorem adoptati, quod impedimẽtum est solum ecclesiasticum, vt determinatur in iure. Vnde infertur, quod si acciderit hæc cognatio inter infideles, non impedit, vt non possint contrahere personæ signatæ; nec si conuertantur ad fidem, debet dirimi matrimonium, cum quando duxerunt, nõ erant sub potestate ecclesiæ. Hoc supposito pro resolutione materiæ ponam duas conclusiones.

c. vnic. de cogn. legal.

2 Prima Conclusio. Cognatio legalis, quæ contrahitur inter adoptantem, & adoptatum, & inter vxorem adoptantis, & adoptatum, & inter adoptantẽ, &

vxorem adoptari, impedit, & dirimit matrimonium, sicut est in iure determinatum, & tenet S. Tho. cognatio autem, quæ est inter filiam naturalem, & legitimam adoptãtis, & ipsum adoptatum impedit, & dirimit solum matrimonium, donec in potestate patris sũt, & cohabitant, vt est in iure determinatũm, & post D. Thom. tenet Syluester, & alij. Qui adoptat aliquem hominẽ, vt ipsi collocet in vxorem filiam suam, adhoc faciendum debet illuum emancipare. Dixi filiam naturalem, seu legitimam adoptantis, quia filius adoptiuus eius potest contrahere matrimonium cum filia legitima adoptantis, vt dicunt Innocent. Hostiensis, & Sanctus Antoninus.

D.Th. in 4. d.42. q.1.ar.2

3 Secunda Concl. Inter filios adoptatos, quando sunt in potestate adoptantis, non potest esse matrimonium in gradu prohibito à lege, quia idem periculũ incontinentiæ est inter hos, ac inter adoptatum, & filiam legitimam, aut naturalem adoptantis, vt dicit Ledes. sicque tenet Syluest. quamuis hæc ratio mihi non inducit vim, quia eodem modo est periculum inter adoptatum, & filiam illegitimam adoptantis, inter quos tamẽ potest esse matrimoniũ, vt cum Syluestro diximus conclusione præterita, & sic tenet probabilem esse opinionẽ contrariam Hostiẽsis, quam vt probabiliorem sequitur denuo Petrus de Ledes.

Led. in add. ad 3.p. qu. 57.ar.3. f.309.

De Impedimento affinitatis.

Cap. CCXXVI.

SVMMARIVM.

Quid sit affinitas; & an contrahentes matrimonium cum affinibus sint excommunicati, & an affinitas dirimat matrimonium num.1.

An qui contrahit intra gradus prohibitos coactus iusto metu incurrat excommunicationem, ibid.

An qui contrahunt matrimonium intra gradus affinitatis, qui nascuntur à matrimonio rato non consumato incurrant excommunicationem, ibid.

An, qui contrahunt ignorantes affinitatẽ, & alia impedimenta, quæ ponit clementina, incurrant dictam pœnam perseuerantes commicti, ibid.

An incurrant in dictam pœnam, qui contrahunt per procuratorem, et idem procurator, & Parochus, seu sacerdos assistens ibid.

An incurrant hanc pœnam, qui ignorant eam contrahentes dicto impedimento, ibidem.

An homo contrahens cum aliqua muliere contrahat affinitatem cum eius consanguineis, & econtra concl.1 nu.2.

An duæ sorores possint nubere duobus fratribus, ibid.

An contrahatur affinitas dirimens, antequam moriatur vnius coniugum, concl. 2 num.3.

Quod affinitas proueniens à copula fornicaria impediat, & dirimat matrimonium vsque ad secundum gradum, & an in tertio; & quarto gradu impediat solum conclus.3 num.4.

An, si aliquis ante Concilium contraxit cum aliqua affinitatem per copulã fornicariam, possit nunc ducere eam vxorem si est in tertio. & quarto gradu, ibi.

An cognita fornicaria in tertio, & quarto gradu dirimat sponsalia de futuro, ibi.

An ex copula, quam quis tenet cum alia, nascatur inter eos aliquod impedimentum, conclus.4 num.5.

1 AD explicationem eius, quod debet dici circa hoc impedimentum, est notandum, quod affinitas est propinquitas personarum orta ex copula carnis, quæ careat omni consanguinitatem. Dicitur, *orta ex copula carnali*, quæ debet esse consummata facta mistione ex semine viri, & mulieris intra vas naturale; & quamuis ipsa non emittat, contrahitur, cum per Philosophum possit sequi generatio ex solo semine viri, & sanguine mulieris; immo licet ipse emittat extra vas; si virtus at-

tractiua matricis fœminæ attraxerit semen, quia ex tali coniunctione potest sequi generatio, vt explicant D. Thom. Syluest. & Sotus. Dicitur, *quod careat cōsanguinitate*, quia si affinitas misceatur cōsanguinitate, non erit pura affinitas, sed affinitas & consanguinitas: vnde homo, qui ducit vxorem consanguineam ex parte matris, efficitur cōsanguineus consanguineorum eius pro parte matris; & denuo affinis per connubium, propter quòd volens postea contrahere matrimonium cum aliquo eorum, debet petere dispensationem ab affinitate, & consanguinitate, & si contrahat sine illa, erit matrimonium nullum, cū ambæ huiusmodi coniunctiones, si præcedant matrimonium, impediant, & dirimant matrimonium, & sic contrahentes remanent ipso facto excommunicati, vt tenent cum communi Nauarr. & Couarr. quod procedit quo ad forum exterius, quamuis interius non consentiant, interius tamen non incurrunt eam, vt videtur sentire Ledes. qui resoluit hoc punctum. Verum est tamen, quòd si vnus eorum consentiat altero non consentiente, nihilominus remanet excommunicatus in vtroque foro. Nota tamen, quod qui contrahunt intra gradus prohibitos ratione metus, qui cadit in constantem virum, non incurrent hanc excommunicationē, quia lex positiua non obligat cum tanto periculo, & hoc est certum, vt resoluit idē Ledesma. Et est notādum, quòd illi, qui cōtrahunt matrimonium intra gradus affinitatis, qui nascuntur ex matrimonio rato non consumato, non incurrunt hanc excommunicationem; quia ex tali matrimonio non oritur impedimentum affinitatis, sed publicæ honestatis, vt infra dicetur; huic autē impedimento non imponitur hæc pœna. Debet etiā aduerti, quòd illi, qui contraxerunt ignorantes [illegible]tatem, aut alia impedimenta, quæ ponit Clementina, licet postea perseuerent coniuncti, habentes copulam, & cognoscentes prædicta impedimenta non incurrūt in dictam excommunicationem, quia post Concil. Trid. copula coniugalis non ratificat matrimonium, & sic vt non incurrant in ipsam, est necessitas, quòd denuo coniugantur coram Parocho, & testibus, vt resoluit idem Ledes. quam opinionem tenet etiam Nauarr. Quæ doctrina non est conformis ei, quam Nauar. idem tenet alio loco dicens, quòd tale matrimoniū est validum post Concil. Tridēt. & licet Concilium annullet dictum matrimonium, non facit ad rem, vt huiusmodi cōtrahentes incurrant excommunicationem, quia matrimonium contractū scienter cum consanguinea est nullum, & nihilominus sunt excōmunicati, qui sic contrahunt; vnde non placet mihi opinio Ledesma, & Nau. Debet vlterius notari, quod dictam excommunicationem incurrunt, qui cōtrahunt per procuratorem scientes impedimentum, sed non incurrit ipse procurator, incurrit tamen illam sacerdos, qui de officio assistit illi matrimonio dicens solita verba, vt cum Caiet. & Syluest. resoluit idem Ledesma, qui etiam resoluit, quod non solum qui nesciunt impedimentum, sed etiam qui ignorant hanc pœnam, non incurrunt ipsam, licet sciat ipsum impedimentum.

D. Th. in addi. ad 3. p. qu. 55. ar. 3. & 4. Syl. matr. 2. §. 16. So. in 4. d. 27. q. 2. art 4.

Nau ca. 22. n. 43 Cou. in 4. 2. p §. 3. & 7. nu. 2. Led. in addi. ad 3 p qu. 55. ar 9. pag. 158. & 159. cū seqq.

Nau. in Man. ca. 27. nu. 141. Nau. vbi supra c. 22. n. 26.

2 Hoc supposito sit. Prima Concl. Ex matrimonio vnius viri cum aliqua muliere contrahitur affinitas inter ipsum, & cōsanguineos vxoris, & inter ipsam, & consanguineos viri, vt resoluunt Couar. & Nau. & Sotus, & probatur, quia cum per copulam carnalem fiant maritus, & vxor vna caro, sequitur quòd vnius sanguis tangit sanguinē alterius, & sic ipse non poterit contrahere cum consanguineis vxoris, nec ipsa cum consanguineis viri, verum affines vxoris possunt contrahere cum affinibus viri, & econtra, & idem est de consanguineis amborum, qui possunt contrahere inter se, vt quotidie videmus duas sorores nubere duobus fratribus sine dispensatione, sic colligitur ex iure, & tractant communiter DD.

Cou. de spons. 2. p c. 6. §. 1. nu. 3. Nau d. cap. 22. nu. 42. So. in d. 41. q. vnic. ar. 1 cū seq.

3 Secunda Conclusio. Impedimentum

cap. nec eo 35. q. 3.

tum affinitatis matrimonium dirimit, & licet vnus coniugum moriatur, durat affinitas semper, ita quod maritus mortua vxore non poterit ducere aliquã consanguineã vxoris intra quartum gradum inclusiue, & econtra mortuo marito non poterit vxor contrahere cum consanguineis defuncti secundum decretum in Concilio Constantiẽsi. An vero Papa possit dispensare, quod vnus possit mortua vna sorore vxore ducere aliam sororem eius, est quæstio satis inter Doctores agitata, sed cõmunior opinio est, quod sic, quia de iure naturali, & diuino nõ est prohibitũ, vt defendunt Caiet. & Sotus, & Ledesma.

Caiet. i opusc. d mat. Regis Angliæ. Soto in 4. d. 41. q. vnica ar. 3.

4 Tertia Conclusio. Affinitas, quæ prouenit à copula fornicaria vsque ad secundum gradum impedit, & dirimit matrimonium, vt ordinat Concilium Tridentinum, quod circa hoc corrigit ius antiquum, quod ordinabat hoc impedimentum dirimere matrimonium vsque ad quartum gradum inclusiue, vt dirimit impedimentum ex affinitate contracta per copulam licitam. Et hoc est adeo verum, vt affinitas ex copula fornicaria non solum non dirimat matrimonium factum in tertio, & quarto gradu, sed nec impediat faciendum; & ideo potest homo fornicarius contrahere matrimonium cum consanguineis mulieris, quam cognouit in tertio, & quarto gradu, vt declarauit Pius V. in quadam declaratione, quam super hac re dedit, & tenet Veracruz, de quo Nau. dubitauit multum ante editionẽ huius constitutionis dicens, quod quãuis non dirimeret in tertio, & quarto gradu matrimonium, saltem impediret. Circa hoc decretum debet notari primo, quod si quis ante Concilium Tridentinum cõtraxit affinitatẽm cum aliqua ratione copulæ fornicariæ in tertio, & quarto gradu, potest contrahere nũc cum illa, & valebit matrimonium, sicut declarauit Pius Quintus. Secundo debet notari, quod sicut affinitas, quæ oritur ex copula fornicaria in tertio, & quarto gradu, non dirimit matrimonium de præsenti, sic nõn dirimit sponsalia de futuro; sic enim declararunt domini Cardinales reformationis ad instantiam Episcopi Tornacensis sequentibus verbis, Cap. 4. decret. Trident. de reformatione matrimonij. [Impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium postea factũ dirimit & c. habet locum, & comprehendit etiam sponsalia de futuro contracta.] Hanc declarationem adducit Fr. Petrus de Ledesma.

Ledes. dif. 42. Cõc. Tr. ses 24. c. 4. de refor. matrim.

Veracr. appendi ce. f. 74 & 88. Nau. d. c. 22. nu. 2

Lede f. I addi. ad 3 p. q. 55. artic. 3. fol. 420.

5 Quarta Conclusio. Ex copula, quam quis habet cum aliqua muliere, nullum oritur impedimẽtum affinitatis, ad hoc vt non possint contrahere matrimonium, quia ille, qui cognoscit carnaliter mulierem, non efficitur eius affinis, sed vnam et caro: quod non impedit vinculum matrimonij, sed potius si coniungantur, illa vnio perficitur, vt post S. Thom tenet Sotus.

Soto in 4. d. 41. q. vnica art. 3. in fol. ad 2

De impedimento criminis sacrilegij, incestus, & adulterij, & de cognatione spirituali contracta in fraudem coniugis. Cap. CCXXVII.

SVMMARIVM.

An, qui contrahit cum moniali, remaneat impeditus ad ducendũ vxorẽ cõc. 1. n. 1.

An incestus ante, vel post matrimoniũ sequutus cum vxoris consanguinea impediat & dirimat illud, conc. 2. nu. 2.

Quid sit incestus, & an qui incestum commisit post matrimonium ratum, & consumatum, mortua vxore possit illã ducere, cum qua habuit copulam ibid.

An, qui commisit incestum cum suis consanguineis possit contrahere cum alia, cõcl. 3. nu. 3.

An, qui occidit authoritate publica, vel propria vxorem suam adulteram, possit ducere aliam vxorem, concl. 4 nu. 4.

An mulier adultera, quæ occidit maritum cum consilio adulteri possit ei nubere, cõcl. 5. num. 5.

An adulteri, qui de facto contraxerunt matrimonium per verba de præsenti, possint contrahere, si maneant liberi, conc.6.nu.6.

An qui promisit alicui matrimonium post mortem mariti, possit contrahere cum illa copula sequuta inter illos, conclus.7. num.7.

An, qui malitiosè baptizauit filium suum ad contrahendum cognationem spiritualem cum vxore sua, possit ipsa mortua ducere aliam, conc.8.nu.8.

1 PRima Conclusio. Qui contraxit matrimonium cum aliqua moniali, remanet impeditus ad ducendam vxorem, quod tamen impedimentum non est dirimens, vt ordinatur in Concil. Tridentini. (Habetur in c. hi ergo. & c. si quis 25. q. 1.)

2 Secunda Conclusio. Crimen incestus, quod est, quando aliquis cognoscit consanguineam vxoris suæ ante contractũ matrimonium cum illa, dirimit matrimonium ratione affinitatis cõtractum, vt remanet dictum in capitulo præterito: si vero incestus sequatur matrimonium ratum, & consummatum, non dirimit matrimonium, solum impedit, quod iste homo mortua vxore possit ducere aliam, cui factus sit per dictam copulã consanguineus, in quo impedimento potest Episcopus dispensare, vt affirmãt Nauarrus, & Veracruz, & Couarr. immo potest contrahere sine dispensatione in duobus casibus sequentibus, primus si est in ætate in qua dubitat de incontinentia: secundus, vbi non est consuetudo petendi dispensationem, vt dicit Nauarrus, licet Corduba teneat, quod securius est petere secreto eam per intermediam personam; & sic tenet Ledesma: vbi autem est consuetudo petendi dispensationem, quamuis sit peccatum mortale contrahere sine ipsa, tamen contracto matrimonio non est necesse petere dispensationem ad petendum debitum; quia huiusmodi incestuosi non priuantur hoc iure, vt dicit Sotus, (Num. 2. 3 &c. Nau. d. c. 22. n. 75. & 76 Veracr. in Spec. coniu. 1 p. 13. Cou. vbi supra 2. p. c. 7. num. 9. Nau. vbi supra Cord. l. 1. q. 12. d. 3. Ledes. diff. 59. Sot in 4 d. 37. q. vnic. a. 1)

3 Tertia Conclusio. Qui commisit incestum cum suis proprijs cõsanguineis, quamuis peccat contrahendo matrimonium cum quacunque alia sine dispensatione, si tamen de facto contraxerit matrimonium, valebit matrimonium, vt post alios dicunt Castrus, & Nauarra communis dicit, quod peccat mortaliter, Caieta. dicit, quod solum peccat venialiter: ego dico, quod neque peccat venialiter, si est consuetudo non petendi in hoc casu dispensationem Episcopi sicut diximus in conclusione præterita, & huiusmodi incestuosus contrahens potest sine dispensatione petere debitum, vt infra dicetur. (Cast. l. 1 de leg. pen. c. 7 in fi. Nau. vbi supra num 74 & 75.)

4 Quarta Conclusio. Qui occidit vxorem suam adulteram publica authoritate, potest ducere quamcũque aliam; cum in hoc casu non committat peccatum; si autem occidit eam propria authoritate, peccabit ducens alias, valebit tamen matrimonium, quia hoc crimen impedit, sed nõ dirimit matrimonium, vt est ordinatum in iure. (c. admonere 13. q. 2.)

5 Quinta Conclusio. Si adultera cum consilio adulteri tractat de occidendo marito ad effectum, & finem nubendi ei, & ex tali consilio nascitur mariti mors, non potest adulter ducere illam vxorem, quia ex hoc delicto nascitur impedimentum dirimens matrimonium, vt resoluit Nauar. & licet mors eius non fuerit ordinata ad hunc finem in foro exteriori, quod fundatur in præsumptione, dirimit matrimonium, in foro autem conscientiæ, si homicidium fuit occultum, & non positum in iudicio, nec ordinatum ad dictum finem, non dirimet matrimonium, vt dicit Sotus concordans hoc modo Siluestrum, & alios, qui in prima fronte videntur contrarij. Hinc infertur, quod si maritus machinatur de occidendis vxore adultera, & adultero, qui scientes hoc procurant occidere illum prius, & de facto occidunt, si eo occiso contrahunt matrimonium, valebit cum homicidium non fuerit ordinatum ad finem coniugij, sed ad liberandum seipsos à morte, & vtendum se maiori libertate; (Nau. d. 12. n. 46. & lib. 4 cons. tit. de eo, q duxit in matr. cõ lib. 1. fol. 405. Soto vbi supra)

Nau. vbi supra c.22. numer.46. te: sic dicit Nauar. Secundo infertur, quod qui committit adulterium cum nupta, quæ petiuit ab eo, vt duceret eam vxorem quoniam maritus eius aberat, iam septem anni erant, cui respondit homo facturum se id libenter, dummodo probaret ipsa, quod illud posset fieri, & nihil circa id innouato perseuerauerunt in adulterio, quousque mortuo postea marito contraxerunt matrimoniū, non valet huiusmodi matrimonium, quia hic interuenit promissio conditionalis ducendi ipsam, si probaret quod illud poterat fieri, quia licet promissio conditionalis non habeat effectum obligandi illum, qui promittit ante adimpletionem conditionis, habet tamen effectum quoad hoc, vt vere dicatur dedisse fidem, quæ cum adulterio sufficit ad dirimendam matrimonium, vt dicitur in iure, & tenet Nauarrus, quod probabitur melius per conclusiones, quæ infra ponentur.

c.fin. & per totū de eo qui duxit, &c Nau. vbi supra consi. 2. f 405. 6 Sexta Conclusio. Quando duo non solum commiserunt adulterium, sed de facto contraxerunt matrimonium per verba de præsenti, siue præcedat adulterium, siue sequatur, non possunt postea huiusmodi duo contrahere inter se matrimonium, licet sint liberi ad faciēdum, vt ordinatur in iure. Quod intelligitur quando persona soluta contrahens sciebat mulierem, quam ducebat vxorem, esse nuptam, aut si postea sciuit, & nihilominus commisit adulteriū, quia si ignorauit esse nuptam, potest contrahere cum ipsa post mortem mariti, quia huiusmodi homo formaliter tunc non commisit adulterium. (c. significauit. de eo qui duxit in matr.)

7 Septima Conclusio. Quando, verbi gratia, vxor Petri dicit Antonio, quod post mortem Petri mariti sui nubet ipsi, & facta hac promissione permittit ab eo cognosci, siue præcedat promissio, siue sequatur adulterium, numquam isti duo possunt contrahere matrimoniū, ita vt licet interius mutent opinionem, non relinquitur, quin in foro exteriori incurrant hoc impedimentum, quia ecclesia, quæ posuit illud, iudicat nunquā ipsos mutasse opinionem esse enim ordinatum est in iure: si vero non dedit prędictum verbum, seu promissionem, aut si promisit, non fuerit sequutum adulterium, tunc post mortem dicti Petri mariti bene potest Antonius contrahere cum prædicta, vt dicit quædam glossa. c. si quis cū vxore de eo qui duxit. Gl in c. nullus, 31. c. 1.

8 Octaua Conclusio. Qui malitiose baptizat filium suum, vt contrahat cognationem cum vxore sua, non potest ipsa mortua ducere aliam vxorem sine dispēsatione, vt ordinatur in iure: quod intelligitur, quando illud facit solum propter hunc finem particularem, quia si fecisset illud alium ob finem, (licet non possit petere debitum sine dispensatione) ipsa tamen mortua vxore poterit ducere aliam, & hoc impedimentum non dirimit matrimonium, sicut non dirimit impedimentum, quod oritur ex homicidio presbyteri secundum dispositum à iure. c. si quis presby. de pœn. & remiss.

De impedimento disparitatis religionis. Cap. CCXXVIII.

SVMMARIVM.

An inter infideles sit verum matrimonium, conclus. 1. num. 1.

An possint fideles ducere infidelem cum dispensatione Papæ & an possit ducere hæreticam, conclus. 2. nu. 2.

An maritus conuertens se ad fidem teneatur cohabitare cum vxore infideli, conclus. 3. num. 3.

DE materia huius impedimenti tractant Sotus, Nauarr. & Couarr. & Ledesma, & dicam pauca de ipsa, quia raro ponitur in praxi, præcipuè in his Regnis. So. in 4. d.29. Nau. ca. 22. n.48 Cou. 2. p. c.6. §. 11.

1 Prima Conclusio. Inter infideles est verum matrimonium non tamen vt sacramentum, sed vt contractus naturalis, & remedium concupiscentiæ, vt in iure definitum est, & sic Iudæus, & Iudæa qui contraxerunt matrimonium, Led. dif. 53. cum 3. seqq. ca. gaudemus de diuort.

si conuertantur ad fidem, non debent reiterare matrimonium secundum formam Concilij Tridentini, cùm inter infideles sit verum matrimonium, & indissolubile, quod non dirimit Baptismus. Verum est tamen, quod vno eorũ remanente in infidelitate potest fidelis ducere aliam secundum sententiam D. Pauli; & licet Iudęi comiserint aliquam cæremoniam legis suæ contrahentes libere, non tamen debẽt reiterare matrimonium; quia non legitur in diuina scriptura aliqua cæremonia, sine qua matrimonium esset nullum ante aduẽtum Christi, & dato quod fuisset, iam cæremonialia, quæ pertinebant ad eorum nuptias, perierunt, vt dicit Sotus, nec ipsi post aduentum Christi: potuerunt in sua Republ. facere statutum, vt seruaretur aliqua cæremonia in matrimonijs, quia non seruata fuissent nulla, sicut ordinauit Concilium Tridentinũ in Repub. Christiana, quia ipsi non habuere Rempubl. liberam, nec Principẽ, nec summum Pontificem, nec Regem, qui possent hoc ordinare. Verum est tamen, quod reliquæ Respublicæ, quę habent Reges, possunt id ordinare, vt tenent Nauar. & Sotus, vnde qui subditi talium rerum publicarum conuertentes se ad fidem nõ obseruauerint in suo matrimonio prædictas cæremonias debent denuo coniungi.

Paul. 1. ad Cor. 7.c.

So in 4. d.39. q. 1. art 1. concl.8.

Nau. l. 1 cons. ti. de pact. cons.4. fol. 87. Sot. vbi supra.

2 Secunda Conclusio. A iure ecclesiastico est prohibitum, quod coniungatur fidelis cum infideli, in quo potest Papa dispensare; & quamuis idem ius in quodam Concilio Toletano quarto prohibeat fidelem ducere infidelẽ hæreticam, si tamen duxerit, valebit matrimonium, cum hæreticus habeat caracterem baptismalem, & ideò fidelis non poterit ducere aliam vxorem, si vxor fiat hæretica, sed tenetur eam recipere domi, si reconcilietur cum ecclesia secreto ante sententiam contra illam latam; si vero fuerit condemnata, & separata à marito, licet postea reconcilietur ecclesiæ, potest maritus ingredi illa inuita aliquam religionem approbatã, & profiteri in ipsa, & idem ius habet vxor, si maritus inciderit in hæresim, vt ordinatur in iure, si vero non vult esse religiosus tenetur recipere eam domi, & facere vitam coniugalem, existente ipsa tam pęnitente sui peccati, vt possit ipse sine periculo fidei cohabitare cum ea: potest etiam maritus in hoc casu fieri sacerdos, cum in sacerdotio fiat votum castitatis, vt dicit Ledesma. Et nota, quòd mulier reconciliata ecclesię nõ habet licentiam ingrediendi religionem, nisi maritus etiam ingrediatur eã, vt dicit Sotus.

c. decreuit de hær. li 6

ca. mulier de consue. coniug.

Led. vbi supra. Sot. vbi supra.

3 Tertia Conclusio. Maritus conuersus ad fidem non tenetur cohabitare cũ vxore infideli præcipuè nunc, quando iam infideles Iudæi, Mauri, immo, & gentiles magis obstinati existunt, quam tempore Apostolorũ: ideo quod dicit Paulus scribens ad Corinthios, qđ maritus habens vxorem infidelem ipsa consentiente (sine periculo fidei) cohabitet cum ea, non deserat eam, durauit solum per spatium sexcentorum annorum in ecclesia primitiua, quia passim conuertebantur Iudæi, & gentiles, & non erant tam obstinati sicut nunc, sic dicit Sotus. Ideo infidelis nunc si monitus non voluerit conuerti, tenetur fidelis separare se ab eo, & potest statim ducere alium, quia matrimonium dirimitur statim, ac infidelis non vult conuerti, vt dicit Scot. licet Sotus, & Ledesma sequentes D. Thom. teneant non dirimi statim, sed cum fidelis cõtrahit cum alia secundo.

Paul. 1. Cor. 7. c.

Sot. vbi sup. ar. 3 Scot. in 4. d.39. ar. 2. du. 2. lit. C. So in d. art. 2. Led. dis. 54.

De impedimento violentiæ, & metus. Cap. CCXXIX.

SVMMARIVM.

An metus qui procedit à causa intrinseca aut exteriori naturali faciat irritum matrimonium, concl. 1. num. 1.

An peccet, qui metu profert verba exteriora sine intentione contrahendi matrimonium, concl. 2. num. 2.

An

An metus, qui cadit in virum constantem iniuste positus, vt sic consensus preberetur, faciat irritum matrimonium. conclus. 3. num. 3.

An, qui metu mortis contrahit per verba de præsenti, aut de futuro, teneatur implere promissum. concl. 4. nu. 4.

An matrimonium quod contrahitur per preces tyranicas sit validum conclus. 5. num. 5.

An possit pater absolute compellere filios, vt ducant talem in vxorem. concl. 6 numero 6

An incurrat pœnas Concil. pater iubens per obedientiam filijs, vt nubant N. conclus. 7. num. 7.

An posit Papa iubere alicui Regi, vt ducat talem in vxorem. ibid.

An valeat legatum relictum iuueni hac conditione, quod nubat cum consensu patris. ibid.

Sot. in 4 d. 29. q. 1. vbi DD. Couar. 2. p. c. 3. §. 4. Na. d. c. 22. n. 50

De materia huius impedimenti tractant Sotus, Cou. & Nau. & alii.

1 Prima Conclusio. Metus cuiuscunque mali, qui habet suam causam intrinsecam, aut exteriorem naturalē, nen facit irritum matrimonium; & sic si aliquis videns se in aliquo periculo maris, aut falsorum fratrum, ducit aliquam vxorem ad bonū animæ suæ, valebit matrimonium, sicut valet votū factum in similibus casibus, cum hic adsit plena libertas & eodem modo dici debet de metu iuste siue iniuste causato in aliquo sine intentione contrahendi matrimonium cum aliqua. Vnde seqtur, quod detentus in carcere ab aliquo iudice, a quo potest iste condemnari ad mortem, si ducit vxorem filiam eius, vt liberetur a morte, valet matrimonium vt tenet Couarr. & idem est si iniuste vellet illum condemnare, quod, intelligitur nisi iniuste imponat metum, sed solum vt extrahat ab eo consensum matrimonii, quia in hoc casu, si metus sit magnus, & grauis, facit irritum matrimonium, vt in iure diffinitum est: & hoc non solum in foro exteriori, sed et in foro interiori conscientiæ, cum desit libera, & plena libertas, quæ requiritur ad hoc vt fiat hoc vinculum indissolubile, vt dicunt Ledesma, Couarr. & Nauarr. cum Soto & Veracruz.

Cou. 1. 1. uar. c. 14

Ledesm. d. 23.

Cou de spons. 2 p. c. 3. §. 5. Nau. d. c. 22.

nu. 51. & soto vbi sup. art. 5. 3. Veracr. vbi sup. 1. p. a. 8. Co. vbi sup. §. 4. nu 4.

2 Secunda Concl. Ille, qui præ metu profert verba exteriora sine intentione contrehendi matrimonium, peccat venialiter. nisi confirmet hoc mendacium cum iuramento, quia in hoc casu peccat mortaliter, vt dicit Couarruuias quia ille, qui metu trahit ab aliquo cōsensum, non habet ius in illum, & sic si ille, cui induxit metum, fingat, non fecit illi iniuriam, & per consequens non erit perniciosum mendacium.

3 Tertia Conclusio. Metus grauis iniuste positus, vt vi mediante trahatur consensus facit irritum matrimonium, sicut dictum est, si metus cadat in virum constantem. Ad cuius declarationem debet notari, quod duo modi sunt metus, vnus est grauis, & alius est paruus; grauis est, quando timetur magnū damnum futurum; paruus est, quando timetur paruum damnum futurum; grauis autem adhuc duobus modis cōsideratur, vnus qui cadit in virum constantem, alius, est qui cadit in virum nō constantem; ille, qui cadit in virum constantem, est, in quo homo eligit minus malum, vt liberetur a maiori, quod illi imminet, sic dicit post alios Nauarrus, & Couarruuias, qui accidit, quando quis vidit, quod illi est parata mors, nisi ducat vxorem N. & tunc eligit ducere eam: qui vero non cadit in virum constantem, est, quando aliquis diues timore amittendi centum ducatos ducit vxorem N. quod est quidem leue satis. Et sic timor mortis, torturæ corporalis, verberū, abscissionis membri, carceris longi atrocium compedum, si sint carcer, & prædicta ligamina iniusta metus, seruitutis, metus stupri in virgine, immo, & in vidua honesta. timor amittendi maiorem partem bonorum, sunt metus qui cadunt in virum constantem, non solum quando inducuntur propriæ personæ, sed si imponantur vxori suæ, filijsque, vt dicunt doctores alle-

Na. vbi sup. n. 51 Co. vbi sup. n. 2.

Greg. in l. 15. tit. 2. p. 4.

allegati, & Gregorius Lopez, & idem est, quando fiũt minæ alicuius infamiæ iuris manifestum faciendo aliquod occultum delictum, aut infamiæ facti, vt si dicat pronuntiaturum falsum testimonium contra eum, de quo putat, difficile liberari posse, vt dicit Sotus, & mulieri sufficit minor metus, quam homini, quia mulieres suapte natura sunt fragiliores hominibus & timidæ, vt dicunt Couar. & Nauarr. sequentes communem.

Sot. vbi sup. ar. 2 ad 2.

Cou. vbi supr. num. 9. Nau. vbi supr. 51.

4 Quarta Conclusio. Ille, qui metu mortis contrahit per verba de præsenti, aut de futuro extracto ab eo per vim consensu, non tenetur in rigore adimplere promissum, quamuis sit iuramento confirmatum, vt resoluit post alios Cou. quia si non valet matrimonium, nec sponsalia, neque valebit iuramentum secundum regulam iuris; qua docemur, quod si non valet principale, nõ ualet accessorium. Verum est tamẽ, quod propter reuerentiam nominis Dei debet peti relaxatio iuramenti, & Episcopus potest relaxare, immo et Confessarius in virtute bullæ cruciatæ potest illud commutare, quia commutãs illud non facit iniuriam parti, cui factũ fuit, quia fuit factum per metum qui cadit in virum constantem, & sic non acquisiuit vllũ ius iustificatũ, vt dicit Ledesma

5 Quinta Conclusio. Matrimonium, quod contrahitur imperante, aut rogãte Rege, aut alio domino temporali, q solet tractare subditos tyrannice si non obediãt ei, est ipso iure nullum, cum talis metus inductus a simili imperio, & precibus cadat in constantem virum, sic tenet Panormitanus, & videtur, qd Concilium Trident. approbet. Verum est tamen, quod vis, quæ fit secundum ius, non facit irritum matrimonium, vt quando quis compellitur ducere vxorem, quam stuprauit.

6 Sexta Conclusio. Non potest pater absolute cõpellere filios, vt contrahant cum certis quibusdã personis propter summam libertatem, quæ requiritur in matrimonio, potest tamen precibus, & monitionibus, immo, & cum præcepto inducere filios ad ducendam vxorem quam ipse pater dat illis, & filius tenetur sub pœna peccati mortalis obedire patri, si pater fecit promissum, & iurauit adimplere, & non est causa propter quam debeat illam repudiare: erit autẽ causa sufficiẽs ad repudiandum, si filius dedit verbũ alij viuendus est Couarr.

Cou. vbi supr. c. 3. § 6. num. 5.

7 Septima Conclusio. Pater, qui præcepit filio per obedientiam, ne ducat vxorem N. non incurrit in pœnas Conc. Trid. quia in eo solum fit mentio dominorum temporalium, & magistratuũ, qui astringunt vassallos diuites, aut qui futuri sunt diuites, minis, & pẽnis ad cõtrahendum cum illis, cum quibus placet illis, sic explicat Cõc. Trid. Guttier. contra Albornotium. Et nota, quòd Papa potest iubere Regi, vt ducat vxorẽ talem mulierem, putans sic conuenire bono communi ecclesiæ, vt resoluit Hẽriquez. An valeat legatum relictum virgini hac conditione, quod nubat cum consensu patris sui, videatur supra. cap. 132. num. 6.

Concil. Trid. sess. 24. c. 9. decret. matr. Gutt. in qq. can. c. 19. in fin. Henriq. 2. to. l. 11 de mat. c. 17. n. 5

De impedimento, quod oritur ex raptu. Cap. CCXXX.

SVMMARIVM.

An, qui rapit sponsam alienam possit eam ducere sine dispensatione: & an incurrat in aliquas pœnas conclus. 1 num. 1.

An incurrat pœnas Conc. qui habuit rem cum virgine, quæ amore capta facit a domo patris ad quærendum illum, numero 2.

An valeat matrimonium inter raptorem, & raptam, quousque ea in potestate raptoris sit ibid. num. 3.

An valeat matrimonium inter raptorem, & raptam in prouinciis, vbi non est receptum Concilium Tridentinum. num. 4

An, quando mulier robusta rapit hominẽ, valeat matrimonium, quod contrahũt. ibid. num. 5.

An

An rapiens mulierem remaneat infamis; & an ducens raptam in uxorem incurrat pœnas positas à Concil. Trident. numero 6.

1 OCtauuum impedimentum est, raptus, vnde qui rapit sponsam alienam, non potest sine dispensatione ducere eam, nec aliam, sicut ordinatum est in Concili Toletano; & hoc impedimentum dirimit matrimonium; si autem non rapit sponsam alterius, sed aliã solutam, aut viduam, ordinat Conciliũ Tridentinum, quod non possit contrahere matrimonium cum illa, donec in sua potestate habuerit eam; si vero posita ea in loco securo dixerit velle illum in maritum, tunc poterit ille ducere illam vxorem remanens tamẽ subiectus pœnis positis à dicto Concilio Trident. sessio. 24. c. 6. de Refor. matrim.

Concil. Toletã. relatũ in c. statuimus 27. q. 2. Cõc. Tr. sess. 24. c. 6.

Circa quod decretum debet notari primo, quod adhoc, vt aliqua virgo dicatur rapta, sufficit, quod educatur è domo patris sui contra volũtatem patris, quamuis ipsa consentiat in raptum, vt dicit S. Thomas.

D. Th. 2. 2. q. 154 ar. 7.

2 Debet notari secundo, quod pœnæ positæ in hoc decreto contra raptorẽ mulieris non comprehendunt iuuenem, qui visus ab aliqua virgine, quæ capta eius amore fugit a domo patris ad quærendum eum, cognouit eam carnaliter stuprans illam, quia aliud est stuprum, aliud raptus, vt dicit D. Thom. hoc autem est stuprum, & non raptus: & etiã, quia communis opinio est omnium, quod qui stuprat virginem ipsa consentiente nõ ducens illam ad alium locum, non est visus facere raptum, nec pœna raptus debet condemnari, sed stupri, quæ est multo minor, sicut resoluit Nauar. in quodam consilio.

D. Tho. vbi sup.

Nau l. 5 cõ. tit. de rapt. cõ sil. vnic. fol. 522.

3 Tertio notari debet, quod sicut non valet matrimonium inter raptorem, & raptam, donec ipsa in potestate raptoris permanserit, sic non valent sponsalia de futuro, quia ratio, propter quam matrimonium non valet, est, quia consensus raptæ, donec est in sua libertate, non est omnino liber ad contrahendum matrimonium, quod; vt sit validum, requirit plenam libertatem; quæ ratio etiam militat in sponsalibus, vt resoluit Nau. Nec obstat, quod hoc decretum Concilij est exorbitans à iure communi, vnde cum loquatur in matrimonio non debet extendi ad sponsalia, cum sit regula iuris clara, quod leges exorbitantes non debent extendi ab vno casu in alium, quia hæc regula limitatur, nisi habeant eandem rationem, vt dicit Decius; at in nostro casu non solum est similitudo casuum, sed est eadem ratio; cum autem est eadem ratio non solum iura exorbitantia, sed etiam pœnalia extenduntur ab vno casu in alium secundum doctrinam glossæ singularis large declaratæ per Dominicum, & Antonium de Butrio, & Philippum Francum.

Nau. li. 4. cõ. tit. de consang. & affi. cõs. 3. f. 410. n. 58. n. 58. cum seq c. q̃ à iure d̃ reg iur. lib. 6. Dec. in c. cũ dilec d̃ cõfir. vtil. Gl. in c. 1. verbo Italia, d̃ temp or din. ĩ 6. vbi Domin. Butrio, & Francus in c. fi. d̃ const.

4 Debet notari quarto, quod in prouincijs, vbi nunc pro spatio decem annorum non est receptum Concilium Tridentinum, ad hoc vt valeat matrimonium, sufficit, quod virgo rapta libere consentiat, quamuis non sit separata à raptore in loco securo, & si ante raptũ præcessit mutuus consensus matrimonij inter ambos, videtur quod valeat matrimonium, sicut antea secundum ius commune valebat, vt tenet Henriquez allegans graues DD. vniuersitatis Salmanticæ pro parte sua.

Henriq. li. 12. de impedi. matr. c. 14. nu. 4

5 Quinto debet notari, quod hoc decretum habet etiam locum, quando aliqua mulier robusta rapit hominẽ minus potentem, cum sit eadem ratio.

6 Debet notari sexto, quod qui rapit mulierem, remanet infamis, nisi ducat eam vxorem, quia si ducat eam non est sic, quia si remaneret infamis, esset coacta ipsa rapta nubere homini infami, quod est contra libertatem matrimonij; sic colligitur ex intentione Concil. & tenent moderni Canonistæ, & Couar. in simili casu videtur idem tenere. Hinc infertur, quod contrahens hic homo cum ipsa remanet liber à reliquis pœnis, quas ponit ius contra raptores; & ideo

Sess. 24. ca 6. de Ref. matrim. Cou. 2. p. d̃ spõ. sal. c. 7. §. 4 n. 10

& ideo omnia bona eius debent dari sponsæ, quia si confiscarentur, fieret cōtra libertatem matrimonij.

De Impedimento ligaminis. Cap. CCXXXI.

SVMMARIVM.

An impedimentum ligaminis sit de lege naturali, diuina, & positiua, & an impediat matrimonium contrahendum, & dirimat contractum, nu. 1.

Maritus ducens alium vxorem viuente prima quibus pęnis mulctetur, ibid. conclus. 1.

An possit castigare vt adultera mulier, quę nubit secundo ignorans maritum viuere, factis denuntiationibus Concil. Trid. concl. 2. nu. 2.

An dum fiunt denuntiationes, si opponatur hanc mulierem esse nuptam, debeat recurri ad Ordinarium, conclus. 3. numer. 3.

An si fiat hoc matrimonium cum authoritate Ordinarij, & inuento postea maritum viuere sit obligatio redeundi ad eum, ibid.

An, vt fiat hoc secundum matrimonium sine culpa, sufficiat certitudo moralis, quod maritus sit mortuus, concl. 4. numer. 4.

1 AD explicationem huius impedimenti est notandum, quod impedimentum ligaminis est de lege naturali, diuina, & positiua, quod impedit illum, qui est coniunctus in matrimonio posse ducere vxorem viuente prima, & econtra, de quo impedimento tractatur in Concilio Tridentino, & explicat Nau. Cou. Sot. & Ledes. quo supposito ponuntur sequentes conclusiones.

Cōc. Tr. sess. 24. c. 2. Na. v. su. n. 53.

Prima Conclusio. Impedimentum ligaminis dirimit matrimonium, & maritus ducens aliam vxorem punitur grauibus pęnis. Leges horum Regnorum puniunt exilio perpetuo à Regno, & fuste publicè mulctant, & condemnant etiam ad triremes, quæ pęnæ practicantur in viris, non autem in mulieribus, quibus non imponitur pęna triremium, vt dicit Guttier. & domini Inquisitores puniunt hunc delinquētem, quia videtur male sentire de sacramento matrimonij, qui ducit secundam: ꝓpter quā rationem dicit Couarruuias, Simancas, & Guttierez, quod committens hoc crimen potest puniri ab officio sacræ Inquisitionis, sicut eadem rōne punitur Confessarius in his Regnis, qui solicitat mulierem ad libidinem in actu confessionis, vt supra diximus, capit. 207. nu. 2.

Cou. v- vbi in c. 7 §. 3 n. 1. So. in 4. d. 33. q. 1 l.e. d.a. ...

Gut. l. 1. pra. q. 6.

Co. vbi su. 2. p. c. 3. §. 1. n. 60. Sim. in inst. cat. ti. 4. n. 2. & 3 Gut. vbi sup. q. 8.

2 Secunda Conclusio. Si factis denūtiationibus in Missa solemni secundum formam Concilij Tridentini non fuerit oppositum impedimentum mulieri secundo nubere volenti, dicendo quod sit nupta, & qd ignoratur mariti mors, qui vere & realiter viuit, non debet puniri vt adultera, si nubat alteri marito, dummodo habeat nuntium certum de morte primi mariti, & alias coniecturas, quæ id comprobent, quod debet relinqui arbitrio prudentium, vt post alios resoluit Couarruuias, & Sotus, & sic debet intelligi, quod super hoc puncto tradit Nauarrus, & probatur in iure. Dixi, *& alias coniecturas, quæ id comprobent*, quia mulier, quæ in casu tam graui sine certo nuntio nubit alteri, q̄uis sit fama, quod eius maritus obierit, non pōt præsumi quod nubit bona fide. Et nota, quod si sit nuntius certus, & coniecturæ, & factis denuntiationibus, nullum ponitur impedimentum, potest parochus procedere ad faciendum matrimonium, licèt non adeat Ordinariū; faciet tamen prudentius mulier ad melius purgandam culpam, quæ illi potest imponi, petere licentiam ab Ordinario, vt aduertit Guttierez.

Co. vbi su. c. 7. §. 3. nu. 3. So. in 4. d. 27. q. vn. ar. 3. cō. 4 Na. d. c. 22. n 54. c. I presētia de spōs.

Gut. d. q. 8. in fi.

3 Tertia Conclusio. Si dum fiunt denuntiationes, vel factis illis fuerit oppositum huic mulieri impedimentum, qd sit nupta, ad Ordinarium, debet recurri; & si ipse facta diligenti inquisitione

con-

concesserit licentiã, erit libera ab adulterio, & alijs pęnis, & in hoc casu debet intelligi quod tradit Palatius; & quamuis ipsa non peccet nubendo, si tamen venerit ad eius notitiam viuere eius maritum, facta de hoc certior tenetur deserere secundum, cum primum matrimonium teneat, vt est diffinitum in iure; & licet ipsa mala fide, & graui culpa nupsisset secundo, suspicans esse viuum primum maritum, si tamẽ adfuit amborum consensus, & fuit seruata forma Concilij Trident. est verum matrimonium, si postea certius comperiatur, quod quando contraxerunt, maritus eius erat mortuus, cum fuerint facta omnia necessaria matrimonio, sic dicũt Nauarrus, & Ledesma.

Nau. v. su.n. 56. Led. vbi sup.

4 Quarta Conclusio. Ad hoc vt possit fieri hoc secundum matrimonium sine culpa, est necessaria certitudo moralis, quod primus maritus sit mortuus, sicut dictum est. & si est dubium pro vtraque parte, non potest fieri matrimonium: & idem est, quando est dubium, si aliquis est professus post ingressum religionis ante consumationem matrimonij, quia non est licitum vxori nubere donec sit certa de professione. Ex dictis infert Nauar. quod mulier nupta, quæ habuit nũtium, quo cognouit maritum eius esse in articulo mortis post infirmitatem longam paralysis per septem aut octo annos iacentem in lecto, & postea nó sciuit amplius, si esset mortuus, nec ne, non potest nubere alteri, quia potuit sanari ab illa infirmitate, sicut alij sanati sunt ex grauioribus; si tamen fuisset nupta, dicit ipse quod nó auderet separare eam à marito secundo, donec esset certitudo de vita primi mariti.

Na li. 4. cõs. titu. de sp. cõ sil. 15. f. 374.

De impedimento publicæ honestatis. Cap. CCXXXII.

SVMMARIVM.

An impedimentum publicæ honestatis dirimat matrimonium, & quid sit hoc impedimentum, concl. 1. nu. 1.

An hoc impedimentum oriatur à sponsalibus nullis propter defectum ætatis, concl. 2. nu 2.

An hoc impedimentum oriatur ex sponsalibus propter defectum secretum consensus, concl. 3. nu 3.

An hoc impedimentum oriatur ex sponsalibus conditionalibus ante impletam conditionem. ibid.

An oriatur hoc impedimentum ex sponsalibus minorum vel maiorum 7. annis factis à parentibus, concl. 4. nu. 4.

An validis existentibus sponsalibus transeat hoc impedimentum primum gradum. ibidem.

An ex matrimonio rato & non consumato oriatur hoc impedimentum, concl. 5. num. 5.

Circa materiam huius impedimenti videatur Sanctus Thomas, Sotus, Couarruuias, Martinus de Ledesma, & Bartholomæus de Ledesma.

D.Th in 4. d. 41. q 1. 2. 4. & ibi So. Coua. 2. p. de sp. c. 6. §. 2. Spec. cõiu 1. ar. 51. Led. in 2. qu. 75. ar. 5. Le. diff. 43.

1 Prima Conclusio. Impedimentum publicæ honestatis dirimit matrimoniũ contractũ inter sponsum per verba de futuro cum aliqua muliere, quæ mortua fuit, antequam matrimonium contraheretur, & inter aliquam eius consanguineam, quia ratione huius impedimenti non potest sponsus mortua sponsa contrahere cum eius consanguineis, nec sponsa cum consanguineis spõsi mortui; vt in iure definitum est, quod intelligitur licet inter ipsos non fuerit copula carnalis.

2 Secunda Conclusio. Hoc impedimentum oritur ex sponsalibus legitime contractis post septẽ annos ætatis, quia sponsalia facta in ætate septem annorũ, non habẽtes, qui contrahunt, vsum rationis, non efficiunt illud impedimentum, cum nó valeant propter defectum consensus; nisi post septẽ annos expresse, aut tacite approbauere cohabitantes, aut aliter, & ideo dicit D Tho. cum communi, quod quando sponsalia sunt, non oritur ex illis impedimentum: quæ opinio est probata in Concilio Tridentino, Hinc sequitur, quod sponsa-

D.Th. in 2. d. 41. q 4. ad 3 cõc. Tr. sel 24. c. 3 de Refor. Matrim.

sponsalia facta inter consanguineos in gradu prohibito sicut sunt nullius valoris, sic non efficiunt hoc impedimentum.

3 Tertia Conclusio. Licet sponsalia propter defectum consensus alicuius contrahentium secrete habiti non valeant; tamen ex illis nascitur hoc impedimentum, quia ecclesia præsumit, qd ille vere consensit, cum ea non iudicet de occultis; quia tantum scandali induceret sponsus, qui non consensit, si postea duceret sine dispensatione cum sorore sponsæ suæ, ac si vere consensisset; sic tenet cum Siluestro, & Paludano, Ledesma; & ideo quando Concilium Tridentinum dicit, quod non oritur impedimentum publicæ honestatis ex spõsalibus inualidis debet intelligi ex inualidis non propter defectum consensus in interiori, sed propter alia impedimẽta de iure, & defectum consensus in exteriori, quod præsumitur in illis, qui nõ habent ætatem ad spondendum, & etiam, quia ex sponsalibus nullis propter defectum consensus non sequitur aliqua vnio, nec imperfecta inter sponsos, vt tenet frater Petrus de Ledesma. Debet tamen notari, quod ex sponsalibus conditionalibus ante impletam conditionem non oritur hoc impedimentũ, illa vero adimpleta oritur; quia tunc iam sunt pura sponsalia, vt determinauit Bonifacius Octauus, cuius decretũ non delet Concil. Trident. cum solum determinet, quod ex sponsalibus nullis non oritur hoc impedimentum, vt aduertit Ledesma. Hinc infertur, quod si aliquis contraxerit cum Maria per verba de futuro cum quadam conditione, & antequam impleatur, duxerit aliam eius consanguineam valet matrimonium.

Le. les d. difficul. 43.
seß. 24. de Reformat. matrimon. c. 4.
Led. in add. ad 3. p. qu. 45. ar. 4. p. 425.
Led. vbi su. 6.

4 Quarta Conclusio. Si patres promittunt matrimonium pro suis filijs minoribus 7. annis, siue sciant, siue ignorent dicti filij, ex hac promissione non nascitur impedimentum publicæ honestatis; cum deficiat ætas necessaria ad hoc, vt valeant sponsalia. Si autem promittant pro suis filijs maioribus 7. annis ipsis præsentibus, & nõ contradicentibus, oritur hoc impedimẽtum, vt in iure ordinatum est; & idẽ est quando alij consanguinei respondent pro illis ipsis præsentibus, & non contradicentibus; aut si sint absentes facientes illos certiores, ꝙ spoponderint pro illis, si non contradicant, vt dicit Silu. si vero forsitan patres non recordẽtur notum fecisse filijs, ac nesciunt, an per aliã viam cognouerint filij esse pro illis ꝓmissum, tunc debent filij daute interrogari, ꝙ si dixerint se scire sponsalia, debet illis fides dari precipue si mortuo aliquo eorum, qui remanet, vellet ducere v.g. sororem sponsæ defunctæ, quia in hoc casu cum loquatur contra se, debet illis fides dari, vt cõiter tenent DD. Nota, quòd licet sit validum sponsale, non transit tamen impedimentum primum gradum, vt nunc denuo ordinat Conc. Trid. ita vt in gradibus inferioribus non solum non dirimat, sed nec impediat; & hoc aut sit in linea ascendenti, aut descendenti, aut trãsuersali. Hinc infertur, quod sponsa remanens viua cum tribus generibus personarum non potest nubere scilicet patri, filio, aut fratri sponsi sui mortui; cum reliquis autem potest.

sil. ser. matri. §. 7.
Doct. in c. 1. testante d' spons. cõc Tr. ses. 24. c. 3.

5 Quinta Conclusio. Ex matrimonio rato, & non consumato oritur impedimentum publicæ honestatis, & non affinitatis, quia sine copula interueniente non fit affinitas, sic tenent Sotus, & Panormitanus, cum quo videtur concordare Silu. dicens, quod ex hoc matrimonio contrahitur affinitas inchoatiue, & hoc impedimentum durat vsque ad 4. gradum inclusiue, & non limitatur ad primum gradum, sicut in sponsalibus de futuro, & sic declarauit Pius V. in quadam constitutione sua, de qua facit mentionem Ledesma, & Veracrux; & ad hoc debet reduci, quod tradit Sotus & Gregorius Lopez; & si aliqui cum hoc impedimento duxerint, debent separari authoritate iudicis, probato impedimento.

sot. ĩ 4. d. 43. Panor. ĩ c. spõsam de spõs. silu. matrim. 8. q. 14. Led. vbi su. Ver. ĩ appẽd. fol. 66. sot vbi su. c. 11. Greg. in li. 4. tit. 1. p.

De

De impedimento impotentiæ. Cap. CCXXXIII.

SVMMARIVM.

An impotentia perpetua seu temporalis ad copulam dirimat, & impediat matrimonium. concl. 1. nu. 1.

An impotentia in eunuchis ad generandū dirimat matrimonium. conclus. 2. numero 2.

An maleficium perpetuum dirimat matrimonium, & quod tempus det ius ad probandam hanc impotentiam. & differentia quæ sit inter eam, & maleficium. conclus. 3. num. 3.

An impotentia, quæ procedente tempore possit curari, & deleri naturaliter, aut per artem impediat matrimonium, & an Papa possit dispensare vt minor 14. annis ducat minorem 12. annis. concl. 4. num. 4.

An senex impotēs propter senectutem possit ducere vxorem. concl. 5. nu. 5.

An quæ non valet parere sine magno discrimine possit nubere, & an valeat matrimon. concl. 6 nu. 6.

An teneatur coniuncti matrimonio dare fidem cuicunque dicenti esse impedimentum inter eos concl. 7. num. 7.

Sot. in 4 d. 34 q. 1 art. 2. & d. 40. q. 1. art. 3. Led. dif. 48. — CIrca materiam huius Capituli videndus est Sotus, & Ledesm.

1 Prima Conclusio, Impotentia perpetua ad copulam impedit, & dirimit matrimonium, siue cognoscatur hæc impotentia ante matrimonium, siue post ipsum, etsi ambo cognouerunt impedimentum, quo non obstante contraxerunt, possunt separari, & idoneus eorum potest contrahere cum alio; si autem uoluerint ambo cohabitare in eadem domo, possunt quidem, dummodo non se coutantur sicut matrimonio coniuncti, cum matrimonium sit nullum, sed tamquā fratres, & hoc de consilio, & non de præcepto, vt aduertit Rich. Hinc sequitur, quod non possunt amplecti, nec osculari se inuicem libidinose. Sequitur amplius, quod cū non sit verum matrimonium, qui est potens, potest contrahere cum alio, pmanēs primo per spatium trium annorum, vt ordinatur in iure, coniunctus, procurans consummare matrimoniū, ad experiendum, si impedimentum est perpetuum; quia si est temporale, & potest esse remedium per medicinam, nō impedit matrimonium, sicut quando mulier est nimis stricti officii, & aliquo remedio potest aperiri, quamuis non possit fieri, nisi cum graui dolore, quem tenetur ferre vt possit soluere debitum, nisi esset periculum vitæ: ita vt quamuis possit habere copulam cum suo marito, non tenetur reddere debitum, si putat, quod concipiens de eo nō poterit parere sine periculo vitæ. Et nota, quod hæc impotentia temporalis, siue sciatur, siue ignoretur, quādo fit matrimonium, facit irritum illud; quod tāquam probabilius sequitur Ledesma, resoluens hoc punctum. Led. in ad. ad 3. p. q. 85. ar. 1. foi. 515.

2 Secunda Conclusio. Impotentia eunuchorum ad generandum impedit, & dirimit matrimonium, vt declarauit Sixtus V. ad instantiam Episcopi Nouariensis Nuntij Apostolici in his regnis Hispaniæ in quodam breui, quod adhuc finem dedit Romæ apud S. Marcum die 7. Iun. 1587. tertio anno sui pontificatus; iubens in illo, quod eunuchi iam coniuncti separarentur, si inuēti fuissent accedere carnaliter ad suas mulieres tanquam ad vxores, cum vere non sint tales, & prædictus Nuntius Apostolicus iussit intimari hoc breue in omnibus Regnis Hispaniæ declarās authoritate Apostolica matrimonium eorum esse nullum & irritum, cum ipsi essent inhabiles ad contrahendum, sicut Sanctitas sua declarauerat; & qui de facto contraxissent, imposuit pœnam centum ducatorum, & subiecit pœnæ excommunicationis, aliisq; pœnis eius arbitrio reseruatis; & quod habentes notitiam prædictarum litterarum apostolicarum statim separentur, imponēs

Or-

Ordinariis sub eisdem pœnis, ne permittant eos contrahere, quod breue fuit publicatum Madriti die 17. Nouembris anni 1587. supradicti; quo viso cessat disputatio Theologorum & Canonistarum, an esset horum matrimoniũ nullum an validum, de quo tractat large Sotus, & Guttierez in suis quæstionibus Canonicis, & Nauarr. in suis consiliis. Circa quod breue debet notari, qđ si hoc impedimentum (siue sit intrinsecum siue extrinsecum) superuenerit matrimonio iam rato, quamuis non sit consummatum, non dirimit; & sic possunt cohabitare, vt colligitur ex iure antiquo, cui non derogatur per dictũ breue. Notetur etiam, quod illi, qui habent impotentiam imperfectam, quia possunt seminare, sed non est perpetua, nõ possunt cõtrahere, sed potius contrahẽdo est nullum matrimonium, quod videtur etiam voluisse Sixtus V. & sic tenet Ledesma.

Sot. in 4 d. 34. q. 1 a. 2. Gut. in q cano. Na. li. 4. cõsi. de fr. & malefic. cõsi. 3. c. is q 32. q. 3.

Led vbi sup fol. 519.

3 Tertia Conclusio. Qui non potest habere copulam cum sua vxore ratione alicuius maleficij perpetui, potest separari, quia dirimit matrimonium, secus autem si sit temporale, vt determinatum est in iure. Ad cuius conclusionis explicationem debet notari. Primo, quod Deo permittente dęmon potest efficere, quod maritus non possit accedere ad suam vxorem quamuis ad alias mulieres habeat potentiam, & hoc dicitur maleficiũ, quod potest esse perpetuum, & temporale; ideo vt cognoscatur, an sit perpetuum, conceditur a iure spatium trium annorum, vt supra dixi, & si adhuc durat, præsumitur esse perpetuum, si non possit aliud poni remedium per viam medicinæ, nisi per aliud aliquod maleficium, & artem dęmonis, quod non est licitum, quamuis maleficus sit paratus ad id faciendum, vt probat Caietanus Est tamen licitũ, vt dicunt DD. vocare maleficum, & rogare, ac muneribus, & pecuniis pellicere eum, vt ea ligamina, quæ habet, siue vnita, siue sepulta, siue quouis alio modo posita contra ipsum maleficiatum, extrahat ea & auferat, ac mutet, quia hoc totum facere potest industria naturali sine peccato, & est virtus hoc facere; ita vt maleficus teneatur id facere; & potest a iudice compelli ad id faciendum. Est autem magna differentia inter impotentiam, & maleficium; vt quando aliquis separatus ab aliqua propter impotentiam, inuenit se potentem ad aliam, debet redire ad primã, quia loquendo regulariter, qui est habilis ad vnam, erit inhabilis ad aliam, nõ autem sic se habet in maleficio; quia q separatus est propter maleficium ab vna, & est habilis ad aliam, non debet ideo redire ad primam, quia potest esse, quod sit ligatus, & maleficiatus ad illam solum, & solutus, ac liber ad alias, nisi forte si tractet cum prima, & inueniat se potentem, & solutum ad illam, quia tunc tenetur redire ad eam, cum inde constet non fuisse maleficium perpetuum, vt resoluit Ledesma. Ex dictis infertur responsio ad casum, de quo fui interrogatus, hoc est, si mulier, quæ nõ vult habitare cum marito, quia inuenit eum impotentem, debeat absolui necne. Respondeo inquam, quod de licentia mariti debet absolui, ipso scilicet consentiente, quod ipsa viuat separata; si vero ipse non consentiat, non potest absolui, cum ius tribuat marito spatiũ trium annorum ad experiendum, an sit impotens.

Caiet. 2. 2 q. 78. art. 4.

Lede. in addi. ad 3 p. qu. 58. ar. 2. pa. 528.

4 Quarta Conclusio. Impedimentũ impotentiæ, quæ procedente tempore potest deleri naturaliter, aut per artem, non est contra substantiam matrimonii, vt dicit D. Thom. communiter receptus, & hinc defendit Nauarr. quòd sua Sanctitas potest dispensare, vt ducat vxorem iuuenis minor 14. annis virginem, quæ nec ipsa habet 12. annos, si sint nobiles, & fortes, educati in deliciis, quia quamuis iuuenes, qui possunt soluere debitum, non possint iungi matrimonio, vt resoluit Sotus; hoc tamen debet intelligi loquendo regulariter de illis, qui non sunt apti ad soluendum debitum: si tamen loquamur de aliquibus

D. Tho. in 4. d. 34 a. 1. 2. in corpore

D. Sot in 4. d. 34. q. 1.

bus particularibus, qui habentes dictā ætatem, solent habere potentiam ad illud soluendum, vt sunt filij hominum fortium, & educati in delitijs, tunc nō debet habere locum hæc regula; & sic refert Sanctus Gregor. quod iuuenis quidam 9. annorum fecit grauidam nutricem suam, & S. Hieronymus scribēs Vitali presbytero, dicit audiuisse idem de puero 10. annorum, & Salomon ætatis 10. annorum genuit Roboan.

Greg li. 4. dial. relat. 2. gl 20 q. 1. in sum nier ep. 132.

5 Quinta Conclusio. Non omnis impotentia perpetua impedit, & dirimit matrimonium, secundum legem humanam, quia senex, quamuis sit impotens satis, potest ducere vxorem, & comprobat visus totius ecclesiæ, vt dicit Scotus, & probat hanc veritatē Frat. Michael de Med. allegans D. Th. & liberās Scotum a falso testimonio, quod super hac re illi imponitur ab illis, qui fastiditi sua subtili doctrina nolunt illum legere, nec intelligere, sed solum allegare.

Med. de sacrorū hom. cōtinentia cap. 74.

6 Sexta Conclusio. Quando mulier est tam stricta, & clausa, quod quamuis possit recipere semen, & concipere, non potest tamen parere sine periculo vitæ, est nullum matrimonium: hanc opinionem dicit Ledesma habuisse Victoriam, & alios homines graues, quā ipse etiam sequitur. Et probatur; quia cum tanto periculo nec potest, nec tenetur reddere debitum, ita vt peccaret mortaliter exponens se tanto periculo. Veruntamen secundum eundem Ledesmam hæc opinio licet sit vera, debet limitari, ne procedat, quando pro certo scitur mulierem esse sterilem, quia in hoc casu cessat hæc ratio.

Ledes. i add. ad 3. p. q. 58 art. 1 in fine.

7 Septima Conclusio. Coniuges tenētur dare fidem testi fide digno, aut Parocho dicenti eis esse inter illos impedimentum dirimens. Hæc conclusio est contra Nauarr qui videtur contradicere sibi ipsi, quia dicit peccare mortaliter secundo nuptam reddendo debitū, postquam habuit nuntium, quod eius maritus primus viuit; & secundum meam opinionem magis debet valere dictum personarum, quam nuntium auditum de longinquo; ideo si datur fides nuntio venienti de terra lōginqua, tantum, aut plus fidei debet tribus testibus, qui sunt vicini, qui faciunt certitudinem moralem, secūdum illud; quod dicitur in iure.

Nau. in Matt. c. 22. n. 52 & ibid. nu. 54.

c. Dominus de secund. nup. c. inquisitioni de sent. excom.

De illis qui possunt dispensare super impedimentis matrimonij.

C. CCXXXIV.

SVMMARIVM.

An Papa possit dispensare super omnibus impedimentis, quæ impediunt, & dirimunt matrimonium concl. 1. nu. 1.

An possit Episcopus in foro interiori dispēsare in impedimento ecclesiastico, quod impedit, & dirimit, quando est occultū, & erit scandalum, si separentur coniuges. concl. 2. num. 2

An possit Episcopus dispensare in omnibus impedimentis ecclesiasticis, quæ impediunt, & non dirimunt, concl. 3. nu. 3.

An spiret facultas, quam dat Pontifex duobus, vt quidam Episcopus dispenset cum illis in gradu prohibito, si moriatur Pontifex ante dispensationem factam. ibid.

An prælati inferiores Episcopo possint dispensare in his impedimentis. conclus. 4. num. 4.

An Vicarius generalis Episcopi possit dispensare in his impedimentis. conclus. 5. num. 5.

An, qui de iure possunt dispensare in his impedimentis possint delegare hanc facultatem. concl. 6. nu. 6.

An delegatus teneatur seruare formam delegationis, vt valeat dispensatio. concl. 7. num. 7

An delegatus ad dispensandum teneatur examinare causam summarie, & extra iudicialiter. concl. 8. num. 8

An confessarij societatis Iesu possint examinare breuia cōcessa circa hoc commissa doctoribus, & magistris sacræ Theologia. ibid.

1 PRima Conclusio. Papa potest dispensare super omnibus impedimentis quæ impediunt, & dirimunt matrimonium, si talia sint ordinata ab ecclesia, quia in impedimento, quod est de iure naturali, & diuino non potest Papa dispensare, sicut est, quod pater ducat filiam vxorem, & filius matrem, vt supra diximus, & impedimentum erroris, & defectus iudicij, seu mẽtis, quia impedimenta inducunt defectus consensus legitimi, quia Papa non potest supplere, quia iste consensus est de iure naturali, & diuino necessario, vt dicit Nauarr. Na c.22 nu.54.

2 Secunda Conclusio. Episcopus potest dispensare in foro conscientiæ in impedimento ecclesiastico, quòd impedit, & dirimit quando est occultum, & matrimonium publicum, essetque graue scandalum, si separarentur, nec possent recurere ad suam sanctitatem, nec eius Nuntium habentem ad illud authoritatem, propter paupertatem partium, & alia legitima impedimenta. sic tenet Nauarr. & tanquam pium, & ꝓbabile sequitur Corduba: præcipue si fiat matrimonium coram fidelibus bona fide, putando non esse impedimentum, quod postea facto matrimonio cognitum est: hanc opinionem tenet Sotus, & sic possunt domini Episcopi vti ea ad consolationem spiritualem animarum, quæ sibi commissæ sunt, & ẽt quia vbi est diuersitas opinionum, semper debet sequi benignior, vt in iure statuitur: benignior autem est, quæ fauet iuramento, testamento, libertatiq; matrimonij, & Religionis, & quæ absoluit, est benignior, quam quæ ligat, vt dicit idem ius. & tradit Siluest. & ideo tenet denuo hanc opinionem Henriquez dicens vti ea multos Episcopos, & etiã tenet eam Ledesma, dicens esse veram, quando contraxerunt matrimonium bona fide; secus si mala fide, & idem tenet Henriquez.

Nau. v. bi sup. cor.l 1. q.11 ar. 1.c.9. Sot.li.1. de iust. q.7.ar 3 & in 4. de 37.q. 1 a.1. c. de rer p mut.l.6 siluest. verb. opin.q. 2 Henr. l. 12 de im pedit. ma. c 3. nu.2. Led. i a. dit.ad 3 q.59 a 4 fo. 496.

3 Tertia Concl. Episcopus põt dispensare in omnibus impedimentis ecclesiasticis, quæ impediunt & non dirimunt matrimonium, licet in eadem persona concurrãt duo, aut plura eorũ, licet nõ possit dispensare in votis simplicib. castitatis, & religionis, vt dicit Nauarrus: & eandem potestatem habẽt legati Papæ in prouinciis suæ legationis, quia cõcurrunt cum quouis Ordinario, licet sit Patriarcha, dum est in eius diocesi, vt dicit Speculator sequutus in hoc a Vela: ꝙ confirmatur, quia legatus Papæ in sua prouincia potest totum, ad ꝙ specialiter non est Papæ reseruatum, vt resoluit Siluester, & eandem potestatem habent Patriarchæ, Primates. & Archiepiscopi in suis diocęsibus, non autem in illis, quæ sunt suffraganeorum, quia nisi in casu appellationis, aut visitationis nõ habent iurisdictionem super omnibus suffraganeorum, nisi in casibus a iure concessis, de quibus tractant Angelus, & Siluester. Notetur autem, quod quando sua Sanctitas concedit facultatem duobus, vt quidam Episcopus possit dispensare cum illis, quia contraxerunt in gradibus prohibitis, non deficit hæc facultas per mortem concedentis, quia semel facta gratia non perit morte concedentis, vt dicitur in iure, & resoluit Nauarr.

Nau. v. bi sup. nu. 85.

Spec ti. de leg. § nunc ostendendum vt legatos. Vel i c. pastoralis de of fic. ord. nu. 46. Silu. vel lega ũ nu.12.

Ang & Siluve. Archiepisc.

4 Prælati minores Episcopo non possunt dispensare in huiusmodi impedimentis, nisi habeant subiectum aliquem populum, super quo habeant eandem iurisdictionem plenam, & æquiualentem sicut Episcopi: illi autem haberent hanc auctoritatem, & iurisdictionem Episcopalem, quam habent Episcopi, nisi ille populus fuisset exemptus ab eius iurisdictione, vt dicit quædam gloss. Dixi, *iurisdictionem plenam*, quæ est in foro conscientiæ, & exteriori, vt sunt Abbates in suis Abbatiis; Vicarij ordinis Diui Ioannis Hierusalem in suis vicariatibus, & reliqui Vicarij ordinum militarium.

c. super gratia d' off. del. l.6.c.relat. de of fic. del. Na li 5. cõ.l.tĩ. de priu consil. 1 fol 554.

5 Quinta Conclusio. Secundum ius Vicarius Generalis Episcopi non potest dispensare in dictis casibus, nisi ad illud habeat ab Episcopo particula-

Glo. in Abbaté de pri. lib.6.

Palud.4. d.34.q.1 ar.2.cō sil.3.

latē cōmissionē, vt dicit Palu. aut quādo ex cōmissione generali colligitur aperte, quod illi conceditur; quod accidit, quando in illa datur illi facultas ad multos casus, qui egerent particulari cōmissione: & vltimo addit, quod dat illi facultatem ad reliquos casus, quos ipse potest, quamuis ad illos requiratur mandatum speciale, & commissio specialis: quia in hoc casu commissio extenditur ad alios casus non expressos, vt constat ex iure, nisi expressi sint maiores, & grauiores, vt dicitur in proprio iure, & tenent S. Antoninus, Angelus, & Siluester. Hinc etiam infertur, quod si Episcopus descendat ad partes remotas constituens Vicarium generalem, licet non specificet in commissione, quod relinquit aliquem casum specialem, Vicarius potest dispensare totum, quod potest Episcopus secundum Hostiensem: potest etiam in his casibus dispensare, qui tenet administrationem Episcopatus, cum vacat, vt dicit Palud.

c qui de agē dum de proc. clem nō potest ď procur. Ant 3.p. tit.17. Ang. v. conf. 5. nu.5. Sil. ver. abs.2.n. 2.& ver. vicar.n. 6. Host. ti. de pę.& rem. §. cui consti.n.24. Paluda. vbi sup.

6 Sexta Conclusio. Qui possunt in dictis casibus iure proprio, & ordinario dispensare, possunt etiam delegare hoc ius, cum iudex ordinarius possit delegare illa, quæ sunt iurisdictionis, vt dicitur in iure, & posse dispensare pertinet ad iurisdictionem; debent tamen aduertere ordinarij, quod hæc facultas dispensandi in matrimonio non debet committi cuicunque, & passim, sed raro, & viro circumspecto; & multæ in litteris confidentię & virtutis, vt admonet Sanctus Antoninus.

Anto.2. p c.3. §. fin.

7 Septima Conclusio. Si Summus Pontifex delegauerit alicui, vt possit dispensare in aliquo casu sub certa forma, & ille delegatus non seruet formam impositam, non valet dispensatio; & ideo debet attente inspicere tenorem concessionis, vt est ordinatum in iure.

8 Octaua Conclusio. Ille, cui Summus Pontifex dat facultatem ad dispensandum in aliquo impedimento, vt post Concil. Trident. committitur regulariter Ordinario, prius debet examinare causam summariè, & extraiudicialiter, quam dispenset, si impedimentum est secretum; vnde si est commissa in foro conscientiæ alicui Confessario nostro in sacra Theologia, aut iure canonico, ille doctor debet seruare formam dictæ facultatis ad dispensandum: nec est necesse, vt recipiat testes super impedimento, & super causis, quæ faciunt ad dispēsandum, quia si ei datur facultas in foro conscientiæ, debet præbere fidem confessioni pęnitentis, & cauere debet pœnitens à mendacio tacens aliquid, quod de necessitate debeat exprimi, quia erit irrita dispensatio; & si Confessarius dubitauerit de veritate supplicationis, inducat pœnitentem caute, vt dicat veritatem, & inueniens esse falsam, procuret hoc scire extra confessionem, vt maiori facilitate negare possit dispensationem. Et nota, quod Confessarij societatis seu approbati à suis prælatis, & ab Episcopo possunt aperire, & examinare breuia clausa sacræ pœnitentiarię, quæ commissa sunt doctoribus, & Magistris sacræ Theologiæ, licet dicti Cōfessarij non receperint aliquem gradū in vniuersitate approbata, vt concessit illis Gregorius XIV. & tradit Henriquez, quo priuilegio gaudent religiosi sic approbati gaudentes priuilegijs huius prædictæ sacræ Religionis. Nota etiam quod vt aliquis gaudeat dispensatione, quæ ei conceditur, non sufficit, quod Papa concedat eam viuæ vocis oraculo, sed est necesse, quod litteræ Apostolicæ expediantur, quia aliter hæc dispensatio nec in iudicio, nec extra esset alicuius vtilitatis, vt constat ex regula cancellarię expedita per Gregor. XIII. quod ordinatur, vt notat Ledesma, propter inconuenientia, quæ possunt inde nasci ex sola dispensatione verbali.

Cōc. Tr. sess.24.c. 5.

Henriq. li.7.ď indul.c.28 num. 6.

Ledes. in addit. ad 3.p.q.56 ar.4 fol. 501.

De causis dispensationis matrimonij in gradibus prohibitis.
Cap. CCXXXV.

SVMMARIVM.

An peccet Princeps seu inferior dispensans in lege sine causa, & an possit Episcopus dispensare in constitutionibus synodalibus, nu. 1.
An ad dispensandum in gradibus prohibitis requiratur causa, concl. 1. nu. 2.
Quibus personis Conc. permittat dispensari in secundo gradu, ibid.
Quibus de causis possit dispensari in gradu tertio, & quarto ibid.
An cum alijs vltra magnos Principis possit dispensari in secundo gradu, concl. 2. num. 3.
An maior requiratur causa ad dispensandum in consanguinitate, quam in affinitate, & maior in linea recta, quam träsuersali, concl. 3. nu. 4.
De coniungentibus se in gradibus prohibitis etiam cum dispensatione quid scribunt S. Greg. & S. Ambrosius, ibid.

1 AD resolutionem eius, quod in hoc capite dici debet, est notandum peccare principem, qui dispensat sine iusta causa in sua lege, & eodem modo peccat subditus petens sine iusta causa dispensationẽ, & obtinens eâ peccat, si vtatur ea. Verum est tamen, quod solum peccat venialiter, si non est scandalum, contemptus, aut notabile damnum tertij, vt post Caieta. dicit Nauarrus, circa quod videndus est Sotus, Couarr. & Med. & in verbo *lex* iam dictũ est aliquid de hoc. Solum noto esse maximam differentiam inter superiorem, & inferiorem quantum ad dispensandum, quia inferior, cui per commissionem, aut de iure commissa est licentia dispensandi, si dispensauerit sine iusta causa in iure communi, dispensatio est nulla in foro exteriori, & interiori, & sic tenet cum communi Nauar. & Rebuffus, quia cum hac limitatione est cõcessa licentia inferiori ad dispensandũ, cùm absoluta potestas faciendi contra legem, aut dispensandi in illa sine causa sit reseruata Principi legislatori eius. Alia differentia est multum notabilis inter Papam, & Ordinarios quantum ad dispẽsandum, quæ differentia colligitur ex dictis; quod Papa, quando dat licentiam alicui ad recipiendos ordines sciẽs esse illegitimum, videtur dispensare cum illo super defectu, & irregularitate, quamuis non præmiserit examen causæ; at Ordinarij etiam in casibus, in quibus possunt dispensare, non sunt visi dispensare cum illis dantes licentiam ad suscipiendos ordines, nisi expresse dispẽsent cum illis, aut saltem non præmittant examen causæ, vt resoluit Panormitan. cum communi; alia est differentia notabilis, quia Papa cum sit supra Concilium, & supra ius positiuum dispensans sine causa in decretis huius iuris, valet dispensatio; at Episcopus, cum non sit supra synodum, & non petatur ab eo, vt confirmet, sicut petitur à Papa, vt concilium confirmet, non videtur, quod possit delere, nec abrogare synodi constitutiones, vt insinuat Gallegus contra Sotum, & Nauarrum, tenentes Episcopum posse dispensare in foro interiori, & exteriori, in constitutionibus synodalibus, cuius opinio potest defendi; quia consuetudo, aut consensus tacitus synodi dat illi ad illud facultatem, quam non videtur tenere secundum ius, & supra dictum: supposito hoc resoluatur materia huius capitis per sequentes conclusiones.

2 Prima Conclusio. Vt dispensetur in gradibus prohibitis, debet esse causa, vt ordinat Concil. Tridentin. quod præcipit in secundo gradu non dispensari debere, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam, & in alijs gradibus quod raro detur dispensatio, & hoc gratis, & iusta de causa. Nau. refert quatuor causas. Prima, vt impediatur aliquod delictum. Secunda pro imponendo fine magnæ

Nau. in pl. mã. prel. 9. n. 11. So. lib. 4. de iust. q. 7. ar. 3. & in 4. d. 21. q. 2. ar. 2 Cou. 14 2. p c. 6. §. 9. n 9. Me. 1. 2.

q 97. a. 4 Na. v. su. n. 13. & i c. 25. nu. 74. Rebuff. in praxi bene. 2. p. titu. di spẽs. ad plura. n. 52. cum seq.

Pa. in c. diuersis fallacijs de cler. censu & in c. quis de elec. ci. 6 Gallego d co gn. spi rit. c. 21. n. 18 So to vbi su. Nau. in d præ lu. n. 12.

cõc Tri. ses. 24 c. 5. de refor. matrim.

Na. d c. 22 n. 21. & 86 & 87.

gnæ alicui liti. Tertia propter defectum dotis, secundum qualitatem mulieris, & quamuis sit sufficiens secundum qualitatem eius, sufficit, quod sit insufficiēs respectu viri, qui vult ducere eā. Quarta est strictura loci, scilicet, quando oppidum est strictū, aut in eo sunt omnes ferè sanguine iuncti, ita vt extra consanguineos non inueniat mulier, cui nubere possit; alia causa solet numerari inter dictas, quæ est conseruatio diuitiarum in eadem familia, ne transeant in aliam familiam.

5 Secunda Conclusio. Quamquam Concil. Triden. dicat, quod in secundo gradu non dispensetur, nisi inter magnos Principes, & propter publicam causam, est tamen res verificata, quod vna lex debet per aliam declarari; inuenimus autem idem Concilium Tridentinum tractans de modo dispensationis legum ecclesiasticarum commendans earum obseruationem, addit, qđ si aliqua vrgens iustaq; causa, & maioris vtilitatis spiritualis id requirat, debet in illis dispensari, & hoc examinata causa, & cum summa maturitate, quia si aliter fiat, iudicabitur subreptitia; vnde Nauarrus dicit, quod Sanctitas sua respiciens magis ad suam benignitatē, quam ad rigorem dicti Concilij Tridētini potest dispensare cum aliquibus, licet non sint Principes, si sint in secūdo gradu sequentib. de causis. Prima, si ipsi contraxerint ignorantes rigorem prohibitionis. Secunda, si ipsi habeant ex ea aliquem filium, & non consumarint matrimonium, vt sic facilius obtineant dispensationem. Tertia, quia per longum tempus viuunt male coniuncti. Quarta scandalum, quod sequitur, si separentur. Quinta misericordia Sanctitatis suæ viso quod virgo est pauper, & quod eius consanguineus vult eam dotare. Sexta esse ipsam minorem 18. annis, quæ ætas inuitat, ne pena tanto rigore executioni mandetur, & etiam quia sicut non est numerus misericordiarum Dei, ita nullus debet ponere terminum misericordiæ Vicarij sui, quo ad id, quod pertinet ad ius positiuum.

Cōc. Tr. vbi sup.

Cōc. Tr. sel. 24. c. 5. de reformat. mairim

Nau l. 4 cōs. ti. đ cōsang. & affin. cōs. 6. fo. 412.

4 Tertia Conclusio. Ad dispensandum in impedimento consanguinitatis, & affinitatis maior requiritur causa, quando gradus est propinquior, & maior causa requiritur ad dispensandū in consanguinitate, quam in affinitate in eodem gradu, & maior ad dispensandum in linea recta, quam transuersali; & vt concludam cum hac materia volo referre quandam monitionē S. Gregorij Papæ scriptam August. Episcopo Angliæ, quam tradit Gratianus in decreto, cuius verba sunt hæc: [Experientia comperimus non posse crescere generationem eorum, qui coniunguntur in gradibus prohibitis, licet cum dispensatione id fiat;] idemque scripsit S. Ambrosius in quadam Epistola, ob quod monet omnes, vt impediant contractus talium coniugiorum.

c. quædā lex. 43. q. 3.

Ambro. ad Pater nū. l. 8. epis. 66. in fine.

De necessario apponendis in supplicatione, vt valeat dispensatio ad contrahendum matrimonium.
Cap. CCXXXVI.

SVMMARIVM.

An, qui volunt iungi habentes duo impedimenta, teneantur exprimere vtrumque, concl. 1. nu. 1.

An, quando petitur dispensatio ad aliquod impedimentum, sufficiat fieri mentionē in libello gradus remotioris concl. 2. numer. 2.

An valeat dispensatio, quæ petitur pro secundo gradu, si postea inueniatur, quod sint consanguinei in tertio gradu, conclus. 3. nu. 3.

An valeat dispensatio facta à Papa alicui ad contrahendum cum consanguinea cui dispensatum erat prius, vt posset iungi matrimonio, quæ esset male ordinatus secrete si in supplicatione non fiat mentio primæ dispensationis, concl. 4. num. 4.

An sit necesse facere mentionem in supplica-

1 PRima Conclus. Si inter duos, qui volunt coniungi, sint duo impedimenta, vnum affinitatis, aliud publicę honestatis, si obtineatur dispensatio de impedimento affinitatis licet non sit facta mentio de impedimento publicæ honestatis, valet dispensatio quo ad dispensationē impedimenti affinitatis, sic videtur sentire Panorm. & Præpositus post gloss. in arbore affinitatis, quos sequitur Nauarr. in quodam consilio dicens esse aptum, & singulare exemplū positum in decisione Rotæ, quæ dicit, quod tacere veritatem, quæ allegata faceret difficultatem maiorem, vt Princeps dispensaret, nō facit dictam gratiā subreptitiā, nisi ius ordinet, vt ipsa veritas exprimatur, & si Henriquez tenet contrarium dicens esse necessarium, qđ in supplicatione exprimantur ambo impedimenta, non sum eius opinionis. Et nota, quod qui pro duobus titulis sunt affines, non est necesse explicare vtrumque, & sic qui vult contrahere cum aliqua persona, non est necesse, quòd dicat cognouisse duas sorores eius.

Pan. & Præpos. in c. postu. de resc. Na. l. 4. consi. de cōsan. & affin. cōs. 4. f. 41. Henr. l. 12. de imp. matri. c. 10. nu 3.

2 Secunda Concl. Quando petitur dispensatio pro impedimento consanguinitatis, aut affinitatis, si distet vnus contrahentium à trunco in secundo gradu, & alius in tertio gradu, sufficit, quòd in supplicatione fiat mentio de tertio gradu, vt declarauit Pius V. die 27. Augusti 1566. obtinens postea de secundo gradu litteras declaratorias; i. quòd primæ litteræ non notentur de nullitate, vt subreptitiæ, quia in eis non fuerit facta mentio de gradu propinquiori, cuius declarationis præbent testimoniū Gallegus, & Ledes. & cū illa cessant varietates opinionū, quæ erant super hoc puncto, vt constat ex his quæ tradit Couar.

Galleg. vbi sup. & Lede. 4. 2. mater. addi. ad 3. p. q. 54. Co 2 p. sponf. c. 6. n. 12.

3 Tertia Concl. Quando aliquis petit à Pontifice dispensationē ad contrahendum cum quadam sua consanguinea in secundo gradu, si postea inueniantur (obtenta dispensatione) quod sunt coniuncti in tertio gradu, valet dispensatio, quia gratia, quæ obtenta est ad aliqđ beneficiū dicendo in supplicatione esse curatum, valet si reperiatur postea esse simplex, viso quod non fuit commissus dolus in allegatione falsæ causæ, quæ fuit proposita, vt defendit Couarr.

Cou l. 1 var c. 10 nu 9.

4 Quarta Conclusio. Dispensatio, quę facta fuit alicui, vt posset contrahere cum quadam consanguinea, cum dispēsasset prius cum eodem, vt posset iungi matrimonio, quia fuerat ordine sacro initiatus occultè, & erat male ordinatus, valet: quamuis in supplicatione nō fiat mentio primæ dispensationis, sed solum petitur, vt possit contrahere cum consanguinea, quia licet non valeat dispensatio primi homicidij, si non fiat mentio alterius dispensationis factæ super alio homicidio, (secundum Gulielmum de Cuneo relatum à Baldo) hoc est, quia hæ duæ dispensationes sunt circa vnam, & eandem causam; vnde si secunda dispensatio non est circa eandem causam, non videtur esse necessarium, quod fiat mentio primæ, vt aduertit Couarr. & sic gratia, quæ fit alicui illegitimo ad hoc, vt possit habere plura beneficia

Bald in l. 2. C. d episcopal. aud.

Cou l. 1 var c. 10 nu. 8.

non

nõ requiritur ad eius valorem, quod fiat mentio gratiæ, quæ illi fuit facta de non ieiunando. Hinc sequitur, quod gratia facta huic, vt posset coniungi cũ consanguinea sua, non est subreptitia, quia in ea non fuit facta mentio de gratia, quæ fuit illi prius facta ad connubium (quia erat subdiaconus male ordinatus secretè) cum hæ duæ gratię sint super rebus differentibus, vt dicit Nauar. in quodam consilio.

Nau l. 5 cons. tit. de priui leg. cõs. 12. f. 561

5 Quinta Conclusio. Quando volunt duo coniungi, inter quos est prohibitio consanguinitatis, aut affinitatis, si ambo commiserunt incestum ante tractatum matrimonium, non est necesse, quod in supplicatione fiat mentio copulæ incestuosæ, quæ inter ipsos interfuit, & sic valebit dispensatio facta super gradu prohibito, sic tenet Nau. in multis locis suorum consiliorum; quod probat, quia in nullo iure ordinatur, quod dispensatio super vno impedimẽto sit irrita, si non habeatur dispensatio de aliquo alio impedimento, quod habet persona dispensata; & etiam quia stylus curiæ videtur tenere, quod dispẽsatio facta super aliquo impedimento, valet antequam dispensetur de alio. Verum est tamen, quod donec obtineatur dispensatio de hoc impedimento secundo, non sortietur prima iustum effectũ, sicut excommunicatus duabus excommunicationibus sæpe est absolutus ab vna, antequam absoluatur ab alia, & valet prima absolutio, quamuis sit vetita communio fidelium, donec sit absolutus ab alia, sicut dicitur in iure. Nec obstat, quod impetratio gratiæ pro secundo homicidio commisso, non valet, si in supplicatione non fuit facta mentio remissionis, quam homicida habuerat de alio homicidio, vt notant Gohelmus, Baldus, & Felinus; quia ad hoc respondeo, quod homicidij impedimentum bis contractum ab eadem persona est impedimentum eiusdem qualitatis, punitur eadem pœna, & eius irregularitas est suæ Sanctitati reseruata; hic autem loquimur de impedimento incestus; quod nascitur à dicta copula, quod non est eiusdem qualitatis, ac impedimentum consanguinitatis, & affinitatis: quia impedimentum consanguinitatis, & affinitatis impedit, & dirimit matrimonium, impedimentũ autem incestus solum impedit, & non dirimit, & vnum est reseruatum Papę, aliud Episcopo: & sic quamuis contrahentes peccent non obtinẽtes prius dispensationem ab Episcopo, matrimonium tamen valet, & addit Nauarrus quod si est incestus secretus, non debet reuelari in litteris Apostolicis, quia peccaret, qui reuelaret infamans contrahentes; & sic sufficit quod secreto petatur dispensatio à pœnitentiario, vel ab Episcopo.

Nau. l. 1. cons. tit. de cõsi. 1. cõs. 19 f. 12. idẽ Nau. li. 4 cons. tit. de spõs. consil. 2. fol 361. idem li. 4. consi. tit. de cõsanguinea, & affin. cõsil. 1. fol. 408. & consil. 5 f. 412. c. ex parte iuncta glo. recopta. de offic. ordinandi Gugl. in l. 2. C. de episc audientia, vbi Bal. num. 4. Fel in c. super literis de rescrip.

6 Sexta Conclusio. Si hi consanguinei, aut affines publice, aut clandestinè contraxerunt, & postea, donec obtinebatur a sua Sanctitate dispensatio, habuerunt copulam scientes impedimentum, quod inter eos erat, non valebit dispensatio, nisi fuerit facta mentio huius copulæ, sic enim ordinat Concilium Tridentinum, ita vt si clandestine contrahant, nisi præcedant denuntiationes, licet ignorent impedimentum, habeantque copulam eadem ignorantia, non valebit dispensatio, nisi fiat mentio dictæ copulæ, quia hæc ignorantia fuit affectata, cum non pręcesserint denuntiationes, vt ordinat dictum Concilium Tridentinum dicitq; Nauarrus, & tenent Couarrunias, & Sarmientus.

Concil. Trid. vbi supr. ca. 5 de ref. matrim.

7 Septima Conclusio. Copula carnalis habita inter consanguineos, aut affines obtenta iam Romæ dispensatione, antequam executioni mandetur, & legitime coniungantur, non facit irritam dictam dispensationem, si habita fuit; postquam examinata fuit causa ab Ordinario, & obtenta licentia ad contrahendum, quia iam huiusmodi sunt declarati habiles ad contrahendũ, licet in ipsa copula peccauerint, & sic non est necessarium recurrere ad Papam secundo, vt dicit Cordub. sed suffi-

Naua. d. cons 5. Cou. 2. p. c. 16. § 10. n. 13. & 14. Sarm. li. 1. select. c. 10 n. 3

Cord. de casib. q. 45. in 5. & vlt. punct.

ficit recurrere ad Ordinarium, vbi est consuetudo recurrendi ad illum pro dispensatione incestus; si vero post obtentam licentiam a Papa commissa dispensatione Ordinario, & inter examinandam causam, vt fieri solet post Concilium, fuerit copula inter eos, antequam Ordinarius delegatus dispenset, debet iterum recurri ad Pontificem, & debet fieri mentio in supplicatione amborũ impedimentorum, s. consanguinitatis, aut affinitatis, & incestus, quem commiserunt post contractum matrimonium publicum scientes impedimentum, aut post contractum clandestinum nescientes antea quod essent habiles ad cõtrahendum, quia facultas dispensandi nõ habet vim dispensationis, donec delegatus dispenset, vt tractat Couarr. Hanc opinionem tenet Guttierez, dicens, qd sic fuit declaratum, per Dominos Cardinales reformationis, & quod interrogatus Nuntius Apostolicus horum regnorum Castellæ respondit debere recurri ad Pontificem, quod responsum affirmat vidisse missum ad Episcopum Rodigensem; in casu tamen quod Papa non det licentiam Ordinario, aut Confessario ad dispensandum, sed ipsemet dispensaret committens ipsismet executionem dispensationis examinata prius causa, si prædicti habeant copulam obtenta dispensatione, antequam petatur licentia ab Ordinario ad contrahendum, non est necesse, vt recurrãt iterum ad Papam, quia vere hi erãt habiles ad contrahẽdum matrimonium, & licet eorum copula fuerit illicita, non fuit tamen incestuosa, & sic loquendo in rigore non causauit impedimentum incestus.

Co. vbi sup. c. 6. § 9. in fi. Gutt. de quæsti. cano. c. 35. n. 23

8. Octaua Conclusio. Consanguinei, qui tractauerunt de contrahendo matrimonium non cõtrahentes de facto, nec promittentes contrahere in futurum; si post missam informationẽ Romam, & impetratam commissionẽ ad dispensandum, antequam fieret dicta dispensatio, habuerunt copulam, & postea dato illis iuramento a Commissario, si habuissent copulam, iurarunt qđ non, propter quod dispensatum fuit cũ illis, & contraxerunt publice matrimonium, ac fecerunt vitam coniugalẽ, per multos annos, non est necesse quod denuo impetrent aliam dispensationem super cõsanguinitate, quia vere valuit matrimonium, postquam in supplicatione non fuit allegatum falsum, cum non habuissent tunc copulam; & viso, vt diximus, quod potest obtineri dispẽsatio de vno impedimento, licet nõ fiat mentio de alio, & viso etiam, quod impedimentum incestus non dirimit matrimonium. Verum est, quod hi contrahentes peccauerunt grauiter semel in incestu, quem commiserunt, & item in periurio: tertio, quia contraxerunt sine dispensatione incestus, & sic remediũ, quod habẽt, est facere pœnitentiam horum peccatorum, sic dicit Nauar. & Henriquez: addit aũt Nauarr. rem de qua ego dubito multum, hoc est, quod impetrent dispẽsationem ab Episcopo, vt possint petere debitum, ego dico, qđ non est necessaria hæc dispensatio, quia non omnis incestus impedit petitionẽ debiti, sed solum ille, propter quem cõtrahitur affinitas, vt infra dicetur; consanguineus autem, qui habet rem consumatam cum consanguinea, quamuis committat incestum, non contrahit tamen vllam affinitatem cum illa, vt diximus in capitulo impedimenti criminis. Ex dictis colligitur, quod dictus Commissarius non tenetur interrogare, si habuerit copulam, quando mittẽtes pro dispensatione tractauerunt solum de contrahendo matrimonio; si vero non solum tractauerunt, & mittentes pro dispensatione cognouerunt se, tenetur interrogare, an habuerint copulam, & ipsi tenentur confiteri veritatem, & si non confiteantur, erit dispensatio subreptitia, & nullius valoris, vt constat ex dictis in hac conclusione, & in conclusione præterita. Debet autem notari, quod si Papa commiserit dispẽsationem Ordinario hac cõditione, scilicet, si non habuerint copulam, dispensante

Nau. l. 4 consi. tit. de spõs. consi. 2. fol. 361. Henr. 2. to li. 12 de imp. mat. c. 2. n. 7. q. iu dicit. hoc recepiss. esse ãdo ctissimis viris in tota Hispan. & esse in praxi in diœcesi Salmant.

ſante Ordinario, & tacentibus illis copulam, diſpenſatio eſt nulla, cum detur contra intentionem Papæ, & in hoc caſu tenetur Ordinarius interrogare, ſi habuerunt copulam, & negantes veritatem licet ſine iuramento, peccant mortaliter, quia Epiſcopus interrogauit iuridice; ſi vero Papa non poſuit hoc iuramentum, negantes veritatem ſolum peccant venialiter, niſi iurent, vt dicit Ledeſma.

Ledeſ. i add. ad 3 p. q. 56. artic. 4. fol. 499.

9 Nona Concluſio. Si Summus Pontifex delegauerit aliquem, qui diſpenſare poſſit cum duobus conſanguineis in ſecundo gradu, qui habuerunt intentum contrahendi, & conſummauerunt matrimonium, quia ex copula poteſt eſſe, quod ipſa conceperit; & poteſt eſſe periculum ſcandali, non valet in hoc facto diſpenſatio à Commiſſario facta in virtute facultatis, ſi non interuenerat copula, quando data fuit ei facultas, interuenit tamẽ poſtea, antequam dictus diſpenſaret, quia diſpenſatio fuit ſubreptitia, cum ſcienter facta fuerit relatio falſa ſecundum illud, quod dicitur in iure; & etiam quia ſi Papa cognouiſſet, quod non fuerat copula in hoc caſu, iã ceſſabat ſcandalum allegatum, & ſic aut non diſpenſaret, aut difficilius quidem in ſecũdo gradu. Et denique, quidquid ſit, non facit ad rem, quod copula fuerit cauſa finalis, aut impulſiua, mediata, aut immediata, totalis, aut partialis diſpenſationis: Quod facit ad rẽ, eſt, quod in ſupplicatione fuit allegatũ falſum, quia hoc ſufficit, vt diſpenſatio ſit nulla ſecundum dicta ſuperius; vnde eſt neceſſaria diſpenſatio, vt ij poſſint facere vitam coniugalem, quam Epiſcopus non poteſt concedere, & ideo de neceſſitate debet recurri ad Papam, vt dicit Corduba. Et notetur, quod ſi curialis procurator, & ſcriptores in ſupplicatione ſcripſerunt aliter, & retulerunt ſecus, ac à partibus acceperunt, quo ad eſſentiale, & circunſtantias, quæ neceſſario debent exprimi, mutantes aliquid, vt diſpenſatio facilius obtineretur, debẽt caſtigari pœna falſariorum, vt ordinauit

c. ſuper litteris, & reſer. l. & vlt. C. ſi contra ius.

Cord. ď caſ. q. 45

Pius Quintus in quadam conſtitutione; ſicut ſi dixerunt fuiſſe copulam inter contrahentes, cum non ſit hoc verum, nec contrahentes id, ſed contrarium dixerint, debent ſimili pęna puniri.

Habetur in cõſtitu. Põtif. nou. ſſime impreſſis, ſ. 74.

De ſolutione matrimonij quo ad vinculum, per diſpenſationem, per ingreſſum, & profeſſionem religionis.

Cap. CCXXXVII.

SVMMARIVM.

An mortuo vno coniugum ſoluatur matrimonium, concl. 1. nu. 1.

An ante conſummationem matrimonij poſſit quicunque contrahentium ingredi religionem, & ſic ſi facta profeſſione in quacunque ordinum pœnitentia, aut militarium, ſoluatur matrimonium quoad vinculum, conc. 2. nu. 2.

An poſt matrimonium ratum non conſummatus vnus coniugum altero inuito poſſit ingredi religionem, conc. 2. nu. 2.

Quod ſpatium temporis tribuatur volenti ingredi religionem ante conſummatum matrimonium, ibid.

An peccet ſponſus cogens ſponſam ad conſumendum matrimonium ante duos mẽſes, ibid.

An ſoluatur vinculum matrimonij non conſummati per ingreſſum religionis ordinis militarium, ibid.

An poſt conſummatum matrimonium poſſit vnus coniugum altero inuito ingredi religionem, ibid.

An mulier, quæ fecit profeſſionem in aliquo monaſterio, putans eſſe mortuum maritum, poſſit compellere illum redeuntẽ ad cohabitandum ſimul, conc. 3. nu. 3.

An, qui contra voluntatem vxoris profeſſus eſt aliquã religionem, poſſit exiens ducere aliam prima mortua, concluſ. 4. num. 4.

An poſſit Papa diſpanſare in matrimonio rato, & non conſumato, conc. 5. nu. 5.

1 PRima Conclusio. Mortuo vno cōiugum soluitur matrimonium quo ad vinculum, & sic qui est superstes, potest libere contrahere cum alia, & vidua nubens secundo non incurrit in aliquam pœnam, vt est à iure canonico decretum, quod in hoc corrigit iùs ciuile, vt tractat Gregorius Lopez, Couarruuias, & Antonius Gabriel, quod debet intelligi non respectu pœnarum, quæ illi sunt impositæ in fauorem filiorum eius, si nubat intra annum à morte mariti, quia hæ pœnæ remanent in suo robore, vt dicunt ijdem Doctores.

c. ex publico, d conuersione cō iugatorum.

2 Secunda Conclusio. Post matrimonium ratum non consummatum licitum est cuicunque coniugum ingredi religionem altero inuito; sic enim diffinitum est in iure, & vt hoc possit fieri, tribuit ius duorum mensium spatiū, in quibus quicunque illorum potest negare debitum ad hunc finem. Et nota, quod videtur peccare mortaliter sponsus cogens vxorem ad consumandum matrimonium ante dictos menses duos, cum priuet illam iure, quod habet ad ingressum religionis; quia per hunc actum quamuis violentum consummetur matrimonium, vt cum Paludano tenet Didacus Perez allegans alios: Ledesma tamen tenet, quod potest ipsa ingredi religionem, sed quod non ideo soluitur matrimonium ipsa profitente; & sic qui remanet in sæculo, non potest ducere aliam vsq; ad mortem religiosæ; & secundum hoc non iudicarem ego esse peccatum mortale, quod maritus fecit in coactione ad consummationem prædictam, cum per illam non fecerit iniuriam vxori, cū possit ingredi ipsa religionem etiam ipso inuito, sed sibi soli fecit iniuriam, qui non potest ducere aliam, licet vxor profiteatur religionem, vsque ad eius mortem naturalem. Nota autem, quod semper, qui remanet in sæculo, non potest contrahere cum alia, donec ingrediens religionem faciat professionem, vnde tenetur expectare vnum annum, cum secundum Concilium Tridentinum nō possit nouitius ante annum facere professionem, licet esset propter hanc causam, quia talis professio esset nulla, vt resoluit Nauar. & Henriquez. Et nota amplius, quod si alter coniugum ingrediatur religionem militarem S. Ioannis, & in ea profiteatur ante consummationem matrimonij, soluitur etiam vinculum eius, quia hæc est vera, & approbata religio; in qua fiunt tria vota essentialia, sicut in reliquis, sic enim resoluit Nauar. Et nota, quod semper dico ante consummationem matrimonij, quia si esset consummatum, non potest vnus cōiugum ingredi religionem altero inuito, vt dicitur in iure supra allegato, erit autem consummatum quātum ad hunc effectum, si interueniat copula etiam imperfecta & absque seminatione intra proprium, & legitimum vas secundum quod resoluit Ledesma dicens esse opinionem probabiliorem.

Cōc. Tr. ses. 25. c. 15. de regul.

Nau li 4 constit. titu. de spōs cōsil. 40. f. 391. Henriq. l. 11. de ipedim. marit. c. 5. nu. 8. Nau. li. 3 conf. tit. de conuer. coniug. cōs. 1. f. 296. d l. c. de public. Ledes. vbi supra f. 583.

3 Tertia Conclusio. Mulier, quæ ingreditur aliquod monasterium, & in eo profitetur, quia maritus eius absens finxit se esse mortuum mittēs ad vxorem testamentum suum, & reliquæ postea, redeunte marito, quia vere semper fuit viuus, non potest compellere eum, vt faciat cum ea vitam coniugalem, licet ipsa sciens non esse vere mortuum non fuisset ingressa religionem, quia hæc mulier est professa religionem solemniter, & iuste, credens iuste, quod eius maritus esset mortuus: & videtur quod ipsum ius nobis idem ostendat, cum ordinat, quod mulier ingrediens religionem, & profitens eam sine consensu mariti viuentis teneatur perseuerare in sua professione, donec, petente marito, à monasterio extrahatur: nec obstat mariti fraus, quia fraus in rebus spiritualibus non vitiat actum, vt resoluit Nauarrus. Verum est tamen, quod si maritus petat eam, quia experitur incontinentiam suam, quamuis non possit exire propria authoritate, poterit tamen iubente Episcopo exire, vt dicit idem Nauarrus, quod intelligitur, si consumma-

Nau l. 3 cō. tit. d conuersione cō iu cōs. 2 f. 297.

summa autem matrimonium.

4 Quarta Conclusio. Qui ingreditur aliquam religionem approbatam inuita vxore, & profitetur in ea, si postea vxor petat eum, vt faciat vitam coniugalem cum ea, non potest postea mortua illa vxore contrahere cum alia sine dispensatione, quia licet illud votum non valuerit tamquam solemne, quo ad præiuditium vxoris, quæ in illum habebat potestatem, & non consensit eius professioni, habet tamen vim voti simplicis continentiæ, vt dicunt Panormitanus, Syluester, & Sotus. Nec obstat, quod votum filijfamilias factũ in præiuditium patriæ potestatis non valet illi ipsa durãte, nec postea cessante, quia ad hoc respondet Nauarr. quod votum minoris à principio non valuit in præiudicium patriæ potestatis, & quod à principio non valuit, procedente tempore non conualescit; votum autem, quod maritus fecit in religione à principio valuit in sui præiudicium, & sic non potuit à principio petere debitum, ob quod licet postea cesset causa, quia non valuit in præiudicium vxoris, ipsa mortua, non est tamen mirum, quod saltem valeat, vt simplex.

Pan. i c. quidam de conuersione con. Sil. ver. diuor. q. 16. Sot. in 4 d. 27. q. 1. art. 4. col. pen. Nau. vbi supra cons. 4.

5 Quinta Conclusio. Non potest Papa dispensare in matrimonio rato, & non consummato etiam ipsis coniugibus petentibus, vt sint liberi, & possint contrahere cum alijs: hæc opinio est fere omnium theologorum, vt constat ex his quæ tradit Sotus, & Corduba, qui tenent eã. Verum est tamen, quod contrariam opinionem tenent Canonistæ, quam sequitur, Caietanus, & Michael Medina, & Nauar. qui allegat illos, qui dicit, quod existens Romæ intercessit cum Pontifice, vt dispensaret in hoc casu ter, aut quater cum quibusdam coniunctis, quos maximè facti pęnitebat, compatiens eorum periculo spirituali: Vnde vtraque opinio potest teneri. Reliquum huius materiæ in scholis relinquo disputandum.

So in 4. d. 33. & 27. q. 1. art 4. Cor. li. 1. qq. q. 25. Nau. ca. 22. n. 11.

De Diuortio, siue solutione matrimonij quoad thorum, & cohabitationem. Cap. CCXXXVIII.

SVMMARIVM.

An possit vxor petere diuortium à marito quia est crudelis, conclus. 1 num. 1.

An possit maritus separare se ab vxore adultera, & è contra concl. 2. nu. 2.

An possit maritus relinquere vxorem, quia scit cognouisse alium ante matrimonium, ibid.

An sint aliqui casus, in quibus maritus non possit separari ab vxore adultera, nec mulier à marito adultero, conclus. 3. num. 3.

An possit maritus, qui fecit pœnitentiam sui adulterij, separari ab vxore adultera, & obstinata, & ingredi aliquam religionem, ibidem.

An possit maritus separare se ab adultera coniuge quoad thorum, & cohabitationem authoritate propria concl. 4. nu. 4.

Quando possit separari ab adulterante authoritate propria, ibid.

An, qui duxit publicam concubinam, quæ post contractum matrimonium redijt ad vomitum, possit ingredi religionem, & suscipere ordinem sacrum, conclus. 5 num. 5.

An maritus teneatur in aliquo casu separari ab vxore adultera. conclus. 6. nu. 6.

An maritus teneatur relinquere vxorem perseuerantem in adulterio, conclus. 7. num. 7.

1 PRima Conclusio. Mulier potest petere diuortium à marito, quia sit crudelis, vt in iure diffinitum est. Et nota, quod si inueniatur esse crudelis, non debet iudex permittere, vt redeat ad vitam coniugalem cum ea, licet iuret non facturum illi iniuriam, nisi pręstet cautionem, & fideiussores bonos, vt post alios affirmat Antonius Gomez; & licet in alijs casibus, quia aliquis est pauper, aut exterus, non potens dare fide-

Anton. Gom. 3. var. c. 6. nu 16.

fideiussores sufficiat, quod iuret se facturum, quod ab illo postulatur, vt resoluit Antonius Gomez, in hoc tamen casu ego non admitterem, nec contentus essem solo iuramento, quia non præstita prædicta fideiussione mulier habitaret cum illo cum timore, & diffidentia, quòd non conuenit inter matrimonio coniunctos, cum ex hoc possint prouenire multa damna contraria matrimonio ipsi, & Dei præceptis; quam rationem deberet inspicere Guttierez, & sic non aduocaret, nec patrocinaretur pro quodam marito paupere, & extero, qui non inueniebat fideiussionem dicens sufficere, quod interponeret iuramentum non offendendi vxorem.

Gom. vbi, sup.

Gutt. in l. nemo potest, ff de l. 1. nu. 367.

2 Secunda Conclusio. Licitum est marito separari ab vxore sua adultera quo ad thorum, vt dicitur in Euangelio D. Matth. & docet etiam D. Paulus. Et nota, quod idem potest facere vxor à marito adultero, vt tenent omnes excepto vno Caietano. Non potest autem maritus relinquere vxorem, quia cognouerit alium, antequam ipsi nupta esset, vt resoluit Nauarrus, ita vt teneatur maritus, licet ipsa taceat, redire ad eam, & soluere debitum illi, quia debitor tenetur soluere debitum creditori sponte, licet non petat expresse sciens, aut scire debens, quod creditor vult, vt persoluatur illis, & non detineatur; idem enim est furari, ac retinere rem inuito domino: vt dicit D. Th. Nec obstat, quod maritus dicat, quod habitás cum ea occideret eam, quia in manu eius erit resistere huic tentationi petens, & implorans diuinum auxilium. Verum est tamen, quod timor occidendi eam potest excusare illum, ne cohabitet cum illa per aliquod tempus, vsquequo transeat indignatio, nec tenetur vxor sequi maritum extra patriam suam ad partes remotas, si timet, quod occidet eam, quamuis maritus dicat non esse sibi decorum viuere in propria patria, vbi cognoscent eum esse hominem patiẽtem, quia esse hominem patientem coram Deo honorificum est seruis Dei, non

Mat. 19. 1. Cor. c 7.

Nau. li. 4 cons. ti. de diuortijs cõs. 2. f. 421.

D. Tho. 2. q. 62. art. fin.

ignominiosum; & ideo hoc toto non obstante tenetur habitare cum ea in sua patria, aut alia in parte, in qua sit ei securitas, licet ipsa non postulet, præcipue si sit iuuenis ipsa, ipse vero incontinens, quæ ob iuuentutem, licet non petat dictam cohabitationem præ pudore, aut metu, intelligitur interius petere, sic resoluit Nauar.

Nau. vbi sup.

3 Tertia Conclusio. Aliqui sunt casus, in quibus maritus non potest separari ab vxore, quamuis adultera, nec ècontra vxor à marito adultero.

Primus est, quando homo etiam est adulter, siue ipsa peccauerit prius, siue ipse, & quamuis adulterium mariti sit tam occultum, vt non possit ab vxore probari: & sic in hoc casu peccat maritus petens diuortium: si tamen hoc non obstante maritus obtinuerit sentẽtiam fauorabilem diuortij, petente vxore debitum, & reconciliationem, tenetur nihilominus cõcedere, vt docet D. Th. Et si ipso concesso, adhuc redierit vxor ad vomitum, poterit tunc relinquere illam, ac si numquam ipse commisisset adulterium, sic dicit Ledesma. Circa hunc casum, primo debet notari, quod si mulier separata à marito viuit cum adultero, & maritus accipit cõcubinam, potest iudex ex officio propter salutem suarum animarum, & propter bonum commune compellere eos, vt coniungantur, & faciant vitam coniugalem, si non sit periculum, & timor, quod occidet eam, aut ipsa sit ei datura venenũ, ita vt dicat Panormitanus, quod iudex ex officio suo potest impedire maritũ ab ingressu religionis, ne committantur peccata. Secundo debet notari, quod ambo existentes adulteri, petens maritus pœnitentia acta de suo peccato separationem ab vxore obstinata in adulterio, debet illi concedi, quia vere in hoc casu habet maritus ius ad derelinquendum illam, vt tenet Hostiensis, & Turrecremata, qui allegant D. Thom. Verum est tamen, quod in hoc casu non poterit maritus ire ad partes remotas, & ingredi religionem, sentiens se incõtinen-

D. Th in 4. d 35. q. 1. ar. 6. ad 5. Led. dis. 63.

Pan. I c. 1. de conu. coniug. nu. 8.

Ost. i c. cõstit n. 11 de cõuer. coniug.

Turrec. in c. nihil iniquin. 32 q 6

tinentiæ obnoxium, quia ingrediens religionem facit ei iniuriam; primo, quia propter suam pœnitentiam non fit, quin vxor in foro exteriori habeat ius exteriori in foro ad petendum, vt habitet cum illa, & sic potest illum extrahere à monasterio, præcipue si eius delictum probari non possit: secundo, quia ante ingressum in monasterium interrogatur, an sit vxoratus, & non potest ipse bona conscientia respondere, quod non habet vxorem (putans posse ab ea impediri religionis professionem) cum in foro exteriori possit probare, quod commisit adulterium, vnde non potest separari ab ea, sic enim dicit Nauar.

Nau. l. 4 conf. tit. de diuortijs, cōs. 3. §. 42.

Secundus casus est, quando maritus dissimulauit adulterium vxoris (potens impedire illud) cognoscens eam carnaliter, sciens quod committit adulteriū, & nihilominus admittit eam ad cōsortium maritale publicè, sic enim à iure statutum est, quod intelligitur, nisi coactus ab ecclesia cognoscit eam, & facit vitam coniugalem cum ea.

Sot. in 4 d. 36. q. 1. 3. Led. dif fic. 67.

4 Quarta Conclusio. Loquendo regulariter statim ac maritus comperit vxoris adulterium ipso innocentè, potest separari ab ea quoad thorum, & negare illi debitum sua propria authoritate, bene tamen potest petere ab ea debitum, si vult reconciliari ei, vt extensius infra dicetur, num. 6. & 7. Dixi, *quoad thorum*, quia quo ad cohabitationem, non potest ab ea separari, nisi authoritate iudicis ecclesiastici, vt à iure præceptum est; & si maritus domi habuerit publicè concubinam cum scandalo, potest vxor propria authoritate separari ab eo, quoad cohabitationem, vt ordinatur a iure; si autem vxoris adulterium probari non possit, licet in foro interiori maritus non debeat ei debitum, nec alimenta, in foro tamen exteriori potest iudex compellere eum, vt soluat huiusmodi debita, vt resoluunt Sotus, & Ledesma.

5 Quinta Cōclusio. Qui duxit vxorem mulierem publicè concubinariam, & ipsa statim consummato matrimonio rediit ad peccatum suum antiquum, propter quod ipse ægre ferens hoc dedecus contulit se ad partes remotas, & ingressus religionem suscepit ordinem sacrum, & celebrauit Missam, & factus Confessarius absoluit, &c. peccauit grauissimè, quia eius professio non valuit; si in illa religione non fuisset receptus, cognito, quod esset coniugatus; si tamē dubium est, an esset receptus necne, debet præsumi, quod habuit intentionem recipiendi illum, quia quo ad ingressum religionis, & professionem faciendam in ea, idem est, quo ad ius commune, esse coniugatum, ac non esse coniugatum, dummodo habeat libertatem separandi se ab vxore, quia secundum ius de rebus æquipollentibus idem fit iudicium, vt in dicto iure statuitur; & ideo valebit eius professio, nec tenebitur in foro conscientiæ redire ad vxorem, nec in foro exteriori poterit compelli ad illud, vt constat ex his, quæ in iure determinantur, & resoluit Caietanus. Peccauit etiam in susceptione ordinis, quia non fuit rite ordinatus, eo quod erat bigamus, cum accepisset vxorem corruptam, in qua irregularitate non potuit eius prælatus dispensare, sed solum Papa; & sic est necesse, vt recurrat ad suam Sanctitatem, & postulet dispensationem à bigamia, & executione ordinis, quem male recepit, & à suspensione, quam incurrit administrans illum irregularis. Verum est tamen, quod in hac suspensione potest eius Prouincialis minister dispensare, & dispensatione facta poterit licitè celebrare, non obstante quod aliquis scandalizaretur, quia in hoc scandalum non est actiuum, sed passiuum, & si aliquis scandalizaretur ob ignorantiam, poterit de veritate commoneri, quod scilicet, potest celebrare, licet vxor viuat, quia illa immemor beneficij ab illo recepti rediit ad peccatū, & commisit adulterium, sic enim resoluit Nauarr.

Nau. li. 3. conf. tit. de cōuer. coniug. cōs. 6. §. 299.

6 Sexta Conclusio, Loquendo regulariter in nullo casu tenetur maritus

tus separare se ab vxore adultera, vt dicit Caietanus, nisi scilicet ad curandum eius vulnus conueniat huiusmodi medela, quia in hoc casu, si sperat eius correctionem, obligatur ad separationem, sicut teneretur ad corrigendam eam; quod intelligitur loquendo de vxore adultera, quia si maritus sit adulter, nō tenetur vxor separari ab illo; primo, quia efficietur peior tradens se vitio liberius sine vxore; secundo, quia ipsa viuente cum eo, non scandalizabuntur videntes mariti delictum, sed potius ipsius virtutem extollent, quia in vxoribus extollitur hæc virtus (etiam ab hominibus mundanis) patiendi scilicet adulterium, non potentibus aliud efficere, vt resoluunt Sotus, & Ledesma.

Caie.opusc.17. resp. q. 6.

Sot. vbi sup. ar. 2 Led. dific 66.

7 Septima Conclusio. Maritus tenetur relinquere vxorem, quādo ipsa ita perseuerat in adulterio, vt nolit admittere correctionem, si delictum est publicū, & sunt testes idonei, à quibus possit ipsa conuinci; hæc sententia est D. Ambrosii relata in iure Canonico. Dixi autem, *si delictum sit publicum*, quia si sit secretum & non possit probari, non debet illam relinquere, immo quamuis sit publicum, non tenetur eam deserere sciēs, quod efficietur peior, nisi forte sit scandalum ipsis simul cohabitantibus, putando scilicet ipsum maritum consentire in eius peccatum; immo etiam nec in hoc casu tenetur eam relinquere videns se circundatum tentationibus carnis, & putans probabile periculum incontinentiæ suæ; debet tamen monere populum de hoc mediante Parocho, aut alia persona, ne reputetur patronus delicti, sicut dicitur in iure; & in hoc, & aliis casibus sufficit, quod maritus reprehendat, & corripiat vxorem, ita vt omnes vicini cognoscant, quam ægre ferat eius malitiam, & peccatum, vt dicit Sotus.

Habetur in can. si cur fideles 13 q. 1 & i canone dicit dominus.

De peccatis, quæ committi possunt, dum contrahitur matrimonium.

Cap. CCXXXIX.

SVMMARIVM.

An volentes contrahere prius debeant confiteri, & recipere sacramentum Eucharistia concl. 1. nu. 1.

An excommunicatus volens contrahere matrimonium debeat procurare absolutionem ibid.

An sit peccatum coniungi matrimonio propter aliquod bonum delectabile, aut vtile, concl. 2. nu. 2.

An peccet mortaliter, qui iungitur matrimonio facto voto simplici castitatis, religionis, aut ordinis sacri, conclus 3. numero 3.

An sit peccatum cōtrahere matrimonium in temporibus probibitis ab ecclesia concl. 4. nu. 4.

An sit peccatum benedicere secundas nuptias, ibidem.

1 PRima Conclusio. Volentes contrahere matrimonium prius debent confiteri, & recipere Eucharistiam, saltem per tres dies antequam contrahāt, aut ante consummationem matrimonij, vt disponitur in Conc. Trident. sess. 24 de reform. quod tamen nō obligat ad peccatum mortale, nisi adsit contemptus. Verum est tamen, quod si sint in peccato mortali, tenentur conteri, & etiam confiteri, si volunt recipere Eucharistiam, vt tenent Veracruz, Nauarrus, & Ledesma, & si sunt excommunicati, licet excommunicatione minori, debent procurare absolutionem, cum excommunicatio minor priuet receptione sacramentorum.

Spec cō iu. dub. 13 Nau. ca. 22. nu. 3. Led. dific. 61.

2 Secunda Conclusio. Non est peccatū contrahere propter aliquod bonum delectabile, aut vtile. Verum est tamen, quod ducere aliquā vxorē, quia est pulchra & di-

& diues, est indicium aliquorum peccatorum venialium, & ducere propter finem mortalem, est peccatum mortale, vt si aliquis duceret vxorem propter furandum; & propter finem venialem, est peccatum veniale, quod intelligitur si matrimonium fiat præcipuè propter hos fines, quia contrahere propter illos, minus tamen principaliter, dummodo præcipuè referatur in Deum, aut bonum finem, nullum est peccatum; vt dicit Nauarrus.

Nau. vbi sup. nu. 79.

3 Tertia Conclusio. Peccat mortaliter, qui ducit vxorem, facto voto simplici religionis, castitatis, aut ordinis sacri, & si moriatur coniux, & contrahit iterum, peccat denuo. Et notet Confessarius, quando huiusmodi persona interrogat, an possit contrahere matrimonium, debere respondere caute, considerando prudentiam, & finem interrogantis, & dicat ei, quod adimpleat promissum Deo, & quod tenetur ad illud, vt ex eius responso non capiat occasionem frangendi votum contrahendo matrimonium: si autem viderit illum incontinentem, & inclinatum cõiugio, admoneat illum ne contrahat, antequam obtineat dispensationem super voto, quia aliter peccabit mortaliter, & non poterit petere debitum ab vxore, si fecerit votum castitatis, vnde eius anima versabitur in magno periculo. Hoc ergo modo debet procedere, quia si dicat illi absolute, quod si de facto contrahit, valet matrimonium, ex eius responso sumet occasionem pœnitens frangendi faciliter votum, & peccabit, non quia suo responso det occasionem peccandi, quia si dicit veritatem pœnitenti interroganti, non dat occasionem Confessarius peccandi, potius pęnitens accipit, sed quia potest respondere caute, & respondet incaute, sic enim tenēt Syluester, & Nauarrus.

4 Quarta Conclusio. Non est peccatum mortale cõtrahere matrimonium temporibus prohibitis ab ecclesia, nisi recipiantur benedictiones, vt in iure determinatum est, & tenet Caietanus: quæ tempora sunt limitata à Concilio Tridentino, scilicet ab Aduentu vsque ad Epiphaniam, & à feria quarta cinerum vsque ad octauam Paschæ inclusiue; & qui dant, & recipiũt benedictiones in hoc tempore debent castigari arbitrarie, vt dicit Salzedus. Et est notandum, quod in his temporibus solũ sunt prohibitæ solemnitates nuptiarum sub pęna peccati mortalis, & hæ solemnitates sunt benedictiones ecclesiæ, & ducere sponsam ad domum, & cõuiuium nuptiale, sic enim declarant Caietanus, & Nauarrus; additque Caietan. quod non remanet, quin transgrediatur hoc præceptum ille, qui recipit benedictiones sabbato ante aduentum, & die sequenti dominico traducit domũ sponsam faciens solemne conuiuium, viso quod benedictiones sunt prohibitæ cõiungendo ambas res simul, quæ præcipuè his temporibus prohibentur, cum sint carnales, & benedictiones sint spirituales, quam opinionem sequitur Ledesma. Et nota, quod benedicere secundas nuptias est peccatum, licet vnus cõiugum non contraxerit vnquam, nisi tunc consuetudo forsitan fuerit in contrarium; quia cum hoc sit de iure positiuo per consuetudinem potest deleri, vt dicit Salzedus, & sic debet intelligi, quod dicit Nauarr. & Couarruuias; sacerdotes autem benedicentes non remanent suspensi, sed solum debent puniri pœna arbitraria, vt tenent Nauarrus, & Iulius Clarus.

Salz in pract. c. 74. pag. 239.

Caietã. ver. nuptiarum peccata. Nau. ca. 22. n. 71.

Ledes. in addi. ad 3. p. qu. 50. art. 1. p. 223. salz. vbi supra. Nau. vbi su. n. 83. Cou. 2. p. de spõsal. ca. 5. §. 11 n. 2 Nau. ca. 25. n. 83. Clar. l. 5. centu. §. fin. q. 7c. vers. sacerdos.

De peccatis commissis post matrimonium ratum, & non consummatum, & in consummatione eius.

Cap. CCXL.

SVMMARIVM.

An peccet, qui fecit votum castitatis, consumans matrimonium concl. 1. num. 1.

An possit Papa, aut Episcopus, & Confessarij mendicantium dispensare cum dicto.

cto, vt possit consumare matrimonium, & petere debitum, conclus. 2. num. 2.

An, qui fecit votum simplex castitatis, & ordinis sacri, post consummationem matrimonij possit petere, & soluere debitũ, conclus. 3. num. 3.

An sit peccatum mortale consummare matrimonium ante benedictiones, conclus. 4. num. 4.

1 PRima Conclusio. Qui fecit votum simplex castitatis contrahens matrimonium peccat, non solum petendo debitum post consummatum matrimonium, vt infra dicetur, sed peccat etiam soluendo in hoc casu ad cõsummationem matrimonij, quia cum secundum Syluestrum teneatur post matrimonium contractum ingredi religionem ad custodiendum castitatem, quam vouit, antequam consumet matrimonium, si consumat illud, efficitur inhabilis ad ingressum religionis, & per consequens ad implendum promissum Deo, vt tenet Angles, Nauarrus, & Cordub. quorum opinioni adhæreo ob hanc rationem, quamuis alij teneant contrarium. Hinc est, quod si huiusmodi persona accedat ad confessionem ante consummationem matrimonij, non debet absolui, nisi ingrediatur religionem relicta vxore, cum teneatur ad illud sub pęna peccati mortalis, nec satisfacit recipiens ordinem sacrum, quia hic ordo non dirimit matrimonium ratum, vt definiuit Ioannes XXII. & tradit Sotus, & qui fecit votũ castitatis, aut religionis simplex contracto matrimonio, habet duos menses ad deliberandum, in quibus non tenetur soluere debitum ad consumationem matrimonij, aut secundum Panormitanum iudex debet limitare, aut assignare tempus secundum eius iudicium.

Syl. matrim. 7. q. 5. Angelt. in mor c 9

Nau. ca. 2. n. 80. Cord. de casib. q. 136.

sot. in 4 d. 27. q. 1. ar. 4.

Panor. in c ex publico de conuers. coniug. post gl.

2 Secunda Conclusio. Papa, aut Episcopus potest dispensare ad hoc, vt iste petat, & soluat debitum, licet sit ad cõsummationem matrimonij, imò etiam Confessarij Ordinis minorum de obseruantia approbati ab Ordinario secundum formam Concil. Trident. deputati ad hoc à suis Prouincialibus possunt id facere in foro conscientiæ, quia cum illis sit concessa licentia ad dispensandum a Sede Apostolica, vt possint petere debitum, qui contraxerunt facto voto castitatis, vt dicetur in cap. sequenti, & hoc sine aliqua limitatione, debemus intelligere, quod habent facultatem dispensandi ad petendum debitum, & soluendum, etiam ad consumandum matrimonium; cum vbi lex non distinguat maximè fauorabilis existens, non debemus nos distinguere; & etiam quia dispensantes in hoc casu nõ dispensant in voto castitatis, aut religionis, cum non obstante matrimonio remaneat obligatus, qui fecit votum ad eius impletionem, quod debet aduertere Confessarius, aut qui fecerit hanc dispensationem.

4 Tertia Conclusio. Qui fecit votum simplex religionis, aut ordinis sacri, si contrahat matrimonium, licet nõ possit petere, nec soluere debitum pro consumando matrimonio, vt diximus, consumato tamen ipso matrimonio potest soluere, & petere debitum sine vlla dispensatione, quia non vouit formaliter castitatem, sed solum religionem, aut esse clericum in sacris, & sic non tenetur esse castus ratione alicuius voti, nisi ingrediatur, & profiteatur ipsam religionem, aut recipiens ordinem sacrum, quia in his casibus promittit castitatẽ, vt dicunt Sotus, Nauarrus, & Veracrux, & Cord. contra Couarruuiam, & alios qui nimio rigore dixerunt, quod nec post cõsummatum matrimonium possunt hi petere debitum sine dispensatione.

Sot. li 8. de iust. q 2. ar. 1 & nu. 4. d. 38. q 2 ar. 1. i fi. spe. cõiug. fol. 120. & 121. Nau. & Cord. vbi sup. Cou. vbi sup. 2. p. c. 7. n. 2.

4 Quarta Conclusio. Non est peccatum mortale cõsumare matrimonium ante benedictiones, nisi adsit contemptus, sic enim tenent post Angelum, ꝙ alios, Victoria, & Nauarrus cum communi, & probatur ex Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. de Reformat. Matrim. ꝙ non ponit præceptum, quòd non consumetur matrimonium ante benedictio-

Vict. q. 197. Nau. ca. 16. n. 39. & c 22. num. 83.

ctiones, sed solum hortatur ad illud. Verum est tamen, quod in aliquibus Episcopatibus imponitur pœna excommunicationis ijs, qui ante benedictiones habitant sub eodem tecto, quod statutum obligat ad peccatum mortale visa pœna, quam imponit; & nota, quod loquendo regulariter est peccatum veniale consummare matrimonium ante benedictiones, nisi id faciat ad vitandas pollutiones, de quibus est periculum inter contrahẽtes, quia in hoc casu, nec peccatum erit veniale, vt dicunt Sotus, & Ledesma.

Sot. in 4 d. 28. q. vnica, art. 2. Ledes. i addi. ad 3. par q. 45. ar. 5. p. 187.

De vsu matrimonij post eius consummationem, quo ad obligationem petendi, & soluendi debitum.

Cap. CCXLI.

SVMMARIVM.

An teneantur coniugati soluere sibi inuicem debitum, concl. 1. nu. 1.

An leprosi possint petere debitum, conclu. 2. nu. 2.

An vnus coniugum, qui scit certe, quod matrimonium non valet, possit petere, & soluere debitum, concl. 3. nu. 3.

An vnus coniugum credens probabiliter, sed non euidenter inualidum matrimonium, possit petere, & soluere debitum, conc. 4. nu. 4.

An coniux procurans verificare dubium, & nihil certi scire potest, petere, & soluere possit debitum conc. 5 nu. 5.

An si vnus coniugum dicat alteri nõ habuisse intentionem contrahendi, teneatur ille dare ei fidem concl. 6. nu. 6.

An peccet mulier petens debitum a secundo marito sciens per nuntium, quod primus maritus viuit, c. 7. nu. 7.

An sit licitũ vxorato facere votum non petendi nec soluendi debitum concl. 8. n. 8.

An maritus possit petere debitũ ab vxore, quam comperit non retinere semen, conc. 9. num. 9.

An cognatio spiritualis quæ accidit iã contracto matrimonio, impediat petere, & soluere debitum, conc. 10 nu. 10.

An incestuosus possit petere debitum, concl. 11. nu. 11.

An qui habuit rem cum consanguinea vxoris in tertio, & quarto gradu, possit petere debitum, conc. 12. nu. 12.

An dictus incestuosus possit petere debitũ, si non seminauerit intra vas consanguinea vxoris ibid.

An qui fecit votum simplex castitatis, possit, contrahens matrimonium, petere debitum, concl. 13. nu. 13.

An, quando vnus cõiugũ de licẽtia, & cõsensu alterius vouet cõtinẽtiã, possit, qui cõsensit soluere debitũ: & an quando simul fecerunt votũ continentiæ, habeant eamdem licentiam, conc. 14. nu. 14.

An peccet maritus petens debitum ad vitandam fornicationem in se, aut in vxore, concl. 15. nu. 15.

An adulter sit priuatus petitione debiti, concl. 16. nu. 16.

An possit maritus tempore menstrui petere debitum, conc. 17. num. 17. aut tempore sacro, conc. 18. nu. 18. aut in loco sacro, conc. 19. nu. 19.

An copula maritalis sit actus meritorius: & an peccet maritus accedens ad vxorem delectationis causa, aut sanitatis, aut infundens semen extra vas, aut cognoscens vxorem suam stantem, aut sedentem, aut à tergo aut tenens eam supra se, concl. 20. nu. 20.

1 PRima Conclusio. Coniugati tenentur soluere sibi inuicem debitum, vt docet Diuus Paulus; quæ obligatio obligat ad peccatum mortale cum sit in materia graui, nisi non possit solui sine detrimento propriæ salutis; nec hoc colore debent coniugati defraudari sibi, sed si damnum salutis paruum sit, debent soluere. Vnde pro vitandis scrupulis notari debet, quod non semper coniuges petunt inuicem debitum intentione obligandi ad peccatum mortale, sæpe enim illecebris, & blandimentis

 attrahe-

attrahere, & prouocare cupiunt coniugem: in quo casu si negetur ad plus erit peccatum veniale; sicut non semper creditor petit debitum intentione obligandi ad solutionem sub peccato, si detineatur: quod accidit, quando blandè curat mouere debitorem, vt illi soluat; & quamuis aliquis coniugum petat debitū efficacia, & importunitate, potest alter illi satisfacere blandè, & verbis rogare, ne importunè velit debitum, ita vt si forte sit homo morosus, & molestus super hac re petendo sępius, quam par sit non tenetur statim alter soluere; si autē quandoq; è contra alter non vult respondere cum hoc debito, nisi magna cum difficultate, & raro, peccabit mortaliter, præcipue si timeat coniugis incontinentiam; & peccat grauissimè, qui non vult soluere hoc debitum, ne concipiat de illo generationem, quia, verbi gratia, non est mundæ, aut claræ prosapiæ, quia, si non soluit, propterea quod habet multos filios, non est peccatum saltem mortale, nisi adsit periculū incontinentiæ, & præ paupertate non possint alere filios; hoc totum est Soti, quem sequitur Ledesma.

Sot. in 4 d. 32. q. 1. ar. 1. Led. diffic. 71.

2 Secunda Conclusio. Quando petente leproso coniuge debitum periculum est contagij in alio, tunc licitè poterit alter coniux negare debitum male affecto, sic enim dicunt Durandus, & Palud. quod intelligitur, nisi damnum, quod timetur sit paruum, & sit periculum incontinētiæ, vt post D. Thomam, & Bonauen. tenet Ledesma, & timens hanc incontinentiam non committit peccatum, qui sanus est, in solutione debiti, quamuis timeat illaturum damnum infanti forsitan ex ea copula nascituro, quia melius est creaturam esse leprosam, quam non esse simpliciter, vltra; quod ex simili copula nō semper sequi solet necessario generatio. Nota autem quod qui ducit, aut contrahit cum persona, quam scit esse leprosam, tenetur soluere debitum, præcipue, si videat eā in periculo incontinentiæ, quia contrahēdo cum illa ligauit se legib. matrimonij non obstante lepra, quam cognoscebat habere; cuius contrarium debet dici, quando contraxisset ignorans infirmitatem; quia in hoc casu non tenetur soluere, & si coniux patitur iniuriam, debet ferre patienter, cum noluerit declarare infirmitatem suam contrahenti.

Durā. & Palud. i d. 32.

Ledes. vbi sup.

3 Tertia Conclusio. Si vnus cōiugum scit certo, quod matrimonium non valet, quia adsit aliquod impedimentum dirimens, non potest soluere, nec petere debitum, quamuis illi iubeatur sub excommunicatione: hęc conclusio in parte videtur contra Magistrum, qui dicit, quod si iubeatur sub pæna excommunicationis potest soluere sine peccato; nostra autem conclusio est diffinita, in iure, quia si hæc opinio Magistri esset vera, licitum esset fornicari iubente iudice, quod est erroneum; certum autem est huiusmodi copulam esse fornicariam cum supponatur matrimonium esse nullum, vt contra Magistrum resoluit Couarruuias sequens Hostiensem: si autem non scit pro certo impedimentum, sed solum credit sic esse, quia audiuit ab aliquibus personis non multum fide dignis poterit relinquens hunc scrupulum iubente iudice non solum soluere debitum, sed etiam petere, cum in hoc casu non teneatur illis credere, vt cum communi tenet Sotus, affirmans debere in hoc casu relinquere scrupulum, & si non relinquat, peccabit contra conscientiam suam soluens, & petens debitum.

Magist. i 4. d. 38 in fine.

c. inquisitioni, de sēt. exc.

Cou. 1. p. de spō sal ca. 7. §. 2. n. 7.

Sot. i d. q. 1. ar. 3 col. 8.

5 Quarta Conclusio. Si vnus horum coniugum credit probabiliter, sed non euidenter dictum impedimentum, potest soluere, sed non petere debitum; erit autem probabilis credulitas, si vidisset maritum ante matrimonium cū consanguinea sua in secundo gradu in loco, & hora suspecta, & solis existentibus, ita vt credendum sit contraxisse cū vxore affinitatem ex fornicatione. Prima pars huius conclusionis probatur; quia in dubio melior conditio est possidentis, nullus enim ante rectam cognitionem

tionem

tionem causæ debet priuari suo iure; vnde cum maritus habeat ius legitimũ petendi debitum, non debet eo priuari in dubio. Secunda pars probatur, quia existente vxore in hoc dubio, si petat debitum, exponitur periculo peccandi, cum timeat illum non esse sibi maritũ; sic enim definitur in iure. Nec mirum debet esse, quod hæc mulier teneatur soluere debitum, & non possit petere, quia quamuis dubitet speculatiue de valore matrimonij, non dubitat tamen practice. Ad explicationem cuius debet notari, quod dubium est duplex, aliud speculatiuum, aliud practicum; speculatiuum non tractat de operatione particulari, sicut quando dubitatur, si huiusmodi contractus est licitus, si N. est legitimus maritus N. Dubium autem practicum est, quando dubitatur de operatione particulari, scilicet, si peccat N. soluens debitum. Secundo debet notari, quod potest esse dubium speculatiuum cum certitudine practica, super eadem re, sicut clare patet hoc exéplo. Quidam miles dubitat speculatiue, an bellum sit iustum, nec ne, cum hoc tamen dubio certum est, quod non peccat præliando, si imperatur a duce: sicut etiam cum sunt duæ opiniones probabiles circa eandem rem, ex quibus aliqua potest teneri bona cóscientia, quia quamuis eius veritas non sit certa speculatiue, non peccat, qui sequitur eam propter certitudinem practicam, quam habet, quod nõ sit peccatum sequi opinionem probabilem: hoc supposito idẽ debet dici in nostro casu, scilicet, quod licet hæc mulier dubitet speculatiue, an ille, cum quo est coniuncta, sit eius verus maritus, est tamen certa, quod soluens debitum non peccat, cum ex solutione sequatur minus periculum, quam ex negatione; sic enim explicãt hoc pũctum Nauarrus, Sotus, & Corduba.

d. c. In. quisitio nis.

Nau. ca. 16 n 41. Sot. i d. ar. 3. col 12. in fi. Cord. li. 2. qq. q. 8.

5 Quinta Conclusio. Si dicta vxor procurat postea verificare hoc dubiũ probabile cum diligentia secundum iudicium prudentum, & nihil certi scire potest, in hoc casu non solum poterit soluere, sed etiam petere illud debitũ; Sic enim tenet Sotus, & dicitur quod Victoria, Canus, Penna, & Gallus tenuerunt esse probabile, vt affirmãt aliqui recentiores, qui illos sequuntur. Et probatur; quia hæc mulier facta diligenti inquisitione habet iustam causam deponendi scrupulum, & sic nec est dubia speculatiue, nec practice. Nec obstat ordinatum in iure allegato in conclusione præterita, quia debet intelligi, quod non potest vxor petere debitum, si sit probabiliter dubia de valore matrimonij, antequam faciat diligentem inquisitionem veritatis; faciens autem illam iam potest petere, quia per hoc eius ignorantia facta est inuincibilis, & inculpabilis: vnde mihi videtur hæc opinio multum probabilis.

Sot. li. 4. de iust. q. 1. ar. 4. in fin & in 4. dis. 37 q. vnic. ar. 5. in fin. d. c. inquisitionis.

6 Sexta Concl. Quando vnus coniugũ dicit alteri se non habuisse intẽtionem contrahendi, non tenetur illi credere, licet dicat illud cum iuramento, & ideo potest licite petere, & soluere debitum non credens illi, vt post communem tenet Sotus, & Nau. si autem credit illi, licet sit sine probabili fundamento, non tenetur soluere debitum; quia ipse sibi fecit iniuriam: nisi de nouo cõsentiat, vt dicunt Angel. & Syluest. si autem ipsa credit probabiliter, quod maritus non habuit intentionem ducendi eam, ad quod habet probabiles coniecturas secundum opinionem prudentis viri, nec potest petere, nec soluere debitũ: quod potest accidere, si maritus ante contractum dixit ipsa audiẽte non habere intentionem contrahendi cũ ea, quia non erat ipsa sibi æqualis; & quod solum ad cognoscẽdum illam vtebatur illa fraude; nec est licitum in hoc casu mulieri contrahere cum alio, si contraxit cum hoc coram Parocho, & testibus, quia cum matrimonium fuerit publicum, publica authoritate debet dirimi, vt tenet Couarr.

So. in d. 37. qu. 1. art. 3 co lum 8. Nau. ca. 22. Angel. ver. matrim. 2. q. 14. & ibi Silu. q. 1.

Cou. vbi supra 2. p. c. 2. num 40.

7 Septima Conclus. Mulier, quæ credit probabiliter, quod eius maritus sit mortuus, propter quod contrahit cũ alio, & postea venit nũcius, qui dicit esse viuũ,

quem credit, aut credere debet dicere verum, peccat mortaliter soluens, & petens debitum à secūdo marito; sic enim dicunt Nauarrus, & Ledesma, & quando rationes sunt leues non facientes fidem, potest petere, & soluere debitum; & quando sunt mediocres, & probabiles, ita vt tendant in præiudicium secundi mariti, non est bonum dare illis fidē, nec poterit soluere debitum credēs quo ad hoc suum maritum esse mortuum; non poterit autem petere, si dubitat de eius morte; sic enim resoluit Nauarrus.

Nau. vbi supra num. 54. Ledesm. dif. 52.

8 Octaua Conclusio. Non est licitum vxorato facere votum non petendi, nec soluendi debitum, vt dicit S. Thomas, & sic alius, qui non fecit votum, potest illud irritū facere, valebit tamen, quando dicat se non petiturum, nec soluturum, nisi quando credat placere alteri coniugi, vt tenet Frater Ludouicus Lopez. Et notetur ad huius explicationē, & eius, quod est dicendum, quod mulier honesta raro petit debitum verbis, sed solum signis cognitis à suo marito; immo etiam maritus aliquando, aut ob debilitatem, aut propter duritiam morum vxoris, aut ob suam authoritatem, non audet expresse petere debitum, & sic in his casibus sufficit ostēdere signa, quod petat, vt alius teneatur intelligens reddere ipsum debitum.

D. Th in 4. d. 32. q. 2.

Lop. in init. cōs. 1. p. 46.

9 Nona Conclusio. Qui post consummationem matrimonij competit vxorem suam, quamuis recipiat semen, nō retinere illud, non ideo est priuatus petitione debiti, quia sæpe matrix mulierum solet retinere necessarium, & emittere superfluum. Si tamen maritus cognoscit, quod vxor ante matrimonium habuit aliquod impedimentum, quo mediante ipse non potest habere copulam consummatam cum illa, non potest petere debitum, cum non valeat matrimonium; quod intelligitur, si est impedimentum notoriū, si autem istud impedimentum succedit post semel cōsummatum matrimonium, & coniuncti curant bona fide habere copulam, non debent illos perturbare: & in hoc casu, loquitur Nauarrus, quando dicit, quod verus maritus, qui non potest habere copulam perfectam cum vxore, potest petere debitum, quia licite potest conari, vt illam habeat, vt in simili casu tenet Caietanus loquens de quodā homine, qui habuit duas vxores, & de vna habuit duos filios, de secunda autem, quia non poterat emittere semen, non habebat; denique post sex annos habuit etiā filios de ea. Hinc est, quod qui habet vxorem stricti orificij, quod naturaliter habet remedium, ipsa tamē non vult illud admittere, vnde non est apta copulæ, potest eius maritus sine peccato tangere eam, vt tenet Angles, quem sequitur Frater Ludouicus Lop. quod intelligitur tangendo illam sine periculo pollutionis extra vas. Secundo sequitur, quod si maritus sit certus, quod impotentia vxoris est irremediabilis, ita vt non habeat spem tenendi copulam intra vas, non poterit conari pro consummatione, vt dicit Sotus.

Nau. ca. 22. n. 60

Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 1. c. 6

Lop. vbi supra c. 79.

Sot. in 4 d. 34 q. 1 art. 2. in fi.

10 Decima Conclusio. Cognatio spiritualis, quæ accidit iam contracto matrimonio, non impedit petere debitum, nec soluere, quando contrahitur ignorantia facti, aut iuris, quia in hoc casu, qui habuerit ignorantiam inuincibilem, poterit petere, & soluere, vt dicitur in iure: viso quod huiusmodi ignorantia inuincibilis excusat à culpa, & à pęna, quam imponit ius humanum ratione alicuius peccati, vt dicit Nauarr. & idem dicendum est de patre, qui baptizauit filium suum in periculo mortis constitutum, vt dicit ipsum ius: si vero cognatio spiritualis fuit effecta ignorātia culpabili, maliotiose, dolo, aut fraude alterius coniugis, iste debet soluere debitum innocenti, non potest tamen petere, vt post alios tenent Sotus, & Nauarrus contra alios, qui tenent contrarium: quando autem ista cognatio spiritualis est effecta culpa amborum, ambo sunt priuati à petitione debiti cōiugalis, tenentur tamen soluere petenti eorum, vt dicit Caietan. in casu simili Victoria, & Nauar.

Nau ca. 16. n. 31. 32. ad limina 30 q. 1.

Sot. in d. 43. qu. 1. art. 1.

Nau. in Man ca. 22. n. 40

Cai. ver. mat. 3 c. de vsu mat. Victor. de matr. q. 276.

Nau. in Man. ca. 16. n. 34.

11 Vndecima Concluſio. Inceſtuoſus, qui ſcienter habet rem cum conſanguineis vxoris, non poteſt petere debitum, quia per hunc inceſtum remanſit affinis vxoris ſuæ, verum tamen tenetur ſoluere petenti vxori. Et idem eſſet dicendum, ſi vxor habuiſſet rem cum conſanguineis mariti; ſic enim ordinatur in iure, & tenet Couarruuias. Dixi, *Scienter*, quia ſi ignorabat eſſe conſanguineam vxoris ſuæ, licitum eſſet petere debitum, vt poſt Paludanum tenent Sotus, & Veractux. Verum eſt tamen, quod ſi ſciebat eſſe conſanguineam vxoris ſuæ, ignorabat autem ius, quo puniebatur dicta pœna, incidit tamen in eam & ſic non poterit petere debitum; quia qui peccat contra legem diuinam, aut naturalem, punitur pęna, quam imponit ius humanum, aut Papalis conſtitutio pro delicto tali, vt poſt Adrianum, tenent Driedus, Corduba, & Medina: & eſt opinio Soti, vt in materia luxuriæ dictum, & explicatum fuit.

Sot. ĩ d. 37. q.1 art.1. Spe. cõiug. 1.p. art.2.

Dried. l. 1. de doc. Chriſt. c.10. Cord. l. 2. qq. q. 27 Med. 1.2 q.15. ar. 3. Sco in 4 d.6.q.8.

12 Duodecima Concluſio. Ad hoc vt inceſtuoſus non poſſit petere debitum ab vxore, eſt neceſſe, quod conſanguinea vxoris ſuæ, cum qua habet rem, ſit eius conſanguinea in ſecundo gradu, quia extra ſecundum gradum non contrahit hoc impedimentum, vt allegans Veracrucem, & Ioannem Guttierez reſoluto in explicatione Bullæ Cruciatæ, §.17. numero 8. & huic opinioni adhæret Nauarrus in quodam conſilio dicens tractatam fuiſſe hanc dubitationem in conciſtorio Sacræ pęnitentiariæ, vbi non fuit reſoluta eius veritas: noſtra tamen veritas probatur hac ratione, quia incæſtuoſus, qui habet rem cum aliqua conſanguinea ſua propria, poteſt petere debitum ab vxore ſua, ſiue ſit commiſſus inceſtus ante, ſiue poſt contractum matrimonium, vt tenet Paludanus, Caſtrus, & Nauarrus; nullum enim eſt ius, quod ponat pęnam ijs inceſtuoſis; quod deberet aduertere Angelus, qui tenet contrarium. Vnde ſequitur, quod maritus habens rem cum conſanguinea vxoris ſuæ non poteſt petere debitum non ratione inceſtus præciſe, quia ſic habendo rem cum propria conſanguinea non poſſet petere debitum, vt dictũ eſt, ſed ratione affinitatis, quam contrahit cum propria vxore ex hac copula, & cum prædicta affinitas non ſequatur niſi ex copula habita cum conſanguinea intra primum, & ſecundum gradum, clarum eſt, quod ſi conſanguinea ſit in tertio, aut quarto gradu, non priuatur à petitione debiti, quia licet fecerit inceſtum, non contraxit tamen affinitatem. Nec obſtat, quod Concil. Trid. ſeſſ. 24. c.4. de Reformat. Matrim. dicit non contrahi affinitatem ex copula fornicaria, niſi intra ſecundũ gradum, quoad impediendum, & dirimendum matrimoniũ, nullam autem facit mentionẽ de petitione debiti; quia ad hoc reſpondeo ratione, quam poſui, quod diffiniens Concil. nõ contrahi affinitatem, niſi in his duobus gradibus, dat licentiã marito ad petendum debitum, cum impedimentũ, quo non poterat petere, eſſet affinitas, quæ iam ſublata eſt in dictis gradibus excedentibus ſecundum; qua ratione debet muniri, qui tenuerit hanc opinionẽ cõtra aliquos qui eam ferre non poſſunt. Et nota, quod Epiſc. poteſt diſpenſare cũ his inceſtuoſis, vt poſſint petere debitum, & etiam Confeſſarij minorum de obſeruantia aſſignati ad hoc à ſuis Prouincialibus; & eandem authoritatẽ habet Commiſſarius Generalis Bullæ cruciatæ. Nota etiã, quod vt ſit aliquis inceſtuoſus in hoc caſu, & vt non poſſit petere debitum, eſt neceſſe, quod emittat ſemen intra vas naturale mulieris, quia ſi emittat extra, & non recipiatur intra vas, non incurritur hæc pęna, cum non contrahatur affinitas, hanc opinionem ſequitur nunc Henriq. dicens, quod doctores Salmanticæ, & Compluti, cõſulti ſuper hac re fuerunt huius opinionis, & quod Archiepiſcopus Guerrerus habuit eam, & Sarmientus adhæret ei, quamuis hoc, incæſtu committatur adulterium, ſtuprum, & copula ſacrilega.

Pal. ĩ 4 d.34.q.1 Caſ. de le pę li. 1.c.7. in fin. Nau. ca. 12. n.74. Ang. tit. inceſt §. 5.

Henr. 2. to. li.12. de imped. matrim. c.2 nu.2. Sar. ſelect. c.9.

13 Decimatertia Concluſio. Qui poſt

factum votum castitatis simplex contraxit matrimonium; non potest petere debitum; sic enim tenet D. Th. & si vir fecit votum, potest soluere, & tenetur soluere, quando intelligit vxorem illud petere, quãuis præ pudore taceat, quia facile petit illud, vt tenent communiter DD. Vnde debet remoueri quædam opinio Veracrucis, qui dans nimiam licentiam dicit, quod iste potest petere debitum absolute in suum fauorẽ, quia aliter viueret in magno periculo, & sequitur in hoc aliquos Doctores Canonistas. Etiam debet fugi alia opinio affirmans, quod iste, quamuis peccet consummando matrimonium, consummato tamen potest libere petere, contra quos tractant hoc punctum Sotus, & Ledesma: notetur tamen, quod obtenta dispensatione poterit hic petere debitũ.

D.Th.2.2. q.88. ar.2. Sot. in 4 d.3. q.2. ar 1. Led. dif fic.32.

14 Decimaquarta Conclusio. Quando vnus coniugum de consensu alterius promittit continentiam, qui consensit, potest soluere, quia nõ cooperatur peccato, attento quod solutio debiti refertur in bonum finem, qui est implementum fidei, quod non est consentire peccato alterius, hæc opinio est Sot. & Couarruuias, quæ debet teneri contra Siluestrum, & Nauarrum, qui dicũt, quod peccat soluens debitum, non autem petens, quia hic non vouit continentiam: hic tamen dicimus, quod potest soluere, & petere, quia hoc, quod est soluere, refertur ad bonum finem, & sic dicit idem Nau. quod quando coniuges fiũt compatres, vnus alterius malitiose, vt vnus alteri non possit soluere debitum, nihilominus remanent obligati ad soluendum, quia huiusmodi solutio refertur ad bonum finem, vnde vnus non cõsentit in peccatum alterius. Nota autẽ, quod in casu nostræ conclusionis potest Episcopus dispensare cum illo, qui promisit continentiam, vt petat debitum; non possunt autem dispensare Confessarij minores de obseruantia, quia illi, si sint approbati ab Ordinario, habent authoritatem (assignante eos Prouinciali ministro ad hoc) in casu, quod votũ castitatis simplex fuerit factum ante contractum matrimonium; non autem inuenio, quod habeant authoritatem, qñ votum fuit factum post matrimonium contractum, vt constat ex quadam concessione illis facta, cuius facit mentionẽ Veracruz, & ego adduco in explicatione Bullæ Cruciatæ §. 9. nu. 143. Nota etiam, quod quando ambo coniuges promittunt cõtinentiam: nullus potest soluere debitum, sed potius est illicitum id facere, nec poterit maritus in hoc casu irritum facere votum coniugis, quia ambo facientes votum renunciauerunt iuri suo; nec est licitum rumpere timore fornicationis, aut alterius periculi, in quo solum Papa dispensat, vt cum communi tenet Nauarrus, & non potest Episcopus dispensare in illo, nisi factum fuit metu, aut timetur incontinentia, & non potest recurri ad Papam facile; si autem sine voto fecerunt propositum, & pactum continentiæ, possunt petere, & soluere debitum, vt resoluit idem Nauarrus.

Sot. in 4 d. 31. q. 1. ar. 3. Cou. 2. p. epit. c. 3. §. 1. nu. 7.

Nau. ca. 12. n 59.

Idẽ vbi sup. 31. ad fin.

15 Decimaquinta Conclusio. Non peccat maritus petens debitum ad vitandã fornicationem in vxore, nec econtra vxor ad vitandam mariti, potius merentur in hoc actu; hæc sentẽtia est D. Thomæ, post D. Aug. Soti, & Ledesmæ. Est etiam licitum marito ad vitandam fornicationem in se petere debitum nõ inueniens aliud remedium, quo sine magna difficultate possit vincere suam tẽtationem, sic tenent post Scotum, Durandũ, & Caiet. Sot. & Ledesma, immo B. Paulus videtur (loquens de ijs, qui cõtinere non possunt) fauere clare huic opinioni, consulens vt recipiãt vxores, ne fornicẽtur; & sic debet teneri, quamuis alij teneãt contrarium, quorũ opinionẽ ego reciperem, in casu, q̃ ipsi inueniant aliud remediũ, quo homines defendant suam fragilitatem, quia petẽs debitum in hoc casu solum vitandæ fornicationis gratia in se erit peccatum veniale.

16 Decimasexta Conclusio. Adulter est priuatus petitione debiti; & vt eius vxor possit in hoc casu negare, debet esse

esse certa de adulterio, nec sufficit habere aliqua parua inditia, vt dicit Sotus; si vero ambo sũt adulteri, nõ possunt negare sibi debitum, vt ordinatur in iure.

Sot in 4 d. 36. q. 1. ar 3.

17 Decimaseptima Conclusio. In tempore menstrui, si maritus scit adesse, & nihilominus petit debitum, debet vxor verbis blandis, & precibus illum à se separare, nisi timeat in illo pollutionem; si vero ignorans menstruum petit maritus debitum, potest allegare aliam infirmitatem, si quam habeat, non autẽ tenetur manifestam facere marito immunditiam suam, ne illi sit horror, & si ipse nihilominus noluerit desistere, tenetur soluere, vt dicit D. Bonauenturæ, & Palud. & post alios tenent Chaues. & Nauar. maritus autem petens debitũ sciens adesse menstruum non peccat mortaliter, immo tanta potest esse carnis tentatio, vt nec venialiter, quod debet teneri, quamuis Scotus dicat esse peccatũ mortale, quia non est lex, quæ obliget coniugatos tãto rigore fugere incõmoda, quæ ponit Scotus, scilicet, ne fętus nascatur læsus, cęcus, aut leprosus, ita vt propter hoc debeant cedere iuri suo, præcipue cum accidant huiusmodi deformitates raro.

D. Bon in d. 23. ar. 5. q. 1. Pal. q. 1. Chaues de mat. q. 256. Nau. ca. 16. n. 32 Scot. i 4 d. 32. litera s.

18 Decimaoctaua Conclusio. Nullo tẽpore sacro impediuntur coniuges à petitione debiti, & solutione necessario, vt efficiantur coniuges aptiores contẽplationi. sic tenent omnes Thomistæ. Dixi, *necessario*, quia loquendo secundũ quãdam Christianam cõgruentiam, res est laude digna, vt certis quibusdam tẽporibus abstineant à conuersatione, quia si nocte præcedente communioni solutum est debitum, conueniens videtur, vt denegetur communio, non quia fuerit peccatum mortale, aut veniale (cum possint etiam mereri in tali coniunctione,) sed quia petere debitum eo tempore est signum non habẽdi deuotionem debitam tantó sacramento.

19 Decimanona Conclusio. Petere, aut soluere debitũ in loco sacro (ex sua natura) est peccatum mortale, quando copula est publica) quia tunc polluitur locus sacer, & non potest in eo fieri sacrificium, donec purificetur, vt dicit Sotus, & vt sit publica, sufficit dormire in eodem lecto, in illo loco publice, aut per longum tempus, quod nullo modo debet permitti, cumque adest necessitas dormiendi, possint in loco turris, aut in officinis adhærentibus ecclesiæ, quia pro loco sacro habetur in hoc casu corpus ecclesiæ sacratæ, aut benedictæ, non autem cęmeterium, & cubicula adhærentia turri & ecclesiæ; sic enim docent Couarruuias, & Gregorius Lopez, & Salzed. quando autem coniunctio est occulta, sicut non possit publicari, potest esse, quod non peccent coniuges mortaliter habentes copulam in loco sacro, cum non remaneat pollutus, vt dicunt Sotus, & Nau.

Cou. vbi supra 2. p. 6. §. 2. nu. 3. Greg. in l. 2. ti. 10 p. 1. ver. forn. Salze. in pra. cri. ca. 38 p. 121.

20 Vigesima Conclusio, Copula coniugalis est actus meritorius, si habeatur in statu gratiæ, & ordinetur saltem virtualiter ad Deum, vt dicit S. Thom. & resoluit Sotus, & Castr. & si habeatur solum delectationis gratia, licet sit præcipuus finis eius, non est de se peccatum mortale, nisi alia circunstãtia id efficiat, vt si homo ita habeat rem cum vxore sua, vt etiam si non esset sua vxor, haberet talem copulam cum ea, vt dicit D. Hieronym. relatus à Gratiano in decreto, quia in hoc casu peccabit mortaliter peccato adulterij. Notetur autẽ, quod finis copulæ maritalis est generatio, vnde si exeat ab hoc fine, non caret aliquo modo culpa. Verum est tamen, quod si accedat aliquis ad vxorem hoc solo fine, quamuis moueatur delectatione, nullum est peccatum, quia illa delectatio est naturalis. Hinc infertur primo, quod habere copulam ratione habendæ sanitatis est peccatum veniale, vt dicũt D. Thomas, & Sotus, cum matrimoniũ non ordinetur ad sanitatem corporis; sed ad generationem, & ad remedium contra concupiscentiam; si vero nõ sint alia remedia facilia ad habendam salutem, constante hoc esse necessariũ, nullum erit peccatum non excedendo fines, & limites ipsius matrimonij, quia

Sot. vbi sup. Nau. vbi su. n. 32. c. 16. D. Th in 4. d. 2. q. c. art. 4. vbi Sot. ar. 1. Cast. ad uer hęr. v. nupt. Canon. orig. 32. q. 4.

D. Th. in 4. d. 32. & ibi. Sot q. 2r tic. 4.

habere copulam ob sanitatem corporis non excludit finem generationis; sicut celebrare missam propter sanitatẽ corporis non excludit finem celebrationis. Sequitur secundo, quod peccat mortaliter coniuges effundentes semen extra vas, cum impediatur finis generationis, quod secundum Sotum debet intelligi; quando effusio fuerit notabilis quantitatis, quia si sit distillatio, non erit peccatum mortale: nec erit peccatum mortale, quando volentes accedere ad vxores aliqua festinatione effundant semen extra vas, quia hoc festinanti naturę debet attribui. Tertio infertur, quod maritus cognoscens vxorem sedentem, stãtem, aut à tergo, aut habendo eam supra se, peccat mortaliter, si sit periculum effundendi semen extra vas, quia si non sit hoc periculum, non erit peccatum mortale, si semen effundatur intra vas, sic enim dicunt Caieta. & Sotus. & Ledesma, monendo Confessarios, vt reprehẽdant grauiter has copulas.

Caieta. ver. matrim. Sot. & Led. vbi supra.

De Matrimonio de futuro, videlicet de sponsalibus. Cap. CCXLII.

SVMMARIVM.

Quid sint sponsalia, & quid requiratur vt valeant num. 1.
An sponsalia obligẽt sub mortali, cõc. 1. n. 2
Sponsalia qua ætate possint fieri, conc. 2. & 3. num. 3. & 4.
An teneatur aliquis implere sponsalia de futuro iurata metu mortis, concl. 4. n. 5.
An post spõsalia valida iurata possit vnus eorum ingredi religionem, conc. 5. nu. 6.
An per hæc verba, Non accipiam aliam vxorem nisi te, sit matrimonium de futuro conc. 6 nu. 7.
An valeat hoc matrimonium, Ego tibi pro mitto, si feceris hoc furtum conc 7. n. 8.
An valeat hæc promissio, ego ducam te, si fueris virgo, conc. 8 nu. 9.
An valeant sponsalia facta inter consãguineos, conc. 9. nu. 10.
An valeant sponsalia clandestina, conclu. 10. num. 11.

1 AD explicationem dicendorũ est notãdum, quod matrimonium de futuro, quod sunt sponsalia, est quædam promissio futurarum nuptiarum, vt cum communi resoluit Nauarrus; & vt valeat vt sponsale, non sufficit, quod vna pars promittat, sed est necesse, quod ambæ partes promittant matrimoniũ, & aliquando fiunt sponsalia cum iuramento, aliquando præcedente promissione amborum, datoque sponsę annulo, aut arrhis, aliter sub conditione: hoc supposito resoluamus hanc materiam per Conclusiones.

Nau. ca. 21. n. 23.

2 Prima Conclusio. Hæc sponsalia obligant sub pęna peccati mortalis, vt post communem resoluit Couarruu. & licet promissum non sit mutuum, sufficit, quod vnus promittat, aliusq; acceptet, vt promittens obligetur, vt post D. Thomam, tenet Nauarrus, & Sotus; ita vt possit compelli in foro exteriori ad implementum promissi, remanente alia parte aggrauata, aut notata in famia, quia si non remaneat grauata, debet monere iudex vt ducat, non autem compellere, vt resoluit Guttierez, pręcipue si ex eo matrimonio speratur prauus aliquis finis, infaustusque, & hoc modo debent intelligi iura, quæ in hoc casu allegari possunt, de quibus tractat Couarruuias.

Cou. in 4. 1. p. c. 4. Sot. li. 2. de iusti. q. 2. ar 1. Nau. ca. 18. n 6.

3 Secunda Conclusio. Vt sponsalia obligent, debent sponsi esse septem annorum ætatis, vt ordinatur in iure: & sic facta ante dictam ætatem non obligãt, quamuis pater alicuius promiserit, quia vt obligent est necesse, vt consensus sit liber, qui ante dictam ætatem, loquendo regulariter, non potest esse, vt resoluit Couarruuias. Verum est tamen, quod isti septem anni ætatis non debẽt accipi tam præcise, vt si desit dies vnus, aut vna septimana, debeãt spõsalia esse inualida, vt post Panormitanũ resoluit Sotus; & quamuis qui contrahunt matrimonium ante legitimam ætatem, peccent mortaliter, quia cõtraueniũt ecclesiæ præceptis, & faciunt iniuriam sacramẽto, tamen qui contrahunt sponsalia

Cou vbi sup. c. 4. nu. 4.

de

de futuro ante legitimam ętatem, & qui consulunt eis, non peccant mortaliter, quia hic non fit iniuria personæ, nec irreuerentia sacramenti, cum non sit vllum; nec contrarium huius docent Sotus, & Nauarr. Hinc infertur, quod licet parochus, qui coniungit per verba de præsenti eos, qui non habent legitimam ætatem, incurrat pęnam excommunicationis, & suspensionis officij, & beneficij secundum decretum in Conc. Bracharensi non incurrit tamen in has pęnas coniungens eos per verba de futuro, nisi in diœcesibus, in quibus est constitutio in contrarium; quia tunc incurret in pęnas eius.

Cōc. 1. Bra. ses. 4. c. 35.

4 Tertia Conclusio. Quando in iuuenibus acceleratur vsus rationis, & malitia (vt dicitur) supplet ætatem, possunt ante septem annos celebrare matrimonium de futuro, vt post Theologos, & Canonistas resoluit Sotus, & Couarru. quia si ad celebrationem matrimonij de præsenti malitia supplet ætatem, ad sponsalia de futuro multo magis supplebit, vt dicit Gregor. Lopez.

Sot. vbi su. Cou. v. su. 1. 3 Greg. in l. 6. tit. 1. p. 4.

5 Quarta Conclusio. Qui metu mortis iurauit sponsalia, non tenetur implere iuramentum, vt resoluit Cou. quia iuramentum recipit vim & robur ab actu, cui iungitur, vt resoluit Pinellus, & sic si non valent sponsalia, non valet iuramentum: est tamen conueniens, qđ ob reuerentiam nominis Dei petatur relaxatio: & Confessarij in virtute Bullæ Cruciatæ possunt commutare hoc iuramentum, cum nulla fiat iniuria alicui habenti ius, vt notat Ledesma.

Cou. v. su. c. 3. §. 5. Pinel. in l. 1. C. de resc. vend. 3. p. n. 3.

Led. dif. fi. 13

6 Quinta Concl. Factis, & iuratis spōsalibus potest quis ante impletionem iuramenti ingredi religionem, vt resoluit Sotus; si autem post sponsalia iurata aliquis facit votum ingrediendi religionem, non est tutum contrahere matrimonium; quia licet ante consumationē eius possit ingredi religionem, tamen exponitur periculo remanendi in mundo propter eius blandimenta, & sponsę illecebras, & licet nō fecerit votum, sed solum habuerit propositum ingrediendi religionem, adhuc non valet contrahere matrimonium adimplendo iuramentum, sed potius est peccatum contrahere intentione ingrediendi religionem ante consumationem matrimonij propter iniuriam, quæ fit mulieri decipiendo eam in re tā graui promittendo ei debitum, quod interius non habet intentionem soluēdi vnquā; & videtur fieri iniuria sacramento matrimonij exercendo illud sine intentione exercendi actum, ad quem ordinatur. His rationibus dicit Ledesma esse hoc peccatum mortale, quæ mihi videntur vrgentes, quas debent inspicere Scotus, quod secutus est, qui sic iurauit contrahere matrimonium intentione ingrediendi religionem ante consumationem matrimonij, contra quē disputant large Sotus, & Couarruuias: nostra autem opinio confirmatur sequenti ratione; quia qui iurat ducere vxorem aliquam, non adimplet iuramentū, si contrahit cū illa animo ingrediendi statim religionem, quia iuramentum ducendi eā implicite continet consumationem matrimonij & facere vitam coniugalem, cum in iuramentis, & votis plus debeat inspici ad intentionē, quā ad verba. Verum est tamen, qđ in aliquo casu bene poterit cōtrahere quis cum intentione statim ingrediendi religionem pro vitando scilicet maiori malo; sicut si pater minetur mortē alicui, qui fecit votum religionis, si non contrahit matrimonium cū filia sua, cui promiserat cum iuramento, quia in hoc casu potest contrahere cum illa ad vitandum periculum, & postea ante consumationem ingredi poterit religionem.

Led. ī 4. q. 53. ar. 2. Sco. in 4. d. 30. q. 2. a. 2. v. su. Couar. vbi su. 1. p. c. 5. n. 11 So. 4. d. 29. q. 2. a. 3. dubio vlt. Cou. v. su. 1. p. §. 14. nu. 6. Na. c. 12 n. 27. §. 10.

7 Sexta Conclusio. Per hæc verba: Non recipiam aliam vxorem præter te, non fit matrimonium de futuro, quia non contrahitur per promissionem negatiuam, sed affirmatiuam: verum est tamen, quod si ille voluerit contrahere matrimonium, debet compelli ad contrahendum cum illa, sic enim tenent Sotus, Couar. & Nauarrus.

Sot. in 4 d. 29. q. 1. art. 3. dub. Coua. v. su. p. 4. §. 14 n. 6. Na. c. 22. nu. 27 §. 10.

8 Septima Conclusio. In foro exte-

riori

riori valent hæc sponsalia, Ego promitto tibi matrimonium, si promiseris facere hoc furtum, aut feceris hanc rem turpem, quamuis non adimpleatur cōditio; quia conditiones turpes tamquā impossibiles habentur pro non appositis, vt dicitur in iure; in foro tamen interiori semper debet recurri ad consensum partium, quæ si nolint obligari, nisi sub illa conditione, non valent talia spōsalia, quia conditio non potest adimpleri sine offensa Dei.

9 Octaua Conclusio. Qui promittit alicui mulieri, quod contrahet cum ea, si fuerit virgo, si eius intentio sit dicere, Ego promitto tibi matrimonium, si habens rem tecum inuenero te virginem, quia est conditio turpis, & habetur pro non apposita, valebunt sponsalia in foro exteriori; si vero talis conditio ponitur vt honesta dicendo, Ego tibi promitto matrimonium, si à personis fide dignis fuero factus certior, quod sis virgo, tunc valebunt prædicta sponsalia, vt dicit Sotus.

Sot. vbi sup.

10 Nona Conclusio. Sponsalia facta inter illos, qui non possunt contrahere ratione alicuius impedimenti dirimentis, hac conditione, si Papa dispensauerit, valent, quia posita hac conditione iam contractus differtur ad tempus, quo erunt licita, sic enim tenent Couar. Molina, & alij, quos refert, & sequitur Gutier. Verum est tamen, quod licet postea veniat dispensatio, erunt huiusmodi consanguinei in sua libertate, ita vt vnus possit discedere à promisso etiā altero inuito, quia non potest negari qd hic contractus, (licet sit factus sub illa conditione,) non sit ita firmus sicut ille, qui fit inter personas habiles ad contrahendum, quia iste est validus & irreuocabilis à principio, cum nullum sit impedimentum inter personas; at in illo, qui fit inter personas habentes aliquod impedimentum, est magna difficultas, & opinionum varietas propter inhabilitatem personarum, & qui promisit obtinere dispensationem, tenetur illam procurare cum mediocri diligentia, si velit contrahere matrimonium, sic. n. tenet Nauarr.

Co. vbi sup. 2 p. cap. 3 in princ in fin. ver. Molina de primog. l. 2 c. 13 n. 10. Gut. qq. can. 22.

11 Decima Concl. Sponsalia clandestina sunt valida etiam post Concil. Trid. vt tenet Nauar. Veracruz, Sarmientes, Ledesma, & Segura, & sic fuit declaratum per dominos Cardinales reformationis die 27. Septembris 1570. Dicentes: *Decretum Concilij Tridentini annullat tantum modo matrimonium per verba de præsenti, sponsalia autem de futuro relinquit in dispositione iuris communis præterquam quod non transeunt in matrimonium per copulam subsequentem.* Hanc declarationem adducunt Salzedus, & Gallegus.

Na. li. 4. cōs. ti. d spōs. cō. 15. f. 379 Na. c. 25 nu. 144. spec. cōiu. in appē. dub. 4. so. 11. & 18. Sarm. li. 1. sel. ct. c. 5. n. 5. Le. diff. 18. Salz. in pra. c. 73. pag. 242. Gall. de cognat. spirit. c. 13.

De sponsalibus de futuro quoad absolutionem eorum. Cap. CCXLIII.

SVMMARIVM.

An remaneat sponsus sine obligatione per ingressum religionis concl. 1 nu. 1.
An votum simplex castitatis factum ante sponsalia faciat ea irrita, concl. 2. nu 2.
An quæ promisit matrimonium alicui cognito voto castitatis ipsius, possit cum alio contrahere concl. 3. nu. 3.
An, si vnus sponsorum se conferat ad partes remotas, teneatur alius expectare, concl. 4 nu. 4.
An paupertas sequens sponsalia faciat ea irrita, concl. 5. nu. 5.
An fornicatio quæ sequitur post sponsalia, faciat ea irrita, conclus. 6. nu. 6.
An contractis sponsalibus ante septem annos si vnus coniugum accedat ad annos discretionis, possit discedere à sponsalib. concl. 7 nu. 7.
An matrimonium dirimat sponsalia de futuro concl. 8. nu. 8.
An secūda spōsalia confirmata à iuramēto irritētur per prima spōsalia cōcl. 9. n 9.
An sponsalia iurata amborum consensu dirimantur concl. 10. nu. 10.
An, si Petrus spopondit Mariæ cum iuramento, & habuit rem cum illa secrete sine nota infamiæ, possit ingredi religionem, concl. 11 nu. 11.
An, qui promisit Mariæ sine animo adimplendi

plendi promissum, possit coram iudice iu are, quod non promisit. conclus. 12. numero 12.

1 PRima Conclusio. Sponsus, seu spō sa remanent liberi a sponsalibus de futuro ingredientes aliquam religionem approbatam, vt definitum est in iure, quod intelligitur etiam ante professionem, vt tenet Nauarr. & Cordub. post alios. Verum est tamen, quod si aliquis eorum ingrederetur religionem intentione exeundi ab ea, vt hac via, & modo liberaretur ab obligatione sponsalium, nō remanebit liber ab eis; secus autem erit, si ingrediatur religionem animo faciendi professionem, licet intra annum exeat à religione, & ideo quæ remanet in sæculo, statim potest nubere alteri, vt dicunt Authores supradicti. Verum est tamen, quod si sponsa remanens in sæculo, voluerit expectare vsque ad annum professionis, quod tenebitur sponso exeunte a religione ad seruandum promissum, vt cum communi aduertit, Petrus de Ledesma.

Na. c. 22 nu. 26. Cor. du. de casib. q. 126.

Lede. in add. ad 3. p. qu. 43. ar. 5. p. 117. Sot. in 4 d. 27 q. 2. art. 5. & d. 38. q. 2. ar. 1 Cou. in prae qq q. 6. 1 §. Na. vbi sup. nu. 73. Cor. vbi sup.

2 Secunda Cōclusio. Votum simplex castitatis factum ante sponsalia facit ea irrita, & peccat mortaliter, qui facto voto castitatis promittit matrimoniū, vt resoluunt Sotus Couarr. & Nauarrus; votum autem castitatis simplex factum post sponsalia valet, & est licitū; quia licet vnus promiserit coniugium cum iuramento, semper comitatur hoc iuramentum conditio implicita, nisi de roget illi per statum perfectiorem viuēdi, vt dicit Cordub.; & qui fecit votū, nō tenetur ingredi religionem, quia in sęculo potest implere votum, quod fecit; & hoc debet teneri circa hoc punctum, in quo sunt variæ opiniones, & modi dicendi, vt constat ex his, quę tradit Sotus, & Nauarrus.

Sot vbi sup. Na. vbi sup. n. 27. §. 10.

3 Tertia Conclusio. Sponsa, quæ nō fecit votum in casu conclusionis prætoritæ, statim ac cognouerit votū sponsi, potest licite contrahere cum alio, quia facto voto statim visus est sponsus renuntiasse iuri suo: hæc conclusio debet intelligi in foro conscientiæ, quia in foro exteriori non potest contrahere, donec publice cōstet de voto facto spōsi, vt notat Corduba post Siluestrum.

Cordu. vbi sup. l. 2. Co. de repudiis.

4 Quarta Conclusio. Attento iure ciuili, quando aliquis sponsorum digreditur in partes remotas, & exteras, qui remanet, tenetur expectare eum per tres annos, & si confert se vltra prouinciā, aut regnum, debet expectare duos annos. vt præcipit ipsum ius, & confirmat in Hispania lex partitæ, quam dicit Gregorius Lopez debere obseruari, nisi aliqua vrgens causa persuaserit cōtrariū: in iure vero Canonico, cum non determinetur tempus, habita licentia a iudice ecclesiastico, poterit contrahere cum alio, vt videtur determinare Alexāder III. & tenent Couar. & Sotus.

l. 8. ti. 1. p 4 vbi Greg. c. de illis de spōl. Cou. vbi supr. num. 7. Sot. vbi sup. art. 3 cas 10 Na. vbi sup.

5 Quinta Conclusio. Paupertas, quæ sequitur sponsalia, facit ea irrita, sic tenet Nauarr. contra quandam Glossam; quod debet intelligi, quando sponso promissa fuit dos signanter, non autem, quando mulier, quamuis esset diues, nihil tamē promisit, quæ postea venit in paupertatem, præcipue, si sponsus sit homo diues, & qui habet sufficienter, vnde possit sustentari cum illa; sic affirmat Cou. quia in hoc casu sibi ipsi debet sponsus imputare paupertatem dotis, cum non fecerit expressum pactum illius confidens in eius diuitijs.

Cou. vbi supr. 1. p. c. 5 fol. 245

6 Sexta Conclusio. Fiunt etiam irrita sponsalia, quando compertum sit, quod vnus eorum fornicatus est; & hoc licet sponsa fuisset vi corrupta ab alio, non enim tenetur sponsus ducere eam vxorem propter bigamiam, quam contrahit; immo etiam irritantur per fornicationem præcedentem sponsalia, quam sponsus probabiliter nesciebat, propter eandem rationem bigamiæ. Verum est tamen, quod si ipse nihilominus voluerit recipere eam coniugem, ipsa tenetur nubere ei, quia per fornicationem non efficitur libera.

7 Septima Conclusio. Qui contrahūt sponsalia per verba de futuro ante septem annos accedentes ad vsum rationis

nis possunt discedere a promisso: verū tamen est, quod si vnus eorum habeat 7. annos. quādo promisit, tenetur expectare quod alius accedat ad ætatem eādem, & videre, vtrum velit habere ratū promissum, vt tenet Couarr.

Cou. vbi supr. §. 1. n. 1.

8 Octaua Conclusio. Matrimonium dirimit sponsalia, licet sint iurata, cum sit fortius vinculum illis. Verum tamē est, quod, qui contraxit matrimonium, & promisit, prius alteri, per sponsalia peccat mortaliter, cum deficiat a promisso in materia graui; si vero de facto contrahit matrimonium, poterit consummare, & licite petere, & soluere debitum, nec tenetur mortua vxore accipere illam, cum qua habebat prius sponsalia, cum hæc omnino abolita fuerint, quamuis fuissent iuramento confirmata; & hoc debet teneri, licet Ledesma teneat contrarium, quod intelligitur, licet fuerint dicta sponsalia confirmata cum copula, quia nunc post Concilium Tridentinum sponsalia de futuro non transeunt in matrimonium de præsenti per copulam subsequentem, licet fiat animo coniugali: verum est tamen, qđ si per hanc copulam habuit virginitatem sponsæ, tenebitur ad soluendum damnum, vt diximus in materia stupri.

Gab. in 4. d. 28. q. 1. ar. 2. conl. 2. & Palu. ibi q. 1. art 1 Ledesm. in add. ad 3 p. p. 46. art. 1. fol. 201.

9 Nona Conclusio. Secunda sponsalia, quamuis iuramento confirmentur, non delent prima sponsalia, licet non sint iurata; quia per iuramentum non accipiunt maiorem vim, quam ipsi habeant in se, & sicut ipsa secunda sponsalia sunt nullius valoris, sic est ipsum iuramentum in illis, vt post Paludanum tenet Sotus.

soto vbi supr. art. 3.

10 Decima Conclusio. Sponsalia iurata dirimuntur per consensum amborū sponsorū, vt definitur in iure. Hinc sequitur, quod si sponsus non vult ducere vxorem sponsam nisi illi augeatur dos, neque ipsa nubere ei cum prædicto augmento, videntur soluere sibi inuicem promissum, & iuramentum etiā tanquam accessorium eius, nec necessaria est in hoc casu vlla absolutio, vt resoluit Nauarr. in quodam consilio.

11 Vndecima Conclusio. Petrus, qui iurauit se contracturum matrimonium cum Maria, licet inter eos non sit copula sequuta, tamen fama est in contrarium, vt accidit sæpe inter sponsatos, nō potest ingredi religionem, si ipsa notabiliter infamata est, secus si infamia ipsius non habeat fundamentum, quia tēpus fuit paruum, quo fuerunt sponsi, vt tenet Siluester; attamen in hoc casu securius est non ingredi religionem; aut si ingrediatur, faciat ei congruam satisfactionem, vt post Gabrielem, & Medinam Complutensem tenet Cord. Alios casus ponunt DD. allegati, in quibus dirimuntur sponsalia, quos relinquo vitandæ prolixitatis gratia. Et vt Confessarij, habeant lucem generalem illorum, obseruent hanc regulam, scilicet, quod quando post sponsalia superuenit aliqua res noua, quæ si præcederet, & cognosceretur, non fierent, dirimuntur dicta sponsalia, quod debet relinqui arbitrio boni, & prudentis viri, aut arbitrio iudicis ecclesiastici, in casu quod ad dirimēdum sit necessaria eius authoritas, & si ex diremptione non sit scandalum, non est necessaria eius authoritas, vt si causa fuisset publica, notoria, & manifesta omnibus, & sponsalia erant clandestina; sic enim tenent DD. allegati, vt constat ex his, quæ tradit Nauar. & Greg. Lopez.

Na. li 4. cons. tit. de sp ōs. in fin. f. 398.

Silu. verbo relig. 7. q. 57.

Cor. de casib. q. 282.

12 Duodecima Conclusio. Qui secreto dicit alicui mulieri, Ego promitto tibi matrimonium, sine animo obligandi se, interrogatus a iudice si iurat non dixisse prędicta verba intelligēs in mente sua non dixisse cum animo obligandi se; ille nec mentitur nec facit falsū iuramentum coram Deo, quia quamuis loquendo regulariter, ille, cui defertur iuramentum, debeat respondere interroganti, scilicet iudici, hoc deficit, quando illi defertur iuramētum distincta mente, & modo quo secundum veritatem, & iustitiam, debet illi deferri, quia in tali casu sufficiet, quod iurans iuret verum secundum illum sensum,

quo

quo deberet interrogari, dūmodo iuret verū, & in hoc casu iudex deberet interrogare, Promisisti huic mulieri matrimonium animo obligandi te ad illud: & licet non interroget hoc modo, sed absolute secundum hūc sensum, debent eius verba regulari, vt docte probat Nauarrus, & Couarr. in alio casu simili; & hæc doctrina debet multum notari, quia deseruit ad responsionem multorum casuum. Supra dicta conclusio intelligitur, nisi alia via, & modo teneretur ducere vxorem hāc mulierē.

De Medicis, & Chirurgicis. Cap CCXLIV.

SVMMARIVM.

An, qui non sunt examinati, & approbati possint curare, concl. 1. num. 1.

An teneantur persuadere infirmis, vt confiteantur, concl. 2. nu. 2.

1 PRima Conclusio. Medici non possunt curare, nisi acceperint Doctoratus gradum in aliqua vniuersitate approbata, & pręterea sint examinati, & approbati, & exercuerint praxim per duos annos, & Chirurgici per quatuor cum aliis Medicis, & Chirurgicis approbatis, vt cōtinetur in quadam pragmatica horum Regnorum Castellæ, ita vt dicat Alcocer peccare mortaliter, qui prætergreditur hanc legem; attamen, si aliquis curaret absque hoc examine sine stipendio tamen, sed solum gratis, ego non condemnarem illum ad peccatum mortale, cum quotidie videamus in vniuersitate Salmanticensi, & in aliis horum regnorum graduatos absque prædictis qualitatibus curare pauperes sine stipendio, & nemo doctus dicit eos peccare mortaliter: condemnare autem aliquid pro mortali, quod inter homines graues est in vsu absque reprehensione, est negotium dignum attentione; & consideratione, vt notat S. Tho. quibusdam verbis satis notabilibus, verum tamen hoc debet intelligi conantibus ipsis medicis pro posse, studere, & intelligere bene dictas suas curationes, & in hoc casu nec esset peccatum mortale mereri stipendium, & facere lucrum debitū suo labori, quia finis pragmaticarum petētium dictas qualitates est, vt dicti medici doctiores euadant, & habeant prædictam sufficientiam; sicut non condemnantur ad mortale, qui falso probatis cursibus studiorum accipiunt gradus, dummodo conentur pro posse studere scientiæ, & habeantur communiter esse sufficientes in suis artibus: in foro tamē exteriori castigabuntur huiusmodi homines, si constet non obseruare dictam pragmaticam; & in hoc debent incedere attente Confessarii considerantes qualitates, & scientiam, & zelum medicorum, ne cōdemnent eos facile in foro conscientiæ, cuius ipsi solū sunt iudices.

lib 114. an 1563 Alcocer. in su. c. 28.

D. Tho. quodli. 9. q. 4. artic. 15.

2 Secunda Conclusio. Peccat medicus non persuadens infirmo confessionem antequam curet eum, vt dicitur in iure; quod intelligitur, quando morbus est manifeste periculosus, & quamuis sit periculosus, sufficit, quod moneat eum per suum Parochum, aut aliam personam discretam, & prudentem, vt faciunt multi medici prudentes, & honore digni iudicantes, quod si ipsi moneant infirmos, forte concipienti de sua infirmitate sinistram opinionem, vnde augebitur illis malum, nec debent medici deserere eos, licet nolint confiteri, vt tradit Nauarr. Alia de medicis, & medicinæ arte uideantur supra. c. 176.

Nau. in man. ca. 25. n. 61

De mendacio. C. CCXLV.

SVMMARIVM.

In quo casu mendacium sit peccatum mortale, aut veniale concl. 1. nu. 1.

An peccet testis interrogatus super aliquo sic iurans. volo comburi, si talis fecerit hoc delictum: qui repertus fuit illud fecisse. conclus. 2. num. 2.

An

An si Petrus petat a Francisco centum ducatos, quos illi mutuauit, possit iurare & negare debitum Franciscus cum soluerit illos secreto, concl. 3. num. 3.

An ars dissimulandi sit mentiri, concl. 4. num. 4.

1 PRima Conclusio. Omne mendacium, quamuis non sit cum iuramento, est peccatum mortale, si fuerit perniciosum, siue sit in iudicio, siue extra iudicium; quando autem non est perniciosum, quamuis sit in iudicio non accepto iuramento, est solum peccatum veniale, vt defendit Nau. est tamen malum intrinsece mendacium, licet sit veniale, non est illicitū dicere illud, quamuis sit ad vitandam mortem corporalem, aut graue scandalum, aut ad remp. liberandam oppressam a tyranno, vt tenent omnes doctores communiter cum D. Thom. & diffinitum est in iure, ita vt non sit licitū etiam ad vitandum alterius peccatum, aut propter conuersionem infidelium; aut propter custodiendam honestatē, & castitatem; & sic illa regula, quæ dicit, quod ex duobus malis minus est eligendum, debet intelligi, quando minus malum potest explicari a sua malitia: sicut potest exui homicidium; at mendacium est intrinsece malum, & sic nō potest exui a sua malitia. Hinc infertur quod quando fornicatio non potest exui sua malitia, non est licita, quamuis sit ad defendendum aliquem a morte corporali, aut propter euitādum graue scandalum, aut liberandam rempublicam a tyranno oppressam, vt resoluit Corduba doctissime. Dixi in cōclusione, *si fuerit perniciosum*, quia si sit iocosum, aut officiosum, non est nisi veniale, nisi iuramento confirmetur.

Nau. c. 18. n. 3.

DD. in 3. d. 38. D. Tho. 2. 2. qu. 100. a. 3

Cord. l. 1. qq. q. 39.

2 Secunda Conclusio. Testis, qui interrogatus, & accepto iuramēto super aliquo detento in carcere pro aliquo delicto, dicit se ita credere illum esse innocentem, vt velit comburi, si reperiatur esse nocens, non peccabit, quamquam vere inueniatur nocens, quia dicere aliquod falsum ad exaggerandū rem non est peccatum, nec mendaciū: vt dicit D. Thom. post D. August. nec iudex ob hoc poterit ipsum testem cōburere, quia nemo potest se obligare ad pœnam ignis, mortis, aut mutilationis membri, quia non est dominus suorum membrorum.

D. Th. 2. 2. q. 12. art. 1. D. Aug. l. 2 de qq. Euang. c. 51.

3 Tertia Conclusio. Si Petrus petit a Francisco centum, quos illi dedit mutuo, licet Franciscus soluerit iam secreto, potest tunc Franciscus iuste negare, & iurare non debere illi quidquam, quia in dicta petitione dicit virtualiter Petrus, quod debet illi dictos centum ducatos, quos tamen iam persoluit ei, & si replicet Petrus actor, q respōdeat simpliciter, an receperit necne, potest dictus Frāciscus dicere esse falsum, quod ipse habeat centum suos ducatos receptos; & denique potest iuste negare recepisse ab eo dictos centum ducatos, quia iniuste petitur ab eo, & sic iniuste interrogatur; vnde poterit Franciscus vti responso industrioso ad negandam eius diabolicam astutiam, negans simpliciter recepisse dictum mutuum intelligens non recepisse, cum soluerit semel; & etiam quia quando Petrus petit a Francisco centum ducatos, quos illi dedit mutuo, hæc petitio posita corā iudice valet tantum, ac si dicatur dedisse illi centum mutuo, & non recepisse ab eo dictum debitum, quæ petitio est falsa in hoc sensu, sic enim resoluit Couarr. Ex dictis sequitur, quod reus interrogatus, an debeat centum, si non debeat nisi quinquaginta poterit respōdere simpliciter non debere dictos centum iniuste interrogatus, & negando debere centum non negat debere quinquaginta, vt defendit idem Couarr. & hoc in simili casu doctissime defendit Nauarr.

Cou. l. 1 var. c 2. nu. 4.

Cou. vbi sup. num. 5. Nau in c. humanæ aures 22. q. 5. o. pars. 2. & i ma. c. 12. nu. 8 & 18. §. 19. & c. 18. nu. 61 § 34 & c. 25. n. 43. ar. porro.

4 Quarta Conclusio. Loquendo cū arte dissimulationis vitantur peccata, quæ communiter committuntur propter eius vsus ignorantiam, quia sæpe interrogamur, quid comedimus, quot habemus nummos, quid dixit nobis N. &c.

N. &c. & possumus respondere intelligentes nonnulla quibus dicamus veritatem, & negemus, quod petitur à nobis: sicut si dicat quis, vt dicamus ei aliquid noui, possumus dicere nihil scire noui intelligentes interius, quod conueniat dicere alijs, vt dicit Nauarrus, quæ doctrina debet notari.

Nau. vbi sup. q. 3. nu. 13.

De Cauponibus, & stabularijs. Cap. CCXLVI.

SVMMARIVM.

An teneatur stabularij vendere hordeum iuxta pretium taxatum à Iudice, concl. 1. nu. 1.

An caupones teneantur restituere, quod hospitibus surripitur, concl. 2. nu. 2.

An teneantur ad damna causata hospitibus à domesticis suis, concl. 3. nu. 3.

1 PRima Conclusio. Si non sit pretiũ stabilitum ab aliqua lege possunt stabularij vendere hordeum secundum quod illis à iudicibus imponitur, qui debent augere pretium commune inspicientes curam, quam habent prouidendi iter facientibus de dictis rebus.

2 Secunda Conclusio. Caupo, qui tradit hospitibus cubiculum cum claui ad seruandas res illorum, ita vt non assumat in suam custodiam prædictas res, non tenetur postea restituere, quod ab illis amittitur, aut rapitur, vt dicit quædam Glossa communiter recepta; si vero à principio non dedit ijs clauem, q̃uis postea tradat, & dicat nolle accipere in custodiam res suas, nihilominus in foro exteriori tenebitur ad eas, quia potuit esse, quod antequam traderet clauem, surripuisset aliquid, vt dicitur in quadam lege, & tenetur stabularius in foro exteriori ad culpam leuissimam; vt decretum est in lege, quia præsumitur dolus: at in foro interiori solum tenetur ad ea, quæ euenerint culpa leui, nisi in duobus casibus in quibus tenetur ratione culpæ leuissimæ: Primus, quando recipit aliquid specialiter in custodiam. Secundus, quando res est magni valoris, & petit custodiri magna cura, & diligentia, & ipse scienter accipit eam in custodiam. Nota autem, quod neq; in foro interiori, ne exteriori tenebitur ad culpam leuem, aut leuissimam, (qñ recipit hospites non tanquam stabularius, sed amicitiæ solum gratia,) aut qñ Rex transit per illum locum; & compellitur recipere illos in hospitium, vt resoluit Fr. Ludouicus Lopez.

Glos. in l. dict. §. si prædixerit. ff. naut. cãpo. stab.

Lop. in instr. nego li. 2. c. 38. p. 176. col. 2. & p. 177. col. 11.

3 Tertia Conclusio. Si familiares, & domestici stabularij fecerint iniuriam, aut vulnerauerint aliquem sine eius culpa, non tenetur ad aliquam satisfactionem, si vero damnificant in rebus, quas secum ducunt, tenetur ad dictam satisfactionem, quia non potest negari fuisse aliquam culpam de parte sua in custodia earum; sic enim tenet Ioannes Andreas, & resoluit Frater Ludouicus Lopez.

De Missæ Sacrificio, de Ministro celebrante, & de eius dispositione; item de tempore, loco, & vestibus, quibus debet celebrari. Cap. CCXLVII.

SVMMARIVM.

Quid sit Missa, & vnde dicatur, nu. 1.

Quis possit dicere Missam, concl. 1. numero 2.

An filius Clerici possit dicere Missam in Ecclesia patris, aut dicere Epistolam, & Euangelium; & an possit esse sacrista, aut cantor in eadem Ecclesia, concl. 1. num. 2.

An possit sacerdos dicere Missam absque adiuuante, & an in aliquo casu, possit mulier respondere, ibid.

An qui suscepit sacerdotium ab Episcopo alieno, possit in eodem Episcopatu dicere statim missam, sine licentia proprij Episcopi. concl. 2. n. 3.

An sit licitum sacerdoti celebrare feria quinta, & sexta maioris hebdomadæ, & sabbato sancto, concl. 3. nu. 4.

An

An sacerdos simplex teneatur dicere Missam, concl. 4. nu. 5.

An possint sacerdotes seculares & regulares dicere duas Missas in die, concl. 5. num. 6.

An simplex sacerdos teneatur dicere Missam in diebus festiuis, quando nullus alius sacerdos est, qui dicat eam, concl. 6. num. 7.

An sit licitum iterare Missam inceptam dicto Euangelio ad instantiam alicuius Principis, qui vult illam audire, concl. 7. nu. 8.

An peccent, & sint suspensi sacerdotes, qui relinquunt Missam inceptam, conclus. 8. num 9.

An, qui dicit Missam cantatam cum Diacono, & Subdiacono, teneatur dicere secreto Epistolam, & Euangelium, concl. 9. num. 10.

An, qui tenetur dicere Missam in aliquo loco hora prima ante meridiem, satisfaciat dicens eadem hora Missam in alio tamen loco, aut in illo loco alia tamen hora, ibidem.

An sacerdos, qui habet intentionem consecrandi omnes hostias, quas habet ante se putans esse decem, si postea inueniantur vndecim sint consecrata omnes vndecim concl. 10. n. 11.

An possit sacerdos consecrare hostias, quas scit esse in custodia, seu tabernaculo positas absque eo quod videat eas, nec tangat, ibid.

An sit obligatio consecrandi ieiuno stomacho, concl. 11. n. 12.

An incurrant aliquas pœnas, qui dicunt Missam sine aqua, & candela [& cum pane fermentato, & in calice ligneo, sine vestibus, & sine corporalibus bene dictis concl. 12. nu. 13

An teneantur sacerdotes sub pena peccati mortalis dicere orationes appropriatas vestibus, ibid.

An sit licitum dicere Missam, cum amicto posito supra caput, aut capite cooperto concl. 13. nu. 14.

An sit licitum dicere Missam in locis priuatis, & oratorijs, concl. 14. nu. 15.

An sit necessarium altare ad dicendam Missam, concl. 15. n. 16. & an debeat esse consecratum, ibid. conclus. 16. numero 17.

An altare debeat parari quibusdam certis ornamentis, concl. 17. nu. 18.

An sit necessarium celebrare cum infula, concl. 18. nu. 19.

An sit obligatio dicendi Missam cum Missali, concl. 19 nu. 20.

An sit peccatum celebrare cum ornamentis sordidis, concl. 20 nu. 21.

An sit necessarium celebrare cum calice, & patena consecratis, concl. 21. nu. 22.

An possit dici Missa nisi prius dicatur Matutinum, concl. 22. nu. 23.

Quæ vestimenta sint necessaria ad dicendam Missam concl. 23. nu. 24.

An teneantur sacerdotes obseruare totum ritum Missæ concl. 24 nu. 25.

An possint addere nouas collectas, conclus. 25. nu. 26.

An faciat plura peccata, qui dicit Missam cum peccato mortali, absque confessione concl. 26. nu. 27.

An, qui communicat multos existens in peccato mortali, faciat plura peccata, ibidem.

1 AD explicacionem dicendorum in hoc capite, & sequenti debet notari, quòd Missa est quædam actio, in qua per institutionem Christi Redemptoris nostri in memoriam suæ Passionis consecratur panis, & vinum in eius corpus, & sanguinem, in qua offertur æterno Patri idem corpus, & sanguis sub iisdem speciebus panis, & vini: & antiqui Patres imposuerunt hoc nomen deriuantes à nomine Hebræo, & Chaldæo, quòd est, Missael, cuius fit mentio in Deuter. quod nomen significat oblationem spontaneam, sic enim explicat eru dite Antoninus de Mocharis, hoc supposito resoluamus rem per concl. Deut. 16 cap. Mochares c. 1. de sacrific. Missæ.

2 Prima Conclusio. Nemo pōt dicere Missam nisi sacerdos non impeditus; est autem impeditus ille, qui est excommunicatus, aut ligatus alia censura ecclesiastica, & qui sunt degradati, & priuati à celebratione Missæ. Circa, quod est notandus

dus casus, qui potest sæpe accidere, & est, quod sicut filius clerici illegitimus non potest habere beneficium in ecclesia, in qua eius pater habuerit illud, & minister extiterit, vt ordinatur in Concilio Tridentino, sic non potest dicere Missam in dicta ecclesia, nec cantare; nec summisse dicere; nec dicere Euangeliū, aut Epistolam, aut esse sacrista, vel cantor, &c. quia hoc esset aliquo modo ministrare, quod prohibet dictum Concilium; quod est in tantum verum, vt nō possit dicere in dicta Ecclesia Missam priuatam ad eius consolationem, vt dicit quicunque alius; quia licet videatur in hoc casu seruire magis suæ consolationi, quam ecclesiæ, attamen non pōt negari, quod aliquomodo sit ministrare in Ecclesia ministerium altaris: vnde trahitur ad memoriam patris incontinentia, qui in ipsa Ecclesia celebrauit, quod erat ratio prohibitionis legis; sic enim tenet Nauarrus: hæc tamen opinio mihi videtur nimis rigorosa, & consuetudo est in contrarium. Et notetur, quod quamuis sit in diebus festiuis, non poterit sacerdos dicere Missā sine respondente, nisi esset festum solemnissimum; nec potest illi respondere mulier, nisi habeat priuilegium, vt habent moniales, quæ poterunt responde re ab ipsa clausura dicenti Missam in aliquo altari propinquo, quod non posset fieri, nisi in prædicta necessitate, vt allegans multos docet Henriquez: & etiam quando puer qui respondebat, abijt, & expectatus per aliquod tempo ris spatium non redit: non enim debet sacerdos derelinquere missam, sed potest ipse sibimet respondere, & eodem modo potest sibi respondere in aliqua magna necessitate, vt festiuitate sollemni, vt dictum est, & quando vult exhibere sacramentum Eucharistiæ alicui infirmo, & non est, qui respondeat ei ad missam; vt dicit Sotus, quem sequitur Suarez, dicens quod quamuis adsit fœmina, quæ possit respondere, melius est, vt ipse sibimet respondeat, cum sit præceptum ecclesiasticū, quod

Concil. Trid sess. 25. c. 15. de ref.

Nau. l. 1. cons. tit. de const cons. 1. q. 17.

Henr. 2. to. li. 9. de miss. c. 30. n. 1

Sot. in 4 d 13. q. 2 art. 5. ad 12. Suar. 3. p. dispo.

fęmina non possit respondere, nec ministrare; & dicit vlterius, quod ipse non putaret esse peccatum mortale dicere missam sine ministro in aliquo festo, licet non sit multum sollemne.

86. sec. 1. part. 1809. col. 1.

3 Secunda Conclusio. Qui suscipit sacerdotium ab Episcopo alieno cum litteris dimissoriis, non potest dicere missam in illo Episcopatu, in quo suscipit ordinem statim ac recipit ordinem, si interuenit aliquod magnum interuallum a præsentatione dimissoriarum vsque ad receptionem ordinis, nō quia celebrās sine noua licentia sui prælati incurrat in aliquam pœnam irregularitatis, aut aliam censuram, sed quia interea posset accidere aliqua occasio, propter quam eius Episcopus iuste impedisset eum a celebratione missæ: si vero statim præsentauit litteras dimissorias, suscepto ordine, potest dicere missam sine noua licentia Episcopi, quia concedens illi licentiam, vt posset suscipere ordinem, est visus dare licentiam dicendi miss am statim ac fuerit ordinatus, cum det testimonium non habere ad illud impedimentum, sic enim docet Nauarrus.

4 Tertia Conclusio Quamuis sit licitum sacerdoti celebrare singulis dieb. tamen diebus Veneris in Parasceue, & Sabbatho sancto prohibitum est illis, vt ordinatur in iure, & sic peccat mortaliter faciens contrarium feria sexta in Parasceue, vt dicit Sotus, quamuis dicat missam secreto, quia in illo die, nec publice, nec secrete non dicitur missa, solum enim recipitur hostia, quæ consecrata est die cęnæ, vt dicit Nauarrus. Quamuis autem sit de more non dicere sacerdotes missam feria quinta in cœna Domini, & Sabbatho Sancto, non erit tamen peccatum mortale dicere eam in his diebus etiam sine licentia Prælati, secundum consuetudinem Episcopatuum, vt dicit Gutierez contra Nauarrum, qui putat esse necessariam licentiam prælati, sequiturque Nauarrū Suarez allegās alios. Est autem aduertendum, quod in Sabbatho

Nau l. 3 cons. tit. de cele. miss. cōcil. 5. fol. 345.

sot. in 4 d. 13. q 2 art. 2. p. 267. col. 1.

Nau. ca. 25. n. 88

Sancto potest sacerdos dicere Missam priuatam, si accidit, quod sit dies festiuus, vt sæpe solet incidere festum Annũtiationis B. Mariæ. Hanc opinionem tenet Sotus, quem sequitur Suarez contra Nauarrum, & Marcellum de Francolin: dicit autem Suarez, quod Sotum sequuntur moderniores viri docti, & timoratæ conscientiæ; & ratio est, quia licet ius præcipiat, quod in hoc die nõ celebrentur sacramenta, sicut prohibet, quod celebrentur feria sexta in parasceue: & videtur, quod sicut Sacerdotes sub pœna mortalis non possunt dicere Missam priuatam in parasceue, sic non possunt Sabbato Sãcto dicere nisi publicam, & solemnem, quam ecclesia proponit, nihilominus illud ius antiquũ iam cessauit propter cessationem causæ eius prohibitionis non solum in particulari, sed ẽt in generali. Pro cuius explicatione notandum est, quod antiquitus in toto die sabbati repræsentabatur Sepulchrum Christi Domini, & eius solitudo, & sic Ecclesia stabat tota luctuosa quasi expectans Christi Resurrectionẽ; vnde per totum illum diẽ, & noctẽ, vsque ad principium dominicæ cessabat omne sacrificiũ, nunc autẽ ecclesia anticipauit tẽpus, & ab illa hora Sabbathi sancti, qua celebratur Resurrectio, celebrat Resurrectionẽ, cũ alacritate, & lætitia; & sic ab illa hora iam cessat ratio prohibitionis antiquæ; & cum cesset prædicta ratio, videtur, qđ possit dici Missa priuate ab illa hora; & cessante scandalo. Dixi, *ab illa hora* qa dicere eam antea putarem esse peccatũ mortale, cum in illo casu militet ratio prohibitionis. Occurrit tñ aliud dubiũ, est, quæ missa debeat dici, quia si est obligatio dicendi missam Sabbathi sancti, videtur esse necessarium, quod dicãtur Prophetiæ, & Litaniæ, cum nõ habeat hæc missa introitum missarum priuatarum, vt tenet Missa Vigiliæ Pentecostes; dicere autem prophetias, & litaniam in missa priuata est graue onus, & quod sine ministris difficile possit dici; Huic dubio respondeo, quod viso, quod in hac missa non ponit ecclesia introitum, & sacerdos non habet licentiam ponendi illum loco ecclesiæ, quod dicatur Missa votiua illius sancti cuius festiuitas celebratur in illo die, quod videntur insinuare Sotus, & Suarez.

Sot. n 4 d. 13. q. 2. art 2. suar. in 3 p. qu. 83. disp 8. p. 1198 qu 8. Nau. c. 25. nu. 8. Mar. de hor. can nu. 30.

5 Quarta Conclus. Simplex sacerdos non tenetur dicere Missam, nisi ratione alicuius capellaniæ teneatur eam dicere, vt tenet D. Bonauentura Caietan. & Speculum conscientiæ, & Florentinus contra alios, qui tenent qđ peccat mortaliter, si numquam dicat Missam; nec Concil. Trident. dicit contrariũ huius, quia solum præcipit, quod celebrẽt diebus dominicis, & festis solemnibus: nõ aũt dicit peccare non facientes, cum solum cõmendet prælatis, vt faciant obseruari præceptum. Verum est tñ, quod in tribus diebus Paschæ tenentur celebrare, vt tenet expresse Nau. viso quod Christus præcepit sacerdotibus in simili tẽpore, quod celebrarent in eius commemorationem, vt dicitur apud D. Lucam. Mihi in hoc casu videtur, quod ad condemnandũ sacerdotem, qui omittit celebrationẽ, debet inspici scandalum, quod efficit, & damnum, quod infert animæ suæ, quia hac de causa viuit maiori libertate, & hac ratione põt condemnari ad peccatũ mortale, licet accipiat Corpus Domini in dictis tribus diebus Paschæ, si omittit communionem in reliquis, vt aduertit Suarez.

Bon. in 4. d. 12. q. 4. Caie. 3. p. q. 80. art 10. spec cõscie ti 3 c. 13. §. 10. Flor. 3. p. tit. 13. §. 12 c. 69. Concil. Triden. sess. 23. c. 14. Nau. in man. ca. 53 n. 68. § 21. Luc. 22. cap. Luc. ca. 22 suar. 3. p q. 83. ar. 2. dis. 80. sect 1 iux fi.

6 Quinta Concl. Potest sacerdos celebrare bis in die, si sit necesse, & sit penuria sacerdotum, vt diffinitur in iure, q̃ necessitas relinquitur arbitrio prudentis viri, qui debet inspicere circumstantias necessitatis, & notare, quod ob vtilitatem Ecclesiæ potest dispensari in similibus casibus vt notat Nauarrus, & tenet expresse in quodã cõsilio dicens, quod in Anglia possunt sacerdotes dicere bis missam propter defectum eorum, & in Regno Valẽtiæ Patres Dominicani habent quoddam priuilegium, cuius meminit Frater Vincentius Iustinianus in libro vitæ Beati Fratris Lu-

Nau. c. 25. n. 87

douici

douici Beltrami, vt possint sacerdotes dictæ familiæ dicere tres Missas in die commemorationis defunctorũ, quod priuilegium est in vsu in illo Regno, & qui gaudent illius familæ indultis per viam communicationis, gaudere poterunt isto; vnde ego existens Valentiæ in conuentu D. Francisci in simili die dixi tres Missas, sicut vidi reliquos sacerdotes dicere, quo indulto non possemus vti in his Regnis Castellæ, & Portugalliæ, eo quòd non est in vsu. Quia tamen Paludan. & S. Antoninus, Sotus, Turrecremata, Durandus, & Nauarrus, ponunt aliquos casus, in quibus est licitũ sacerdoti celebrare plusquam semel in vno die, nolo eos prætererire; & quid mihi videatur circa illos dicendum. Primus est in die Natiuitatis Domini, in quo possunt dici tres Missæ, prima finitis nocturnis Matutini secundum morem ecclesiæ; & secũda quando fit mane, & tertia die claro existente, itaque secundum cõmunem non possunt omnes dici noctu, quod dicit Suarez procedere in Missis solemnibus, quia ecclesia in Communicantes ostendit id esse suæ intentionis; in Missis tamen priuatis dicit hoc non obligare, sed affirmat posse dici alias duas missas, in quacumque hora prima absolute fuerit, eo qđ non est in toto iure præceptum quod obliget in contrarium, nec consuetudo contrarium introduxit; immo dicit vt plurimum omnes tres recitari communiter ante diem, absque vllo scrupulo; itaque sicut in aliqua communitate publica esset peccatum dicere primo horam primam quam Matutinum, ita esset peccatum, si dicta communitas voluisset dicere, & celebrare has tres Missas noctu solemniter sine distributione prædicta, quod non esset, si dicerentur priuate: additque Suarez, quod quando aliquis aliqua de causa non posset dicere Missam illius festiuitatis, ea nocte posset dicere Missam de Beata Virgine Maria pro sua deuotione noctu, & eodem modo, qui nõ posset dicere tres missas posset dicere tertiam Missam noctu, quia priuilegium non est limitatum ad primam Missam, & per consequens potest dicere quam voluerit è tribus noctu; nec est inconueniens, qđ in secunda, & tertia Missa dicatur noctu *diem sacratissimum celebrantes* quia à media nocte incipit dies ille naturalis. Secundo quia verba non semper referuntur ad tempus, in quo dicũtur, quia sæpe referuntur ad tempus repræsentatum in festiuitate; præter quod secundum omnes huiusmodi Missæ possunt dici omnes diu, & non debent dici verba primæ Missæ, *& noctem sacratissimã celebrantes*: resoluitque Nauarr. in quodam consilio, quod non est præceptum dicendi omnes tres Missas, nisi ratione alicuius voti, iuramenti, aut statuti particularis, aut specialis obligationis teneatur aliquis eas dicere.

Palud. in 4. d. 12. q. 5. ar 4 Anto. 3. p. tit. 13. c. 6. § 4. Sot. in 4 d. 13. q. 2. art. 2. Turrec. in c. sufficit de consecr. d. 1. Durã. in rationa. li. 4 c. 1. Nau. in Man. ca. 25 n. 57. suar. 3. p. q. 39. dispu. 8. sect. 4. p. 1202.

Na. li. 4. cõs. ti. de celebr. Miss cõsil. 8.

Secundus casus est, quando aliquis dicit Missam diei, & accidit, quod aliquis moriatur, quia in hoc casu dicit quoddam decretum, vt ex eo colligit quædam glossa, quod põt aliquis post recitationem Missæ dicere aliam pro illo defuncto; Suarez tamen non admittit hunc casum affirmans, quod non est necesse, vt differatur sepultura, nec vt dicatur alia Missa, cum possit sepeliri defunctus, & missa differri ad diem sequentem.

Tertius casus est, quando accidit, qđ veniat aliqua grauis persona, quæ non audiuit Missam, & non est alius sacerdos, qui possit dicere eã, nisi ille: quẽ casum nec admittit idem Suarez sequens Turrecrem. & Durand. eo quod minus inconueniens est, quod ea persona non audiat illo die Missam, quã dicere duas.

Quartus casus est, si in eodem die occurrant duo officia, scilicet vnum de festo, aliud de defunctis, & non est nisi vnicus sacerdos; quia in hoc casu hic poterit bis celebrare, quem casum non admittit Suarez, nisi concurrat solemnissimum festum, de quo non potest omitti Missa, in quo casu debet intelligi decretum Alexandri Papæ, qui concedit hanc licentiam.

Alex. Papa c. sufficit de consecr. d. 1.

Quintus casus est, quando sacerdos habet duas ecclesias parochiales, & nō potest commode habere coadiutorem, in ambabusque sunt subditi, qui debēt audire Missam, qui casus est in vsu, ita vt non solum duas, sed tres etiam Missas possit dicere idē sacerdos, si habeat tres ecclesias, sic dicit Suarez contra aliquos authores, qui sine sufficienti fundamēto dicunt in hoc casu solum duas Missas dici licere, affirmatque idē Suarez, quod non solum poterit dicere prędictas tres Missas in diebus festiuis, in quibus tenebitur, sed etiam in ferialibus, quia nimis esset graue, quod populus esset priuatus tanto sacrificio, & opportunitate audiendi Missam: in hoc tamen conuenit obseruare consuetudinem, quæ est in dictis locis, quam si voluerit aliquis sacerdos præterire, debet cū prælato illud conferre, si commode possit consuli. Aduertit vlterius idem Suarez, quod si sacerdos habens multas parochias non deponat in custodia sacra sacramentum feria quinta in cęna Domini in omnibus illis ecclesijs, sed in vna earum solum, ibi poterunt congregari popoli trium parochiarum, quia cum in die sequenti feria sexta in parasceue non consecrat sanguinem, sed sumat tantum vinum cum particula consecrata, si vt supponitur in vna sumpserit vinum, iam in reliquis ecclesijs, non posset sumere sacramentum, & si forte non aduertens hoc reposuerit sacramentum in omnibus tribus ecclesijs ad hoc vt possit sumere particulas repositas, non debet sumere vinum vsque ad vltimam; quod si sumpsisset, non posset facere officium in reliquis, sed solū custodire sacramentum in Tabernaculo sacro.

Suar. v-bi su. p. 1200.

Sextus casus est, si est consuetudo, qđ in vna ecclesia dicantur duæ Missæ à duobus sacerdotibus, & acciderit, quod vnus eorum ægrotet, quia in hoc casu sanus poterit dicere duas Missas, quem casum admittunt Siluester, Angelus, & Victoria; Suarez tamen non admittit illum, eo quod illi videtur hæc causa leuis ad dandam hanc licentiam, cuius opinio magis mihi placet.

Silu. v. missa. 1. q. 17. Ang. §. 48. Vict. nu 96.

Septimus casus, si ecclesia, aut sacerdos est pauper, quē tamen casum non admittit Alexander Papa dicens, *qui vero pro pecunia, aut adulationibus sęcularium vna die præsumunt plures celebrare Missas, non æxistimo euadere damnationem*; sic aduertit Suarez; hoc tamen decretū non est contra supradictos patres, quia ibi non loquitur de sacerdotibus, qui non possint aliunde sustentari cū eleemosyna vnius Missæ, sed de illis, qui nō necessitate astricti, sed prę cupiditate, & lucro dicunt plures missas scientes peccare in hoc; vt significat illud verbum, *Præsumant*, quod secundum DD. significat temeritatem, & præsumptionem; quare alia ratione debemus cōdemnare hunc casum in sacerdote paupere, quia scilicet melius erit, quod vnica missa satisfaciat duab. eleemosynis secundum opinionem grauissimorū doctorum, qui tenent, qđ sacerdos pauper poterit id licite facere, quando cū vnica eleemosyna non pōt sustentari: cuius opinionis faciemus mentionem infra, quomodo sufficiēter satisfiat paupertati dictorū sacerdotum, quod non posset fieri dicente duas missas, nisi publice & cum scandalo eorum, qui ignorant dictam paupertatem.

Alex. in d. c. suffic.

Octauus casus est, quando est tanta multitudo gentium, vt vnica non possit capere ecclesia, quia in hoc casu dicit Durandus allegans Leonem Papam, qđ possent dici duæ missæ, vt omnis populus audiat missam: dicitque allegans alium grauem authorem, eundem Leonem Papam hac de causa dixisse septē vel nouē missas vno die, quem casum libēter admittit Suarez, notās Leonē X. nō loqui aperte de vnico sacerdote: ego tamen supposito, qđ Leo Papa dictus nō concesserit licentiā hanc in hoc casu, nō admitterē illam, quia in illo casu posset sacerdos dicere missā in aliquo altari portatili extra portam ecclesiæ in aliquo plano, & commodiori loco secundū opinionem Nauarri, quem sequitur Guttie-

Duran. li. 2. de ritib eccl. ca. 7. Leo. in epist. 81 ad Dioscor. Suarez vbi sup. i fi.

Guttierez, de quo aliquid dicemus infra in decimaquinta conclusione; quæ missa si extra ecclesiã dicatur ab omnib. audiri poterit, & ẽt potest esse ecclesia tam parua, vt ẽt si sacerdos dicat 4. missas, non sufficiant, vt aduertit idem Suarez in alia parte moderans opinionem supradictam, vnde solũ placeret mihi dicta licentia in casu, quod extra ecclesiã non posset dici commode missa in altari portatili eo modo quo dictũ est. Estque aduertendum, quod sacerdos dicẽs vno die duas, aut tres missas solum in vltima debet sumere lauatorium, quia sumens illud in vna non poterit postea dicere aliam missam.

Suar. in p. q. 83. ar. 3. dispu. 80. sess. 3. iux fin.

7 Sexta Conclusio. Ratione scandali, & festiuitatis de pręcepto, (si nõ sit alius sacerdos) debet simplex sacerdos celebrare sub pęna peccati mortalis. Exceptis vero his duobus casib. omittere celebrationem propter reuerentiam, quã fert quis sanctissimo sacramento, etiam per totam vitam, nõ est peccatũ mortale, cũ de D. Marco dicatur, quod mutilauit sibi digitũ, vt sic fieret inhabilis ad celebrandũ; omittere tñ per totam suã vitam celebrationẽ propter tepiditatẽ, & negligentiam saltem erit peccatũ veniale, cum abscondat talentũ, quod illi dedit Deus, vt post D. Tho. tenet Caiet.

8 Septima Conclusio. Iterare missam dicto euangelio ad instantiam alicuius Principis, aut audiant eã integram mercenarij, qui tunc ingrediuntur ecclesiã, ne sine missæ auditione remaneant, est peccatum mortale, sic enim tenet Salzędus contra Nauarrum, quia non est iustum, neq; decet tractare sic ministeriũ tam altum iterando illud solũ, vt priuatis hominib. satisfiat: vltra quod qui à principio audierant eam, scandalizarentur hoc facto tamquam inusitato.

Salz. in pra. cri. c. 41. p. 127. Nau. orat. mis. colu. 87. 633.

9 Octaua Conclusio. Sacerdos qui relinquunt missam semel incępiam sine vrgentissima causa, peccant mortaliter, & remanent suspensi, vt decretum est in iure, non tamen incurrunt excommunicationem maiorem, aut minorẽ, vt dicunt Nauarr. & Salzedus. Dixi, *sine vrgentissima causa*, quia si derelinquant eam, postquam incępta est, iusta de causa nõ peccant mortaliter: erit autem iusta causa, quando presbytero incępta missa superuenerit aliqua infirmitas repentina, aut si recordetur quod sumpsit aliquid cibi, aut quod sit supẽsus, interdictus, aut irregularis, vt dicit Nauarr. quod intelligitur, si non sit scandalum, quia si sit scandalum ex omissione Missæ, quamuis sumpserit cibum, aut sit irregularis, nõ debet relinquere Missam. Potest etiam relinquere missam, si ingrediatur ecclesiam excommunicatus denuntiatus, qui non vult exire ab ecclesia, si hoc accidat ante Canonẽ, qui si accederet sacerdos ad verba consecrationis, debet missam finire: & idem debet dici, si incępta missa ponatur interdictum, aut cessatio à diuinis, antequã accedat sacerdos ad verba consecrationis; nisi possit dici Missa ianuis clausis, vt potest dici tempore interdicti tam à clericis, quam à religiosis in virtute suorum priuilegiorum, de quibus fecimus mentionem in explicatione Bullæ Cruciatæ.

Nau. in ora. mis. 42. Salz. vbi su. c. 45. pag. 156. Naua. in Man. ca. 25. n. 75.

10 Nona Conclusio. Qui dicit Missã cantatam cum Diacono, & Subdiacono, non tenetur dicere per se secreto epistolam, & Euangelium antequam cãtentur, vt docet Nauar. quia nullo iure ad illud obligatur, nec Missale Pij V. habet talem cęremoniam, si autem esset necesse id facere, deberet etiam dici, quod Passio, quæ dicitur in septimana sancta, deberet dici secreto ab ipso sacerdote; aliasq; rationes ponit Nau. cõtrariũ tñ colligitur ex rubricis Missalis, & oẽs, qui profitentur intelligentiã rubricarũ, tenent contrarium, quibus debet in hoc dari fides magis q̃ Nau. quorum studium particulare versatur circa hoc, nec occupatur in grauioribus, vt Nauarri studium, & aliorum. Nota autem, quod qui tenetur ratione alicuius anniuersarij, aut capellaniæ dicere Missam de mane, aut parum ante meridiem, tenebitur illam dicere ea hora, & eo loco, in quibus præce-

Nau. de ora. mis. c. 78.

ptum est dicere, & qui tenetur dicere missam de Requiem, aut alias votiuas, tenetur eas dicere, sicut institutæ sunt; nisi in duplici, quia túc satisfacit dicens Missam duplicis secundum ordiné missalis, & consuetudinem, missaq; impetratoria dictarum Missarum suppletur deuotione sancti, vt dicit Henriquez.

Henr. 2. to. li. 9. ď missa c.24.n.6

11 Decima Conclusio. Sacerdos qui habet intentionem consecrandi omnes hostias, quas habet coram se putans esse decem, si sunt vndecim consecrat omnes vndecim, quia effectus consecrationis non sequitur ex sua opinione, sed ex sua intentione. Hinc infertur, quod si ignorans numerum hostiarum habuerit intentionem consecrãdi decem, & facta consecratione inuenerit vndecim, nulla earum erit consecrata, & ideo non conuenit, quod habeat intentionem consecrandi numerum signarũ, sed quod habeat intentionem actualẽ, aut saltem virtualem consecrandi totã materiam, quã habet præsentem. Secundo sequitur, quod si sacerdos in mente sua signauerit decẽ, quas vult consecrare, si inueniat vndecim, decem solum signatas consecrasse putandum est, non autem quam inuenit abscondità sub alijs, sic enim dicũt Ricar. Dur. Silu. quos sequitur Angelus. Notaq; quod sacerdos, qui tenet præsentem omnem materiam, quam debet consecrare, consecrat eam, quamuis non tangat, neq; videat eam, vnde poterit consecrare hostias, quas habet clausas in custodia, seu tabernaculo, aut quomodocumque coopertas, vt antiquitus consecrabatur calix coopertus, vt dicit Henriquez cũ communi: sufficit autem ad consecrationem intentio virtualis, vnde qui adduxerit decem formas, seu particulas, verbi gratia, ad consecrandum, licet earum non recordetur tempore offertorij, aut consecrationis, remanent nihilominus consecratæ.

Ric. in 4 d. 10. q 2. ar. 7. et ibi Duran. sil. v. euch. 2. §. 7. & 8. An. ď euch. ar. 3. diff 8. Henr. 2. to. l. 8. ď euch. c. 14. n. 2.

12 Vndecima Conclusio. Tenetur sacerdos celebrare ieiuno stomaco vt præcipitur in Concilio Carthaginensi, & si post consecrationem fuerit recordatus, quod comedit aliquid aut bibit, debet recipere sacramẽtum, si vero ante Missam recordatus fuerit, non debet dicere illam, nisi magnum oriri possit scandalum, quia vitare scandalum est præceptum diuinum, quod debet præferri præcepto humano dicendi Missã ieiuno stomacho; sic tenet Sotus post Angelum, & Siluestrum. Nota autem, quod somnus non est necessarius ad digestionem, vnde qui cęnauit ante mediam noctem, licet postea non dormiat, poterit dicere Missam sequenti die: verum est tamen quod si sentit se grauatum cibo, cum non sit digestus, bonum erit abstinere à communione, vt dicit Sotus.

cõc. car. habetur in c. sacramẽta de cõse. d. 3

So. in 4. d. 3. q. 1. ar. 6. So. in 4. d. 1. q. 1. ar. 8.

13 Duodecima Conclusio. Qui dicit Missam sine candela, & aqua, peccat mortaliter. Nota autem, quod candela debet esse cerea, vt mos est ecclesiæ; estque illicitum celebrare solum cum lucerna olei, imo tempore necessitatis, quando non est candela cerea, non esset licitum, nisi in aliquo casu nimis particulari cessante scandalo, & contemptu, vt insinuat Suarez: nullo autem modo conuenit celebrare cum candela seu, aut alterius vilis materiæ, sufficit tamen poni vnam candelam in altari, vt notat Iacobus de Graffijs, nec debet poni determinatus numerus tanquam superstitiosus, vt dicit Concilium Tridentinum: peccatque mortaliter, qui celebrat cum pane fermentato, & in calice ligneo, debetq; deponi ab officio, & beneficio, quæ pęna debet imponi ab Ordinario secundum qualitatem loci, & contemptus sacerdotis; vt communiter tractant doctores cum Scoto: peccatq; regulariter loquendo sacerdos dicens Missam sine paramentis sacris, remanetque subiectus excommunicationi maiori, vt ordinatum est in Concilio Bracharensi tertio, & in Concilio Tridentino condemnatur pro hæresi dicere, quod huiusmodi vestes, quibus vtitur ecclesia, non sint sanctæ ac deuotæ. Et quod sit peccatum mortale celebrare sine

Sua. 3. p. q. 83. ar. 3. d. 81. sec. 9. p. 1226. co. 2.

Graffis li 2 c. 31 n. 1 cõc. Tri. sess. 22. d ob seruan. in celebr. Missæ. D. Th. in 4. d 9. vbi Sc. q. 1. ar. 1.

cõc. Bra char. 3. c 3. cõc. Tri. sess. 21. ca 5. & c. 7.

illus

Soto. in 4. d. 22. q. 1 a. 2. Cou in c. alma mat. 1. p. § 9 n. 1. Lug Regul 38.

illis resoluunt, tenentque Sotus, & Couaruuias. Verum tamen est, quod non incurrit sacerdos excommunicationē ipso facto, nisi monitus fuerit, & non cessauerit, quia in hoc casu debet excommunicari, & suspendi secundum iudicium ordinarii, vt dicit Bern. Diez de Lugo. Notandum vlterius, quod tenentur sacerdotes dicere orationes proprias secundum vestes sacras, quando ornantur, cum ecclesia iubeat sic dici, vnde si eas omiserint, peccant mortaliter, si adsit contemptus, vt dicit Nauarrus, qui debet hoc modo intelligi, quia si omittantur sine contemptu, non est peccatum mortale, vt tenet Hēriquez.

Nau. li. 3 consi. ti. de celeb miss. cof. 2. f. 343. Hēriq. li 9. de miss. c. 24. in fin.

14 Decimatertia Conclusio. Licitum est non solum illi, qui habet caput debile, sed etiam sano dicere Missam amictu sacro posito supra caput vt possit maiori attētione, & deuotione celebrare, si absit scandalum; est etiam licitum homini habēti caput debile dicere Missam cooperto capite tempore frigoris cum aliquo birreto honesto præcipue vsque ad consecrationem, si vero est dubium an causa sit sufficiens nec ne, si sacerdos sit sæcularis, petat dispensationem ab Ordinario, & si est regularis a Prouinciali, qui habet iurisdictionem quasi episcopalem, vt dicit Nauar. quo etiam modo debet intelligi Suarez.

Nau vbi supr. cōc. 4. f. 345. Sua. 3. p. q. 83. a. 3 d. 82. sec vl. in 2. Concil. Trid. session. 22. in decreto de vitandis, & obseruandis.

15 Decimaquarta Conclusio. Concilium Tridentinum ordinauit, quod Ordinarij nō consentirent dici Missam in locis priuatis, aut ex toto extra ecclesiā, sed in ecclesijs tantum, aut oratoriis dedicatis cultui diuino notatis, aut visitatis ab Ordinario, quòd decretum comprehendit etiam presbyteros regulares non obstantibus eorum priuilegiis. Circa quod est notandum, quod licet ante Concilium Tridentinum posset dici Missa extra ecclesiam in altari portatili cum ara, & cæteris ornamentis necessarijs, vt est determinatum in iure, nunc non possunt. Episcopi dare licentiam ad hoc, nec Papa concedit illam Episcopis, aut aliis personis, quæ Romæ degunt, Cardinalibus exceptis, tenet tamen Nauarr. pro certō, quod sicut ante Concilium poterant celebrare sine licētia Episcopi extra ecclesiā in altari portatili alicuius necessitatis ratione, sic est licitum nunc, quia huic non derogatur a Concilio, quod debet notari propter oppida, quæ solent sępe facere processiones, eundo ad aliquas paruas ecclesias, vbi dicunt Missam extra ecclesiam in altari prædicto, vt ab omnib. possit audiri, & propter cantātes primas Missas in aliquibus paruis ecclesijs, qui, cū sæpe confluat multus populorum affiniū, & vicinorū cętus, nō possunt dicere Missam in ipsa ecclesia, sed vt audiatur ab omnibus, est necesse, vt apud ecclesiam dicatur in loco aperto, & plano Nauarr. sequitur Gutierez adducens quandam declarationem Cardinalium reformationis, qui declarauerunt etiā; quod non debet Missa dici in domibus priuatis, nisi necessitatis causa, in qua debet dici in aliquo oratorio seu sacello dedicato cultui diuino; vnde condemnatur quorundam vanorum hominum consuetudo, qui sine necessitate volunt, vt dicatur illis Missa domi; & magis condemnantur Ordinarii, qui cū facilitate concedunt licentiam, ad id faciendum. Hinc est, quod non est bonū dare Ordinarios licentiam, vt dicatur Missa in domibus infirmorū, quia Concilium dicit teneri eos ad obseruationē eorum; quæ prædictum ordinat Concilium, inter quæ continetur non debere dici Missas in domibus priuatis: quod probatur, quia ante Concilium poterāt Episcopi in suis diœcesib. concedere hanc licentiam, vt notat Ioannes Andreas, & Panorm. si autem nunc etiam possent dare eandem, frustra esset prohibitio Concilij: item quia sic interpretata est consuetudo huius decreti, vt aduertit Nau. Itaque quādo domini Cardinales declarāt posse dici Missam causa necessitatis in domibus priuatis, de necessitate debet dici in aliquo oratorio, aut altari dedicato diuino cultui multum ante visitato ab Ordinario, nō potest tamen dici loquendo generaliter

Na c. 21 n. 10. & c. 25 nu. 68. & 82

Gut in qq. can. c. 30 nu 28.

And. & Pan. in c. cū ijs de priu. Na. li. 1. consl. tit. de constit. consil. 1. q. 77.

An si Petrus petat a Francisco centum ducatos, quos illi mutuauit, possit iurare & negare debitum Franciscus cum soluerit illos secreto, concl. 3. num. 3.

An ars dissimulandi sit mentiri, concl. 4. num. 4.

1 PRima Conclusio. Omne mendacium, quamuis non sit cum iuramento, est peccatum mortale, si fuerit perniciosum, siue sit in iudicio, siue extra iudicium; quando autem non est perniciosum, quamuis sit in iudicio non accepto iuramento, est solum peccatum veniale, vt defendit Nau. est tamen malum intrinsece mendacium, licet sit veniale, non est illicitũ dicere illud, quamuis sit ad vitandam mortem corporalem, aut graue scandalum, aut ad remp. liberandam oppressam a tyranno, vt tenent omnes doctores communiter cum D. Thom. & diffinitum est in iure, ita vt non sit licitũ etiam ad vitandum alterius peccatum, aut propter conuersionem infidelium, aut propter custodiendam honestatẽ, & castitatem; & sic illa regula, quæ dicit, quod ex duobus malis minus est eligendum, debet intelligi, quando minus malum potest explicari a sua malitia: sicut potest exui homicidium; at mendacium est intrinsece malum, & sic nõ potest exui a sua malitia. Hinc infertur quod quando fornicatio non potest exui sua malitia, non est licita, quamuis sit ad defendendum aliquem a morte corporali, aut propter euitãdum graue scandalum, aut liberandam rempublicam a tyranno oppressam, vt resoluit Corduba doctissime. Dixi in cõclusione, *si fuerit perniciosum*, quia si sit iocosum, aut officiosum, non est nisi veniale, nisi iuramento confirmetur.

Nau. c. 18. n. 3.

DD. in 3. d. 38. D. Tho. 2. 2. qu. 100. a. 3

Cord. l. 1. qq. q. 29.

2 Secunda Conclusio. Testis, qui interrogatus, & accepto iuramẽto super aliquo detento in carcere pro aliquo delicto, dicit se ita credere illum esse innocentem, vt velit comburi, si reperiatur esse nocens, non peccabit, quamquam vere inueniatur nocens, quia dicere aliquod falsum ad exaggerandũ rem non est peccatum, nec mendaciũ: vt dicit D. Thom. post D. August. nec iudex ob hoc poterit ipsum testem cõburere, quia nemo potest se obligare ad pœnam ignis, mortis, aut mutilationis membri, quia non est dominus suorum membrorum.

D. Th. 2. 2. q. 12. art. 1. D. Aug. l. 2 de qq. Euang. c. 51.

3 Tertia Conclusio. Si Petrus petit a Francisco centum, quos illi dedit mutuo, licet Franciscus soluerit iam secreto, potest tunc Franciscus iuste negare, & iurare non debere illi quidquam, quia in dicta petitione dicit virtualiter Petrus, quod debet illi dictos centum ducatos, quos tamen iam persoluit ei, & si replicet Petrus actor, q respõdeat simpliciter, an receperit necne, potest dictus Frãciscus dicere esse falsum, quod ipse habeat centum suos ducatos receptos; & denique potest iuste negare recepisse ab eo dictos centum ducatos, quia iniuste petitur ab eo, & sic iniuste interrogatur; vnde poterit Franciscus vti responso industrioso ad negandam eius diabolicam astutiam, negans simpliciter recepisse dictum mutuum intelligens non recepisse, cum soluerit semel; & etiam quia quando Petrus petit a Francisco centum ducatos, quos illi dedit mutuo, hæc petitio posita corã iudice valet tantum, ac si dicatur dedisse illi centum mutuo, & non recepisse ab eo dictum debitum, quæ petitio est falsa in hoc sensu, sic enim resoluit Couarr. Ex dictis sequitur, quod reus interrogatus, an debeat centum, si non debeat nisi quinquaginta poterit respõdere simpliciter non debere dictos centum iniuste interrogatus, & negando debere cẽtum non negat debere quinquaginta, vt defendit idem Couarr. & hoc in simili casu doctissime defendit Nauarr.

Cou. l. 1 var. c 2. nu. 4.

Cou. vbi sup. num. 5. Nau in c. humanæ aures 22. q. 5. opusc. 2. & i ma. c. 12. nu. 8 & 18. §. 19. & c. 18. nu. 61 § 34. & c. 25. n. 43. ar. porro.

4 Quarta Conclusio. Loquendo cũ arte dissimulationis vitantur peccata, quæ communiter committuntur propter eius vsus ignorantiam, quia sæpe interrogamur, quid comedimus, quot habemus nummos, quid dixit nobis

N. &c. & possumus respondere intelligentes nonnulla quibus dicamus veritatem, & negemus, quod petitur à nobis: sicut si dicat quis, vt dicamus ei aliquid noui, possumus dicere nihil scire noui intelligentes interius, quod conueniat dicere alijs, vt dicit Nauarrus, quæ doctrina debet notari.

Nau. vbi sup. q. 3. nu. 13.

De Cauponibus, & stabularijs. Cap. CCXLVI.

SVMMARIVM.

An teneatur stabularius vendere hordeum iuxta pretium taxatum à Iudice; concl. 1. nu. 1.

An caupones teneantur restituere, quod hospitibus surripitur, concl. 2. nu. 2.

An teneantur ad damna causata hospitibus à domesticis suis, concl. 3. nu. 3.

1 PRima Conclusio. Si non sit pretiũ stabilitum ab aliqua lege possunt stabularij vendere hordeum secundum quod illis à iudicibus imponitur, qui debent augere pretium commune inspicientes curam, quam habent prouidendi iter facientibus de dictis rebus.

2 Secunda Conclusio. Caupo, qui tradit hospitibus cubiculum cum claui ad seruandas res illorum, ita vt non assumat in suam custodiam prædictas res, non tenetur postea restituere, quod ab illis amittitur, aut rapitur, vt dicit quædam Glossa communiter recepta; si vero à principio non dedit ijs clauem, q̃uis postea tradat, & dicat nolle accipere in custodiam res suas, nihilominus in foro exteriori tenebitur ad eas, quia potuit esse, quod antequam traderet clauem, surripuisset aliquid, vt dicitur in quadam lege, & tenetur stabularius in foro exteriori ad culpam leuissimam, vt decretum est in lege, quia præsumitur dolus: at in foro interiori solum tenetur ad ea, quæ euenerint culpa leui, nisi in duobus casibus in quibus tenetur ratione culpæ leuissimæ: Primus, quando recipit aliquid specialiter in custodiam. Secundus, quando res est magni valoris, & petit custodiri magna cura, & diligentia, & ipse scienter accipit eam in custodiam. Nota autem, quod neq; in foro interiori, ne exteriori tenebitur ad culpam leuem, aut leuissimam, (q̃n recipit hospites non tanquam stabularius, sed amicitiæ solum gratia,) aut q̃n Rex transit per illum locum; & compellitur recipere illos in hospitium, vt resoluit Fr. Ludouicus Lopez.

Glos. in l. dic. §. si prædixerit. ff. naut. cãpo. stab.

Lop. in instr. nego li. 2. c. 38. p. 176. col. 2. & p. 177. col. 11.

3 Tertia Conclusio. Si familiares, & domestici stabularij fecerint iniuriam, aut vulnerauerint aliquem sine eius culpa, non tenetur ad aliquam satisfactionem, si vero damnificant in rebus, quas secum ducunt, tenetur ad dictam satisfactionem, quia non potest negari fuisse aliquam culpam de parte sua in custodia earum; sic enim tenet Ioannes Andreas, & resoluit Frater Ludouicus Lopez.

De Missæ Sacrificio, de Ministro celebrante, & de eius dispositione; item de tempore, loco, & vestibus, quibus debet celebrari. Cap. CCXLVII.

SVMMARIVM.

Quid sit Missa, & vnde dicatur, nu. 1.

Quis possit dicere Missam, concl. 1. numero 2.

An filius Clerici possit dicere Missam in Ecclesia patris, aut dicere Epistolam, & Euangelium, & an possit esse sacrista, aut cantor in eadem Ecclesia, concl. 1. num. 2.

An possit sacerdos dicere Missam absque adiuuante, & an in aliquo casu, possit mulier respondere, ibid.

An qui suscepit sacerdotium ab Episcopo alieno, possit in eodem Episcopatu dicere statim missam, sine licentia proprij Episcopi. concl. 2. n. 3.

An sit licitum sacerdoti celebrare feria quinta, & sexta maioris hebdomadæ, & sabbato sancto, concl. 3. nu. 4.

An

1 AD explicacionem dicendorum in hoc capite, & sequenti debet notari, quòd Missa est quædam actio, in qua per institutionem Christi Redemptoris nostri in memoriam suæ Passionis consecratur panis, & vinum in eius corpus, & sanguinem, in qua offertur æterno Patri idem corpus, & sanguis sub ijsdem speciebus panis, & vini: & antiqui Patres imposuerunt hoc nomen deriuantes à nomine Hebræo, & Chaldæo, quod est, Missael, cuius fit mentio in Deuter. quod nomen significat oblationem spontaneam, sic enim explicat eruditè Antoninus de Mocharis, hoc supposito resoluamus rem per concl. *Deut.16 cap.*

2 Prima Conclusio. Nemo pōt dicere Missam nisi sacerdos non impeditus; est autem impeditus ille, qui est excommunicatus, aut ligatus alia censura ecclesiastica, & qui sunt degradati, & priuati à celebratione Missæ. Circa, quod est notandus *Mochares c. 1. de sacrific. Missæ.*

dus casus, qui potest sæpe accidere, & est, quod sicut filius clerici illegitimus non potest habere beneficium in ecclesia, in qua eius pater habuerit illud, & minister extiterit, vt ordinatur in Concilio Tridentino, sic non potest dicere Missam in dicta ecclesia, nec cantare; nec summisse dicere; nec dicere Euangeliũ, aut Epistolam, aut esse sacrista, vel cantor, &c. quia hoc esset aliquo modo ministrare, quod prohibet dictum Concilium; quod est in tantum verum, vt nõ possit dicere in dicta Ecclesia Missam priuatam ad eius consolationem, vt dicit quicunque alius; quia licet videatur in hoc casu seruire magis suæ consolationi, quam ecclesiæ, attamen non põt negari, quod aliquomodo sit ministrare in Ecclesia ministerium altaris: vnde trahitur ad memoriam patris incontinentia, qui in ipsa Ecclesia celebrauit, quod erat ratio prohibitionis legis; sic enim tenet Nauarrus: hæc tamen opinio mihi videtur nimis rigorosa, & consuetudo est in contrarium. Et notetur, quod quamuis sit in diebus festiuis, non poterit sacerdos dicere Missã sine respondente, nisi esset festum solemnissimum; nec potest illi respondere mulier, nisi habeat priuilegium, vt habent moniales, quæ poterunt responde re ab ipsa clausura dicenti Missam in aliquo altari propinquo, quod non posset fieri, nisi in prædicta necessitate, vt allegans multos docet Henriquez: & etiam quando puer qui respondebat, abijt, & expectatus per aliquod tempo ris spatium non redit: non enim debet sacerdos derelinquere missam, sed potest ipse sibimet respondere, & eodem modo potest sibi respondere in aliqua magna necessitate, vt festiuitate sollemni, vt dictum est, & quando vult exhibere sacramentum Eucharistiæ alicui infirmo, & non est, qui respondeat ei ad missam; vt dicit Sotus, quem sequitur Suarez, dicens quod quamuis adsit fœmina, quæ possit respondere, melius est, vt ipse sibimet respondeat, cum sit præceptum ecclesiasticũ, quod fœmina non possit respondere, nec ministrare; & dicit vlterius, quod ipse non putaret esse peccatum mortale dicere missam sine ministro in aliquo festo, licet non sit multum sollemne.

Concil. Trid. ses. 25. c. 15. de ref.

Nau. l. 1. cons. tit. de const. cons. 1. q. 17.

Henr. 2. to. li. 9. de miss. c. 30. n. 1

Sot. in 4 d. 13. q. 2 art. 5. ad 12. Suar. 3. p. dispo. 86. sec. 1. part. 1809. col. 1.

3 Secunda Conclusio. Qui suscipit sacerdotium ab Episcopo alieno cum litteris dimissoriis, non potest dicere missam in illo Episcopatu, in quo suscipit ordinem statim ac recipit ordinem, si interuenit aliquod magnum interuallum a præsentatione dimissoriarum vsque ad receptionem ordinis, nõ quia celebrãs sine noua licentia sui prælati incurrat in aliquam pœnam irregularitatis, aut aliam censuram, sed quia interea posset accidere aliqua occasio, propter quam eius Episcopus iuste impedisset eum a celebratione missæ: si vero statim præsentauit litteras dimissorias, suscepto ordine, potest dicere missam sine noua licentia Episcopi, quia concedens illi licentiam, vt posset suscipere ordinem, est visus dare licentiam dicendi missam statim ac fuerit ordinatus, cum det testimonium non habere ad illud impedimentum, sic enim docet Nauarrus.

Nau. l. 3 cons. tit. de cele. miss. cõcil. 5. fol. 345.

4 Tertia Conclusio Quamuis sit licitum sacerdoti celebrare singulis dieb. tamen diebus Veneris in Parasceue, & Sabbatho sancto prohibitum est illis, vt ordinatur in iure, & sic peccat mortaliter faciens contrarium feria sexta in Parasceue, vt dicit Sotus, quamuis dicat missam secreto, quia in illo die, nec publice, nec secrete non dicitur missa, solum enim recipitur hostia, quæ consecrata est die cœnæ, vt dicit Nauarrus. Quamuis autem sit de more non dicere sacerdotes missam feria quinta in cœna Domini, & Sabbatho Sancto, non erit tamen peccatum mortale dicere eam in his diebus etiam sine licentia Prælati, secundum consuetudinem Episcopatuum, vt dicit Gutierez contra Nauarrum, qui putat esse necessariam licentiam prælati, sequiturque Nauarrũ Suarez allegãs alios. Est autem aduertendum, quod in Sabbatho

Sot. in 4 d. 13. q. 2 art. 2. p. 267. col. 1.

Nau. ca. 25. n. 86

Mm San-

Sancto potest sacerdos dicere Missam priuatam, si accidit, quod sit dies festiuus, vt sæpe solet incidere festum Annũtiationis B. Mariæ. Hanc opinionem tenet Sotus, quem sequitur Suarez contra Nauarrum, & Marcellum de Francolin: dicit autem Suarez, quod Sotum sequuntur moderniores viri docti, & timoratæ conscientiæ; & ratio est, quia licet ius præcipiat, quod in hoc die nõ celebrentur sacramenta, sicut prohibet, quod celebrentur feria sexta in parasceue: & videtur, quod sicut Sacerdotes sub pœna mortalis non possunt dicere Missam priuatam in parasceue, sic non possunt Sabbato Sancto dicere nisi publicam, & solemnem, quam ecclesia proponit, nihilominus illud ius antiquũ iam cessauit propter cessationem causæ eius prohibitionis non solum in particulari, sed ẽt in generali. Pro cuius explicatione notandum est, quod antiquitus in toto die sabbati repræsentabatur Sepulchrum Christi Domini, & eius solitudo, & sic Ecclesia stabat tota luctuosa quasi expectans Christi Resurrectionẽ; vnde per totum illum diẽ, & noctẽ, vsque ad principium dominicæ cessabat omne sacrificiũ, nunc autẽ ecclesia anticipauit tẽpus, & ab illa hora Sabbathi sancti, qua celebratur Resurrectio, celebrat Resurrectionẽ, cũ alacritate, & lætitia; & sic ab illa hora iam cessat ratio prohibitionis antiquæ, & cum cesset prædicta ratio, videtur, q̃d possit dici Missa priuate ab illa hora; & cessante scandalo. Dixi, *ab illa hora* qa dicere eam antea putarem esse peccatũ mortale, cum in illo casu militet ratio prohibitionis. Occurrit tñ aliud dubiũ, est, quæ missa debeat dici, quia si est obligatio dicendi missam Sabbathi sancti, videtur esse necessarium, quod dicatur Prophetiæ, & Litaniæ, cum nõ habeat hæc missa introitum missarum priuatarum, vt tenet Missa Vigiliæ Pentecostes; dicere autem prophetias, & litaniam in missa priuata est graue onus, & quod sine ministris difficile possit dici; Huic dubio respondeo, quod viso, quod in hac missa non ponit ecclesia introitum, & sacerdos non habet licentiam ponendi illum loco ecclesiæ, quod dicatur Missa votiua illius sancti cuius festiuitas celebratur in illo die, quod videntur insinuare Sotus, & Suarez.

Sot. n 4 d. 13. q. 2. art 2. Suar. in 3 p. qu. 83. disp 8. p. 1198 qu 8. Nau. c. 25. nu. 8. Mar. de hor. can nu. 30.

5 Quarta Conclus. Simplex sacerdos non tenetur dicere Missam, nisi ratione alicuius capellaniæ teneatur eam dicere, vt tenet D. Bonauentura Caietan & Speculum conscientiæ, & Florentinus contra alios, qui tenent q̃d peccat mortaliter, si numquam dicat Missam; nec Concil. Trident. dicit contrariũ huius, quia solum præcipit, quod celebrẽt diebus dominicis, & festis solemnibus: nõ aũt dicit peccare non facientes, cum solum cõmendet prælatis, vt faciant obseruari præceptum. Verum est tñ, quod in tribus diebus Paschæ tenentur celebrare, vt tenet expresse Nau. viso quod Christus præcepit sacerdotibus in simili tẽpore, quod celebrarent in eius commemorationem, vt dicitur apud D. Lucam. Mihi in hoc casu videtur, quod ad condemnandũ sacerdotem, qui omittit celebrationẽ, debet inspici scandalum, quod efficit, & damnum, quod infert a iæ suæ, quia hac de causa viuit maiori libertate, & hac ratione põt condemnari ad peccatũ mortale, licet accipiat Corpus Domini in dictis tribus diebus Paschæ, si omittit communionem in reliquis, vt aduertit Suarez.

Bon. in 4. d. 12. q. 4. Caie. 3. p q. 80. art 10. spec cõscie. ti 3 c. 13. §. 10. Flor. 3. p. tit. 13. §. 12 c. 69. Concil. Triden. sess. 23. c. 14. Nau. in man. ca. 33 n. 68. § 21. Luc. 22. cap. Luc. ca. 22 Suar. 3. p q. 83. ar. 2. dis. 80. sect. 1 iux fi.

6 Quinta Concl. Potest sacerdos celebrare bis in die, si sit necesse, & sit penuria sacerdotum, vt diffinitur in iure, q̃ necessitas relinquitur arbitrio prudentis viri, qui debet inspicere circumstantias necessitatis, & notare, quod ob vtilitatem Ecclesiæ potest dispensari in similibus casibus vt notat Nauarrus, & tenet expresse in quodã cõsilio dicens, quod in Anglia possunt sacerdotes dicere bis missam propter defectum eorum, & in Regno Valẽtiæ Patres Dominicani habent quoddam priuilegium, cuius meminit Frater Vincentius Iustinianus in libro vitæ Beati Fratris Lu-

Nau. c. 25. n. 87

douici

douici Beltrami, vt possint sacerdotes dictæ familiæ dicere tres Missas in die commemorationis defunctorũ, quod priuilegium est in vsu in illo Regno, & qui gaudent illius familæ indultis per viam communicationis, gaudere poterunt isto; vnde ego existens Valentiæ in conuentu D. Francisci in simili die dixi tres Missas, sicut vidi reliquos sacerdotes dicere, quo indulto non possemus vti in his Regnis Castellæ, & Portugalliæ, eo quòd non est in vsu. Quia tamen Paludan. & S. Antoninus, Sotus, Turrecremata, Durandus, & Nauarrus, ponunt aliquos casus, in quibus est licitũ sacerdoti celebrare plusquam semel in vno die, nolo eos prætertire; & quid mihi videatur circa illos dicendum. Primus est in die Natiuitatis Domini, in quo possunt dici tres Missæ; prima finitis nocturnis Matutini secundum morem ecclesiæ; & secũda quando fit mane, & tertia die claro existente, itaque secundum cõmunem non possunt omnes dici noctu, quod dicit Suarez procedere in Missis solemnibus, quia ecclesia in Communicantes ostendit id esse suæ intentionis; in Missis tamen priuatis dicit hoc non obligare, sed affirmat posse dici alias duas missas, in quacumque hora prima absolute fuerit, eo q̃d non est in toto iure præceptum quod obliget in contrarium, nec consuetudo contrarium introduxit; immo dicit vt plurimum omnes tres recitari communiter ante diem, absque vllo scrupulo; itaque sicut in aliqua communitate publica esset peccatum dicere primo horam primam quam Matutinum, ita esset peccatum, si dicta communitas voluisset dicere, & celebrare has tres Missas noctu solemniter sine distributione prædicta, quod non esset, si dicerentur priuate: additque Suarez, quod quando aliquis aliqua de causa non posset dicere Missam illius festiuitatis, ea nocte posset dicere Missam de Beata Virgine Maria pro sua deuotione noctu, & eodem modo, qui nõ posset dicere tres missas posset dicere tertiam Missam noctu, quia priuilegium non est limitatum ad primam Missam, & per consequens potest dicere quam voluerit è tribus noctu; nec est inconueniens, q̃d in secunda, & tertia Missa dicatur nocte *diem sacratissimum celebrantes* quia à media nocte incipit dies ille naturalis. Secundo quia verba non semper referuntur ad tempus, in quo dicũtur, quia sæpe referuntur ad tempus repræsentatum in festiuitate; præter quod secundum omnes huiusmodi Missæ possunt dici omnes diu, & non debent dici verba primæ Missæ, *& noctem sacratissimã celebrantes*: resoluitque Nauarr. in quodam consilio, quod non est præceptum dicendi omnes tres Missas, nisi ratione alicuius voti, iuramenti, aut statuti particularis, aut specialis obligationis teneatur aliquis eas dicere.

Palud. in 4. d. 12. q. 5. ar 4 Anto. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 4. Sot. in 4 d. 13. q. 2. art. 2. Turrec. in c. sufficit de consecr. d. 1. Durã. in rationa. li. 4 c. 1. Nau. in Man. ca. 25 n. 57. suar. 3. p. q. 39. dispu. 8. seis. 4. p. 1202.

Na. li. 4. cõs. ti. de celebr. Miss cõsil. 8.

Secundus casus est, quando aliquis dicit Missam diei, & accidit, quod aliquis moriatur, quia in hoc casu dicit quoddam decretum, vt ex eo colligit quædam glosa, quod põt aliquis post recitationem Missæ dicere aliam pro illo defuncto; Suarez tamen non admittit hunc casum affirmans, quod non est necesse, vt differatur sepultura, nec vt dicatur alia Missa, cum possit sepeliri defunctus, & missa differri ad diem sequentem.

Tertius casus est, quando accidit, q̃d veniat aliqua grauis persona, quæ non audiuit Missam, & non est alius sacerdos, qui possit dicere eã, nisi ille: quẽ casum nec admittit idem Suarez sequens Turrecrem. & Durand. eo quod minus inconueniens est, quod ea persona non audiat illo die Missam, quã dicere duas.

Quartus casus est, si in eodem die occurrant duo officia, scilicet vnum de festo, aliud de defunctis, & non est nisi vnicus sacerdos; quia in hoc casu hic poterit bis celebrare, quem casum non admittit Suarez, nisi concurrat solemnissimum festum, de quo non potest omitti Missa, in quo casu debet intelligi decretum Alexandri Papæ, qui concedit hanc licentiam.

Alex. Papa c. sufficit de consecr. d. 1.

Quintus casus est, quando sacerdos habet duas ecclesias parochiales, & nõ potest commode habere coadiutorem, in ambabusque sunt subditi, qui debẽt audire Missam, qui casus est in vsu, ita vt non solum duas, sed tres etiam Missas possit dicere idẽ sacerdos, si habeat tres ecclesias, sic dicit Suarez contra aliquos authores, qui sine sufficienti fundamẽto dicunt in hoc casu solum duas Missas dici licere, affirmatque idẽ Suarez, quod non solum poterit dicere prędictas tres Missas in diebus festiuis, in quibus tenebitur, sed etiam in ferialibus, quia nimis esset graue, quod populus esset priuatus tanto sacrificio, & opportunitate audiendi Missam: in hoc tamen conuenit obseruare consuetudinem, quæ est in dictis locis, quam si voluerit aliquis sacerdos præterire, debet cũ prælato illud conferre, si commode possit consuli. Aduertit vlterius idem Suarez, quod si sacerdos habens multas parochias non deponat in custodia sacra sacramentum feria quinta in cęna Domini in omnibus illis ecclesijs, sed in vna earum solum, ibi poterunt congregari popoli trium parochiarum, quia cum in die sequenti feria sexta in parasceue non consecrat sanguinem, sed sumat tantum vinum cum particula consecrata, si vt supponitur in vna sumpserit vinum, iam in reliquis ecclesijs, non posset sumere sacramentum, & si forte non aduertens hoc reposuerit sacramentum in omnibus tribus ecclesijs ad hoc vt possit sumere particulas repositas, non debet sumere vinum vsque ad vltimam; quod si sumpsisset, non posset facere officium in reliquis, sed solũ custodire sacramentum in Tabernaculo sacro.

Suar. vbi sup. p. 1260.

Sextus casus est, si est consuetudo, qđ in vna ecclesia dicantur duæ Missæ à duobus sacerdotibus, & acciderit, quod vnus eorum ægrotet, quia in hoc casu sanus poterit dicere duas Missas, quem casum admittunt Siluester, Angelus, & Victoria; Suarez tamen non admittit illum, eo quod illi videtur hæc causa leuis ad dandam hanc licentiam, cuius opinio magis mihi placet.

Silu. v. missa 1. q. 17. Ang. §. 46. Vict. nu 96.

Septimus casus, si ecclesia, aut sacerdos est pauper, quẽ tamen casum non admittit Alexander Papa dicens, *qui vero pro pecunia, aut adulationibus secularium vna die præsumunt plures celebrare Missas, non existimo euadere damnationem*; sic aduertit Suarez; hoc tamen decretũ non est contra supradictos patres, quia ibi non loquitur de sacerdotibus, qui non possint aliunde sustentari cũ eleemosyna vnius Missæ, sed de illis, qui nõ necessitate astricti, sed prę cupiditate, & lucro dicunt plures missas scientes peccare in hoc; vt significat illud verbum, *Præsumant*, quod secundum DD. significat temeritatem, & præsumptionem; quare alia ratione debemus cõdemnare hunc casum in sacerdote paupere, quia scilicet melius erit, quod vnica missa satisfaciat duab. eleemosynis secundum opinionem grauissimorũ doctorum, qui tenent, qđ sacerdos pauper poterit id licite facere, quando cũ vnica eleemosyna non põt sustentari: cuius opinionis faciemus mentionem infra, quomodo sufficiẽter satisfiat paupertati dictorũ sacerdotum, quod non posset fieri dicente duas missas, nisi publice & cum scandalo eorum, qui ignorant dictam paupertatem.

Alex. in d. c. suffic.

Octauus casus est, quando est tanta multitudo gentium, vt vnica non possit capere ecclesia, quia in hoc casu dicit Durandus allegans Leonem Papam, qđ possent dici duæ missæ, vt omnis populus audiat missam: dicitque allegans alium grauem authorem, eundem Leonem Papam hac de causa dixisse septẽ vel nouẽ missas vno die, quem casum libẽter admittit Suarez, notãs Leonẽ X. nõ loqui aperte de vnico sacerdote: ego tamen supposito, qđ Leo Papa dictus nõ concesserit licentiã hanc in hoc casu, nõ admitterẽ illam, quia in illo casu posset sacerdos dicere missã in aliquo altari portatili extra portam ecclesiæ in aliquo plano, & commodiori loco secundũ opinionem Nauarri, quem sequitur Guttie-

Duran. li. 2. de ritib eccl. ca. 7. Leo. in epist. 81 ad Dioscor. Suarez vbi sup. i fi.

Guttierez; de quo aliqd dicemus infra in decimaquinta conclusione; quæ missa si extra ecclesiã dicatur ab omnib. audiri poterit, & ẽt potest esse ecclesia tam parua, vt ẽt si sacerdos dicat 4. missas non sufficiant, vt aduertit idem Suarez in alia parte moderans opinionem supradictam, vnde solũ placeret mihi dicta licentia in casu, quod extra ecclesiã non posset dici commode missa in altari portatili eo modo quo dictũ est. Estque aduertendum, quod sacerdos dicẽs vno die duas, aut tres missas solum in vltima debet sumere lauatorium, quia sumens illud in vna non poterit postea dicere aliam missam.

Suar. in p. q. 83. ar. 3. dispu. 80. sess. 3. iux fin.

7 Sexta Conclusio. Ratione scandali, & festiuitatis de pręcepto, (si nõ sit alius sacerdos) debet simplex sacerdos celebrare sub pęna peccati mortalis. Exceptis vero his duobus casib. omittere celebrationem propter reuerentiam, quã fert quis sanctissimo sacramento, etiam per totam vitam, nõ est peccatũ mortale, cũ de D. Marco dicatur, quod mutilauit sibi digitũ, vt sic fieret inhabilis ad celebrandũ; omittere tñ per totam suã vitam celebrationẽ propter tepiditatẽ, & negligentiam saltem erit peccatũ veniale, cum abscondat talentũ, quod illi dedit Deus, vt post D. Tho. tenet Caiet.

8 Septima Conclusio. Iterare missam dicto euangelio ad instantiam alicuius Principis, aut audiant eã integram mercenarij, qui tunc ingrediuntur ecclesiã, ne sine missæ auditione remaneant, est peccatum mortale, sic enim tenet Salzędus contra Nauarrum, quia non est iustum, neq; decet tractare sic ministeriũ tam altum iterando illud solũ, vt priuatis hominib. satisfiat: vltra quod qui à principio audierant eam, scandalizarentur hoc facto tamquam inusitato.

Salz. in pra. cri. c. 41. p. 127. Nau. orat. mis. colu. 87. 633.

9 Octaua Conclusio. Sacerdos qui relinquunt missam semel inceptam sine vrgentissima causa, peccant mortaliter, & remanent suspensi, vt decretum est in iure, non tamen incurrunt excommunicationem maiorem, aut minorẽ, vt dicunt Nauarr. & Salzedus. Dixi, *sine vrgentissima causa*, quia si derelinquant eam, postquam incepta est, iusta de causa nõ peccant mortaliter: erit autem iusta causa, quando presbytero incepta missa superuenerit aliqua infirmitas repentina, aut si recordetur quod sumpsit aliquid cibi, aut quod sit supẽsus, interdictus, aut irregularis, vt dicit Nauarr. quod intelligitur, si non sit scandalum, quia si sit scandalum ex omissione Missæ, quamuis sumpserit cibum, aut sit irregularis, nõ debet relinquere Missam. Potest etiam relinquere missam, si ingrediatur ecclesiam excommunicatus denuntiatus, qui non vult exire ab ecclesia, si hoc accidat ante Canonẽ, qui si accederet sacerdos ad verba consecrationis, debet missam finire: & idem debet dici, si incępta missa ponatur interdictum, aut cessatio à diuinis, antequã accedat sacerdos ad verba consecrationis; nisi possit dici Missa ianuis clausis, vt potest dici tempore interdicti tam à clericis, quam à religiosis in virtute suorum priuilegiorum, de quibus fecimus mentionem in explicatione Bullæ Cruciatæ.

Nau. in ora. mis. 42. Salz. vbi su. c. 45. pag. 156. Naua. in Man. ca. 25. n. 75.

10 Nona Conclusio. Qui dicit Missã cantatam cum Diacono, & Subdiacono, non tenetur dicere per se secreto epistolam, & Euangelium antequam cãtentur, vt docet Nauar. quia nullo iure ad illud obligatur, nec Missale Pij V. habet talem cęremoniam, si autem esset necesse id facere, deberet etiam dici, quod Passio, quæ dicitur in septimana sancta, deberet dici secreto ab ipso sacerdote; aliasq; rationes ponit Nau, cõtrariũ tñ colligitur ex rubricis Missalis, & oẽs, qui profitentur intelligentiã rubricarũ, tenent contrarium, quibus debet in hoc dari fides magis q̃ Nau. quorum studium particulare versatur circa hoc, nec occupatur in grauioribus, vt Nauarri studium, & aliorum. Nota autem, quod qui tenetur ratione alicuius anniuersarij, aut capellaniæ dicere Missam de mane, aut parum ante meridiem, tenebitur illam dicere ea hora, & eo loco, in quibus præce-

Nau. de ora. mis. c. 78.

ptum est dicere, & qui tenetur dicere missam de Requiem, aut alias votiuas, tenetur eas dicere, sicut institutæ sunt, nisi in duplici, quia tūc satisfacit dicens Missam duplicis secundum ordinē missalis, & consuetudinem, missaq; impetratoria dictarum Missarum suppletur deuotione sancti, vt dicit Henriquez.

Henr. 2. to. li. 9. d̄ missa c.24.n.6

11 Decima Conclusio. Sacerdos qui habet intentionem consecrandi omnes hostias, quas habet coram se putans esse decem, si sunt vndecim consecrat omnes vndecim, quia effectus consecrationis non sequitur ex sua opinione, sed ex sua intentione. Hinc infertur, quod si ignorans numerum hostiarum habuerit intentionem consecrādi decem, & facta consecratione inuenerit vndecim, nulla earum erit consecrata; & ideo non conuenit, quod habeat intentionem consecrandi numerum signatū, sed quod habeat intentionem actualē, aut saltem virtualem consecrandi tō ā materiam, quā habet præsentem. Secundo sequitur, quod si sacerdos in mente sua signauerit decē, quas vult consecrare, si inueniat vndecim, decem solum signatas consecrasse putandum est, non autem quam inuenit absconditā sub alijs, sic enim dicūt Ricar. Dur. Silu. quos sequitur Angelus. Notaq; quod sacerdos, qui tenet præsentem omnem materiam, quam debet consecrare, consecrat eam, quamuis non tangat, neq; videat eam, vnde poterit consecrare hostias, quas habet clausas in custodia, seu tabernaculo, aut quomodocumque coopertas, vt antiquitus consecrabatur calix coopertus, vt dicit Henriquez cū communi: sufficit autem ad consecrationem intentio virtualis, vnde qui adduxerit decem formas, seu particulas, verbi gratia, ad consecrandum, licet earum non recordetur tempore offertorij, aut consecrationis, remanent nihilominus consecratæ.

Ric. in 4 d. 10. q 2. ar. 7. et ibi Duran. sil. v. euch. 2. §. 7. & 8. An. d̄ euch. ar. 3. diff. 8. Henr. 2. to. l. 8. d̄ euch. c. 14. n. 2.

12 Vndecima Conclusio. Tenetur sacerdos celebrare ieiuno stomaco vt præcipitur in Concilio Carthaginensi, & si post consecrationem fuerit recordatus, quod comedit aliquid aut bibit, debet recipere sacramētum, si vero ante Missam recordatus fuerit, non debet dicere illam, nisi magnum oriri possit scandalum, quia vitare scandalum est præceptum diuinum, quod debet præferri præcepto humano dicendi Missā ieiuno stomacho; sic tenet Sotus post Angelum, & Siluestrum. Nota autem, quod somnus non est necessarius ad digestionem, vnde qui cænauit ante mediam noctem, licet postea non dormiat, poterit dicere Missam sequenti die: verum est tamen quod si sentit se grauatum cibo, cum non sit digestus, bonum erit abstinere ā communione, vt dicit Sotus.

cōc. car. hētur in c. sacramēta de cōse. d. 3

So. in 4. d 3. q. 2. ar. 6. So. in 4. d. 2. q. 1. ar. 8.

13 Duodecima Conclusio. Qui dicit Missam sine candela, & aqua, peccat mortaliter. Nota autem, quod candela debet esse cerea, vt mos est ecclesiæ; estque illicitum celebrare solum cum lucerna olei, imo tempore necessitatis, quando non est candela cerea, non esset licitum, nisi in aliquo casu nimis particulari cessante scandalo, & contemptu, vt insinuat Suarez: nullo autem modo conuenit celebrare cum candela seui, aut alterius vilis materiæ, sufficit tamen poni vnam candelam in altari, vt notat Iacobus de Graffijs, nec debet poni determinatus numerus tanquam superstitiosus, vt dicit Concilium Tridentinum: peccatque mortaliter, qui celebrat cum pane fermentato, & in calice ligneo, debetq; deponi ab officio, & beneficio, quæ pęna debet imponi ab Ordinario secundum qualitatem loci, & contemptus sacerdotis; vt communiter tractant doctores cum Scoto: peccatq; regulariter loquendo sacerdos dicens Missam sine paramentis sacris, remanetque subiectus excommunicationi maiori, vt ordinatum est in Concilio Bracharensio tertio, & in Concilio Tridentino condemnatur pio hæresi dicere, quod huiusmodi vestes, quibus vtitur ecclesia non sint sanctæ ac deuotæ. Et quod sit peccatum mortale celebrare sine illis

Sua. 3. p. q. 83. ar. 3. d. 81. sel. 9. p. 1216. co. 2.

Graffis li 2. c. 32 n. 1 cōc. Tri. sess. 22. d ob seruan. in cel. br. Missæ. Doct. in 4. d. 9. vbi Sc. q. 1. ar. 1.

cōc. Bra char. 3. c 3. cōc. Tri. sess. 22. ca 5. & c. 7.

Soto. in 4. d. 22. q. 1 a. 2. Cou in c. alma mat. 1. p. § 9 n. 1. Lug Regul 38.

illis resoluunt, tenentque Sotus, & Couarruuias. Verum tamen est, quod non incurrit sacerdos excommunicationẽ ipso facto, nisi monitus fuerit, & non cessauerit, quia in hoc casu debet excommunicari, & suspendi secundum iudicium ordinarii, vt dicit Bern. Diez de Lugo. Notandum vlterius, quod tenentur sacerdotes dicere orationes proprias secundum vestes sacras, quando ornantur, cum ecclesia iubeat sic dici, vnde si eas omiserint, peccant mortaliter, si adsit contemptus, vt dicit Nauarrus, qui debet hoc modo intelligi, quia si omittantur sine contemptu, non est peccatum mortale, vt tenet Hẽriquez.

Nau. li. 3 consi. ti. de celeb miss cons. 2. f. 343. Hẽriq. li 9. de miss. c. 24. in fin.

14 Decimatertia Conclusio. Licitum est non solum illi, qui habet caput debile, sed etiam sano dicere Missam amictu sacro posito supra caput vt possit maiori attẽtione, & deuotione celebrare, si absit scandalum; est etiam licitum homini habẽti caput debile dicere Missam coopetto capite tempore frigoris cum aliquo birreto honesto præcipue vsque ad consecrationem, si vero est dubium an causa sit sufficiens nec ne, si sacerdos sit sæcularis, petat dispensationem ab Ordinario, & si est regularis a Prouinciali, qui habet iurisdictionem quasi episcopalem, vt dicit Nauar. quo etiam modo debet intelligi Suarez.

Nau vbi supr. cõc. 4. f. 345. sua. 3. p. q. 83. a. 3 d. 82. sec vl. in 2. Concil. Trid. ses sion. 22. in decreto de vitandis, & obseruandis.

15 Decimaquarta Conclusio. Concilium Tridentinum ordinauit, quod Ordinarij nõ consentirent dici Missam in locis priuatis, aut ex toto extra ecclesiã, sed in ecclesijs tantum, aut oratoriis dedicatis cultui diuino notatis, aut visitatis ab Ordinario, quòd decretum comprehendit etiam presbyteros regulares non obstantibus eorum priuilegiis. Circa quod est notandum, quod licet ante Concilium Tridentinum posset dici Missa extra ecclesiam in altari portatili cum ara, & cæteris ornamentis necessarijs, vt est determinatum in iure, nunc non possent. Episcopi dare licentiam ad hoc, nec Papa concedit illam Episcopis, aut aliis personis, quæ Romæ degunt, Cardinalibus exceptis, tenet tamen Nauarr. pro certo, quod sicut ante Concilium poterant celebrare sine licẽtia Episcopi extra ecclesiã in altari portatili alicuius necessitatis ratione, sic est licitum nunc, quia huic non derogatur a Concilio, quod debet notari propter oppida, quæ solent sępe facere processiones, eundo ad aliquas paruas ecclesias, vbi dicunt Missam extra ecclesiam in altari prædicto, vt ab omnib. possit audiri, & propter cantãtes primas Missas in aliquibus paruis ecclesijs, qui, cũ sæpe confluat multus populorum affiniũ, & vicinorũ cętus, nõ possunt dicere Missam in ipsa ecclesia, sed vt audiatur ab omnibus, est necesse, vt apud ecclesiam dicatur in loco aperto, & plano Nauarr. sequitur Guttierez adducens quandam declarationem Cardinalium reformationis, qui declarauerunt etiã; quod non debet Missa dici in domibus priuatis, nisi necessitatis causa, in qua debet dici in aliquo oratorio seu facello dedicato cultui diuino; vnde condemnatur quorundam vanorum hominum consuetudo, qui sine necessitate volunt, vt dicatur illis Missa domi; & magis condemnantur Ordinarii, qui cũ facilitate concedunt licentiam, ad id faciendum. Hinc est, quod non est bonũ dare Ordinarios licentiam, vt dicatur Missa in domibus infirmorũ, quia Concilium dicit teneri eos ad obseruationẽ eorum; quæ prædictum ordinat Concilium, inter quæ continetur non debere dici Missas in domibus priuatis: quod probatur, quia ante Concilium poterãt Episcopi in suis diœcesib. concedere hanc licentiam, vt notat Ioannes Andreas, & Panorm. si autem nunc etiam possent dare eandem, frustra esset prohibitio Concilij: item quia sic interpretata est consuetudo huius decreti, vt aduertit Nau. Itaque quãdo domini Cardinales declarãt posse dici Missam causa necessitatis in domibus priuatis, de necessitate debet dici in aliquo oratorio, aut altari dedicato diuino cultui multum ante visitato ab Ordinario, nõ potest tamen dici loquendo generaliter

Na c. 21 n. 10. & c. 25 nu. 68. & 82

Gut in qq. can. c. 30 nu 28.

And. & Pan. in c. cũ ijs de priu. Na. li. 1. consi. tit. de constit. consil. 1. q. 77.

ter in altari facto, aut posito ad illud, quando conceditur licentia durante necessitate infirmitatis, quia cum infirmi sint multi, & altaria portatilia possint de facile auferri, ex hoc redundaret magna irreuerentia in illum altissimum Deum, qui in hoc sacrificio offertur. Secundo debet notari, quod Episcopi possunt etiam nunc post Concilium Tridentinum existentes in suis Episcopatibus, si adsit iusta causa dicere Missam in altari portatili, si habeant licentiam ad illud, quia Concilium nõ prohibet directe dici Missam in altari portatili, sed solum dicit quod Episcopi id non consentiãt in suis episcopatibus: item quia per dictam modificationem videtur Concilium voluisse ordinare, quod non daretur licentia pro libito; & sine iusta causa ad dicendam sic Missam, si tamen esset iusta causa, posse ipsum Episcopum illam dicere, aut dare licentiam, vt dicatur secundum decretum in Cõcilio Triburiensi relatum in decreto; sic enim explicat Concilium Nauar. quod ego intelligo (secundum prædicta) si ponatur altare in loco decẽti; & in specto per Ordinarios, quando Missa debeat dici. Dixi *in suis diœcesibus existentes*, quia extra suam diæcesim non poterit Episcopus dicere hoc modo Missam, si prohibitum sit sic dici ab Ordinario illius loci, secundum dictum Concilium Tridentinum. Tertio debet notari, quod priuilegia apostolica, quæ habeant fratres minorum concessa à Sixto IV. Honorio III. & Clemente IV. vt possint dicere Missam in quouis loco decenti suarum domuũ, aut extra ecclesiam in altari portatili absque licentia Ordinariorum sunt abrogata a Concil. Trident. cum loquatur etiam de regularib. & deroget omnib. priuilegiis, & consuetudini in contrarium; sic enim tenet Nau. cuius opinionem puto veram in foro exteriori, quia in foro interiori cõsciẽtię possunt vti priuilegijs pdictis, cũ Pius V. quodã viuæ vocis oraculo cõfirmauerit dicta priuilegia solum in foro conscientiæ, licet sint contra Concil. Trident. præter quod Concil. Trident (vt dixi) non prohibet directe dici Missam in altari portatili, sed solum, quod Episcopi non cõsentiant, licet religiosi allegent priuilegia in contrarium, Videmus, etiam, qd Episcopi non impediunt religionibus hoc. Quarto debet notari, quod, quando datur priuilegium, aut licentia ad dicendam Missam in oratorio particulari, aut ecclesia noua, debet concedi cũ hac clausula, scilicet, *sine præiudicio ecclesiæ parochialis*; nec potest semel data reuocari, vt dicit Salzedus affirmans, sic fuisse declaratum per dominos Cardinales reformationis. Quinto debet notari, quod nec cum priuilegiis, nec cum licentia est licitum celebrare in loco indecenti, sicut esset aula, vbi prandium paratur, aut cubiculum, vbi dormitur, quia esset nimis indecens vti his locis, nisi in aliqua magna necessitate infirmitatis, sic enim dicit Sotus addẽs, quod melius illi videretur, quod aliquis temaneat sine auditione missæ (quando aliqua de causa non potest ire ad ecclesiam) quam audire eam domi, nisi esset persona illustris.

[Margin notes: Nau. l. 1 consi. tit. de priu. consi. 16 fo. 562. — Nab in cõp. pri uil. titu. mis. 1. p. §. 1. & 6. — Nau. c. 25. n. 82. — Salz. in pr. crim. c. 28 pa. 101. col. 1. — Sot. in 4 d. 13. q. 2. ar. 3 pa. 572. col. 2.]

16 Decimaquinta. Conclusio. Ad dicendam Missam est necessarium altare & hoc debet esse lapideum, vt diffinitur in Concil. Hypponensi, & tradit Gratianus. Circa quod debet notari, quod non est necesse, quod altare fixũ sit lapideum, quia potest esse ligneum, aut terreum, quo ad partes remotas, sed sufficit, quod mensa superior sit lapidea, & sit tam lunga, & ampla, vt possit in ea calix stare, & patena cum hostia, sufficit enim, quod maior pars calicis, hostiæ, & paternæ possint locari in ea sine periculo casus, sic enim dicunt communiter DD. Paludanus, Sotus, Alexander de Ales, Siluester, & Nauarr. Quod altare debet esse sacratum; nemo autem potest illud consecrare nisi Episcopus, vt constat ex iure, nisi priuilegium sit in contrarium, vt habent presbyteri societatis Iesu, ad loca remotissima infidelium, in quibus nõ sunt Epi-

[Margin notes: Grat. in c. altaria de cons. d. 1. — Doc. in 4 d. 3. vbi Palu. q. 2. ar. 4 sot. d. 3. Alensis 4 p q. 38 membr. 3. alias qu. 10. membr. 5. art. 2. sil. ver. altare. Na. c. 5. nu. 85.]

scopi

scopi Catholici, concessum à Paulo III. anno Do. 1549. & idem habet nostra sacra religio, & ordo prædicatorum ad dictas partes, de quo late tracto in explicatione priuilegiorum Apost. Notetur autem, quod ista consecratio durat, donec lapis est integer, qui consecratur; si autem rumpatur, ita vt in aliqua eius parte possit stare calix cum patena, & hostia, hæc pars remanebit cum sua cōsecratione, vt docent Siluester, & Paluda. & Nauarr. quod si non possit stare, perditur consecratio: amittitur etiam, quæ quando ab altari fixo aufertur lapis superior, qui est consecratus, in cuius consecratione præcipue consistit altaris consecratio, cui est vnitus, vt tenent prædicti DD. intelligentes hoc modo quoddam decretum canonicum, quod videtur id dicere, & ratio huius est, quia altare fixum videtur, quod consecretur tanquam immobile, & permanens, vnde non est idem loqui de portatili, quia hoc consecratur vt portatile, & sic si separetur lapis à tabula, aut mēsa, cui est infixus, vt ponatur in alia, non ideo amittit suam consecrationem, prę-terquam quod semper consecrantur huiusmodi lapides sine tali tabula. Hāc opinionem tenent Siluester, & Angelus, licet vtatur quibusdam distinctionibus parum necessarijs ad hanc materiam; hæcque opinio debet teneri contra Paludanum, Astensem, quos sequitur Durandus.

Silu. Palu. Nau. vbi sup.

Palud. in 4. d. 13. q. 2. ar. 4 conf. 2

Silu. & Nauar.

17 Decimasexta Cōclusio. Pręceptum est dicēdi Missam in altari fixo, aut portatili consecrato, quod transgrediens peccat mortaliter, nec Episcopus potest in eo dispensare; & licet Papa possit in eo dispensare iusta de causa, non tamen legitur id fecisse. Altare vero fixum non consecratur, nisi in ecclesia consecrata, aut benedicta; verum est tamen, quod in aliquo casu potest dici Missa in altari consecrato, licet ecclesia non sit consecrata, nec benedicta; sicut si ecclesia caderet altari manente integro: potest autem dici in altari, dum ecclesia reędificatur, quæ ob suam destructionē amisit consecrationem; altare autem portatile cum huc illucque asportetur in quocunque loco, siue benedictio, siue non, potest in eo dici Missa, sicque est in vsu cum particulari priuilegio, aut necessitate, vt supradictum est in conclusione decimaquinta.

Silu verbo altare, §. 19. & ibi Ang. §. 2.

Palu. vbi sup.

Asten. libr. 4. sū. tit. 14. artic. 4.

Duran. lib. 1. ratio. c. 5

18 Decimaseptima Conclusio. Necesse est, quod Missa dicatur in altari parato quibusdam paramētis: primo enim est necesse ꝙ super alia re cōsecrato, aut ara extendatur pannus lineus, quo saltem cooperiatur superior pars dicti altaris, & sic est in vsu; deinde debet extendi tobalea lini, super qua immediate extendantur corporalia, ita vt ante corporalia sint duæ tobaleæ ex lino, aut vna duplicata, sic enim in iure determinatum est, sicque tenent Siluester, & Paludanus, & directorium curatorum contra Angelum, qui dicit sufficere vnam tobaleam: hæ autem tobaleæ debent esse lineæ; non est vero necesse, quod sint benedictæ. Præterque hos pannos lineos sunt necessaria corporalia, quę debent esse linea, & ab Episcopo benedicta, vt determinatum est in iure, adeo, vt addant Concilium Remense, quod non misceatur cum lino vlla alia materia, licet preciosior existat, aut vilior, quod debet intelligi quo ad interiorē partem eorum, in qua locatur hostia consecrata, & calix; extremitates enim possunt esse laboratæ auro, & argento; benedictio autem eorum, cum fiat sine chrismate, potest committi simplici sacerdoti; vnde habent authoritatem benedicendi ea Prælati religionum, vt dixi in explicatione priuilegiorum Apostolicorum; duratque hæc benedictio donec rumpantur corporalia; dūmodo ruptura sit notabilis, ita vt in sano non possit stare calix, & patena cum hostia, vt dicit Siluester. Et hinc sequitur, quod ex sua natura est peccatum mortale dicere Missam sine his corporalibus, quia hoc præceptum comitatum consuetudine ecclesiæ est graue satis, & multum pertinens ad reuerentiam huius sanctissimi Sacramen-

c. altaris pala, de consecr. dist. 1.

Siluest. missa 1. q. 1.

Palu. & Innocē. & direc. cura.

Sil. ver corpor. 1. q. 2.

ti, vt

D. Th. 3. p. q. 83. ar. 3. ad 8 ti, vt dicit D. Tho. Notetur autem, quod qui celebraret sine tobalea, solum, scilicet cum corporalibus immediate post linteum positum super altare, non peccaret mea sententia mortaliter, nisi id faceret contemptu, aut si non adsit scãdalum, cum præceptũ celebrandi cum duobus linteis non sit tam graue, & inuiolabile; si vero celebraret sine ambobus, licet fieret celebratio super corporalia, graue committeret peccatũ, quia hoc est contra vniuersalem consuetudinem ecclesiæ, nisi esset causa, quæ hoc postularet, vt infra dicetur, sicque tenet Suarez. Suar. 3. p. q. 83. art. 3. d. 81. sess. 6 p. 1226. col. 2.

19 Decimaoctaua Conclusio. Præceptum est celebrandi cum infula, qua operitur calix, vbi non est consuetudo operiendi calicem cum ijsdemmet corporalibus, vt antiquitus fieri solebat; sentitque Sotus non esse de essentia infulam ad ornamenta altaris, vnde affirmat non esse scrupulum dandum si sit sericea, aut linea: Suarez tamen tenet, quod cum successerit in loco partis corporalis, qua antea solebat calix operiri, est necesse, vt sit benedicta, sicut ipsa corporalia; & quod debet esse linea, quamuis tamen opinio huius doctissimi viri fundetur in quadam authoritate Innocentij, qui videtur id aperte dicere, vsus tamen inualuit in cõtrarium inter personas graues, & religiosas; vnde videmus esse in vsu infulas reticulares, & alterius materiæ, quam sit linũ, quem vsum ego non audeo cõdemnare, & videtur mihi ortum habuisse ex eo, quia non tangit infula species sacramentales, sicut ipsa corporalia. Sot. in 4 d. 13. q. 2. ar. 3. Suar. vbi supra. Innoc. l. 2. de mysler. missæ. c. 36.

20 Decimanona Conclusio. Est obligatio dicendi Missam cum aliquo Missali, in quo legatur, quia licet sacerdos sciat Missam memoriter, potest in illa deficere, & sic dicens Missam sine Missali exponeret se periculo peccandi, si ex ea relinqueret aliquam partem notabilẽ; sic enim docent Siluester, & Nauarrus, cum communi, Verum tamen est, quod ego non condemnarem ad mortale sacerdotem, qui in aliqua graui necessitate diceret Missam sine Missali, si dictus sacerdos sit satis expertus, & qui fecit periculum suæ memoriæ, vt insinuat Suarez, quod accipio libenter, dummodo absit contemptus, & scandalum. Sil. ver. miss. 1. Nau. ca. 25 n. 84 & 85. Suar. vbi supra p. 1227. col. 1.

21 Vigesima Conclusio. Magnam irreuerentiam cõmittunt sacerdotes domini celebrantes cum paramentis sordidis, cum transgrediantur quoddam ecclesiasticum præceptũ, quo præcipitur, vt sint munda, vt significetur munditia, agni immaculati, qui in hoc sacrificio offertur, vt dicit Paludanus; vnde Caietanus dicit, quod non obseruare hanc munditiem est peccatum intolerabile, & ex sua natura mortale; idemque sentit Silu. quando ornamenta sũt nimis sordida, quod est verum in corporalibus, cum tangant species sacramentales, tamen loquendo regulariter, quando sordities non est nimia satis, non erit nisi peccatum veniale cessante scãdalo, & contemptu. Palud. in 4. d. 13. q. 2. ar. 6. Caie. v. missæ celebr. Sil. ver. missa. 1. q. 2.

22 Vigesimaprima Conclusio. Obligatio est celebrandi cum calice, & patena, consecrata, quæ debet Episcopus consecrare, vt resoluit Siluester cum ceteris summistis, & notatur in iure; nullusque alius potest id facere sine Apostolico priuilegio, vt tenent aliqui religiosi ad partes remotas infidelium, & ego declaro in explicatione Apostolicorum priuilegiorum; quæ consecratio absoluitur ruptione calicis, aut patenæ, ita vt emittant suam formam; & quando calicis vas, & ipsa patena sunt auro obducta, quando de nouo inaurantur, etiam amittunt consecrationem, vnde necesse est, vt iterum consecrentur, cum in his vasis reponatur hostia consecrata, & sanguis Christi Domini nostri; si vero solum auferatur aurum à calice, non ideo amittit cõsecrationem, & ideo potest in eo celebrari, nisi deaurandus itetum sit, quia cum tota materia calicis fuerit consecrata, licet amittatur, non desinit esse consecratum argentum: dici potest, quod si argentum remaneat consecratum, etiam remanet consecratum Silu. & alij summistæ v. calix, & benedictio.

tum

tum aurum, quod postea imponitur, quia cum hoc sit paruum, quod est maius, trahit ad se, quod est minus: ad hoc respondeo; quod in hoc casu pars argentea, quo ad materiæ quãtitatem est quidem magis, at quoad vsum id quod additur est magis principale, nõ solum quia materia sit nobilior, sed quia tangit immediatè corpus, & sanguinẽ Domini, estque veluti forma reliqui. Notetur etiam, quod amittit calix consecrationem, si vas separetur à pede per fractionem; quia in hoc casu calix amittit figuram, qua fuit consecratus, sic enim tenent Palud. & Syluester: verum est tamen, quod Syluester vtitur quadã distinctione, & limitatione, quæ parum facit ad rem supradictam, nec habet locum in calice tornatili, cuius vas artificiosè separatur à pede; quia licet huiusmodi vas separetur, non amittet suam consecrationem, quia in hoc casu videtur, quod calix fuit consecratus tanquã tornatilis, & sic necessario consecratum fuit vas absolutè ad recipiendum sanguinem, non autem pes, cum non deseruiat nisi solum ad sustinendum ipsũ vas. Ex dictis infertur, quod capsa vbi custoditur sanctissimum Sacramentum debet esse consecrata, aut saltem benedicta, cum in illa reponatur Corpus Christi, & tangat ipsum, sicut tangunt corporalia, quæ benedicuntur, & sic in pontificali Romano ponitur benedictio, qua debet benedici insinuans, quod sufficit, vt benedicatur, nõ autem esse necessarium, quòd consecretur, sic enim tenet Sotus, quòd debet teneri, licet Paludanus, quẽ sequitur Syluester, dicat non esse necessarium, quòd hæc capsa benedicatur.

Pal. i 4. d. 13. q. 2. ar. 6. cõsil. 2. Sil. ver. calix.

Sot. in 4 d. 13. q. 1. art. 3. Pal vbi sup. q. 1. art 4. Silu. euch. 3. q. 4.

23 Vigesimasecunda Conclusio. Non peccat mortaliter sacerdos dicens Missam, priusquam dicat Matutinum, hæc conclusio est Soti, cui adhæret Syluester, licet cum aliquo dubio; eam tamẽ defendit Suarez multis argumẽtis, respõdetque ad argumenta Nauarri, qui tenet contrarium: immo Nauarrus, si rectè inspiciatur, dicit quod loquendo strictè tenentur Sacerdotes dicere Matutinum, antequam dicant Missã, quia nullum est præceptum, quo ad illud obligẽtur, officiumque diuinum non habet respectum præcisum, & necessarium ad officium Missæ, nec consuetudo dicendi Matutinum ante Missam est credendum, quod sit introducta cum animo obligandi; quod si ex hac opinione sumant occasionem sacerdotes dicendi Missam minori præparatione, cum non dicant prius matutinum, ob id debet reijci. Dico, quod etiam sumunt praui occasionem peccandi ex misericordia diuina, tenetque opinionem hanc Suarez ita veram esse, vt dicat fere, nõ peccare venialiter, licet nullam habeat causam ad illud; verum tamen peccabit venialiter, quia omisit dicere Matutinum sua propria hora absque causa. Ex dictis infertur primo, quod si adsit causa legitima, sine dubio neque peccat venialiter, cum videamus, quod dicere Primam ante Matutinum, si adsit causa legitima, non est peccatum veniale; erit vero legitima causa, si instat hora dicendi Missam, quam expectat totus populus, aut aliqua grauis persona, aut quando præterit tempus opportunum ad dicendam Missam, quia in hoc casu, & alijs similibus potest dici Missa, antequam dicantur horæ prædictæ. Verum tamen peccabit venialiter differẽs Matutinum ad illam horam sine causa legitima. Secundo infertur minus peccare sacerdotem, qui dicit Missam, antequam dicat Primam, quod loquendo de peccato mortali affirmat idem Nauar. & loquendo de peccato veniali, licet aliqui dubitent, ego tamen puto nullum esse, quia nec consuetudo, nec præceptum est, quod iubeat contrariũ. Tertio sequitur, quod dicere Matutinum, & reliquas horas vsque ad Completorium inclusiue ante Missam ex sua natura non est peccatum, si legitima de causa totum officium diuinum anteponitur: debet tamen notari, quod dicere Missam solemnem diei in ecclesia, antequam in choro dictum sit Matutinum,

Sot. in 4 d. 13. q. 2. art. 2. & li. 10. de iust.

q. 5. ar. 4 Sil. ver. Missa. 1. q 6. Suar. 3. p. 3. disput. 82. sect. 1 p. 145. colum. 1. Nau de orat. c. 3 nu. 70.

Nau. d. c. 25. n. 79.

num, & Prima est graue peccatū; quia in hoc casu peruertitur ordo solemnis ecclesiæ, & loquendo absolute, & generaliter esset scandalum, si accidat in ecclesijs, in quibus sit mos dicendi officium diuinum in choro, quia in alijs ecclesijs, vbi non est hæc consuetudo, non esset peccatum mortale celebrare non dicto officio diuino.

24 Vigesimatertia Conclusio. Ad dicendam Missam tenetur sacerdos vestiri sex vestimentis, scilicet, amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, casula seu planeta, quæ annumerantur in Concilio Remensi, sic enim dicit Sotus, Syluester, & Nauarrus, qui dicunt has vestes de necessitate debere esse benedictas, dicit vero Sotus, quod in aliquibus prouincijs introduxit consuetudo, cingulum non benedici, cuius opinionē sequitur Riccardus: Nauarrus tamen discedit ab ea, eo quod in Pontificali Romano ponitur benedictio pro cingulo, & reliquis vestibus. Nota vero Caietanum dicere, quod hoc præceptum obligat tanto rigore, quod nec periculi causa liceat dicere Missam sine huiusmodi vestibus, quod Nauarro videtur nimis durum; & ideo solum ego admitterem opinionem Caietan. in casu, quo sacerdos esset constrictus celebrare in contemptum rituum ecclesiasticorum, & ecclesiæ, quæ ordinauit eos; quia in hoc casu tenetur potius mori, quam id facere. Item reciperem ego hanc opinionem, quando sacerdos esset compulsus celebrare deficientibus omnibus vestimentis, vt insinuat Henriquez, tenetque expresse Suarez præter magnam irreuerentiam, quę committitur contra Deum in hoc casu, cum debeat tunc sacerdos sedere ad mensam eius, celebrareque in nomine suo, ac offerre sanctissimum eius corpus sine vestibus, quæ repræsentent magnum sacerdotē Christum: non erit tamen peccatum mortale relinquere aliquam ex his vestibus in aliqua legitima occasione, præcipue si res sit ex minoris momenti rebus, vt verbi gratia, stola, aut cingulum, vt docent viri graues: relinquere tamen earum quamlibet sine causa omnes putant esse peccatum mortale. Verum est tamen, quod si iste defectus euenisset, incuria, aut obliuione non esset nisi solum peccatum veniale, vt dicit Sotus, immo neque esset peccatum veniale, si obliuio fuisset naturalis, vt affirmat Suarez; si vero negligentia, quæ in hoc casu interfuit, fuerit leuis, peccatum erit veniale, si autem fuerit crassa, & supina, erit mortale, vt tenet Caietanus, quo modo debent intelligi, illi, quos adducit Victoria.

Concil. Rhe. ca. 4. apud Burch. l. 3. c. 50. Sot. in 4 d. 15. Syl ver. miss. 1. Nau. ca. 25. n. 84 Scot. in 4. d. 13. q. 2. vbi Richar. ar 3. q. 4 Nau. vbi sup. Caiet. l. 3. q. 96. art. 4. Nau. vbi sup.

Henriq. tom de miss. ca. 29. li 9. nu. 5. in marg. Suarez 3. p. qu. 83. ar. 3. disp. 82. sec. 2. p. 1151.

Sot. in 4 d. 13. q. 2 art. 3. ad 8. Suar. vbi sup. Caie ā. ver. miss. celebr. Vict. in sum. nu. 98.

25 Vigesimaquarta Conclusio. Sacerdotes tenentur in Missa obseruare ritus eius, sicut in Missali determinatur, & continetur; quod probatur ex Concilio Tridentino, & ex quodam Motu Proprio Pij V. qui est positus in principio omnium Missalium: quando autem omissio alicuius cæremoniæ erit peccatum mortale, seu veniale, non est facilè verificare, nisi inspecta grauitate materiæ, contemptus, & negligentiæ, secundum attentionem, quam ille habet aliorum præceptorum moralium, vnde si omittitur notabilis pars Missæ, vt est Epistola, aut Euangelium, aut aliæ partes satis principales, erit peccatum mortale, si vero omittatur aliqua parua pars erit peccatum veniale, quamuis sit ex Canone, vt si omitteretur nomen alicuius Sancti, aut si omitteretur tempore Paschali, quod dicitur in oratione, [Communicātes,] aut in oratione [Hanc igitur oblationem,] aut si omitteretur vna, aut duæ collectæ, quas iubet ordinarius, vt ponantur. Notetur etiam, quod si omittat sacerdos obliuione naturali, [Credo] aut [Gloria,] aut [Præfatio propria] non tenetur loquendo regulariter repetere illa, si recordetur postea, vt aduertit Syluester. Aduertatur secundo non teneri sacerdotes dicentes Missam priuate celebrare Missam de feria, aut de festo, quod occurrit in illo die, sed posse dicere quā voluerint pro sua deuotione, quia non tenetur celebrare Missam tali die determina-

Concil. Triden. sect. 22. c de obseru. in celebr. miss.

Sil. ver. Missę, 1. qu. 3. q. art. 4. & 5.

miniate, vnde nos non debemus eos obligare, vt celebrēt Missam de feria, aut de sancto, cuius festiuitas celebratur. Dixi, missam priuate, quia in solemnibus maior est obligatio conformandi cum ordinario, dicendique Missas proprias dici in ecclesijs parochialibus, & conuentualibus, vt constat ex iure. Notetur vlterius, quod, quando quis ratione alicuius capellaniæ, aut stipendij tenetur dicere Missam determinatā, debet adimplere sic, non tamen peccaret, si absque scandalo omittat eam, vt se conformet cum Missali. Denique loquendo generaliter debet consuli, ne prætermittatur ordo Missalis sine causa rationabili, vt dicunt Sylnester, Sotus, & Nauarrus, & Victoria. Secundumque supradicta debet explicari quod Pius V. dicit in Motu Proprio, in verbis quę sequuntur: [Mandantes, & strictè omnibus, & singulis in virtute sanctæ obedientiæ præcipientes, vt Missam iuxta ritum, modum, & normam, quæ per Missale hoc à nobis nunc traditur,] decantent, atque legant.

Sil. ver. miss. q 1 4.7.8.& 10. So. in 4. d.13.q.2 art.1. in fine. Nau. ca. 21.n.7. Victor. i summa, num.25

26 Vigesimaquinta Concl. Tenentur sacerdotes non addere nouas collectas pro sua deuotione, aut noua verba vltra ea, quę ritus ecclesię ordinat, vt Pius V. in sua constitutione addens hæc verba dicit; [Ne in missæ celebratione alias cæremonias, vel preces, quā quæ in hoc Missali continentur addere, vel recitare pręsumant:] Conciliumque Trid. idem præcepit, & secundum hoc reuocantur canones antiqui, quibus concedebatur licentia addendi aliqua communicata cum hominibus doctis, aut approbata ab aliqua synodo; iam enim ecclesia statuit ordinem, posuitque modum, cui nihil addi potest. Noteturq; quod ex natura rei maius peccatum est addere, quam omittere, quia hoc est omissio, sed illud est commissio, vnde potest grauis accidere culpa in hoc, si quod additur, est alicuius momenti, vt tenent Syluest. & Sotus, & Summistæ, præcipuè, si addatur in ipsa Missa publicè, non tamen si ponatur secreto celebrante Sacerdote aliqua oratio ab eo pro sua deuotione, licet peccet venialiter perturbans ritum huius altissimi mysterij. Notetur etiam, quòd ad hoc, vt sit peccatum mortale in hoc casu, est necesse secundum constitutionem Pij V. quod addatur cum malitia, & pręsumptione, vt denotat verbum illud, præsumant; non autem quando simplicitate, aut pauca consideratione id factum sit, & idem dicendum est, si aliquis omittat, aut addat aliquam cæremoniam, obliuione, aut incuria, seu potius data opera, & per contemptum, & si cæremonia est parua, quia si omitteret cæremonias omnes, vel partem illarum ignauia, non inspiciens eas, ego condemnarem illum ad mortale.

Concil Triden. sess.22.c. d obser. in celebr. Miss Concil. Carth.3 can. 23. Concil. Mil c.12

Sil. ver. miss.1. q. 2.§.3. So.d.13. q.2.ar 4

27 Vigesimasexta Conclusio. Qui dicit Missam in peccato mortali absq; cōfessione eius, non peccat nisi vnicum peccatum mortale, quia licet secūdum aliquos dicere Epistolam, aut Euangelium in peccato mortali sit peccatum mortale, hoc intelligitur, quando dicuntur per se; si vero dicantur ab ipso sacerdote, qui dicit Missam, cum ordinentur ad hoc diuinum sacrificiū, non erit peccatum mortale distinctū ab ipso, quod committitur in dicta celebratione, quæ perficitur, & consummatur, quando sumitur ipsum corpus, & sanguis Domini. Verum est tamen, quod, si post communionem suam vult præbere sacramentum alteri personæ, cōmittit aliud peccatum mortale distinctum, cum actus sit distinctus, & si administraret Eucharistiam mille personis, non esset nisi vnum peccatum mortale, vt tenet Henriquez contra Syluestrum. Nec obstat, quod in his mille communionibus sint mille actus distincti numero, vnde videntur tot esse peccata, quia licet sint distincti quo ad suam entitatem; moraliter loquendo non reputantur, vt distincti, sed in genere moris tenentur tamquam vnus actus, sicut in simili habetur, vt idem actus audire mille Confessiones, sedendo continue in loco ad id solito, aut per leue tempus sub-

Henr. d pęnit l. 2. c.5.n. 6 Sil ver. de.nu.a in fin.

subleuando: non est autem sic, quando aliquis ponitur in via, aut ostio cum animo occidendi tot homines, quot prętericrint: quia tot sunt peccata, quot fuerint homines occisi, vt si decem, decem sunt peccata propter decem iniustitias distinctas, quas committit, non solum quo ad entitatem earum, sed etiã quo ad malitiam moralem.

De hora dicendi Missam.

Cap. CCXLVIII.

SVMMARIVM.

An possit dici Missa ante lucem diei, conc. 1. num. 1.

Quod sit legitimum tempus, intra quod possit dici Missa, concl. 2. nu. 2.

An qui celebrat post meridiem, peccat mortaliter, concl. 3. nu. 3.

Missa priuata & solemnes qua hora possit dici concl. 4. nu. 4.

Missa solemnis quo dicatur, ibid.

1 PRima Conclusio. Non potest dici Missa, antequam incipiat clarescere; sic enim tenet D. Thom. Gabriel, & omnes summistæ, & consuetudo id nos docet, in regulisque Missalis præcipitur, vt dicit S. Antoninus. Pro clarescere autem non intelligitur apparitio ipsius solis super nostrum Orizontem, in quo viuimus, sed prima claritas, quę apparet ante ipsam solis irradiationem; vnde accipit occasionem Gabriel cum Scoto ad dicendum, quod est licitum incipere Missam ante solis ortum, per horam & dimidiam: Suarez tamen dicit res morales non esse metiendas regulis mathematicis, ita vt negotium consistat in indiuisibili: præcipue cum hæc lux nunc exeat citius, nunc tardius: dicit tamen, quod stando in rigore iuris communis non est peccatum celebrare hora, & dimidia ante solis ortum: & addunt Paludanus, & Victoria quod erit licitum celebrare etiam dimidia hora ante ipsam auroram, ita vt finiatur Missa in ipsa auroræ apparitione plus minusve, quod est receptum in practica. Debet tamen notari, quod in aliquibus religionibus est priuilegium ad celebrandum vna, aut duabus horis ante lucem solis, cui priuilegio in foro conscientiæ non est derogatum, vt probo in nostra expositione priuilegiorum Apostolicorum, nec contra hoc obstat motus proprius Sixti V. publicatus in Hispania anno 1587. in quo iussit vt Concilium obseruaretur derogans omnibus priuilegijs in contrarium, quia hoc priuilegium non fuit publicatum in omnibus diœcesibus Hispaniæ, vnde puto non esse receptum, nec potui scire, & habere illud, vt viderem, an derogaret viuæ vocis oraculis, immo nisi scirem esse publicatum in Hispania, non facerem de illo mentionem in explicatione Bullæ Cruciatę, ne mouerem scrupulos religiosis, qui iustis de causis habent iam de more dicendi Missas ante lucem, quod possunt facere non obstante dicta reuocatione, & dictis iustis causis: quarum vna erit, quando debent facere iter, vt audiantque eam mercenarij, vt dicit Henriquez, & vt communicentur infirmi, qui sunt in extremis; nec ad hunc casum est necessaria licentia Episcopi, si est absens, quia hoc à iure communi conceditur secũdum communem tam religiosis, quam presbyteris sæcularibus, nec Concilium Tridentinum hoc prohibuit. Quando autem priuilegium dicit, quod possit celebrari Missa vna hora ante lucem, debet intelligi secundum doctrinam supra positam per tres horas ante Solis ortum: quia per duas suppositum est posse celebrari absque priuilegio: cuius ratio est, quia priuilegium tantum valet, quantum sonat.

D.Th. in 4. d. 13. q. 1. a 2. vbi omnes Do. Gabr. l. 14 i can. D. Ant. 3 p. tit. 13. c. 6. §. 4. Gab. vbi supra Sco. d. 13 q. 2. Suar. 3. p. dispu. 80. sec. 4 pa. 1121. col. 1. Palu. d. d 13. q. 2 Vict. in sũ. n 97.

Henriq. l. 9. de missa c. 24. nu. 5

2 Secunda Conclusio. Legitimum tempus, intra quod dici potest Missa, est vsque ad meridiem inclusiue, ita vt possit incipi antequam horologium sonet pro hora meridiana: hæc conclusio est magis recepta, & communis, quam tenet

Gab. l. 14 in can. maior. dist. 13. q. 4. vbi Sot. q. 2 art. 2. & li. 10. de iusti q. 5 ar. 4. Marcel. de horis can. c. 41 Durā. l. 2 de red. eccl. c. 7 Côc. Tr. sess. 22 c. de obs. in ritu. Scot. & Durā in 4. d. 33. q. 2. Ang. & Rosella v. Missa, nu. 46. Nau. ca. 25. n. 22 & de or. misc. 76. p. 618. Salze in pra. cri. c. 46 ifi. Mot. p. pr. Pij V. in c. sanctiss. in Christo pa q habet in côst. apostol. Pii V. const. 1. p. 517. Silu. vbi supra.

Gabriel, Ioannes Maior, Sotus, & alij quos allegant Marcellus, & Durandus, cum Concilium Tridentinum ordinauerit sacerdotibus, ne dicant Missam, nisi in tempore, & horis determinatis ab ecclesia, & hoc tempus, & hora est Missali præcepta. Est tamen notādum, quod sunt aliqui DD. graues, qui dicūt, quod secundum ius commune potest incipi Missa tribus horis post meridiē, inter quos est Scotus, Durandus, Nauarrus, & Salzedus: quæ opinio nunc non potest teneri secundum motū proprium Pij V. præcipientis, quod nullo modo possit Missa celebrari hac hora. Circa quem motum proprium debet notari primo, quod loquitur, quando aliquis regulariter absque causa legitima dicit, aut facit dicere Missā hac hora, non autem loquitur in aliquibus casibus particularibus, vt quando celebratur festum solemne, & non finitur Missa, & concio, nisi duabus horis post meridiem, quia in hoc casu posset dici Missa post hoc officium solemne, ne multa pars populi remaneret inaudita Missa, & idem est, si iter faciendo occurrat celebrare Missam in aliquo festo; quia ēt posset dici parum post meridiem, ita vt saltem incipiatur ante vnam horā transactam à meridie, quod videtur insinuare Sotus, consuetudoq; in simili casu id permittit, & Missalis regula id ostendit, cum in eo addatur non sine causa [communiter] res autem morales in casibus particularibus, si nō sunt declaratæ, aut limitatæ à lege non debent consistere in indiuisibili, pręcipue cum negotium celebrandi hac hora non sit ita graue, vt de se impediat, ne possit ampliari eius tēpus iusta de causa. Nec obstat ad hoc dicta constitutio Pij V. ibi (quocunque prætextu) ex quibus verbis videtur colligi quod nec dictis de causis licet incipere Missam post meridiem, quia ad hoc respondeo, quod dicta verba intelligūtur secundum materiam, de qua agitur, scilicet quod nullus colore alicuius priuilegij, aut cōsuetudinis audeat semper sine legitima causa celebrare in dicto tempore, vt latius explico in expositione priuilegiorum Apostolicorū: in qua defendo, quod dicta constitutio non reuocat potestatem, quam Episcopus tenet ad dispensandum super hoc in aliquo casu particulari, non tamen generaliter, vt tenet Suarez.

Suar. 3. p. disp. 80. sec 4 p. 1203. conc. 2.

3 Tertia Conclusio. Qui celebrant per audaciam, & præsumptionem, hora tertia post meridiem, peccant mortaliter, & remanent perpetuo suspensi à diuinis D. xi audacia, & pręsumptione, quia si id faciant incuria, pauca cōsideratione, aut simplicitate nō incurrunt dictas pęnas, neque peccant mortaliter; quia dicta constitutio habet verbum [præsumant] quod significat audaciam, & pręsumptionem, vt noto in explicatione priuilegiorum Apostolicorum: in qua videbitur Deo volente, quod reliquum est ad declarationem huius constitutionis, ne hic amplius detineatur, quam stylus Summistarum requirit.

4 Quarta Conclusio. Missæ priuatæ possunt incipi à principio lucis, vt declaratum est, vsque ad meridiem inclusiue, vt resoluunt DD. & Alexander de Ales, Gabriel, S. Antoninus, & omnes Summistæ, & Nau. qui affirmant, quod Missę solemnes debent dici tribus horis ante meridiem, sed iam consuetudo introduxit vt dicantur hora commodiori secundum occasiones, quę solent euenire, vt aduertit Suarez, pro Missa autem solemni intelligitur Missa, quæ vocatur diei, non autem aliæ Missæ, quæ sæpe decantantur cum solemnitate, quia huiusmodi Missæ debent celebrari secundum earum institutionem, & deuotionem.

Suar. 3. p. disp. 80. q. 3. iux. fin.

De defectibus, qui possunt accidere in celebranda Missa.

Cap. CCXLIX.

SVMMARIVM.

Quid faciet sacerdos post communionem si comperit nō fuisse vinum, quod sūpsit, & con-

& consecrauit, conclus. 1. num. 1.
Quid faciet sacerdos, si omiserit aliquid essentiale in consecratione, conclus. 2. num. 2.
Quid faciet reperiens fuisse immissum venenum in materiam consecrationis, conclus. 3. num. 3.
Et an possit hic defectus suppleri cum alio, conclus. 4. num. 4.

1 PRima Conclusio. Sacerdos, qui reperit post sumptionem hostię nō fuisse vinum, quod consecrauit in calice, non est necesse, vt de nouo consecret hostiam, & vinum, & incipere de nouo à versiculo; [qui pridie quam pateretur] prosequens missam vsque ad finem eius, vt dicit S. Th. sed sufficit quod accedat ad cornu altaris simulans accipere vinum pro purificatione, & accipiat vinum, consecretq; illud solū, incipiens, à versu [Simili modo postquam cænauit, &c.] vsq; ad verbum. [Vnde & memores,] vt dicit Scotus, quem sequitur Nau. & nunc denuo Suarez, vt sic populus non sentiat sacerdotis defectum; qui vero turbatus existens non consecrauerit vinum, non considerans teneri consecrare sub vtraque specie, non peccabit mortaliter, vt tenet Adrianus verum est tamen, quod si post sumptionē sanguinis inuenit dictum defectum in hostia, quia reperit esse hordeaceā, aut habere similē defectum, maior est difficultas, circa illud quod fieri debet à Sacerdote in isto casu, quia si solum consecrat hostiam, videtur esse peruertere ordinem consecrans primo sanguinem, quam hostiam, qui ordo est magni momenti, vnde dicit Suarez, quod in hoc casu debet iterum consecrari hostia, & vinum, si potest haberi cum facilitate. Mihi videtur, quod sufficit consecrare hostiam, vt tenet Paludanus, & Angelus, quia licet dictus ordo sit magni momenti, hoc debet intelligi non euenien te simili casu: in quo si populus aduerteret, posset facilè rem compertire, vnde sequeretur in illo turbatio.

D Tho. i 3 p. q. 83. ar. 6.
Scot. in 4 d. 8.
Nau. ca. 25. n 91.
Suar. 3. p. d. 85. se. p 129. cū seq.
Adr. 4. de euch. c. 23.
Suar. vbi sup.
Palud. ĩ 4. d. 11. q. 1. ar. 2
Angel. ver. missa, n. 17.

2 Secunda Concl. Reperiens sacerdos, quod non consecrauit hostiam, aut vinum, quia omiserit aliquod verbum essentiale, aut mutatus sit necessarius sensus formæ, sufficit, quod denuo consecret hostiam, aut vinum prædictum; & idem est si accidat in pane, & vino defectus; & probatur, quia hoc est necessarium ad perfectionem sacramenti: & idem dicendum est, si sacerdos cognoscat defectum post sumptionem hostię, quod procedit, licet cōmissus fuisset error ab illo malitiose, quia licet ob suam malitiam inciderit in talem defectum, non debet esse in causa talis malitia, vt omittatur perfectio sacramēti, si postea pęniteat ipsum propriæ culpæ, & velit perficere opus; quod tamen est verum, quando defectus accidit in aliqua materiarum, solum quia si contingat in vtraque, & est sumptus panis, aut vinū, non debet suppleri defectus consecrando reliquam materiam, quia sic non esset perfectum, neque imperfectum sacrificium, sed totum fictitium, vnde nō obligat præceptum faciendi integrum sacrificium, vt aduertit Suarez, qui dicit; quod quando celebrans non recordatur commisisse dictum defectum, nō debet iterare consecrationē, nisi habeat aliquas coniecturas probabiles, quibus reddatur certior, quod non consecrauerit dictam materiam; dicitque quod sufficit, vt suppleatur defectus formæ, quod repetantur illius verba, vt iubetur in Missali Romano.

Suar. vbi supra p. 1291. col. 2.

3 Tertia Conclusio. Quando post consecrationem reperit sacerdos, quod in materia sit venenum, non debet sumere species consecratas, quia sacramentū vitæ non debet recipi cum periculo vitæ, quæ species debent seruari, quousque corrumpantur, & postea debent mitti in piscinam sacram, quia ipsis corruptis iam Christus non est sub eis sacramentaliter, etsi fuerint species vini, debēt imbibi in aliquo linteo, aut stuppa, quæ debent seruari, donec exsiccentur, & exsiccatæ debent comburi, vt dicitur in Missali Romano, & hoc modo debent explicari Palud. & Syluester, & reli-

Pal. ĩ 4. d 9. q. 1. in fin.
Sil. ver. euch. 1. §. 3.

reliqui Summistæ, qui dicunt esse sacrilegium comburere has species; quod est verum interim, ac est suspicio, quod sub illis sit Christus Dominus: circa quod videri potest Altisiodorensis. Notetusque, quod si solum in sanguinem sit venenum, quamuis aliqui dicant, quod ambæ species debent consecrari, vt tenent Palud. Syluest. & Victoria, tamen contrarium debet dici, quia licet ipsi teneant, quod quando reperitur defectus formæ in consecratione panis, debet repeti consecratio vtriusque speciei; non ideo debet dici idem in casu, de quo nunc est sermo, cum in illis ambabus sit rite obseruata consecratio ipsarum, & sic solum deficit species consecrata apta, vt recipiatur, vnde sufficit, quod illa consecretur, dummodo defectus sit per sensus ante, vel post sumptionem alterius speciei, vt tenent clare D. Thom. & Sotus.

Altisiodor. li. 4 sũ. trac. 5. c. 3.

D. Th. 3 p. q. 83. art. 6. ad 3. Sot. in 4. d. 13. q. 1. ar. 4. ad 3. & q. 2. art. 6. ad 3.

4 Quarta Conclusio. Quando defectus essentialis, qui reperitur in consecratione, non potest suppleri ab eodem sacerdote, qui celebrans missam illum commisit, debet suppleri ab alio sacerdote, vt definitum est in Concilio Toletano, explicantque S. Thomas, Sotus, Syluest. Paludan. Nauarrus, & reliqui Summistæ; quod intelligitur, licet non consecrauerit nisi vnicam materiam, prout superius est late explicatum. Dixi, si non possit suppleri ab eo, qui commisit, quia si idem potest illum supplere, committeret sacrilegium non perficiens sacrificium. Reliqua pertinentia ad defectus in hac materia possunt videri in Romano Missali, quia in illo ponuntur regulæ pertinentes, & resoluentes clare dubia, quæ possunt occurrere, quæ debet sacerdos aduertere, & scire vt fugiat defectus, qui possunt committi in hoc infinito sacramento nostra culpa, & negligentia, aut alijs casibus occurrentibus.

De stipendio seu eleemosyna pro celebranda Missa. Cap. CCL.

SVMMARIVM.

An Parochi teneantur dicere quotidie Missam pro suis subditis, concl. 1. num. 1.

An satisfaciat, qui recipit stipendium applicans valorem personalem alteri, cui incumbebat, conclus. 2. num. 2.

An capellanus teneatur facere dicere Missas, quas ipse tenetur dicere cum ipse eas celebrare non possit, vtpote quia sit ager, &c. conclus. 3. num. 3.

An peccent sacerdotes, qui vna solum Missa volunt multis satisfacere accipientes stipendia pro multis, ac si dicerent eas, conclus. 4. num. 4.

An sit licitum statutum aliquorum Episcoporum, qui iubent ne pro singulis missis detur, vel recipiatur nisi certa quadam quantitas, ibid.

An possit sacerdos vnica Missa satisfacere tribus, cum sit egenus, & pro sui sustentatione egeat stipendio trium missarum, ibidem.

An sit securus in conscientia sua sacerdos, qui animo obligandi se promittit vnam Missam celebrare, si postea non celebret eam, licet non receperit stipendium pro illa, conclus. 5. num. 5.

An sit licitum sacerdoti, qui promisit celebrare vnicam missam, applicare intentioni illius, qui petiuit eam, vnam partem fructus, quam habuit pro ea tantum conclus. 6. num. 6.

An peccent mortaliter, qui aggregant obligationes missarum, quas pro nunc non possunt dicere. conclus. 7. num. 7.

An sacerdos possit dicere Missam qui tenetur celebrare alias pro quibus habuit stipendium, conclus. 8. num. 8.

An sacerdos, qui non habet eleemosynas, possit dicere missas, antequam accipiat stipendia applicans eas intẽtioni eorum, qui prius dederint ei stipendia, conclus. 9. num. 9.

An sit licitum sacerdoti dare alteri dicen-

tendas Missas, soluereque pro singulis dracmam vnam, cum ipse habuerit ab alijs duns dracmas concl. eadem.

An possint prælati iubere in virtute obedientiæ subditis, vt dicant Missam pro eius intentione, & facere irritam intentionem subditi applicātis intentioni suæ Missam illius: conc. 10. nu. 10.

An possit Parochus capere stipendium pro Missis, quas ipse alias tenetur dicere pro suis subditis, conclusio. 11. nu. 11.

An, qui distribuit Missas, possit ex eleemosyna aliquid sibi applicare, concl. 12. num. 12.

An possint Episcopi reducere Missas ad numerum minorem conc. 13. nu. 13.

1 PRima Conclusio. Ordinat Concilium Triden. sess. 23. c. 14. de refor. vt curet Episcopus, vt presbyteri saltem diebus dominicis & diebus festiuis, si autem curam animarum habuerint tā frequenter, vt suo muneri satisfaciant, Missas celebrent. Ex quibus verbis colligitur, quod non tenentur curā animarū habentes ratione beneficij de cura, quod habent, dicere quotidie missam pro suis subditis, vt tenent Palu. Nau. & Cordub. & defendit hoc Suarez contra Sot. & confirmatur, quia in iure non inuenitur præceptum, nec consuetudo in contrarium, cum in illo solum dicatur, quod tenentur curam animarum habentes ad celebrandum, seu celebrare faciendum in diebus, in quibus oues concurrunt ad audiendam rem sacram ratione obligationis; immo nec his diebus est vllum ius, quo obligentur ad celebrationem pro illis, vnde debet considerari in hoc casu consuetudo, & constitutiones synodales, quæ super hac re factæ fuerint.

Pan 1 4. d. 45. q. 3. dub. 3 Nau. ca. 25. nu. 140. Cord. l. 1. qq. q. 4 Sot. li 9 de iusti. q. 3 ar. 1 & in 4. d. 13. q. 2. art. 1. Suar. 3. p. disp. 86. sec. 1 p. 1299.

2 Secunda Conclusio. Ille, qui tenetur dicere vnam Missam pro certa aliqua persona, non satisfacit, offerens pro illa generaliter, quia hic modus offerendi est communis omnibus fidelibus, & ideo non procedit ab aliquo stipendio, quod pro celebratione recipiatur, sed à communi lege ecclesiæ, nec satisfacit applicans huic personæ fructum, qui ex Missa sibi cōpetit, quia opinio est probabilis, quod sacerdos non possit applicare hunc fructum alteri: item quia sacerdos, qui celebrat Missam in peccato mortali non habet fructum personalē, quem possit alteri applicare, & sic tenetur satisfacere illi personæ cum fructu, quem in quantum minister publicus potest illi applicare, vt resoluit Suarez. Vnde infertur, quod peccant mortaliter, nec satisfaciūt obligationi, qui cum teneantur dicere Missam pro aliqua persona, curant satisfacere dicentes pro alia, illique applicantes, quid sibi competit fructus, alterique valorem ministerialem, quia persona, cui applicant valorem personalem, qui illis competit, remanet notabiliter lęsa, & defraudata, & quidem secundum continuos casus, de quibus quotidie interrogor, sunt quidā ignorantes, qui vt lucrentur aliquid, putant hoc modo satis facere fundati magis in suo pauco Dei timore, quam in aliqua ratione sufficienti, quam ad id faciendum habeant; cum deberent accedere ad hoc sacramentum magno timore, & reuerentia. Suar. vbi supra

3 Tertia Conclusio. Capellanus, qui non potest (quia ægrotat) dicere Missas suæ capellaniæ, tenetur facere eas celebrari suis expensis, si in eius fundatione cauetur expresse, ne possit percipere eius redditus, nisi iusserit eas dici; si vero in fundatione hoc non cauetur, sed solum dicitur, quod celebrentur verbi gratia tres, aut quatuor Missæ in hebdomada; si infirmitas fuerit breuis duorum, aut trium dierum, non tenetur facere eas dicere; quia non est credendum, quod fundator voluerit tam strictè, & præcisè obligare hunc capellanum; quod probatur, quia Conc. Trid. non putat longum terminum spatium duorum mēsium, vt habentes curā animarū possint abesse à suis Parochijs; in quibusdamq; capellanijs expresse ordinatū est, quod si capellani ægrotent per duos mēses, computetur illis, ac si seruiuissent. Si vero ægritudo fuerit longior tene-

tenebitur facere, vt missæ dicantur ab alio, aut restituere proportionaliter hęredibus institutoris eleemosynā) quam percepit pro illis, si forsan nō inuenit, q̄ posset eas celebrare, quia non est credibile defunctum voluisse contrarium huius, nec voluisse q̄ capellani, quamuis iusta de causa eximerentur ab obligatione sua, sic tenet Petrus de Nauar.

Nau. li. 3. restit. c. 2. nu. 210 l. ar bit. §. d̄ illo, ff. d̄ vsufr. ibi gl. 4 Quarta Concl. Peccant mortaliter sacerdotes, qui vnica missa multis satisfaciunt, cum pro omnibus acceperint stipendia, & tenentur restituere dicta stipēdia; hæc opinio est communis, vt refert Cordub. qui sequitur eam, referens quinq; opiniones, & vt dicit Petrus de Nauarra, qui multa eruditione resoluit hoc punctum contra Caietanū & alios, qui in hoc dederunt maiorem libertatem, quā par erat in simili materia, non aduertentes multi illorum, quod eleemosyna, & stipendium non datur pro applicatione fructus missæ, quia hic est spiritualis, & sic cōmitteretur simonia; sed datur tanquam stipendium temporale, viso quod æquum est habere aliq̄d stipendium illum, qui seruit altari, quo possit cōgruè sustentari, quod stipendiū pro nunc æstimatur dracma argentea, & alibi plus secundum rerum charitatem, quibus sacerdos eget ad sustentationem; vnde recipiens viginti argēteos pro vna missa committit iniustitiam, & tenetur ad restitutionem, cum recipiat multo plus, quam meretur pro labore. Hinc sequitur, quod sacerdos diues nō priuatur receptione stipendij, quia licet non egeat eo ad sustentationem sui, tamen non amittit ius viuendi de altari, cū altari seruiat, quod sufficit circa hoc punctū. Hinc infertur (viso enim, quod datur pro Missa, non datur tanquā eleemosyna, sed tanquam stipendium) valere, licitumq; esse statutum Episcoporum, qui pręcipiunt sub excommunicatione, quod non detur, nec recipiatur plus quam certa quantitas pecuniæ pro singulis missis, vt tenet Corduba, quem sequitur Aragon. contra Sotum, & Nauarr. quod statutum, & excommunicatio non comprehendit religiosos exemptos: verum est tamen, quod non potest præcipere sub excommunicatione clericis, ne accipiant minus, quam taxatum est pro stipendio, vt aduertit Aragon. Est etiam notandum non posse sacerdotem pro Missa accipere plus, quā sit necessarium pro sui sustentatione, & vnius famuli, non autem pro sustentatione fratrum suorum, & familiæ decēter gubernandæ: vnde si sacerdos sit pauper, & non possit habere in vno die nisi duas, vel tres quantitates paruas stipendij pro missis duabus, vel tribus quę prædicta stipēdia non sufficiunt nisi ad diem: tunc non tenetur dicere tot missas, sed satisfaciat vnica missa illis duobus, vel tribus, qui dederunt stipendia, sicut qui habet aliquod beneficium tā tenue, vt verbi gratia, non valeat octo ducatos, non tenetur dicere omnes horas Canonicas; sic enim tenent Sotus, Honcala, Corduba, Canus, & Petrus de Soto, quos sine sufficiēti ratione reprobat Nau. non considerans, quod dicitur apud S. Lucam, & D. Paul. quod qui laborat, meretur sustentationem: si vero dictus sacerdos fuerit diues, & receperit tria stipendia parua pro tribus missis non satisfacit dicens vnam, sed debet dicere tres cum promiserit eas, & non eget maiori stipendio ad sui sustentationem, vnde promittens eas visus fuit renuntiare iuri, quod habebat, si esset pauper, & in hoc casu erit vera sententia Nauar. vt aduertit Henriquez.

Cord. l. 1. qq. q. 3. Nau. vbi supra nu. 163. Cor. l. i. qq. q c dub. 4. Arag. 2. 2. q. 85. art. 3. Sot. li. 9. de iust. q. 3. ar. 1 respons. ad 2. Nau. in sum. ca. 13. nu. 106. Sot. vbi sup. & i 4. d. 14. 13. qu. 1. c. 14. Hōcala opusc. d̄ valore missę articu. 2. & 15. Tab resti. § vl. Cord. vbi sup. Canon. de locis lib. 12. c. 13.

5 Quinta Conclusio. Non remanet securus, & liber in conscientia sua, qui promisit cum animo obligatiuo dicere vnam Missam, quamuis non receperit stipendium, si postea non dixerit eam, quæ simplex promissio obligat, quando sit cum hoc animo, quia si fieret solum ad exteriorem satisfactionem, ne videatur auarus illi, qui petit eam, tunc poterit eam omittere; quia huiusmodi promissio nascitur ex quodam metu reuerentiali, qui in foro conscientiæ tollit obligationem; quod quidem est verū, nisi intelligat, quod ille, qui petiuit

Petrus. Sot. de euch. le. 7. Nau. ca. 25. n. 95 n 92. & 93. §. 4. Luc. 10. & 1. Cord 9. Henr. 2. to. li. 10. de miss. c. 12. nu. 15.

Missam, debebat eam dicere, aut dici facere, quia in illo casu tenetur, quia ille putans illum promisisse ex animo, non curat vt amplius illa dicatur.

6 Sexta Conclusio. Non faciunt bene aliqui, qui promittẽtes vnã Missam aut gratis, aut pro stipendio, applicant intẽtioni eius, qui petiuit vnum solum ex fructibus ipsius Missæ, scilicet aut fructum impetratorium, aut fructum satisfactorium dicentes, quod, quando quis petit aliquam Missam pro aliquo necessitate infirmitatis, aut similis solũ eget fructu impetratorio, non autem satisfactorio, & è contra, quando petit eam pro aliquo defuncto; vnde dicunt quod vnica Missa possunt duobus satisfacere, qui diuersis respectibus petierunt Missam pro defuncto scilicet, & pro aliqua gratia impetranda; eorum autem fallacia consistit, eo quod non considerant; quod stipendium non datur pro fructu sacrificij, sed per viam stipendij pro labore: videndus est Nau. super hoc puncto, qui tenet nostram conclusionem.

Nau. ca. 25. n. 22

7 Septima Conclusio. Qui relinquunt Missas retro commissas non dicentes eas, peccant mortaliter, si notabiliter obliuiscantur in hoc, quia Missa cõmittitur pro aliqua necessitate spirituali, aut pro aliquo felici successu, vnde potest accidere, quod si dicatur cito, velit Deus concedere illam gratiam, quam econtra propter negligentiam sacerdotis non recipit, aut tarde recipit, quod est præiudicio illi, qui omisit talem missam; si autem Missa ordinetur pro aliqua anima, quæ sit in purgatorio, clare videtur iniuria, quæ illi irrogatur ex mora, cum possit esse, eam non exire a pœnis illis defectu suffragij: vnde tenentur sacerdotes ordinare, vt statim dicantur, nisi tales sacerdotes sint mercenarij, quia huiusmodi possunt accipere stipendia pro aliquibus Missis, quamuis statim non possint dicere eas, quia aliter deficerent eis sæpe Missæ, & non haberent sustentationes, debent tamen ea stipendia esse pauca, & pro pauco tempore duratura, quod relinquitur arbitrio boni viri, vt dicit Nauar. & hoc modo debent intelligi, quæ traduntur a Siluestro, & Corduba.

Nau. d. c. 2. ẽre. nu 367. cũ seq. Sil. verbo Missa, q. 10. i fin. Cor. li. 1 qq. q. 4. dub. 5.

8 Octaua Conclusio. Licitum est sacerdoti dicere Missas (non habens alias ante promissas) ex illis, quas tenetur celebrare in futurum pro aliqua intentione, vnde si deficiant Missæ capellano, potest dicere Missas suę capellanię, quas postea teneretur dicere, cum dicat Missam pro certa intentione, & soluit debitum, antequam debeat illud; si autem aliquis sacerdos dixerit pro intentione alicuius, quem scit sibi commissurum Missas in futurum, potest recte accipere stipendia ab illo, qui nesciat, an missæ dicantur nec ne, monens illum, qualiter dixit aliquot Missas pro eius intentione ex ijs, quas illi committere debebat; nescire autem, an dicatur, quando dicuntur, illum, cuius intentioni applicatur, nihil impedit effectus huius sacrificij, vt dicit Corduba.

Cord. vbi sup.

9 Nona Conclusio. Sacerdos, qui non habet eleemosynas, potest dicere Missas antequam illi cõmittantur, vt si aliquis commendet ei aliquas Missas, satisfaciat ei cum dictis Missis celebratis applicando ei valorem earum; hæc conclusio est contra Cordubam, quam tenet Nauarrus, & sequitur Aragon, quę intelligitur, quando dicens huiusmodi Missas ante tempus habeat celebrans expressam, aut tacitam voluntatem reseruandi applicationem earum in futuram occasionem, applicans eas ex tunc pro intentione eius, quem Deus scit commissurum sibi, vt dicat illas Missas. Probatur autem hæc conclusio sequenti ratione, quia licet huiusmodi applicatio Missæ respectu nostri sit prętерita, quando commendatur eius celebratio, respectu tamen Dei, & in sua diuina acceptatione semper est pręsens suæ æternitati; ita quod æque recens est, ac si in illo momento offerretur Missa, quæ commendata fuit: denique respectu Dei præteritum non præterijt, & futurum non est futurum,

Cord. vbi sup. Nau. vbi sup. nu 373. Arag. 2 2. q. 8 ar tic. 3. p. 927.

vnde

vnde passio Christi Redemptoris nostri præterita quo ad nos, tam præsens est diuinæ acceptationi, sicut in puncto, quo passus fuit, cum illud punctum sit semper præsens in æternitate: hac ratione satis efficaci probat Nauarra hãc opinionem, cui ego nescio respondere, & puto quod Corduba non discederet ab ea, si ipsam penetraret. Vnde tenet eam Henriquez dicens eiusdem sententiæ esse Theologos, & Canonistas Salmanticenses consultos super hoc casu.

Henriq. l.9 l. de missæ, c.21. numer.81.

Nota vero quod videtur illicitum colligere stipendia multarum Missarum cũ animo faciendi eas dici in alijs partibus pro minori stipendio illo, quod receptũ est, quia hoc sacrificium non est materia negotiationis temporalis, sed spiritualis; neque est hæc Christi intentio, nec ecclesiæ, si vero sunt doctores graues, qui condemnãt locationes eleemosynarum, quas Pontifex, aut Rex concedit per litteras, vt petantur, quanto graue peccatum erit negotiari cũ Missis non aliter quam si esset mercatura, & lucrum temporale. Verum est tamẽ, quod non condemnarem ego hoc ad peccatum, quando aliquis esset nimis pauper, & non posset illas dicere, aut magna cum difficultate, & mora diceret eas, quia in hoc casu poterit licite vti dicta industria, si consentiat libere, qui recipit eas, vt sic satisfaciat debito, quod præcipue debet prætendi in hoc casu, non autem lucrum; & idem dicendum est de capellano, quia potest ea dici facere dans solitum stipendium, licet ipse retineat sibi aliquid eleemosynæ, quæ pro illis est assignata, quia pinguis est, quia hoc non retinet, nisi ratione beneficij, vt dixit Henriquez: & idem debet dici de Parocho, qui aggregauit multas Missas, & postea dat eas dicendas alteri pro minori stipendio illo, quod recepit, dummodo stipendium, quod ipse alteri dat sit iustum, vt docet Sotus, quem defendit Suarez contra Cordubam.

Cord. de casib. q. 908.

Henriq. vbi sup. c. 22. in fin.

Sot li.9. de iusti. q.3. ar.1 Suar. 3. p d. 86.

10 Decima Conclusio. Prælati possunt sub obedientia præcipere subditis, vt celebrent Missas pro certa, & determinata intentione, & subditi tenentur illis obedire: non dicentes autem Missam pro sua intentione non solum peccant, sed tenentur ad restitutionem dicentes, aut dici facientes alias Missas, vt declaraui in expositione Bullæ compositionis: maior difficultas est, si possint dicti prælati applicare intentionem Missarum, quas, dicunt subditi irritantes illorum intentiones contrarias suæ: ad quod Corduba dicit, quod sic allegans pro sua parte Honcalam, in vniuersitate vero Salmanticensi ventilatum est hoc pũctum inter magistros illius scholæ, & maior eorum pars resoluit non posse, quia licet ipsi possint irrita facere vota subditorum, & applicare eorum bona opera, vt late resolui in Bulla Cruciatæ, irritare tamen intentionem Missæ dictæ, aut quæ dicitur, & applicare eam, hoc non pendet ab eius cura, sed à cura eius, qui celebrat Missam, cuius intentio semper valet, hicque actus est tam personalis sacerdotis dicentis Missam, vt non possit pro alio fieri: ego circa hanc rem intelligo posse dictos prælatos, antequam dicatur missa, irritare eorum intentionem, si non reguletur cum intentione sua; quod probatur, quia dicti prælati sunt domini operationum subditorum, hæc autem intentio quidquid mihi dicatur, est subiecta eorum potestati; non possunt tamen applicare illam missam alicui particulari, quia applicare eam est actus proprius sacerdotis, qui dicit eam, non autem prælatorum, qui non dicunt: si autem dicatur, quod sic, non valebit missa, quo ad illum particularem, & specialem valorem, qui explicatur; Respondeo, quod valebit quidem, quia licet prælati irritauerint dictam intentionẽ, propter quam applicabatur dictus valor, Deus, qui est bonus dispensator, cõmunicabit illum, cum videamus secundum fidem nostram, quod idem facit applicato hoc valore animæ, quam putamus esse in purgatorio, quæ tamen est in paradiso reseruans dictum valorẽ in thesauro ecclesiæ applicans illis, qui ha-

sect. 3. p.1301. Cord. l. 1. qq. dubio 1.

Habetur in Bulla compositionis, casu 11. num. 50

Cordu. vbi sup. habetur in Bulla cruci. §. 7 nu.12. cũ seqq.

Suar. 3. p. q. 83. art. 1. d. 79. sec 9 p. 1177. c. 1.

bent necessitatem: Patet tamen Suarez religiosus doctissimus religiosæ societatis Iesu; cuius doctrina propter eius eruditionem, claritatem, & distinctionem debet ab omnibus magni æstimari, tenet nunc denuo, quod non possunt dicti superiores irritare dictam intentionem subditorum; cuius præcipuum argumentum est, quia sacerdos operatur tanquam minister Christi tam in administrando hoc sacramento, quam in offerendo tanquam sacrificium; vnde sicut in administratione huius sacramenti eius intentio est tam propria eius, vt quamuis nolit prælatus, consecratio remaneat confecta, sic etiam offerre hoc sacrificium est tam proprium eius, vt licet superior irritet eius intentionem, nõ restet, quin sacrificium sit validum, & vtile. Cui Argumento respondeo concedens non posse superiorem irritare intentionem, quam sacerdos tenet consecrandi, & hoc non solum, quia sacerdos sit minister Christi, sed quia si valeret hæc irritatio non esset facta cõsecratio, cum intentio consecrantis sit de eius essentia, vt definitur in Concilio Florentino declaratque Sotus: essentiale autem sacramẽtorum non est subiectum ecclesiæ, nec superiori; & propter eandem rationem concedo, quod non potest dictus superior irritare oblationem huius diuini sacrificij, ita vt non sit sacrificium, cuius esse consistit in consecratione, vt tenet idem Suarez, estq; opinio multum probabilis, quod consecratio, & oblatio sunt idem, aut si sunt diuersa, sunt tam annexa vna alteri, vt posita vna non possit idem minister tollere aliam, quamuis velit, vt docet idem Suarez, tamen potest sacerdos irritare intentionem, qua applicatur certus valor illi, pro quo Missa celebratur, quia ex hac irritatione non sequitur, quod sacrificium, & Missa cũ in ipsa sint tres valores, vt cum Scoto resoluit Nau. & ideo respectu valoris generalis, qui applicatur toti ecclesiæ, & specialis, qui communicatur illi, qui dicit eam, & offert, non remanet, quin sit sacrificium, nec fuit vllus, qui putauerit, aut dixerit, Missam non esse Missam, & sacrificium, si dicatur pro defuncto, vt Deus liberet eum à pęnis purgatorij, licet ipse defunctus sit in paradiso, & per consequẽs si non applicetur ei dimidius valor, qui ei applicatur à sacerdote celebrante, quia eo non eget.

Sot. in 4 d. 1. q. 1. art. 8. p. 111. col. 2.

Suar. vbi supra d. 75. sec. 5.

suar. vbi supra disp. 76. sec. vlt. iux. fin.

Nau. ca. 25. n. 91. & 111.

11 Vndecima Conclusio. Parochus, qui tenetur dicere quibusdam certis diebus hebdomadæ Missam pro suis subditis, nõ potest accipere stipendium pro illismetipsis, sicut capellanus sufficienter stipendiatus non potest accipere noua stipendia pro Missis, quas tenetur dicere, quod debet limitari, nisi beneficium Parochi sit tam tenue, vt non possit congrue sustentari cum ipso, nec subditi illi succurrunt alijs modis, vt colligitur ex eo, quod dicit Concil. Trident. & DD. communiter loquendo in hac materia.

12 Duodecima Conclusio. Si Parochus, aut Vicarius Episcopi per statutum, aut consuetudinem sumpsit curam distribuendi Missas dicendas, potest ex stipẽdijs earum (præcipue si sint maiores solito) retinere sibi aliquid paruum secundum loci consuetudinem pro labore, vt tenent Sotus, & Nau. & alij, quos allegat Henriquez; non potest tamen accipere multum, quia non habet iustũ titulum ad illud, nec est talis intentio eius qui commendat dictas Missas.

sot. li... de iusti. q. 3. ar. 1 Nau. ca. 25 n. 92 §. 24. Henriq. in sum. l 9. de Missa. c. 9. & Missa. c. 22. iux. fin.

13 Decimatertia Conclusio. Concilium Tridentinum ordinauit, quod Episcopi in suis Concilijs Prouincialibus possint reducere Missas ad minorem numerum, vt videatur illis melius expedire. Circa quod primo notandum est, quod Concilium solum loquitur de onere Missarum, quod habent ecclesiæ, aut monasteria ante Concilium Tridentinum, quia hoc onus potest minui; sic enim responderunt Cardinales reformationis, vt affirmat Pater Fr. Gaspar Passarellus in suo Compendio. Secundo debet aduerti, quod dicti Pręlati debent habere multam considerationem in minutione dictarum Missarum conside-

Cõc Tr. sess. 25. ca. 4. de reform.

siderantes, quod tractant de mutanda dispositione, quā fecit verus dominus rei, quod pertinet ad solum Papā, quia est negotiū difficile, vnde vt rectè fiat, debet esse iusta causa: debent autem diminuere numerum Missarum, ita vt voluntas institutoris earum lædatur quanto minus fieri potest, vnde conuenit, vt faciant hanc diminutionem cum compensatione in altera re; vnde possunt iuste obligare eos, qui debebant celebrare tales Missas oblatas, vt in reliquis Missis commendent Deo animas purgatorij, quibus applicantur, applicantes illis valorē tribus modis: Primo habentes intentionem celebrandi pro ipsis. Secundo facientes eorum memoriā in Memento defunctorum. Tertio ponentes pro ijs aliquas collectas defunctorum, quæ possunt iuste poni in diebus festiuis, & solemnibus in Missis priuatis, quia in nullo iure præcipitur contrarium: sic enim dicit Nauar. Collectæ, dicuntur orationes quæ ponuntur in Missis; sic autem appellantur, vel quia super populum collectum dicuntur, vel quia à Sacerdote in eis petitiones omnes in vnum colligantur; ita dicit Durandus in Ration. Diuinorum offic. lib. 4. c. 15. Tertio debet notari, quod possunt dicti Episcopi sine consilio Concilij synodalis, instante necessitate diminuere numerum Missarum, capellaniarum collatiuarum, vt affirmat Henriq. allegans aliquos, & quod Veracruz, & Nauarr. consulti super hac re idem dederunt responsum, propterea quod est casus necessitatis.

Nau. l. 3. consiliorum, tit. de celebratione missarum, tō. 6. f. 346.
Henr. li. 6. de missa. c. 22. nu. 6.

De murmuratione. Cap. CCLI.

SVMMARIVM.

Quot sint species detractionis, siue murmurationis, & quid sit detractio conclus. 1. num. 1.

An peccet mortaliter, qui murmurat de fratre suo cum intentione lædendi, conclus. 2. num. 2.

An peccet mortaliter homo, qui seipsum diffamat, conclus. 3. num. 3.

An sit peccatum mortale murmurare de peccatis proximi coram illis, quibus sunt nota concl. 4. num. 4.

An sit licitum dicere peccatum notorium alicuius non diffamati secundum ius cū ignorantibus illud concl. 5. nu. 5.

An sit peccatum dicere, quod aliquis descendat à Iudæis, cum sit hæc macula iam obliuioni tradita, conclus. 6. numero 6.

An sit peccatum manifestare aliquos defectus corporales, aut intellectuales, conclus. 7 num 7.

An sit peccatum mortale manifestare aliqua peccata venialia alicuius, conclus. 8 num. 8.

An manifestare aliquod peccatum infame alicuius sit peccatum mortale, concl. 9. num. 9.

An sit peccatum mortale dicere de aliquo peccatum minus, cum sit notatus propter maius peccatum, conclus. 10. numero 10.

An peccet mortaliter, qui dicit audiuisse peccatum infamatorium alicuius, non tamen certum facit illud, conclus. 11. num. 11.

An peccet mortaliter, qui ex auditu, refert peccata aliena illis, qui facilè credunt defectus aliorum, conc. 12. nu. 12.

An sit peccatum manifestare peccata aliena duobus, aut tribus personis illa secreto tenentibus, concl. 13. num. 13.

An peccet qui audit murmuratorem, & non impedit illum, & an teneatur ad aliquam restitutionem, conclus. 14. num. 14 & conclus. 15. num. 15.

An sit peccatum mortale infamare aliquem, qui falso assecutus est bonam famam in Republ concl. 16. nu. 16.

An sit peccatum tacere virtutes proximi, & laudare aliquem, ex quo sequitur alteri infamia conclus. 17. num. 17.

An sit peccatum narrare iniuriam, quam alius fecit, conclus. 18. num. 18.

An sit peccatum mortale murmurare de mortuis, conclus. 19. num. 19.

An sit peccatum detrahere filios patribus,

& subditos prælatis, seruos dominis, & an debeat explicari has circunstantia, conclus. 20. num. 20.

An qui murmurant in communi de Religione peccent mortaliter, & sint suspecti de fide, conclus. 21. num. 21.

An qui detrahunt aliquibus religionibus in particulari peccent, & sint excommunicati, ibid.

An peccet mortaliter, qui audiens alterius aliquem defectum procurat cognoscere personam, conclus. 22. num. 22.

An sit peccatum detrahere hac intentione, vt sic inficiatur amicitia praua, & non spiritualis, conclus. 23. num. 23.

An sit licitum detrahendo, procurare, vt aliquis sit alteri amicus, ex quo sequitur vtilitas detrahenti, concl. 24. num. 24.

1 PRima Conclusio. Multæ sunt species detractionis; vna dicitur intentio inficiendi amicitiam, quæ est inter duos, & qui eam cõmittit, dicitur dilaniator: alia dicitur intentio animo afficiendi aliquem pudore, & dicitur iocus, seu schema: alia dicitur animo lædendi honorem, & dicitur contumelia: detractio autem, & murmuratio est inficere honorem absentis proximi, vt constat ex eo quòd tenent D. Thom. Syluester, & Cord.

D. Tho. 2. 2. qu. 73. ar. 2. sil. ver. detract. Couar. detegen do secr. q 1.

2 Secunda Conclusio. Qui murmurat de proximo suo cum intentione lædendi illum in re graui dicens falsum testimonium, aut reuelans aliquod peccatũ occultum eius, peccat mortaliter, licet nullum inde sequatur damnũ, quia vel non fuerit data fides, vel id iam audientes alias audiuerant, vel ille, cui detrahitur, est adeo vilis, vt nil amittat ex detractione; & hæc dicitur detractio formalis. Alia est materialis, qñ dicitur aliquid contra proximum sine intentione lędendi, quæ in re graui etiam erit peccatum mortale, vt tradit Corduba, Gerson, & Nau. Notaque, quod dicẽs contra aliquem falsum testimoniũ, siue sit in iudicio, siue extra iudicium, semper peccat mortaliter, vt resoluit Nauar.

Cor. vbi supra q. 2. cõs 5. Gers. al seb. 19. lit. B.

3 Tertia Conclus. Infamare seipsum, si adsit iusta causa, nõ est peccatum mortale, sed potius potest esse, quod sit actus meritorius, si fiat ob ædificationẽ proximi, sic enim tenet Sot. contra Caiet. Nau. & Cou. cum communi: si autẽ homo infamat seipsum sine causa iusta, peccat venialiter, sicut venialiter peccat, qui est prodigus bonorum suorum. Verum est tñ, quod ratione alicuius circunstantiæ erit peccatum mortale, vt si aliquis homo diceret de se aliquod magnum peccatum infamatoriũ, vt quod sit hereticus, traditor, propter graue dãnum, quod infert suæ prosapiæ, vt dicit D. Th. licet non sit peccatum contra iustitiam, vt tenet Sotus, contra quem tenet Nau. cuius sententiam sequor propter graue damnũ, quod infert generi suo, cum non possint habere officio, & dignitates, aliosq; honores, quibus iure priuantur similes homines. Peccat etiã mortaliter, qui dicit de se aliquod crimen secretũ, ratione cuius auferẽda est illi vita, aut aliquod membrũ sine causa iusta, qua moueatur ad hoc dicendum. Peccat ẽt mortaliter dicẽs de se aliquod crimen, quod non commisit, si affirmet hoc iuramento. Itẽ peccat mortaliter religiosus, qui infamat se cum damno suę religionis; & multi putant peccare etiã cõtra iustitiam, vnde tenebitur ad restituendum, vt dicetur in capitulo seq.

Nauar. lib 1. de rest. c. 4. nu 106. Nau. ca. 18. n. 28. sot. li. 5 de iust. q. 10. ar. 2. vers. celeberrimum. Nau. vbi supra num. 28 Cou. li. 2. var c. 2. nu 8. D. Tho. 2. 2. qu. 73. ar 4. ad 5. sot. vbi sup. nu. 112. 124

4 Quarta Conclusio. Murmurare de peccatis proximi cum ijs, quibus illa sunt nota, non est peccatum mortale, nisi fiat intentione damnificandi, immo non erit peccatum veniale, si narrentur ad bonum finem, scilicet, vt fugiamus illa considerantes illorum exitum, potius est res laudabilis, si vero propter otium, vel vanitatem tractabitur de illis, erit peccatum veniale, vt dicit Corduba, quod sępe accidit etiam inter homines timoratæ conscientiæ. Nec erit peccatum mortale dicere peccatum publicum alicuius, qui per publicam sententiam condemnatus fuit in eodem loco, aut in alio, vbi verisimile est sciri statim, non est peccatum contra iustitiam obligans ad restitutionem, præcipue

Cor. vbi supra num. 6.

cipue si sit intentio iudicis, qui condemnauit hoc peccatum, quod publicetur ad maius condemnati supplicium: vt dicunt Sotus, & Angles. Verum est tamen, quod erit peccatum veniale cõtra charitatem, immo erit peccatum mortale secundum prauam intentionem dicentis, & damnum: quod inde condemnato sequutum sit infamato, eo propter delictum, quod ignorabatur, & poterat ignorari per multum tẽpus, & hoc modo intelligendum est quod super hoc puncto docet Sotus.

Sot. vbi sup. ad 4 Angl. de rest. famæ dubio 1.

Sot. lj 4. de iust. q. 6. ar. 3 ad 4.

5 Quinta Conclusio. Si aliquis non est diffamatus secundum ius, quamuis eius peccatum sit notorium, non est tamen licitum dicere illud aliis, qui illud ignorant. Vnde infertur, quod ille, qui fassus est de se aliquod crimen interrogatus, & tortus non secundum ius, non potest ab alio publicari, vbi ignoratur, quia sicut fuit infamatus iniuria contra ius, sic reuelare illud est facere denuo illi iniuriã, ꝙ intelligitur, si qui reuelat, sciat, quod per iniuriam fuisset infamatus. Verum est tamen, quod non erit peccatum mortale infamare aliquem coram nesciente, si ipse præbeat occasionem: vt ingrediens sæpe aliquam domum, & nimis conuersans in ea, nisi ex tali dicto multum reueletur peccatum, & ueniat aliquod graue damnum, quia in hoc casu erit peccatum contra charitatem: non tñ contra iustitiã, si ille, contra quem murmuratur, sit notatus a maiori parte vicinitatis, aut saltẽ põt de facili notari: si vero nõ põt facile sciri, quia sit locus remotus, vbi cõmissum est peccatũ, peccabit publicãs (in loco, vbi non cognoscitur) cõtra iustitiam, & tenebitur ad restitutionem. Hinc sequitur esse falsã opinionem illorum, qui tenent, quod potest murmurari de aliqua re, quam sciũt decẽ homines, inter alios aliquos: quia lex charitatis, & iustitiæ iubet, vt non tractetur de peccatis proximorũ, nisi sint publice iudicata a iudice, aut nota maiori parti populi, vt resoluit Cou. Notaq; quod si vnus dicat de alio, ꝙ fugit a carcere, quo erat detẽtus propter aliquod delictum, peccat contra charitatem, & iustitiam, & per consequens tenetur ad restitutionem; quia licet mereretur puniri pro delicto, & ammittere famam, de facto tamen nõ amisit; si autẽ dicat, ꝙ exiuit liberatus a iudice, non peccat, vt dicit Medina.

Cou. de tegendo secreto. q. 2. cõ 4

Med in sum fol. 188.

6 Sexta Concl. Qui dicunt, N. esse a Iudæis descendentẽ, aut a Mauris, q̃d iã erat obliuioni traditum cum sit multum temporis, quod eius antenati ad fidem venerint peccant mortaliter, cõtra iustitiam, & charitatem, sic dicunt Mercatus, & Medina; dicere tñ quod aliquis fuit condemnatus pro hæretico, aut Iudæo, si hoc sit verum, non est peccatũ cõtra iustitiã: est tñ peccatum mortale contra charitatem, si dicatur illi in præsentia, vt dicit Mercatus, & Medina, dicere tamen illud in absentia aliquo bono fine consulendo alicui amico, ne misceatur talibus, non erit peccatũ, vt post alios resoluit Nauarr.

Nau. li 2 de rest. c. 4. nu. 302.

7 Septima Concl. Licet murmuratio, & obligatio restitutionis principaliter incurratur propter reuelationem alicuius turpitudinis in moribus, incurritur tamen et reuelatione aliquorum defectuũ corporaliũ, aut intellectus, vt si aliquis dicat de alio, quod est gibbosus, ignarus, stultus, quod regulariter non est peccatũ mortale, nisi inde sequatur aliquod damnũ notabile, quia hi defectus, solent esse noti, vt dicit Nauarr. idemque est dicere aliquem esse filiũ clerici, non reuelans patrem, aut quod sit adulterinus nõ cognita matre; quia ex hoc nõ amittit famã, nisi inde sequatur illi damnũ notabile, vt si amittit aliquid ex his, q̃ habet vere ius habendi, q̃d antea habebat; quod nõ ĩtelligitur; q̃n de illo sit iuridica informatio ad aliquod officiũ; quia in hoc casu tenetur quiuis dicere veritatẽ, licet reueletur aliquod peccatum; dicere autem, quod aliquis sit infirmus morbo gallico, non est peccatum mortale. quia sepe accidit hic morbus sine culpa carnali, sed per contagium: erit tñ peccatum mortale

Nau. in man. c. 15. n. 28. & in cap. inter.

le propter damnum, quod solet vt plurimum euenire illis, nec erit peccatum, si dicatur ad bonum finē, scilicet alicui ne ei tradat filiam suam virginem in vxorem; ne ex eius conuersatione inficiatur morbo. Noteturque, quod inquirere vitia proximorum sine fine mortali est peccatum veniale, sic enim videtur insinuare Nauarr. hæc tamen opinio non placet, si loquamur de inquisitione, quæ fit interrogando alium, vt dicat peccatum proximi, quia hoc erit mortale ratione scandali, & iniustitiæ, & vt alius reuelet peccatum proximi, quia hoc est peccatum mortale, vnde mutauit opinionem suam Nauarrus in Manuali latino: Nauarrus idē dicit, quod est actus virtutis inquirere vitam proximi ad imitationem suorum operum; & citat S. Thom. quod non debet dici, quia communiter non fit sine scandalo, & infamia proximi; opinio autem S. Thomæ est vera solum, quando probabilibus, coniecturis timetur damnū Reipubl. quia tunc ad euitandum dictum damnum, licitum est inquirere vitam proximi.

Nau. in man. Hisp. c. 13. nu. 30. & in lat. num. 26.

Nau. vbi sup.

D. Tho. 2. 2. qu. 162. art. 3. ad 1.

8 Octaua Conclusio. Vt murmuratio sit peccatum mortale, communiter debet esse de peccato mortali, non autem de veniali, vt tenet Siluester, & alii multi, quos sequitur Nauarrus, & Petrus de Nauarra. Dixi, *communiter*, quia in aliquibus casibus erit peccatum mortale, sicut si aliquit dicat de alio, quod cepit illum sæpe immendacio veniali, qa hoc est damnosum propter notam, qua æstimabitur homo mendax. vnde peccant mortaliter, qui dicunt de religiosis, quòd sunt amici exeundi ad conuersandum extra domum, quod sunt sup-bi, ambitiosi, & cętera, si hoc dicatur personis nescientibus, quia licet hæc sint peccata venialia, solent tamen horum dicta obscurare multum religiosorum famam; quod intelligitur, nisi huiusmodi defectus sint notorij, omnibusque noti: secundum hæc dicta, debet tēperari sententia quædam Medinæ, qui dicit esse peccatum mortale dicere de aliquo absente, quod sit mendax, quia hoc debet intelligi dicendo, quod habet consuetudinem mentiendi, & est ignota audientibus huiusmodi consuetudo.

Sil. ver. detractio q. 1

Nau. vbi supr. c 18. nu. 24.

Nau. l. 2. de rest c. 4. nu. 314.

Med. vbi supr. fol. 182.

9 Nona Conclusio. Tunc est peccatū mortale reuelare peccatum proximi, quando ex eo incurrit aliquam infamiam, sicut, si dicat de aliquo, qđ commisit stuprum, adulterium, aut peccatum nefandum: nisi dicantur hęc peccata patri, fratribus eius, quia tunc non fit illi iniuria; si hi sint prudentes, & taceant. Ex dictis infertur, quod dicere de aliquo iuuene, quod sit fornicator, aut quod vulnerauit, aut iniuriauit alios, non est peccatum mortale, quia iuuenes solent ipsimet iactare huiusmodi vitia, vt dicūt Pedraza, Sotus, & Angles, ita vt etiam si hoc dicatur, false non sit obligatio restituendi, cum non fiat illi iniuria: veruntamen si diceretur de aliquo, quod sit consuetus fornicari, iurare, vulnerare, &c. peccatum erit mortale propter damnum, quod illi infertur, cum sic nemo vellet ei locare filiam, aut quid simile concedere, nisi hoc reueletur patri virginis ratione consilii, quia pater putabat esse hominem probum. Hinc infertur, quod dicere de aliquo quod fecit furtum, aut quod non fuerit fidelis patrono, est peccatum mortale, si furtum sit peccatum mortale, nisi hoc reueletur ei, qui vult accipere talem in famulum: putans esse virum probum.

10 Decima Conclusio. Dicere de aliquo (qui est notatus infamia propter aliquod peccatum grauius) quod commisit aliud peccatum minus graue illo, de quo est notatus, est peccatum mortale; sicut dicere de N. qui est notatus de homicidio, quod est fornicator, quia licet sit maculatus infamia vnius peccati, non est maculatus de altero, quod ille reuelat, sic enim tenet Adrianus, quē sequitur Nauarrus: quod debet teneri contra Cordubam, qui sequens Siluestrum affirmat esse licitum dicere aliquod peccatum minus de aliquo nota-

Adr. qđ lib. 11. Naua. d. c. 18 nu. 26. Cor. in d. q. 6 concl 5. & qu. 3. cor. 6.

to maiori peccato. Nostra conclusio limitatur, nisi talia peccata sint ordinarie connexa, quia reuelare in hoc casu peccatum occultum non est peccatum mortale; vt si aliquis dicat de alio famoso lusore, quod sit consuetus iurare, aut de alio infami periuro, quod non audit Missam in diebus festiuis: idemque si est notatus infamia multorum furtorum, non erit peccatum mortale reuelare aliqua furta illius, quamuis sint occulta, vt fatetur Corduba.

Cord. d. consi. 5.

11 Vndecima Conclusio. Qui narrat audiuisse peccatum mortale infamatorium de aliquo, non certum faciens illud non peccat mortaliter; quia sæpe audiuntur hæc ab aliquibus, qui dicunt ea, propterea quod sint homines loquaces, quibus non debet dari facile fides, & qui dederit fidem, erit homo parui momenti, cum credat sine sufficienti testimonio; erit tamen peccatum mortale, si addat aliquid, vt credatur, dicens plusquam audiuit, & affirmans id pro certo. Sic enim dicunt Nauarrus, & Caietanus, hocque modo debet intelligi, quod dicit Sotus; idemque debet dici de illo, qui dubitans esse verum reuelat crimen proximi, vt post Gabrielem, & Scotum tenet Corduba: quamuis autem dicat hæc cum mala intentione peccans mortaliter, non tenetur tamen ad restitutionem, quia si efficaciter non damnificat, non facit ad restitutionẽ intentio damnificandi, quod si aliquando accidat aliquod damnum, procedet magis à leuitate credẽtis, quam à vigore verborum, cum solum dixerit ea narrans sine affirmatione veri, sed potius dubitans.

Cord. d. q. 2. consil. 7.

12 Duodecima Conclusio. Quando murmurator refert peccata aliena personis, quæ facile præbent aures, & fidẽ defectibus aliorum ex propria inclinatione, dicens, quod id scit, quia audiuit, peccat mortaliter, (si aduertat illum, de quo loquitur, amittere famam suam circa illas personas faciles ad credẽdũ) & idem est, quando persona narrans dicta peccata est ita grauis, vt non soleat narrare nisi veritatem, & quod est certum; quia cum sciat hic vir, quod illi facile datur fides narrans proximi peccatum, virtualiter vult nocere, vt post Gabrielem, & Scotum tenent Nauarrus, & Corduba. Debent autem Confessarij, & prædicatores reprehendere quendam fere ordinarium abusum, qui inter aliquos inualuit, qui licet audierint rem à personis non fide dignis, statim narrant alijs dicentes audiuisse; immo etiam, si capiatur à iudicibus informatio, affirmant id iuramento, qui quamuis dicãt veritatem, quod audiuerint, peccant tamen mortaliter, si sequatur graue damnum proximo, quia licet audierint, debebant tamen aduertere, quod personæ, à quibus audiebant, erant parum fide dignæ, vnde non poterant facere testimonium.

Na. vbi su. n. 36. 48 & in c. inter ver. nu. 876. Cordu. vbi sup. cõs. 7. & q. 3. cõs. 7.

13 Decimatertia Conclusio. Dicere aliquod delictum alienum duabus, aut tribus personis tanti secreti, vt iudicari possit non fuisse dictum, solum est peccatum veniale, cum ex hoc non veniat parti detrimentum notabile: sic enim tenet Caietanus, quem sequitur Corduba contra Sotum, qui dicit esse peccatum mortale, cuius opinio est vera, qñ qui fecit delictum, sensit magis esse infamatum apud dictas personas prudentes, & graues, quam si publicaretur coram multis non æque qualificatis: item quãdo ex eo, quod ab his personis sciatur, sequitur ei maius damnum, quã si alij id cognouissent, quod relinquitur iudicandum arbitrio boni viri.

Caiet. 2. 2. q. 73. artic. 2. dub. 1. Cordu. vbi sup. q. 2. cõs. 6. Sot. l. 4. de iustit. q. 6. ar. 3. & lib. 5. q. 10. ar. 2. consi. 4.

14 Decimaquarta Conclusio. Qui audit murmuratorem adiuuans illum, & prouocans, aut præbens ei occasionem ad detrahendum, peccat mortaliter, si fuerit graue damnum, quod ex murmuratione sequitur; si vero audit inuitus, & quia putat non suffecturam reprehensionem suam non peccat: si vero non impedit detractionem per negligẽtiam, quamuis ipsa sit causa, propter quam reliqui audiunt, non peccat mortaliter, nisi habeat complacentiam suæ murmurationis; quia in hoc casu peccat

cat mortaliter, si sit graue damnum, qđ ex murmuratione resultat, vt dicunt Nauarrus, & Medina cum communi. Verum tñ est, quod homines docti tenent, qđ audire libenter sine resistentia aliqua delicta grauia pximi sui sit peccatum mortale contra charitatē, quia si est peccatum mortale non impedire, vt comburatur domus proximi, quomodo non erit peccatum mortale non impedire combustionem famæ proximi, præcipuè obligante nos ad illud præcepto correctionis fraternæ, si possit facile fieri? Hæc opinio est Alcoceris, vnde colligunt Doctores communiter tres casus, in quibus audire detractorem sit peccatum mortale. Primus, si ratione officij sui qs tenetur corrigere, & omittit præ negligentia. Secundus, si omittit id facere timore humano, qui in se est peccatum mortale. Tertius, quando est necessitas impediendi aliquod notabile damnum, quod videtur aperte nasci ex tali murmuratione.

Na. c. 18 n. 37. Medina in su. versi. 184.

15 Decimaquinta Conclusio. Qui libenter audit detractionem de proximo suo solum peccat contra charitatē: vnde non tenetur ad restitutionem, nisi ratione officij sui teneatur illum corrigere, q̃a in hoc casu tenebitur restituere totū damnum, cum peccet contra iustitiam, vt tenent D. Tho. & Caietanus.

D Th. in 4. d. 15. q. 5. quæstiunc. 3. Cai. 2. 2. q. 72. ar. 2.

16 Decimasexta Concl. Peccatū mortale est infamare aliquem, qui falso, & mendacio acquisiuit bonam famam in republ. quia aliter esset licitum infamare oēs peccatores occultos, sic enim tenet Corduba contra Adrianum, qui dicebat non esse peccatum mortale.

In q. 2. concl. 4. ad 2. Cordu. vbi s. & de qđli. 12. q. 2.

17 Decimaseptima Concl. Nō est peccatum mortale tacere virtutes proximi, si non sit necessitas manifestādi eas, si vero sit necessitas, peccat tacens: sicut etiam est peccatum laudare nimis aliquem, si sequatur ex eo infamia alteri, vt si quis dicat de alio, N. est priuatus officio, quod habebat, qui vero nunc administrat, est vir probus, & sine vlla tyrannide, hic peccat mortaliter, quia virtualiter infamauit primum iudicem, & tenetur restituere; sic enim tenet Nauar. cum Adriano.

Na. d c. 18. n. 37. & in d. c. inter verba, nu. 77.

18 Decimaoctaua Conclusio. Qui narrat iniuriam, quam alter sibi irrogauit, peccat mortaliter, qui infamat eum, vt hominem prauæ conscientiæ; si vero narrat hoc ad deplorandum suum statum cum aliquo amico, non est peccatum mortale; quia vtitur iure suo capiens alleuiationem suæ pœnæ; si vero inde reuelatur alterius crimen, hoc est accidentale.

19 Decimanona Concl. Peccatū mortale est murmurare de mortuis: quia non est licitum post mortem pœnitentis reuelare eius peccata, & si sequitur damnum eius posteris, vt si dicatur, qđ fuit traditor, aut quod commisit crimē læsæ maiestatis, aut contra Rempublicam, aut quod descendebat à Iudæis, tenebitur facere illis aliquam compensationem: vt tenet Angles quem sequitur Nauarrus.

Angl. in q. de restit. famæ i floribus, 4. Na. li. 2. de rest. c. 4. nu. 553.

20 Vigesima Conclusio. Peccatum est murmurare filios, seruos, & subditos de suis parentibus, dominis, aut superioribus; non est tamen vlla obligatio explicandi hanc circumstantiam in confessione: nisi in murmuratione adfuit irreuerentia mortalis contra illos, sicut est, quando ex murmuratione sequitur aliquod damnum notabile; si autem hoc non sit, solum erit peccatum veniale murmurare de illis, sicut non est peccatum mortale omnis ingratitudo, quæ contra Deum, & homines committitur, vt dicit D. Thom. & post alios resoluit Corduba, & Fr. Ludou. Lopez.

D. Th. 2. 2. q. 103. & q. 12. Cord. đ casib. q. 14. Lop. in inst. consc. c. 29. col. 230. ca. 54. col. 392.

21 Vigesimaprima Concl. Murmurare de religione in communi non solum est peccatum mortale, sed est suspectū in fide, peccantque mortaliter, qui infamant aliquas religiones in particulari; & sunt excommunicati, vt dicit Medina, in quam excommunicationem incurrunt, qui detrahunt religioni nostri Patris Diui Francisci, & Diui Dominici, aut qui affigunt libellos famosos contra illas, vt statuit Alexander Quartus, traditque Siluester; peccantque infaman-

Med. in sū. f. 184 Sil. v. exco. c. 7. exc. 48.

tes

tes aliquam religionem totam, aut partem eius, dicentes, quod in illa non obseruatur regula, nisi hoc sit in casu omnibus notorio, vt dicit Sotus: Vnde non excusarem ego à peccato mortali illũ, qui diceret, Ego inueni fratrem quendam (quamuis non nominet illum) ordinis talis cum quadam muliere, quia hoc redundat in opprobrium totius monasterij: quamuis secus esset, si esset collega alicuius collegij tacendo nomẽ, quia in collegio non profitentur tantũ castitatem, quantum fit in religione.

Sot. li. 4 de iust. q. 6. a. 3.

22 Vigesimasecunda Conclusio. Nõ peccat, qui audit aliquem notabilem defectum alicuius, aut culpæ, aut natiuitatis, & procurat cognoscere personam ad aliquem bonum finem, vt sic prouideat recte aliquod beneficiũ, aut faciat laudabiliter matrimonium, dummodo hæc informatio capiatur ab ijs, qui sint dicturi veritatem, & non sint læsuri in aliquo partes, quia si curat hoc scire cum praua intentione, erit peccatum mortale, vt lædatur scilicet persona; vel veniale, si ob curiositatem, & gustum curat hoc scire, vt dicit Corduba: præcipue erit veniale, cum id cognoscit legendo aliquas scripturas, aut monumenta inquisitionis, quæ in ecclesijs solent appendi cum nominibus supplicio affectorum, vt docet Corduba, & Nauarrus referens Sanctũ Thomam. Dixi, *legendo scripturas*, quia si hoc curat scire ab alijs, putarẽ esse peccatum mortale, cum hac via sæpe expergiscantur dormientes, & surgit infamia, quæ tempore dilabebatur, etiam quia dat occasionem, vt manifestetur hic defectus, quod est peccatum mortale.

Cord. de casib. q. 57. Na. c. 23. n. 29. D. Th. 2. 2. qu. 167 ar. 2. ad 4.

23 Vigesimatertia Conclusio. Murmurare, vt inficiatur amicitia praua quo ad spiritum, est virtus, si dicatur veritas, & nulli sequatur infamia, vt si aliquis ad separandum alium à concubina, dicat illi, quod est deformis, leuis, aut quid tale: dicere autem aliquem defectum, aut peccatum de aliquo, licet verum sit, vt inficiatur amicitia honesta, & virtuosa, semper est peccatum: erit autem mortale, si prætendatur eorum inimicitia, si vero procuratur, ne habeant tantam familiaritatem, erit solum peccatum veniale, vt dicit Aragon.

Arag. 2. 2. q. 75. ar. 2.

24 Vigesimaquarta Conclusio. Non est licitum dicendo malum procurare, vt aliquis non sit alteri amicus ob vtilitatem propriam maledicentis; non erit autem peccatum mortale procurare hoc dicendo veritatem, vt dicit Sotus; quia vnusquisque potest curare de sua vtilitate sine vi, aut fraude, si dignus sit illa vtilitate; quæ ratio mihi non placet, quia sufficit adhoc, vt sit hic actus peccatum mortale, quod præiudicet notabiliter proximo. Nec obstat, quod vnusquisque potest procurare suam vtilitatem; quia hoc intelligitur, non ablatam ab alio, qui eam acquisiuit, vnde licet Aragon sequatur Sotum, ego discedo ab eius opinione; solum enim recipiam illam in casu, quod vnus amicorum esset infidelis, quia tunc esset facere bonum amico innocenti, & fideli, quod bonum vnusquisque tenetur procurare, licet sit cum detrimento nocentis, & infidelis, corrigendo tamen illum prius fraterne, & ipse contemnat correctionem.

Sot. li. 5. de iust. q. 11. a. 1

Arag. 2. 2. q. 75. ar. fin. in fin.

De restitutione famæ amissæ ratione murmurationis, aut falsorum testium. Cap. CCLII.

SVMMARIVM.

Quid sit fama, num. 1.

Quæ conditiones debeant concurrere, vt aliquis teneatur restituere famam alteri, concl. 1. nu. 2.

An teneatur, qui false infamauit alium, dicere, quod dixit mendacium, concl. 2. num. 3.

Qui infamauit aliquem dicens veritatem quomodo debeat restituere famam illius concl. 3. nu. 4.

An teneatur, qui sustulit famam alicui, restituere eam, cum tamẽ alias laudauerit illum nimis in alia re, concl. 4. nu. 5.

An

An in restitutione famæ possit esse compensatio directa, concl. 5. nu. 6.
An habeat tantam obligationem restituendi famam ille, qui dixit verum, sicut qui dixit mendacium concl. 6. nu. 7.
Infamans aliquem an cum quibus debeat se re tractare, concl. 7. nu. 8.
An qui infamauit aliquem de peccato, cuius infamia est obliuioni tradita teneatur ad restitutionem, concl. 8 nu. 9.
An teneatur ad aliquam satisfactionem qui fecit iniuriam, remittente illam offenso, & an peccet remittens famæ suæ restitutionem, concl 9. nu. 10.
An persona publica possit remittere honoris sui restitutionem sine peccato, concl. 10. nu. 11.
An, qui infamat aliquem religiosum, remaneat liber remissa iniuria à religioso, concl. 11. num. 12.

1 AD explicationem eius, quod debet in hoc capite tractari, debet notari, quod fama est bona opinio, quę habetur de quadam persona, scilicet, qđ sit virtuti dedita, prudens, nobilis, & cetera; vnde hic tractamus de obligatione, quæ est restituendi hanc bonam famam, & opinionem, quādo iniuste fuit ablata: de qua materia tractat S. Tho. & Nau. & alij Auctores infra allegati. D Th. 2 2. q. 62. ar. 2. ad 2. Nau. in c. inter v. n 856. & i sũ. c. 18. n. 42.

2 Prima Conclusio. Ad hoc vt aliquis teneatur restituere famam alteri, tres requiruntur conditiones.

Prima est quod fama sit damnificata. Nota autē quod sæpe videtur, quod fama damnificetur, & in rei veritate nullum est damnum: quod accidit in quatuor casibus. Primus, quando aliquis dicit de aliquo curiali, quod vocauit aliquem ad duellum, aut quòd seruiuit alicui virgini nobili. Secundus, quando dicitur aliquid de homine infamia notato publice in illa materia, de qua tractatur. Tertius, quando infamia est leuis. Quartus, quando detrahens est homo parum fide dignus, aut putatur, qđ dicat ioco, vt tenet Nauarr.

Secunda conditio est, quod fama sit ablata iniuste; vnde qui accusat alium seruata iuris forma de aliquo delicto infamante probans testibus sufficientibus, non tenetur ad restitutionem, nec tenetur quis restituere famam hypocritæ illi, qui manifestam fecit suam fictā sanctitatem; quia nō sustulit ei aliquid, quod esset suum; immo potius aliquando tenetur manifestare hoc, ne colore sanctitatis faciat aliquod damnum; & ob eandem rationem non tenetur ad restitutionem ille, qui manifestat esse Petrum hominem vilem, si ipse iactet generositatē; & propter hoc sit in professione tali apud homines; immo sæpe conuenit hoc patefacere, ne colore huius tituli diuitis, aut nobilis damnū inferat alijs: sicut etiam conuenit monere amicum, ne accipiat N. in familiam suam, quia non habet bonas manus, vt dicitur; non tamen dicere licet hoc multis, vt vitent illum, quia peccator occultus habet ius adhoc, vt peccatum suum non publicetur.

Tertia conditio est, quod infamatus non recuperauerit integre famam amissam, quia si recuperauerit illam, non oportet illam restituere. Hinc infertur, quod ille, qui falso accusauit alium de aliquo crimine, non tenetur restituere famam, si accusatus probet esse falsam accusationem, si omnibus est notoria hæc falsitas, solum tenebitur restituere damna, quæ passus fuit accusatus, quousque veritas fuit probata; quę damna debent solui integre, si facta fuere in bonis acquisitis, nam quæ sequuta fuerint in bonis acquirendis, non debent integre solui, sed secundum arbitrium prudentis viri: debet etiam soluere expensas, quas fecit accusatus in verificanda veritate, vt dicunt Sotus, Nauarrus, & Mercatus. Sot. li. 4. de iust. q. 6. ar. 3 Nau. c. 18. n. 23 Merc. d resti. c. 9.

3 Secunda Conclusio. Qui surripuit famam alienam dicens falsum testimoniū, tenetur dicere, qđ mentitus sit, facereque alias diligentias, vt credatur secundum arbitrium prudentis viri, cum homines sint inclinati potius ad credendum malum, quam bonum. Verū

est

est tamen, quod si homo grauis, & in dignitate constitutus (vt est Episcopus) commisisset hoc peccatum contra aliũ hominem vilem, quod non teneretur dicere se fuisse mentitum, sed alio modo posset satisfacere huic damno; illeque homo plebeus debet esse contentus illa satisfactione; quia differẽtia est inter famam hominis nobilis, & inter famam hominis infamiæ conditionis; vnde vt illi satisfaciat, nõ tenetur amittere propriã, quæ est maioris valoris; sicut qui furatus est centũ, non tenetur restituere ducentos, vt dicunt Sotus, Corduba, & Mercatus. Noteturque, quod, quando aliquis tenetur restituere famam iurans mentitum fuisse; non est necesse, vt ad comprobandum hoc, afferat testes, vt dicit Nauarr. Videatur circa hoc ordo iudicialis.

Sot. li. 4. de iust. q. 6. ar. 3. ad 4. Cor. l. 1. qq. q. 33 art. 2. Mer. vbi sup. c. 9. Nau. vbi sup. n. 45

4 Tertia Concl. Qui rapit etiam famam iniuste dicens veritatem, tenetur restituere non dicens quod sit mentitus, quia non debet dici mendaciũ pro omnibus rebus mundi, vt affirmat Sãctus Thomas, & Caietanus, sed laudãdo illum, quem infamauit, dicensque aliis modis alia, quibus reddatur illi fama. Verum est tamen, quod poterit dicere; quod mentitus sit, intelligens excessisse terminos legis diuinæ, & naturalis, sicut solemus dicere vulgariter. Petro mẽtitum est brachium, idest exiuit a suo cardine, & compositione naturali: hanc conclusionem sic explicatã audiui defendere iu quodã actu maiori Reuerendum Patrem Fratrem Ludouicum de Leon præsidentem actui in vniuersitate Salmanticensi, contra quem fuerunt argumẽtati omnes Magistri, qui aderant præcipuæ Frater Bartholomæus de Medina, qui conuictus a præsidente fuit fassus publice debere sic existimari, & ideo posuit illam in sua summa, eamque nunc denuo sequitur Petrus de Nauarra confirmans eam aliquibus rationibus multum doctis, & tenet eam Magister Hẽriquez, in sua summa.

D. Tho. 2. 2 q. 62 art. 2. Caiet.

Med. in sum fol. 173. Nau. li. 2 de rest. ca. 4. nu. 383. Hẽriq. li. 2. de pœn. c. 11. n. 6

5 Quarta Conclusio. Tenetur qui infamauit alium de aliquo peccato, restituere illi famam, licet respectu alterius virtutis laudauerit illum magnopere, vt tenet Nauarr. quia licet alia ex parte honorificauit eum, non tamen restituit illi quod abstulerat de honore illius. Verum est tamen, quod si infamauit eum de aliquo defectu naturali, potest facere restitutionem in alia re, sicut si dicat quis de alio, quod est surdus, aut debilis visus (si hoc est falsum) potest dicere de eo ijsdem esse hominẽ prudentem, & doctum dignumq; re, quæ illi vult committi.

Nau. ca. 18. n. 42

6 Quinta Conclusio. In restitutione famæ non potest quis habere compensationem ex aliis rebus temporalibus, quæ sit directa, quia hæc accidit in illis rebus, quarum est vsus in suo genere, scilicet, quando vna potest seruire pro alia, sicut sunt res, quæ consistunt in numero, pondere, & mensura; & sic est compensatio directa, si detur frumentum pro frumento, aut frumentũ pro oleo, aut vinum. Veruntamen potest esse compensatio indirecta, si detur iniuria affecto aliquid secũdum arbitrium boni viri, vt dicit D. Thomas; vnde, quando aliquis non potest restituere famam, aut quia putat, quod nõ credetur, licet retractet se, aut propter periculum vitæ, aut aliter, tenetur compensare hoc damnum cum pecunia, aut alia re, quæ valeat, vt tenent Sotus, Couarruuias, & Corduba, quod debet teneri contra aliquos, quos refert, & sequitur Nauarrus: non potest autem esse compẽsatio vocando, qui infamat alium, hæreticum, aut infamãs de alio crimine, quia hæc non est compensatio iusta, nec æqualis debita compensationi Christianæ, vt dicit Caietanus. Nota etiam, quod tenetur hæres propter famam, quam defunctus deleuit, cui ipse successit, facere aliquam compensationem in pecuniam secundum damnum secutum, vt dicunt Corduba, Pedraza, & Nauarrus.

D. Tho. 2. 2. q. 62 a. 2. ad 2 Sot. l. 4. de iust. q. 7. ar. 2 Cou. in reg. peccatũ 1. p. num. 6. Cord. 4. mẽb. de sigillo secreti q. 36. cõ. 9. Nau. l. 2 rest. 3. n. 413.

7 Sexta Conclusio. Qui vere infamat aliquem, tenetur restituere famã, sicut qui

Pedr. 8. cap. §. 1. Nau. 18. nu. 46. qui falsæ infamauit, hæc conclusio est Nauarri contra Sotum; quia obligatio restitutionis non respicit tantum qualitatem peccati, quantum nocumentū.

Nau. vbi sup. nu. 22. Sot. li. 4. de iust. q. 3. ar. 6
8 Septima Conclusio. Qui infamat aliquem, sufficit, vt retractet se coram illis, coram quibus infamauit, si erant tales, vt tacuerint audita, quod si & hi alijs communicauerunt, tenentur dicere ijsdem, qualiter, qui illud prius dixerat, retractatus est coram ipsis, sic. n. tenent Mercatus Medina, Pedraza, & Alcocer: si vero erant tales, vt habeatur pro certo, quod publicauerint, tenebitur publice retractare dicens Parocho, aut procuratori, vt dicat illud in ecclesia, vt sic restituatur honor perditus, sic enim explicat Nauarrus. Mer. Medina. & Ped. vbi supr. Alcoc. i sum. ca. 22.

9 Octaua Conclusio. Qui falsæ, aut vere dixit aliquod crimen infamatorium alicuius, cuius infamia iam est obliuioni tradita, non tenetur restituere, sed potius peccabit innouans plagam oblitam, sic enim tenent post Siluestrū, Nauarrus, & Corduba, quod intelligitur, si sit certus, quod infamia sit obliuioni tradita; quia, si dubitat de hoc, debet facere aliquam compensationem non faciens mentionem criminis, quia potest esse, quod sit in obliuione. Nau vbi sup. nu. 47. Cor. de regen. sec. q. 3. consil. 9 in 1. p.

10 Nona Conclusio. Si persona priuata, quæ affecta est iniuria parcit, & remittit iniuriam, & infamiam ex ea sequutam, non tenetur qui iniuriauit, facere restitutionem; verumtamen peccat, qui remittit famæ suæ restitutionē, si ipsa sit necessaria ad acquirendam salutem spiritualem, scilicet, quia remanens infamis non poterit ingredi religionem, in quam forte volebat ingredi, vt idem est, si videntes, quod ille homo non purgat se, ac defendit honorem suum, capiunt occasionem peccandi liberius, cum videant grauem virum notatum illa infamia & delicto.

11 Decima Conclusio. Peccat mortaliter persona publica, quæ remittit honoris sui restitutionem, cum fama sui sit fama subditorum, qui illi sunt subiecti; vnde cum sit hęc remissio inefficax, qui infamauit, tenetur restituere, vt dicit Aragon contra Sotum; ambo tamē dicunt veritatem, si explicetur eorum opinio, scilicet, quod opinio Aragonis procedat in casu, quod Prælatus ratione infamiæ remaneat inhabilis ad gubernandos suos subditos secundum suam obligationem: quia quo adhoc fama prælati est ipsorum, donec illum habuerint prælatum, opinio autem Soti procedit in casu, quod infamia Prælati non auferat subditis hoc ius, quod habent, quod raro eueniet, sic tenet Nauarra. Arag. 2. 2. q. 61. art. 2. p. 194. Sot. li. 4. de iust. q. 6. ar. 3 in solut. ad 5.

12 Vndecima Conclusio, Si aliquis infamauerit aliquem religiosum, non sufficit, quod religiosus remittat satisfactionem huius infamiæ, vt remaneat securus, sed est necesse, vt retractet seipsum, cum fecerit damnum cum hac infamia reliquis religiosis: vnde est necessarium, quod omnes remittant iniuriam, & satisfactionem. Hinc est, quod religiosus infamans seipsum tenetur per legem iustitiæ restituere sibi famā, cum fecerit sua infamia damnum suæ religioni, si ipsa habeat ex se bonam famam; vt omnes habent quæ intra nos sunt, sic tenet Corduba, & sic debet intelligi, quod super hoc puncto tradit Angles. Nau. l. 2. de rest. c. 4. nu. 392. Cord. 4 mēb. de sigillo q. 3. cōc. 4. Angles de rest. famæ dubio 3. dif. 7.

Finis Primæ Partis.

SVMMÆ CASVVM CONSCIENTIÆ

A R. P. EMANVELE RODRIQVEZ Lusitano, Ord. Min. Sacræ Theologiæ Lectore sermone Hyspano compositæ.

Ac per BALTHASAREM de CANIZAL Hispanum in Neapolit. Gymnasio publicum Medicinæ professorem iampridem in Latinum translatæ.

PARS SECVNDA.

De Clericis negotiatoribus. Cap. I.

SVMMARIVM.

An Clerici negotiatores, & mercatores incurrant aliquam censuram, conc. 1. n. 1.
An beneficiati, aut ordine sacro initiati aliquando possint negotiari, conc. 2. nu. 2.
An Clerici possint negotiari per interpositas personas, conc. 3. nu. 3.
An Clerici possint testari de bonis acquisitis per negotiationem, conc. 4 nu. 4.
Quotuplex sit negotiatio, ibid.

CIrca hanc materiam negotiationis nõ tracto hic extense, quia in materia emptionis, & venditionis late traditur hoc; pro resolutione tamen dicendorum ponuntur sequentes Conclus.

1 Prima Conclusio. Clerici negotiatores, & mercatores castigantur pęna suspensionis, & excommunicationis, & ideo peccant mortaliter; quod intelligitur, si sint ordine sacro initiati, aut habeant beneficium, quia alias possunt sine timore dictarum legum exercere totum id, quod est licitum sæcularibus, vt dicit Panor & Nauarrus. Et ideo posśut negotiari, emere, vendere sine timore alicuius pęnæ, vt resoluit Nauarr. in quodã consilio. Et nota, quod, qui habet beneficium ecclesiasticum, peccat vtens arte medica pro lucro, quia hoc est officium sæcularium, & officia sæcularia sũt prohibita illis à Conc. Trid. quod ego putarem procedere, quando beneficium nõ est tenue, quia si esset multum tenue, nõ videtur mihi obligari sub dictis pęnis ad non se occupandum in dictis negotiationibus, cum in hoc casu secundũ multos homines doctos hic non teneatur recitare officium diuinum. Nota vlterius, quod ad hoc, vt initiatus ordine sacro, aut gaudens beneficio ecclesiastico incurrat pœnas supradictas, est necesse, quod exerceat, & implicetur in emptione, vẽditione, cambiatione ad effectum lucri, vt reliqui mercatores, vt notat Rebuffus, & colligitur ex eo, quod tradit D. Thomas. Hinc sequitur quod non est negotiator, nec mercator, qui clericus vendit triticum, aut oleum, &c. suorum prędiorum, nec qui emit ea ad sustentationem suæ familiæ pro pretio tũc currente, & postea vendit ea cariori pretio, quam empta sint, vt dicit Nauarr. & ideo non punitur dictis legibus, nec tenetur soluere gabellam pro his rebus, vt notat Salzedus, quam debent clerici

Panor. in c. 1. & 2 de postu. Nau. d. c. 25. n. 110.

Nau. l. 3 consl. tit. d' success. ab intest. cõs. 3. f. 212. Cõc. Tr. sess. 22. d' refor. c. 1.

Rebuff. de mercat. minui. ar 1 gl 1. nu. 10 10. 2. D. Tho 2. 2. q. 77. ar. 4. Nau. ca. 25. nu. 110. Salze. in pra. crim. c 55. pa. 167. tom. 1.

negotiatores, & mercatores, & potest ab eis peti coram iudice ecclesiastico.

2 Secunda Conclusio. Probabile est clericos beneficiarios, & ordine sacro initiatos posse negotiari sine peccato mortali, dummodo negotiatio non sit turpis, & absit scandalum, temeritas, aut contumacia, & contemptus, cum ars negotiandi ex se sit licita, quando dirigitur in honestum finem, vt dicit D. Tho. hanc conclusionem cum his modificationibus tenent Nauarrus, & Ludouicus Lopez, hincque infertur, quod si moniti fuer a suis iudicibus continuant negotiationem, licet honestā, tenētur soluere tributa, vt reliqui mercatores sæculares, cum ratione negotiationis amittant in hoc casu priuilegium clericale, vt ordinatur in iure.

D Th. 2. 2. q. 77. art. 4. ad 1. Lop. l. 1. instr. neg. c. 10 col. 2. Na. c. 25 nu. 100. Cle. de vita, & hon. cle. Salz. in pra. crit c. 55. pa. 266. Arag 2. 2. q. 67. art. 4. f. 144 col. 4.

3 Tertia Conclusio. Clerici possunt negotiari per interpositas personas; & ideo possunt dare consanguineo, aut amico pecuniam, vt negotietur cum ea: subijcientes se iacturæ, & lucro, quia negotiatio est prohibita clericis personaliter, vt insinuat quædam Clement. & tenent Salzedus, & Aragon.

4 Quarta Conclusio. Clerici possunt testari de bonis acquisitis per viam negotiationis; & legatarij possunt habere dicta legata licite, si negotiatio ex se sit licita, idest, non contraria legibus iustitiæ specialis, licet sit illicita ratione circunstantiæ personæ, loci, & temporis, aut alterius rei, quæ facit negotiationē vitiosam, quia sit contraria alijs virtutibus moralibus, Pro cuius explicatione, debet notari, quod duplex est negociatio, alia est iusta, & honesta; & alia est illicita, & turpis, illicita ex duplex, vna est contra leges iustitiæ specialis; alia contra leges aliarum virtutum moralium, inter quas duas est magna differentia; quia quæ est contra iustitiæ specialis leges, vt vendere rem cariori pretio, quam par sit, aut committere vsuram, non solum inducit peccatum, sed etiam obligationem restituendi damnum, quod fit tertio, vt notat D. Tho at alia licet inducat ad peccatum mortale, aut veniale, vt supra dixi, non inducit tamen restitutionem, vt colligitur ex eodem D. Thom. & tenēt Greg. Lopez, Didacus Perez, & Nauarrus. Hinc sequitur, quod quando clericus vendit rem iusto pretio, quamuis peccet ratione personæ exercens se in mercatura, non tenetur tamen restituere lucrum, & per consequens potest testari de eo.

D. Th. 2. 2. q. 61. artic. 11. & 2. D. Tho. vbi supr. Gregor. Lop. in l. 46. p. 1 ver con. la volūta. ad Perez in li. 3. tit. 1 ver mādamento. li. 1. ord. Nau. l. 3 cons. tit. de test. cons. 10.

De Notarijs. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 An possint notarij recipere plus, quam de iure illis debetur. concl. 1. num. 1.

An sit licitum notarijs recipere aliquid loco strenarum post litis victoriam. conclus. 2. num. 2.

An sit licitum notarijs aliquid recipere a sponte offerentibus illis. concl. 3. num. 3.

De quibus interrogare debeant Confessarij notarios. nu. 4.

1 PRima Conclusio. Non possunt Notarij habere a partibus plusq illis de iure debetur. Verum est tamen, quod si precibus fuerint conuicti, vt laborent vltra solitum, vt parti detur processus in minori spatio, quam soleat, quòd poterunt habere aliquid amplius pro illo labore extraordinario, vt tenet Fr. Ludouicus Lopez; poteruntq; eadem ratione capere plus solito, si exiere extra oppidum ad faciēdam scripturam, vt per distantiam nouem milliariorum, vt ordinatum est in quadā pragmatica horum regnorum, vbi ponitur quantitas, quam pro hoc labore perferre debent. Possunt etiam recipere, quod illis datur ab aliquibus personis non tanquam notariis, sed tanquam nobilibus, & amicis, & quod dat eis etiam aliquis homo in dignitate constitutus, quia lex solum prohibet, quod recipiatur aliquid, licet sit gratiose, ratione officii; quod autem dat eis hæc persona illustris, dat sui causa consi-

Lop. in instr. cō. 2 p. c. 19 & instru. neg li. 5. c. 18. fol. 62.

considerans, quod alij sibi similes solent facere idem, & quod notabitur auaritia, si non imitetur eos, sic enim dicit Petrus de Nauar.

Nau.li.3 de rest.c.3.n.22.

2 Secunda Concl. Illicitum est notario recipere aliquid loco strenarũ post obtentam victoriam litis; hanc conclusionem tenet Ludou. Lopez cõtra Mercatum; quod in his regnis Castellæ debet obseruari; cum præcipiat quædam pragmatica Reginæ D. Isabellæ facta Compluti anno 1503. quod notarius publicus stipendium, quod habuerit, scribat patenter in parte posteriori scripturæ, seu processus; & quod nõ possit percipere plusquam illud stipendium assignatum nullo prætextu, aut colore; Nec potest petere, nec recipere, nec notarijs valet aliqua consuetudo quæ esset in cõtrarium inter illos cum puniatur ille, qui inuenitur defecisse in hoc pœna legis. Vnde infertur, quod Princeps, nec expresse, nec tacite id approbat, vt dicit Aragon; & ideo tenentur restituere totum id, quod percipiunt iniuste tanquã notarij vltra stipendium. Dixi, *tanquam notarij*, quia, si hoc habeant alijs respectibus, vt dictum est, non tenebũtur ad restitutionem. Nunc videamus, an sit obligatio restituendi supradictum, quãdo litigans dat plus, quam debitum est, sciens, quod non debet illud.

Lop. vbi su. Arag. 2.2.q.62 art.3.p.234.

3 Tertia Conclusio. Quando, qui litigat, cognoscit bene stipendia notariorum, licet peccent notarij recipientes plusquam illis debetur ab illo, si tamen offertur illis sponte, non tenebuntur ad restitutionem; hæc conclusio est contra Medinam in sua summa; quod probatur, quia licet lex prohibeat, quod non possint habere præter stipendium assignatum, licet gratis illis offeratur, non ideo est illis impedita translatio dominij, nec remanent incapaces eius, quod gratis illis datur, sicut remanent incapaces recipiendi officiales cameræ Regiæ, quia ijs conuenit esse multum alienos à cupiditate, vt illi, qui à longinquo veniunt in curiam ad negotia, non sint constricti expendere omnia bona sua in lite, præcipue quia Rex assignat stipendia his notarijs, sicut assignat auditoribus Regis, & aliorum consiliorum, quod totum cessat in notarijs ordinarijs, & publicis; vnde lex noluit eos inhabilitare, vt possent recipere plus suis stipendijs; hæc videtur esse sentẽtia Nauarri, vt aduertit Petrus de Nauarra dicens, quod non est contra hoc iudex Regius, in quo iubetur illis, quod soluant quadruplum recepti, quia in eo non ordinatur, quod restituant receptum, sed solum imponitur illis pœna, quæ non debetur nisi post sententiã iudicis latam.

Med. in sũ. lib.1. c.19.§.6

Documenta Confessarijs necessaria.

4 VLtra supradicta debent notare Confessarij, quod debent interrogare Notarios de sequentibus. Primum, an faciant aliquid cõtra id, quod iurant. Secundum, an fecerint aliquam scripturam, aut partem eius falsam. Tertium, si non monuerunt partes, leges, & priuilegia, quæ renuntiant, quod debẽt multum aduertere Confessarij, cum sæpe decipiant mulieres, & personas simplices in scripturis, quas faciunt. Quartum, si fecerunt testamenta, aut similes scripturas putantes, aut probabile suspicantes, quod stipulantes non erãt mente constantes. Quintum, si ordinauere testamentum, aut similem scripturam relinquens aliquam solemnitatem necessariam, aut quid simile. Sextum, an scripserint aliquas scripturas in fauorẽ vsurarum, aut contra libertatem ecclesiasticam; & notent, quod hoc peccatũ habet annexam excommunicationem. Septimum, an receperint aliquã scripturam, aut absconderint, aut non dederint eam, aut distulerint dationem egente ipsa parte dicta scriptura. Octauum, an abstulerint à processibus aliquam scripturam, vel actum, aut addiderint sua authoritate, aut omiserint scribere, quod testes deponunt, aut aliter, quam dixere, disposuerint. Nonum, si tradiderint

processum personis non cognitis, & probatæ fidei ob periculum, quod inde potest sequi. Decimum, si non habent registrum, in quo habeant notata nomina, & scripturas, quæ coram illis fiũt cum nominibus partium, anno, mense, & die: deq; alijs multis possunt interrogari, quod ipsi probe cognoscunt; & ideo sufficit, quod Confessarij dicant illis, an defecerint obligationi officij sui, quę interrogatio sufficit pro reliquis statibus, cum omnes homines teneantur scire obligationem, quam petit status suus, vt resoluunt Doctores communiter, de qua re tractant D. Tho. & Cord.

D. Th. 1 2. q. 76. ar. 2. Cord. l. 2 qq. q. 1. & 2. cũ seq.

De nouitijs quo ad eorum qualitates secundum constitutionem Sixti V. Gregorij XIIII. & Clementis VIII. Cap. III.

SVMMARIVM.

Interrogationes, quæ debent fieri, & probari secundum dictos Pontifices, nu. 1.

Qui sint sacrilegi, quos excludebat Sixtus V. à religione, nu. 2.

Qui erant incestuosi, quos excludebat idem Pont. nu. 3. & 4.

Quod Gregorius XIIII. prohibuit, quod filij illegitimi habiti ab aliquo monacho ante ingressum religionis, vel post, non possent admitti ad religionem, in qua pater habitat; & an sit peccatum mortale, aut veniale admittere eos; & an pater possit ingredi religionem, vbi commoratur filius illegitimus, nu. 5.

Quomodo debeant examinari volentes ingredi Religionem, qui excedunt annos, ibid. num. 6.

Quod nõ omnes criminosi sunt exclusi, sed illi solum, contra quos iudices sęculares processerunt per viam inquisitionis, aut accusationis, ibid.

An qui ante delictum vouit religionem si ingrediatur ipsam possit puniri à iudice sęculari ob illud, ibid.

Quod grauati ære alieno non possunt admitti ad religionem, quousque reddant rationem, aut satisfaciant suis creditoribus, num. 7. & 8.

An exteri possint admitti sine informatione, num. 9.

Circa hanc materiam est notandũ, quod à tempore Sixti V. hucusq; est magna varietas in modo recipiendi nouitios, quia Sixtus Quintus ordinauit, quod sacrilegi, incestuosi non admitterentur ad religionem, nisi vt essent conuersi; & adulterini, & naturales illegitimi non admitterentur ad ipsam, nisi facto examine vitæ, & morum in aliquo capitulo generali, aut prouinciali, vt constat ex quadam constitutione eiusdem Pontificis data anno 1588. 16. Nouembris anno quarto sui Pontificatus; postea vero ordinauit, vt possent admitti, si fieret prius informatio iuridica visa, & examinata à duobus superioribus saltem ipsius religionis assignandis pro hoc negotio in capitulo, aut congregatione, vt latius continetur in quadam modificatione, quam idem Sixtus Quintus fecit suæ constitutioni, de qua quidem constitutione nullam iam facio mentionẽ, quoniam totum id, quod in ea ordinatum est, est reductum ad terminos iuris communis per Gregor. XIIII. in quadam constitutione anni 1599. in primo anno sui Pontificatus, in qua ordinauit, quod omnes illegitimi, siue essent sacrilegi, aut incestuosi, aut adulterini, aut naturales possent admitti ad religionem facta informatione necessaria secundum constitutionem Sixti Quinti addens aliam interrogationem; & vt sciat fieri informatio, pono hic interrogationes.

1 An sint legitimi.

2 Si sint illegitimi, an sint sacrilegi incestuosi, & quos mores, & habilitatem habeant.

3 Si sint incestuosi, in quo gradu erãt patres sanguine iuncti, & an affinitate, vel consanguinitate.

4 Si sint illegitimi habiti à patre ante professionem, aut post in ea religione, in quam volunt ingredi, & viuit adhuc pater in ipsa religione.

Si

5 Si qui petunt habitum, prætereant 16. annos, debent interrogari, an fuerint homicidæ, aut notati infamia alicuius furti, aut alterius criminis, de quo cognouerit iudex ante ingressum religionis, ob quod fuerunt condemnati; aut ne apprehenderentur, confugerunt ad ipsam religionem, & si accedant ære alieno grauati, ita vt eorum bona non sufficiant soluere; & an habeant rationem, quam debeant reddere, quam si non reddant, eueniet aliquod malum, aut molestia; de his enim omnibus debent interrogari, inquiri, & examinari secundum dictas constitutiones, & si hæc inquisitio non fiat, admittaturque ad professionem aliquis sine ipsa, erit ipsa professio tacita, aut expressa irrita, & nulla, vt determinat Sixtus V. in sua constitutione, cui non derogat Gregor. XIV. in sua constitutione.

1 Circa primam interrogationem nihil est dicendum.

2 Circa secundã est notandum primo, quod sacrilegi sunt filij monialium, monachorum, aut clericorum sacris initiatorum, qui fecerunt votum solemne castitatis, ratione cuius cõtrahentes nihil faciunt, nõ sunt vero sacrilegi filij equitum militarium ordinũ in his Regnis Castellę ordinis scilicet D. Iacobi, & Alcantaræ, quia licet hi fecerunt votum castitatis coniugalis, tamen sedes Apostolica dispensauit cum ipsis, vt possint nubere, vt dictum est supra cum Ioanne Guttier. quod feci confirmari à multis hominibus doctis Scolæ Salmanticensis, vt liberarem quendam filium cuiusdam Commendatarij à pęnis Sixti V. qui excludit sacrilegos ab hac receptione, vt dictum est.

3 Secũdo debet notari, quòd incestuosi sunt, qui sunt habiti à consanguineis via affinitatis, aut consanguinitatis.

4 Circa tertiam interrogatiunẽ debet notari, quod non omnes incestuosi excluduntur à Sixto V. sed solum illi, qui oriuntur a consanguineis in tertio gradu cõsanguinitatis, aut affinitatis, ita vt qui nascuntur à cõsanguineis vltra hũc gradum, possent admitti, vnde ordinãte Gregor. XIV. quod admittentes illegitimos debent examinare diligenter eorum vitam, & consuetudinem: & habita bona spe eorum, qua suppleatur eorum defectus, sint admissi, nõ est necesse quod sint tot causæ, & spes bonæ incestuosis habitis in quarto gradu sicut incestuosis tertij gradus, & in sacrilegis, sicut non est necessaria tanta species profectus spiritualis in religione in naturalibus, & adulterinis, sicut in sacrilegis, & incestuosis.

5 Circa quartam interrogationem primo est notandum, quod Sixtus V. non apponebat eã, sed Greg. XIV. addidit illam, & multo merito conformans se in hoc decreto sac. Concil. vbi ordinatur, quod filij illegitimi clerici non possunt esse beneficiatij, nec administrare in ecclesijs, vbi eorũ pater administrauerit, ne adducat in memoriam patris sui incontinentiam, & ideo non vult Gregor. XIV. quod admittantur ad religionem filij monachorum, vbi patres eorũ sunt professi, & viuunt, ne adducant in memoriã eorũ incontinentiã tam contrariam habitui regulari. Estque secũdo notandum, quod si admittantur, & faciãt professionem hi filij monachorũ, valet professio, quia Greg. XIV nõ annullat illam, solum enim prohibet eorum receptionem; quod quidem præceptum puto ego nõ obligare ad mortale, si petat filius illegitimus habitũ in religione, vbi pater est professus, & viuente patre in prouincia distante ab ea, in qua filius petit habitum, cum in hoc casu cesset ratio legis. Tertio debet notari, quod pater potest admitti ad religionem, in qua filius eius illegitimus est professus: quia nullum est ius, quod id prohibeat, nec Greg XIV. id prohibet, & Rebuffus defendit, quod pater potest administrare in ecclesia, vbi filius illegitimus administrat, aut administrauerit, vt supra declaratum est in materia beneficiorum ecclesiasticorum, & idem dicendum est in nostro casu, cum sit eadem ratio.

Concil. Triden. sess. 25. c. 15. de reform.

6 Circa quintam interrogationem est

cat mortaliter, si sit graue damnum, qđ ex murmuratione resultat, vt dicunt Nauarrus, & Medina cum communi. Verum tñ est, quod homines docti tenent, qđ audire libenter sine resistentia aliqua delicta grauia ꝓximi sui sit peccatum mortale contra charitatē, quia si est peccatum mortale non impedire, vt comburatur domus proximi, quomodo non erit peccatum mortale non impedire combustionem famæ proximi, præcipuè obligante nos ad illud præcepto correctionis fraternæ, si possit facile fieri? Hæc opinio est Alcoceris, vnde colligunt Doctores communiter tres casus, in quibus audire detractorem sit peccatum mortale. Primus, si ratione officij sui qs tenetur corrigere, & omittit præ negligentia. Secundus, si omittit id facere timore humano, qui in se est peccatum mortale. Tertius, quando est necessitas impediendi aliquod notabile damnum, quod videtur aperte nasci ex tali murmuratione.

Na. c. 18 n. 37. Medina in su. versi. 184.

15 Decimaquinta Conclusio. Qui libenter audit detractionem de proximo suo solum peccat contra charitatē: vnde non tenetur ad restitutionem, nisi ratione officij sui teneatur illum corrigere, q in hoc casu tenebitur restituere totū damnum, cum peccet contra iustitiam, vt tenent D. Tho. & Caietanus.

D. Th. 14. d. 15. a. 5. questiunc. 3 Caie. 2. 2 q. 72. ar. 2.

16 Decimasexta Concl. Peccatū mortale est infamare aliquem, qui falso, & mendacio acquisiuit bonam famam in republ. quia aliter esset licitum infamare oēs peccatores occultos, sic enim tenet Corduba contra Adrianum, qui dicebat non esse peccatum mortale.

in su. q. 2. concl. 4. ad 2. Cordu. vbi Adr. qđli. 11. q. 2.

17 Decimaseptima Concl. Nō est peccatum mortale tacere virtutes proximi, si non sit necessitas manifestādi eas; si vero sit necessitas, peccat tacens: sicut etiam est peccatum laudare nimis aliquem, si sequatur ex eo infamia alteri, vt si quis dicat de alio, N. est priuatus officio, quod habebat, qui vero nunc administrat, est vir probus, & sine vlla tyrannide, hic peccat mortaliter, quia virtualiter infamauit primum iudicem, & tenetur restituere; sic enim tenet Nauar. cum Adriano.

Na. d. c. 18. n. 37. & in d. c. inter verba nu. 77.

18 Decimaoctaua Conclusio. Qui narrat iniuriam, quam alter sibi irrogauit, peccat mortaliter, qui infamat eum, vt hominem prauæ conscientiæ; si vero narrat hoc ad deplorandum suum statum cum aliquo amico, non est peccatum mortale; quia vtitur iure suo capiens alleuiationem suæ pœnæ; si vero inde reuelatur alterius crimen, hoc est accidentale.

19 Decimanona Concl. Peccatū mortale est murmurare de mortuis: quia non est licitum post mortem pœnitentis reuelare eius peccata, & si sequitur damnum eius posteris, vt si dicatur, qđ fuit traditor, aut quod commisit crimē læsæ maiestatis, aut contra Rempublicam, aut quod descendebat à Iudæis, tenebitur facere illis aliquam compensationem: vt tenet Angles quem sequitur Nauarrus.

Angl. in q. de restit. famæ in floribus, 4. Na. li. 2. de rest. c. 4. nu. 353.

20 Vigesima Conclusio. Peccatum est murmurare filios, seruos, & subditos de suis parentibus, dominis, aut superioribus; non est tamen vlla obligatio explicandi hanc circumstantiam in confessione: nisi in murmuratione adfuit irreuerentia mortalis contra illos, sicut est, quando ex murmuratione sequitur aliquod damnum notabile; si autem hoc non sit, solum erit peccatum veniale murmurare de illis, sicut non est peccatum mortale omnis ingratitudo, quæ contra Deum, & homines committitur, vt dicit D. Thom. & post alios resoluit Corduba, & Fr. Ludou. Lopez.

D. Th. 2 2. q. 103. & q. 12. Cord. d. casib. q. 14. Lop. in inst. consc. c. 29. col. 230. ca. 54. col. 392.

21 Vigesimaprima Concl. Murmurare de religione in communi non solum est peccatum mortale, sed est suspectū in fide, peccantque mortaliter, qui infamant aliquas religiones in particulari; & sunt excommunicati, vt dicit Medina, in quam excommunicationem incurrunt, qui detrahunt religioni nostri Patris Diui Francisci, & Diui Dominici, aut qui affigunt libellos famosos contra illas, vt statuit Alexander Quartus, traditque Siluester; peccantque infaman-

Med. in sū. f. 184 Sil. v. ex co. c. 7. exc. 48.

tes aliquam religionem totam, aut partem eius, dicentes, quod in illa non obseruatur regula, nisi hoc sit in casu omnibus notorio, vt dicit Sotus: Vnde non excusarem ego à peccato mortali illũ, qui diceret, Ego inueni fratrem quendam (quamuis non nominet illum) ordinis talis cum quadam muliere, quia hoc redundat in opprobrium totius monasterij: quamuis secus esset, si esset collega alicuius collegij tacendo nomẽ, quia in collegio non profitentur tantũ castitatem, quantum fit in religione.

Sot. li. 4 de iust. q. 6. a. 3.

22 Vigesimasecunda Conclusio. Nõ peccat, qui audit aliquem notabilem defectum alicuius, aut culpæ, aut natiuitatis, & procurat cognoscere personam ad aliquem bonum finem, vt sic prouideat recte aliquod beneficiũ, aut faciat laudabiliter matrimonium, dummodo hæc informatio capiatur ab ijs, qui sint dicturi veritatem, & non sint læsuri in aliquo partes, quia si curat hoc scire cum praua intentione, erit peccatum mortale, vt lædatur scilicet persona; vel veniale, si ob curiositatem, & gustum curat hoc scire, vt dicit Corduba: præcipue erit veniale, cum id cognoscit legendo aliquas scripturas, aut monumenta inquisitionis, quæ in ecclesijs solent appendi cum nominibus supplicio affectorum, vt docet Corduba, & Nauarrus referens Sanctũ Thomam. Dixi, *legendo scripturas*, quia si hoc curat scire ab alijs, putarẽ esse peccatum mortale, cum hac via sæpe expergiscantur dormientes, & surgit infamia, quæ tempore dilabebatur, etiam quia dat occasionem, vt manifestetur hic defectus, quod est peccatum mortale.

Cord. de casib. q. 57. Na. c. 23. n. 29. D. Th. 2. 2. qu. 167 ar. 2. ad 4.

23 Vigesimatertia Conclusio. Murmurare, vt inficiatur amicitia praua quo ad spiritum, est virtus, si dicatur veritas, & nulli sequatur infamia, vt si aliquis ad separandum alium à concubina, dicat illi, quod est deformis, leuis, aut quid tale: dicere autem aliquem defectum, aut peccatum de aliquo, licet verum sit, vt inficiatur amicitia honesta, & virtuosa, semper est peccatum: erit autem mortale, si prætendatur eorum inimicitia, si vero procuratur, ne habeant tantam familiaritatem, erit solum peccatum veniale, vt dicit Aragon. Arag. 2. 2. q. 73. ar. 2.

24 Vigesimaquarta Conclusio. Non est licitum dicendo malum procurare, vt aliquis non sit alteri amicus ob vtilitatem propriam maledicentis; non erit autem peccatum mortale procurare hoc dicendo veritatem, vt dicit Sotus; quia vnusquisque potest curare de sua vtilitate sine vi, aut fraude, si dignus sit illa vtilitate; quæ ratio mihi non placet, quia sufficit adhoc, vt sit hic actus peccatum mortale, quod præiudicet notabiliter proximo. Nec obstat, quod vnusquisque potest procurare suam vtilitatem; quia hoc intelligitur, non ablatam ab alio, qui eam acquisiuit, vnde licet Aragon sequatur Sotum, ego discedo ab eius opinione; solum enim recipiam illam in casu, quod vnus amicorum esset infidelis, quia tunc esset facere bonum amico innocenti, & fideli, quod bonum vnusquisque tenetur procurare, licet sit cum detrimento nocentis, & infidelis, corrigendo tamen illum prius fraterne, & ipse contemnat correctionem.

Sot. li. 5. de iust. q. 11. a. 1

Arag. 2. 2. q. 75. ar. fin. in fin.

De restitutione famæ amissæ ratione murmurationis, aut falsorum testium. Cap. CCLII.

SVMMARIVM.

Quid sit fama, num. 1.

Quæ conditiones debeant concurrere, vt aliquis teneatur restituere famam alteri, concl. 1. nu. 2.

An teneatur, qui false infamauit alium, dicere, quod dixit mendacium, concl. 2. num. 3.

Qui infamauit aliquem dicens veritatem quomodo debeat restituere famam illius concl. 3. nu. 4.

An teneatur, qui sustulit famam alicui, restituere eam, cum tamẽ alias laudauerit illum nimis in aliare, concl. 4. nu. 5.

An

1 AD explicationem eius, quod debet in hoc capite tractari, debet notari, quod fama est bona opinio, quę habetur de quadam persona, scilicet, qđ sit virtuti dedita, prudens, nobilis, & cetera; vnde hic tractamus de obligatione, quæ est restituendi hanc bonam famam, & opinionem, quādo iniuste fuit ablata: de qua materia tractat S. Tho. & Nau. & alij Auctores infra allegati.

D. Th. 2. 2. q. 62. ar. 2. ad 2. Nau. in c. inter v. n 856. & i sū. c. 18. n. 42.

2 Prima Conclusio. Ad hoc vt aliquis teneatur restituere famam alteri, tres requiruntur conditiones.

Prima est quod fama sit damnificata. Nota autē quod sæpe videtur, quod fama damnificetur, & in rei veritate nullum est damnum: quod accidit in quatuor casibus. Primus, quando aliquis dicit de aliquo curiali, quod vocauit aliquem ad duellum, aut quòd seruiuit alicui virgini nobili. Secundus, quando dicitur aliquid de homine infamia notato publice in illa materia, de qua tractatur. Tertius, quando infamia est leuis. Quartus, quando detrahens est homo parum fide dignus, aut putatur, qđ dicat ioco, vt tenet Nauarr.

Secunda conditio est, quod fama sit ablata iniuste; vnde qui accusat alium seruata iuris forma de aliquo delicto infamante probans testibus sufficientibus, non tenetur ad restitutionem, nec tenetur quis restituere famam hypocritæ illi, qui manifestam fecit suam fictā sanctitatem; quia nō sustulit ei aliquid, quod esset suum; immo potius aliquando tenetur manifestare hoc, ne colore sanctitatis faciat aliquod damnum; & ob eandem rationem non tenetur ad restitutionem ille, qui manifestat esse Petrum hominem vilem, si ipse iactet generositatē; & propter hoc sit in professione tali apud homines; immo sæpe conuenit hoc patefacere, ne colore huius tituli diuitis, aut nobilis damnū inferat alijs: sicut etiam conuenit monere amicum, ne accipiat N. in familiam suam, quia non habet bonas manus, vt dicitur; non tamen dicere licet hoc multis, vt vitent illum, quia peccator occultus habet ius adhoc, vt peccatum suum non publicetur.

Tertia conditio est, quod infamatus non recuperauerit integre famam amissam, quia si recuperauerit illam, non oportet illam restituere. Hinc infertur, quod ille, qui falso accusauit alium de aliquo crimine, non tenetur restituere famam, si accusatus probet esse falsam accusationem, si omnibus est notoria hæc falsitas, solum tenebitur restituere damna, quæ passus fuit accusatus, quousque veritas fuit probata; quę damna debent solui integre, si facta fuere in bonis acquisitis, nam quæ sequuta fuerint in bonis acquirendis, non debent integre solui, sed secundum arbitrium prudentis viri: debet etiam soluere expensas, quas fecit accusatus in verificanda veritate, vt dicunt Sotus, Nauarrus, & Mercatus.

Sot. li. 4. de iust. q. 6. ar. 3 Nau. c. 18. n. 23 Merc. đ resti. c. 9.

3 Secunda Conclusio. Qui surripuit famam alienam dicens falsum testimoniū, tenetur dicere, qđ mentitus sit, facereque alias diligentias, vt credatur secundum arbitrium prudentis viri, cum homines sint inclinati potius ad credendum malum, quam bonum. Verū est

est tamen, quod si homo grauis, & in dignitate constitutus (vt est Episcopus) commisisset hoc peccatum contra aliũ hominem vilem, quod non teneretur dicere se fuisse mentitum, sed alio modo posset satisfacere huic damno; illeque homo plebeus debet esse contentus illa satisfactione; quia differẽtia est inter famam hominis nobilis, & inter famam hominis infamiæ conditionis; vnde vt illi satisfaciat, nõ tenetur amittere propriã, quæ est maioris valoris; sicut qui furatus est centũ, non tenetur restituere ducentos, vt dicunt Sotus, Corduba, & Mercatus. Noteturque, quod, quando aliquis tenetur restituere famam iurans mentitum fuisse; non est necesse, vt ad comprobandum hoc, afferat testes, vt dicit Nauarr. Videatur circa hoc ordo iudicialis.

Sot. li. 4. de iust. q. 6. ar. 3. ad 4. Cor. l. 1. qq. q. 33 art. 2. Mer. vbi sup. c. 9. Nau. vbi sup. n. 45

4 Tertia Concl. Qui rapit etiam famam iniuste dicens veritatem, tenetur restituere non dicens quod sit mentitus, quia non debet dici mendaciũ pro omnibus rebus mundi, vt affirmat Sãctus Thomas, & Caietanus, sed laudãdo illum, quem infamauit, dicensque aliis modis alia, quibus reddatur illi fama. Verum est tamen, quod poterit dicere; quod mentitus sit, intelligens excessisse terminos legis diuinæ, & naturalis, sicut solemus dicere vulgariter. Petro mẽtitum est brachium, idest exiuit a suo cardine, & compositione naturali: hanc conclusionem sic explicatã audiui defendere in quodã actu maiori Reuerendum Patrem Fratrem Ludouicum de Leon præsidentem actui in vniuersitate Salmanticensi, contra quem fuerunt argumẽtati omnes Magistri, qui aderant præcipuæ Frater Bartholomæus de Medina, qui conuictus a præsidente fuit fassus publice debere sic existimari, & ideo posuit illam in sua summa, eamque nunc denuo sequitur Petrus de Nauarra confirmans eam aliquibus rationibus multum doctis, & tenet eam Magister Hẽriquez, in sua summa.

D. Tho. 2. 2 q. 62 art. 2. Caiet.

Med. in sum. fol. 273. Nau. li. 2 de rest. ca. 4. nu. 383. Hẽriq. lì. 2. de pęn. c. 11. n. 6

5 Quarta Conclusio. Tenetur qui infamauit alium de aliquo peccato, restituere illi famam, licet respectu alterius virtutis laudauerit illum magnopere, vt tenet Nauarr. quia licet alia ex parte honorificauit eum, non tamen restituit illi quod abstulerat de honore illius. Verum est tamen, quod si infamauit eum de aliquo defectu naturali, potest facere restitutionem in alia re, sicut si dicat quis de alio, quod est surdus, aut debilis visus (si hoc est falsum) potest dicere de eo ijsdem esse hominẽ prudentem, & doctum dignumq; re, quæ illi vult committi.

Nau. ca. 18. n. 42

6 Quinta Conclusio. In restitutione famæ non potest quis habere compensationem ex aliis rebus temporalibus, quæ sit directa, quia hæc accidit in illis rebus, quarum est vsus in suo genere, scilicet, quando vna potest seruire pro alia, sicut sunt res, quæ consistunt in numero, pondere, & mensura; & sic est compensatio directa, si detur frumentum pro frumento, aut frumentũ pro oleo, aut vinum. Veruntamen potest esse compensatio indirecta, si detur iniuria affecto aliquid secũdum arbitrium boni viri, vt dicit D. Thomas; vnde, quando aliquis non potest restituere famam, aut quia putat, quod nõ credetur, licet retractet se, aut propter periculum vitæ, aut aliter, tenetur compensare hoc damnum cum pecunia, aut alia re, quæ valeat, vt tenent Sotus, Couarruuias, & Corduba, quod debet teneri contra aliquos, quos refert, & sequitur Nauarrus: non potest autem esse compẽsatio vocando, qui infamat alium, hæreticum, aut infamãs de alio crimine, quia hæc non est compensatio iusta, nec æqualis debita compensationi Christianæ, vt dicit Caietanus. Nota etiam, quod tenetur hæres propter famam, quam defunctus deleuit, cui ipse successit, facere aliquam compensationem in pecuniam secundum damnum secutum, vt dicunt Corduba, Pedraza, & Nauarrus.

D. Tho. 2. 2. q. 62 a. 2. ad 2 Sot. l. 4. de iust. q. 7. ar. 2 Cou. in reg. peccatũ 1. p. num. 6. Cord. 4. mẽb. de sigillo secreti q. 36 cõ. 9. Nau. l. 2 rest. 3. n. 413.

7 Sexta Conclusio. Qui vere infamat aliquem, tenetur restituere famã, sicut

qui

Pedr. 8. cap. §. 1. Nau. 18. nu. 46. Nau. vbi sup. nu. 22. Sot. li. 4. de iust. q. 3. ar. 6

qui falsæ infamauit, hæc conclusio est Nauarri contra Sotum; quia obligatio restitutionis non respicit tantum qualitatem peccati, quantum nocumentū.

8 Septima Conclusio. Qui infamat aliquem, sufficit, vt retractet se coram illis, coram quibus infamauit, si erant tales, vt tacuerint audita, quod si & hi alijs communicauerunt, tenentur dicere ijsdem, qualiter qui illud prius dixerat, retractatus est coram ipsis, sic.n. tenent Mercatus Medina, Pedraza, & Alcocer: si vero erant tales, vt habeatur pro certo, quod publicauerint, tenebitur publice retractare dicens Parocho, aut procuratori, vt dicat illud in ecclesia, vt sic restituatur honor perditus, sic enim explicat Nauarrus.

Mer. Medina. & Ped. vbi supr. Alcoc. i sum. ca. 22.

9 Octaua Conclusio. Qui falsæ, aut vere dixit aliquod crimen infamatorium alicuius, cuius infamia iam est obliuioni tradita, non tenetur restituere, sed potius peccabit innouans plagam oblitam, sic enim tenent post Siluestrū, Nauarrus, & Corduba, quod intelligitur, si sit certus, quod infamia sit obliuioni tradita; quia, si dubitat de hoc, debet facere aliquam compensationem non faciens mentionem criminis, quia potest esse, quod sit in obliuione.

Nau. vbi sup. nu. 47. Cor. de regen. sec. q. 3. consil. 9 in 1. p.

10 Nona Conclusio. Si persona priuata, quæ affecta est iniuria parcit, & remittit iniuriam, & infamiam ex ea sequutam, non tenetur qui iniuriauit, facere restitutionem; verumtamen peccat, qui remittit famæ suæ restitutionē, si ipsa sit necessaria ad acquirendam salutem spiritualem, scilicet, quia remanens infamis non poterit ingredi religionem, in quam forte volebat ingredi, vt idem est, si videntes, quod ille homo non purgat se, ac defendit honorem suum, capiunt occasionem peccandi liberius, cum videant grauem virum notatum illa infamia & delicto.

11 Decima Conclusio. Peccat mortaliter persona publica, quæ remittit honoris sui restitutionem, cum fama sui sit fama subditorum, qui illi sunt subiecti; vnde cum sit hęc remissio inefficax, qui infamauit, tenetur restituere, vt dicit Aragon contra Sotum; ambo tamé dicunt veritatem, si explicetur eorum opinio, scilicet, quod opinio Aragonis procedat in casu, quod Prælatus ratione infamiæ remaneat inhabilis ad gubernandos suos subditos secundum suam obligationem: quia quo adhoc fama prælati est ipsorum, donec illum habuerint prælatum, opinio autem Soti procedit in casu, quod infamia Prælati non auferat subditis hoc ius, quod habent, quod raro eueniet, sic tenet Nauarra.

Arag. 2. 2. q. 61. art. 2. p. 194.

Sot. li. 4. de iust. q. 6. ar. 3 in solut. ad 5. Nau. l. 2. de rest. c. 4. nu. 392.

12 Vndecima Conclusio, Si aliquis infamauerit aliquem religiosum, non sufficit, quod religiosus remittat satisfactionem huius infamiæ, vt remaneat securus, sed est necesse, vt retractet seipsum, cum fecerit damnum cum hac infamia reliquis religiosis: vnde est necessarium, quod omnes remittant iniuriam, & satisfactionem. Hinc est, quod religiosus infamans seipsum tenetur per legem iustitiæ restituere sibi famā, cum fecerit sua infamia damnum suæ religioni, si ipsa habeat ex se bonam famam; vt omnes habent quæ intra nos sunt, sic tenet Corduba, & sic debet intelligi, quod super hoc puncto tradit Angles.

Cord. 4 méb. de sigillo q. 3. cóc. 4. Angles de rest. famæ dubio 3. dif. 7.

Finis Prima Partis.

SVMMÆ CASVVM CONSCIENTIÆ

A R. P. EMANVELE RODRIQVEZ Lusitano, Ord. Min. Sacræ Theologiæ Lectore sermone Hyspano compositæ.

Ac per BALTHASAREM de CANIZAL Hispanum in Neapolit. Gymnasio publicum Medicinæ professorem iampridem in Latinum translatæ.

PARS SECVNDA.

De Clericis negotiatoribus. Cap. I.

SVMMARIVM.

An Clerici negotiatores, & mercatores incurrant aliquam censuram, conc. 1. n. 1.
An beneficiati, aut ordine sacro initiati aliquando possint negotiari, conc. 2. nu. 2.
An Clerici possint negotiari per interpositas personas, conc. 3. nu. 3.
An Clerici possint testari de bonis acquisitis per negotiationem. conc. 4 nu. 4.
Quotuplex sit negotiatio, ibid.

Circa hanc materiam negotiationis nõ tracto hic extense, quia in materia emptionis, & venditionis late traditur hoc; pro resolutione tamen dicendorum ponuntur sequentes Conclus.

1 Prima Conclusio. Clerici negotiatores, & mercatores castigantur pęna suspensionis, & excommunicationis, & ideo peccant mortaliter; quod intelligitur, si sint ordine sacro initiati, aut habeant beneficium, quia alias possunt sine timore dictarum legum exercere totum id, quod est licitum sæcularibus, vt dicit Panor & Nauarrus. Et ideo possũt negotiari, emere, vendere sine timore alicuius pęnæ, vt resoluit Nauarr. in quodã consilio. Et nota, quod, qui habet beneficium ecclesiasticum, peccat vtens arte medica pro lucro, quia hoc est officium sæcularium, & officia sæcularia sũt prohibita illis à Conc. Trid. quod ego putarem procedere, quando beneficium nõ est tenue, quia si esset multum tenue, nõ videtur mihi obligari sub dictis pęnis ad non se occupandum in dictis negotiationibus, cum in hoc casu secundũ multos homines doctos hic non teneatur recitare officium diuinum. Nota vlterius, quod ad hoc, vt initiatus ordine sacro, aut gaudens beneficio ecclesiastico incurrat pœnas supradictas, est necesse, quod exerceat, & implicetur in emptione, vẽditione, cambiatione ad effectum lucri, vt reliqui mercatores, vt notat Rebuffus, & colligitur ex eo, quod tradit D. Thomas. Hinc sequitur quod non est negotiator, nec mercator, qui clericus vendit triticum, aut oleum, &c. suorum prędiorum, nec qui emit ea ad sustentationem suæ familiæ pro pretio tũc currente, & postea vendit ea cariori pretio, quam empta sint, vt dicit Nauarr. & ideo non punitur dictis legibus, nec tenetur soluere gabellam pro his rebus, vt notat Salzedus, quam debent clerici

Panor. i c. 1. & 2 de postu. Nau. d. c. 25. n. 110.

Nau. l. 3 cons tit. d succes sio. ab intest. cõs. 3. f. 212. Cõc. Tr. ses. 22. d refor. c. 1.

Rebuff. de mercat. minui. ar 1 gl 1. nu. 10 10. 2. D. Th 2. 2. q. 77. ar. 4. Nau. ca. 25. nu. 110. Salze. in pra. cri. in c 55. pa. 167. tum. 1.

negotiatores, & mercatores, & potest ab eis peti coram iudice ecclesiastico.

2 Secunda Conclusio. Probabile est clericos beneficiarios, & ordine sacro initiatos posse negotiari sine peccato mortali, dummodo negotiatio non sit turpis, & absit scandalum, temeritas, aut contumacia, & contemptus, cum ars negotiandi ex se sit licita, quando dirigitur in honestum finem, vt dicit D. Tho. hanc conclusionem cum his modificationibus tenent Nauarrus, & Ludouicus Lopez, hincque infertur, quod si moniti sint a suis iudicibus continuant negotiationem, licet honestã, tenentur soluere tributa, vt reliqui mercatores saeculares, cum ratione negotiationis amittant in hoc casu priuilegium clericale, vt ordinatur in iure.

D Th. 2. 2. q. 77. art. 4. ad 1. Lop. l. 1. instr. neg. c. 10 col. 1. Na. c. 25 nu. 100. Cle. de vita, & hon. cle. Salz. in pra. crã c. 55. pa. 266. Arag 2. 2. q. 67. art. 4. fo. 144 col. 4.

3 Tertia Conclusio. Clerici possunt negotiari per interpositas personas; & ideo possunt dare consanguineo, aut amico pecuniam, vt negotietur cum ea subijcientes se facturae, & lucro, quia negotiatio est prohibita clericis personaliter, vt insinuat quaedam Clement. & tenent Salzedus, & Aragon.

4 Quarta Conclusio. Clerici possunt testari de bonis acquisitis per viam negotiationis; & legatarij possunt habere dicta legata licite, si negotiatio ex se sit licita, idest, non contraria legibus iustitiae specialis, licet sit illicita ratione circunstantiae personae, loci, & temporis, aut alterius rei, quae facit negotiationẽ vitiosam, quia sit contraria aliis virtutibus moralibus, Pro cuius explicatione debet notari, quod duplex est negociatio, alia est iusta, & honesta; & alia est illicita, & turpis, illicita ex duplex, vna est contra leges iustitiae specialis; alia contra leges aliarum virtutum moralium, inter quas duas est magna differentia; quia quae est contra iustitiae speciales leges, vt vendere rem cariori pretio, quam par sit, aut committere vsuram, non solum inducit peccatum, sed etiam obligationem restituendi damnum, quod fit tertio, vt notat D. Tho. at alia licet inducat ad peccatum mortale, aut veniale, vt supra dixi, non inducit tamen restitutionem, vt colligitur ex eodem D. Thom. & tenẽt Greg. Lopez. Didacus Perez, & Nauarrus. Hinc sequitur, quod quando clericus vendit rem iusto pretio, quamuis peccet ratione personae exercens se in mercatura; non tenetur tamen restituere lucrum, & per consequens potest testari de eo.

D. Th. 2. 2. q. 61. artic. 11. & 2. D. Tho. vbi supr. Gregor. Lop. in l. 46. p. 1 ver con. la volũta. ad Perez in li. 3. tit. 1 ver mãdamento. li. 1. ord. Nau. l. 3 cons. tit. de test. cons. 10.

De Notarijs. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *An possint notarij recipere plus, quam de iure illis debetur. concl. 1. num. 1.*

An sit licitum notarijs recipere aliquid loco strenarum post litis victoriam. conclus. 2. num. 2.

An sit licitum notarijs aliquid recipere a sponte offerentibus illis. concl. 3. num. 3.

De quibus interrogare debeant Confessarij notarios. nu. 4.

1 PRima Conclusio. Non possunt Notarij habere a partibus plusquã illis de iure debetur. Verum est tamen, quod si precibus fuerint conuicti, vt laborent vltra solitum, vt parti detur processus in minori spatio, quam soleat, quod poterunt habere aliquid amplius pro illo labore extraordinario, vt tenet Fr. Ludouicus Lopez; poteruntq; eadem ratione capere plus solito, si exiere extra oppidum ad faciẽdam scripturam, vt per distantiam nouem milliariorum, vt ordinatum est in quadã pragmatica horum regnorum, vbi ponitur quantitas, quam pro hoc labore perferre debent. Possunt etiam recipere, quod illis datur ab aliquibus personis non tanquam notariis, sed tanquam nobilibus, & amicis, & quod dat eis etiam aliquis homo in dignitate constitutus, quia lex solum prohibet, quod recipiatur aliquid, licet sit gratiose, ratione officii; quod autem dat eis haec persona illustris, dat sui causa consi-

Lop. in instr. cõ. 2 p. c. 29 & istru. neg li. 5. c. 18. fol. 62.

considerans, quod alij sibi similes solent facere idem, & quod notabitur auaritia, si non imitetur eos, sic enim dicit Petrus de Nauar.

Nau.li.3 d'rest.c. 3.n.22.

2 Secunda Concl. Illicitum est notario recipere aliquid loco strenarũ post obtentam victoriam litis; hanc conclusionem tenet Ludou. Lopez cõtra Mercatum, quod in his regnis Castellæ debet obseruari; cum præcipiat quædam pragmatica Reginæ D. Isabellæ facta Compluti anno 1503. quod notarius publicus stipendium, quod habuerit, scribat patenter in parte posteriori scripturæ, seu processus; & quod nõ possit percipere plusquam illud stipendium assignatum nullo prętextu, aut colore; Nec potest petere, nec recipere, nec notarijs valet aliqua consuetudo quæ esset in cõtrarium inter illos cum puniatur ille, qui inuenitur defecisse in hoc pęna legis. Vnde infertur, quod Princeps, nec expresse, nec tacite id approbat, vt dicit Aragon; & ideo tenentur restituere totum id, quod percipiunt iniuste tanquã notarij vltra stipendium. Dixi, *tanquam notarij*, quia, si hoc habeant alijs respectibus, vt dictum est, non tenebũtur ad restitutionem. Nunc videamus, an sit obligatio restituendi supradictum, quãdo litigans dat plus, quam debitum est, sciens, quod non debet illud.

Lop. vbi su. Arag. 2.2.q.62 art.3.p. 234.

3 Tertia Conclusio. Quando, qui litigat, cognoscit bene stipendia notariorum, licet peccent notarij recipientes plusquam illis debetur ab illo, si tamen offertur illis sponte, non tenebuntur ad restitutionem; hæc conclusio est contra Medinam in sua summa; quod probatur, quia licet lex prohibeat, quod non possint habere præter stipendium assignatum, licet gratis illis offerantur, non ideo est illis impedita translatio dominij, nec remanent incapaces eius, quod gratis illis datur, sicut remanent incapaces recipiendi officiales cameræ Regiæ, quia ijs conuenit esse multum alienos a cupiditate, vt illi, qui à longinquo veniunt in curiam ad negotia, non sint constricti expendere omnia bona sua in lite, præcipue quia Rex assignat stipendia his notarijs, sicut assignat auditoribus Regis, & aliorum consiliorum, quod totum cessat in notarijs ordinarijs, & publicis; vnde lex noluit eos inhabilitare, vt possent recipere plus suis stipendijs; hæc videtur esse sentẽtia Nauarri, vt aduertit Petrus de Nauarra dicens, quod non est contra hoc iudex Regius, in quo iubetur illis, quod soluant quadruplum recepti, quia in eo non ordinatur, quod restituant receptum, sed solum imponitur illis pęna, quæ non debetur nisi post sententiã iudicis latam.

Med. in sũ. lib.1. c.19.§.6

Documenta Confessarijs necessaria.

4 VLtra supradicta debent notare Confessarij, quod debent interrogare Notarios de sequentibus. Primum, an faciant aliquid cõtra id, quòd iurant. Secundum, an fecerint aliquam scripturam, aut partem eius falsam. Tertium, si non monuerunt partes, leges, & priuilegia, quæ renuntiant, quod debẽt multum aduertere Confessarij, cum sæpe decipiant mulieres, & personas simplices in scripturis, quas faciunt. Quartum, si fecerunt testamenta, aut similes scripturas putantes, aut probabile suspicantes, quod stipulantes non erãt mente constantes. Quintum, si ordinauere testamentum, aut similem scripturam, relinquens aliquam solemnitatem necessariam, aut quid simile. Sextum, an scripserint aliquas scripturas in fauorẽ vsurarum, aut contra libertatem ecclesiasticam; & notent, quod hoc peccatũ habet annexam excommunicationem. Septimum, an receperint aliquã scripturam, aut absconderint, aut non dederint eam, aut distulerint dationem egente ipsa parte dicta scriptura. Octauum, an abstulerint à processibus aliquam scripturam, vel actum, aut addiderint sua authoritate, aut omiserint scribere, quod testes deponunt, aut aliter, quam dixere, disposuerint. Nonum, si tradiderint

processum personis non cognitis, & probatæ fidei ob periculum, quod inde potest sequi. Decimum, si non habent registrum, in quo habeant notata nomina, & scripturas, quæ coram illis fiũt cum nominibus partium, anno, mense, & die: deq; alijs multis possunt interrogari, quod ipsi probe cognoscunt; & ideo sufficit, quod Confessarij dicant illis, an defecerint obligationi officij sui, quę interrogatio sufficit pro reliquis statibus, cum omnes homines teneantur scire obligationem, quam petit status suus, vt resoluunt Doctores communiter, de qua re tractant D. Tho. & Cord.

D. Th. 1 2. q. 76. ar. 2. Cord. l. 2 qq. q. 1. & 2. cũ seq.

De nouitijs quo ad eorum qualitates secundum constitutionem Sixti V. Gregorij XIIII. & Clementis VIII. Cap. III.

SVMMARIVM.

Interrogationes, quæ debent fieri, & probari secundum dictos Pontifices, nu. 1.

Qui sint sacrilegi, quos excludebat Sixtus V. à religione, nu. 2.

Qui erant incestuosi, quos excludebat idem Pont. nu. 3. & 4.

Quod Gregorius XIIII. prohibuit, quod filij illegitimi habiti ab aliquo monacho ante ingressum religionis, vel post, non possent admitti ad religionem, in qua pater habitat; & an sit peccatum mortale, aut veniale admittere eos; & an pater possit ingredi religionem, vbi commoratur filius illegitimus, nu. 5.

Quomodo debeant examinari volentes ingredi Religionem, qui excedunt annos, ibid. num. 6.

Quod nõ omnes criminosi sunt exclusi, sed illi solum, contra quos iudices sęculares processerunt per viam inquisitionis, aut accusationis, ibid.

An qui ante delictum vouit religionem si ingrediatur ipsam possit puniri à iudice sęculari ob illud, ibid.

Quod grauati ære alieno non possunt admitti ad religionem, quousque reddant rationem, aut satisfaciant suis creditoribus, num. 7. & 8.

An exteri possint admitti sine informatione, num. 9.

Circa hanc materiam est notandũ, quod à tempore Sixti V. hucusq; est magna varietas in modo recipiendi nouitios, quia Sixtus Quintus ordinauit, quod sacrilegi, incestuosi non admitterentur ad religionem, nisi vt essent conuersi; & adulterini, & naturales illegitimi non admitterentur ad ipsam, nisi facto examine vitæ, & morum in aliquo capitulo generali, aut prouinciali, vt constat ex quadam constitutione eiusdem Pontificis data anno 1588. 16. Nouembris anno quarto sui Pontificatus; postea vero ordinauit, vt possent admitti, si fieret prius informatio iuridica visa, & examinata à duobus superioribus saltem ipsius religionis assignandis pro hoc negotio in capitulo, aut congregatione, vt latius continetur in quadam modificatione, quam idem Sixtus Quintus fecit suæ constitutioni, de qua quidem constitutione nullam iam facio mentionẽ, quoniam totum id, quod in ea ordinatum est, est reductum ad terminos iuris communis per Gregor. XIIII. in quadam constitutione anni 1599. in primo anno sui Pontificatus, in qua ordinauit, quod omnes illegitimi, siue essent sacrilegi, aut incestuosi, aut adulterini, aut naturales possent admitti ad religionem facta informatione necessaria secundum constitutionem Sixti Quinti addens aliam interrogationem; & vt sciat fieri informatio, pono hic interrogationes.

1 An sint legitimi.

2 Si sint illegitimi, an sint sacrilegi, incestuosi, & quos mores, & habilitatem habeant.

3 Si sint incestuosi, in quo gradu erãt patres sanguine iuncti, & an affinitate, vel consanguinitate.

4 Si sint illegitimi habiti à patre ante professionem, aut post in ea religione, in quam volunt ingredi, & viuit adhuc pater in ipsa religione.

Si

5 Si qui petunt habitum, prætereant 16. annos, debent interrogari, an fuerint homicidæ, aut notati infamia alicuius furti, aut alterius criminis, de quo cognouerit iudex ante ingressum religionis, ob quod fuerunt condemnati; aut ne apprehenderentur, confugerunt ad ipsam religionem, & si accedant ære alieno grauati, ita vt eorum bona non sufficiant soluere; & an habeant rationem, quam debeant reddere, quam si non reddant, eueniet aliquod malum, aut molestia; de his enim omnibus debent interrogari, inquiri, & examinari secundum dictas constitutiones, & si hæc inquisitio non fiat, admittaturque ad professionem aliquis sine ipsa, erit ipsa professio tacita, aut expressa irrita, & nulla, vt determinat Sixtus V. in sua constitutione, cui non derogat Gregor. XIV. in sua constitutione.

1 Circa primam interrogationem nihil est dicendum.

2 Circa secundã est notandum primo, quod sacrilegi sunt filij monialium, monachorum, aut clericorum sacris initiatorum, qui fecerunt votum solemne castitatis, ratione cuius cõtrahentes nihil faciunt, nõ sunt vero sacrilegi filij equitum militarium ordinũ in his Regnis Castellæ ordinis scilicet D. Iacobi, & Alcantaræ, quia licet hi fecerunt votum castitatis coniugalis, tamen sedes Apostolica dispensauit cum ipsis, vt possint nubere, vt dictum est supra cum Ioanne Gutier. quod feci confirmari à multis hominibus doctis Scolæ Salmanticensis, vt liberarem quendam filium cuiusdam Commendatarij à pœnis Sixti V. qui excludit sacrilegos ab hac receptione, vt dictum est.

3 Secũdo debet notari, quòd incestuosi sunt, qui sunt habiti à consanguineis via affinitatis, aut consanguinitatis.

4 Circa tertiam interrogationẽ debet notari, quod non omnes incestuosi excluduntur à Sixto V. sed solum illi, qui oriuntur à consanguineis in tertio gradu cõsanguinitatis, aut affinitatis, ita vt qui nascuntur à cõsanguineis vltra hũc gradum, possent admitti, vnde ordinãte Gregor. XIV. quod admittentes illegitimos debent examinare diligenter eorum vitam, & consuetudinem: & habita bona spe eorum, qua suppleatur eorum defectus, sint admissi, nõ est necesse quod sint tot causæ, & spes bonæ incestuosis habitis in quarto gradu sicut incestuosis tertij gradus, & in sacrilegis, sicut non est necessaria tanta species profectus spiritualis in religione in naturalibus, & adulterinis, sicut in sacrilegis, & incestuosis.

5 Circa quartam interrogationem primo est notandum, quod Sixtus V. non apponebat eã, sed Greg. XIV. addidit illam, & multo merito conformans se in hoc decreto sac. Concil. vbi ordinatur, quod filij illegitimi clerici non possunt esse beneficiatij, nec administrare in ecclesijs, vbi eorũ pater administrauerit, ne adducat in memoriam patris sui incontinentiam, & ideo non vult Gregor. XIV. quod admittantur ad religionem filij monachorum, vbi patres eorũ sunt professi, & viuunt, ne adducant in memoriã eorũ incontinentiã tam contrariam habitui regulari. Estque secũdo notandum, quod si admittantur, & faciãt professionem hi filij monachorũ, valet professio, quia Greg. XIV. nõ annullat illam, solum enim prohibet eorum receptionem; quod quidem præceptum puto ego nõ obligare ad mortale, si petat filius illegitimus habitũ in religione, vbi pater est professus, & viuente patre in prouincia distante ab ea, in qua filius petit habitum, cum in hoc casu cesset ratio legis. Tertio debet notari, quod pater potest admitti ad religionem, in qua filius eius illegitimus est professus: quia nullum est ius, quod id prohibeat, nec Greg XIV. id prohibet, & Rebuffus defendit, quod pater potest administrare in ecclesia, vbi filius illegitimus administrat, aut administrauerit, vt supra declaratum est in materia beneficiorum ecclesiasticorum, & idem dicendum est in nostro casu, cum sit eadem ratio.

Concil. Triden. sess. 25. c. 15. de reform.

6 Circa quintam interrogationem est no-

notandum, quod præcipit Sixtus V. qd qui prætereunt 16. annos petentes habitum debent examinari, an sint homicidæ, aut commiserint aliquod delictū, aut aliud crimen infamatorium, ob qd fuerint legitime, & iuridice condemnati, & infamiá notati, aut an, ne apprehēderentur, confugerint ad religionem; quia eorum professio erit irrita, & poterunt procedere iudices sęculares contra eos tanquam veros sęculares; quod solum habet locum, quando dicti iudices ante receptionem habitus cognouere de suis delictis per modum accusationis, aut inquisitionis, vt declarat idem Sixtus V. in sua constitutione modificante, quia si non cognouerint de eorum delictis, non datur illis facultas illa, cum eorum professio valeat. Et notandum, quod ille, qui ante commissum delictum fecit votum religionis, aut ordinis, & commisso crimine de facto adimpleuit votum, non potest puniri à iudice sęculari, secundum Baldū communiter approbatū, vt patet ex eo qd tradit Couarru. quia in hoc casu est magna præsumptio, quod hic accepit habitum, non vt fugeret à iurisdictione sęculari, sed vt adimpleret, qd Deo vouerat, vnde etiam nouitius est liber à iurisdictione, & hoc attento videtur, q̄ nostra constitutio debeat limitari, ne intelligatur de illis criminosis, qui ante commissum delictum fecerunt votum religionis, cum non præsumatur, quod hi, vt fugiant corpus à iurisdictione sęculari, sint ingressi religionem; in qua ratione fundatur Sixtus V. vt precipiat ne sint admissi, vt constat ex eius constitutione ibi; *Seu hi meritas pro suis delictis penas metuunt, non pia intentione sed ad euitandam legum, & iudiciorum seueritatem quia tuto in sęculo viuere non possunt, tunc demum quærunt à religione auxilium, quando aliunde illud non sperant sed vt adimplerent, quod Deo vouerant habitum accepere*; & ideo videtur, quod eorum professio non sit annullata per dictam constitutionem; vt vero cognoscatur, an prius fecerint votū, sufficit, qd

Cou. l. 1 var. ca. 22. circa fin.

præstent iuramentum, quia licet vt verificetur, quod consistit in interiori animæ parte, non sufficiat iuramentū partis, quando agitur de re graui, vt resoluit Cou. in fauorē tñ religionis, & satisfactionis voti videtur hæc sufficiens ꝓbatio, si deficiant alij testes, & quia mētiente ipso non valebit professio.

Cou. vbi sup.

7. Circa eandem quintam interrogationem, scilicet, si sunt ære alieno grauati, est notandū, quod, qui tenetur soluere multa debita certa, peccat mortaliter ingrediens religionem nisi prius soluat ea, aut sine cessione facta bonorum bona fide non habens aliud remedium, quo possit satisfacere suis creditoribus, vt dicunt D. Thom. & Angel. & Nauarr. Nec obstat, quod facta cessione bonorum non remanet debitor liber in totū; quia hoc intelligitur quo ad forum exterius, non vero quoad interius; ex his vero angustijs liberauit nos Sixtus V. in hoc motu proprio ordinans, quod ære alieno grauati non admittantur ad religionem, & quod eorum professio sit irrita & nulla, vt dicit Aragon: & ideo cessat, quod super hoc puncto tractant Sotus, Nauarr. Pedraza, & Ludouicus Lopez. Verum est tamen, quod si constet remanere sufficientia bona, de quibus soluantur debita, possent admitti, quod insinuat ipsa constitutio ibi. *Nec ingenti ære alieno supra vires facultatum suarū grauatos, &c.*

D Th. 2. 2. q. 189 ar. 6. ad 3. Ang. v religiosus 6. Na. in c. nō dicatur cō menta. 2 d reg. nu. 42. Arag. 2. 2. q. 88. ar 12. ad 1. So. li. 8. de iustit. q. 1. ar. 4. Na. vbi su. Ped. præc. 7. f. 100. Lop in instr. con sc. p. ca. 269.

8 Circa alias interrogationes, scilicet, an habeant rationes, quas debeant reddere, etsi non reddunt, eueniment lites, est notandum, quod qui tenentur reddere rationes, non possunt suscipere ordines sacros, si tenentur illas dare ratione alicuius administrationis publicæ, quia si est priuata, non est impedimentum ad supradictum, nisi in duobus casibus: primus est, lite pendente, si arguantur de dolo commisso in administratione; quia si suscipiant ordines, sunt digni, vt deponantur, licet postea sententia pronuncietur in eorum fauorem, vt dicit Salzedus. Secundus, si timetur quod illis inter-

Salz. in pra. cri. c. 20. p. 60.

interponetur statim, & hæc irregularitas non durauit nisi quousque reddiderit rationem. Verum est tamé, quod si in eis sit captus aliqua falsitate, Episcopus tanquam criminosum poterit repellere; vt resoluit Albertus Troci & secundum hanc doctrinam debet intelligi, q Sixtus V. ordinat in hoc casu, scilicet, quod non possint admitti ad religionem, qui habent reddendas rationes alicuius publicæ administrationis, aut priuatæ lite pendente contra ipsos, aut si timeatur certitudine morali, qđ interponetur cito, quia si non sit timor talis, videtur quod poterunt admitti.

Troci d vero p. fecto cleric. c. 6. num. 3.

9 Sciendum est, quod Sixtus V. modificans, & declarans suam constitutionem in anno 1588. 12. Calendas Nouemb. Pont. sui anno 4. declarauit, qđ qui inueniuntur in prouincijs multum remotis a sua patria, & illi, quorum patria fuerit ab infidelibus occupata, si velint esse religiosi, possint admitti ad religionem, & facere professionem in ea, licet non constet de omnib. rebus, de quibus ordinatum est fieri inquisitionem, quia sufficit non reperiri rem in contrarium facta super ea re diligẽti inquisitione.

De nouitiorum Inquisitoribus, & examinatoribus, & de forma seruanda in illorum informatione.
Cap. IV.

SVMMARIVM.

Nouitij per Sixtum V. à quibus sint examinandi, & an eius constitutio sit reuocata per Greg. XIV. num. 1.

Quæ forma tenenda in nouitiorum informationem. ibid.

An prouincia vltramontanæ Religionis ordinis minorum de obseruantia gaudeant priuilegio Clem. VIII. concesso prouincijs Hispaniæ. num. 2.

An informationes nouitiorum debeant uideri à duobus, vel tribus superioribus iuxta constitutionem Sixti V. nu. 3.

An superiores religionum possint examinare informationes factas à Notario publico pro recipiendis Nouitijs. ibid.

An pro informationibus Nouitiorum necessarius sit Notarius publicus, vel sufficiat aliquis monachus pro Notario constitutus. num. 4.

An non factis informationibus secundũ formam Pont. professio sit valida. num 5.

An informatio Nouitiorum debeat fieri antequam recipiantur ad religionem, aut infra annum nouitiatus, nu. 6

1 Circa hoc punctum est notandum, quod Sixtus V. in sua cõstitutione modificante ordinat, quod sequitur. *Vt in qualibet prouincia saltem duo, vel si commode fieri poterit, tria aut plura monasteria, seu domus regulares deputentur, quarum, seu quorum superiores infra annum saltem ad inquisitionem super nouitijs faciendam, & ad ipsos religiosos iuxta formam præfatæ constitutionis recipiendos, & ad alia, quæ in ipsa constitutione continentur peragenda simul congregentur:* Ex quibus verbis colligitur, quod qui sunt examinaturi has interrogationes, debent esse duo, aut tres Guardiani, aut præsides, domorum, in quibus recipiuntur nouitii congregantes se pro hac consultatione. Dixi, *præsides*, quia si deficiant Guardiani dictarum domorum, quod sæpe accidit, prę sides earum possunt vocari pro dicta consultatione, cum sint superiores. Et nota, quod definitores non possunt admitti ad illa, quia licet sint patres prouinciæ, non sunt superiores domorum, in quibus habitant, sed subditi prælatorum. Nota vlterius, q Greg. XIV. non reuocauit constitutionem Sixti V. quo adhoc, vt constat ex eius constitutione: nec Clemens VIII. in alia, quam dedit primo anno sui Pontif. 14. Aprilis 1592. deleuit eam, quia solum concessit pro prouincijs Hispaniæ nostræ sacræ religioni, quod Generales, Commissarij generales, & Prouinciales possint extra capitulum recipere nouitios,

quando illis visum fuerit de consensu quatuor diffinitorum, aut quatuor fratrum antiquiorum domus, vbi debent recipi, concedens illis, quod possint, & debeant vocare testes: & capere iuramentum, vt capiatur informatio corã notario secundum formam dictarum interrogationum; vnde cum hæc sit cõcessio, & priuilegium, non tollit prælatos, qui possunt recipere nouitios sicut antea, deferentes, qui petunt habitũ, informationem factam per manus notarij ad formam prædicti interrogatorij. Verum est tamen, quod si fiat informatio secundum formam Clementis VIII. tenentur, qui faciunt eam, vocare testes; & sumere ab eis iuramentũ; quia testis, qui non præstat iuramentũ, non valet, vt dicitur in iure, quod intelligitur, licet sit S. R. E. Cardinalis, vt dicit quædam Glos. communiter approbata, licet sint mille testes, vt resoluit Dominicus Augustus de Ancona, & Felynus dicens esse hanc doctrinã stupendam, & incognitam, quam dicit esse singularem Hyppolitus; & licet secundum opinionem aliquorum partes possint remittere hoc iuramẽtum, hi patres non poterunt remittere in hoc casu, quia dictum iuramentũ non accipitur a testibus in eorum fauorem, sed in fauorem religionis; & ideo non possunt renuntiare hoc ius, quia ipso renunciato admitterentur ad eam multi, qui prauis suis moribus obscurarent eam, & non illustrarent factis informationibus falsis. Quod vero Clemens VIII. obliget dictos patres, vt faciant informationem hoc modo, constat, quia licet verbum (*debeant*) positum in sua constitutione regulariter non inducat præceptum, vt notatur in iure; tamen ex pœna, quæ imponitur patrib. supradictis, si non vocent testes, & capiant ab eis iuramentum, cõstat dictum verbum inducere præceptum; dicit enim, quod tales sint priuati voce actiua, & passiua, perpetue, ipsofacto, & officijs, gradibus, honoribus, dignitatibus, quas obtinuerint, & remaneãt inhabiles ad eas, quas in futurũ poterũt obtinere, & remaneant ipso facto excõicati; quę quidẽ pęnæ nõ imponuntur nisi ob transgressionẽ alicuius præcepti, quod obliget ad peccatum mortale, vt cõiter resoluunt Doctores, & remanet explicatum in materia legis.

c. nuper de testibus. Gl. in c. cũ olim essemus verb. Fratrũ. Dom. d. pot. ecc. q. 55. ar. fin. Hyp. sing. 124 circa finem.

Clemẽ. exiuit d. paradiso extr. de verb. signif.

2 Circa hanc constitutionẽ Clemẽtis VIII primo debet notari quod fuit cõcessa prouincijs Hispaniæ solum subiectis Catholico Regi Philippo, & ideo prouinciæ Galliæ, Vngariæ, German. Fland. Angliæ, & pertinẽtes ad familiã vltramontanam nostræ religionis sacræ non poterunt gaudere hoc priuilegio per viam communicationis, vt fuit declaratũ in Capitulo generali nostræ S. religionis celebrato in templo D. Frãcisci Vallisolleti anno 1593. & eiusdẽ indulti possunt frui patres Dominicani in prouincijs Hispaniæ per quandã bullam Leonis X. illis concessam, & patres D. Augustini per aliã concessionẽ similẽ Iulij II. quia huiusmodi patres dicta priuilegia communicãt cum priuilegiis concessis, & concedendis ordinibus mendicantibus: reliquæ vero religiones, licet habeant priuilegia, per q̃ communicant cum nostris priuilegiis, loquuntur de priuilegiis concessis, non vero concedendis, hoc dico loquendo de priuilegiis concessis dictis religionibus vsque ad Clementem VIII. inclusiue, quia post illum non habeo notitiã eius, quod sedes Apostolica illis cõcessit, nec in compendio priuilegiorum religionis fit mentio priuilegiorum, quę concessere illis Pontifices post dictum Clementem VIII. &c.

In compen. communic. priu. habetur. § 20.

habetur vbi sup. § 22.

3 Secundo debet notari circa dictũ indultũ Clementis VIII. quod dicti patres, quibus est remissum examen dicti interrogatorij, possũt videre informationes, quas fecerint illi, qui petunt habitũ in suis oppidis, & non est necesse, quod dictæ informationes videãtur a duobus, vel tribus superioribus secundum constitutionem Sixti V. cum Sanctitas Clementis VIII. iudicet dictos patres in sua constitutione sufficientes

ad

ad hoc examen; nec obstat quod Clemens VIII. solum concedit illis hanc facultatem, quando illimet faciunt informationem vocantes testes, & capientes ab eis iuramentum; quia ad hoc respondeo, quod lex extenditur ab vno casu in alium, si est eadem similisque ratio, vt dicitur in iure. Vnde cùm sua Sanctitas det eis facultatem, vt corã notario vocent testes, & deferant eis iuramentum facientes informationem, etiam habebunt ad examinandas informationes factas à notario publico, quas secũ deferunt ipsi nouitij, cum sit eadem ratio: & per consequens habebunt facultatem, si inuenerint eas qualificatas secundum formam, qua ipsi debebant facere, vt possint recipere ipsos nouitios, & etiam, quia si Clemens VIII. non concederet hoc, non corresponderet intentioni, quam habuit in concedendo hoc indulto, quæ fuit, vt ex eo constat, vt cũ mora non fierent tepida bona desideria, & impediretur bonum propositum accedentium ad religionem: quod probatur, quia communiter iuuenes perũt habitum extra, & sæpe longè à suis domibus, vbi non habent testes, quibus possint probare coram his patribus suã sufficientiam, & capacitatem. & si probationes, quas secum deferunt, non valerent eis, aut si valerent, & si deberent iterum videri à duobus, vel tribus prælatis congregatis, esset illis necessarium expectare congregationẽ per duos, aut plures menses, & sic eorum desideria, & spiritus tepescerent, & impediretur eorum bonum propositum, cum hi patres in aliquibus locis viuãt in domibus multum remotis, & non possint congregari, nisi quando est copia informationum.

l. nõ possunt, ff. de legibus, c. dudũ el 2. de elect.

4 Tertio debet notari, quod ordinat Clemens VIII. quod hi patres faciant prædictas informationes coram notario, & non dicit notarium publicum Apostolicum, aut Regalem, vnde sufficit, quòd faciant eas coram aliquo monacho eiusdem domus ab eis constituto notario, & secretario, quia verba absolute pronunciata, debẽt explicari secundum statum, & conditionem eorum, ad quos committitur dispositio negotij, vt dicitur in iure, quod inducit Nauarrus ad probandum, quod consequitur indulgentiam, quam concedunt hãc Pontifices illis, qui recitant quasdam Aue Maria licet non recitent eas secundum Breuiarium Romanum approbatum à Concilio Tridentino addens illa verba. [Nunc, & in hora mortis nostræ amẽ] sed dicentes eas secundum antiquã formam ante dictum Breuiarium, eadem ratione explicat hoc modo verba Clementis VIII. supradicta doctissimus D. Solis Magister meus primarius professor legum in schola Salmanticensi tractante mecum eo hanc difficultatem.

l. Plenũ, § Aequitij, ff. de vsu, & habiti. Nau. de ora. mis. 54. fol. 606.

5 Quarto debet notari, quod si dicti patres non faciant informationem secundum formam dictam, si recipiantur nouitij, & faciãt professionem, erit eorum professio nulla, & irrita, quia dicit constitutio Clemen. VIII. quod constitutiones Sixti V. & Gregor. XIV. remaneant in suo robore extra hoc; & inter alia quæ disponunt est, quod professio talium nouitiorum sit irrita.

6 Quinto debet notari, quod est magnum dubium, quando debent fieri dictæ informationes, an ante dationẽ habitus nouitij, an vero sufficiat fieri in ipso anno nouitiatus ante professionem. Quantum ad Ordines Monachales, vbi est filiatio perpetua in domibus, vbi nouitij faciunt professionem, iam est hoc dubium declaratum per Gregorium XIV. in sua constitutione dicentem, quod sufficit, quod ante exhibitionem habitus fiat summaria informatio, dummodo ante professionem fiat plenaria: est autem informatio summaria, quando vocantur duo, aut tres testes, & capitur ab eis relatio, & informatio sine solemnitate, quam petit ius: plenaria vero est, quando hanc informationem faciunt dicti patres tãquam iudices causæ coram notario, capiendo iuramentum, & examinando

do testes, scilicet an sint consanguinei nouitij, amici, & similia. Nec possunt allegare reliquæ religiones, quod per viā communicationis possint vti hoc priuilegio, quia Gregor. XIIII. in dicta constitutione dicit, quod reliquæ religiones obseruent ordinatum à Sixto V. & quod ordines monachales præcipue, vbi est filiatio perpetua, gaudeant hoc indulto, vnde conuenit examinare, an Sixtus V. obliget ad faciendam dictam informationem plenariam antea, & ego quidem non inuenio hanc difficultatem clare verificatam in constitutione Sixti V. quia licet dicat, quod, antequā recipiantur, fiant dictæ informationes, hoc potest glossari, scilicet antequam recipiantur ad professionem, & videtur, quod faueant nobis verba dictæ constitutionis dicentis.

[Approbati ad habitum regularem admissi extiterint] & infra [Plena, & indubitata fide factam superioris Generalis, vel Prouincialis, quam diffinitorum consensu approbati, & ad habitum regularem admissi fuerint.]

Quæ verba magis significant receptionem, quæ fit in professione, cum tunc detur nouitio habitus regularis, & fiat vere religiosus, quam receptio, quæ fit, quando datur habitus nouitijs, cum habitus nouitij non sit habitus regularis, cum proprie non sit religiosus: nec obstat quod Gregorius XIIII. concedat hoc particulariter ordinibus monachalibus, quia hanc concessionem Sixtus V. concesserat ad instantiam dictorum ordinum, vt ego vidi in collegio D. Bernardi Compluti; & recepi quendam transumptum illius firmatum à Reuerendissimo Patre Abbate Fratre Ioanne Diaz dicti Collegij, qui postea fuit eiusdem ordinis Generalis, & ab admodum docto Patre Fratre Ignatio de Biuero, lectore dicti Conuentus, qui postea fuit lector S. Theologiæ in vniuersitate Complutensi, & nunc est Abbas Regius cuiusdam Abbatiæ ex præcipuis Regni Nauarræ illius ordinis, & cum esset concessum à Sixto V. confirmatum fuit postea à Gregorio XIIII. apponente illud in sua constitutione, & admodum Reuerendus Frater Abbas Collegij Diui Bernardi vniuersitatis Salmanticensis fecit me certiorem, quod pater procurator generalis sui ordinis, & procurator generalis ordinis Diui Hieronymi petierunt dictam Bullam à Greg. Decimoquarto, & ipsi scripserunt eam, addentes declarationem Sixti Quinti suis religionibus monachalibus concessam, vt omnibus esset manifestum hac via, quod concessum erat à Sixto ad eorum instantiam, quod fuit petitum à Sixto V. non quia clare ipse præcepisset contrarium in sua constitutione, sed ob dubium, quod in eo erat, quod solent petere communiter procuratores generales ordinum moniti à patribus dictorum ordinum, vt sic euitent prolixitatem, & scrupulos, & etiā, quia dato casu, quod Sixtus Quintus in sua constitutione præcipiat, quod fiat plenaria informatio, antequam nouitij recipiantur ad religionem, quo ad hoc eius constitutio non est recepta in multis religionibus ob magnam difficultatem, quæ est in faciendis huiusmodi informationibus antea; cum sic, quod debet esse secretum, fiat publicum, & sic impediuntur proposita, & desideria eorum, qui volunt capere habitum, non consentientibus consanguineis, & amicis, vt recipiant illum; & certum est, quod constitutio quæuis, licet sit recepta, potest non recipi quo ad aliquam sui partem, & non obligare, vt resoluit Nauarrum post Felynum. Nau. ca. 23. n. 62. Fel. in c. 1. de treuga, & pace.

✠

De

De Iudæis, Mauris, & hæreticis Religionem ingredientibus. Cap. V.

SVMMARIVM.

An descendentes à Iudæis, Mauris, & hæreticis sint inhabiles ad Religionem, concl. 1. nu. 1.

An possint Patres Religionis facere statutum, vt dicti non admittantur ad Religionem, ibid.

An dicti Patres possint protestari nouitijs, se non admittere illos ad professionem, si descendunt à genere prædictorum, concl. 2. num. 2.

An dictæ protestationi consentiens si profiteatur, sit vere professus ibid.

An professio facta à dictis sit valida in Religione fratrum minorum de obseruantia, conc. 3. nu. 3.

1 Prima Conclusio. Descendentes à Iudæis, & Mauris non possunt esse inhabiles ad religionem, cum ipsi sint Christiani, & habeãtur pro christianis, solum ob odiũ generationis, vnde procedunt, vt resoluit Corduba adducẽs ad hoc multas authoritates sacræ scripturæ, & responsiones, ac determinationes multorum Pontif. attamen multis alijs de causis, quas patres religionis ob longam experientiam inuenere sufficientes, possunt excludi à receptione habitus factis ad id ordinationibus; hoc tamen non possunt facere propria authoritate, quia sic ordinatio erit nulla, quia nullus inferior Papa potest facere statutum, aut ordinationem contra ius Canonicum, vt ordinatur in iure, & ordinatio esset cõtra ius commune Canonicũ, per quod omnes Christiani sunt apti ad ingrediendum & profitendum in religione approbata à sede Apostolica: dũmodo non habeãt aliquod impedimentum Canonicum, ita vt multi possint recipi, vt resoluit D. Tho. descendere autem aliquem ab hac generatione nõ est impedimentum ad supradictum, cum non inueniatur in aliqua parte iuris Canonici, immo non putatur incõueniẽs, quod filij hæreticorum admittantur ad religionem, vt constat ex ipso iure, & confirmatur, quia idem ius Canonicum non priuet eos hoc bono, nisi moriantur eorum patres pertinaces in hæresi, vt infra dicetur: his & alijs de causis dicit Nauarrus, quod dicta ordinatio est nulla, nisi fiat cum authoritate Apostolica, responderque docte satis argumentis in contrarium, nec facit ad rem, quod sedes Apostolica concedat aliquando religionibus licentiam, vt faciant huiusmodi ordinationes in suis capitulis generalibus, vt dicamus, quod si in ipsis fiat dicta ordinatio, sit valida, quia quando Sanctitas sua concedit authoritatem Generalibus ad supradicta, confirmans ea sua authoritate, solũ confirmat, & authorizat, quod est licitum, & honestum, & quod non est contra ius commune, nec contra sacros Canones, sicut est dicta ordinatio, quæ vt sit valida, oportet, quod sit approbata speciali licentia, & confirmatione suæ Sanctitatis, & non sufficit generalis, vt dicit idem Nauar.

2 Secunda Cõclusio. Licet dicti patres non possint propria authoritate facere dictam ordinationem facientes inhabiles descendentes à genere maculato ad suas religiones, indirectè tñ possunt excludere faciẽtes statutum, quod talibus fiat protestatio, quod si descendant à genere maculoso, non admittantur ad religionẽ consentientibus ipsis huic protestationi, quando faciunt professionem, quia professio est cõtractus reciprocus obligatorius vnius partis ad aliam, in quo profitens obligatur seruire ordini secundum eius regulã, & ordo promittit illi tractare illum secundum dictam regulam; & ideo vt professio valeat, est necessarius consensus ambarum partium, scilicet prælati recipientis ad illum ordinem, & profitentis, qui vult recipi; & in hoc casu posito deficit cõsẽsus prælati, cum dederit illum sub conditione, quod non sit genere impuro natus;

Cord. l. 1. qq. qõ. 54

D. Tho. 2. 2 qõ. 189 ar. 7

Nau. l. 2 cõs. tit. de reg. cons. 3. fol. 224.

Nau. vbi su. n. 10.

tus; & ideo deficiente conditione professio est nulla, cum dispositio conditionalis deficiente conditione sit nulla, vt notatur in iure: hanc conclusionem tenet Nauarrus, qui dicit, quod vt exeat à religione, qui professus est hoc modo, est necesse, quod petat à suo prælato instrumentum factum coram conuentu, præsente notario monasterij, & aliquibus testibus, in quo contineatur, quod dicta de causa non est vere professus, & quod potest viuere in sęculo cum libertate, quam prius habebat ante ingressum religionis. Nec huic valet allegare, quod post professionem nullam fuit p multos annos in dicta religione cum habitu professi, & voce actiua, & passiua, cum qua sæpe concurrit ad actus professorum; quia durante impedimento, aut ignorantia professorum, tales actus non faciunt aliquem tacite esse professum secundum quoddam dictum Caietani sequutum à Nauarro in multis locis suæ doctrinæ, & etiam, quia professio nulla non videtur ratificari per cōsensum eius, qui profitetur, nec quia fit admissus ab ordine ad actus solum professorum, nisi tales approbent tacite dictam professionem, sciētes quod prima non erat valida secundum id, quod post Caietanum resoluit idem Nauarrus. Debet tamen notari, quod, si tales sint iam professi, licet eorum professio sit nulla, debent tractari cum multa charitate præbendo eis remedium conueniens ea charitate Christi. Domini nostri amplectendo eos tanquam fratres cum desiderio proficiendi, sint professi religionem, licet cum fallacia, & dolo; & sic possunt admittere eos de nouo ad religionem: & debent admitti ad ædificationem ceterorum iubendo eis, vt faciant nouum per annum nouitiatum, & ipso completo faciant professionem sine dicta protestatione. Et si professio videatur asperum esse denuo nouitiū, obtineat à summo Pontifice facultatē, vt possit de nouo profiteri computato illi anno nouitiatus, quem fecit ante professionem nullam, quod summus

Caiet. 2. 2. q. 189 art. 5. Nau ca. 12. n. 35 & c. statuimus, num. 17. & 72.

Caiet. vbi sup. art. 5. Nau. ca. 12. nu. 11.

Pontif. concedet facilē, vt vitetur scandalum, & inquietudo, quæ sequetur ex eius expulsione à religione, sic enim dicit Nauar. in dicto loco.

3 Tertia Conclusio. In ordine patris nostri D. Francisci regularis obseruantiæ ordinantur sequentia in ordinationibus generalibus Toleti.

[Et vt melius obseruentur statuta Apostolica circa descendentes à sanguine maculato, vt habeant officia in religione, ordinamus, & declaramus, quòd si aliquis in futurum fecerit in ordine professionem descendens intra quartū gradum à Iudæis, Saracenis, aut hæreticis condemnatis ad ignem, quod talis professio sit in se irrita, & nulla, vnde quoties constiterit fecisse aliquem professionem contra contentum in hoc statuto, talis religiosus sit statim expulsus, & eiectus ab ordine.]

Vnde ordinatur, quod omnibus nouitijs, antequam faciunt professionem, fiat protestatio scripta in libro conuentus, quod si descendant, vt dictum est intra quartum gradum à dicto genere Iudæorum, Saracenorum, aut hæreticorum condemnatorum ad ignem in suis corporibus, aut in statuis, quod professio sit nulla, & quod statim, ac cognoscatur hic defectus, erunt eiecti ab ordine.

Circa hanc protestationem, quæ ponitur in hac ordinatione, primū, quod debet notari, est, quod, cum ponatur ad maiorem custodiam breuium Apostolicorum, ex quibus elicitur, quod ponitur, & protestatur, debet intelligi ad mentem dictorum breuium, quia clausula, & constitutio, quæ fit conformiter cum alia, debet regulari secundum terminos illius, secundum quod notatur in iure, & tradit Nauarrus.

Secundo debet notari, quod Paulus Quartus, cuius constitutionem confirmauit Gregorius Decimusquartus, ordinauit, quod descendētes à Saracenis, Iudæis, aut hæreticis combustis vsque ad quartam generationem inclusiue capientes habitum in ordine nostri Patris

tris

tris D. Francisci regularis obseruantiæ in prouinciis Hispaniæ facientes professionē in eo, fit irrita, & nulla, & sint inhabiles ad officia ordinis, & non possint promoueri ad dignitatem prædicatorum. Circa quam constitutionem fuit magnum dubium in ordine an debeat intelligi de descendentib. a dictis Sarracenis, Iudæis, & hæreticis combustis intra quartam generationē absolute, aut potius debeat intelligi de descēdentibus ab illis solū, quorū corpora, aut statuæ fuerint cōbustæ morientib. in sua hæresi absque reconciliatione ecclesiæ, de quo dubio fui sæpe interrogatus, & consultus, & super quodam religioso dedi consilium, quod dicta cōstitutio debet intelligi de descendentibus a Iudæis, & Sarracenis, quorum corpora, aut statuæ fuerunt combustæ: cū dicta cōstitutio dicat, quod qui descendunt ab hæreticis incurrant in dictam pœnam, si eorum corpora, aut eorum statuæ fuerint igne cōbustæ; quia clausula generalis posita in fine respicit totum, quod est prætertium, & ideo illa verba (quorum corpora, aut statuę fuerunt combustæ) non solum comprehendunt hæreticos, sed etiam Saracenos & Iudæos: vltra quod hæc constitutio est exorbitans, & exit a cardinibus iuris cōmunis, vnde debet restringi secundū terminos dicti iuris, in quo ordinatur, quod filij hæreticorum non priuentur beneficiis ecclesiasticis, nisi eorum progenitores fuerint condemnati ad ignem, & non fuerint reconciliati ecclesiæ ex parte patris vsque ad secundam generationem inclusiue, & ex parte matris vsque ad primam inclusiue. Et si quis dicat, quod in dicto iure solum agitur de descendentibus ab hæreticis combustis, non vero de descēdentibus a Iudæis, aut Saracenis combustis; respondeo, quod Iudæi, & Saraceni, qui comburuntur, hæretici sunt, quia aliàs ecclesia non iuberet eos cōburi, nisi quia prius sunt baptizati, & postea fiunt apostatę a fide; & ideo his, & aliis rationibus adductus doctor

c. statutis fęlicis record. de hæret. lib. 6.

Gradus quondā professor legū publicus Salmanticę, & Canonicus doctoralis ecclesiæ cathedralis explicauit sic dictam constitutionem Pauli Quarti, cū consuleretur super hac re, sicut noster pater Fr. Antonius de Aguilar commissarius generalis nostræ sacr. religionis fecit me certiorem, dicēs, quod ipse ex parte conuentus D. Francisci Salmanticæ consuluit illum de hac re, & alios multos Doctores dictæ vniuersitatis, qui omnes fuerunt huius opinionis, & pater noster Frater Antonius Manrique, qui fuit commissarius nostræ religionis, & postea Episcopus Calagurritanus, vir sanguine, litteris, & virtute clarus tenebat eandem opinionē, & feci ego eam affirmari existens Salmanticæ à multis patribus ordinis & doctoribus ac magistris vniuersitatis. Verum est tamen, quod nunc denuo inuenio Nauarrum, qui in quodam suo consilio tenet contrariū, dicens, quod tales licet non descendant a progenitoribus conbustis, non possunt esse prælati in religione nostra: quia constitutio Pauli Quarti vtrumque prohibet eodē modo, dicitque sic debere intelligi dictam constitutionē, quamuis non condemnet opinionem contrariam: potius dicit esse certiorem, & veriorem loquendo de ęquitate; & fundamentū Nauarri est, quia si sic non explicaretur, non denotaret hic motus proprius Pauli Quarti aliquod mysteriū repetitis in eo toties dictis verbis *ex Iudæis vel Saracenis*, essetq; dictus motus proprius frustratorius, cū per illū solū excludātur, qui descēdūt a cōbustis: ad qđ respondeo, qđ dictus motus proprius hēt mysteriū, & nō est frustratorius, quia secundū ius, q descēdūt a cōbustis ex parte patris vsq; ad secundā generationē, & ex parte matris, vsq; ad primā sunt exclusi a beneficijs ecclesiasticis: attamē secundū motū propriū, qui descēdūt tā ex parte patris q̃ matris a combustis vsq; ad quartam generationem, sunt exclusi a dictis beneficijs, & prelaturis; hoc vero de prelaturis relicto, dico quod attinet ad nostrū

Nau. li. 5 cons. tit. d Iudęis & Saracenis, cō sil. 1. fol. 482.

pro-

propositum, quod est, si qui faciunt professionem, descendentes à genere maculato absolute in nostra religione sint vere professi, de quo non tractat Nauarrus, videtur, quod eorum professio sit valida, quia dicit idem Nauarrus, quod ij possunt esse prædicatores in nostra sacra religione, quia licet Paulus Quartus prohibeat illud in sua constitutione, quo ad hoc tamen dicta constitutio non fuit recepta à religione, quia qui ante Paulum IIII. erant admissi ad religionem facti prædicatores, non fuerunt priuati suis dignitatibus, & qui post illum fuerunt admissi ad religionem, & professi fuerunt in ea habentes sufficiētiam, essent facti prædicatores, cum dicta constitutio non habeat vigorē quo ad hoc, quia non fuit recepta, non habebit etiam robur quo ad professionē factam ab ipsis, & quam faciunt, qui orti sunt à genere maculato, si nullus suorum descendentium à quarta generatione fuerit cōbustus, quia nunquam tales professione facta fuere reiecti à religione, sed eorum professio fuit semper valida: hoc ergo viso, quod dicta cōstitutio Pauli IV. quæ irritat professionem eorū, qui descendūt à genere maculato, loquitur solum de illis, qui descendunt à Iudæis, vel Saracenis, quorum corpora, aut statuæ fuere combustæ; sequitur clare, quod dicta constitutio, quæ ponitur in nostris constitutionibus generalibus, cum sit extracta de mente constitutionis Pauli IV. debet intelligi secundum eius terminos, & sic solum protestatur noster ordo, qui non recipit ortos ex hoc genere parentum, quorum corpora, aut statuæ combustæ sunt; si vero qui profitetur, habuerit hanc maculam, eius professio est nulla, secus vero si non habuerit maculam, licet descendat ex eo genere parentum; erit enim valida.

Nau vbi su. nu. 7.

✠

De alijs requisitis, vt nouitij possint admitti ad Religionem.

Cap. VI.

SVMMARIVM.

An maritus contracto matrimonio, & consummato possit de consensu vxoris ingredi religionem. conc. 1. nu. 1.

An matrimonio iam consummato separatus ab vxore ob adulterium si profiteatur in aliqua religione sit vere professus, conc. 2. nu. 2.

An, qui tacuit infirmitatem morbi gallici, quo laborabat, profitens sit verus monachus, concl. 3. nu. 3.

An, qui habēt patres in necessitate constitutos, possint ingredi relig. conc. 4. nu. 4.

An Episcopi, & beneficiarij possint recipi ad religionem, concl. 5. nu. 5.

An, qui post factum votum religionis, accepit Episcopatum, teneatur relinquere illum. concl. 6. nu. 6.

An religiosi ordinum mendicantium possint transire ad alios ordines, & an sit in vsu motus proprius Pij V. quo imponitur magna pena recipientibus ipsos, concl. 7. nu. 7.

An religiosus mendicantium possit trāsire cum licentia Prouincialis ad aliam religionem laxiorem. concl. 8. nu. 8.

An fratres minorum possint transire ad religionem Carthusiæ & an Carthusianus possit transire ad aliam, conc. 9. n. 9.

An, qui professus est in vna religione transiens ad aliam debeat profiteri iterum, & an sit necesse quod per annum sit nouitius, conc. 10. nu. 10.

An eiectus vt incorrigibilis ab vna religione profitens in alia sit verus professus, concl. 11. nu. 11.

An peccet mortaliter religiosus, qui de licentia Papæ obtenta fraude transit ex ordinibus mendicantium ad Canonicos regulares, conc. 12. nu 12.

An impotentes ad custodiendum aliquod præceptum non essentiale religionis possint admitti illam, concl. 13. nu. 13.

An

An hermaphroditi possint admitti ad religionem, conclus. 14. num. 14.

1 PRima Conclusio. Licet qui contraxit matrimonium ratum nō consummatum possit petere habitum religionis approbatæ, & profiteri in ea, vt ordinat Concil. Trident. sess. 24. can. 6. de Matrim. nihilominus consummato matrimonio non potest in ea recipi sine consensu vxoris, quia ipsa consentiente, & de licentia Episcopi poterit ingredi religionem, vt ordinatur in iure, & idem est de vxore dicendum.

2 Secunda Conclus. Qui professus fuit in aliqua religione approbata existens coniugatus, & matrimonio cōsummato, separatus tamen ab vxore ob adulterium commissum, tacens quod esset coniugatus, est vere professus, vt videtur colligi ex iure in quo dicitur, quod maritus profiteri potest nolente vxore adultera, quia commisso adulterio, si peccatum est publicum; non habet ius impediēdi, sic enim tenet Nauarr. quod intelligitur, licet interrogetur, sit coniugatus, quia potest respondere, quod nō est, intelligens, quod non habet vxorē, quæ possit impedire professionem, secundum quod supra declaratum est.

Nau. li. 8. cōs. 8.

3 Tertia Conclusio. Ille, qui tacuit qđ erat ægrotans morbo gallico, & professus est, vere monachus est, nisi vbi profitetur, sit statutum confirmatū à Sum. Pontif. quo annulletur huiusmodi professio, quia si non fit dictum statutum, hæc infirmitas non annullat professionem. Verum est tamen, quòd superior potest iuridice procedere contra illum puniens illum ratione peccati commissi tacendo ipsum morbum, & in pœnam eius tollere ab illo habitum, & eijcere extra religionem. Et licet hic professus inducat pęnam, & tædium monachis sua infirmitate, non tenetur petere licentiam à Papa, vt exeat à religione, quia satisfacit conscientiæ suę dolens de peccato commisso, & subijciens se pœnæ, quæ ei imponitur, sic enim tenet Nau.

Nau. l. 3 cons. 11. de reg.

4 Quarta Conclus. Qui habent patres egenos, possunt ingredi religionem, si egestas est parua; vt tenent D. Thom. Alex. de Ales, & Ang. si vero necessitas parentum actualiter sit nimia, non poterit ingredi. Dixi, *actualiter*, quia si non sunt in necessitate actuali, sed timetur probabiliter, quod incidente tempore existēt in tali egestate, possunt bene recipi, quia non est curæ filiorum prouidere necessitatibus futuris parentum, vt dicit D. Thom. allegans D. Paul. in suum fauorem, & votum, quòd filij faciunt religionis parentibus existentibus in necessitate, est nullum, & illicitum in præiudicium eorum; & idem est dicendum, si necessitas eueniat facto voto, quia obligatio filiorum in parentes est naturalis, & prima, & ad nihil possunt per votum obligari. Quæ necessitas nō est necesse, quod sit extrema in casibus supradictis; nec sufficit, quòd sit parua, sed sufficit, quòd sit vrgens, vt si intelligat, quod ingrediente religionē mendicarent hostiatim petentes eleemosynam, aut seruirent alijs cadentes à suo decenti statu. Verum est, quod licet votum sit nullum, vt dictum est, si tamen ingrediantur religionem, eorum professio erit valida, cum votum solemne habeat maiorem vim, quam simplex, sic enim tenet Nauar. in quodam consilio. Notaque, quòd si necessitas sit extrema, tenetur exire à religione pro remedio eius, siue cum licentia, siue sine ea; si vero necessitas sit vrgens, & præcessit professionem; tenetur exire à religione pro eius remedio, si vero successit post professionem factam, non tenetur ad illud, vt colligitur ex D. Thom. & alijs, quos allegat Nauar. concordās opiniones cōtrarias, quæ super hoc negotio sunt. Verumtamen poterit filius petere licentiam, & facultatē ad exeundum à religione ad succurrendum parentibus, quam poterit concedere Papa, & etiam vt possit esse sine habitu in sæculo: & etiam potest illud concedere eius Prouinciales existente cum ipso habitu, quia sine habitu non potest inse dare licentiam, nec congregatio domi-

D. Th. 2 2 q. 101 art. 4. & qu. 189. art. 6. Alc. 17. 5. p. qu. 33. mé. br. 4. angel. ver. rel. 1. D. Tho. d. q. 101 ar. 2. ad 2.

Nau. l. 3. cons. 26 f. 246.

D. Th. 2. 2. q. 101. art. 4. Nau. in Man. ca. 14. n. 14.

norum

norum Cardinalium potest dispensare in hoc casu, cum solum habeant authoritatem declarandi, & non dispensandi; sic enim tenet Nauarrus; & prælati in hoc debent esse faciles, & benigni cum subditis habentes spiritum charitatis magis, quam alios humanos respectus, qui possunt esse in impedimentis huius boni operis, quod non inducat tædium sæcularibus, & considerent, quod non dantes huiusmodi tædium sæcularibus non petentes ab eis, inducunt tædium Deo amico charitatis, & patri misericordiæ, & Deo totius consolationis.

Nau. ca. nullum, 18. q. 1. num. 48 idé li. 3. consf. ti. de reg. consl. 54 f. 262.

5 Quinta Conclusio. Personæ ecclesiasticæ possunt admitti ad religionem, scilicet Episcopi, beneficiarijque licet eorum beneficium sit curatum: & sacerdotes simplices, & religiosi alterius religionis. Est tamen notandum, quod Episcopi non possunt id facere sine licentia Papæ, & beneficiarij curati, antequam intrent religionem, tenentur prouidere suis ouibus de pastore petentes eum ab Episcopo; qui si fuerit negligẽs in prouidendis illis, poterit libere ingredi religionem, quia non promiserunt esse semper Parochi; vt aduertit D. Th. Quo ad religiosos, an possint ingredi alias religiones, multa sunt dicenda pro qua reponuntur aliæ conclusiones.

D Th. 2 2. q. vlt. art. 3.

6 Sexta Conclusio. Qui fecit votum religionis, si factus sit Episcopus, & acceptet Episcopatum, non tenetur relinquere Episcopatum, & ingredi religionem: hæc conclusio est contra multos, quos allegat Corduba, quæ probatur, quia vinculum Episcopi est maius, & perfectius, quam simplex votum religionis; nec contra obstat quædam decretalis, quæ videtur dicere contrariũ; quia vltra quod Innocẽtius Tertius ibi dat consilium Episcopo, ne acceptet Episcopatum, antequam adimpleat votum, nec compellit eum ad illud, vt aduertit Cordub. in illa decretali, dicitur, quod dictus Episcopus fecerat duo vota, alterum capiendi habitum in Ecclesia Gatopolitana: secũdum, in quo promisit in manibus prælati eiusdẽ Ecclesiæ, cui obligauit se, quod intra duos menses reciperet in ea habitum, licet hic Episcopus adimpleuit suam obligationem voti, quod fecit Deo obligans se ad statum perfectiorem, quam religio, sit, non tamen satisfecerat alteri voto, quòd fecerat illi Ecclesiæ, & prælato eius, quæ iam habebat hoc ius acquisitum; vnde Innocentius dat ei consiliũ, quod satisfaciat voto, & ideo qui fecit votum religionis, non peccat acceptans Episcopatum amore Dei, sic enim responsum fuit in vniuersitate Salmanticensi, per doctiores, & primarios magistros eius, quod confirmatur per id, qđ tradunt Caietanus, & D. Th. & Panor. & nunc denuo tenet Henriquez.

Cor. de casibus, q. 153.

7 Septima Conclusio. Religiosi Ordinum mendicantium non possunt transire ad alium Ordinem mendicantium: & prælati, qui accipiunt eos, sunt excõmuniceti, vt ordinatum est in iure; egoque nunquam darem consilium, quod quis trãsiret de vna religione in aliam, licet sit arctior, & obseruantior, quia licet sic transeuntes veniant cum spiritu maioris reformationis, & pœnitentiæ, semper tamen recordãtur primi iactis, quod suxere, & cũ sint illo educati quacunque leui occasione oblata perturbantur, vnde Pius V. motus spiritu diuino iussit in quodã motu Proprio suo: quod nullus religiosus transiret de vna religione in aliam, imposuitq; magnã pœnam recipientibus ipsos, qui motus Proprius non videtur mihi esse in vsu.

D. Tho. vbi Caiet. 2. 2. qu. 189. art. 3. ad 1. Pan. in d. c. per tuas. Henr. 2. tom. de sac. ord. c. 32. n. 4 Clemẽ. de reg.

8 Octaua Conclusio. Religiosus licet sit Ordinum mendicantium, potest trãsire de licẽtia sui Prouincialis ad aliam religionem, licet sit laxior. Verum est tamen, quod non poterit dare hanc licentiam sine iusta causa, nec ipse Papa quo ad forum interius potest id facere sine causa, vt resoluit Nauarrus, sine peccato: nec contra hoc facit Concil. Triden. quod dicit. *Nemo regularis cuiuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiorẽ religionem*, quia hoc intelligitur nisi talis habeat facultatem sui Prouincialis

Nau. in c. statuimus, 19. q. 3. nu. 4. Concil. Triden. sess. 25. c. 19. de regul.

lis

lis datam iusta de causa, & ideo solum tollit Concil. facultatem obtentam sine iusta causa, & sine consensu conuentus, & cognitione causæ, vt explicat idem Nauarrus.

Nau. vbi supra notab. 3

9 Nona Conclusio Frater minorum de obseruantia nostri patris D. Francisci potest transire ad religionem Carthusiæ, vt ordinatum est in iure, Carthusiano vero non est ius quo possit transire ad aliam religionem, licet sit mendicantium. Siluester autem dicit, quod fuit determinatum Parisijs, quod poterat transire ad ordinem Prædicatorum, qui stricte obseruant regulam suam, egoq; essem opinionis, quod si hic transit bono zelo, & cum bona causa melius seruiendi Deo, & sine scandalo, & infamia ordinis Carthusiæ, & sine timore litis, poterit transire ad quemcunque ordinum mendicantium, & profiteri in eo, & existere cum bona conscientia, vt dicit Nauarrus in quodam consilio, nisi hæc sancta religio habeat priuilegium in contrarium.

Nau. li. 3. consiliorum, titul. de reg. consil. 68.

10 Decima Conclusio. Qui professus est in aliqua religione approbata, & transfertur ad aliam, tenetur profiteri in ea, quia vt plurimum transfertur ad aliam religionem arctioris obseruantiæ, ad quam non extendebatur prima professio, & si in secunda denuo non profitetur, nullo iure potest obligari ad eius obseruantiam, sic enim tenet Nauar. & videmus sic practicari, & non potest hic religiosus renuntiare annum probationis, quia mens Concil. Tridentin. quod ordinat, quod nullus possit profiteri ante annum probationis impletum est, quod nullus possit renuntiare sub pœna, quod non valebit dicta professio, ita vt si nouitius, & monasterium voluerint renũtiare hunc annum probationis, profitente nouitio, eius professio erit irrita, & nulla; sic enim resoluit Nauarrus in quodam Consilio. Notaque, quod religiosus, qui transit ad aliam religionem profitens in ea, nõ debet illi computari antianitas, siue præcedentia, nisi tempore, quo in ipsa professus fuit, cum ex tũc sit professus illius religionis, vbi habet nouos actus legitimos, respectu quorum est præcedẽtia, & sic intra secundam professionem debet illi dari sedes, quod intelligitur, nisi transeat ad religionem, vt sit prælatus, quia tunc sedebit in sede prælati, vt constat ex doctrina Felyni. Et nota etiam, quod secundum mentem Concilij est necesse, vt professio valeat, quod sit per annum nouitius, nisi fuerit factus Abbas alterius ecclesiæ Canonicorum regularium ordinis D. Benedicti, quia vt sit eorum Abbas, debet facere professionẽ in illa religione, & sufficit quod intra sex menses profiteatur, aut relinquat Abbatiam, vt præcipit dictum Concil. Tridentin. Et si hoc non admitteretur, diceremus esse Concilium sibiipsi contrarium quo ad hoc, vt aduertit Corduba.

Nau. vbi supra consl. 3. f. 222. Cõc. Tr. sess. 25. c. 26. de reform.

Fel. in c. statuimus. de maiori. & obed. Cõc. Tr. ses. 25. c. 25. de refor.

11 Vndecima Conclusio. Eiectus tanquam incorrigibilis ob aliqua religione, si fuerit priuatus legitime à superiore habitu, & ordine, si profiteatur postea in aliquo ordine, vt dicit Nauar. tacens, quod erat professus in alia religione, valet dicta professio attento iure communi. Dico, attento iure communi, quia secundum priuilegium quoddã Innocenti Quarti, qui sunt eiecti ab ordine minorum, non possunt transire ad ordinem D. Augustini, & qui transeunt ad alios ordines, debent deferre litteras testimoniales sui Generalis, aut Prouincialis, aut licentiam specialem sedis Apostolicæ, quia fiat mẽtio suæ angustiæ; & sine hoc nullo modo poterunt recipi, ita vt peccent ipsi profitentes, & qui recipiunt eos sine dicta licentia, aut sine litteris testimonialibus, valet tamẽ professio, si de facto fiat. Et nota, quod qui faciunt professionẽ in nostra sacra religione tacẽtes dolose res graues, ob quas non reciperẽtur à fratribus, nec facerẽt professionem, si earum esset notitia, possũt expelli à religione à Prouincialibus, aut Generalibus, sic enim concessum est à Leone Decimo, qui imponit dictis prælatis, quod non faciant hoc si-

ne iustissimis causis, nec ipsi possunt id facere nisi in casu, quod hi post professionem sint quasi tinea religionis ob habitum vitiorum, quem in sæculo contraxerant, aut ob infirmitates contagiosas, quibus laborant.

12 Duodecima Conclusio. Peccat mortaliter religiosus, qui transit ab aliquo ordinum mendicantium ad Canonicos regulares cum dispensatione Papæ, quã obtinet dolo, fraudeque, qui putans, quod non obtinebit eam nisi prius deferat habitum suæ religionis, & capiat habitum sæcularem, deseruit illum ad hunc effectum, & postea petens dispensationem tacuit diabolicam astutiam, sic enim dicit Nauarr. vnde dicit, quod huic debet consuli, vt redeat ad antiquam religionem, aut supplicet Pontificem, quod non obstante dicta taciturnitate sua ratificet dispensationem, quã dederat.

Nau. in Mar. ca. 12 n. 72

13 Decimatertia Conclusio. Impotentes ad obseruandum aliquod præceptũ non essentiale religionis, non debent admitti ad eam, nisi sint personæ tam eminentes, vt ex earum receptione, & professione sequatur multa in omnibus ædificatio; quia in hoc casu licet non possint obseruare aliquod præceptum, quod non sit essentiale, possunt admitti; & ratio huius est, quia præcepta essentialia, vt est illud religionis, castitatis, & obedientiæ, possunt obseruari solo actu voluntatis adiutæ diuino auxilio, reliquã vero, quæ non sunt essentialia, vt est ieiunium aduentus, pedibus iter facere, & similia, vt obseruentur, sunt necessariæ vires corporales, & qui promittunt hæc, tenentur obseruare eo modo, quo ipsa obligant, scilicet, si sit possibile, vt adimpleantur, & licet quãdo promittunt ea, sciant esse inhabiles ad eã obseruanda, non ideo promissio est infidelis: quod confirmatur quadam doctrina satis ab omnibus recepta secundum Couarruuiam, scilicet, quod homo constitutus in articulo mortis, & tam senex, quod sciat non posse soluere debitum, potest nihilominus contrahere matrimonium, quia non est essentiale matrimonio reddi debitum actualiter, vnde licet supradicti sciant, quod non possunt ieiunare, nec pedibus iter facere, non peccant promittentes hæc, quia non sunt essentialia religioni, & promittuntur cum dicta conditione virtuali; & sic vidi ego practicari in facti contingentia in conuentu D. Francisci Salmanticensi cum voto hominum grauium vniuersitatis.

Cou i 4 2. p. c. 8. §. 2. n. 10

14 Decimaquarta Conclusio. Non debet admitti ad religionem hermaphroditi, qui si fecerunt professionem in aliqua religione virorum, prædominante in illis sexu fœminino, non sunt professi, quia debent haberi pro mulieribus, & professio mulierum facta in religione virorum non valet, & per contrarium si in eis præualeat sexus virilis, valet professio, si vero ambo sunt æquales, nulla est professio, quia ii non possunt suscipere ordines, vt dicit Siluester, & etiam quia qui habetur pro homine & fœmina, non potest profiteri in monasterio virorum; nec eadem ratione valebit eius professio in monasterio mulierum, cum iudicetur esse vir: si vero dubitatur, quæ potentia dominatur, eius dicto, & medicorum debet stari, & si valet eius professio cum dispensatione Papæ, poterit eijci à religione ob scãdalum, & prauas cogitationes, quæ possent inde sequi ex eius commercio, vt dicit Nauarrus. Ego tamen puto, quod patres Prouinciales, & Generales sine licentia Papæ poterunt eijcere illum ab ordine, si tacuit ipse defectum hunc in professione secundum priuilegium Leonis Decimi supra allegati; & etiam possunt eijcere illum à monasterio sine licentia Papæ, si constet, quod eius professio fuit nulla, quia non tenetur monasterium detinere illum, qui non potuit profiteri eius regulam secundum determinationem Concilij Tridentini sessione 25. de regularibus, cap. 16.

Nau. in conf. de ætat. & qual. ordinand. con. 8.

De

De renunciationibus, & donationibus, quas possunt facere nouitij ante, & post ingressum in ipso anno probationis. Cap. VII.

SVMMARIVM.

An, vt valeat nouitij renunciatio, & obligatio, opus sit licentia Episcopi, aut eius Vicarij, num. 1.

An nouitius possit renunciare beneficium expressa conditione, quod non sequuta professione reddatur sibi beneficium numero 2.

An valeat renunciatio patrimonij, aut beneficij à nouitio facta per duos menses ante professionem, num. 3.

An nouitij possint facere renunciationem, & obligationem, quæ nascitur ex contractu gratuito & oneroso per duos mẽses ante professionem, nu. 4.

An valeat donatio facta bonorum sine dicta solemnitate cum conditione quod sit irrita, non facta professione solemni numero 5.

An existente nulla professione valeat donatio facta cum prædicta solemnitate, num. 6.

An eum qui præterit sexdecim annos, & facit donationem sine dicta solemnitate, valeat dicta donatio, num. 7.

An valeat donatio, & testamentum, quod nouitius fecit suorum bonorum, quando volebat ingredi religionem, num. 8.

An valeat testamentum factum à nouitio sine solemnitate decreta Concil. & sine solemnitate iuris, num. 9.

An sit simoniacus, qui dat aliquid religioni, vt admittant illum, concl. 1. nu. 10.

An monasterium pauper possit recipere aliquid à nouitijs, concl. 2. num. 11.

An sint excõmunicati, qui dãt aliquid monasterio, antequam nouitius, siue nouitia profiteatur, concl. 3 num. 12.

An Pater nouitij, aut nouitia sit excommunicatus, si det aliquid mutuo monasterio ante professionem cum pignore, aut fideiussione, ibid.

CIrca materiam huius capituli multa dicenda sunt, quia Concil. Trident. sess. 25. cap. 16. de Regul. ordinat non valere renunciationem, & obligationem quamcunque factam à nouitio ante professionem, licet sit, iuramento confirmata, aut in fauorem alicuius causæ, nisi fiat de licentia Episcopi, aut eius Vicarij intra duos menses proximos ante professionem: & talis renunciatio, licet fiat cum dicta solemnitate, non sortitur effectum, nisi sequatur professio.

Circa hoc decretum posuimus quinque declarationes supra tractantes de donationibus, 1. par. cap. 90. nunc vero ponam alias sequentes.

1 Prima declaratio est, quod ad hoc, vt valeat hæc renunciatio, est necessaria licentia Episcopi, aut Vicarij, & ratio est, quia in voto solemni, & in renunciatione, & obligatione, quæ fit ad suũ effectum debet cessare omne genus violentiæ, & fraudis, vt constat ex eodem Concil. Trident. & licentia iudicis tollit omnem suspicionem doli, aut metus, vt dicitur in iure, & tractat Menochius; requiritur autem hæc maturitas, & solemnitas in facienda renunciatione, aut obligatione, vt nouitius expoliatus suis bonis sine deliberatione debita nõ profiteatur, quia plus non possit facere, vt dicit idẽ Conc. Trid. & ideo vult, quod sine dicta solemnitate non valeat, licet iuretur, & in fauorem cuiuscumq; causæ piæ, & licet iuretur cum expressa renunciatione fauoris huius capituli, vt dicit nouum decretum, & dicunt Menochius, Rosas, Gutier. Marchus Ant. & Spinus. Verum est tamen, quod in aliquibus religionibus non est in vsu petere licentiam ab Episcopo, in quibus tamen valet donatio sine illa facta.

2 Secunda declaratio est, quod Concil. decretum non procedit in renunciatione alicuius beneficij ecclesiastici facta per duos menses ante professionem cum dicta solemnitate, quia licet nouitius renunciet beneficium suum Ecclesiasticum cum illa, talis tamen renuncia-

Concil. Triden. vbi sup. c. 17. 18 & 19. Menoc. de recuper. remed. 1. nu. 266.

Menoc. lib. 2. de arb. cẽt. 5. casib. 436. n 5 & 8. Rosas i epitho. n. is sic ecclesiarũ c 6. nu. 59. cum seq. Gutt. in

ciatio videtur simoniaca, cum in ipsa fit expressum, aut tacitum pactum, quod fit cum eo, qui recipit beneficium, scilicet, quod si non sequatur professio, reddet iterum beneficium, & etiam quia licet non esset simoniaca dicta renunciatio, esset inualida; quia qui recipit beneficium, non recipit illud ab eo, qui renunciat illud, sed ab eo qui confert illud; collatio autem beneficij debet esse perpetua, & non temporalis, vt dicitur in iure; renunciatio etiam debet esse perpetua, cui, nec collationi nullo modo potest poni tacita, vel expressa conditio, scilicet, quod non sequuta professione debeat reddi beneficiũ, quia hæc conditio, vt dictum est, sapit simoniam, vt colligitur ex iure.

3 Tertia declaratio est, quod sicut nõ valet renunciatio patrimonij facta, à nouitio ante dictos duos menses, sic etiam non valet renunciatio beneficij ecclesiastici, cuius titulo suscepit ordines, nec valet renunciatio patrimonij, cuius titulo suscepit dictos ordines, nisi habeat, vnde possit aliundè viuere commodè, si exeat à religione, valebit tamẽ renunciatio beneficij, & patrimonij, ad cuius beneficij titulum non suscepit ordines; licet non fiat cum solemnitate dicti decreti; patrimonij vero seruata eius solemnitate, & pro hac declaratione facit Concil. Trident.

4 Quarta declaratio est, quod nouitij non possunt facere dictam renunciationem, & obligationem sine dicta solemnitate loquendo de renunciatione, & obligatione, quæ oritur ex contractu gratuito, & non de obligatione, & renunciatione, quæ oritur ex contractu oneroso, scilicet ex contractu venditionis, aut permutationis, & ex alijs similibus; quia licet hoc nomen, obligatio, significet etiàm obligationem, quæ nascitur ex contractu oneroso, vt dicitur in iure, hoc tamen debet limitari nisi ex subiecta materia colligatur significare solum obligationem, quæ nascitur ex contractu gratuito; & in casu nostri decreti clare patet, quod agitur solum de

c. quamuis pactũ, vel cum nuptui traderetur nam 2. & in l. 5. institutionum maiorũ tit. 1. de reg. nu. 75. Spino in speculo testamẽtorũ gl. 11. princip. de leg. monach. relicto. n. 50. d. c. quoniam de iure patronatus c. cum pridem de pactis, c. quęsitũ de rerũ permutatione. Concil. Triden. sess. 21. de reform. c. 2.

hac obligatione; quia per obligationẽ, quæ nascitur ex contractu oneroso, nõ remanet nouitius priuatus suis bonis, & patrimonio, vt paupertas obliget illum ad profitendum: & ideo cum hoc in casu cesset ratio dicti decreti, cessabit etiam sua dispositio, si non fiat in fraudem legis, quia si fiat in fraudem dicti decreti, attento quod non potest fieri obligatio, quæ nascitur ex contractu gratuito, si fit in eius fraudem, quæ nascitur ex contractu oneroso, multo minus valebit obligatio, quæ oritur ex hoc contractu, si non fiat cum solemnitate dicti decreti, vt colligitur ex iure.

5 Quinta declaratio est, quod non valet dicta renunciatio, aut obligatio, licet fiat cũ hac conditione, scilicet, quod si non faciat professionem solemnem, ea bona donata restituantur; & ratio est, quia renũciatio facta absolutè cum solemnitate dicti decreti ducit secum hanc tacitam conditionem, vt constat ex Cõcil. decreto, & nihilominus vult, quod sit hæc solemnitas: ex quo colligitur, quod idem debet dici, quandó expressum fuerit, cum idem debeat iudicari de tacito, ac de expresso, vt dicitur in iure; & gratis exprimitur, quod tacite intelligitur, vt dicitur in proprio iure.

6 Sexta declaratio est, quod licet fiat dicta obligatio, aut renunciatio hac solemnitate, si profiteatur nouitius, & fuerit professio nulla, erit etiam nulla dicta obligatió, & renunciatio, & ideo poterit recuperare omnia bona, quæ dederat eorũ ratione: quod probatur, quia Concil. decretum ad valorem renunciationis petit, quod sequatur professio, & debet intelligi de professione valida argumento iuris canonici, & etiam quia procedunt pariter non fieri renũciationem, & fieri sine vllo effectu, vt colligitur ex aliquibus decretis iuris ciuilis, & Canonici, & dicit esse cõmunẽ doctrinã Ias. Debet tamen notari, quòd si professio est nulla respectu ætatis, scilicet, quia nouitius non habebat sexdecim annos impletos, si postea ratificauerit,

l. Labeo §. contract. ff. de verb. signific. debitores de iureiur.

l. fraus, l. nõ dubium in prin. C. de leg.

rit, aut extiterit in religione per spatiũ quinque annorum, renũciatio, aut obligatio valebit; quia transactis dictis quinque annis, iam non potest allegare esse eius professionem inualidam, ut determinat Concil.

Conc. Trid. vbi supra c.19.

7 Septima declaratio. Hęc renunciatio, & obligatio, quæ fit sine solẽnitate huius decreti nõ solum non ualet, si faciat eã qui nõ habet decẽ, & sex annos cõpletos, uerum etiam si faciat ille, qui habet eos completos; cum non sit ratio ad limitãdum dictum decretum in hoc casu, potius est ratio extendendi illud ad illum, cũ in eo sit eadem causa; hæc sententia est contra Menochium; nec contra hoc obstat Conc. Trid. quod diffinit esse nullã professionẽ eius, qui non habet sexdecim annos completos ætatis; & ideo videtur, quod dictum decretum continuans cum illo, dicens, *nulla quoque renunciatio* quod verbum *quoque* denotat continuationẽ ad præcedens, & annullat renunciationem, & obligationem, quam facit, qui non habet dictam ætatem completam; quia ad hoc respondeo quòd continuatio dicti decreti cum præcedenti significat solũ hoc scilicet, quod sicut est nulla professio sine solemnitate capituli præcedẽtis, sic est nulla renunciatio, & obligatio sine solemnitate Conc. decreti, & sicut in capitulo præcedenti agitur de illo, qui iã est ingressus religionem, & iã est nouitius in ea, sic in dicto decreto agitur de donatione, quam facit quis ingressus religionem, & nouitius existens in ea.

Menoc. vbi sup. d.c.sup. 439.

Conc. Trid. vbi sup. cap. 15.

8 Octaua declaratio est, quod licet donatio, quam fecit nouitius ante ingressum religionis, est nulla, dando bona sua occasione, quod vult ingredi religionẽ, vt resoluimus supra, testamẽtũ tñ, quod fecit ante eã, valet; & ideo valet, & attinet hæreditas, q̃ in eo reliquit nõ ad monasteriũ, sed ad hęredẽ ab eo institutum, vt probatur in iure, & tenet Abbas, Felynus, & Berous, & dicit esse cõmunem canonistarum Alciatus, & Aretinus, dicuntque esse veriorem Iulius Clarus, Nauar. & Greg. Lopez, & Couarr. Nec obstat, quod monasterium succedit in locum filij, quia hoc est falsum, nec ius illud dicit absolute, cum solum ordinet, quod fideicõmissum relictum sub conditione, si, qui relinquit, decesserit sine filij, cessat, si ingrediatur, aut moriatur in aliqua religione approbata, quia præsumitur, quod ille, qui reliquit, si putaret, quod esset ingressurus aliquam religionem non fideicommissario, sed monasterio relinqueret dictum fideicommissum, vt resoluit Emanuel Acosta, & post alios Couarru. debet tamen notari, quod putarem ego esse veram nostrã conclusionem, nisi fecerit testamentum relinquens omnia bona sua in fraudem dicti decreti, quod prohibet fieri donationem, aut obligationem inter viuos.

Abb. n. 32. Fel. n.54 Bero. nu. 113. in c.in pręsentia de proba.

Alciat. rubr. de lib. & posth. i fi. dicit veriorẽ. Ias. in auth. si qua mulier nu. 25. C. de episco & cler. N. in c nõ dicatis. 11. q.q. 1.n.7 & 77.

Greg in l. 10. 2. p.6.Co. in c. qui ingredienti. 2 de test. num. 4.

9 Nona declaratio. Testamentum, quod fecit nouitius, valet, licet non fiat cum solemnitate decreti Cõc. cùm sit reuocabile, vt diximus supra in tractatu donationis, loquendo de donationibus causa mortis affirmãtes, quod illæ valent, licet non fiant cum solemnitate decreti Conc. Debet tamen notari, quod donatio causa mortis, & donatio inter viuos facta cum hac solemnitate, faciente professionem nouitio, statim habet effectum suum, quia statim ipsa completa, donatarius consequitur dominium, & vsufructum rerum donatarum; si tamen fiat professio, non potest frui hæres bonis, quæ illi reliquit nouitius in testamento, donec moriatur morte sua naturali; quia monasterium cum sit capax bonorum, gaudet hac hæreditate, dum viuit dictus testator, vt tenent Bartolus, Iason, Abbas, Decius, Suar. Couarr. & sic conuenit explicari decretum nostri Concil. Debetque notari, quod faciente hoc nouitio testamentum, debet illud facere cum solemnitate, quam petit ius; quia antequam sit professus, est comparatus mero sæculari, & non gaudet iure

Cla. receptarũ sentẽtiarũ. §.testamentum nu. 28. Aco st. in c. si pater 1. p. verb. si absque libe ri test. 16. Co. libr. 1. var. cã. 19.

Bar. & Ias. in d. auth. si qua mulier nu. 16. Abb. in d. ca. præsentia nu. 58.

Dec. ibi nu. 60.

> Suar. al le. 10. Cou. vbi sup. n.6. Na. in d.ca. rũ dicatis. nu. 84. Tellus in l. 3 Tauri. nu. 11 c. quápio.

iure militari:& ideo ficut ſęcularis tenetur facere teſtamẽtũ cũ ſolemnitate iuris, ſi vult, quod ſit validũ, ita nouitius tenetur, vt affirmãt Na.& Tellus. Hoc viſo circa explicationẽ decreti Concilij Tridentini conueniunt ponere tres, cõcl. ad ſatisfactionem huius materiæ.

10 Prima Concluſio. Qui dat nũmos, vt admittant eũ ad religionem eſt ſimoniacus, vt diffinitũ eſt in iure. Verũ eſt, quod erit licitum ei dare bona ſua, aut partem eorum monaſterio, dummodo non faciat hoc coactus, nec ratione alicuius pacti taciti, aut expreſſi, ſed libenter, quia ſicut monachi poſſunt recipere eleemoſynas aliorum pro monaſterio, ſic poſſũt eas recipere ex his; ſecundum quod debet intelligi, quod tradunt D. Thom. Sotus, & Nauarrus. Et nota, quod ſi monaſterium recipit ſupradicta a nouitio non via eleemoſynæ, licet applicetur alicui vſui pro monaſterio, ſemper erit ſimonia, nec conſuetudo in contrarium valeret in hoc caſu, quia ipſa non poteſt introducere ſimoniam tam condemnatam in iure diuino.

> D. Th 2. 2.q.100. art.3 ad vlt. Sot. lib 9. de iuſt. q 6. art.2 ad vlt & q. 8. art 2. ad 5.

11 Secunda Concluſio. Si monaſteriũ eſt pauper, licitũ eſt recipere aliquid ab eis, qui ingrediuntur pro eorum congrua ſuſtentatione, quia hoc non eſt vendere aliquid ſpirituale, ſed prouidere monaſterio, vt commode poſſit alere nouitium, vt dicit D. Thom. & Nauarrus. Hinc ſequitur, quod ſi nouitius eſt debilis, claudus, & inutilis ad labores religionis, poterit monaſterium petere aliquid amplius ab eo, quia ſimiles perſonæ faciunt ampliores expẽſas & ſunt minoris vtilitatis. Quod ſi monaſterium ſit diues, petere aliquid pro victu & veſtitu nouitij, non erit etiã ſimonia; quia ſi hoc eſſet in monaſterio diuite, etiam eſſet in monaſterio paupere, cũ diuitiæ, aut paupertas monaſterij non faciant, quod recepta pro ſuſtentatione nouitij ſint ſubiecta ſimoniæ, vt dicit Silueſt. Verum eſt, quod recipere aliquam rem magni valoris pro hoc reſpectu eſt euidens auaritia, & vmbra ſimoniæ. Hinc infertur, quam male videatur, quod monaſteria monialiũ, quanto ditiora ſunt, tanto etiam ditiores dotes expoſtulent, cum dotes dẽtur loco alimentorum, niſi petant ob maiores expenſas, quæ fiunt a monialibus in ijs monaſterijs, vt aduertit Aragon, & ſic debet gloſſari, quod ſcribit Nauarrus loquendo de his dotibus. Infertur etiam eſſe odioſum, quod monachi ſint ſolliciti de rebus temporalibus nouitiorum, q̃ ſollicitudo prohibetur a noſtro Patre D. Franciſco in ſua regula ſub pęna peccati mortalis, & Vrbanus V. ac Gregorius XI. prohibẽt illud in ſuis extrauagantibus reliquis religioſis, & adducunt Caiet. & Naua. & ideo quæcunque ſollicitudo, vt nouitij relinquant aliqua legata particularia conuentui, ſi fiat cum fraude, eſt prohibita, & idẽ ſi perſuadeant eis, vt faciant hæc legata promittentes eis ſtudium, aut quid ſimile, quia hoc promiſſũ eſt illicitum, & inualidum, vt cum Bartolo tenet Molina, ita vt ſollicitudo, quæ circa hoc prohibetur a noſtro Patre D. Franciſco in ſua regula, & prohibetur a iure, & reliquis regulis, eſt, quod non tollatur ob illam a nouitijs ſua libertas; vnde prohibens Pater noſter hanc ſollicitudinẽ, dat rationẽ eius dicens, vt libere diſponant de rebus ſuis, vt dominus illis inſpirauerit; & ſic nõ eſt, quod moueatur ſcrupulus, ſi ſignificata illis egeſtate conuentus legauerint ei aliquid; cũ in hoc caſu non auferatur illis libertas diſponendi de ſuis bonis, vt dominus eis inſpirauerit: nec tenẽtur religioſi in noſtra ſacra religione, mittere nouitios ad aliquos timentes Deum, qui conſulant eis, quid debeant facere in hoc caſu, quia hoc eſt quædam circumſtantia præcepti, quo obligantur ad non habendam dictam ſollicitudinem; & non obligat eodem rigore circunſtantia præcepti, quo obligat ipſum præceptum ſecundum doctrinam D. Thom. & communium omnium DD. quæ dicit, quod, quando transgreſſio non eſt contra finem, & ſub-

> Nau. de redditib. eccl. q. 1. moni. 84. & in Manual. c.27. nu. 106.
>
> D Tho. & Nau. vbi ſu.
>
> Silu. verbo ſi mo.1. §. 15.
>
> Arag. 2. 2.q.100. a.2. Na in apol. de redd. Eccleſ. q.1. moni.62.
>
> Extrauag de ſimon. inter cões. Gregor. extrau. tenorẽ 2. p tra. 1 fol.25. Caiet. exc. 73. Naua in c.27 nu. 106. Mol. l.2. de prigenit. n. 76.
>
> D.Th. 2. 2.q.33.2. 2. vbi Caie. in fol ad 3. & in sũ. verbo, præceptum.

substantiam præcepti, sed contra aliquã circunstantiam eius, non est peccatum mortale.

12 Tertia Conclusio. Ponit Concilium Tridentinum pœnam excommunicationis contra eos, qui dant aliquid monasterio, in quo Monacha est nouitia, antequam fiat professio, & vbi nouitius est ante professionem, nisi detur illud, quod est necessarium pro eius victu, & vestitu, vt dictum est. Circa quod decretum est notandum, quod non incurrit in hanc excommunicationem pater nouitij, aut nouitiæ, curator, aut tutor, si det aliquid mutuo ipsi monasterio cum pignore, aut fideiussione sufficienti sine dolo, & damno, licet mutuetur fere tota dos, quæ debet solui post professionem, quia mutuum est actus liberalitatis reuocabilis ex sua natura cũ facilitate, & multum necessarius ad remedium egenorum; & ideo non est credendum, quod tollatur à Concil. Trid. pro quo faciunt eius verba ibi: [ex bonis eiusdem tribuatur] & ibi [nec facile si decesserit id recuperare possit &c.] Ex quibus verbis colligitur, quod ratio ob quã prohibetur, quod detur aliquid monasterio ante professionem, est, quia si monasterium possederit eius dotem, aut maiorem partem dotis, si velit exire à monasterio, & non facere professionẽ, non poterit recuperari facile, quod eius respectu datum est. Et hinc infertur, q non prohibet Concil. Trid. dictum mutuum, cum facile possit recuperari, cum dentur pignora, aut fideiussiones; nec hic committitur simonia, quia hoc mutuum, vt plurimum fit ratione gratitudinis; & ideo sicut non committitur simonia in mutuo facto Episcopo nouiter electo magnæ quantitatis pecuniæ precipue, & immediate ob gratitudinẽ, & seruitium, aut aliam obligationem, licet ex hoc mutuo putet, quod prosequatur illum amore, & dabit eius filio aliquod beneficium, vt colligitur ex eo, quod late tradit Nauarrus; sic non incurrit hanc excommunicationem, qui mutuat aliquid dicto monasterio per viam remunerationis principaliter, & immediate, licet ex hoc seruitio putet sequi, quod prosequetur amore eum, & tractabit eius nouitiam maiore charitate præbendo ei professionem ab eo desideratam. Ex dictis infertur, quod prælata recipiens dictum mutuum non incurrit dictam excommunicationem, quam in illam ponit etiam Concil. Verum est tamen, quod licet hæc conclusio habeat colorem veritatis per rationes supradictas, vt dixerũt graues DD. in Vniuersitate Salmanticæ, attamen consideratis verbis Concilij ibi [quocunque prætextu] ego non audeo esse huius opinionis, nec ideo reprobo eam in totum.

Cõc. Tr. sess. 25. de reg. c. 16

Nau. ca. 25. nu. 100.

De Nouitiorum professione. Cap. VIII.

SVMMARIVM.

Quotuplex sit professio, & quid sit vnaquaque earum num. 1.

Ad validitatem professionis quid requiratur concl. 1 nu. 2.

An nouitia anno completo probationis facta infirma, si exit Monasterio de licentia, possit rediens profiteri absque alio anno probationis conc. 2. nu. 3.

An possit differri professio ibid.

An nouitius exiens Monasterio ob infirmitatem, aut aliam necessitatem intra annum probationis de licentia possit rediẽs profiteri computato tempore, quo fuit in eo conc. 3. nu. 4.

An annus probationis vt sit integer, debeat esse continuus, ibid.

An, qui præterit annum nouitiatus, & per annum integrum defert habitum, videatur tacite professus, conclusio. 4. num. 5.

An possit renuntiari annus probationis, concl. 5. num. 6.

An annus probationis numeretur à die receptionis habitus vsque ad diem sequentem sequentis anni, conclusio. 6. numero 7.

An, vt valeat professio, sit necesse, quod consentiat maior pars conuentus, concl. 7. num. 8.

An conuentus, qui recepit aliquẽ cum euidenti deformitate, possit postea illum eijcere. conclus. 8. num. 9.

An professio facta metu sit irrita, & an, qui persuadent puellæ, vt ingrediatur monasterium, sint excommunicati, conclus. 9. num. 10.

An in monasterio possit esse puella sæcularis sine titulo nouitiatus, ibid.

An sit valida professio mulieris condemnatæ ad mortem, cum concedatur vita hac conditione quod ingrediatur monasterium, conclus. 10. nu. 11.

An tollantur vota simplicia per professionem solemnem concl. 11. num. 12.

Quid requiratur, vt professio valeat, conclus. 12. num. 13.

1 AD explicationem eius, quod in hoc cap. est dicendum, debet notari, quod duplex est professio, alia tacita, & alia expressa; expressa est, quando nouitius facit tria vota essentialia in aliqua religione approbata in manu eius, qui potest incorporare in illa religione, & habet potestatem recipiendi eius professionem, vt comprobãtes cũ multis authoritatibus claris iuris Canonici dicunt Cardin. & Panor. traditque Nauarrus: professio vero tacita fiebat olim duobus modis, primò si intra annũ probationis recipiebat nouitius habitum professorum certis conditionibus, quas tradit Angelus explicans canonem, qui hoc ordinabat: quas conditiones sustulit Concilium Tridentinum, irritãs professionem, quæ fit ante annum probationis: alio modo fiebat professio tacita, scilicet deferente nouitio habitum professorum per manus superioris, qui illũ poterat recipere in religione, qui habitus nouitiorum non erat distinctè differens ab habitu professorum in colore, & forma; sic enim ordinatum erat in quadam Clementina; & si erat clare distinctus, quamuis deferretur per annos viginti, nõ inducebat tacitam professionem; hicque modus profitendi secundum opinionem Doctorum hominum non tollitur à Concil. Trident. cũ nouitius existat per annum integrum in probatione, vt petit Concil. Trident. & vt constat ex eo, quod late tradit Nauarr. in suis consilijs: hoc supposito fundamento conueñit resoluere hanc materiam per suas conclusiones.

Card. & Panor. in c. porrectum, de regul. Nau. in c. cui portio 12. q. 1. cõm. 1. 1. de reg. nu. 118. Angel. ver. nouit. §. 12. c. cõstit. de reg. lib. 6. Concil. Triden. sess. 25. de. reg. c. 15. Clemẽ. eos de regul. 1

Nau. l. 3 cons. ti. de reg. cons. 41 & cons. 42. & cons. 44

2 Prima Concl. Vt professio sit valida, est necesse, quod nouitij existant per annum integrum in religione admissi ad professionem, ita vt si faciant professionem ante annum completum, sit irrita, & nulla, vt ordinat Concil. Triden. cap. 15. de Regul. sess. 25. quod procedit in omnibus religionibus mendicantibus, & non mendicantibus, immo etiam in religionibus militaribus, vt patet in religione D. Ioannis, Hospitalis Hierosolymitani, cum in eis promittantur tria vota principalia; & in reliquis probatur, quia licet sua Sanctitas concesserit equitibus illarum licentiam, vt ducant vxorem non tamen desinunt esse veræ religiones, vt contra Sotum probat Nauarrus, & in proprijs terminis tenet nostram opinionem in quodam consilio contra aliquos, qui sine vllo fundamento dicebant nostram conclusionem nõ habere locum in religionibus militaribus, non aduertentes, quod Concilium dicit in quacumque religione, & religiones militares sunt veræ religiones.

Nau. de red. ecc. q. mun. 15. per totã, & q. 3. moni. 27. & 28. & 29 idem li. 1. cons. tit. de his quæ vi metusve causa cons. 6.

3 Secunda Conclusio. Nouitia, quæ impleuit totum annum integrum religionis in quodam monasterio, in quo promittitur perpetua clausula, quo anno completo cecidit in grauem infirmitatem, ob quam de licentia sui Episcopi, aut Prouincialis fuit delata ad domum patris; potest rediens facere professionem absque alio anno probationis; nec cõtra hoc obstat Concilium Tridentinum, quod dicit [finito tempore nouitiatus superiores nouitios, quos habiles inuenerint ad profitendum, admittant, aut à monasterio eijciant.] Vnde videtur, quod non possunt Prælati differre professionem nouitio-

Concil. Triden. vbi sup. c. 16.

uitiorum; & ideo non potuit hic prælatus differre professionem huius nouitiæ, & per consequens, nec dare licentiam, vt exiret ad curandum de sua salute finito dicto tempore; quia ad hoc respondeo, quod Concilium Tridentinum loquitur de nouitijs, & non de nouitiatibus, vt constat ex eius verbis *nouitios* quod si vellet dicere nouitias, dixisset quidem nouitios, vel nouitias, vt statim supra dicit in alio decreto ibi *excepto victu, vel vestitu nouitij, vel nouitiæ*, & constat etiam, quia idem Concilium ordinat, quod moniales non profiteantur, nisi prius eaqum prælati, aut alij suo loco examinent occasionem, qua fuerint motæ ad eligendam hanc sanctam vitam, & an sit apta monasterio, & monasterium ei; & vt fiat hoc examen obligat Abbatissam nouitiæ, vt commonere faciat Prælatum per vnum mensem ante professionem de hac re, ita vt peccent mortaliter omittentes hoc, vt dicit Nauarrus: quod examen sæpe non potest fieri, nisi differatur professio; & practica docet nos hanc veritatem, cũ videamus, quod sæpe Episcopi, & Prouinciales differant professionem earũ, quousque habeant dotem, qua debent recipi ad professionem, ita vt non solũ possint Prouinciales iustis de causis differre professionem dictarum nouitiarum, sed etiam nouitiorum, & ideo dicit Frater Gaspar Passarellus, qui fuit Generalis religiosi ordinis minimorum in quodam compendio aliquorum priuilegiorum sui ordinis, quod Domini Cardinales reformationis anni 1569. octauo die Nouembris declarauere posse dictos Prælatos, differre professionem nouitiorum, si non compleuerint 16. annos ætatis, aut quia eorum auditate non apprehenderint adhuc præcepta regulæ, & quomodo debeant recitare officium diuinum habentes spẽ probabilem, quod intra sex menses apprehendent supradicta, & non solum has duas ob causas posšũt differre professionem, cùm sic declarauerint D. Cardinales, sed etiam alijs de causis tam iustis, vt sunt hæ; quia etiam inuenimus ordinatum in iure, quod non est licitũ patri exhæredare filium nisi 14. de causis; & hoc non obstante est opinio communiter recepta, quod alijs de causis similibus potest illum exhæredare; & etiam reperimus, quod solum ob quinque causas potest donatio reuocari, nõ obstante quo est licitum ob alias similes facere dictam reuocationem, vt late tradit Ripa; & ideo quando prohibetur in ordinationibus generalibus nostræ sacræ religionis, vt Guardiani sub pœna priuationis officij non possint differre professionem nouitiorum nisi per octo dies, est notandum solum loqui de Guardianis, nõ vero de Prouincialibus, quia eorum authoritas ad plus se extendit. Est etiam notandum, quod incurrunt dicti Guardiani dictam pœnã facientes supradictum authoritatiue, nõ vero facientes illud cum consilio suorum Discretorum finito anno probationis, iusta de causa differunt professionem vltra octo dies scribentes statim suo Prouinciali referẽtes ei casum, petentesque authoritatem, vt differant eam. Nec contra hoc obstat regula multum communis omnium iuristarum, quæ dicit, quòd cessante causa cessat effectus, & causa, quod fieret valide professio est probare nouitium, & nouitiã rigore regulæ, & monasterium eorum mores, vt dicitur in iure, & in nostro casu, licet hæc nouitia steterit per annum integrum, & continuum, & amplius clausa, & reducta, si exeat finito tempore à clausura, videtur quod non dat spẽ esse aptam religioni, in qua secundum statutum eius debet obseruare perpetuam clausuram, & ideo post reditum eius videtur non posse dari professionem absque noui anni probatione, quia ad hoc argumentum respondeo, quod in nullo iure probatur esse necessarium, quod nouitius, aut nouitia experiantur omnes asperitates monasterij in particulari, sed sufficit experiri eas in generali existentes per annum sub obedientia prælatorum. Quod probatur, quia

Cõc. Tr. vbi sup. c. 17.

Nau. in man. ca. 25. nu. 143.

Ripa i l. fi. C. de reuocandis donationibus a n. 138.

quia existente nouitio, aut nouitia per totum annum infirmo in infirmorum loco, nemo negat, quod finito anno no uitatus possint profiteri, licet non sint experti asperitates religionis, vt tenet Nauarrus in quodam consilio, & ideo licet hæc nouitia debeat promittere pe petuam clausuram, non est necesse, quod in totum experiatur eius rigorē: hanc conclusionem feci confirmari in facti contingentia per doctorem Solis, magistrum meum, & doct. Sahagum professorem primarium iuris Canonici in vniuersitate Salmanticæ, & per doctorem Gabrielem Henriquez primarium professorem legum, & si late probaui eam, fuit ob doctrinam, quæ ex responsione ad argumenta contraria fuit edita in lucem ad explicationem huius materiæ. Aduertaturque secundum id, quod dictum est, quod in quodam monasterio nostræ sacræ religionis dilata fuit professio cuiusdam nouitij, qui non habebat viginti annos completos, quia non poterat testari de certis bonis vsque ad hanc ætatē, quia cum ipsa ætate debebat succurrere matri suæ, quod visum fuit sanctum, & iuridicum præcipuis Doctoribus Salmanticæ considerato, quod hic professus tenebatur de iure naturali quærere remedium egenæ matri, vt diximus supra.

Nau. 3. cons. ti. de reg. cons. 41 fol. 256 nu. 5.

4 Tertia Conclusio. Annus probationis debet esse integer, vt dicit ius antiquum, & modernum Concil. Trident. sess. 25. cap. 15. de Reg. quod non petit plus, quam quod sit integer, vnde si intra annum dictæ probationis nouitius exierit extra monasterium cum habitu de licentia sui prælati, qui est Prouincialis ad curandum de sua salute in domum patris sui, aut pro alia simili necessitate, rediēs ad monasterium potest profiteri computato illo tempore, quo antea fuerat in eo. Dixi, *de licentia sui prælati*, quia licet aliqui homines docti tenuerint, quod exiens cum habitu, aut sine eo sine licentia sui prælati, redeunte postea poterat cōputari tempus, quo stetit in monasterio, tamē communior, & receptior sententia est, quæ secūdum Nauarr. obseruatur in sacra pœnitentiaria Romæ, quod vt annus probationis sit integer, debet esse continuus, ita vt nouitius stet per annum continuum in monasterio sub obedientia prælati, & non exeat ab eo saltem sine licētia eius, vt tenet Dominicus, & alij post Abbatem; vnde ordinationes generales nostræ Sacræ Religionis factæ in templo Diui Ioannis Regum Tolet. quæ dicūt, quod exiens nouitius extra monasterium in anno probationis cum habitu, aut sine eo, rediens postea non possit gaudere tempore, quo steterit in monasterio, debent intelligi, quando exit sine licentia prælati, quia exiens, & existens foris cum licentia, & habitu est sub obedientia eius, vt conceditur à iure, & nō sine causa reperto toties *cū habitu*, quia existens cum ipso habitu habet habitum probationis, & gaudet exemptionibus cap. *Si quis suadente diabolo* atque nouitius: si vero exultat sine habitu, non est nouitius, & ideo non debet ei computari tempus, quo steterat in monasterio ante infirmitatem. Adde præterea, quòd si exeat nouitius ad curandum de sua salute ad domum patris, & de licentia sui Prælati, debet computari illi tēpus, quo stetit etiam extra monasterium, cum secundum dicta sit tunc nouitius, & habeat habitum probationis, quod reciperem ego libentius, si sit extra monasterium per mensem, aut duos: si vero per plus tēporis, nullo modo id reciperem; quia licet nō sit necesse, quod nouitij experiantur omnes asperitatis religionis, vt eorum professio sit valida finito anno probationis, quippe qui possunt profiteri, licet per totum annum steterint in infirmorum loco, nihilominus non potest negari, quòd non sit necessarium, quod fratres experiātur humorem ipsorum nouitiorum; qui si per multum temporis infirmentur in domibus patrum suorum, non poterunt id experiri. Dixi in conclusione, qui est Prouincialis, quia si Guardianus

Nau. vbi supra cons. 43 & in capitulo statuimus, nu. 73. Domin. & alij post Ab. in c. 1. p text. ibi de reg. lib. 6. Ordin. Toll. f. 6

nus

nus dat illi licentiam, vt curetur in domo parentum suorum, videtur, quod non sufficiat: quia eius Prælatus ad hũc effectum est Prouincialis. Verum est tamen, quod si eius parentes, aut consanguinei, quo se confert dictus nouitius, sunt intra vnam dietam a monasterio, & non potest recurri ad Prouincialẽ cum facilitate, poterit dare prædictam licentiam Guardianus præcipue habito prius consilio cum discretis domus, & redeunti postea debet ei computare tempus, quo steterat in monasterio; q̃a in hoc casu fuit sub obedientia sui Prælati; quòd probatur, quia Guardiani in hoc casu secundum consuetudinem religionis solent præbere dictas licentias putantes, quod Prouinciales habebunt eas ratas, postquam cognouerint, vt de facto faciunt, si sint homines prudentes, & non litterales. Est præterea res verificata in iure, quod consuetudo dat iurisdictionem ei, qui non habet: est autem cõsuetudo multum recepta in ecclesia Dei, quòd Episcopi possunt dispensare in multis casibus reseruatis summ. Pont. propter ordinarias necessitates quotidie occurrentes, pro quib. si semper esset recurrendum ad Sum. Pont. esset res grauis. Notaque quod dixi si eius parentes, aut consanguinei, ad quos se confert nouitius, sint intra vnam dietã te à monasterio dicti Guardiani, quia si est distas per tres, aut plures dietas, non solent dicti Guardiani saltem in nostra religione præbere dictam licentiam, & ideo non auderem ego defendere in ipsa in his partibus Hisp. nouitium, qui se conferret cũ ea extra dictam metam ad effectum, vt computaretur illi tempus, quo fuerat in monasterio ante egressum.

c. si duo & ibi gl. de offic. ord tradit c. Nau. in su. c. 27. nu. 255.

5 Quarta Conclusio. Qui præterito anno nouitiatus defert per annum integrum habitum professorum, est visus tacite professus, quæ quidem tacita professio valet, etiam post Concil. Trid. & vt valeat est necesse, quòd cognito, quòd non est professus, deferat dictum habitum professorum; si vero defert illum putans esse professum, & non est propter aliquem defectum, qui fuit, quando fecit expressam professionem, qui annullauit illam, non est visus eam reualidare, vt dicunt Caiet. & Nau. quod probatur, quia hic qui putauit eius professionem esse validam, & inuenit postea non fuisse, habet terminum quinque annorum, vt possit reclamare coram Ordinario petens, q̃d declaret eius professionem irritam, vt ordinat Concil. Trid. Et hinc est, q̃d ordinauerit sãcte Cõc. p̃d. quod finito anno probationis statim nouitius admitteretur ad professionem, aut eijceretur a religione; at D. Card. reformationis non dederunt licentiam Prælatis, vt differrent professionem plusquã per sex alios menses, vt dictum est; q̃a si differatur per annum deferendo habitum professorum, poterunt nouitij allegare hanc tacitam professionem.

Caiet. 2. 2. q. 189 art. 5. Na. c. 12. num. 7. Concil. Trid. ses. 25. de reg. c. 19

6 Quinta Conclusio. Non potest renuntiare nouitius annum probationis, nec prælatus poterit recipere ipsam renunciationem; quia annus probationis est ordinatus ad bonum commune religionis, cuius iuri non possunt particulares renunciare, vt etiam clericus non potest renunciare foro suo, vt docet Nauarr.

Nau. l. 1. cons. 21. de off. ord. cau sa. 11.

7 Sexta Conclusio. Vt annus probationis sit integer, non debet computari a die, quo nouitius accepit habitum, s. verbi gratia a 29. Aug. vsque ad eundẽ diem 29. anni sequentis, sed debet fieri professio sequenti die qui est 30. quia licet in rebus fauorabilibus annus numeretur a die in diem, & a momento in momẽtum, vt dicitur in iure; nihilo minus in rebus, quæ secum trahunt obligari aliquem, vt fit in professione, non debet annus sic numerari. Ego tamen non ideo iudicarem irritam professionem eius, qui accepit habitum die 11. Ianuarii hora vndecima diei, si faciat professionem eodem die anni sequentis hora secunda post meridiem, quia multa simillia admittit ius ciuile. Et notetur quod si annus sit bissextus,

Not. DD. in l. quæ ætate. ff. de test.

de-

debent currere ambo dies, quia licet sint, duo, reputantur pro vno, vt notatur in iure.

8 Septima Conclusio. Non est necesse, quod maior pars conuentus consentiat, vt nouitii professio, qui in eo moratur, sit valida, sed potius est valida professio data a prælato capiente prius vota, & suffragia conuentus, licet non consentiant; quia ipse tenetur capere consilium, & votum sui conuentus, nō tamen tenetur illud sequi, vt dicunt Panorm. Siluester, & Nauarrus. Verū est tamen, quod dando professionem sine acceptione voti conuentus erit nulla, & peccabit grauissime.

Pan. i c. ad Apos de reg. sil. ver. relig. 3. nu. 23. Nau. in ca. alma mater 189. n. 2

9 Octaua Conclusio. Conuentus, qui recipit aliquem, aut aliquam ad annū probationis cum aliqua notabili, & euidenti deformitate, licet peccabunt in hoc mortaliter tribuentes habitum habentes propositum non admittendi illum ad professionem, poterunt tamē postea mutato consilio eicere illum, & non admittere illum ad professionem, potius facient actum ex se meritoriū, si doleant de peccato, quod commiserunt initio ob conuenientiam religionis, sic enim tenet Iason, quem refert Cord. qui tamen recipiunt huiusmodi nouitios debent puniri a suis prælatis grauiter ob iniuriam, quæ fuit illata illis visa sua insufficientia in recipiendo eos, vt postea ei jciantur, quod præcipue si sint nobiles, est multæ notæ.

Cord. supra reg. fratrum minorū c. 2. q. 11

10 Nona Conclusio. Certum est qđ professio facta metu, & vi est nulla, si metus sit, qui cadat in virum constantem, vt colligitur ex Concil. Trid. qui autem sit talis metus, remanet dictum supra. Et nota, quòd professio facta metu reuerentiali etiam est nulla in foro conscientiæ, vt resoluit Nauarrus post alios affirmans, quod omnis metus, quamuis minor iusto excusat in foro conscientiæ, vt etiam iustus excusat si metus fuit causa sine qua non. Secundo nota, quod persuadens, aut consulens alicui puellæ, quòd igrediatur monasterium inuita aut persuadens, vel consulens alteri, vt astringat eam, non incurrit in pœnam Concilij, nisi de facto ipsa ingrediatur inuita, vt dicit Nauar. nec incurrunt illam qui persuadēt & consulunt, non vt constringant, sed vt libenter capiat habitum, quia hoc est bonum, & sanctum opus. Nec incurrit eam pater, qui de licentia Ordinarij procurat ponere filiam suam orphanam matre in aliquo monasterio; quousque sit apta ad contrahendum matrimonium: nec obstat Cōcil. dicēs, *quod incurrit hanc pœnam, qui persuadet eam ad ingrediendum, vel habitum suscipiendum:* vbi insinuat, quod qui solum introducit illam in monasterium, incurrit excommunicationem, licet non recipiat habitum, vt constat ex disiunctiuis, quæ statim sequuntur, *vel ad habitum suscipiendum:* quia dictum verbū *ad ingredeindum* debet intelligi, si ingrediatur ipsa inuita, prætendente præcipue persuasore, quod post ingressum reducetur ad recipiendum habitum, si videat nolle eam transferre extra, & deprecante alias, vt eam persuadeant, non vero loquitur; quando ipsam ingredi solum curat, vt ibi sit recollecta, cum non habeat matrem, quæ habeat curam illius, quousque possit duci ab aliquo; & hoc debet teneri contra Nauarrum, qui in hoc casu loquitur cum multo scrupulo, quem poterit quidem habere non respectu eius, quod dicit Concil. sed ob ea, quæ dicunt motus proprij Pij V. & Sixti V. quod in nullo monasterio possit esse aliqua sæcularis puella, nisi sub titulo nouitiatus, & cū intentione faciendi professionem. Et nota etiam, quod facta ab aliquo excommunicato professio valet, vt dicit idem Nauarrus fundans id in iure, affirmans, quod matrimonium excommunicati est validum. Verum est tamē, quod ipse excommunicatus, licet sit professus non habet ius petendi portionem, quæ solet dari professis, quousque assequatur absolutionem excommunicationis.

Cōc. Tr. ca. 19 de reg. sess. 25 Nau. in ma. c. 22 num. 51. idem c. 26. nu. 5 & 30.

Nau. l. r. consilio rū cons. 531. de sent exc fol. 624. Na. vbi su. cons. 56. f 626

Nau. in c. statuimus nu. 25.

11 Decima Conclusio. Erit valida pro-

professio mulieris cōdemnatæ ad mortē, si datur illi vita hac cōditione, ꝙ fiat monialis: quia metus, qui iuste ponitur alicui, non sufficit ad annullandũ, & rescindendum actum, vt dicitur in iure, & notat Bartolus, & etiam, quia monachus, aut monacha possunt constringi ob rationem Aymonis, vt transeat ad arctiorem religionem, in qua debent facere nouam professionem, vt dicitur in ipso iure.

l. si mul. Bart. ff. quod vetus causa.

12 Vndecima Conclusio. Omnia vota personalia, & mixta, vt sunt peregrinationes, cessant per professionem alicuius religionis approbatæ, vt dicunt D. Tho. & Sotus cum communi, licet sit votum visitandi loca Sancta, quid quid dicat Siluester: quod probatur, quia profitens aliquis religionem moritur sæculo, & vt dirigat vitam nouã, fit professio solemnis, & ideo cessante vita præterita cessant etiam vota facta in ipsa vita: & hinc sequitur, quod etiã cessant vota realia, cum ad gubernationem spiritualem primæ vitæ fuerint facta, vt tenet Couarr.

D. Tho. 2. 2. q. 88 ar. 12. & q. 186 a. 1. Sot. li. 4. de iustit. q. 1. art. 4.

Cou. in c. quamuis pactũ. § 3.

13 Duodecima Conclusio. Resoluens præcipuum ex dictis in hoc capite de nouitijs dico, quod vt professio sit valida, requiruntur octo. Primum quod nouitius, aut nouitia habeãt 16. annos ætatis completos. Secundum, ꝙ fiat professio in manu eius, qui potest illum recipere, & incorporare in religione, qui sunt Prouincialis, vel Guardianus, aut præsidens ipso absente. Et nota, quòd poterit Guardianus dare potestatem alteri, vt nomine suo recipiat ad religionem nouitium, & valet professio facta in manu huius, ad quẽ hic actus committitur, vt tenet Innocentius, & cum aliis tenet Siluester, ita vt si aliquis recipiat professionem alicuius, putans, quod Prælato placebit, & habebit ratum sciens, valet dicta professio, si ratificetur ab eo; ante ratificationem vero erit valida, nec erit votum sollemne dirimens matrimonium, vt dicunt DD. allegati. Tertium ꝙ fiat in aliqua religione approbata, vt dicitur in iure, & sufficit, quod fiat in domo profitentis. Quartum quod Prælatus petat consilium conuentus & licet non sequatur illud, valebit professio. Quintum, quod fiat simpliciter de tribus votis essentialibus, scilicet obedientia, paupertate, & castitate; quia si promittit obedientiam sine intentione obligandi se ad alia duo, non valet professio. Et nota, quod valet professio eius, qui solum promittit obedientiam, addens, secundum ipsam regulam; quia in hoc casu implicite promittit reliqua vota essentialia, & cetera, quæ obseruantur in dicta regula; nec est necessaria forma determinata profitendi, quia sufficiunt quæcunque verba profitendo, quòd continetur in regula, vt dicit Silu. Sextum, ꝗd annus probationis sit continuus, vt est explicatum. Septimum quod fiat informatio iuridica de qualitatibus, quas imponunt Sixtus V. & Greg. XIV. in suis constitutionibus, & quousque sint visæ, & approbatæ per patres deputatos secundum constitutiones dictas secundum constitutionem Clementis VIII. pro his partibus Hispaniæ. Octauum, quod profitentes in nostra sacra religione non descendant a Saracenis, Iudæis, Hæreticisve combustis.

Innoc. in c. porrectum ex tra de regul. Sil. relig 3. nu. 16

Siluest. vbi sup. nu. 18.

De obedientia. Cap. IX.

SVMMARIVM.

An religiosus omnino teneatur obedire suo prælato nu. 1.

Obedientia quot modis sumatur. ibid.

An possit prælatus præcipere subdito, vt exponat se periculo mortis, concl. 1. n. 2

An si constet subdito quod prælatus iubet quid contra ius, teneatur obedire concl. 2. num. 3.

An teneatur subditus obedire prælato, quando probabilissime dubitat, ac credit esse peccatum mortale, conclusi. 3. numero 4. & an idem sit, si sit dubium

bium probabile ab vtraque, concl. 4. num. 5.

An possit minister generalis sacræ religionis, & reliquarum præcipere sub obedientia suis subditis, vt adeant Indos Orientis, & Occidentis, conclu. 5. numer. 6. & an possint præcipere illis, quod sint Parochi ipsorum Indorum. concl. 6. nu. 9.

An obliget sub pœna peccati mortalis præceptum quod intimatur in vniuersitatibus sub pena præstiti iuramenti, concl. 7. num. 8.

1 AD explicationẽ eius, quòd proponitur in hoc capitulo, est notandum, quod licet communiter dicatur in iure, quod religiosus non habet velle, nec nolle, nihilominus tollitur religioso, quin voluntatie velit, aut nolit aliquam rem, quia non in omni re tenetur obedire Prælato, sed potius potest, & debet non obedire, quando præcipit aliquid, quod est contra regulã, aut cõtra legem diuinam, & etiam potest non obedire, quando iubet ei aliquid, quod licet non sit contra regulã suam, est tamen multum alienum ab obseruantia regulari, vt resoluit D. Th. cõiter receptus: declaro hoc exemplo, v.g. dicit subditus Prælato, Pater reforma morem tuum circa hoc, quia quidam sęcularis dixit mihi, q scandalizatur de te: iubet Prælatus subdito, vt dicat illi sub pęna obedientiæ, quis est ille sæcularis, non tenetur quidem obedire ei, quia ad Prælatum non pertinet scire hoc, vt Prælatus est, a suo subdito: immo ipsamet obedientia põt esse contra legem diuinam, si cõicauerit dictus sæcularis negotiũ subdito secrete, vt moneret Prælatũ, aut si ex tali reuelatione veniret damnũ sæculari, Prælatus tñ tanq̃ ignorans instans cum sua obediẽtia, extollit se alius subditus in cõitate, & conturbans eum dicit alta voce, q non põt illud iubere, cum Prælatus imponit sub obedientia, vt taceat, tenetur in hoc casu obedire ei; quia hæc obedientia pertinet ad obedientiam regularem, quæ est conseruatio pacis in communitate, & quod negotia religionis tractentur sine turbatione, & rumore, Dixi, *in publica communitate*, quia si dicit illud in particulari, vt ferat remedium vexationi fratris sui oppressi per dictam obedientiam, licet Prælatus dicat ei per sanctam obedientiam, q taceat, non peccabit: licet replicet, dummodo id faciat debita humilitate. Noteturq;, quod inobedientia contra obedientiam sumitur duobus modis, primo formaliter, s. qñ aliquis non vult obedire Prælato solũ causa non obediẽdi illi, & hoc est peccatum mortale tã in re graui, quàm in re leui, vt dicunt Caiet. & Nau. & rõ est, quia hæc inobedientia includit in se contemptũ Prælati, aut eius præcepti, quod semper est peccatum mortale. Secundo materialiter, & accidit, quando subditus nõ desinit obedire, quia non vult subijci Prælato, aut eius præcepto, sed ob irã, tristitiam, aut quid simile, & tunc erit peccatum mortale, si præceptum fit de re graui, & veniale, si sit de re leui, vt dicit Caiet. Et notetur, quod ille, qui non obedit in rebus leuibus, quia sunt res leues, non remittit inobedientiam formalem, nec contemptum, & ideo solum est peccatum veniale, vt dicunt Caietan. & Nauarrus, vt, si superior iubeat per obedientiam, quod aperiatur porta, & subditus, quia videtur ei esse rem leuem, omittit id facere. Supposito hoc fundamento circa materiã sunt multa quidem dicenda: dicam tamen pauca, quia in materia legis quo ad eius obseruantiam remanent declarata multa, quæ pertinent ad eam, & in tractatu ordinis iudicialis in fine huius summæ tangam multa alia remittens me in illo tractatu ad quoddam cap. quod positum fuit in materia excommunicationis, vbi agitur de monitoriis generalibus: ad resolutionem vero præsentis negotij ponuntur seqq. conclus.

2 Prima Conclusio. Regulariter Prælatus non potest iubere subdito, vt exponat

c. cum illi catis. 12 q. 2. c. si religiosus de elect. li. 6

D. Tho. 2. 2. qu. 104. a. 5.

Caiet. verb. in obediẽ. Nau. in c. 23. nu. 35.

Caieta. vbi sup.

Caiet. & Nau. vbi sup.

D.Th. 2. 2.q. 108. artic.5. Tab.verbo episcopus côcl.6.n.5. Soto li.4 de iust. q.2.ar.3.

ponat se periculo mortis, vt constat ex eo, quod tradit Diuus Thom. cum communi & resoluit etiam. Dixi, *regulariter*, quia in aliquibus casibus potest id iubere: primo ob causam publicæ, ac magnæ vtilitatis, in quo casu Rex, aut Dux potest præcipere ciui, & militi, vt exponant se periculis mortis præliantes, vt dicit Sotus. Secundo si ratione officij, aut voti tenetur ad illud, vt tenet etiam Caiet. & Petrus de Nauarr. & ideo Episcopus potest imponere per obedientiam Parocho, vt resideat in sua parochia tempore pestis vt administret sacramentum subditis suis, cum acceptauerit officium, quod secum affert annexam hanc obligationem; & eandem obedientiam poterit imponere Prouincialis Guardiano in simili necessitate domus suæ guardianiæ, cum Guardiani respectu suorum subditorum comparentur Parochis.

3 Secunda Côclusio. Si constat quod Prælatus præcipit secundum ius, tenetur subditus obedire ei, vt econtra, si constat, quod præcipit contra ius, non tenetur ad illud, vt resoluunt post Siluestrum Sotus, & Corduba; si vero subditus dubitat, an teneatur obedire, necne, aut videtur ei, quod præceptum est contra ius, & ex causa leui, non debet ei obedire, quando ex eius obedientia timet maius periculum, vt in tractatu ordinis iudicialis declaratur posito exêplo satis notabili, cap.7.nu.11.

Soto de teg. secre. mêbr.3.q.2. Cord.l.3 qq.97.

4 Tertia Conclusio. Si subditus dubitat probabilissime, creditq; esse peccatum mortale, quòd à suo Prælato præcipitur sub obedientia, nô solum non tenetur obedire, sed peccabit obediens ei, vt si prælatus nostræ sacræ religionis regularis obseruantiæ præcipiat sub obedientia subdito suo, quod capiat pecuniam contra præceptum regulæ; sic enim tenet Adrianus, estque communis secundum Cordubam.

Ad Roman.14. Cord.vbi sup.q.10.

5 Quinta Conclusio. Si sit dubium probabile ex vtraque parte, & varietas opinionum grauium doctorum, potest subditus præcipiente prælato facere côtra propriam opinionem, dummodo intelligat, quod obediens in hoc casu non peccat: sic enim tenet Corduba: qd probatur, quia iudex contra suam propriam opinionem potest iudicare innocentem tamquam reum secundum allegata, & probata contra illum; & medicus contra propriam opinionem potest dare medicinam infirmo sequens opinionem aliorum medicorum, qui dicunt esse remedium illius infirmitatis; & ideo potuit subditus in nostro casu obedire côtra propriam opinionem, si præcipiat ei prælatus, immo solum si consulat, quia quamuis habeat dubium speculatiuum. s. an teneatur obedire, an peccet obediens, practice tamen est certus, quod obediens, aut sequens consilium superioris sui non peccat, quòd debent multum notare subditi, vt relinquant non solum insipientias, & ignorantias, sed etiam dubia probabilia, quę possunt habere. Dixi, *dummodo subditus secundum suam conscientiam iudicet, quod tunc non peccat*, quia si est tam argutus, vt etiam præcipiente, aut consulente prælato obediens habeat scrupulum, quod peccat, peccabit aliquo modo obediens; quia nullo modo est licitum alicui facere aliquid contra propriam conscientiam, licet illud præcipiatur à iudice, aut superiore, cum dicat D. Paulus, quod illud, quod non est secundum conscientiam, est peccatum; & probat Corduba adducens multas authoritates ad illud.

Sot. de teg. secre. in 3. q. 2. côs. 2. Med. 1.2. q 19 ar 6 Cord.li. 3. qq. q. 6.

Lop. in instruct. consc. 1. p. c. 56. col.404.

6 Quinta Conclusio. Non possunt Patres Generales nostræ sacræ Religionis, nec aliarum præcipere subditis suis, vt vadant ad morandum ex Hispania in Indias, sic enim tenent Sotus, Med. & Cordub. quia non est intentio religiosi obligare se per votum obediêtię ad res difficiles vltra communem obligationê reliquorum religiosorum sui status, si non faciunt votum speciale eius; vnde Patres societatis Iesu faciunt votum speciale eundi ad has longas peregrinationes, vnde posšût ad eas compelli, si prelatus id præcipiat, vt aduertit Ludouicus

cus Lopez, qui infert hinc, quod nõ potest subditus compelli à suo Generali, aut Prouinciali ad acceptandum Episcopatum, quia Prælatus secundum D. Bernardum non potest augere votum subditi sui; & certum est, quod accepto Episcopatu augetur votum, cum ascendat ad dignitatem altioris perfectionis, & est assumptus à societate suorum fratrum ordinis, quod multi ægre ferunt ob pericula sæculi. Verum est, quod Papa potest compellere religiosum, vt acceptet episcopatum, quia est suæ curæ commissum bonum commune, & vniuersale totius ecclesiæ.

7 Sexta Conclusio. Non solum non peccant religiosi facientes officium parochi inter Indias nouæ Hispaniæ, vt ordinauit Pius V. ad instantiam Philippi II. Regis, sed possunt compelli ad illud à suis Prælatis, & sic est in vsu apud dictas Indias; quod etiam possunt facere Patres nostræ sacræ Religionis, licet per regulam suam sit illis prohibitum baptizare, quod est proprium officium Parochorum, vt concessit Pius V. nec obstat, quòd in hoc officio parochorum nihil est periculi spiritualis; vnde videtur quòd Prælati non poterunt compellere ad illud, quia ad hoc respõdeo, quod etiam est magnum periculũ in eo, quod fratres ambulent per valles, & montes, & nihilominus possunt Prælati compellere eos ad illud sub obedientia: cum suum institutum sit viuere de eleemosynis; & etiam sit statutum præcipue Patris D. Dominici, & nostræ sacræ Religionis ambulare Apostolice prædicantes, & colentes vineã Domini; & non ideo remanet, quin multi pauco spiritu præditi capiunt inde occasionem peccandi; & nihilominus tenentur obedire Prælatis suis, si id illis præcipiant, quia ipsa opera non desinũt ex se esse opera bona, & sancta; præterea opus est tam sanctum, ac pium, qđ ab humana fragilitate non possit conuerti in malum accepta occasione peccandi ex ipsa diuina misericordia, vt dicit Apostolus allegatus à D. Tho. Hanc conclusionem tenet Ludouicus Lopez.

D. Th. in 3. p. Lop. vbi sup. col. 405

8 Septima Conclusio. Quando rectores in vniuersitatibus iubent scolaribus sub pęna præstiti iuramenti, vt adent aliquam ecclesiam ad orandum pro anima alicuius defuncti, aut quòd adeant ad comitandum eius corpus, & quando rectores confraternitatum iubent confratribus, vt faciant idem sub pęna duorum ducatorum, aut sub alia pęna pecuniaria, scilicet, quod comitentur aliquem fratrem defunctum, credendũ est, quod non obligant ad peccatũ mortale, quia hæc præcepta explicanda sũt, quod fiunt ob necessitates communes cum æquitate debita; & sic debet præsumi ex pia intentione præcipientium, quod per hæc præcepta communia, & causarum communium non multi põderis solum volunt adducere ad memoriam dictorum scholarium, & confratrum iuramentum, quòd fecerunt, ne contemnantur eorum præcepta: & si dicti rectores habuerint intentionem obligandi ad peccatũ mortale per hæc mandata, & quod transgressores sint periuri, ad hoc respondendum est, qđ intentiones temerariæ imperantium ad quodcunque negotium pauci momenti non obligant subditos, ita vt teneantur obedire sub pęna, & culpa dicta, & non obedientes incurrant ipsam, licet habeant intentionem obligandi eos ad illud; itaque intentio iubentium debet esse rationabilis secundum eam, quam tenuere Prælati discreti, & prudentes, quando præcipiunt res indifferẽtes sic, vt solũ credatur obligare ad peccatum mortale, quãdo transgrediuntur ea per contemptum; & sic videmus pręcipere ius Canonicum, quod clericus non nutriat barbam, nec comam sub pęna excommunicationis; & non ideo debemus iudicare peccare mortaliter, si permittant dictos capillos crescere, vt appareat merus sęcularis. Verum est tamen, quod si monitus nolit obedire, qđ tunc peccabit mortaliter, & excommunicabitur. Supradicta non habent locũ, quando dicti rectores vocant prædictos

ctos scholares, aut confratres singulos seorsum pro rebus grauibus tractandis in suis capitulis, & congregationibus, pro quibus negotiis est necessarium cōsilium, & opinio omnium, quia in hoc casu, si non recurrant deficiente iusta causa, peccabūt mortaliter, vt dicit Medin. Hinc infertur, quod obedientiæ, quas sæpe imponunt Prælati in religione pro singulis rebus licet paruis indifferenter, non obligant ad mortale, licet ipsi habeant talem intentionem obligādi ad mortale, quia eorum intentio debet esse prudens, & regulari secundum terminos prudentiæ, vt dictum est: aduertantq; quod si super contemptum non obediant dicti subditi, peccāt mortaliter; vnde debent aduertere ipsi Prælati, quibus in casibus eas imponunt, ne contemnantur.

Med. 12 q.96.a.4

De Episcopis. Cap. X.

SVMMARIVM.

An sit peccatum desiderare, & procurare esse Episcopum. concl. 1. num. 1.
An Episcopus procurans alium episcopatum pinguiorem peccet mort. cocl. 2. n. 2
An sit licitum Episcopo renuntiare episcopatum. concl. 3. nu. 3.
An monachus factus Episcopus remaneat liber a tribus votis essentialibus, concl. 4. num. 4.
An bona, quæ acquisiuit Episcopus, sint monastery, an ecclesiæ suæ concl. 5. nu. 5.
An Episcopi possint absoluere a reseruatis Papæ in foro conscientiæ. concl. 6. nu. 6
An Abbates exempti possint absoluere, & dispensare in foro conscientiæ per Conc. Trident. ibid.
An Episcopi post consecrationem possint habere aliquod beneficium. conclus. 7. num. 7.
Interrogationes quæ debent fieri Episcopis in confessionibus eorum num. 8.

IAm in materia electionis p.p.ca. 106. nu. 9. declaraui, an sit melius eligere Episcopos ex Theologis, quā ex Canonistis, nunc in præsenti conuenit tractare aliqua ad eos attinentia, quod de more resoluam per conclusiones.

1 Prima igitur cōclusio sit: non est peccatum, sed potius virtus aliquē desiderare, & procurare esse Episcopū, si hoc desiderat, & procurat, q[uia] videt rēpubl. egere pastore zeloso, & putat, teneatque pro certo, q[uod] non inuenietur aliquis, qui melius possit id facere seipso: quod desiderium debet comitari humilitas, & interuenire media multum licita ad finē prædictum, quia si aliquis tenetur desiderare, & procurare salutē corporalem proximi, quare non poterit desiderare, & etiam procurare bonum spirituale, & commune totius vnius diœcesis? præcipue si desiderat, & procurat hunc episcopatum de licentia sui superioris, aut alterius sapientis & timentis Deum, sic enim dicit D. Thom. & Caieta. quia solum vtitur consilio proprio, quamuis illud non condemnem, non teneo tamē esse alienum a præsumptione: nec puto esse alienum a peccato procurare episcopatum sine necessitate suæ personæ, licet procuret id mediis licitis, & sine scandalo, rectaq; ratione, quia non desinit esse in hoc aliqua ambitio, & præsūptio, & sic fit indignus electu, qui hoc procurat secundum id, quod dicunt Caiet. & Sotus, nec desinit esse peccatū desiderare, & procurare esse Episcopū propter aliquam vtilitatem suam particularem, aut aliorum, licet id procuret mediis licitis, & humanis fauoribus honestis, quia is, quod est ordinatum ad bonum commune, particulari vtilitati, præfert. Verum est tamen, quod non peccabit mortaliter, vt iidemmet patres dicunt, a quibus non deberet discedere Med. dicens peccare mortaliter: tunc autem dicetur aliquis procurare bonū suum particulare, aut aliorum vtilitatē, quando id procurat, vt succurrat necessitati propriæ, aut aliorum.

D Th. 2. 2. q 185. art. 3. & ibi Caj.

Caieta. vbi sup. ar. 1. consil. 4. soto li. 10. de iustit. q. 2. artic. 2. ver secūdum autem. Med. in sum lib. 1. c. 16.

2 Secunda Conclusio. Quia iam sunt Episcopis non peccant mortaliter, licet prætendant alios episcopatus pinguio-

guiores; hæc conclusio est contra Medinam; quæ probatur, quia desiderare alium episcopatum ex sua natura non est peccatum, potius sæpe transire de vno Episcopatu in alium est necessarium, & vtile, eo quod forte Episcopus non est amatus in vno episcopatu, aut non fruitur salute in eo, quod succedit optime in alio, aut quia est tenuis primus, & Episcopus facit multas eleemosynas, non desinit tñ esse in hoc multū cōiter ambitio, demonstrantes, qui hoc prætendunt, magis amorē reddituum, quā aīarum, non considerantes, quod quando Christus exiit obuiam D. Petro, volens illum transferre ab episcopatu Antiocheno in Romanum, non dixit illi, Quare fugis deserens hunc episcopatum pinguiorem & maioris honoris, ac redditus, quam sit ille Antiochiæ, sed dixit illi, Vado Romam iterum pati, insinuans ei, quod transferebatur ab episcopatu Antiocheno in Romanum, non quia esset pinguior, & honorabilior, sed quia eius persona erat Romæ necessaria ad ædificationem ecclesiæ Romanæ, & salutem animarum, & hac, & aliis iustis de causis, necessariisque conuenit Episcopum transire de vno episcopatu in alium: non vero vt melioretur in redditu repræsentans seruitia maiorum suorum; & ideo Nauarrus non excusat eos a peccato.

Med. vbi supr.

Nau. in apolog. de red. eccl. q. 1 mon. 25 num. 2.

3 Tertia Conclusio Illicitum est Episcopo renūtiare episcopatum suū, si habeat vires pro illo gubernando, & proficiat, multum in eo, prædicans, consulēs, visitans, & administrans sacramenta, vt colligitur ex mente Pontif. Alexādri III. & Innocentij III. in suis canonibus, quia licet sit licitum alicui vti rebus suis ad libitum suum, tenetur tñ de iure naturali diuino, & humano non diminuere bonum publicum, aut alienum, vt dicitur in iure, & per dict[illegible]m renuntiationem potest euenire, quod populo tribuatur alius pastor non tam expediēs, sic enim tenet Nauarr.

c. 2. & c. nisi cū pridem de ren.

Nau l. 1. co. tigu. de ren. consi. 4. fol. 34.

4 Quarta Conclusio. Monachus factus Episcopus non remanet liber a tribus votis essentialibus, remanet tñ exēptus a regulis, & statutis religionis, quo ad obligationem legalē, & coarctiuam, quia remanet liber a pęna ipsorū statutorū, & per consequens a peccato mortali. Verum est tamen, quod non remanet liber ab hac obligatione quo ad vinculum morale, quia res erit multæ ædificationis, quod haabēs mitram; & baculū pastoralem non dedignetur habitū & regulam suæ religionis custodiens, quod cæteri monachi custodiunt: sic. n. tenet Caietanus explicans hoc modo Diuum Thomam. Vnde infert Caiet. quod monachus factus Episcopus ex ordine D. Francisci non peccabit mortaliter comedens carnem in die Natiuitatis Domini, quando cadit in feria sexta, quam opinionem sequitur Sotus; & Couarruuias dicit esse veriorem, & esse magis receptam, inferens ex dictis, quod Episcopus monachus non potest testari, quia hoc repugnat voto essentiali viuendi sine re propria, quo voto secundum communem Episcopus non est liber.

Caie. in operum 27. qq. c. 22. D. Th. 2. 2. q 185. ar tic 8. Sot lib. 10. de iu stit. q. 5. ar. 7 Couar in c. 1. de testa. n. 18 in fin.

5 Quinta Conclusio. Frater, aut monachus factus Episcopus si acquisiuit bona ante assumptionem ad episcopatum, erunt monasterii; quæ vero acquirit factus Episcopus ob suam industriā, erunt ecclesiæ, in qua est Episcopus, vt dicitur in iure, & est communis omniū: an vero possint testari de his bonis sine licentia Papæ dicetur infra suo loco in materia testamentorum. cap. 72. nu. 5.

6 Sexta Conclusio. Episcopi possunt absoluere per se, aut per suos Vicarios ab omnibus peccatis reseruatis Papæ si nascātur ex delicto occulto, excepta hæresi, quia ab hac solum ipsi, non vero eorum Vicarij poterunt absoluere, & hanc facultatem solum concedit illis Conc. Trid. in foro conscientiæ, & eādem facultatem habebant Abbates exēpti, ideo dispensabant in votis sicut Episcopus, & poterāt dare litteras dimissorias Clericis secularibus; modo ꝑ Conc. Trid. sess. 23. cap. 10. hæc facultas sublata est, & horum omnium ordinatio, ser-

Concil. Trid. sess. 24. c. 6. de ref.

seruatis omnibus, quæ in sacrosanctę Synodi decretis continentur, ad Episcopos, intra quorum dięcesis fines existunt, pertinet; possunt tamen mitrati Abbates regulares conferre suis subditis tonsuram, vel minores ordines. Ita statuit sacra Cong. Interpretum Concilij super sess. 23. de Refor. c. 10.

7 Septima Concl. Episcopi post consecrationem, cum de iure non possint habere beneficia simplicia, quæ ante habebant, multo minus poterunt habere alia post ipsam consecrationem: sic enim tenet Panormitanus, cuius opinioni inclinat Nauarrus.

Panor. i c. eccl. vestr. n. 2. d ele. Nau. in addi ad li. 3 cōs. tit. d cō cess pb. cōi 3.

Documenta pro Confessarijs.

8 DEbent audientes confessiones Episcoporum de sequentibus interrogare eos. Primo, si exercent curam pascendi oues suas verbo, opere, & exēplo, ac doctrina prædicationis. Secūdo, an resideant in suis ecclesijs. Tertio, an visitent totum suū episcopatū. Quarto, si dant beneficia simplicia, aut curata personis idoneis. Quinto, si aggrauant oues suas nouis tributis imponentes illis lites etiam super eo, ꝙ debent, præcipue temporibus egestatis. Sexto, si conferunt ordines hominib. indignis non examinantes eos, si necesse est, personaliter. Septimo, si sunt parati tribuere beneficia consanguineis, & familiaribus sine paritate meritorum, quia habentes hoc propositum semper illis videbuntur esse ęquales in merito, licet extraneus sit magister in Theologia, & eius cōsanguineus, aut familiaris gradu bachalaureatus insignitus. Octauo, an tēpore omittāt succurrere egenis natis ædificantes hospitalia pro nascituris. Nono, an ex redditibus Episcopatus faciāt primogenia, & maioratus, & domos sūptuosas pro conseruanda illorū memoria. Decimo, an faciant excessum in victu, domo, & familia. Vndecimo, an faciant, vt in suis tribunalibus expediantur, & concludantur citius causæ pauperum. Duodecimo, an redimant captiuos sui Episcopatus, qui sunt inter infideles: reliqua colliguntur ex conclusionibus sup. positis.

De oblationibus. Cap. XI.

SVMMARIVM.

An sit acceptabilius Deo fundare capellaniam, quam dare eleemosynam, aut præcipere, vt dicantur multæ Missæ, concl. 1. nu. 1.

An debeantur oblationes de consuetudine, aut de iure, concl. 2. nu. 2.

An possint Episcopi applicare sibi oblationes quæ fiunt religiosis, concl. 3. nu. 3.

An teneantur monasteria, in quibus sepeliuntur defuncti, soluere quartam funeralem ecclesiæ Cathedrali, aut parochiali, concl. 4. nu. 4.

1 PRima Conclusio. Si inspiciamus obiectum nostrorum operum, à quo moralia opera accipiunt perfectionem, res certa est, quod oblationes sacræ, & sacrificia, quæ Deo offeruntur, sunt excellentiores, quam reliquæ eleemosynæ, quia sunt actus virtutis religionis, qui habent pro obiecto reuerentiam Dei, & eleemosynæ habent pro obiecto succurrere necessitatib. proximi, quod pertinet ad virtutem misericordiæ, quæ est minor quo ad obiectum, quam religio; sic enim tenet S. Thom. si vero consideramus perfectionem operis habentes respectum ad necessitatē, possunt accidere multi casus, in quibus misericordia possit, & debeat præferri cultui diuino, quia Deus non eget nostris sacrificijs, quæ solum vult vt offeramus ob suam gloriam, & honorem, & vt excitetur nostra somnifica deuotio, & etiam quia tanta est cura, quam Deus habet nostrarum necessitatum, vt sępe anteponat charitatem, quæ cum nostris fratribus egenis exercetur, ei, q̄d attinet ad eius diuinum cultum: vnde non puto multo bene dispositum, quod quidam in suis testamentis relinquunt, diuites scilicet, vt omnia bona sua distribuantur in Missas, & fundationem capellaniarum, nullam mentionem habētes

D. Th. 2. 2. q. 81. ar. 6.

tes de pauperibus præsentibus, qui petunt panem, & non inueniunt, qui tribuat illum eis: quæ quidem capellaniæ, licet in principio ecclesiæ fuerint multũ necessariæ, & nunc etiam sint in aliquibus ecclesijs pauperibus, vnde debet cõsilium dari, vt fundentur in eis, nũc tñ, cum cultus diuinus, & eius ministri sint sufficiẽter prouisi in ecclesijs, & habeãt necessaria ad sustentationem, melius cõsilium est adiuuare pauperes, quos præ oculis videmus egenos, vnde Christus Redemptor noster, pauper pauperum admonet nos pluries virtutem misericordiæ, quam religionis; cùm semper eleemosynæ sint necessariæ, cum Deus voluerit, qđ semper habeamus pauperes inter nos, & sacrificia nõ sic: & ideo reprehendens Pharisæos, qui non cognoscebant hanc veritatẽ, vt cæci auaritia, & cupiditate, dixit eis, ita docemini quid sit, misericordiã volo, & non sacrificiũ; ac si diceret, licet sacrificium sit actus ex se magis heroicus, quam actus misericordiæ, sępe tñ, cum non est necessitas sacrificij, volo, qđ exerceatur misericordia, & præferatur sacrificio, & si hoc non vultis à me doceri, ite, & reuoluite scripturas, & conscientiam vestrã, & in ea inuenietis veram esse hanc doctrinam: hoc colligitur ex eo, quod docte quidem, ac pie tradit Aragon. Arag. 2. 2. q. 86. ar. 3.

2 Secunda Conclusio. Oblationes debentur ratione consuetudinis, offerente semper maiore parte populi. Verum est tamen nõ esse peccatum mortale omittere aliquos aliquando oblationem. Notetur vero, quod consuetudo offerendi aliquid ecclesiæ semel introducta non potest deleri per statutum populi à quo est introducta, vt dicit Panormitanus, quod debet intelligi, nisi constet aliud ex intentione eorum, qui introduxerũt consuetudinem, quia si fuit oblatio introducta pro fabrica alicuius ecclesiæ, ipsa perfecta licitum erit populo tollere oblationem non obstante præscriptione, vt dicunt Couarr. Nauarr. & Aragon. Pan. in c. abol. đ sep. Cou. l. 2 var. c. 17. nu. 3. Nau. 10 Ma. c. 13 n. 19. Arag 22 q. 86 ar. 3 in fi.

3 Tertia Conclusio. Non possunt Episcopi applicare sibi, aut suis clericis oblationes, quæ fiunt religiosis in suis ecclesijs, sic enim tenet Panormitanus, & monachi ordinis prædicatorum habent pro hoc priuilegium Clemẽtis IV. & ideo in aliquibus locis exeunt in Missa ad offertorium ad petendam oblationem, vt dicit Ioannes Tabien. Pa. in c. 1. d. sta. mon. Tab v. oblatio, §. 1. in fi.

4 Quarta Conclusio. Concil. Trident. ordinauit, quod monasteria, aut hospitalia vbi sepeliuntur defuncti cum suis oblationibus teneantur soluere quartã funeralem ecclesiæ Cathedrali, aut parochiali, si hoc sit in vsu, a 40. annis vsque nunc, reuocans circa hoc consuetudines, & priuilegia in cõtrarium. Circa quod decretum primo debet notari, quod si nõ soleat solui nisi à 30. aut 20. annis, non debetur secundum Conciliũ. Secundo debet notari vnum dubium, quod ego vidi multum agitatum circa hoc decretum; an debeat solui hęc quarta à monasterio nouiter ædificato in aliquo oppido, vbi numquam fuit aliud monasterium, quod posset soluere, & ideo non poterat esse hæc consuetudo, quia oẽs oppidani sepeliebantur in ecclesia parochiali. Ad qđ dubium respondeo primo, quod religiosi dicti monasterij non se intromittant in simili lite, quia ingredi nouiter aliquod oppidum, litigando cum clericis in materia de interesse est ingredi pede claudo, cum nostrum intentum sit magis ædificare populum spiritualiter tanquam Apostoli Christi, quam ad ædificandum monasterium materiale, & prætendere interesse temporale. Secundo dico, quod Concilium debet intelligi loquendo de oppidis particularibus, in quibus quando defuncti sepeliebantur extra ecclesiam parochialem in monasterijs, aut hospitalibus, non erat consuetudo soluendi quartam funeralem, quia in his casibus, cum per quadraginta annos sepeliantur dicti defuncti extra suam ecclesiam, & non fuerit consuetudo soluendi quartam, videtur ipsa ecclesia cessisse iuri suo, & præscriptio est facta contra ipsam per dictum spatium. cõc. Tr. ses. 25. c. 13. de reform.

tium, per quod præſcribitur contra eccleſias, vt dicetur in materia præſcriptionis: in oppido vero, vbi non eſt, vel fuit monaſterium, & non ſolebat quis ſepeliri extra ſuam eccleſiam, non videtur eccleſia ceſſiſſe iuri ſuo, & remittere quartam ſolitam ſolui per quadraginta annos in illo epiſcopatu, vbi eſt; nec per conſequens poteſt contra illam allegari præſcriptio.

De Oratione. Cap. XII.

SVMMARIVM.

Quid ſit oratio, nu. 1.

Quando oratio obliget, concl. 1. nu. 2.

An peccet, qui non orat concl. 2. nu. 3.

An poſſimus facere orationem pro excommunicatis, concl. 3. nu. 4.

An ſit obligatio orandi ad Deum pro illo, quem à longe videmus, quod vult ſe ſuſpendere, vt Deus liberet eum ab eo periculo, concl. 4. nu. 5.

An teneatur aliquis ſub pœna peccati mortalis orare, quando audit Miſſam, concl. 5. num. 6.

An ſit licitum cantare in officio diuino hymnos, & orationes factas ingenio humano, concl. 6. nu. 7.

Quomodo Deus, & ſancti ſint orandi, concl. 7. nu. 8.

An animæ Purgatorij ſint orandæ, ibidem.

An peccet quis orans obſtinatus in male viuendo, concl. 8. nu. 9.

1 AD intelligentiam huius materiæ eſt notandum, quod hoc verbũ, *Oratio*, habet multas diffinitiones, vt cõſtat ex eo, quod tradit Alexander de Ales, S. Tho. & quædam gl. Iuris Canonici: quod vero ad noſtrum propoſitum, Oratio eſt petitio facta ad Deũ apertè vel occultè. Dixi, *petitio*, quia omnis oratio eſt petitio, non vero omnis petitio eſt oratio, quia petimus à rege, non vero oramus regem, & ſic petitio eſt genus huius definitionis; vnde ſtatim additur eius differentia dicendo facta ad Deum. Dixique, *aperte, vel occulte*, quia orantes Deũ manifeſte petimus ab eo, facientes vero orationes ſanctis ſumentes eos pro aduocatis, & interceſſorib. occulte oramus Deum; ſic enim explicat hanc diffinitionem Nauar.

Ales in q. p. 88. & Diu. Th q. 83 ar. 3. & latius 4. d. 15. q. 4. art 5. gl. mag. in cl. 1 de reb. & vene. ſanctorũ.

Nau. de orat. c. 1. notab. 1 pl. 6 cũ ſuis coroll.

2 Hoc ſuppoſito ſit prima Concluſio. Lex naturalis, quæ obligat facere orationem ad Deum in tempore, quo non eſt aliud remedium ad ſalutem orantis, aut eius proximi, vt reſoluit Silueſter, ipſamet obligat in graui tentatione impatientiæ, aut carnis recurrere ad Deũ, ſi non ſit aliud remedium, vt poſſit vinci eo modo, quo quis tenetur torquere, & diſciplinare carnem ſuam, vt eam vincat, quando videt, quod alio remedio non habebit victoriam contra eã; ſic enim tenet poſt Sotum, Aragon, & Ludouicus Lopez.

Sil. v. orat. §. 8.

Arag. 2. 2. q. 83. art. 3.

Lop. in inſt. conſc. 1. p c. 52. iuxta fin.

3 Secunda Concluſio. Peccat mortaliter ille, qui tranſigit totam vitam, aut magnam partem eius, in non faciendo orationem Deo, quia cum poſt baptiſmum remaneat adhuc fomes peccati neceſſaria eſt continua oratio, vt quis ab eo liberetur, ſic enim dicit D. Thom. & Aragon.

D. Th. 1 4. d. 19. q. 4. ar. 1. & 1. p. q. 3. ar. 5.

4 Tertia Concluſio. Licet ſecundum naturam orationis nemo peccator poſſit excludi ab ea, cum dicat D. Iacobus, Orate proinuicem; vt ſaluemini: ſuppoſita tamen determinatione eccleſię priuat excommunicatos oratione ſua publica, & nemo poteſt orare pro illis publice, vt miniſter nomine eccleſiæ in oratione publica, priuate tamen licitum eſt vnicuique orare pro eis, vt dictum eſt ſupra, & declaratum in materia excommunicationis.

Arag. v. ſup. Iac. 5.

5 Quarta Concluſio. Obligatio eſt orandi pro eo, quem à longe videmus velle ſe ſuſpendere, vt Deus liberet illũ ab eo periculo ſpirituali; cum hæc ſit mors iniuſta; non eſt tamen obligatio orandi pro illo, qui ſuſpenditur iuſte pro ſuis delictis, ne moriatur, licet præſumatur, qđ ex morte corporali capiatur occaſio ab eo ad mortem ſpiritualẽ; ſicut

iudex non tenetur parcere huic condemnando, ne moriatur spiritualiter, cũ ipse iuste possit condemnare illum, vt dicit Nauarrus; nostra conclusio autẽ quoad eius secundam partem intelligitur, nisi quis intelligat nullum aliud esse remedium ad liberandũ hunc suspẽdẽdũ a periculo spirituali, in quo videt eũ, nisi orationẽ suam, vt aduertit Nau.

Naua in ma c. 3. nu 19.

Nau. de or. c. 2. num. 14.

6 Quinta Conclusio Non tenetur q̃s sub pœna peccati mortalis orare, quando audit Missam in aliquo die præcepti ecclesiæ, quia orare in Missa est finis præcepti, & certum est secundũ omnes Theologos, quod finis præcepti nõ cadit sub præcepto, sic enim tenent Nauarrus, & Siluest.

Na. d.c. 2. nu. 16. conc. silu. ve. ora. q ñ.

7 Sexta Concl. Hymni, & orationes compositæ ingenio humano ducto prudenter, & pia quadam affectione possunt recitari in diuinis officiis, vt determinatum est in Concilio Toletano quarto, & sic vtitur ecclesia in suis orationib. publicis cantare hymnos, quos composuere D. Hylarius, & D. Ambrosius; hymni vero, & orationes indiscretæ in verbis, aut sententiis non debent dici in officijs diuinis, vt ordinauit Cõcilium Laodicense; & miscere in officijs diuinis, & in Missa versus nõ multum honestos, & profanos, ac ridiculos, peccatum est mortale ex sua natura, sæpe vero non est nisi peccatum veniale ratione paruitatis rei, aut piæ affectionis, qua huiusmodi versus dicuntur pro hilaritate festiuitatis: quod autem sit peccatum veniale, probatur, q̃a hæc non solum faciunt perire fructũ deuotionis, sed et sũt occasio, quod deuoti aliquando perturbentur ridẽtes, & exeant ab ipsis officiis diuinis minori deuotione, quam habebant, quando fuerunt ingressi ad ea, vt dicit Aragon. Circa attentionem, quam debemus habere in oratione iam dictum est in materia horarum canonicarum. cap. 143.

Concil. Tolet. 4.

Arag. 2. 2. q. 83. ar. 12. p. 847. cũ seq.

8 Septima Conclusio. Oratio debet fieri ad Deum tanquam causam principaliorem totius nostri boni, & ad sanctos tanquam aduocatos coram Deo, vt assistentes eius, & cum animæ, quæ existunt in pœnis purgatorii, sint in gratia Dei secundum fidem, probabile est, quod potest etiam fieri oratio ad eas, & ideo tanquam opinionem probabiliorem recipiunt eam Gabriel, & Medin. & Bernardus dictus de Lugo, licet communis D. Tho. Alexandri de Ales, Abulensis, Diui Antonini sit in contrarium, quam sequitur Nau. Nec obstat, q̃ sint extra statum, in quo possint mereri, quia etiam sancti sunt in eo statu, in quo non possunt mereri, & facimus orationes ad eos, nec obstat q̃ existant in pœnis, quia licet sint in ipsis, sufficit, quod sint in gratia Dei, nec obstat, q̃ ipse nesciunt, qui, nec quomodo petũt ab eis fauorem ad Deum: quia hoc facile possunt scire per reuelationem Angelorum custodum, & etiam, quia multæ animæ habent suum purgatorium in hac vita in partibus, in quibus fecerunt aliquot peccata, & defectus, & Deo ordinante permittitur multis, vt exeant a purgatorio ad nos secundum aliqua exempla, quę adfert D. Gregor. in suis dialogis, & in hoc casu nullum erit impedimentum, quo impediantur audire nostras orationes.

Gab. in c lec. 58 Med de or Ber. a Lugo in li auiso de curi al 35. p. 5. Nau. de conf. d. 1. præ lud. 7. & de or. c. 1. nor 1. l. 1 n. 22

9 Octaua Conclusio. Non peccat peccator orans, licet existat in complacentia sui peccati obstinatus in sua praua vita, quia nullũ opus ex se bonũ fit malũ solũ, quia fiat in peccato mortali, vt definitũ fuit in Cõc. Trid. sic. n. tenent Cord. & Nau. & ideo nõ debet audiri opinio Medinę Complutensis, qui dicebat, quod peccator, qui est in actuali, complacentia sui peccati, orans peccat.

Concil. Trid. sess. 6 de ius. can. 7. Cord l. 1 qq. q. 50 Nau. in c. si quã do de cõ secr. d. 1. c. 20. nu. 12. vsq. ad n. 16. præcipue nu. 32. & de or. c. 20. a nu 15. vsq. ad nu. 28.

De ordinis sacramento, quo ad eius essentiam, diuisionem, & ministrum.
Cap. XIII.

SVMMARIVM.

Quid sit sacramentum ordinis. nu. 1.
Quot sint ordines secundum Canonistas, & Theologos. num. 2.

Quot

Quot sint ordines maiores, & quare dicãtur sacri. num. 3.
An possit Papa concedere priuilegium alicui qui non est Episcopus, vt possit conferre ordines concl. 1. nu. 4.
An possit Episcopus conferre ordinem, Presbyteri, Diacono eiecto a religione tanquam incorrigibili. concl. 2. nu. 5.
An benefaciant Episcopi conferentes ordines profanare tacite aut expresse nolle ordinare inhabiles ob delicta occulta. concl. 3. num. 6.
An qui obtinuit Breue ante Concil. Trid. vt reciperet primam tonsuram, & quatuor minores a quocunque Episcopo, possit vti hoc rescripto post Concil. Trident. concl. 4. nu. 7.
An possit Episcopus conferre ordinem alicui extra suam diœcesim sine licentia illius diœcesani. concl. 5. nu. 8.
An sacerdos simplex, qui ordinat alium remaneat irregularis. concl. 6. nu 9.

1 PRo explicatione eius, quòd i, hoc capitu. & reliquis est dicendum, debet notari, quod sacramentum ordinis est sacramentum in quo imprimitur character, & datur facultas consecrandi corpus, & sanguinem Christi, aut ministrandi in hac consecratione. Hæc definitio ponitur & declaratur a Soto, & Nauarro. Estque notandum quod ponitur in ea character, & facultas, non quia sint sacramentum, sed q̃a sint effectus sacramenti, quod accidit sæpe in alijs definitionibus, quæ definiunt definitum per suos effectus primarios, & formales.

Sot. in 4 d 14. q 1. art 4. Naua. in man. ca. 22. n. 17.

2 Secundo debet notali, quod secundum canonistas ordines sunt 9. scilicet prima tonsura, Hostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Acoliratus. Subdiaconatus, Diaconatus, Præsbyteratus, & Episcopatus. Secundum vero cõem Theologorum solũ sunt 7. quia primã tonsuram, & Episcopatum negant esse ordines affirmantes solum esse officia; nec Conc. Trid. definit, quæ opinio sit verior, sed finit illud indecisum vt antea, potius si accurate inspiciatur. videtur Conc. sequi opinionẽ Theologorũ quo ad primã tonsuram, quia dicit hęc verba: *Vt qui iam clericali tonsura insigniti sunt per minores ad maiores ascẽdãt*, in quib. verbis distinguit Concilium primam tonsurã a minorib. ordinibus vnum caput tractat solum de prima tõsura, & in alio sequenti agitur de quatuor ordinibus minoribus, & maiorib. & in alio capitulo dicit. *Nullus prima tonsura initiatus, aut ẽt in minoribus ordinibus constitutus ante 14. annum beneficium possit obtinere*, ita vt nunquam Cõcilium vocet ordinem primã tonsuram quod si in iure dicitur, quod prima tõsura dat ordinem clericalem, hoc est, nõ quia sit ipsa absolute ordo, sed quia habentes sunt de numero eorum, qui pertinent ad statum ecclesiasticum.

Concil. Tri. sess. 23. c. 2. — cap. 2. in prin. — Concil. vbi sup — Concil. vbi sup. c. 4. & 5 cap. 6.

3 Tertio debet notari, ꝙ tres ordines maiores, scilicet, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbiteratus, dicuntur ordines sacri, non quia reliqui non sint sacri, sed quia hi trahunt secum annexum votum castitatis, non tamquã essentiale, sed tamquam accidentale ordinatum sic ab ecclesia, vt dicitur in iure, hoc supposito sit.

4 Prima Conclusio, non potest Papa concedere priuilegium alicui, qui non sit Episcopus, vt possit conferre ordines sacros, vt tenet S. Th. Sotus, & Nauar. videturq; id dicere Conc. Trid. Verum est tamen, quod possunt Abbates regulares conferre suis subditis ordines minores absque examine Episcopi, vt concedit ius commune confirmatum a Concil. Trid.

D. Tho. in 4 dic. 7. & ibi Sot. q. v. nic. c. 11 Nau. li. 5 consil. tit. de priu. cons 13 fol. 561. Concil. Trid. vbi sup c. 10

5 Secunda Concl. Soli Episcopo cõuenit conferre ordines suis oĩbus; vnde si frater Diaconus ob suos defectus fuerit eiectus ab ordine, Episcopus vbi est vicinus, põt illi cõferre reliquos ordines, si cõstet illi, quod habuit in religione ordinẽ subdiaconatus, & habeat idoneitatẽ ad dictos ordines. Verũ est tñ, ꝙ non poterit conferre illi ordines si delictum, ob quod fuit eiectus a religione, defert secum irregularitatẽ; cuius dispensatio sit reseruata Papæ, nisi

bium probabile ab vtraque, concl. 4. num. 5.

An possit minister generalis sacræ religionis, & reliquarum præcipere sub obedientia suis subditis, vt adeant Indos Orientis, & Occidentis, conclu. 5. numer. 6. & an possint præcipere illis, quod sint Parochi ipsorum Indorum. concl. 6. nu. 7.

An obliget sub pœna peccati mortalis præceptum quod intimatur in vniuersitatibus sub pena præstiti iuramenti, concl. 7. num. 8.

1 AD explicationẽ eius, quòd proponitur in hoc capitulo, est notandum, quod licet communiter dicatur in iure, quod religiosus non habet velle, nec nolle, nihilominus tollitur religioso, quin voluntatie velit, aut nolit aliquam rem, quia non in omni re tenetur obedire Prælato, sed potius potest, & debet non obedire, quando præcipit aliquid, quod est contra regulã, aut cõtra legem diuinam, & etiam potest non obedire, quando iubet ei aliquid, quod licet non sit contra regulã suam, est tamen multum alienum ab obseruantia regulari, vt resoluit D. Th. cõiter receptus: declaro hoc exemplo, v.g. dicit subditus Prælato, Pater reforma morem tuum circa hoc, quia quidam sęcularis dixit mihi, ꝙ scandalizatur de te iubet Prælatus subdito, vt dicat illi sub pęna obedientiæ, quis est ille sæcularis, non tenetur quidem obedire ei, quia ad Prælatum non pertinet scire hoc, vt Prælatus est, a suo subdito: immo ipsamet obedientia põt esse contra legem diuinam, si cõicauerit dictus sæcularis negotiũ subdito secrete, vt moneret Prælatũ, aut si ex tali reuelatione veniret damnũ sæculari, Prælatus tñ tanꝗ ignorans instans cum sua obediẽtia, extollit se alius subditus in cõitate, & conturbans eum dicit alta voce, ꝙ non põt illud iubere, cum Prælatus imponit sub obedientia, vt taceat, tenetur in hoc casu obedire ei; quia hæc obedientia pertinet ad obedientiam regularem, quæ est conseruatio pacis in communitate, & quod negotia religionis tractentur sine turbatione, & rumore, Dixi, *in publica communitate*, quia si dicit illud in particulari, vt ferat remedium vexationi fratris sui oppressi per dictam obedientiam, licet Prælatus dicat ei per sanctam obedientiam, ꝙ taceat, non peccabit: licet replicet, dummodo id faciat debita humilitate. Noteturq; quod inobedientia contra obedientiam sumitur duobus modis, primo formaliter, s. qñ aliquis non vult obedire Prælato solũ causa non obediẽdi illi, & hoc est peccatum mortale tã in re graui, quàm in re leui, vt dicunt Caiet. & Nau. & rõ est, quia hæc inobedientia includit in se contemptũ Prælati, aut eius præcepti, quod semper est peccatum mortale. Secundo materialiter, & accidit, quando subditus nõ desinit obedire, quia non vult subijci Prælato, aut eius præcepto, sed ob irã, tristitiam, aut quid simile, & tunc erit peccatum mortale, si præceptum fit de re graui, & veniale, si fit de re leui, vt dicit Caiet. Et notetur, quod ille, qui non obedit in rebus leuibus, quia sunt res leues, non remittit inobedientiam formalem; nec contemptum, & ideo solum est peccatum veniale, vt dicunt Caietan. & Nauarrus, vt, si superior iubeat per obedientiam, quod aperiatur porta, & subditus, quia videtur ei esse rem leuem, omittit id facere. Supposito hoc fundamento circa materiã sunt multa quidem dicenda: dicam tamen pauca, quia in materia legis quo ad eius obseruantiam remanent declarata multa, quæ pertinent ad eam, & in tractatu ordinis iudicialis in fine huius summæ tangam multa alia remittens me in illo tractatu ad quoddam cap. quod positum fuit in materia excommunicationis, vbi agitur de monitoriis generalibus: ad resolutionem vero præsentis negotij ponuntur seqq. conclus.

2 Prima Conclusio. Regulariter Prælatus non potest iubere subdito, vt exponat

[Margin notes: c. cunctis 12 q. 2. c. si religiosus de elect. li. 6 — D. Tho. 2. 2. qu. 104. a. 5. — Caiet. verb. in obediẽ. Nau. in c. 23. nu. 35. — Caieta. vbi sup. — Caiet. & Nau. vbi sup.]

ponat se periculo mortis, vt constat ex eo, quod tradit Diuus Thom. cum communi & resoluit etiam. Dixi, *regulariter*, quia in aliquibus casibus potest id iubere: primo ob causam publicæ, ac magnæ vtilitatis, in quo casu Rex, aut Dux potest præcipere ciui, & militi, vt exponant se periculis mortis præliantes, vt dicit Sotus. Secundo si ratione officij, aut voti tenetur ad illud, vt tenet etiam Caiet. & Petrus de Nauarr. & ideo Episcopus potest imponere per obedientiam Parocho, vt resideat in sua parochia tempore pestis vt administret sacramentum subditis suis, cum acceptauerit officium, quod secum affert annexam hanc obligationem; & eandem obedientiam poterit imponere Prouincialis Guardiano in simili necessitate domus suæ guardianiæ, cum Guardiani respectu suorum subditorum comparentur Parochis.

D. Th. 2. 2. q. 108. artic. 5. Tab. verbo episcopus cócl. 6. n. 5. Soto li. 4 de iust. q. 2. ar. 3.

3 Secunda Cóclusio. Si constat, quod Prælatus præcipit secundum ius, tenetur subditus obedire ei, vt econtra, si constat, quod præcipit contra ius, non tenetur ad illud, vt resoluunt post Siluestrum Sotus, & Corduba; si vero subditus dubitat, an teneatur obedire, necne, aut videtur ei, quod præceptum est contra ius, & ex causa leui, non debet ei obedire, quando ex eius obedientia timet maius periculum, vt in tractatu ordinis iudicialis declaratur posito exéplo satis notabili, cap. 7. nu. 11.

Soto de teg. secre. mébr. 3. q. 2. Cord. l. 3 qq. 97.

4 Tertia Conclusio. Si subditus dubitat probabilissime, creditq; esse peccatum mortale, quòd à suo Prælato præcipitur sub obedientia, nó solum non tenetur obedire, sed peccabit obediens ei, vt si prælatus nostræ sacræ religionis regularis obseruantiæ præcipiat sub obedientia subdito suo, quod capiat pecuniam contra præceptum regulæ; sic enim tenet Adrianus, estque communis secundum Cordubam.

Ad Roman. 14. Cord. vbi sup. q. 10.

5 Quinta Conclusio. Si sit dubium probabile ex vtraque parte, & varietas opinionum grauium doctorum, potest subditus præcipiente prælato facere cótra propriam opinionem, dummodo intelligat, quod obediens in hoc casu non peccat: sic enim tenet Corduba: qđ probatur, quia iudex contra suam propriam opinionem potest iudicare innocentem tamquam reum secundum allegata, & probata contra illum; & medicus contra propriam opinionem potest dare medicinam infirmo sequens opinionem aliorum medicorum, qui dicunt esse remedium illius infirmitatis; & ideo potuit subditus in nostro casu obedire cótra propriam opinionem, si præcipiat ei prælatus, immo solum si consulat, quia quamuis habeat dubium speculatiuum: s. an teneatur obedire, an peccet obediens, practice tamen est certus, quod obediens, aut sequens consilium superioris sui non peccat, quòd debent multum notare subditi, vt relinquant non solum insipientias, & ignorantias, sed etiam dubia probabilia, quę possunt habere. Dixi, *dummodo subditus secundum suam conscientiam iudicet, quod tunc non peccat*, quia si est tam argutus, vt etiam præcipiente, aut consulente prælato obediens habeat scrupulum, quod peccat, peccabit aliquo modo obediens; quia nullo modo est licitum alicui facere aliquid contra propriam conscientiam, licet illud præcipiatur à iudice, aut superiore, cum dicat D. Paulus, quod illud, quod non est secundum conscientiam, est peccatum; & probat Corduba adducens multas authoritates ad illud.

Sot. de teg. secre. in 2. q. 2. cól. 2. Med. 1. 2. q 19 ar 6 Cord. li. 3. qq. q. 6.

Lop. in instruct. consc. 1. p. c. 56. col. 404.

6 Quinta Conclusio. Non possunt Patres Generales nostræ sacræ Religionis, nec aliarum præcipere subditis suis, vt vadant ad morandum ex Hispania in Indias, sic enim tenent Sotus, Med. & Cordub. quia non est intentio religiosi obligare se per votum obediétię ad res difficiles vltra communem obligationé reliquorum religiosorum sui status, si non faciunt votum speciale eius; vnde Patres societatis Iesu faciunt votum speciale eundi ad has longas peregrinationes, vnde posśút ad eas compelli, si prælatus id præcipiat, vt aduertit Ludouicus

cus Lopez, qui infert hinc, quod nõ potest subditus compelli à suo Generali, aut Prouinciali ad acceptandum Episcopatum. quia Prælatus secundum D. Bernardum non potest augere votum subditi sui; & certum est, quod accepto Episcopatu augetur votum, cum ascendat ad dignitatem altioris perfectionis, & est assumptus à societate suorum fratrum ordinis, quod multi ægre ferunt ob pericula sæculi. Verum est, quod Papa potest compellere religiosum, vt acceptet episcopatum, quia est suæ curæ commissum bonum commune, & vniuersale totius ecclesiæ.

7 Sexta Conclusio. Non solum non peccant religiosi facientes officium parochi inter Indias nouæ Hispaniæ, vt ordinauit Pius V. ad instantiam Philippi II. Regis, sed possunt compelli ad illud à suis Prælatis, & sic est in vsu apud dictas Indias; quod etiam possunt facere Patres nostræ sacræ Religionis, licet per regulam suam sit illis prohibitum baptizare, quod est proprium officium Parochorum, vt concessit Pius V. nec obstat, quòd in hoc officio parochorum nihil est periculi spiritualis; vnde videtur quòd Prælati non poterunt compellere ad illud, quia ad hoc respõdeo, quod etiam est magnum periculũ in eo, quod fratres ambulent per valles, & montes, & nihilominus possunt Prælati compellere eos ad illud sub obedientia: cum suum institutum sit viuere de eleemosynis; & etiam sit statutum precipue Patris D. Dominici, & nostræ sacræ Religionis ambulare Apostolice prædicantes, & colentes vineã Domini; & non ideo remanet, quin multi pauco spiritu prędit capiunt inde occasionem peccandi; & nihilominus tenentur obedire Prælatis suis, si id illis præcipiant, quia ipsa opera non desinũt ex se esse opera bona, & sancta; præterea opus est tam sanctum, ac pium, qđ ab humana fragilitate non possit conuerti in malum accepta occasione peccandi ex ipsa diuina misericordia, vt dicit Apostolus allegatus à D. Tho. Hanc conclusionem tenet Ludouicus Lopez.

D Th. 3. p. Lop. vbi sup. col. 405

8 Septima Conclusio. Quando rectores in vniuersitatibus iubent scolaribus sub pęna præstiti iuramenti, vt adent aliquam ecclesiam ad orandum pro anima alicuius defuncti, aut quòd adeant ad comitandum eius corpus, & quando rectores confraternitatum iubent confratribus, vt faciant idem sub pęna duorum ducatorum, aut sub alia pęna pecuniaria, scilicet, quod comitentur aliquem fratrem defunctum, credendũ est, quod non obligant ad peccatũ mortale, quia hæc præcepta explicanda sũt, quod fiunt ob necessitates communes cum æquitate debita; & sic debet præsumi ex pia intentione præcipientium, quod per hæc præcepta communia, & causarum communium non multi põderis solum volunt adducere ad memoriam dictorum scholarium, & confratrum iuramentum, quòd fecerunt, ne contemnantur eorum præcepta: & si dicti rectores habuerint intentionem obligandi ad peccatũ mortale per hæc mandata, & quod transgressores sint periuri, ad hoc respondendum est, qđ intentiones temerariæ imperantium ad quodcunque negotium pauci momenti non obligant subditos, ita vt teneantur obedire sub pęna, & culpa dicta, & non obedientes incurrant ipsam, licet habeant intentionem obligandi eos ad illud; itaque intentio iubentium debet esse rationabilis secundum eam, quam tenuere Prælati discreti, & prudentes, quando præcipiunt res indifferẽtes sic, vt solũ credatur obligare ad peccatum mortale, quãdo transgrediuntur ea per contemptum; & sic videmus pręcipere ius Canonicum, quod clericus non nutriat barbam, nec comam sub pęna excommunicationis; & non ideo debemus iudicare peccare mortaliter, si permittant dictos capillos crescere, vt appareat merus sęcularis. Verum est tamen, quod si monitus nolit obedire, qđ tunc peccabit mortaliter, & excommunicabitur. Supradicta non habent locũ, quando dicti rectores vocant prædictos

ctos scholares, aut confratres singulos seorsum pro rebus grauibus tractandis in suis capitulis, & congregationibus, pro quibus negotiis est necessarium cōsilium, & opinio omnium, quia in hoc casu, si non recurrant deficiente iusta causa, peccabūt mortaliter, vt dicit Me-
Med. 12 q.96.a.4 din. Hinc infertur, quod obedientiæ, quas sæpe imponunt Prælati in religione pro singulis rebus licet paruis indifferenter, non obligant ad mortale, licet ipsi habeant talem intentionem obligādi ad mortale, quia eorum intentio debet esse prudens, & regulari secundum terminos prudentiæ, vt dictum est: aduertantq;, quod si super contemptum non obediant dicti subditi, peccāt mortaliter; vnde debent aduertere ipsi Prælati, quibus in casibus eas imponunt, ne contemnantur.

De Episcopis. Cap. X.

SVMMARIVM.

- *An sit peccatum desiderare, & procurare esse Episcopum. concl. 1. num. 1.*
- *An Episcopus procurans alium episcopatum pinguiorem peccet mort. cocl. 2. n. 2*
- *An sit licitum Episcopo renuntiare episcopatum. concl. 3. nu. 3.*
- *An monachus factus Episcopus remaneat liber a tribus votis essentialibus, concl. 4. num. 4.*
- *An bona, quæ acquisiuit Episcopus, sint monastery, an ecclesiæ suæ concl. 5. nu. 5.*
- *An Episcopi possint absoluere a reseruatis Papæ in foro conscientiæ. concl. 6. nu. 6*
- *An Abbates exempti possint absoluere, & dispensare in foro conscientiæ per Conc. Trident. ibid.*
- *An Episcopi post consecrationem possint habere aliquod beneficium. conclus. 7. num. 7.*
- *Interrogationes quæ debent fieri Episcopis in confessionibus eorum. num. 8.*

IAm in materia electionis p.p. ca. 106. nu. 9. declaraui, an sit melius eligere Episcopos ex Theologis, quā ex Canonistis, nunc in præsenti conuenit tractare aliqua ad eos attinentia, quod de more resoluam per conclusiones.

1 Prima igitur cōclusio sit: non est peccatum, sed potius virtus aliquē desiderare, & procurare esse Episcopū, si hoc desiderat, & procurat, qa videt rēpubl. egere pastore zelote, & putat, tenetque pro certo, q̄ non inuenietur aliquis, qui melius possit id facere seipso: quod desiderium debet comitari humilitas, & interuenire media multum licita ad finē prædictum, quia si aliquis tenetur desiderare, & procurare salutē corporalem proximi, quare non poterit desiderare, & etiam procurare bonum spirituale, & commune totius vnius diœcesis? præcipue si desiderat, & procurat hunc episcopatum de licentia sui superioris, aut alterius sapientis & timentis Deum, sic enim dicit D. Thom. & Caieta. quia solum vtitur consilio proprio, quamuis illud non condemnem, non teneo tamē esse alienum a præsumptione: nec puto esse alienum a peccato procurare episcopatum sine necessitate suæ personæ, licet procuret id mediis licitis, & sine scandalo, rectaq; ratione, quia non desinit esse in hoc aliqua ambitio, & præsūptio, & sic fit indignus electu, qui hoc procurat secundum id, quod dicunt Caiet. & Sotus, nec desinit esse peccatū desiderare, & procurare esse Episcopū propter aliquam vtilitatem suam particularem, aut aliorum, licet id procuret mediis licitis, & humanis fauoribus honestis, quia is, quod est ordinatum ad bonum commune, particulari vtilitati, præfert. Verum est tamen, quod non peccabit mortaliter, vt iidemmet patres dicunt, a quibus non deberet discedere Med. dicens peccare mortaliter: tunc autem dicetur aliquis procurare bonū suum particulare, aut aliorum vtilitatē, quando id procurat, vt succurrat necessitati propriæ, aut aliorum.

D Th. 2. 2. q 185. art. 3. & ibi Caj.

Caieta. vbi sup. ar. 1. con sil. 4. soto li. 10. de iu stit. q. 2. artic. 2. ver secū dum au tem. Med. ī sum lib. 1. c. 16.

2 Secunda Conclusio. Quia iam sunt Episcopi, non peccant mortaliter, licet prætendant alios episcopatus pinguio-

guiores; hæc conclusio est contra Medinam; quæ probatur, quia desiderare alium episcopatum ex sua natura non est peccatum, potius sæpe transire de vno Episcopatu in alium est necessarium, & vtile, eo quod forte Episcopus non est amatus in vno episcopatu, aut non fruitur salute in eo, quod succedit optime in alio, aut quia est tenuis primus, & Episcopus facit multas eleemosynas, non desinit tñ esse in hoc multũ cõiter ambitio, demonstrantes, qui hoc prætendunt, magis amorẽ redditũum, quã aĩarum, non considerantes, quod quando Christus exiit obuiam D. Petro, volens illum transferre ab episcopatu Antiocheno in Romanum, non dixit illi, Quare fugis deserens hunc episcopatum pinguiorem & maioris honoris, ac redditus, quam sit ille Antiochiæ, sed dixit illi, Vado Romam iterum pati, insinuans ei, quod transferebatur ab episcopatu Antiocheno in Romanum, non quia esset pinguior, & honorabilior, sed quia eius persona erat Romæ necessaria ad ædificationem ecclesiæ Romanæ, & salutem animarum, & hac, & aliis iustis de causis, necessariisque conuenit Episcopum transire de vno episcopatu in alium: non vero vt melioretur in redditu repræsentans seruitia maiorum suorum; & ideo Nauarrus non excusat eos a peccato.

Med. vbi supr.

3 Tertia Conclusio Illicitum est Episcopo renũtiare episcopatum suũ, si habeat vires pro illo gubernando, & proficiat, multum in eo, prædicans, consulẽs, visitans, & administrans sacramenta, vt colligitur ex mente Pontif. Alexãdri III. & Innocentij III. in suis canonibus, quia licet sit licitum alicui vti rebus suis ad libitum suum, tenetur tñ de iure naturali diuino, & humano non diminuere bonum publicum, aut alienum, vt dicitur in iure, & per dictum renuntiationem potest euenire, quod populo tribuatur alius pastor non tam expediẽs, sic enim tenet Nauarr.

Nau. in apolog. de red. eccl. q. 1 mon. 25 num. 2.

c. 2. & c. nisi cũ pridem de ren.

Nau l. 1. co. tit. de ren. conf. 4. fol. 34.

4 Quarta Conclusio. Monachus factus Episcopus non remanet liber a tribus votis essentialibus, remanet tñ exẽptus a regulis, & statutis religionis, quo ad obligationem legalẽ, & coarctiuam, quia remanet liber a pęna ipsorũ statutorũ, & per consequens a peccato mortali. Verum est tamen, quod non remanet liber ab hac obligatione quo ad vinculum morale, quia res erit multæ ædificationis, quod haabẽs mitram; & baculũ pastoralem non dedignetur habitũ & regulam suæ religionis custodiens, quod cæteri monachi custodiunt: sic. n. tenet Caietanus explicans hoc modo Diuum Thomam. Vnde infert Caiet. quod monachus factus Episcopus ex ordine D. Francisci non peccabit mortaliter comedens carnem in die Natiuitatis Domini, quando cadit in feria sexta, quam opinionem sequitur Sotus; & Couarruuias dicit esse veriorem; & esse magis receptam, inferens ex dictis, quod Episcopus monachus non potest testari, quia hoc repugnat voto essentiali viuendi sine re propria ... quo voto secundum communem Episcopus non est liber.

Caie. in operum 27. qq. c. 22. D. Th. 2. 2. q. 185. artic. 8. Sot lib. 10. de iu iti. q. 5. ar. 7 Couar in c. 1. de testa. n. 18 in fin.

5 Quinta Conclusio. Frater, aut monachus factus Episcopus si acquisiuit bona ante assumptionem ad episcopatum, erunt monasterij; quæ vero acquirit factus Episcopus ob suam industriã, erunt ecclesiæ, in qua est Episcopus, vt dicitur in iure, & est communis omniũ: an vero possint testari de his bonis sine licentia Papæ dicetur infra suo loco in materia testamentorum. cap. 72. nu. 5.

6 Sexta Conclusio. Episcopi possunt absoluere per se, aut per suos Vicarios ab omnibus peccatis reseruatis Papæ si nascãtur ex delicto occulto, excepta hæresi, quia ab hac solum ipsi, non vero eorum Vicarij poterunt absoluere, & hanc facultatem solum concedit illis Conc. Trid. in foro conscientiæ, & eãdem facultatem habebant Abbates exẽpti, ideo dispensabant in votis sicut Episcopus, & poterãt dare litteras dimissorias Clericis secularibus; modo p Conc. Trid. sess. 23. cap. 10. hæc facultas sublata est, & horum omnium ordinatio, ser-

Concil. Tri. sess. 24. c. 6. de ref.

seruatis omnibus, quæ in sacrosanctę Synodi decretis continentur, ad Episcopos, intra quorum diœcesis fines existunt, pertinet; possunt tamen mitrati Abbates regulares conferre suis subditis tonsuram, vel minores ordines. Ita statuit sacra Cong. Interpretum Concilij super sess. 23. de Refor. c. 10.

7 Septima Concl. Episcopi post consecrationem, cum de iure non possint habere beneficia simplicia, quæ ante habebant, multo minus poterunt habere alia post ipsam consecrationem: sic enim tenet Panormitanus, cuius opinioni inclinat Nauarrus.

Panor. in c. eccl. vestr. n. 2. de ele. Nau. in addi ad li. 3 cõs. tit. de cõcess. pb. cõs 3.

Documenta pro Confessarijs.

8 Debent audientes confessiones Episcoporum de sequentibus interrogare eos. Primo, si exercent curam pascendi oues suas verbo, opere, & exẽplo, ac doctrina prædicationis. Secũdo, an resideant in suis ecclesijs. Tertio, an visitent totum suũ episcopatũ. Quarto, si dant beneficia simplicia, aut curata personis idoneis. Quinto, si aggrauant oues suas nouis tributis imponentes illis lites etiam super eo, quod debent, præcipue temporibus egestatis. Sexto, si conferunt ordines hominib. indignis non examinantes eos, si necesse est, personaliter. Septimo, si sunt parati tribuere beneficia consanguineis, & familiaribus sine paritate meritorum, quia habentes hoc propositum semper illis videbuntur esse ęquales in merito, licet extraneus sit magister in Theologia, & eius cõsanguineus, aut familiaris gradu bachalaureatus insignitus. Octauo, an tẽpore omittãt succurrere egenis natis ædificantes hospitalia pro nascituris. Nono, an ex redditibus Episcopatus faciãt primogenia, & maioratus, & domos sũptuosas pro conseruanda illorũ memoria. Decimo, an faciant excessum in victu, domo, & familia. Vndecimo, an faciant, vt in suis tribunalibus expediantur, & concludantur citius causæ pauperum. Duodecimo, an redimant captiuos sui Episcopatus, qui sunt inter infideles: reliqua colliguntur ex conclusionibus sup. positis.

De oblationibus. Cap. XI.

SVMMARIVM.

An sit acceptabilius Deo fundare capellaniam, quam dare eleemosynam, aut præcipere, vt dicantur multæ Missæ, concl. 1. nu. 1.

An debeantur oblationes de consuetudine, aut de iure, concl. 2. nu. 2.

An possint Episcopi applicare sibi oblationes, quæ fiunt religiosis, concl. 3. nu. 3.

An teneantur monasteria, in quibus sepeliuntur defuncti, soluere quartam funeralem ecclesiæ Cathedrali, aut parochiali, concl. 4. nu. 4.

1 Prima Conclusio. Si inspiciamus obiectum nostrorum operum, à quo moralia opera accipiunt perfectionem, res certa est, quòd oblationes sacræ, & sacrificia, quæ Deo offeruntur, sunt excellentiores, quam reliquæ eleemosynæ, quia sunt actus virtutis religionis, qui habent pro obiecto reuerentiam Dei, & eleemosynæ habent pro obiecto succurrere necessitatib. proximi, quod pertinet ad virtutem misericordiæ, quæ est minor quo ad obiectum, quam religio; sic enim tenet S. Thom. si vero consideramus perfectionem operis habentes respectum ad necessitatẽ, possunt accidere multi casus, in quibus misericordia possit, & debeat præferri cultui diuino, quia Deus non eget nostris sacrificijs, quæ solum vult vt offeramus ob suam gloriam, & honorem, & vt excitetur nostra somnifica deuotio, & etiam quia tanta est cura, quam Deus habet nostrarum necessitatum, vt sępe anteponat charitatem, quæ cum nostris fratribus egenis exercetur, ei, quod attinet ad eius diuinum cultum: vnde non puto multo bene dispositum, quod quidam in suis testamentis relinquunt, diuites scilicet, vt omnia bona sua distribuantur in Missas, & fundationem capellaniarum, nullam mentionem habẽ-

D. Th. 2. 2. q. 81. ar. 6.

tes de pauperibus præsentibus, qui petunt panem, & non inueniunt, qui tribuat illum eis: quæ quidem capellaniæ, licet in principio ecclesiæ fuerint multũ necessariæ, & nunc etiam sint in aliquibus ecclesijs pauperibus, vnde debet cõsilium dari, vt fundentur in eis, nũc tñ, cum cultus diuinus, & eius ministri sint sufficiẽter prouisi in ecclesijs, & habeãt necessaria ad sustentationem, melius cõsilium est adiuuare pauperes, quos præ oculis videmus egenos, vnde Christus Redemptor noster, pauper pauperum admonet nos pluries virtutem misericordiæ, quam religionis; cùm semper eleemosynæ sint necessariæ, cum Deus voluerit, q̃d semper habeamus pauperes inter nos, & sacrificia nõ sic: & ideo reprehendens Pharisæos, qui non cognoscebant hanc veritatẽ, vt cæci auaritia, & cupiditate, dixit eis, ita docemini quid sit, misericordiã volo, & non sacrificiũ; ac si diceret, licet sacrificium sit actus ex se magis heroicus, quam actus misericordiæ, sępe tñ, cum non est necessitas sacrificij, volo, q̃d exerceatur misericordia, & præferatur sacrificio, & si hoc non vultis à me doceri, ite, & reuoluite scripturas, & conscientiam vestrã, & in ea inuenietis veram esse hanc doctrinam: hoc colligitur ex eo, quod docte quidem, ac pie tradit Aragon. Arag. 2. 2. q. 86. ar. 3.

2 Secunda Conclusio. Oblationes debentur ratione consuetudinis, offerente semper maiore parte populi. Verum est tamen nõ esse peccatum mortale omittere aliquos aliquando oblationem. Notetur vero, quod consuetudo offerendi aliquid ecclesiæ semel introducta non potest deleri per statutum populi à quo est introducta, vt dicit Panormitanus, quod debet intelligi, nisi constet aliud ex intentione eorum, qui introduxerũt consuetudinem, quia si fuit oblatio introducta pro fabrica alicuius ecclesiæ, ipsa perfecta licitum erit populo tollere oblationem non obstante præscriptione, vt dicunt Couarr. Nauarr. & Aragon.

Pan. in c. abol. d. sep. Cou. l. 2 var. c. 17. nu. 3. Nau. in Ma. c. 13 n. 19. Arag 2 2 q. 86 ar. 1. in fi.

3 Tertia Conclusio. Non possunt Episcopi applicare sibi, aut suis clericis oblationes, quæ fiunt religiosis in suis ecclesijs, sic enim tenet Panormitanus, & monachi ordinis prædicatorum habent pro hoc priuilegium Clemẽtis IV. & ideo in aliquibus locis exeunt in Missa ad offertorium ad petendam oblationem, vt dicit Ioannes Tabien. Pa. in c. 1. d. sta. mon. Tab. v. oblatio, §. 1. in fi.

4 Quarta Conclusio. Concil. Trident. ordinauit, quod monasteria, aut hospitalia vbi sepeliuntur defuncti cum suis oblationibus teneantur soluere quartã funeralem ecclesiæ Cathedrali, aut parochiali, si hoc sit in vsu, a 40. annis vsque nunc, reuocans circa hoc consuetudines, & priuilegia in cõtrarium. Circa quod decretum primo debet notari, quod si nõ soleat solui nisi à 30. aut 20. annis, non debetur secundum Conciliũ. Secundo debet notari vnum dubium, quod ego vidi multum agitatum circa hoc decretum; an debeat solui hęc quarta à monasterio nouiter ædificato in aliquo oppido, vbi numquam fuit aliud monasterium, quod posset soluere, & ideo non poterat esse hæc consuetudo, quia oẽs oppidani sepeliebantur in ecclesia parochiali. Ad q̃ dubium respondeo primo, quod religiosi dicti monasterij non se intromittant in simili lite, quia ingredi nouiter aliquod oppidum, litigando cum clericis in materia de interesse est ingredi pede claudo, cum nostrum intentum sit magis ædificare populum spiritualiter tanquam Apostoli Christi, quam ad ædificandum monasterium materiale, & prætendere interesse temporale. Secundo dico, quod Concilium debet intelligi loquendo de oppidis particularibus, in quibus quando defuncti sepeliebantur extra ecclesiam parochialem in monasterijs, aut hospitalibus, non erat consuetudo soluendi quartam funeralem, quia in his casibus, cum per quadraginta annos sepeliantur dicti defuncti extra suam ecclesiam, & non fuerit consuetudo soluendi quartam, videtur ipsa ecclesia cessisse iuri suo, & præscriptio est facta contra ipsam per dictum spatium. Cõc. Tr. ses. 25. c. 13. de reform.

tium.

tium, per quod præscribitur contra ecclesias, vt dicetur in materia præscriptionis: in oppido vero, vbi non est, vel fuit monasterium, & non solebat quis sepeliri extra suam ecclesiam, non videtur ecclesia cessisse iuri suo, & remittere quartam solitam solui per quadraginta annos in illo episcopatu, vbi est; nec per consequens potest contra illam allegari præscriptio.

De Oratione. Cap. XII.

SVMMARIVM.

Quid sit oratio, nu. 1.
Quando oratio obliget, concl. 1. nu. 2.
An peccet, qui non orat concl. 2. nu. 3.
An possimus facere orationem pro excommunicatis, concl. 3. nu. 4.
An sit obligatio orandi ad Deum pro illo, quem à longe videmus, quod vult se suspendere, vt Deus liberet eum ab eo periculo, concl. 4. nu. 5.
An teneatur aliquis sub pena peccati mortalis orare, quando audit Missam, concl. 5. num. 6.
An sit licitum cantare in officio diuino hymnos, & orationes factas ingenio humano, concl. 6. nu. 7.
Quomodo Deus, & sancti sint orandi, concl. 7. nu. 8.
An animæ Purgatorij sint orandæ, ibidem.
An peccet quis orans obstinatus in male viuendo, concl. 8. nu. 9.

Ales in q.p. 88. & Diu Th q.83 ar. 3. & latius 4. d. 15 q. 4 art 5. gl. mag. in cl. 1 d reb. q5 & vene 11. sanctorũ.

1 AD intelligentiam huius materiæ est notandum, quod hoc verbũ, *Oratio*, habet multas diffinitiones, vt cõstat ex eo, quod tradit Alexander de Ales, S. Tho. & quædam gl. Iuris Canonici: quod vero ad nostrum propositum, Oratio est petitio facta ad Deũ apertè vel occultè. Dixi, *petitio*, quia omnis oratio est petitio, non vero omnis petitio est oratio, quia petimus à rege, non vero oramus regem, & sic petitio est genus huius definitionis; vnde statim additur eius differentia dicendo facta a d Deum. Dixique, *aperte, vel occulte*, quia orantes Deũ manifeste petimus ab eo, facientes vero orationes sanctis sumentes eos pro aduocatis, & intercessorib. occulte oramus Deum; sic enim explicat hanc diffinitionem Nauar.

Nau. de orat. c. 1. notab. 1 pl. 6. cũ suis coroll.

2 Hoc supposito sit prima Conclusio. Lex naturalis, quæ obligat facere orationem ad Deum in tempore, quo non est aliud remedium ad salutem orantis, aut eius proximi, vt resoluit Siluester, ipsamet obligat in graui tentatione impatientiæ, aut carnis recurrere ad Deũ, si non sit aliud remedium, vt possit vinci eo modo, quo quis tenetur torquere, & disciplinare carnem suam, vt eam vincat, quando videt, quod alio remedio non habebit victoriam contra eã; sic enim tenet post Sotum, Aragon, & Ludouicus Lopez.

Sil. v. orat. §. 8.

Arag. 2. 2. q. 83. art. 3. Lop. in inst. con sc. 1. p c. 52. iuxta fin.

3 Secunda Conclusio. Peccat mortaliter ille, qui transigit totam vitam, aut magnam partem eius, in non faciendo orationem Deo, quia cum post baptismum remaneat adhuc fomes peccati necessaria est continua oratio, vt quis ab eo liberetur, sic enim dicit D. Thom. & Aragon.

D Th. 1 4. d. 19. q. 4. ar. 1. & 1. p. q. 3. ar. 5. Arag. v. sup. Iac. 5.

4 Tertia Conclusio. Licet secundum naturam orationis nemo peccator possit excludi ab ea, cum dicat D. Iacobus, Orate proinuicem; vt saluemini: supposita tamen determinatione ecclesię priuat excommunicatos oratione sua publica, & nemo potest orare pro illis publice, vt minister nomine ecclesiæ in oratione publica, priuate tamen licitum est vnicuique orare pro eis, vt dictum est supra, & declaratum in materia excommunicationis.

5 Quarta Conclusio. Obligatio est orandi pro eo, quem à longe videmus velle se suspendere, vt Deus liberet illũ ab eo periculo spirituali; cum hæc sit mors iniusta; non est tamen obligatio orandi ꝑ illo, qui suspenditur iuste pro suis delictis, ne moriatur, licet præsumatur, qđ ex morte corporali capiatur occasio ab eo ad mortem spiritualẽ; sicut

Quot sint ordines maiores, & quare dicãtur sacri. num. 3.
An possit Papa concedere priuilegium alicui qui non est Episcopus, vt possit conferre ordines concl. 1. nu. 4.
An possit Episcopus conferre ordinem, Presbyteri, Diacono eiecto a religione tanquam incorrigibili, concl. 2. nu. 5.
An benefaciant Episcopi conferentes ordines profanare tacite aut expresse nolle ordinare inhabiles ob delicta occulta. concl. 3. num. 6.
An qui obtinuit Breue ante Concil. Trid. vt reciperet primam tonsuram & quatuor minores a quocunque Episcopo, possit vti hoc rescripto post Concil. Trident. concl. 4. nu. 7.
An possit Episcopus conferre ordinem alicui extra suam diœcesim sine licentia illius diœcesani. concl. 5. nu. 8.
An sacerdos simplex, qui ordinat alium remaneat irregularis. concl. 6. nu 9.

1 PRo explicatione eius, quòd in hoc capitu. & reliquis est dicendum, debet notari, quod sacramentum ordinis est sacramentum in quo imprimitur character, & datur facultas consecrandi corpus, & sanguinem Christi, aut ministrandi in hac consecratione. Hæc definitio ponitur & declaratur a Soto, & Nauarro. Estque notandum quod ponitur in ea character, & facultas, non quia sint sacramentum, sed quia sint effectus sacramenti, quod accidit sæpe in alijs definitionibus, quæ definiunt definitum per suos effectus primarios, & formales. Sot. in 4 d 14. q 1. art 4. Naua. in man. ca. 22. n. 17.

2 Secundo debet notari, quod secundum canonistas ordines sunt 9. scilicet prima tonsura, Hostiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolitatus. Subdiaconatus, Diaconatus, Præsbyteratus, & Episcopatus. Secundum vero cõem Theologorum solũ sunt 7. quia primã tonsuram, & Episcopatum negant esse ordines affirmantes solum esse officia; nec Conc. Trid. definit, quæ opinio sit verior, sed finit illud indecisum vt antea, potius si accurate inspiciatur. vide- Concil. Tri. sess. 23. c. 2. tur Conc. sequi opinionẽ Theologorũ quo ad primã tonsuram, quia dicit hęc verba: *Vt qui iam clericali tonsura insigniti sunt per minores ad maiores ascẽdãt*, in quib. verbis distinguit Concilium primam tonsurã a minorib. ordinibus vnum caput tractat solum de prima tõsura, & in alio sequenti agitur de quatuor ordinibus minoribus, & maiorib. & in alio capitulo dicit. *Nullus prima tonsura initiatus, aut ẽt in minoribus ordinibus constitutus ante 14. annum beneficium possit obtinere*, ita vt nunquam Cõcilium vocet ordinem primã tonsuram quod si in iure dicitur, quod prima tõsura dat ordinem clericalem, hoc est, nõ quia sit ipsa absolute ordo, sed quia habentes sunt de numero eorum, qui pertinent ad statum ecclesiasticum. cap. 2. in prin. Concil. vbi sup. Concil. vbi sup. c. 4. & 5 cap. 6.

3 Tertio debet notari, ꝙ tres ordines maiores, scilicet, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbiteratus, dicuntur ordines sacri, non quia reliqui non sint sacri, sed quia hi trahunt secum annexum votum castitatis, non tamquã essentiale, sed tamquam accidentale ordinatum sic ab ecclesia, vt dicitur in iure, hoc supposito sit.

4 Prima Conclusio, non potest Papa concedere priuilegium alicui, qui non sit Episcopus, vt possit conferre ordines sacros, vt tenet S. Th. Sotus, & Nauar. videturq; id dicere Conc. Trid. Verum est tamen, quod possunt Abbates regulares conferre suis subditis ordines minores absque examine Episcopi, vt concedit ius commune confirmatum a Concil. Trid. D. Tho. in 4 dic. 7. & ibi Sot. q. vnic c. 11 Nau. ll. 5 conf. tit. de priu. conf 13 fol. 561.

5 Secunda Concl. Soli Episcopo cõuenit conferre ordines suis oĩbus; vnde si frater Diaconus ob suos defectus fuerit eiectus ab ordine, Episcopus vbi est vicinus, põt illi cõferre reliquos ordines, si cõstet illi, quod habuit in religione ordinẽ subdiaconatus, & habeat idoneitatẽ ad dictos ordines. Verũ est tñ. ꝙ non poterit conferre illi ordines si delictum, ob quod fuit eiectus a religione, defert secum irregularitatẽ; cuius dispensatio sit reseruata Papæ, nisi ante- Concil. Trid. vbi sup c. 10

antequam eijcerentur à religione, eius Prouincialis dispensatur cum illo habens ad illud authoritatem, vt habet ad omnes irregularitates reseruatas Sedi Apostolicæ, excepta ea, quæ nascitur ex homicidio voluntario, mutilatione mébri, aut bigamia, sic enim resoluit Nauarr. in quodam consilio. Dixi in conclusione, [quod ad solum Episcopum pertinet conferre ordines ouibus suis,] non negãdo, quod de eius licentia possint etiam alij Episcopi idem facere.

Nau. l. 1 consi. tit. de ætat. & qual. ord. cõsil. 9.

6 Tertia Conclusio. Episcopus debet habere intentionem conferendi ordines; & ideo facit male Episcopus, peccatque grauiter, si celebrans ordines generales faciat expresse, aut tacitè coram Deo propositum, quod non est suæ intentionis ordinare illos, qui ob crimina occulta sunt indigni, quos ipse ignorat, quia crimina occulta non pertinet ad eum punire, cum non sit iudex secretorum, nec ipse tenetur scire ea, cum sint secreta, nec possint probari; & conferens ordines hoc modo cum supradicta intentione est causa multorum delictorum, cũ non remaneant supradicti prædíti ordine in foro interiori, vnde non debet præsumi in foro exteriori, quod Episcopus non habeat intentionem cõferendi ordines illis, qui habent simile impedimentũ, licet mentientes taceant, quod videtur probari in iure vbi glos. cum communi dicit, quod ordinatus ab Episcopo, cui erat prohibitum ordines suscipere sub pęna excommunicationis latæ sententiæ, remanet ordinatus, licet incurrat irregularitatem: nec obstat, quod quiuis Episcopus præsumitur esse bonus, & per consequés debet præsumi nõ esse suæ intentionis cooperari conferens ordines inhabili, qui tacet defectum suum; quia ad hoc respondeo, quod non peccat cõferens ordines in foro exteriori, in quo foro solum est iudex, vt puniat, quod publicũ est, & probari potest, non vero vt puniat defectus secretos, & inhabilitates secretas, sic enim dicit Nauar. Hinc colligitur, quod ille, qui suscepit ordinem absque legitima ætate mentiens Episcopo, qui interrogauit eum, si habebat ætatem, si constet contrarium, remanet ordinatus, licet Episcopus nolit ordinare eos, qui habent similem defectum: quia potest Episcopus velle quod N. nõ suscipiat ordines, & nihilominus velle, quod si de facto suscipit, accipiat characterem ob multa inconueniẽtia, quę, si non remaneat ordinatus, sequi possunt. Dixi, [si non constet aliud,] quia si constet, quod noluit eum ordinare, nec habuit intentionem, non remanebit ordinatus in foro interiori, sic enim resoluit idem Nauar.

c. 1. de eo qui furtim ordines suscepit, v. glos. Pan. & cõis.

Nau. d. li. 1. cõs. de temporibus ordin. cons. 1.

Glos in clem 2. ver. vtc rus de vterus de vita, & hon. cl. Nau. in c. si quãdo de rescri. except. 21 art. 4 & li. 1 cõs. 12 f 19.

7 Quarta Conclusio. Qui ante Concilium Tridentinum obtinuit aliquod Breue à Papa, vt susciperet primam tõsuram, & quatuor minores ordines à quocunque Episcopo, & post susceptã primam tonsuram fuit publicatũ Concilium, & confirmatum à sua sanctitate, non potest in virtute dicti rescripti suscipere ordines à quocumque Episcopo, sed tantum à suo: quia licet regulariter loquendo constitutio noua nõ extendatur ad præterita, hoc deficit, quando agitur de effectu futuro, qui non potest esse sine præterito, vt dicit quædam glos. & tradit Nauarrus in multis locis suæ doctrinæ, & certum est, quod suscipere ordines post Concil. à quocumque Episcopo non potest stare sine noua licentia suæ sanctitatis ad illud, cum prima per dictum Concil. fuerit reuocata, vnde eget noua licentia, aut Papæ, aut proprij Ordinarij.

8 Quinta Conclusio. Non potest Episcopus conferre ordines alicui extra propriam diœcesim colore cuiuscumq; priuilegij absque expressa licentia Ordinarij illius diœcesis, & in hoc casu solũ potest conferre ordines personis subiectis Episcopo, qui dat illi licentiam, vt ordinauit Concil. Trident. sess. 6. de reform. c. 5. & si sine illa fuerit quis ordinatus, remanet suspensus ipso facto ab executione, & exercitio ordinum receptorum. Et nota, quod per personas subiectas illi Episcopo intelliguntur etiam

reli-

religiosi, qui commorantur in monasterijs Episcopatus, quia quo ad hoc sunt subiecti Episcopo, vt conferat illis ordines, licet sine litteris dimissorialibus possint adire ad suscipiendos ordines alios Episcopatus, vt infra dicetur. Et nota, quod Leo X. in Concil. Lateranensi ordinauit, quod fratres minores non possent recipere ordines in suis ecclesijs, domibus, aut locis nisi à dięcesano, vbi commorantur, aut cum licentia petita debita reuerentia à suo Vicario ipso absente, reuocans circa hoc alia priuilegia concessa à Clemente IV. & Sixto IV.

Habetur sup cõpen tit. ordo, §. 7.

9 Sexta Conclusio. Sacerdos, qui ordinat alium ordine sacro, remanet irregularis, quia ordinare est actus proprius Episcopi, & secundum Canonistas Episcopatus est distinctus ordo sacer à sacerdotio, & licet non sit distinctus, vt dicunt Theologi, sufficit, quod ordo Episcopalis addat super sacerdotium dignitatem; & gradum altiorem, & habeat annexa ministeria altiora, vt dicamus, quod dictus simplex sacerdos ordinans aliquem remanet irregularis, cum vtatur ministerio, ad quod non habet potestatem, vt resoluit Sotus, & idẽ dici debet de sacerdote, qui confirmauerit aliquem. Verum est tamen, quòd concedente Papa poterunt simplices sacerdotes cõferre ordines Subdiaconatus, & Diaconatus, non vero Sacerdotium, vt resoluunt idem Sot. & Vict.

So in d. 4. 24. q. 2. cõs. 2. Sot. i 4. 25. q. 1. art. 1. Vict in sum. in sac ord. nu. 234.

De Dimissorijs pro suscipiendis ordinibus. Cap. XIV.

SVMMARIVM.

An possit clericus sęcularis suscipere ordines in Episcopatu alieno sine litteris dimissorialibus, concl. 1. num. 1.

An Abbates, & reliqui prælati exempti, & capitulum Episcopatu vacãte, & qui succedunt in iurisdictionem Episcopi defuncti possint concedere has litteras dimissorias, conclus. 2. num. 2.

An possit Episcopus ratificare ordinem susceptum vna vice sine litteris dimissorijs conclus. 3. num. 3.

An ille, qui habet licentiam à Papa ad suscipiendos ordines à suo ordinario solum extra tempora possit etiam suscipere ordines à quocunque Episcopo, conclus. 4. num. 4.

An litteræ dimissoriæ concessæ ab vno Episcopo expirent ipso defuncto, conclus. 5. num. 5.

An Episcopus excommunicatus possit concedere dimissorias ouibus suis, ibid.

An qui obtinuit à Nuntio dimissorias, vt susciperet ordines Sede vacante deferens testimonium idoneitatis Vicarij sui peccet suscipiens ordines cum testimonio Capituli Sede vacante, conclus. 6. num. 6.

An Episcopus conferens ordines in diœcesi aliena de licentia Diœcesani possit ordinare solum subditos Diœcesani, aut quoscumque accedentes cum dimissorijs, conclus. 7 num. 7.

An possint suscipi ordines ab Episcopo non Dięcesano, cum in dimissorijs datur licentia, vt quis ordinetur à quocumque Episcopo residente. conclus. 8 num. 8.

An sufficiat licentia Prouincialium, vt suscipiant ordines religiosi, an potius sint necessariæ litteræ dimissoriæ ordinariorum, conclus. 9. num. 9.

An sint aliqui casus, in quibus aliqui possint suscipere ordines sine litteris dimissorijs sui Episcopi, conclusio. 10. numero 10.

An familiares Abbatis exempti possint suscipere ordines cum dimissorijs Abbatis prædicti. conclus. 11. num. 11.

An qui suscipit ordines sine litteris dimissorijs sui Ordinarij, & extra tempora, remaneat suspensus, & quis possit dispensare in hac suspensione, conclus. 12. num. 12.

An, qui suscipit ordines minores sine litteris dimissorijs, remaneat suspensus, conclus. 13. num. 13.

An sit irregularis, qui suscipit ordines ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatum, conclus. 14. num. 14.

Pri-

1 PRima Concl. Nullus clericus sæcularis potest suscipere ordines in episcopatu alieno sine litteris dimissorijs, & aliter ordinatus remanet suspensus ipso iure, vt ordinauit Pius II. in quadam extrauaganti, quã infra declaramus. Quod vero sit obligatio deferendi dictas litteras dimissorias, est decretũ in Concil. Trid. pro cuius explicatione debet notari, qđ aliquando dantur huiusmodi litteræ, vt ordinentur à tali Episcopo, & non ab alio; & hoc casu non põt ab alio recipere dictos ordines: solent ẽt concedi, vt quis possit suscipere à quocũq; Episcopo, vt notat Rebuff. Debet ẽt notari, quod Episcopo concedẽte litteras dimissorias est necesse, ꝙ dicat in eis causam, ob q̃ non potest conferre ordinẽ suis ouib. vt ordinat Cõc. Trid. confirmans in hoc ius antiquum.

Cõc. Tr. sef. 23. c. 10. de Refor.

Rebuff. in prac. benefic. de litteris dimiss. n. 3

Cõc. Tr. vbi sup. ca. 1. de temp. ordin.

2 Secunda Conclus. Solus Episcopus põt concedere has litteras dimissorias clericis sæcularibus, ꝙ non est licitũ Abbati, nec reliquis prælatis exemptis colore suorũ priuilegiorum, aut consuetudinis immemorabilis, vt definiuit Concil. Trident. & declaratur inferius; nec est hoc licitum capitulo Sede vacante; nec est licitum illis, qui succedunt in iurisdictionem Episcopi defuncti, & qui fecerint contrarium, remanent ipso iure suspensi ab officio, & beneficio. Verũ est tamen, quòd capitulum sede vacante potest concedere has dimissorias litteras, si vacauerit Sedes Episcopalis per annum; & quando aliquis ratione beneficij, quod obtinuit obligatur statim suscipere ordines, vt dicit Concilium. Estque notandum, quod vacante Sede Apostolica non prohibet Concilium sacro collegio, vt possit eas concedere intra annum Sedis vacantis, vt aduertit Maiolus; dimissoriæ vero datę ante Cõcilium à quocumque capitulo ecclesiæ Cathedralis intra annum Sedis vacantis valent, quia constitutio non trahitur, nec habet respectum ad præterita, sed ad futura, vt aduertit Nauarrus. Est etiam notandum, quod capitulum adueniente Episcopo non potest dare dictas litteras dimissorias illis, qui sunt ex oppidis, in quibus capitulum habet iurisdictionem contentiosam, & voluntariam, vt obtinuit via litis Episcopus Salmanticensis contra Capitulum suæ Ecclesiæ anno 1581. & refert Henriq.

Cõc. Tr. vbi sup. c. 12.

Cõc. Tr. sef. 7. de refor. c. 10.

Maiol d' irreg. li. 4 c. 5. n. 5.

Nau. li. conf. de tẽp. ord. cõs. 30 fol. 1.

Hẽr. l. 10 de ord. 2. to. c. 22. in fi.

3 Tertia Conclusio. Potest Episcopus ratificare ordines, quos suscepit aliquis subditus sine litteris suis dimissorijs: hæc conclusio est contra Rebuffum; & probatur, quia Episcopus potest absoluere à quacunque suspensione à iure, si non sit reseruata Sedi Apostolicæ; & ratificatio in hoc casu ipsius Episcopi nihil est aliud, nisi ratum habere, quod factum est in iniuriam sui absoluens à pęnis, quas ponit ius contra id facientem; vnde videmus, quod Concilium Tridẽtinum suspendit aliquos male ordinatos vsque ad arbitrium Ordinarij, donec approbet, quod factum est.

Reb in praxi benefic. de form litterarum dimissoriarũ, c. 9.

4 Quarta Conclusio. Litteræ dimissoriæ concessæ ab aliquo Episcopo subdito, vt possit suscipere ordines à quocũque Episcopo, licet sit extra tempora à iure Canonico ordinata, si Papa concedat, quod possit eos suscipere extra tempora à suo Ordinario, valent; quia virtute illarum potest suscipere à quocumque Episcopo dictos ordines; quia dictio exclusiua non excludit res similes; similę est autem suscipere ordinem quẽpiam à suo Episcopo, ac suscipere ab alio de licentia proprij; & hoc in casu iam habet Ordinatus licentiam Ordinarij sui, vt possit suscipere à quocumque, vt aduertit Nauarr. & etiam, quia si Papa addidit, quod possit suscipere dictos ordines à suo Ordinario, solum fuit, ne illi faceret præiudicium, & consentiente dicto Ordinario, quod possit eos suscipere ab alio Episcopo, iam non fit ei præiudicium.

Nau. li. conf. tit. de tẽp. ord cõs. 24.

5 Quinta Conclusio. Litteræ dimissoriæ concessæ ab vno Episcopo non expirant, & finiuntur ipso moriente, sic enim tenet Cardinalis, quem sequitur Rebuffus, & Nauarrus; & idem debet dici de litteris dimissorijs concessis à Sede vacante in casu suo; quia licet adue-

Card. i clem. si. q. 5. de elect.

Rebuff. vbi sup. nu. 40.

Nau. in placuit. n. 35. & n. 161. & pęn. d. 6

aduenia t denuo Episcopus, non finiuntur, nec deficiunt ipso iure excommunicando illum, qui eas habet, ne suscipiat ordines, vt colligitur ex iure, vbi notat Gloss. communiter recepta; quia nulla pęna incurritur ipso iure, nisi imponatur à iure, vt dicit alia Gloss. communiter recepta. Hinc sequitur, quod ipse, si absoluatur, poterit vti dictis dimissorijs, licet existens excommunicatus non possit eis vti; quia licet non pereant per excommunicationem maiorem, impeditur tamen earum vsus, sicut impeditur vsus cuiuscunque communicationis, vt aduertit Nauarrus: quod procedit, licet Episcopi concedant dictas litteras dimissorias illis, qui sunt excommunicati ipsis petentibus eas, vt defendit idē Nauarrus. Notaque, quod Episcopus excommunicatus potest cōcedere licentiam subditis, vt possint suscipere ordines ab alijs Episcopis, quia hic actus valet sine iurisdictione; & ideo valebunt licentiæ datæ, vt confirmentur ab alio Episcopo: & valebunt approbationes, quas dederit approbās Confessarios, & Prædicatores, vt colligitur ex eo, quod tradit Paludanus, & Syluester.

Gl. in c. fi. de iure patr.

Nau. li. 5. cons. de snia excom. cōs. 18. so 607. col. 1.

Palud. i 4. 23 q. 2 art. 2. nu. 26. Sil ver. vnct §. 4. ad fi.

6 Sexta Conclusio. Qui intra annum Sedis vacantis Episcopatus sui obtinet litteras dimissorias à Nuncio Apostolico, vt possit à quocumque Episcopo suscipere ordines deferēs testimonium idoneitatis à Vicario, & recipit aliquem ordinem deferens dictam approbationem, seu testimonium alteri Episcopo, peccauit suscipiens ordinem cum testimonio Sedis vacantis, quia Concil. Trident. de Reform. sess. 23. c. 8. dicit, quod nullus possit suscipere ordines virtute cuiuscumque rescripti, nisi deferat litteras testimoniales sui Ordinarij de suis moribus, & bonitate vitæ, & hic non detulit testimonium Ordinarij: nec valet dicere quod erat Sedes vacans, & sic erat Ordinarius, quia licet sit Ordinarius Sedes vacans, quo ad hoc non est Ordinarius dictus Vicarius Sede vacante intra annum dictæ Sedis vacantis, & mens Nuntij fuit seruare mentem Concilij, quod ordinat, quod nullus suscipiat ordines sine consensu sui Ordinarij quo ad receptionem ordinum: nec obstat, quod Nuntius forte sciebat Sedem vacare, & nihilominus dedit dictas dimissorias dicens in ipsis, quod susciperet ordines intra annum Sedis vacantis deferens testimonium Vicarij; quia ad hoc respondeo Nuntium non posse derogare Concilio Tridentino, vt dicit quædam Gloss. singularis, & communiter approbata, cuius mens est, quod dictus Vicarius non possit dare dictum testimonium Sede vacante. Verum est tamen, quod dictus ordinatus in foro conscientiæ habet bonam excusationem peccati sui, cum bona fide sit ordinatus cum testimonio, præcipuè cum illud concessum habuerit ab homine docto, & curiali, de cuius ignorantia, & errore, quem committebat dando illas, non poterat dubitari; intelligens tamen postea hunc errorem benefaciet, si recurret ad Episcopum nouum, aut ad Papam petens ab vno eorum cum humilitate ratificationem suorum Ordinum, & si vltra dictum primam tonsuram, quam suscepit, fuit illi collata aliqua pensio, valuit eius collatio; quia licet iam peccauerit suscipiens primam tonsuram sine testimonio legitimo, non incurrit tamen aliquam censuram ob illud, & etiam quia extrauagans Pij II. qui suspendit ordinatos absque dimissorijs, solum includit illos, qui suscipiunt ordines sacros, vt infra dicetur. Supradicta colliguntur ex ijs, quæ tradit Nauarr. in quodam cons.

Glo. in c. dilectus cū similib. de præbendis.

Nau. li. 1 cons. 18 i 46.

7 Septima Concl. Administrās ordines Episcopus in dięcesi alterius de licentia illius non solum poterit ordinare subditos illi Episcopo dięcesano, qui concessit licentiam, sed etiam alios aliorum Episcopatuum, qui deferunt litteras dimissorias à suis Episcopis, quia certum est, quod tota iurisdictio, licet sit cōtentiosa, potest exerceri ab aliquo in dięcesi

cesi aliena cum licentia iudicis illius, & partium, ad quas pertinet, vt tenent Alexãder, Iason, & Decius; & etiam, quia Cõcilium Tridentinum, vbi dicit, quod nullus Episcopus potest ordinare quem quam in diœcesi aliena, nisi cum licẽtia Episcopi illius, solum loquitur de illis, qui volunt ordinare extra diœcesim ratione priuilegiorum, quæ habent à Sede Apostolica, vt ante Concilium ordinabant Episcopi titulares, vbi volebant sine consensu Episcoporum illarum diœcesum habentes ad id priuilegium Apostolicum, vnde non debet extendi Concilium ad illum, qui ordinat in diœcesi aliena cum consensu Episcopi illius, qui quidem poterit ordinare quoscunque ab alijs venientes episcopatibus cum dimissorijs, vt possint ordinari à quocunque Catholico Episcopo, quia in hoc casu nulli fit iniuria, & in alio non solum fit præiudicium Episcopo, sed etiã reipubl. ordinando insufficientes. Nec obstat idem Concil. quod dicit, quod nec cum licentia diœcesani potest ordinare nisi subditos illius, quia respondeo concedens, quod non potest ordinare illos solum de illius licentia, nisi deferãt licentiam suorum Ordinariorum, vt aduertit Nau. quod confirmatur quadã declaratione Cardinalium in sequenti Conclusione posita.

Alexã. Iason & Dec. in ff. de iurisd. om. iud n. 9. Cõc. Tr. sess. 6. c. 5. de reform.

8 Octaua Conclusio. Quando in litteris dimissorijs solum conceditur licentia, vt quis ordinetur solum à quocunque Episcopo Catholico, qui resederit in sua ecclesia non addens, aut ab alio, qui in ea facit ordines, non potest aliquis virtute dictarum litterarum suscipere ordines in quadam diœcesi ab aliquo Episcopo, qui ibi celebret ordines de licentia diœcesani; & si de facto suscipiat dictos ordines, remanebit suspẽsus ab executione ordinum vsque ad beneplacitum sui prælati secundum formam Concilij Tridentini; hanc conclusionem tenet Guttier. quam probat bonis rationibus cõfirmans illam quadam declaratione DD. Cardinalium reformationis, quæ sequitur.

Nau. l. 1 cons. tit. de tẽp. cons. 20. f. 47.

Cõc. Tr. sess. 23. c. 8. de reform. Guttier. 3 qq ca. no. c. 26. pag. 25. col 1.

[Episcopus in alterius diœcesi de licentia Ordinarij loci non potest ordinare personas, quæ non sunt subiectæ illi Ordinario, nisi habeant dimissorias generales à suis Ordinarijs.]

9 Nona Conclusio. Prouinciales possunt dare litteras dimissorias suis religiosis, quia quo ad hoc sunt eorum Ordinarij, & vere habent iurisdictionem ordinariam, vt dicitur in iure, & habẽt, cum sint exempti à iurisdictione Episcopali, iurisdictionem quasi Episcopalem super suis subditis, vt dicit quædam gl. communiter recepta; hæc conclusio est Nauarri, quam probat colligens eam ex Concilio Tridentino, in quo prohibet Abbates, & reliquos prælatos exẽptos, ne possint dare litteras dimissorias clericis sæcularibus, & si vellet Concil. prohibere eos, ne darent litteras dimissorias clericis regularibus suis subditis, diceret id clare, cum esset consuetudo multum ordinata dare eas, & sic est in vsu post Concil. Trident. & consuetudo est bona interpres legis. Vt vero deleret scrupulos Gregorius XIII. concessit id societati Iesu 1584. quo priuilegio ratione communicationis gaudent etiam reliqui ordines, si ob aliquod priuilegium gaudent indultis huius sacræ religionis, sic enim refert Henriquez, & nunc denuo concessit idem Clemens VIII. religiosis patribus ordinis D. Bernardi ventilato prius negotio in congregatione DD. Cardin an esset contra Concil. Trident. qui resoluere non esse contra illud, cuius resolutionis, & consilij facit mentionem Pontif. in suo Breuiario.

Glos. in clem. 1. ver. proprij, de reb. eccl. nõ alien. Nau li. 1 cons. tit. de tẽpo. ordinan. cons. 21. Cõc. Tr. sess. 23. c. 10

Henriq. 2. to lib. 10. de ordine, ca. 13. nu 4

10 Decima Conclusio. In tribus casibus potest quis ordinari ab Episcopo alieno sine dimissorijs proprij Ordinarij. Primus, quando proprius Episcopus est suspensus, eo quod ordinauerit extraneos, quam suspensionem debet probare ordinãdus deferens testimonium Metropolitani. Secundus casus est, quãdo Episcopus alienus ordinat illum, qui non est suus subditus cum fiducia, quod proprius Episcopus habebit ratũ,

& sic

Maiol. de irregu. li. 4 c. 2, n. 7. Salze in pr. c 26. pag. 95. col. 1. Cōc. Tr. ses. 23. c. 9.

& sic de facto ratificat postea, vt dicit Maiolus, quem sequitur Salzedus cōtra alios. Tertius, qñ quis moratur per tres annos cum aliquo Episcopo, quia tunc poterit illum ordinare, si statim dederit illi beneficium ecclesiasticum, vt determinat Concil. Trident. quod solum habet locum, vt constat ex mente Concilij in familiaribus actu seruientibus ipsis Episcopis præsentibus, quia si sint absentes in regionibus extraneis, licet assistant seruitijs eorum, & gaudeant eorū stipendijs, non poterunt ordinari ab eis sine litteris dimissoriis, quia non possūt scire in hoc casu dicti Episcopi eorum mores, quos vt cognoscant, concedūtur tres anni, vt notat Salzedus, qui notat, q̄ Episcopi titulares non possunt ordinare suos familiares etiā ordinibus minoribus sine licentia propriorum Episcoporum, & si de facto ordinent eos, remanent suspensi per annum exercitio Pontificali, & sic ordinati remanent suspensi executione ordinum vsque ad beneplacitum proprij Episcopi, vt dicitur in eodem Concil. Circa hoc decretum autem debet notari primo, quod si dictus Episcopus non dederit beneficium familiari, non poterit illum ordinare, vel prima tonsura, vt aduertit Nauar. in quodam consil. Secundo debet notari, quod Episcopus, qui contulerit ordines huic familiari secundum potestatem, quam dat ei Concilium, non poterit dispensare cum eo in interstitijs, vt dicit idem Nauar. nec poterit illum habilitare, si fuerit illegitimus, quia hæc facultas Concilij est priuilegium, quod non extenditur nisi ad personam, & casum, de quo loquitur: nec obstat, quod, postquam Concil. concedit illi, quod possit eum ordinare, videtur concedere etiam illud, sine quo nō potest ordinare; quia ad hoc respondeo, quod hoc intelligitur, quando non potest obtineri ab aliquo, & quando vna res non potest ab alia separari, potestas vero ordinandi, & legitimandi possunt separari, quia Episcopus, cuius familiaris est, & Episcopus, cuius diœcesis est, potest illum

Salz. vbi supra.

Nau. d. li. 1. cō. tit. d̄ tēpor. ordin. consil. 3. Nau. vbi supra can. 0. 26

legitimare, vt docet Nauaerus.

11 Vndecima Conclusio. Abbas exemptus, qui dedit litteras dimissorias alicui familiari suo, vt posset suscipere ordinē sacrum, incurrit suspēsionem vnius anni, quia Conc. Trident. solum concedit, quod possit eas dare subditis suis regularibus; & si celebrauit, & nō abstinuit à diuinis existens suspensus remanet irregularis, & ordinatus tenetur restituere fructus sui beneficij, qui pro sui sustentatione non sunt necessarij, quæ restitutio debet fieri ecclesiæ, vt resoluit Nauarrus.

12 Duodecima Conclusio. Suspensio, quæ inducitur ob receptionem ordinū sacrorum ab Episcopo alieno sine litteris dimissorijs, aut extra tempora assignata, remanet arbitrio Ordinarij, qui potest eam auferre, quando placuerit, vt ordinat Cōcilium Tridentinum, sess. 23. c. 8. de reform. quod Concilium, quo ad hoc moderatur Extrauagātem Pij II. qui dicebat, quod ordinatus sine litteris dimissorijs esset ipso iure suspensus, vt dicit Guttierez, qui notat, quod, si antequam Episcopus tollat dictam suspensionem, ordinatus ministrauerit in ordine suscepto, remanet irregularis; & licet nō ministret, si Episcopus, quando illum ordinat, prohibuerit sub pœna excommunicationis, quod nullus ordinetur, qui non fuerit approbatus, & habuerit litteras dimissorias, si ordinetur, non poterit ascendere ad ordinem maiorem sine dispensatione Summi Pontificis, vt tradunt post alios Maiolus, & Greg. Lopez, & si crimen est occultum, & non positum in foro exteriori, poterit Episcopus dispensare in hoc casu, non vero Confessarij virtute Bullæ Cruciatæ, quia illi non possunt absoluere à suspensione male promotos ad ordines sacros, cum etiam Commissario generali denegetur hæc facultas, vt constat ex eius potestate.

13 Decimatertia Conclusio. Non remanet suspensus sæcularis, qui sine litteris dimissorijs suscipit ordines minores in Italia ab aliquo Episcopo alieno

Nau. li. 1. de tē. po. ord. cons. 17 f 60. Cōc. Tr. vbi sup. c. 10.

Nau. li. 1. cons. tit d̄ tē. po. ord. con. 15.

& recipit illic aliquod beneficium; sic enim tenēt Archidiaconus, Monachus, & Ancarranus quos sequitur Rebuffus, quia ille, qui ordinatur sine litteris dimissorijs ordinibus minoribus, non remanet suspensus ipso iure, vt remanet, qui suscipit ordinem sacrum. Verum est tamen, quod potest suspendi a suo Episcopo; vnde conuenit illi procurare, quod Episcopus habeat ratos eius ordines: & hoc obtinens non solum remanebit aptus ad alios ordines, sed etiam ad recipienda alia beneficia; & ad maiorem securitatem, si alius Episcopus dedit ei beneficium, potest adire illum, & petere nouam collationem eius, cum suus Ordinarius fecerit eum habilem, vt haberet illud.

Archid. Monac. & Anc. in c. 1. de tēp. ord. Rebuf. in praxi, de el. ad sacros ordin. ma-la pro mot. n. 3

14 Decimaquarta Conclusio. Remanet irregularis, qui licet cum licentia proprij Episcopi recepit ordines sacros ab Episcopo, qui renuntiauit Episcopatum quo ad locum, & dignitatem; & quamuis non renuntiauerit illum, nisi quo ad locum, si ordinatur sine licentia Episcopi sui, fit irregularis; si vero cum licentia, non erit irregularis. Dixi, ordinem sacrum, quia si suscipiat ordines minores, non remanebit irregularis, vt colligitur ex iure; & in hac irregularitate de iure communi poterit dispensare Episcopus: dummodo non contraxerit scienter, & data opera, aut ignorantia crassa, aut supina. Verum est tamen, quod nunc post Concil. Trid. poterit Episcopus dispensare cum ijs, licet susceperint dictos ordines sciētes, quod Episcopus renūtiauerat Episcopatum, si delictum fuerit occultum, & non deductum in forum exterius. Et notetur, quod ille Episcopus dicetur renuntiasse suum Episcopatum quo ad locum, & dignitatem, qui renuntiauit non solum ius ordinandi subditos suos, quos habet, sed etiam alios, qui veniunt ad ordines de licentia suorum Episcoporum, vt colligitur ex DD. & quando renuntiant simpliciter, videntur renuntiare locum, non vero ordinem Episcopalem vt dicunt DD.

De ordinandis ad titulum patrimonij, & beneficij.

Cap. XV.

SVMMARIVM.

An Clerici saeculares, qui ordinantur sine patrimonio, sint suspensi, conclusio. 1. num. 1.

An sit suspensus recipiens patrimonium ab aliquo, vt sub titulo huius ordinetur, cui ob id promittit soluere certam pecuniam conc. 2. nu. 2.

An, qui ordinatur sine titulo patrimonij sufficientis dicens quod habet illum, remaneat suspensus, concl. 3. nu. 3.

An remaneat suspensus clericus, qui post susceptos ordines vendit patrimonium, ad cuius titulum suscepit ordines, concl. 4. num. 4.

An remaneat suspensus, qui suscepit ordines titulo patrimonij faciens pactum ante ordinem, quod post ordinem non petiturus esset dictum patrimonium: concl. 5. nu 5.

An sufficiat nunc post Concil. Trident. titulus patrimonij, vt quis ordinetur, concl. 6. nu. 6.

An teneatur restituere mille ducatos, qui recipit eos mutuo, vt susciperet ordines dicens Episcopo, quod fecerat illi donationem illorum, concl 7. nu. 7.

An, quod dat pater filio titulo patrimonij ad ordines suscipiendos; debeat computari in legitima portione, conclusio. 8. numero 8.

An carens patrimonio, habens tamen beneficium sufficiens ad se sustentandum possit ordinari, conc. 9. nu. 9.

An ordinandus debeat esse in pacifica possessione patrimonij, aut beneficij, conclus. 10. nu. 10.

An, qui ordinatur bona fide titulo beneficij ecclesiastici, cuius non habebat possessionem, quia iniuste impediebatur illi à iudice, incurrat aliquam censuram, concl. 11 nu. 11.

An

An teneat renuntiatio beneficij cum reseruatione pensionis centum ducatorum, si renuntians non habet aliud, de quo possit sustentari, nec facta mentione in renuntiatione, quod fuit ordinatus ad eius titulum. concl. 12. num. 12.

An titulus patrimonij, aut beneficij debeat esse perpetuus, conclus. 13. num. 13.

An possit quis ordinari ad titulum capellaniæ. conclus. 14. num. 14.

An peritus litterarum alicuius Collegij maioris possit ordinari sine titulo patrimonij, & beneficij, concl. 15. nu. 15.

An ad ordines minores requiratur patrimonium, aut beneficium, conclus. 16. num. 16.

1 PRima Conclusio. Non possunt suscipere ordines clerici sæculares sine titulo patrimonij, & si ordinentur de facto, sunt suspensi; & si celebrent, incurrunt irregularitatem, vt definitum est in Concil. Calcedonensi, & Trident. & dicunt Maiol. Nauarr. & Med. Dixi *clerici sæculares*, quia regulares professi aliquam religionem approbatam non egent patrimonio, vt nouissime ordinauit Pius V. in quadam sua constitutione, quam dedit anno 1568. in qua ordinauit, quod clerici sęculares ordinati ante professionem solemnem alicuius religionis sine titulo patrimonij remaneant suspensi, & celebrantes, & administrantes suos ordines remaneant irreguleres. Est tamen aduertendum, quòd hæc constitutio non comprehendit religiosos Societatis Iesu, qui post facta tria vota simplicia ante professionem solemnem possunt sine titulo patrimonij ordinarij de licentia sui prępositi generalis omnibus tribus ordinibus sacris, vt concessit Greg. XIII. dictæ societati vltimo Februarij anni 1573. anno primo sui Pontificatus, quam concessionem refert Salzedus.

Habetur in c. nemin. d. 7. Concil. Trident. sess. 22. c. 2. Maiol. de irregul. li. 4. ca. 19. in princ. Nau. in man. ca. 27. nu. 158. Med. in sum. fol. 49. Salz. in prac. cr. c. 18. p. 15.

2 Secunda Conclusio. Ille, qui post receptum patrimonium, vt susciperet ordines eius titulo, obligauit se soluere certam pecuniam ei, qui contulit illi dictum patrimonium, non incurrit suspensionem: recipiens ordines titulo huius patrimonij; quia hic non promisit ante ordinem susceptum, & receptum patrimonium, sed post sine vlla conditione, & tunc fecit obligationem dandi illam quantitatem, & secundum mentem Concil. Trident. sess. 21. de Reformat. cap. 2. non poterat peti ab eo dicta pecunia, & patrimonium ante ordinē, cum adiudicatum fuisset illi, vt susciperet ordines prædictos, nec postea potest ab illo quidquam peti, cum non potuerit alienare, vendere, aut renuntiare, nisi obtinuit aliquod beneficium ęquiualens, quo sustentari posset, sic enim resoluit Nauar.

3 Tertia Conclusio. Qui dixit habere titulum patrimonij sufficientem, non existente tali notabiliter ipso iniuste recipit ordines, & sic incurrit suspensionem, quam ius imponit contra eos, qui sic suscipiunt ordines, quòd probatur, quia ius petit, quòd qui vult ordinari, habeat patrimonium sufficiens, quo valeat commodè sustentari: & etiam, quia sicut requiritur ad essentiam matrimonij consensus contrahentium non simplex, sed qualificatus, liber, & spontaneus coram Parocho, & testibus, sic quando ius postulat, quod ordinandus habeat patrimonium, non loquitur de patrimonio simpliciter, sed qualificato, scilicet sufficienti, vt quis eo sustenteturitunc vero erit notabiliter defectuosum, quando sufficientibus 500. ducatis aufertur ab illis dimidium, vel 210. ducati, vt colligitur ex Nauar. & sic etiam explicauit Pius V. in quadam sua constitutione.

Nau. li. 1. cons. titu. de tēp. ord. cons. 13.

Nau. l. 1. cōsilior. cons. 17. f. 46. tit. de tēp. ord. habetur inter cōst. fol. 3.

4 Quarta Conclusio. Clericus potest post ordines receptos vendere patrimonium, ad cuius titulum susceperit ordines, vt resoluit post alios Couarr. debet tamen esse cum licentia Episcopi, quia Concilium Triden. ordinauit, quod patrimonium, ad cuius titulum quis est ordinatus, non possit vendi, nec extingui, nec aliter alienari sine licentia Ordinarij, donec habeat aliquod beneficium sufficiens, aut rem æquiualentem. Circa

Cou. in c. Rain. §. 2. n. 7. de test. & lib. 1. var. c. 4. nu. 4. Concil. Triden. sess. 21. cap. 2. de reform.

ca quod quidem decretum debet notari, quod qui alienauit, remisit, aut extinxit dictum patrimonium non habens beneficium sufficiens, & sine licentia Episcopi, non remanet ipso facto suspensus, quia Concilium non imponit ei hāc pœnam, cum solum dicat, quod Ordinarius debeat illam punire pœna arbitraria, vt aduertit Nauarr. Gutier. & Salzedus, qui reprobat Medinam, qui tēnet dictū clericum remanere suspensum, & si celebrat, irregularem. Nec cōtra hoc obstat Concilium, quod renouat pęnas antiquas Canonum, quia Nauarrus in quodam consilio suo respondet Concilio dicens loqui de alijs pęnis ad cuius explicationem debet notari, quod olim qui suscipiebat ordines decipiens Episcopum dicens, quod habebat patrimonium sufficiens, cum nō esset, remanebat suspensus. Erat etiam ordinatum olim ab Innocentio III. quod Episcopus, qui scienter ordinabat aliquem sine titulo patrimonij, teneretur illum alere, ignorans vero, minimè, vt resoluit Nauarrus: hæ igitur sunt pęnæ antiquæ, quas renouat Concil. Trid.

Nau. in Man. ca. 27 nu. 158 Gut. l. 2. p. q. 65. num. 11. Salz. in pract. c. 18. p. 55 Med. in sū. f. 40. Nau. l. 1. cons. ti. de tēp. ord. cos. 14. c nemine. Nau. l. 1 cons. tit. de cōst. cons. 1.

5 Quinta Conclusio. In casu, quod qui est ordinatus titulo patrimonij, fecit pactum ante ordinis receptionem, quod post ipsam receptionem non peteret patrimonium, quod erat illi adiudicatum, & quod restitueret, quod ei traditum esset, remanet suspensus: quia talis sine dubio ordinatur sine titulo, sic enim tenet Nauarr. hæc tamen opinio quo ad suam vltimam partem non videtur esse vera, scilicet, quod ille remaneat suspensus promittens reddere, quod habuerat, si sic promiserat; quia hic non tenetur restituere, licet promiserit, vt dicit Concilium Tridentinum, & idem est promisisse, ac non promisisse, vt obligaretur, sic enim tenet Nau. in quodam consil. nec ipsemet in Manuali tenet contrarium.

Nau. d. c. 27. nu. 158. Concil. Triden. vbi sup. Nau. l. 1. cons. de tēp ord cons. 13.

6 Sexta Conclusio. Licet secundum Canones antiquos sufficeret titulus cuiuscunque beneficij ecclesiastici, aut titulus patrimonialis sæcularis, vt quis susciperet ordines, nunc vero post Concilium Tridentinum est necesse, quod titulus sit beneficij ecclesiastici sufficientis ad sustentationem congruam ordinati, & non sufficit titulus pensionis, aut patrimonij sæcularis, nisi Episcopus iudicet, quod ordinandus sit necessarius, & multum vtilis ad suam ecclesiam, sic enim tenet Nauarrus dicens, quod vidit Vallisoleti Episcopum Pallentinum nolle ordinare quemdam, qui habebat tria millia ducatorum patrimonij sæcularis.

Nau. l. 1. cons. tit. de tēp. ord. cōs. 14.

7 Septima Conclusio. Qui accepit mille ducatos mutuo, vt præsentaret eos Episcopo loco patrimonij dicens factam sibi donationem eorum, vt eorum titulo susciperet ordines cum mendacio, quia erant mutuati, tenetur restituere illos domino eorum, qui fecit fictam donationem, cum adesset mutuū; quæ licet in foro exteriori, si probatur huiusmodi fictio, merito posset priuari illis, in foro tamen cōscientiæ, viso quod dominus pecuniæ non fecit illi donationem illorum, nec transtulit in illum dominium, sed solum mutuauit, tenetur restituere illi dictam pecuniam, sic enim tenet Ludouicus Lopez sequens Cordubam; quæ opinio mihi videtur bona: nec obstat Concil. Trident. quod dicit, quod qui ordinatur ad titulū patrimonij, non possit alienare, nec dare, nec remittere sine licentia Episcopi, & ideo videtur, quòd hic non potest restituere hoc patrimonium, quia Conciliū loquitur, quando patrimonium transfertur in dominium ordinati; quando vero patrimonium non transit in eius dominium; tenetur restituere illud, vt accidit in hoc casu supposito.

Lop. in inst. neg. ca. 25. p. 515. colum. 1. Concil. Trident. sess. 21. d̄ refor. c. 2.

8 Octaua Conclusio. Datum à patre siue dono, siue aliter filio, vt ad titulum eius ordinetur, debet filio computari in portione legitimæ, quia cum ex natura sua sit vendibilis, debet imputari in dicta legitima, sic enim tenet Couaruu. & alij, quos allegat Salzedus contra Tellū Hernandez: quæ conclusio procedit, quando pater, qui fecit hanc donationem

Cou. in c. Raid. §. 2. n. 7. de test. Salze. vbi supra c. 18. n. 57.

nem

nem ad supradictum negotium, non meliorauit dictum filium præ alijs in dicto patrimonio, secus vero, si colligitur, quod habuerit intentionem meliorandi eum, quia in hoc casu debet eius voluntas adimpleri, nec talis melioratio ad effectum, quod filius ordinaretur, potest post ordinationem reuocari à patre, vt post Couar. & alios tenent Salzedus, & Tellus, & expensæ, quas fecit pater, vt filius obtineret aliquod beneficium, non imputantur in legitima, quia beneficium est peculium quasi castrense secundum communem, qui resoluit Ayora, quod procedit, licet expensę sint factæ in litigando de beneficio, vt haberentur bullæ, vt dicit Guttier. sequés in hoc communem, licet Ayora in hoc vltimo non admittat illud.

Salz vbi supra Tellus in l. 13. Tauri, col. 2. n. 82.
Ayora intr. ca. de partitionib. 2 p. ca. 18.
Gutt. l. 2 prac. q. 65. n. 12.

9 Nona Conclusio. Qui non habet patrimonium, habet tamen beneficiũ ecclesiasticum sufficiens, quo possit sustentari, poterit suscipere ordines, vt definitum est in Concilio Tridentino; quod vero sit beneficium ecclesiasticum sufficiens, relinquitur arbitrio ordinarij, qui debet inspicere conditionem, & qualitatem ordinandi, quia beneficium quod sufficit vnico clerico infimæ conditionis, non sufficit ad sustentationem nobilis, aut hominis litterati, vt dicit Salzedus contra Nauarrum, qui tenet sufficere beneficium tenue, & paruum, vt quis sine patrimonio ordinetur, quæ Salzed. opinio mihi videtur bona, considerata intentione Concilij, & considerando, quod respondet sufficienter argumentis Nauar.

Concil. Trident vbi sup.
Salz vbi sup.
Nau. de orat. ca. 21. n. 11.

10 Decima Conclusio. Vt aliquis titulo patrimonij, vel titulo beneficij ecclesiastici possit ordinari, necesse est, quod habeat pacificam possessionem eius; sic enim tenet Salzedus, approbans in hoc Concilium Tridentinum dicens, quod clericus nullus sæcularis, licet idoneus ordinetur, si non constet prius, quod habeat pacificam possessionem alicuius beneficij ecclesiastici, & cum Concilium velit, quod habeat pacificã possessionem, clare colligitur non sufficere, quod talis sit vocatus, aut nominatus ad ipsum beneficium, sed est necesse, quod sit facta collatio; quia sine dicta collatione non potest quis habere eius pacificam possessionem, vt dicitur in iure. Quo viso non debet sequi opinio contraria glos. quam tenent Maiolus, dicentis, quod per titulum beneficij non solum intelligitur, quod de præsenti habetur, sed etiam, quod speratur haberi; & ideo sufficit secundum hanc gl. vt quis suscipiat ordinem sacrum, quod sit postulatus, aut nominatus ad beneficium.

salz. vbi supra p. 53. colum. 1.
reg. beneficiũ, de reg. iur. li. 6.
Gl. in c. Osius 65 d. Maio. lib. 4. de irregul. c. 15. n. 8

11 Vndecima Conclusio. Qui habens ætatem sufficientem, vt ordinetur, ordinatus est bona fide ad titulum beneficij ecclesiastici, cuius non habebat pacificam possessionem, quia impediebatur iniustè à quodam iudice sęculari, nõ incurrit aliquam suspensionem; quia hic habet titulum, & beneficium; & sua culpa non fit, quin habeat possessionem eius, sed potius semper fuit, estque paratus illam retinere, sicut de facto haberet, si iudex sæcularis iniustè non impediret illam. Nec contra hoc obstat Cõcil. Triden. dicens, quod non solum hábeat beneficium, sed pacificã eius possessionem; & ideo videtur incurrisse pęnam à iure impositam, quia ad hoc respondeo, ꝙ in foro conscientiæ hic non est suspensus, quia vt incidat in hanc pęnam, est necesse, quod sit cõtemptus, vt dicũt Panorm. & Dominicus, & hic habuit bonam fidem, & sic non habuit verum contemptum, aut pręsumptum, & etiam quia qui transgreditur legem humanam bona fide, non peccat mortaliter, vt dicit Innocentius communiter receptus; & si non est peccatum mortale, non erit suspensio in hoc casu, & etiam quia Concil. Trident. non imponit pęnã illi, qui ordinatur sine titulo patrimonij; quia solum innouat pęnas iuris antiqui, & ius antiquum solũ imponebat pęnam suspensionis illi, qui ordinabatur sine titulo, & sine aliquo iure acquisito; hic verò ordinatur ad titulum beneficij, ad quod habet ius acquisitum,

Panor. in c pastoralis. §. verũ de appell.
Domin. in c. solet, de sent. excom. l. 6.
Inn. in c. p. per tuas, 2. de simon.

& si non est in possessione, hoc non fit eius culpa.

12 Duodecima Concl. Qui ordinatur ad titulum beneficij, & nihil aliud habens, vnde posset sustentari, renunciauit illud reseruans sibi vnam pensionē centum ducatorum, non faciens mentionē in renunciatione, quod ordinatus erat ad titulum huius beneficij, valuit talis renunciatio in foro cōscientię; nec contra hoc obstat Concil. Trid. quia vt satisfiat menti Concilij, & valeat renunciatio, sufficit, quod remaneat clerico honesta sustentatio, ita ne mendicetur; centum autem ducati pro singulis annis sufficiens est victus ad hoc. Dixi, *in foro conscientiæ*, quia quo ad forum exterius aliqui iudicabunt eam inualidā, cum in ea non sit facta mentio, quod esset ordinatus ad titulum illius beneficij, & quod reseruabat, quod erat illi necessarium ad congruum victum, dt ipsum ordinat Concilium; sic enim dicit Nauarr.

Concil. Triden sess. 21. de refor. c. 2.

Nau. l. 3 consi. tit. de preb. consi. 23. § 133.

13 Decimatertia Conclusio. Titulus patrimonij, aut beneficij debet esse perpetuus, vt quis cum eo possit ordinari, vt colligitur clare ex Concil. Trid. quod dicit non esse licitum ordinato ad titulum beneficij resignare illud; nec talis renunciatio debet admitti, si non constet posse viuere aliunde, & renunciatio aliter facta est nullius valoris. Hinc sequitur, quod Vicariatus temporalis nō sufficit pro titulo, verum tamen perpetuus inducit legitimum titulum, vt post Abbatem tenet Rebuff. Hinc infertur vltra, quod non sufficit titulus coadiutoriæ, vt quis ordinetur titulo beneficij, quia primo non est beneficium, & secundo potest esse temporalis: verum est tamen, quod potuit ordinari cum illa, si est perpetua, si potest sustentari decenter, vt dicit Nauarr.

Abb. in c. consti. & in ca. Miche. de filijs presby. Rebuff. in tract. congruę portio, nu. 100. & 112.

14 Decimaquarta Concl. Potest quis ordinari ad titulum capellaniæ datę per collationem, si hæc habetur pro beneficio; quod intelligitur, quando fundatur cum auctoritate Episcopi, & datur in titulum perpetuum, quia alias nō est beneficium ecclesiasticum; sic obseruatur in Rota Romæ, & tenet Bermond. & licet in prima institutione capellaniæ non interuenerit authoritas Ordinarij, si postea non facta resistentia à fundatore dederit collationem Ordinarius alicui vocato à fundatore, poterit iste ordinari ad titulum eius tamquam beneficij, vt tenent omnes, & multo magis poterit ordinari, si habeat beneficium simplex in titulum perpetuum, & habens annexum aliquod onus spirituale: quia si non datur in titulum perpetuū, nec habet annexum onus spirituale, nō poterit ordinari ad titulum beneficij cū eo, cum non sit perpetuum, vt resoluit post alios Salzedus.

Nau. de or. c. 20. num. 18.

Bermō. in cōm. titu. de pub. cōcubina ver. Papa n. 5.

Salzed. vbi sup.

15 Decimaquinta Conclusio. Aliquis ex collegiatis collegiorum maiorū Salmanticæ, aut aliorum similium, si sit gradu insignitus, & doctus, vt supponitur, potest ordinari absque alio beneficio, aut patrimonio, quia existens in hoc loco, certum est moraliter loquēdo, quod non deficiet illi victus sufficiens, secundum statum sacerdotalem, & sic satisfit menti Concilij Tridentini: vt dicit Corduba, & Henriquez, immo tenent homines docti consulti Salmanticę, Compluti, & Toleti, quod potest Episcopus ordinare sine patrimonio aliquem bonum Scholasticum, Theologum, aut Canonistam, qui est insignitus gradu baccalaureatus, & desiderat accipere gradum licentiaturæ, quia hic præsefert spem, quod concurrens ad aliquod beneficium assequetur illud, sic enim dicit Henriquez confirmans id cum doctrina Abb. ego tamen sum contrariæ opinionis ob id, quod supra dixi in conclusione 10.

Concil. Triden. sess 21. c. 2.

Cord. de casib q. 36.

Henriq. de ord. li. 10. c. 10. c. 17. in fi.

Ex li. 14 de irregul c. 5. nu. 3.

16 Decimasexta Conclusio. Vt quis suscipiat ordines minores, non est necessarius titulus beneficij, nec titulus patrimonij; hæc conclusio colligitur ex Concilio Tridentino, quod ad ordines sacros postulat hos titulos, & certum est, quod ordines minores non sunt ordines sacri, sed solum ministeriū quoddam ad eos, vt post D. Thom. & Caiet.

&

Nau. ca. 27. n. 17. Catech i tract. de sacris ordin. pag. 365.

& alios tenet Nauarrus, & expresse est ordinatum in Catechismo ad Parochos, & adducens multa comprobat Maiolus.

De ætate, & intentione Ordinandorum, & de loco, ac tempore, quo debent ordines suscipi.

Cap. XVI.

SVMMARIVM.

An Religiosus, cui deficiunt aliquot dies ad ingrediendam ætatem 25. annorum, sit suspensus, si ordinetur ad Presbyteratum iubente id suo Prælato ante dictam ætatem, conc. 1. nu. 1.

An ordinatus bona fide ante legitimam ætatem ob testimonium suorum parentũ sit suspensus. concl. 2. nu. 2.

An prima tonsura possit dari quocunque die extra diœcesim, & idem sit de 4. minoribus ordin. concl. 3. nu. 3.

Quo tempore debeant conferri subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus, concl. 4. num. 4.

An qui suscipit ordines ob reuerentiam patris, & aliter non susciperet, remaneat ordinatus. concl. 5. nu. 5.

Interstitia, quæ debent esse inter ordines sacros recipiendos, concl. 6. nu. 6.

An possint dispensare Episcopi cum iis, qui male receperunt ordines, conc. 7. nu. 7.

Circa ætatem, quam debet habere, qui ordinatur ordine sacro, iam dictũ est in materia irregularitatis, vbi lector poterit videre 1. par. cap. 164. Restat nũc resoluendum, reliquũ quod proponitur in hoc capite per Concl.

1 Prima Conclusio. Religiosus, cui desunt quatuor dies ad ingrediendã ætatẽ 25. annorum, si ordinatus fuerit ordine presbyteratus, non remanet suspensus, si hoc iubeat ei Prælatus eius dicens illi, quod non obstante dicto defectu poterit suscipere ordines, quia extrauagans Pij II. suspendit ipso facto eos, qui sciẽter mala fide suscipiunt ordines sacros non habentes legitimã ætatem, non vero eos, qui ordinantur bona fide, qđ explicaui in materia irregularitatis; hic autem religiosus ordinatus fuit bona fide, cum suus Prælatus dixerit ei posse id facere bona cõscientia ipso dubio de hac re, & secundum ius, *iuste possidet, qui authore prætore possidet*, quam rationem deberet inspicere Nauar. ne condemnaret dictum religiosum, vt suspensum, & irregularem, si celebrauit. Verum est tamen, si hic religiosus postea venerit in cognitionẽ veritatis, & quod suus prælatus deceptus fuit, quod celebrans ante dictam ætatem 25. annorum, licet nõ incurrat irregularitatem, peccabit tamẽ mortaliter, quoties celebrauerit.

Nau. li. 1 cons. lib. de ætate & qualit. ordin. cõsil. 6.

2 Secunda Conclusio. Qui testimonio suorum parentum ordinatus fuit ante legitimam ætatem putans bona fide, quod haberet eam ob bonum testimonium, non remanet suspensus, nec celebrans fit irregularis, vt dicit Nauarrus. Verum, si postea, antequam accedat ad ætatem legitimam ordinis, Missam celebrauerit, peccabit mortaliter, toties quoties celebrauerit, si sciat, quod non habet dictam ætatem, non tamen incurrit irregularitatem, cum à principio non incurrat suspensionem ipso facto, sed iudex potest illum suspendere, vt cũ Siluestro tenet Mi. Ant. Cuchus; & ideo quando Nauarr. in quodam consilio dicit, quod hic potest celebrare sine peccato, debet intelligi durante eius bona fide, & quando Medina dicit in sua sũma, quod absolutus ab hac suspensione per Bullam Cruciatæ, quia ordinauerit se ante tempus, non potest celebrare ante accessum 25. annorum debet intelligi absque peccato mortali, non tamen incurret irregularitatem, cum sit iam liber à suspensione. Et nota, quod hic ordinatus poterit sine peccato, & timore irregularitatis dicere Epistolam, & Euangelium, si accesserit ad ætatem legitimam, quam requirunt irregulares.

Nau. i c. accepta, oppos. & rest. spol.

Cuchus Maio. instit. lib. 4 titul. 12. nu. 18.

Nau. in addit ad li. 1. cõs. tit. d tẽpor. ordin. cõs. 5. Medina in sum. f. 45.

3. Tertia Conclusio. Primæ tonsuræ

potest dari quocunque die, debet tamē esse in ipsa diœcesi secūdum Concilium Tridentinum, quod iam est supra declaratum ordines etiam minores possunt conferre Episcopi, quando, & vbi illis visum fuerit Dominico, aut alio die festiuo in sua diœcesi, vt ordinatur in iure. Et notetur, quod est irregularis, qui eodem die recipit diuersos ordines sacros, vt dicitur in iure, quod procedit etiam in religiosis; quia illis expresse prohibetur à Concilio Tridentino reuocante omnia priuilegia in contrariū; non erit autem irregularis, qui eodem die susceperit omnes quatuor ordines minores; quia hi ordines omnes simul possunt recipi eodem die, vt dicit quædam gloss. & vsus sic admisit, nec Concilium Tridentinum ordinat contrariū, quia licet dicat debere dari per sua interstitia, Ordinarijs tamen remittit hoc negotium, sed est irregularis, qui in eodem die suscipit ordines minores cum subdiaconatu, vt tenent Nauarr. & Ledes. & Rebuff. quod, si sit consuetudo dandi eos eodem die non est irregularis, quia Concilium non reuocat consuetudinem, sed potius videtur conformari ad eius mentem, quia dicit quod ordinentur ordinibus minoribus illi, quorum est spes fore aptus ad recipiendos maiores.

c. fin. de eo, qui furtiue ordines suscepit. Cōc. Tr. sess. 23. c. 13. de refor. ī fi.

Nau. in Man. ca. 25. n. 71. in fin. & c. 27. nu. 241. Led. 24. q. 26. ar. nc. 2. Rebuf. ī prac. bene f. 2. p. titu. de cler. malæ promot.

4 Quarta Conclusio. Ordines sacri, scilicet Subdiaconatus, Diaconatus, & Præsbyteratus non possunt dari, nisi sabbatis quatuor temporum, & Sabbato sancto, aut Sabbato ante Dominicam in passione; verum est, quod Sanctitas Summi Pontif. potest concedere, quod extra hos dies dentur huiusmodi ordines, hicque est stylus curiæ, vt dicit Maiolus: ordinatus vero extra hęc tēpora, sine dubio incurrit irregularitatē, si antequam absoluatur à suspensione, quam ponit extrauagans, *Cum ex sacrorum*, administrauerit in ordine recepto, vt dicit Innocentius.

Gl. 1. n. 1. nu. 29. Concil. Triden. sess. 23. c. 2. Maiolus de irreg. li. 3. c. 14 num. 9. Innoc. c. 1. de sēt. ex. ū l 6

5 Quinta Conclusio. Qui consentit, quod ordinentur ob reuerētiam, quam tenet in patrem suum, licet inuitus, & aliter non consentiret remanet ordinatus, quia vere consensit, licet conditionaliter, sicut qui permittit baptizari saltem metu, cum voluntas cōstricta sit voluntas, vt dicit D. Thomas, & tradit Nauarrus: verum est tamen, quod ille, qui omnino inuitus, & contradicens baptizatur, aut ordinatur, non recipit caracterem, vt resoluit Nauar. in quodam Consil.

D. Tho. 1. 2. quæ 6. art. 6. Nau. in prælu. 6 nu. 4. Nau li 1 cons tit. de tēp. ord. consil. 40

6 Sexta Conclusio. Non potest quis promoueri de Subdiaconatu ad Diaconatum, nisi transeat annus, nec à Diaconatu ad Præsbyterium; verum est, quod Episcopi poterunt dispensare in hoc, vt late resolui in dubio vltimo, quod posui in fine explicationis Cruciatæ dicens, quod Sixtus Quintus in quodam motu proprio, quem dedit circa interstitia, non præcipit, nisi quod obseruetur Concil. Triden. quod ordinat supradictum, dans facultatem Episcopis, vt cum causa possint dispensare in his interstitijs. Et nota, quod Episcopi, qui dant litteras dimissorias, vt eorum subditi adeant aliò ad ordinandum, debent dispensare in dictis interstitijs, non vero Episcopus, qui ordinat, vt dicit Salzedus. Nota etiam, quod Generales, & Commissarij generales, & Prouinciales, ac Vicarij prouinciales, licet habeant iurisdictionem quasi Episcopalem, & dent litteras dimissorias suis subditis, vt possint ordinari, non possunt tamen dispensare in dictis interstitijs, vt dixi in illo loco, & nunc idem confirmo quadam declaratione DD. Cardin. reformationis data 7. Ianuarij 1573. quam tradit Gaspar Passarellus in suo compromisso, quem aliquando allego, qui declaratūr, quod solum Episcopus, aut eius Vicarius possunt dispensare, vnde dicti patres dantes licētiam dictis suis subditis, vt ordinentur, debēt declarare in dictis licentijs causas dispensandi cum illis in interstitijs, petentes ab Episcopis, à quibus petūt ordinare velle suos subditos, vt velint dispensare cum eis super interstitijs. Et notent, quod causæ, vt dispensent

Concil. Triden. sess. 23. de refor ma c. 13. & 14

Salzed ī prac. cr. cap. 25. circa fi.

non

non sunt vtilitas, & commodum ordinandorum, sed commodum, & vtilitas ecclesiæ: vt dico in dicto loco.

7 Septima Conclusio. De iure communi potest Episcopus dispensare cum suis subditis, qui cęperunt ordines eodem die, vt vtantur ordinibus, quos prius recepere, siue sint minores, vt accidit in suscipiente quatuor ordines minores cum Subdiaconatu, siue sint sacri, vt accidit in suscipiente Subdiaconatum, & Diaconatum simul: quod debet intelligi, nisi ijs, qui ordinantur, sit prohibitum pœna excommunicationis ipso facto, ne ordinentur dicto modo, quia in hoc casu non poterit Episcopus dispensare cum illis, vt vtantur ordinibus prius susceptis, vt tenet Sotus, & colligitur ex his, quæ tradunt Syluester, & Nauar. & si supradicti ingrediantur aliquam religionem approbatam, poterit eorum Abbas dispensare cum eis, vt vtantur ordinibus susceptis secunda vice, non vero, vt possint suscipere alios, vt constat ex iure. Et notetur, quod post Concil. Trident. quando delictum, quod quis committit suscipiens multos ordines simul, fuerit occultum, & non deductum ad forum exterius, poterit Episcopus dispensare, licet sit posita excommunicatio ipso facto contra sic ordinatos; & licet non ingrediantur religionem; & virtute dictæ dispensationis poterunt non solum vti ordinibus susceptis, sed etiam poterunt suscipere reliquos.

Sot. in 4 d. 25. q. 1. art. 3. §. alius suspensionis casus est. Sil. ver. irregularitas 3. nu. 5. Nau. ca. 27. nu. 241. c. 2 de eo q. suscepit furtiue. Côc. Tr. sess. 24. c. 6. de reform.

✠

De Ordinibus minoribus, & de ijs, qui ordinantur per saltum. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

An peccet, qui existens ordinatus ordinibus minoribus non suscipit ordines sacros, concl. 1. nu. 1.

An peccet, qui solum suscipit primam tonsuram, vt se eximat a iurisdictione saecu lari, concl. 2. nu. 2.

An habens primam tonsuram, & minores ordines peccet deferens quascunque vestes, conc. 3. nu. 3.

An habens regressum beneficij aut dignitatis teneatur deferre habitum clericalem, ibid.

An ordinati ordine sacro possint deserere habitum clericalem, conc. 4. nu. 4.

An, qui bona fide suscipiunt ordines minores & dubitant probabiliter, an susceperint eos, si ordinantur postea ordine sacro, incurrant aliquam censuram, concl. 5. num. 5.

An remanserit ordinatus, qui suscepit primam tonsuram non dicens cum attentione illa verba, Dominus pars hæreditatis meæ, &c. conc. 6. nu. 6.

An qui suscipiunt prius ordines sacros, quam minores sint suspensi, conc. 7. n. 7.

An, qui suscipit primo Diaconatum, quam Subdiaconatum sit suspensus, conclu. 8. num. 8.

An possit Episcopus dispensare cũ promotis per saltum, conc. 9. nu. 9.

An, qui ordinatur non existens baptizatus incurrat aliquam censuram, conclu. 10 num. 10.

1 PRima Côcl. Qui in minoribus côstitutus ordinibus, non suscipit ordines sacros, non peccat mortaliter, nisi ab alia parte prouenerit peccatum, scilicet à mala intentione, aut contemptu, quo suscepit dictos ordines; nec peccat mortaliter ille, qui in minoribus constitutus ordinibus reliquit beneficiũ Eccle-

 siasti-

siasticum, potius nec venialiter peccabit, si deseruerit beneficium rationabili de causa, scilicet ob contrahendum matrimonium cum vidua diuite, aut ob tractandam litem criminalem, sic enim dicit Caietanus in sua summa corrigēs in hoc sententiam, quam tenuerat in partibus D. Thom.

Caiet. ī sū. ver. Aposta. & in 2.2 q 12 art 1.

2 Secunda Conclusio, Qui suscipit primam tonsuram sine intentione seruiendi ecclesiæ, nisi vt fruatur priuilegio clericali, aut vt gaudeat exemptione fori, peccat mortaliter, cum sic faciat iniuriā ecclesiæ; si vero ordinatur bona intentione, non peccat, nec tenetur habere intentionem se velle esse sacerdotem, sed sufficit velle seruire ecclesiæ, vt dicit Nauar. estque communis opinio Theologorum, vt colligitur ex his, quæ dicit Bannes.

Nau. in c.28. ad dito su. per c. 25 nu 108. & Bānes 2 2. q. 12 art. 1.

3 Tertia Conclusio. Qui est ordinatus prima tonsura, & affert eam apertam, si est solum in minoribus constitutus, non peccat deferens quascunque vestes, cum deferat, quod principale est in statu Ecclesiastico; peccat tamē mortaliter omittens habitum, & tonsuram, si habeat aliquod beneficium pingue, aut dignitatem ecclesiasticam, quia in hoc casu tenetur recitare horas canonicas, & sic habet eandem obligationem deferendi habitum clericalem, cum ambo hæc sint annexa beneficio. Hinc infertur quod ille, qui solum habet regressum beneficij, aut dignitatis, non est necesse, quod deferat dictum habitum, cum non teneatur recitare horas canonicas, vt resoluit Bannes.

Bannes vbi sup.

4 Quarta Conclusio. Ordinati ordine sacro, si deseruerunt ita habitum clericalem, vt nullo signo exteriori possit cognosci eorum status, peccant mortaliter; licet non faciant id animo occultandi se, nisi faciant id animo, ne amittant vitam, aut obseruanda bona sua, quia leges ecclesiasticæ non obligant cū tanto periculo; & nisi etiam deserant per aliquod breue spatium, & si aliquo actu exteriori cognoscitur eorum status; quia in hoc casu, dummodo non sit scandalum, non peccat mortaliter, & peccat mortaliter, si secundum habitum aliorum clericorum nascatur aliquod scandalum ex suo habito diuerso, vt resoluit Bannes: qui etiam probat, quod ordinatus ordine sacro cum intentione vagandi occultans statum suum, vt sit maiori libertate faciat peccata, deserit habitum clericalem, licet relinquat per paucum tempus, peccat mortaliter.

Bannes vbi sup.

5 Quinta Conclusio. Qui bona intentione, & fide susceperunt ordines minores, & dubitant probabiliter, an susceperint eos necne, si postea suscipiant ordines maiores non egent dispensatione, quia non incurrerunt aliquam censuram, debent tamen ordinari ordinibus minoribus; sicut, quando aliquis dubitat, an sit baptizatus, potest iterum baptizari cum conditione. Hinc infertur, quod collatio beneficij ecclesiastici, quę illis fuit facta iam ordinatis ordinibus maioribus valuit, & de eo non est necesse, quod renouetur iterum; collatio vero beneficij facta ante ordines sacros, est necesse, quod renouetur, cum à principio non valuerit, quia ipsi erant sæculares, & per consequens incapaces beneficij ecclesiastici, vt dicitur in iure.

ca 2. de de colb.

6 Sexta Conclusio. Qui suscipiens primam tonsuram non dixit saltem cum attentione illa verba, *Dominus pars hæreditatis meæ, &c.* nō debet turbari scrupulo, & sic debet se reputari ordinatū, vt possit transire ad alios ordines; primo, quia prima tonsura proprie non est ordo, vt dicūt D. Th. & Nau. secūdo, quia dato, quod esset ordo, dicta verba non pertinent ad eius substantiam, sed sufficit, q̄ Episcopus faciat res necessarias, vt discedat à populari statu, & alliget eum ad clericatum remanente ipso inter hęc duo extrema status, sicut est cathecumenus inter baptizatum, & nolentem baptizari, & non obstat, quod non sequatur Pontificale, quod dicit, quod, qui ordinatur, debet dicere illa verba, dum Episcopus facit reliquas res, quia non

D. Th. ī 4. d. 34. Nau. in Ma. ca. 12. n. 18 Nau. li. 1 cons. tit. de tēp. ord. con sil. 2.

non præcipit, vt dicant ea tanquã quid substantiale, & etiam quia pauci sunt, qui recordentur dixisse dicta verba, vt resoluit Nauarrus.

Nau. in Man. ca. 25 nu. 2 So in 4. d. 25. q. 1. art. 3. § 3. suspensionis casus est, c. 17. nu. 142.

7 Septima Conclusio. Qui suscipiunt prius ordines sacros, non susceptis minoribus, peccant, & sunt suspensi, non vero irregulares, vt dicunt Nauarrus, & Sotus, quod debet teneri, licet idem Nauarrus teneat, quod est irregularis. Verum est, quod si susceptis ordinibus minoribus suscipiant iterum maiores incurrent irregularitatem, secundũ D. Antoninum, quem sequitur Nauarrus, secundum quem non solum bis baptizatus scienter remanet irregularis, sed etiam quiuis, qui bis suscipiat Sacramẽtum imprimens characterem, quod nõ est iterabile, vt resoluit Nauarr. in quodam consilio.

Idẽ Nauar. id. c. 27. nu. 266. Idẽ Nauar. li. 1. consil. 3 de tẽp. ordina. cons. 35.

8 Octaua Concl. Qui suscipiunt prius diaconatum quam subdiaconatum, suscipiunt characterem, nõ suscipiunt vero executionem illius ordinis, cũ remaneant suspensi, & ordo, qui non fuit susceptus, cum cautela debet suppleri, vt definitur in iure. Verum est tamẽ, quod si ignarantia, & negligentia fuit aliquis ordinatus per saltum, non remanet ipso iure suspensus; si vero fuit ordinatus scienter, remanet ipso iure suspensus, & celebrans in ordine suscepto, aut relicto remanet irregularis: sic enim dicũt Gregorius Lopez, & Salzedus, secundum quod debet intelligi, quod circa hoc punctum tradit Syluest.

c. vni. de cler. per saltum promo.

Greg. l. 28. tit. 6 p. 1. Salzed. i prac cr. c. 24. iux ta fin. Syl. ver. irregul. vers. 1 q̃ ritur.

9 Nona Concl. Potest Episcopus dispẽsare cum promotis per saltum, si sit legitima causa, & ordinatus non administrauerit in ordine, vt dicit Concil. Trident. ex cuius verbis constat manifestè non esse licitum Episcopo dispẽsare, qñ ipse sic ordinatus per saltũ administrauerit, nec in dicto Concilio fit distinctio ab eo, qui administrat sciẽter, aut ignoranter, & sic attento hoc decreto potest teneri de iure, quod ordinatus per saltũ celebrans de facto, siue sit ignoranter siue scienter, semper eget dispensatione Summi Pont. vt aduertit Salzed. & secũdum hanc doctrinam debet intelligi, quod tradunt Nauarrus, & Greg. Lop. circa hoc punctum; quod intelligitur, nisi hæc suspensio procedat à delicto occulto, quod nõ sit deductum in forum exterius, vt dicit Henriquez, quia tunc Episcopus poterit dispensare in eo secundum Concil. Trident.

Concil. Triden. ses. 23. c. 14. de reform. Salzed. vbi sup.

Nau. ca. 26. nu. 715. & c. 27. nu. 241. Greg. in lib. 63. verb. otras cosas i medio tit. 5 p. 1. Henriq. 3. 10 lib. 14. de irreg. c. 8.

10 Decima Concl. Et ex est certa, quod, qui ordinatur non existens baptizatus, non suscipit characterem, & sic non remanet ordinatus, vt est determinatio in iure, vnde non incurrit pœnas, quas incurrunt, qui ordinantur per saltum, si tamen post receptionem Baptismi ante receptionem Sacramenti Confirmationis ordinatur, recipit characterem, & licet peccet, non incurrit aliquam censuram ecclesiasticam. Vnde Conc. Trid. solum dicit, quod nullus ordinetur nisi prius confirmetur, non vero addit aliquam pœnam contra eum, qui non confirmatus suscipit ordinem, potius dicit Sotus, quod non peccat mortaliter, quem sequitur Nauarrus, cuius opinio, dicit Salzedus, quod nõ potest nunc teneri, quia Concil. Trident. imponit præceptum, & cum sit de re graui, obligat sub mortali, ostenditque Nauarrũ esse contrarium sibi in hoc puncto, quia dicit alibi, quod solum erit liber à culpa mortali, si habet legitimam causam.

c. veniẽs de presbyt. non bapt. iz. Concil. Triden. ses. 23. c. 4. de reform. Sot. in 4 d. 24. q. 1 art. 4. ad finem. Nau. in Man. ca. 22. nu. 9. Salzed. i prac. cr. cap. 24. pag. 18. Nau. ca. 25. nu. 69.

De ordinatis ab Episcopis excommunicatis, suspensis, aut interdictis. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

An ordinati ab Episcopis excommunicatis, & suspensis recipiant Sacramẽtum Ordinis num. 1.

An Episcopus excommunicatus ordinans fiat irregularis, ibid.

An ordinati ab Episcopo excommunicato possint dispensari ab eodem Episcopo, ib.

An ordinati ab Episcopo interdicto, simoniaco, hæretico, deposito, & degradato fiant irregulares, ibid.

Depositus quis dicatur. & differentia inter depositum, & degradatum, quæsit. ibid.
An ordinati scienter, vel ignoranter ab Episcopo excommunicato, si ingrediantur Religionem possint absolui, & dispensari à suis Prælatis, ibid.

1 Conclusio est satis verificata, quod ordinati ab Episcopis excommunicatis recipiunt vere Sacramétum ordinis, dummodo ipsi Episcopi seruent formam sacramenti, vt post alios tradit Sotus, & Maiolus. Verum est tamen, quod non possunt exercere actus ordinum receptorum, vt resoluũt Couarr. Nauar. & Ledes. & idem est loquendo de ordinatis ab Episcopo suspenso; Episcopus autem excommunicatus remanet irregularis ordinãs eos; si vero ignorantia culpabili fuerunt ordinati, Episcopus, idem dispensate cum illis in suspensione, quam incurrerunt quo ad ordines susceptos, & suscipiendos poterit; si vero hoc factũ fuit scienter, solus Papa potest dispensare cum illis. Difficultas vero est, quomodo Episcopus excommunicatus, si ordinauit eos ignorantes eius excommunicationem, potest cum illis dispensare, quia esset dispensare in suo proprio delicto; vnde dicunt de necessitate recurrẽdum esse ad Papam, aut Metropolitanum; ego tantum puto, quod idem Episcopus, cum fuit absolutus, potest dispensare, quia licet dispenset in proprio defectu, non dispensat tamen in eo, quod pertinet ad se, idest, quod non dispensat in irregularitate, quam incurrit excommunicatus ordinans, sed in suspensione, quam incurrerunt, qui ab eo ordinati fuere, & si fuerit suspensio ordinati occulta, & non deducta ad iudicium, sine dubio poterit dispensare in hoc casu, secundum authoritatem, quam Concil. Trident. sess. 24. capit. 6. tribuit Episcopis, & secundum hoc debet intelligi Nauarr. Noteturque quòd ille, qui ignoranter inuincibiliterque fuerit ordinatus ab excommunicato Episcopo, non remanet suspensus, cum non habuerit culpam, & idem est, si ordinetur metu cadente in virum constantem, vt dicunt Nauar. & Ledes. supra allegati. Noteur etiam supradicta habere locum etiam in interdictis, simoniacis, hæreticis, depositis, & degradatis, quia illi, qui ab eis recipiunt ordines, remanent irregulares. Depositus autem erit ille, qui est priuatus executione legitima officiorum, & beneficiorum ecclesiasticorum sine spe restitutionis: verum retinet priuilegium clericale, in quo differt à degradato, quia hic priuatur etiam priuilegio clericali cum certa quadam solemnitate, vt dicit Syluest. Notentque qui ingressi fuerunt religionem, cum essent ordinati ab Episcopis excommunicatis scienter, vel ignoranter, quòd possunt absolui, & dispensari à suis prælatis à censuris, quas incurrerunt, vt concessit Sixtus IIII. Generalibus, Prouincialibus, & Vicarijs Prouincialibus nostræ sacræ religionis regularis obseruantiæ. Alia erant dicenda circa horum materiam, relinquo ea tamen, quia aliqua eorum dicta sunt in materia irregularitatis, & alia tacta sunt in explicatione cruciatæ, & alia tangentur in materia suspensionis, & alia non practicantur nisi raro, aut nunquam; mea autem intentio est tractare hic de rebus magis practicabilibus.

Sot. in 4 d 25. q. 2 art. 2. Maiol. d irreg. li. 4. ca. 25. Cou. in c. alma mater, 1. q cap. 6. num. 9. Nau. ca. 27. nu. 141. in Latino, & vulg. nu. 242. & c. 25. num. 69 Led. i 4. in tract. de irregul.

Syl. ver. degradatio.

De columbarijs, & columbis.

Cap. XIX.

SVMMARIVM.

An peccent illi, qui faciunt columbaria in locis prohibitis, conclus. 1. num. 1.
An peccent, qui iaciunt semina in sua columbaria vt attrahant sic columbas alienas ad illa conclus. 2. num. 2.
An peccent venantes columbas alienas extra terminum trium milliarium. conclus. 3. num. 3.

Pri-

1 Prima Conclusio. Non peccant regulariter loquẽdo, qui habẽt columbaria in locis, vbi nõ est lex quæ id prohibeat, estque consuetudo, quæ id permittat, & populi non q̃ri tur, nec fit notabile damnum: hęc cõcl. est Nau. qui tractat melius ceteris meo iudicio hanc materiam, de qua agunt Sotus Armilla, Angl. & Ludo. Lop. qui varius videtur in eius resolutione, & probatur hæc conclusio, quia pertinet ad sustentationem; & licet faciant aliquod damnũ comedẽtes semina terrę, multo maius est cõmodum ꝙ efficiunt suo stercore, & reges tolerant hæc colũbaria, in quib. si non essent hæ colũbæ domesticæ, essent aliç aues, vt sunt coturnices; & aliæ colũbæ syluestres, quæ facerent idẽ damnũ, vt bene ostẽdit Silu.

Nau. in man. c. 17. n. 127 sot. li. 4. de iusti. q. 9 ar. 9 5. lit. ver bor. rest. 3. §. 4. Armilla ver. columbarium. Ang. in floribus in mat. de rest. Lup. in instr. cõsil. 149. silu. restit. 2. q. 4.

2 Secunda Conclusio. Qui iacit in suum columbarium semina, & vtitur arte, vt sic attrahat columbas alienas peccat cum obligatione restitutionis: verũ est, quòd paucitas materiæ excusabit à peccato mortali vt dicit Med. Compl. quòd limitat Nau. vt procedat in illo, qui hac arte intendit attrahere dictas colũbas alienas; ille verò qui pręcipue intendit pascere, & retinere proprias, ne transeant ad aliud columbarium, nõ incurrit dictam pœnam.

Med. de reb rest. co. 22. Na. vbi supr. nu. 128.

3 Tertia Conclusio. Probabilius est, & certius, quod venantes in Hispan. columbas extra terminum trium miliarium ex columbario alieno, tenentur restituere illas, si non amiserint consuetudinem redeundi ad sua columbaria; q̃a in hoc casu non amittit dominus earũ dominium, nisi constiterit, quod per duos, aut tres dies nolunt redire ad ea, & nisi aliqua lege liberentur ab hoc peccato, & restitutione, quod licet dicat Ludouitus Lopez esse legem permissiuã, & habere locum in foro exteriori solũ; ego tamen puto esse legem concessiuã, & habere locum etiam in foro consciẽtiæ, quia vt plurimum lex, quæ excusat a peccato, est lex concessiua, non autem solum permissiua.

4 Quarta Conclusio. Licet multi DD. vertant in dubium, an qui venantur eas intra spatium a lege concessum, ne possint capi, teneantur eas restituere, probabilius tamen est, quod tenentur restituere, non tamen debent constringi ad illud tanto rigore, ac si in proprio columbario accepissent. Noteturque, quod qui habent sata intra terminum legis prohibentis, quod in eo non possint colligere dictas columbas, possunt eas nihilominus licite capere sine vlla obligatione restitutionis, si reperiant eas in suis satis comedentes semina eorum; quia lex naturalis concedit licentiam damnificato, vt impediat propriũ damnum, quòd commode non potest impediri, nisi dictæ collumbæ colligantur. Circa hanc materiam videantur aliqua in materia venationis. p. p. c. 37.

De pascuis. Cap. XX.

SVMMARIVM.

An sit licitum dominis pascere greges suos in pascuis vetitis reipublicæ, concl. 1. num. 1.

Prima Conclusio. Illicitum est Dominis Reip. pascere greges suos in pascuis vetitis à Rep. & assignatis ab ipsa macellarijs vt ibi pascantur greges eorum, obligatis ob id ad prouisionem carnium Reipub. ratione cuius etiam commodi obligantur vendere carnes minori pretio, quia si personis particularibus est hoc prohibitum ratione boni communis, quare erit concessum ipsis dominis reipub. quidam. n. dominus villarum quarundam horum regnorũ faciens damnũ dicebat mihi, esse illi illicitũ hoc, quia sicut nullũ est pratũ ꝓhibitũ tauris, nec equis, & iumẽtis ad prolem reseruatis pro bono cõi, quod causant reipub. rõne prolis, sic nõ debet esse pratũ, nec pascua interdicta dominis locorum in eis ob vtilitatem, quam ipsi faciunt republic. gubernantes eam: ad quod respõdeo, quod dicti tauri, & eq

non

non habent millia ducatorum redditus ad sui gubernationem, sicut habēt ipsi a subditis pro dicta gubernatione, vnde sequitur dictos dominos teneri restituere hoc damnum macellariis, aut rei pub. si constet quod macellarij nolunt dare carnes pretio solito ob dictum damnum, quod fit in dictis pascuis. Tenētur etiam huiusmodi domini restituere damna, quæ efficiunt pascentes greges suos in prædijs, & campis suorum vasallorum, & priuatorum, licet ipsi non petant, quod restituatur illis, quia si tacēt, est, quia non audent contradicere, vt resoluunt Cord. Nauarr. & Cou. qui addunt posse dominum oppidi pascere gregem suum in pascuis communibus oppidi, vbi degunt, ita vt pascat tantū, quantum pascunt duo ex ditioribus vicinis oppidi, & hæc est opinio authoris speculi conscientiæ. Circa priuatos reipubl. qualiter possint pascere in pascuis aliarum rerum publicarum, & econtra, videatur, quod dictum est in materia incisionis lignorum in montibus communibus p.p. cap. 38. quia eadem est ratio.

Cord. 𝔦𝔫 casib. q. 118 Nau. in sum Hy sp. c. 25. nu. 6 & c 17. nu. 120. vs. que ad nu. 128. Cou in pra. qq. c. 27. spe cul. con. c37.

De paupertate videatur infra in cap. de religione. Cap. 33.

De pensionibus. Cap. X.

SVMMARIVM.

An possit Papa sine iusta causa assignare pensionem. concl. 1. nu. 1.

An in commutatione possit poni pensio alicui eorum, concl. 2. num. 2.

An filij illegitimi clericorum possint habere pensiones super beneficijs, quæ patres eorum habuere, aut habent, concl. 3. n. 3.

An renunciatio beneficij in fauorem alterius sit causa sufficiens, vt possit imponi pensio super eo. concl. 4. num. 4.

Quæ pensio debeat assignari, quando vult imponi concl. 5. num. 5.

An quando renunciatur beneficium in fauorem aliquorum pensionariorum, sit necesse, quod exprimatur valor benef. concl. 6. num. 6.

An possit, qui habet quandam pensionem super quodam beneficio cum facultate transferendi, reseruare eam sibi, quousque vixerit, conclus. 7. num. 7.

An possit redimi pensio sine authoritate Papæ, si sit pensio constituta super aliquo benefi. conclus. 8. num. 8.

An possit solui, & recipi pensio sine litteris apostolicis, concl. 9. num. 9.

An teneatur quis viuere, & agere sicut clericus habens pensionem tenuem. conclus. 10. nu. 10

An teneatur pensionarius ad sumptus fabricæ ecclesiæ: conclusione 11. numero 11.

An coniugati possint habere pensiones. conclus. 12. num. 12

An possit absolui, qui habet sine iusta causa multas pensiones, & beneficia simplicia, concl. 13. nu. 13.

1 PRima Concl. Cum Papa nō possit omnino dñs reddituū ecclesiasticorum, sed solum dispensator, non poterit instituere, quod qui habet beneficiū ecclesiasticū tribuat alteri partem redditus eius, quod est quædam pēsio, nisi sit iusta aliqua causa illarū, rōne quarū institutæ sunt pēsiones, q̃ sunt, quæ sequūtur. Prima quod beneficiatius, qui est infirmus, senex, aut nō idoneus ad seruiendum beneficio detur coadiutor, vt ordinatur in iure, qd nunc ēt in Concil. Trid. præcipitur. Secūda, qñ ille, q̃ seruiuit p multos annos alicui ecclesiæ pro Episcopo, aut beneficiario, si resignet his præbendas, detur ei aliqua pensio. Tertia causa est, qñ aliquis auget bona spiritualia, aut temporalia ecclesiæ, aut pōt eam augere doctrina, aut sanctitate, aut obuians inimicis eius, & hac de causa concedit Sanctitas sua nostro Regi Catholico Philippo Excusadū, Quarta qñ aliquis clericus est oppressus paupertate. Quinta qñ duo clerici litigant super aliquo beneficio panguntque, quod vnus habeat beneficium, & alius gaudeat quadam pensione. Estque ad-

c. quamuis 7 q. 1 Concil. Tri. sess. 21. c. 6. de ref.

aduertendum, quod Conc. Trid. precipit, ne assignetur pensio in aliquo episcopatu, cuius redditus non excedunt duo millia ducatorum: nec assignetur pensio in ecclesia parochiali, cuius redditus non excedunt centum ducatos.

Arag. 2. 2. q. 190. ar. 4.

Ex dictis infert Arag. quod pensiones, quas obtinent reges pro seruis suis, & quas suis familiaribus concedunt Pontifices, possunt iustificari, quando merita Regum, & Principum fuerint talia in defensione, & seruitio ecclesiæ, vt videatur petere à summo Pontif. vti patre vniuersali, & Vicario eius, vt adiuuet eos ad subleuanda onera, & graues obligationes, quibus tenentur; illæque erunt iustiores pensiones, quæ dantur scolasticis pauperibus, & nobilibus, à quibus speratur vtilitas futura ecclesię, semper tamen in hoc negotio debet fugi excessus, vt dicit Aragon.

Arag. 2. 2. qu. 13. ar. 3. f. 321. p. 1.

2 Secunda Conclusio. In commutatione beneficiorum, si vnum alterum excedat in valore redditiuum, potest constitui aliqua pēsio ratione illius excessus, sic enim tenet Abbas, & post alios Couar. Sotus, & Victoria, quod debet teneri, licet cum Adriano teneant contrarium aliqui relati à Gigas, & Gomez.

Abb i c. ad q de rerū pmu. n 3. Co. l. 1. var c n. So li. 10 de iusti. q. 5. ar. 3. Vict. in repet. de sim. n. 5. 2. Gig. de pēsio. q. 21. Gomez in q. de infirmis resig. 16. ar. 4.

4 Tertia Conclusio. Filij illegitimi clericorum non possunt habere pensiones super beneficijs, quæ eorum patres actualiter habent, aut aliquando habuere, vt ordinat sanctum Concil. Trid. Verum est, quod possunt illi habere pensiones in ecclesijs, vbi eorum patres habuerunt aliquod beneficium, dummodo non sint impositæ super beneficijs, quæ habuerunt eorum patres, quia Concilium non compellit resignare pensionem, sed beneficium solum in ecclesia, vbi eorum patres habuere beneficium; & etiam quia habentes pensionem, non tenentur ministrare dictæ ecclesiæ, ratione cuius administrationis est illis prohibitum habere beneficium, vt colligitur ex iure.

Cōc. Tr. sess. 25. c. 15. de reform.

4 Quarta Conclusio. Sola resignatio, aut renunciatio beneficij in fauorem alterius non est causa rationabilis, & sufficiens, vt licite possit imponi aliqua pēsio super illud beneficium, quæ detur resignanti, itaq; aliqua alia debet esse causa, vt imponatur; sic enim tenet Sotus, quem sequitur Cordu. Hinc sequitur esse illicitum contractum satis frequentem. s. quod quis resignat beneficium suum in fauorem Petri hac conditione, quod Petrus consentiat resignantem reseruare sibi quandam pensionē, cum qua teneatur respondere singulis annis, quia non imposita hac pensione alia de causa, nisi quia resignat illud beneficium, est species simoniæ. Secundo sequitur esse illicitum, & perniciosum ecclesiæ resignare aliquod beneficium suum in fauorem Petri pacto, quod Petrus consentiat reseruationi omnium fructuum beneficij resignanti per totā vitam eius; quia ex hoc pacto sequitur, quod quis habeat titulum, & onera beneficij, & alius gaudeat fructibus sine vlla obligatione, & sine causa rationabili, quæ excuset hanc tam excessiuam pensionem.

Sot. li. 3. de iust. q 69 artic. 11, & li 9. q. 7. ar. 2. Cord. li. 1 qq q. 21. pag. 291.

5 Quinta Conclusio. Non potest dari regula certa, quæ pensio debeat dari, nisi dicatur illam esse iustam pensionē, quæ non causat defectum beneficiario, qui remanet cum titulo, & onere beneficij, vt cum redditibus qui remanent, possit sustentari commode; & ideo videtur, quòd pensio non debet excedere tertiam partem redditiuum.

6 Sexta Conclusio. Licet, quando de nouo impetrantur aliquod beneficium à Papa, non valeat eius collatio, si non fuit facta relatio redditus annui illius secundum constitutionem quandā Pij V. in renunciationibus tamen & resignationibus beneficiorum, quæ fiunt in fauorem aliquorum pensionariorum secundum eorum pactum valet collatio, & concessio Papæ: licet non exprimatur valor ipsius beneficij, cum ipsi consentiant in suum præiudicium, qd affirmat Cordu. sic practicari in curia Romana inter curiales.

Cord. d casib. q. 166. fol. 459.

7 Septima Conclusio. Quando quis

habet

habet aliquam pẽsionem super aliquo beneficio cum facultate transferendi eam, non potest eam transferre reseruans eam sibi pro vita sua, quia sic esset simonia; quod probatur quia, licet dicta pensio non sit beneficium, non potest tamen negari esse rem spiritualem, aut annexam spiritualitati, multo magis quam ius patronatus, vnde dicta translatio erit nulla; & vt sit valida, est necessaria authoritas Papæ, cum dictus pensionarius solum habeat licentiam transferendi pensionem, non vero vt transferat cum illa conditione reseruationis; quia hoc illi non dedit Papa, nec ab alio potuit concedi, & vt actus valeat, debet esse potestas, & voluntas, vt dicitur in iure; & sic debet cauere hic pensionarius, ne transferat dictam pensionem sine licentia summi Pontif. cum dicta reseruatione, quia poterit accusari ab aliquo de confidentia; & ille, ad quem transfertur, expoliabitur, instante beneficiario, qui soluit eam. Verum est tamen, quod licet dicta renunciatio sit simoniaca, non ideo incurritur per eam excommunicatio extrauagantis 2. de simonia, quia secundum sententiam receptam hæc extrauagans non excommunicat nisi simoniacos in ordine, & beneficio, & hic non commisit simoniã in beneficio, sed in pensione, sic enim resoluit Nau. in quodam cons.

Na. li. 3. consil. consil. 46 tit. de præben.

8 Octaua Conclusio. Pensio legitime constituta super aliquo beneficio ecclesiastico non potest redimi sine authoritate Apostolica; & ratio est, quia pensio non potest constitui sine authoritate Apostolica, & si inferior Papa constituit eam, debet esse iusta de causa, secũdum quod resoluit Felynus; & etiam quia pensio est annexior spiritualitati, quam ius patronatus secundum D. Th. & ideo non potest redimi sine authoritate Papæ, cum annexum spiritualitati non possit alienari, nec vendi sine vitio simoniæ, vt dicitur in iure, quod debet teneri contra Caieta. qui putat pensionem esse rem mere temporalem, quia est quoddam annexum spiritualitati nõ antecedenter, sicut patronatus, sed dependenter sicut beneficium; & sic sicut beneficium non sunt eius fructus, sed ius illorum percipiendorum, eodẽ modo pensio non est certa pensio fructuũ mensæ, aut beneficij, sed quoddam ius percipiendi eos, vt probat, & resoluit Nauarr. in quodã consilio contra Caiet.

Fel. in c. ad audientiã, nu. 2. de presc. D. Tho. 2. 2. qu. 100. ar. 5. D. Tho. vbi sup. Caie. 1. tom. opusc. tra. 31. & tra. 1. 17 q. 10.

Na. li. 3. cons. tit. de præben cõs. 32.

9 Nona Concl. Non põt solui, nec percipi pensio sine litteris Apostolicis, ita vt qui recipiunt eas sine illis, priuentur beneficijs, quæ habent & remaneãt inhabiles ad habendum in posterũ, vt ordinauit Pius V. in quadam sua constitutione data 1569. & tenet Cord. postea tñ ac Papa dicit, *Fiat*, potest percipi intra sex menses, licet bullæ non sint expeditæ, quibus transactis, non licet amplius, nisi bullæ expediantur, vt tenet Cord. dicens, sic audiuisse à curialibus Romę practicari. Vnde infert, quod trã sactis sex mensib. & non expeditis bullis Apostolicis, licet Papa dixerit, *Fiat*, non poterit perferre dictam pensionem tam qui suscipit, quã qui soluit: sed incurrunt excommunicationem Papalẽ, & alias censuras motus proprij Pij V. supra allegati.

Cord. de casib. q. 165. fol. 449.

Cordu. vbi sup. q. 166. f. 452.

10 Decima Concl. Clericus, qui ex eo, quod habet pensionem tenuem, cõfert se ad bellum, rediens ab eo, si incedat habitu militari, tenetur viuere sicut clericus omittens vitam militarem, vt dicit Nauarr. contra Sotum; non tenetur tamen restituere fructus perceptos pensionis recitans officium Beatæ Mariæ, sicut non possunt negari fructus beneficij beneficiario, qui recitat horas Canonicas, licet non viuat vt clericus, & sit homicida, & incidat in irregularitatẽ, quia non amittit ipso iure fructus eius, vt tenet Innocentius communiter receptus, potius potest eos licite postulare, vt viuat decenter, & det eleemosynam pauperibus, vt resoluit Nauarr.

Na. contra Sotum de ora. miscel. 45.

Innoc. in c. cũ nostras de concessi præbẽ.

11 Vndecima Concl. Clericus pensionarius, qui habet pẽsionem super quodam beneficio ecclesiastico, & percipit fructus, tenetur soluere expensas factas in reedificanda ecclesia, nisi pensio fuit impo-

Na. li. 3. cõs. ti. de præbẽd. cõs. 55.

Gig. in tract. de ref. ad quasdã q. ei ꝑpositas sup pension. q. 8.

imposita libera ab omni onere; sic enim dicit Gigas.

12 Duodecima Conclusio. Non peccãt coniugati capientes authoritate Apostolica pensiones super beneficijs, dummodo consumant eas, vt sustentent suũ statum, non vero ad pompam, & sumptus superfluos; sic enim tenet Nauarr. contra Sotum addit tamen Nauarr. qd raro, aut numquam debet Pontif. concedere his pensiones ob scandalum, qd inde nasci potest. Nauarrum sequitur Ludouicus Lopez.

Nau. in Man. c. 25. nu. 119.

Lop. in iſtr. cõſ. 2 q. ca. 106.

13 Decimatertia Concl. Pensionarius, qui habet multas pensiones, aut multa beneficia simplicia sine iusta causa, potest absolui cum conditione, qd efficaciter proponat non suscepturũ amplius, & quod in consumptione redituum habebit se Christiane, & pie, sic enim dicit Cord.

Cord l. 1. q. 21. iuxta finem.

De Accidia, siue Pigritia. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

Accidia quid sit, & quando est peccatum mort. nu. 1.

Accidia quare sic dicta. nu. 2.

Accidia quot filias pariat, & cur vocata pigritia, nu. 3.

1 DE Accidia tractat Nau. in Man. cap. 23. nu. 124. & 125. quæ generaliter sumpta continet omnem tristitiam de quocumque spirituali bono, vt dicit idem Nauarr. vt sup. citans D. Th. 2. 2. q. 35. ar. 2. sed sumpta specialiter, vt hic sumitur, est quasi nausea, & tristitia rerum spiritualium, quatenus suas bona diuina, vt dicit idem D. Th. vt sup. & Caiet. verb. accidia. Dixi, *rerum spiritualium*, ad excludendum tristitiam de bono temporali. Dixi, *quatenus sunt bona diuina*, ad excludendum tristitiam de bonis spiritualibus virtutum moralium. Quare hoc peccatum ex sua natura est mort. quando tamen aliquis accidia omittit facere aliquid, ad quod tenetur peccat mort. aut venialiter secundum materiam præcepti, quod fregerit, vt dicit Siluester verb. Accidia, cap. 2. & Nauar. vbi supra. Peccát etiam mort. circa accidiam ille, quã tedet esse conceptum, aut natum, & vellet potius viuere sicut brutum.

2 Hoc vitium merito vocatur accidia, quia vt accidum frigefacit calorem, ita hoc peccatum amorem, & desiderium boni diuini spiritualis sui, in animo iam aliunde excitatum; & actus ille sic tristandi, siue tristitia inordinata, est actus, seu peccatum accidiæ, vt dicit Nauar. vt sup.

3 Hoc vitium dicitur capitale, seu principale, quia ex eo sex improbæ filiæ nascuntur iuxta D. Greg. 31. moral. declaratum per S. Thom. vt sup. art. 4. scilicet, Desperatio, Pusillanimitas, Torpor animæ, Rancor, & Euagatio mentis. De quibus vide Nauarr. cap. vt supra. Cur autem à vulgo appelletur pigritia, licet incaute, videtur esse, quia hoc vitium facit hominem pigrum ad bonum diuinum prosequendum, ea ratione, qua, sicut delectantia ad sui prosequutionem monent, ita contristantia remouent, vt dicit ipse Nauar. cap. præcitato, num. 125.

De Pertinacia. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

Pertinacia quid, & quando mort. peccatum, nu. 1.

An sit peccatum esse pertinacem in opinionibus, ibid.

1 PErtinacia nihil aliud est secundum Nauarr. cap. 23. nu. 11. nisi vitium ab inordinate ostentandum iudicium inclinans; siue vt idem dicit eodem cap. nu. 32. est quando quis inordinate suam opinionẽ defendit in ijs, quæ ad fidem catholicam, & mores perti-

pertinent contra communem ſenſum doctorum eccleſiæ, aut in damnum iniuſtum proximi notabile, aut contra opinionem ſuperioris, & ſic eſt peccatũ mort. alias pertinacia eſt venialis ſecundum materiæ grauitatem; ſi enim materia eſt grauis, eſt mort. ſi leuis veniale peccatum; talis eſt etiam ſententia Caiet. verb. Pertinacia, & poteſt eſſe mort. ratione ſcandali, ſi ex ea ſequitur, quod alius non obediat, vt dicit Siluest. Hinc ſequitur quod diſcordia verborum, quę naſcuntur ex contumacia opinionis, erit peccatum mortale, quando ſequitur dã num notabile, aut de ſeruitium Dei, aut ſcandalum, vt dicunt Caiet. & Nauarr. qui affirmant, quod pertinatia, & ꝙ̃ affirmatio verborum ſolum cauſa exercitij, & diſputationis non eſt peccatum mortale, eſtque peccatum veniale, quando tranſgreditur limites rationis, vt dicunt Caieta. & Nauarrus vbi ſupra.

Caie. vb. ſu. & Na. vbi ſu. n 32.

De Prædicatoribus. Cap. XXIV.

SVMMARIVM.

An poſſint prædicare, qui non habent ordinem ſacrum, concl. 1. nu. 1.

An Religioſus poſſit prædicare ſine licentia ſuperiorum, & an debeat ſe præſentare Epiſcopo obtenta licentia ab ipſis, concl. 2. nu. 2.

An Parochus poſſit dare licentiam prædicandi, ibid.

An Prædicatores ſocietatis Ieſu poſſint in itinere prædicare vbicumque fuerint, ibid.

An prædicator prædicans in peccato mortali peccet, concl. 3. nu. 3.

An ſit peccatum reprehendere peccata occulta. concl. 4. nu. 4.

An ſit licitum reprehendere publice prælatos eccleſiaſticos, & Commendatarios religioſos D. Ioannis Hieroſolimitanos, concl. 5. nu. 5.

An ſit excommunicatus prædicator, qui prædicat aliquod miraculum falſum ſcienter, concl. 6. nu. 6.

An prædicator ſuſpenſus à prædicatione ſit irregularis prædicans, concluſ. 7. num. 7.

An peccent prædicatores vtentes elocutionibus Rhetoricis, & modis loquendi extraordinarijs. concluſ. 8. nu. 8.

1. PRima Concluſio. Poteſt Epiſcopus, aut qui habet facultatem ad illud, dare licentiam alicui, qui non habeat ordinem ſacrum, vt prædicet, quia nullo iure naturali, nec diuino, nec humano canonico ſaltem ſcripto eſt hoc vetitum; & licet in quodam canone dicatur, quod nullus, niſi ſit ſacerdos Domini, audeat prædicare, hoc intelliguntur ſua authoritate, quia non poterit prædicare, ſi non habet authoritatem ad illud, & facultatem; & licet in alijs canonibus dicatur, quod ad Diaconum pertinet prædicatio, hoc intelligitur de prædicatione Euangelij, quod prædicat, & publicat, ac cantat Diaconus in miſſa ſolemni, vt dicit ibi gl. aliaque tradit in comprobationem huius Nauarr. lib. 1. conſ. tit. de temp. ordin. conſ. 2.

2 Secunda Concluſio. Nullus religioſus poteſt exercere officium prædicationis in eccleſijs parochialibus, nec in conuentibus ſuæ religionis, ſi non fuerit prius examinatus à ſuis ſuperioribus de vita, & moribus, ac ſcientia, & ſi non fuerit ei conceſſa licentia à dictis ſuperioribus, cum qua perſonaliter debet præſentari Epiſcopo, & recipere eius benedictionem, antequã incipiat prædicationem, alias contrauenit Concilio Trident. à quo ſic ordinatum eſt; ideo præcipitur hoc in ordinationibus generalibus noſtræ ſacræ religionis prædicatoribus, ne ſcilicet prædicent, nec in proprijs conuentibus, ſi Epiſcopi contradicant, vt ordinat idem Concilium, quod dicti patres in dicta ordinatione dicunt debere intelligi ſecundum determinationem Concilij Viennenſis; eſtque quando Epiſcopus prædicauerit, aut fecerit prædicare in ſua præſentia, vt dicitur in quadam Clementina.

Cõc. Tr. ſeſſ. 5. c. 2. de Refor. ordina. Tole. f. 50.

Cõc. Tr. ſeſſ. 24 c. 4 de Reform.

Et

Et nota, quod Parochus potest dare licentiam alicui viro docto, graui, aut religioso, & alias probato, vt prædicet in sua parochia, sicut Episcopus in sua diœcesi, & Papa in toto mundo, vt colligitur ex Panorm. & ex Card in Clem dudum de sepult. quia isti dicti sunt ordinarij, & ordinarius potest omnia, quæ sũt iurisdictionis, delegare iure canonico, iuxta gloss. eccep. cap. peruenit. dist. 95. Non tamen potest dare licentiam Parochus alicui, vt confessiones audiat, si nõ habet eam ab Episcopo. Nota etiã, quod prædicatores societatis Iesu semel approbati ab aliquo Episcopo possunt prædicare, quando itinerantur, vbicunque fuerint, Parocho nõ contradicente, vt concessum habent a Gregorio XIII. & dicit Henriquez, nisi in loco, vbi est idem Episcopus, & eadem cõcessione gaudent prædicatores regulares, qui communicant suis priuilegijs.

3 Tertia Conclusio. Prędicator, si eius peccata sint occulta, prædicans non peccat mortaliter, cum prædicare non sit actus sacer, qui exerceatur in [illegible], quando offertur corpus Christi seruiẽs in illo ministerio altissimo, sic enim tenent Caietanus, & Sotus contra Siluestrum, quem sequitur Nauarrus. Verũ est tamen, quod peccat venialiter propter dignitatem, & sanctitatem officij prædicationis, vt dicit Caietan. Dixi, si eius peccata sint occulta, quia si sint publica, ratione scandali, peccabit mortaliter, vt resoluunt Corduba, & Fr. Lud. Lopez.

4 Quarta Conclusio. Non est licitum prædicatori reprehendere publice peccata occulta. Veruntamen de peccato hæresis, si publicum sit, potest etiam reprehendere Prælatos; & idem est de quocunque alio peccato publico, de quo scandalizantur subditi eorum, & est occasio committendi similia, sic. n. tenet Caiet. & videtur expressa sententia D. Gregorius relati a Gratiano in decreto, quod intelligitur, licet putet pro certo prædicator, quod non sit futura emendatio delinquentium, cum in hac reprehensione prætendatur bonũ commune: vnde D. Ioannes Baptista reprehendebat aspere Phariseos, licet sciebat illis non profuturum: vnde sequitur, quod quando ex reprehensione publica peccatorum publicorum non speratur aliquis profectus particularis, vel communis, debet prædicator cessare à tali reprehensione, sic enim dicit expresse D. Hier. & tradit Turrecremata.

Caiet. 3.p. qu. 64.ar.6. Sot.in4. d.1.q.1. ar.6 Siluest.ver. correc. num 15 Naua.in Ma.c.25 nu. 141. Caie. in sum.verb. prædic. pecca. Cord.l.1. qq.q.36 ar.1 pust. Lop.in instr. cõfess.p.c. 19.2 Caiet.2

q.33.a.4 ad 2.ca. Pau. dicit.2 q 7 Ioa.3. a Hie.su p Amos cap.5. Turrec. in c.non est ita q. 2.

5 Quinta Conclusio. Peccat mortaliter prædicator reprehendens publice Prælatos ecclesiasticos, & Sacerdotes, si hoc faciat præcipue, vt satisfaciat gustui sæcularium, vt dicit quædam Clementina, quod debet intelligi, vt dicit ibi Gloss. si reprehendit eos, & nominat eos expresse, aut verbis æquiualentibus assignantibus eos, vt dicit Nauarrus; quia licitum est in generali reprehendere eorum peccata, si adsit prudẽtia; & licet Clementina loquatur de religiosis, idem quo ad peccatum debet intelligi de prædicatoribus sæcularibus, licet non ad pœnas, quæ ibi imponuntur, quod confirmatur a Concilio Lateranensi confirmato à Leone X. quod addit pœnam excommunicationis prædicatoribus regularibus. Dubium autem graue est, an incurrant in eandem pœnam, qui reprehendunt Commendatarios ordinis militaris D. Ioannis Hospitalis Hierusalem, & videtur, quod non quia quamuis sint iudices clericorum secundum eorum priuilegia, non tamẽ habent authoritatem ordinandi, nec dãdi litteras dimissorias, nec possunt excõmunicare, nec possunt dispensare, quia pro hoc effectu habet ordo D. Ioannis positos Vicarios, qui habent iurisdictionem quasi episcopalem in suis Vicarijs.

Cle I §. qu b. de priui & glos. ibi verbo d' trahẽdo Na. vbi sup. nu. 142.

Caiet.2 2.q. 110 idem in sum.verbo, exc. c.18 sub fine.

6 Sexta Conclusio. Peccat mortaliter prædicator prædicans aliquod miraculum falsum sciens, quod sit tale, & incurrit excommunicationem reseruatam Papæ, vt dicit Caietanus, quia mendacium, quod dicitur in simili materia in loco tam graui, tollit quodammodo authoritatem debitam sanctis.

Na.c 17 nu. 163.

7 Septima Conclusio. Prædicator suspensus

spensus à prædicatione prædicans remanet irregularis, quia actus prædicandi est annexus saltem de cōsuetudine Diaconatui, sic enim tenet Nauar. addens cum Caiet. quod quādo prædicat cum sollemnitate cum sacerdote, est certius remanere irregularem, ego tamen teneo contrarium vt dicetur in materia suspensionis.cap.70.num.8.

8 Octaua Conclusio. Peccant grauissime prædicatores, qui gaudent, & delectantur affectata loquela in suggestis adducentes multas authoritates Poetarum, & gentilium, vt ostendant eruditionem, & pruriant, ac insonent aurib. humanis, præcipue illorum, qui abhorrent reprǽhēsiones, qui quidem, vt plurimum non solum non faciunt fructū, sed sæpe nocent, separantes auditores ab auditione prædicatorum spiritualiū, qui prædicant veritatem, & faciunt eos ambulare quasi fascinati post gentilicā curiositatem, & Rethoricam magis humanam, quam diuinā, quos Pater Philippus Diez Prædicator Apostolicus (cuius conciones multam vtilitatem Hispaniæ attulerunt, ac in tota christianitate magna alacritate receptæ sunt) vocat iure merito carnifices Euangelij Dei: qđ si dicāt mihi, Paulum Apostolum principem Prædicatorum etiam adducere similitudines, & authoritatem poetarū in suis operibus ad hoc respōdeo, quod prædicabat gentibus quę tunc erant addictæ his vanitatibus, nos vero nūc prædicamus Christianis, qui iam sunt cum fide coniuncti, & credunt sacræ Scripturæ, de quo thesauro bene intellecto possunt extrahere res, quæ non solum satisfaciant spiritui, & inflamment voluntatem, vt ament Deum, sed etiam possūt extrahere res satis curiosas; & delicatas, quibus delectentur intellectus curiosorum, quia obiectū est veritas, in qua ipsæ continentur; nec tamen ideo volo condemnare Prædicatores, qui in suis concionibus adducunt aliquas res gentilium, dummodo adsit moderatio, secundum quod colligitur a Gratiano in decreto. Grat.37 d.per totum.

De præscriptione. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

Præscriptio, & vsucapio quid sit, & quot requirantur ad præscriptionem.concl.1. num.1.

An qui furatam rem emit bona fide, possit eam præscribere concl.2.num.2.

An hæres, qui possidet bona fide, & titulo rem alienam inuentam a defuncto domi suæ possit illam præscribere. conclus. 3. num.3.

An dubium tollat bonam fidem ad præscribendum.conclus.4.num.4.

Quod tempus sit necessarium ad præscriptionem rerum mobilium, & immobilium.concl.5.num.5.

An quod debetur, pro medicinis pharmacopolis; & quod debetur mercatoribus mercium, possit præscribi per spatium trium annorum.concl.6.num.6.

1 PRima Conclusio. Iuridice possessio bonę fidei rerum mobiliū dicitur vsucapio, immobilium vero præscriptio, vt declarat Alciatus, & vt præscribantur res, requiruntur sequentia. Primum bona fides, vt determinatum est in iure canonico corrigente in hoc ius ciuile antiquum. Secundū possessio cōtinuata per totum tempus ordinatum a iure; & nota, quod hæres continuat possessionem defuncti, cuius personam repręsentat, vt dicitur in quadam lege partitarum, vbi notat Gregorius Lopez. Tertium titulus, quo quis putat, quod res sit sua; & sic fur non potest præscribere, nec qui habet rem mutuatam, aut locatam, vt resoluit Arag. Alciat. in lib. vt sunt. ff. d ver. sig.

2 Secunda Conclusio. Nō potest qui emit rem furatam bona fide, præscribere eam, vt definitum est in iure ciuili, quia vbicunque inuenta fuerit res furata, est comitata hoc onere, quod non possit præscribi, vt dicit Angles contra Sotum. Verum est tamen, quod secundum Siluestrum si hæres rei furatæ bonafide Angl. in floribus 4. de dominio. Soto l.2 de iust. q.5.ar.4 sylu verbo. præscri 1.q.18.

na fide acceptat hæreditatem, & eadē bona fide vendiderit eandem rem alteri, hic poterit eā præscribere per spatiū triginta, aut quadraginta annorum, q̄a licet mala fides defuncti noceat hæredi, vt non possit præscribere, non tamen nocet ei, qui bona fide emit ab illo.

3 Tertia Conclusio. Hæres, qui habet bona fide, & titulo rem inuentam a defuncto domi suæ, poterit eam præscribere, quia non est furto surrepta; & licet defunctus non haberet titulum eius, tamen hæres habet. Hinc infertur, quod si alicui sunt adiudicata aliqua bona per sententiam, quam credidit bona fide esse iustam, si legitimo tempore præscripsit ea, licet post præscriptionem putet, quòd iniuste fuerint ei adiudicata, potest ea licite retinere, vt dicunt Sotus, & Ledesma. Verum est tamen, q̄d licet in conscientia non teneatur ea restituere, dominus tamen eorum poterit in foro exteriori petere restitutionem in integrum, vsque ad quatuor annos sequentes, quod tempus si prætereat, & non petatur res, non tenetur, licet postea petat in foro conscientiæ, dare eam, nisi aduersarius, & iudex impedierunt, quod non peteret eam, vt resoluit Ludou. Lopez contra Medinam Complutensem.

Soto vbi supr. art.5. Ledes. in 2. q. q.19. ar. 1. dub. 14.

Lupus vbi sup. c. 134.

4 Quarta Conclusio. Licet dubium, & scrupulus leuis non tollat bonam fidem ad præscribendum, tollit tamen dubium probabile cū coniecturis probabilibus, q̄ res possessa nō sit propria; & non solum interrumpitur præscriptio per dubium practicum, sed etiam per speculatiuum, quod probatur ex eo, quod tradit Corduba dicens hanc propositionem esse verā: quod qui dubitat speculatiuè, tenetur etiam dubitare practicè, nisi aliqua iusta causa excusetur a non habendo dubium practicū, sicut miles, cui præcipit Dux suus, vt prælietur, dubitans, an sit bellum iustum speculatiue, potest præliari, si sit certus practicè, quod non peccat, obediens duci suo; in nostro tamen casu non est ratio sufficiens, vt aliquis dubitet speculatiuè esse eius titulum verum, & sit certus practicè, quod sit verus, q̄d deberet aduertere Medina Compiut. Ex dictis infertur, quod quando quis rationabiliter dubitat an res quam possidet, sit sua, licet nullus eam petat, tenetur adhibere omnem diligentiam, vt deducat veritatem in lucem; & si non potuerit acquirere veritatem, non ideo tenetur relinquere totam illam rem; sed secundum dubium, quod habuerit dn̄s medietatem illi, quem putat esse illius dominum: quod si nec possit certo scire, quis sit verus dn̄s, debet dare aliquā partem pauperibus, & sic remanebit securus in conscientia, vt tenet Aragon.

Cor. 1. 7. qq. q. 5.

Med. de rest. q. 17.

5 Quinta Conclusio. Vt præscribantur res mobiles sæculares, si dominus est præsens, requiruntur tres anni, si abest, requiruntur sex vltra illos: vt autē præscribantur res immobiles, existente vero domino præsente requiruntur decem anni, absente vero viginti, sic enim ordinatum est in lege quadam partitarum, videaturque Siluester confirmās ius cōe: si vero loquamur de rebus ecclesiasticis immobilibus, non fit præscriptio contra ecclesiam illarum dominā existentem in illa eadem ciuitate, nisi per spatium triginta annorum, existente vero extra ciuitatem per spatium quadraginta annorum completorum; contra res vero ecclesiæ Romanæ non præscribitur nisi per spatium centum annorum; & idem spatium requiritur ad præscribendum iurisdictionem ciuilem, aut criminalem Regis, vt dicit quędam lex ordinamenti, vbi id tractat Didacus Perez: Et res, quæ non possunt præscribi, ponit Siluester, de quo hic non tracto, quia nollem esse prolixus; & etiam, quia hæc materia habet multas difficultates, in quibus Confessarij non debent implicari, sed remittere pœnitentes ad iuristas; & quod ipsi dixerint secundum leges fundatas in veritate, debent illi etiam dicere. Solum ponam hic casum ordinarium, qui sequitur.

Aragon vbi sup. pa. 165. col. 1. f. 18 & 19 tit. 39. par. 3. sil. titu. præs. 1. nu. 6. & tit. vsucapio.

l. 6. tit. 1. lib. 3. or di. Vbi Didac. Perez. Siluester bo. præscr. 1.

E Sexta

6 Sexta Conclusio. Est quædam pragmatica in his regnis Castellæ data Madritij anno 1567. quæ est posita nunc in noua compilatione, in qua ordinatur, quod illud, quod debetur pharmacopolis ratione medicinarum, & reliqua, quæ debentur mercatoribus mercium, præscribantur per spatium trium annorum: debent tamen aduertere debitores, quod non possunt gaudere hac pragmatica, & temporis spatio in præiudicium dictorum pharmacopolarū, & mercatorum, nisi in casu, quod soluerint illis omnia debita, & postea post tres annos transactos, iterum petant: quod probatur, quia vt valeat illis hæc exceptio, & præscriptio, est necessarium quod habeant bonā fidem; si vero non soluerint illis; certum est, quod non habent bonam fidem; sic enim resoluit Rebuffus explicans similem legem Galliæ, dicitque esse communem opinionē; vbi dicitur, quod si huiusmodi debitores existentes infirmi putabant dictos creditores esse satisfactos, habet locum dicta præscriptio, si habeant hanc bonā fidem fundatam in aliqua certitudine morali probabili; sic enim tenet idem Rebuffus in alio loco, inferens hinc, quod stipendia familiarium, quæ præscribuntur per spatium trium annorū secundum leges horum regnorum, non præscribuntur, nisi adsit bona fides: sic enim tenet Gutierez, qui statim inferius dicit, quod in casu dubio non conuenit allegare præscriptionē huius dubij, & sic ignorante herede defuncti, an debitum sit solutum, si non possit verificari veritas, debet recurrere ad securiorem partem, scilicet non esse solutum, & ideo debet componi cum creditore, quæ opinio tenetur a Castro.

l. 9 tit. 15. lib. 4 nouę cōpilat.

Rebuff. 2. tom. sup. regū cōst. in tract. de mercat minut. venden. ar 1 gl vlt n. 4. & 9. Rebuff. 2. to. in tract. de salarijs famulorum to. 2. gl. 10. nu. 8. Gutt. in l nemo potest de leg 1 nu. 201. Cast l. 2 de l. pę. cap. 10. in ver. 5 adhuc.

De Pignoribus quo ad eorum definitionem, & vsum. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

Quid sit pignus, & hypotheca, & vnde deriuentur. concl. 1. num. 1.
An creditor possit vti pignore sine consensu Domini concl. 2. num. 2.
An vtens pignore de consensu Domini cōmittat vsuram ibid.
An vas argenteum datum pignori aliquādo sit vendendum ibid.
An pignus possit vendi à creditore. concl. 3. nu 3.
An creditor vendens bona fide pignus minori precio quam illi debetur, possit petere residuum debiti à debitore. concl. 4. num. 4.
An res data in pignus creditori possit ab hoc alteri dare in pignus concl. 5. nu. 5.

1 PRima Concl. Pignus nil aliud est loquēdo generaliter, nisi quædam obligatio alicuius rei, quę pōt dari pignori rōne alicuius debiti, vt debitor recordetur. Dixi in definitione, *alicuius rei, quæ potest dari pignori*, quia res ecclesiæ, s. vasa, & ornaméta non possunt dari in pignus, vt dicitur in iure, nisi ecclesia habeat ea superflua, & necessitas sit vrgens, quæ non pōt reparari, si dentur aliæ res mobiles in pignus, vt dicitur in proprio iure. Deniq; illā possunt pignori dari, quæ secundum ius possunt vendi; & econtra res, quæ non possunt vendi, non possunt tā facilè dari pignori, vt dicitur in eodē iure: vt aūt benè intelligatur hęc definitio, est notādum, quod est cōe pignori, & hypothecæ, licet inter hæc duo genera pignorum sit differentia, vt colligitur ex significationibus suorum nominum, quia pignus deriuatur ab hoc verbo pugnus, & significat res, quæ possunt dari ab vna manu in aliam, vt dicitur in iure, vt hypotheca deriuatur ab hoc verbo hyp. quod est sub, & theca, quod significat positum; vnde significat rem, quæ subponitur potestati

l. sancimus. C. de leg. 10. q. 2. ob ius.

l. qui filios. ff. quę pig. dari possunt.

l. presb. § si pig. ff. de ver bor. sig.

stati creditoris, vnde pignus propriè est rerum mobilium, hypotheca vero est rerum immobilium, vt dicitur in iure.

§. inter pig. illi. de act. & oblig. at.

2 Secunda Conclusio. Sine consensu tacito, aut expresso debitoris non potest creditor vti pignore sub pęna peccati ob graue damnum, quod inde potest euenire domino; secundum quod, si sit graue, erit peccatum mortale, si vero sit paruum, erit veniale; & licet vtatur pignore eius consensu tacito, vel expresso non excusatur ab vsura, si non computet in sortem principalem vsus prædicti valorem, sciens, aut debens scire, quod debitor non concederet gratis hunc vsum; & tunc potest præsumere, quod concedit illud gratis, quando vsus rei datæ pignori solet facilè concedi gratis, vt vsus libri, vt legatur, vt docet D. Tho. vt est etiam vti in aliquibus festis aliquo vase argenteo, dato pignori: nec quia res non recipiat detrimentum cum vsu, ideo liberatur creditor à peccato, quia potest accidere, quod licet non recipiat res detrimentum, recipit illud tamen debitor in honore suo: q accidere potest, quando ob necessitatē suæ familiæ, quam vult occultam habere, petit aliquid mutuo, dans pignori monilia vxoris suæ, quia in hoc casu si vtatur his rebus creditor publicè in aliqua festiuitate, vbi videntur, & cognoscuntur à multis, & per consequens reuelatur necessitas occulta debitoris, vnde amittit aliquam æstimationem, & valorē, peccat quidem in hoc casu creditor, vt post communem resoluit Ludouicus Lopez.

D. Th. 2. 2. q. 77. ar. 1. ad 6.

Lop. in instr. co go. li. 2. c. 19.

3 Tertia Conclusio. Illicitum est, creditori vendere pignus, si vero fiat pactum, quod si non soluatur debitum intra certum tempus, poterit illud vendere; nec tenetur monere prius debitorem, nisi aliud constet ex pacto eorum, quia debet stari pacto, vt dicit Nauarrus citans Angelum. Verum est tamen, quod si non fuit factum pactum vendendi, aut non vendendi rem post duos annos, habet licentiam monito debitore semel creditor vendendi eam rem, intra vero dictos duos annos non poterit id facere sine authoritate iudicis, vt notatur in iure, & licet fuerit factum pactum de non vendendo, poterit benè creditor vendere eam monito ter debitore, si sit interuallum trium dierum in singulis denuntiationibus, vt notatur in proprio iure.

Na. c. 17 n. 23. Angel. verb. pigno. §. 7.

l. si conuenerit. ff. de pigno.

l. fi. C. de iure dotium.

4 Quarta Concl. Creditor, qui bona fide vēdit pignus minori pretio, quam illi debetur, poterit petere residuū debiti à debitore, & ecōtra, si vēdat illud maiori pretio, tenetur restituere reliquum debitori, vt dicitur in iure, in quo etiam ordinatur, quod quousque debitor non soluat debitum integre, licet soluerit maiorem partem eius, non teneatur reddere pignus debitori.

l. quandiu. C. de distrac. pigno.

5 Quinta Conclusio. Res, quæ recipitur in pignus, potest etiam alteri dari in pignus à creditore: non debet tamen dare eam pignori pro maiori quantitate, quam sibi debetur, quia contra iustitiam est, quod res sit subiecta duobus debitis, si non sit illis æquiualens.

De restitutione damni, quod ex culpa creditoris sequutum est in pignore. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

An teneatur creditor satisfacere debitori damnum, quod factum est in pignore culpa sua graui, aut leui, conclus. 1. numer. 1.

An valeat pactum, quod quocumque modo perierit pignus, pereat pignoranti, conclus. 2. nu. 2.

1 PRima Conclusio. Tenetur creditor restituere debitori damnum, quod factum est in pignore culpa sua graui, aut leui; & multo magis, quod sua malitia accidit, vt dictum est in iure, non tamen tenetur ad damnum, qd accidit pignori ob culpam suam leuissimam, nec ob casum fortuitum, nisi habuit moram in restitutione eius.

l. si cre ditor C. de pignora titia ac.

2 Secunda Conclusio. Non valet pactum, quod quocumque modo pignus perierit, pereat debitori, vt post Siluestrum tenet Nauarrus. Primo, quia nõ potest quis facere pactum, quod non teneatur soluere damnum, quod euenit sua malitia in pignore; certum est autẽ, quod potest perire eius malitia, & etiã quia illud pactum est valde cõtrarium debitori, vnde si eius grauamen non compensatur alia re, debet teneri iniustum, vt sunt iniusta pacta, quę fiunt inter creditorem, & debitorem, quod si non soluat ad certum tempus debitum debitor, pignus sit ipsius creditoris, etsi non redemerit intra certum tempus, & prætetito non possit illud redimere; sic enim est ordinatum in iure canonico, & ciuili; quod est intelligendum quando hæc pacta ordinantur ad lucrũ creditoris, si tamen ordinantur ad maiorẽ securitatem debiti, iusta, & iniusta sunt, vt dicunt Panormitanus, Siluester, & D. Antoninus. Et hinc infertur, quod licet pactum legis commissoriæ intelligatur iniustũ in pignore, scilicet, quod si non soluat debitor intra tempus, cadat in commissum amittẽs pignus, hoc tamen debet intelligi, quando pactum ponitur ad lucrum creditoris, non vero, quando ponitur ad corrigendam contumaciam, quam potest habere debitor in non soluendo.

Na c. 17 n. 12.

l. fi. C. d pact. pignorũ, c. significãte d pigno. Pan. vbi not. Syl uel. i rosa aurea casu 28. Antoninus 2. p tit. 1. c. 2

De Pignoribus, quo ad obligationem, qua tenetur creditor computare in sorte principali vsufructum eorum.

Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

Qvia multa eorum, quæ hic tractãtur sunt resoluta in diuersis materijs, scilicet in materia mutui, & dotis; ideò nunc solum dicam ea, quæ ad hunc locum rebcta sunt, pro cuius rei resolutione sequuntur conclusiones.

1 Prima Concl. Res est multum nota in iure, quod tenetur creditor computare in sorte principali fructus pignoris ab eo perceptos, hoc tamen debet intelligi solutis à debitore expẽsis, quas fecit bona fide in conseruatione, & augmentatione dictæ rei, si erant necessariæ, scilicet, si arauit terram, aut pauit animalia data pignori, vt dicitur in proprio iure, quod intelligitur, licet dictæ expensę sint voluntariæ, dummodo sint necessariæ, & resultent in vtilitatem debitoris.

c. cũ cõtra d pign & c. õquestus de vsuris.

l. si seruo. ff. de pigno. actione.

2 Secunda Concl. Fructus prædij dati in feudum, non debent computari in sorte principali, vt definitum est in iure: quod debet intelligi in casu, quod dominus directus, dum recipit dictum feudum in pignus ratione alicuius debiti, nõ petit vassallagium; quia, si nil petat, poterit percipere fructus non computans eos in sorte principali; & rõ est, quia existens dominus directus, & recipiens illud in pignus secundũ ius videtur non restitui illi dominium vtile eius rei, quę sibi deerat; & per consequens potest percipere fructus dicti feudi non com-

c. c conquestus.

computans eos in sorte principali; & idem debet dici, quando domino directo alicuius rei datæ in emphyteusim, datur in pignus dicta res, vt resoluit Nauarrus, Couar. Sotus, & Aluarus Baza; hoc tamen debet intelligi concurrentibus tribus conditionibus: Prima, quod dominus directus non fruatur alia pensione ratione contractus emphyteutici vltra fructus. Secunda, quod emphyteuta non meliorauerit dictam rem, vt dicit Silu. quem sequitur Nauarrus, quia contra ius naturæ est, quod dominus vtilis non perferat fructus meliorationū, quas fecit in re emphyteutica; quia licet in hoc casu emphyteuta sit liber ab arando, colendo, & laborando agrum, quem dedit in pignus domino, duabus tamen rationibus dictus dominus vtilis debet perferre dictos fructus. Primo, quia non debet defraudari sua industria. Secundo quia non fuit releuatus à solutione expensarum, quas fecit in dicta cultura, vt contra Sotum, & alios resoluit Ludouicus Lopez. Tertia, quod emphyteuta acquisiuerit dominium vtile sine expensis, aut paucis saltem; vt accidit sæpe in feudatario; hæc tamen conditio examinabitur latius in conclusionibus sequentibus.

N1.c.17 nu 217. & 208. Cou. li. 3.c.1.n. 4.Sot. l. 9.d iust. q.1. ar.2.Baza de iure emph.q. 11 n.27.

Nauar. vbi sup.

Lop. li. 2. inste. negoti. c.30. p. 374. Sot. vbi sup. in solut ad 2.

3 Tertia Conclusio. Quando gratis dominus directus dedit, & concessit possessionem emphyteuticam, aut feudalem, si dominus vtilis, qui eam recepit, dedit illam in pignus alicuius debiti, clare patet, quod hoc nec est emphyteusis, nec feudum secundum naturam horum contractuum, qui semper ducunt secum annexam obligationem alicuius pensionis, aut seruitij; & si emphyteuta, aut feudatarius ad obtinendum hoc dominium vtile soluerūt magnam summam pecuniæ; in hoc casu dominus directus, qui habet has res in pignus, non potest facere, quin computet fructus earum in sorte principali debiti, ob quod fuerunt datæ pignori, quia iam dominus vtilis emerat eas iusto pretio.

4 Quarta Conclusio. Si tale dominium vtile fuit obtentum ob aliquod seruitium annuum, quod propriè accidit in feudo, potest dominus directus accipere fructus rei illi datæ in pignus à domino vtili non percipiens fructum vassallagij, vt dicit quædam gloss. communiter recepta: si vero contractus emphyteuticus constituitur in aliqua possessione, cuius dominium conceditur emphyteutæ hac conditione, quod tribuat domino directo certam quandam pensionem annuam, siue dicta pensio fuerit minor valore fructuum, siue sit maior, dominus directus, qui recipit dictam possessionem in pignus, potest percipere eius fructus sibi, vt tenet Siluester; nec de hoc potest conqueri dominus vtilis, cum non habeat in hoc casu tribuere pensionem promissam: si vero emphyteuta, qui est dominus vtilis, ad obtinendum hoc dominium vtile non solum obligat se soluere dictam pensionem annuam, sed dedit etiam aliquod pretium, in hoc casu dominus directus recipiens dictam rē in pignus non potest colligere fructus eius sibi; sic enim tenet Siluester, nisi dicat dominus vtilis, quod non teneatur ad id, quod promisit dare, quod est annua pensio; quia in hoc casu remissa hanc pensione non potest percipere omnes fructus sibi. Dixi, *omnes*, quia non potest percipere fructus correspondētes pretio, quos habuit vltra dictam pensionem annuā, quod statim solutum fuit, vt concordās varietatem sententiarum resoluit Ludouicus Lopez, & cum hoc remanet resolutum, quod attinet ad feudatariū, & emphyteutam.

Glo. in d.c. con questus.

Sil. verbo feudū. § 10

Lop. li. 2.ist. nego.c. 20

5 Quinta Conclusio. Recipiens in pignus prædium sterile, quia dominus nō colebat illud, non potest appropriare sibi fructus eius, quamuis colat illud; sic enim tenet Nauarr. capit. 17. num. 216. refutans Sotum lib. 6. q. 1. artic. 2. de iust. & iur. quod probatur, quia si dicatur contrarium, necessario debet concedi, quod creditor, si propria industria collegisset triplum de fructibus prædij, quam sit debitum, nō

 tene-

teneretur restituere, quod collegit superfluum: hæc tamen sententia Nauarri est intelligenda, quod non procedat, quando fructus sunt multum parui, & expensę, quibus cultum est prędium, fuerunt multi momenti, ita vt nulla parua vtilitas sit sequuta dicto detinenti rem in pignus; quia parum pro nihilo reputatur; & hoc nihil bene potest tribui eius industriæ, vt resoluit Garz a. Secundo debet intelligi in casu, quod si emphyteuta teneatur dare fructus, deducat prius expensas, quas fecit in colligendis illis, vt supra dictum est.

Garzia lib. 2. de cōtract. c. 10.

6 Sexta Conclusio. Tenetur, qui habet pignus in sua potestate, si est satisfactum illi à debitore, restituere non solū omnes fructus, quos recipit à pignore, sed etiam quos potuit recipere; quia cū debitor soluerit illi, iam retinet pignus mala fide: verum est, quod si illi satisfactum non est, non tenetur computare in sorte principali nisi solum fructus, quos non colligit potens eos colligere, si coleret prædium, quod habebat in pignus, quod omisit malitiosè, & culpabiliter, vt resoluunt DD. cum quadā glo. iuris Canonici.

Glo. i c. cū contra extra de pig.

De Promissis. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

An simplex promissum obligat ad mortale peccatum; & an semper seruādum promissum. concl. 1. nu. 1.

An quis teneatur adimplere simplicem affirmationem. concl. 2. nu. 2.

An qui promisit aliquid ficte, teneatur illud adimplere. concl. 3. nu. 3.

An promissio facta absenti obliget, concl. 4. nu. 4.

An, quod promittunt equites sponsis, obliget adimplere, concl. 5. nu. 5.

1 PRima Conclusio. Promissum simplex factum alicui homini obligat ex natura sua ad peccatum mortale, nisi paruitas rei faciat, vt sit veniale, sic enim tenet Sotus cum communi cōtra Caietanum; & probatur, quia, si nō esset obligatio adimplendi hæc promissa, totum comertium, & tractatus hominum inficeretur; quod debet intelligi, nisi promittatur quid illicitum; quia qui promisit, peccauit, & facit melius non adimplens illud; nisi etiam res mutentur, vt non sint in eo statu, quo erant ita, quando fuit factum promissum, vt dicit D. Thom. & hoc declaratur hoc exemplo, scilicet, quando quis promissione facta videat, quod eius implemētum causaret ei multum damnum, & periculum; aut quando ille, cui facta est promissio, monstraret signa ingratitudinis, licet hoc non habeat locum, quādo promissio fuit iuramento confirmata: quia in hoc casu, licet non sint omnes res integræ, debet adimplere iuramentum, & ideo securius est ob reuerentiam, quæ illi debetur, petere absolutionem eius ab Episcopo, vt tenet Ludouicus Lopez contra Caiet. Ex dictis sequitur quod si pars, cui promittitur, non adimplet illud, cuius respectu facta est promissio, nulla est obligatio adimplendi promissum. Dixi, *cuius respectu facta fuit promissio*; quia si alicui absolute, & libere aliquid promiseris sine respectu rei ab eo promissæ; & contra ille aliquid tibi promiserit sine respectu rei à te illi promissæ, non liberaberis ab obligatione ex eo, quod tibi non satisfaciat; nec contra, ille ex eo, quod tu illi non satisfacias, vt dicit Nauar. in Man. cap. 18. nu. 7.

Sot. l. 7. de iust. q. 1. ar. 1

D. Th. 2. 2. q. 1 10 ar. 3. ad 5.

Lop. in instr. cō. sc. 2. p. c. 30.

2 Secunda Conclusio. Nemo tenetur adimplere simplicem affirmationem, vt si quis dicat, Faciam pro te orationem, commendabo te Deo, quia hoc solum est affirmatio propositi, à quo facile potest mutari; & sic videmus, quod, quando quis dicit, Ego adiuuabo negotium tuum, statim alter petit ab illo confirmationem verbi dicens, Promittis mihi hoc facere? putans non remanere obligatum ex solo primo dicto, sic dicunt Nauarrus, & Angles. Hinc sequitur non esse

Na. i c. non reuerteba ris d. pę nit. d. 2. n. 2.

Angl. d voto ar ti. 2. dif. fin. 3. in flor. 1 4.

se sufficientem formam promittendi, quando quis petit aliquid ab alio, si respondeat; Faciam: quia hoc formaliter non est promittere, quod faciet, sed exprimere propositum faciendi, quod quidem tunc habet, vt dicit Sotus, & colligitur ex eo, quod tradit Corduba.

Sot. li. 7. de iust. q. 2. ar. 1. Cord. d. casib. q. 156.

3 Tertia Conclusio. Qui promittit aliquam rem ficto, nō tenetur adimplere promissum, solum debet pœnitere illum mendacij; quod procedit, licet cū iuramento promiseris; quia radix obligationis nascitur ex consensu, & si non est consensus, non est obligatio, & per consequens cessat iuramentum, cum sit accessorium ad illud, & sic Confessarius in hac materia debet educere ex animo pœnitentis, an voluerit se obligare, vt aduertit Frater Ludouicus Lopez, & ego addo, quòd conuenit, vt petatur relaxatio iuramenti ob reuerētiam debitam, vt dictum est in prima conclusione.

Lop. vbi sup.

4 Quarta Conclusio. Promissum factum alicui præsenti, si non acceptat illud, non valet, vt dicit Angles: quia licet ille, qui tacet videtur consentire in rebus fauorabilibus, tacente tamen præsente in hoc casu, dedit signum non valere promissum: quia moraliter loquendo debebat dicere, Ego habeo gratias, nisi esset homo inurbanus, & vilis, quales ego sæpe vidi: quod deberet inspicere Ludouicus Lopez, vt non discederet ab Angles. De promissis vero factis absenti dictum est in materia donationis, p. p. cap. 95.

Lop. vbi sup.

5 Quinta Conclusio. Quod promittunt scurris nobiles, & alij, vt iocantes cum illis sufferant eorum iocos, & verbera, debent compelli à iudicibus, vt soluant, non obstante, quod similia pacta sæpe sint peccata mortalia; quia hæc ars scurrarum ex se licita est ad delectationem humanam, dummodo exerceatur sine damno proximi, & læsione honestatis, vt explicant S. Thom. Caiet. & Silu. Hanc conclusionem tenet Couarruuias dicens, quod debent moneri nobiles, nè faciant huiusmodi pacta tam contraria eorum nobilitati, cum aliter sine nota vitij possint delectari, & iocari cum huiusmodi scurris.

D. Th. 2. 2. q. 168 art. 3. & præced. vbi Caietan. Silu. art. 5. q. 7. Cou. in reg. pec. 2. q. §. 2. num. 5.

De quibusdam interrogationibus faciēdis à Confessarijs Rectoribus, & Gubernatoribus Ciuitatum. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

Quæ & quot interrogationes sint à Confessarijs faciendis Rectoribus, & senatoribus Rerum publicarum. num. 1.
An sint ignaui in negocijs Reipublicæ. ibi.
An habeant simultates inter se, & quomodo se gerant in præbendis suffragijs. ibi.
An omittant petere eleemosynam pro necessitatibus pauperum. ibid.
An procurent scire delicta publica parochiarum petentibus Parochis. ibid.
An teneant secreta quæ tractantur. ibid.
An dent plus stipendijs ministris, quam leges disponunt.
An obligant per sortes procuratores quos mittunt in curias. ibid.

1 EX ijs, quæ dicenda sunt de residētia cap. 40. colliguntur aliquæ interrogationes, quæ debent fieri a Confessarijs Rectoribus Rerumq. nunc vero ponam aliquas alias interrogationes. Quarum prima est scilicet an sint ignaui, & desides in negotijs, & vtilitatibus communibus, non obseruantes suas ordinationes, & prouidentes male officia Reipubl. Secunda, si habent simultates in suis consilijs, & in præbendis suffragijs, an soleant resistere, & contradicere illi, quod fecerint alij partis aduersæ, licet sit iustum, & an sint obligati ad restitutionem damni, quod inde euenit ciuitati, oppidoue. Tertia; si omittunt petere eleemosynā in paschate pro necessitatibus egenorum, qd licet Petrus de Nau. non audeat condemnare ad mortale, quia licet sit cōsuetudo, non tamen omnis consuetudo obligat ad mortale, licet sit laudabilis, sed solū illa, quæ est introducta, & obseruata, intelle-

tellectaque obligare ad mortale ab hominibus doctis, & bonis, ego tamen iudico, sumque huius opinionis, quod interrogentur de hoc Rectores prædicti, & si inueniantur deficientes in hoc, corrigantur secundum proportionem culpæ. Quarta est, si procurant scire peccata publica parochiarum, vbi habitant, petentes à Parochis, vt moneāt eos omnes necessitates spirituales, & temporales, quæ in eis sunt, vt adhibeatur remedium; sic enim tenet Atienzus: quia lex naturalis obligat eos ad hoc sub pœna peccati mortalis, cum sint patres reipublic. sicut pater familiæ obligatur eadē lege videre, quomodo viuunt singuli eius familiæ: & ideo per leges horum regnorum imponitur Iuratis, quod habitent in suis parochijs, aut circa eas, licet hæ leges non obligent ad mortale, si non obseruātur. Quinta, si sunt vsi officio Iuratorum ante 18. annos ætatis, quia hoc etiam est prohibitum per easdem leges huius regni, tamen possunt habere titulum, & possessionem officij ante hanc ætatem, dummodo non iurent ante vsum rationis. Sexta, si tegūt secreta eorum, quæ tractantur in suis Consilijs. Septima si dederunt Procuratorib. quos mittunt in curias plus stipēdij, quam leges disponūt; leges vero horum regnorum ordinant, vt dentur pro singulis diebus drachmæ argenteæ duodecim. Verum est tamen, quod si inter eos non sit nisi vnus, cuius aditus ad curiam est vtilis reip. huic, si sit senex, & infirmus, poterunt dare plus stipendij secundum sumptum, quem senectus, & valetudo eius requirunt; quia hoc resultat in maius commodum reipubl. Et quando pragmatica horum regnorum dicit, quod non dentur nisi duodecim argentei, hoc intelligitur, si mittatur persona, quā possunt obligare ad hoc iter, & negotium; non vero, si mittatur aliquis Procurator, qui sit senex, & non firmæ valetudinis, qui ob id excusatur a dicto itinere, & aliquod non pōt obligari, sic eam explicat hāc pragmaticā Ludouic. Lopez. Octaua, an elegerint per sortes Procuratores supradictos, quod est prohibitū, quia sic pōt eligi ille, qui minus idoneus sit ad dictū officiū, vt dicit Nauar. Alia spectantia ad Rectores, & Senatores videantur infra c. 40. de residētia Dominorū tēporaliū, & Senatorū.

Atienz. in li. 10. tit. 10. li. 7. & in li. 13. c. 8. tit 2. lib 8. recopil.

Lopez i inst. ne-gor. li 1. c. 20. in fin. Nau. lib. 3. de rest. c. 3. num. 33.

De Prelatis religionum, de eorum differentia, & potestate. C. XXXI.

SVMMARIVM.

Quot sint species prælatorum, & qui ex eis possint esse legati Apostolici, conclus. 1. num. 1.

An prælati religionum habeant potestatē gubernandi subditos suos de iure diuino. concl. 2. num. 2.

An Generales, & Prouinciales, qui habēt iurisdictionem episcopalem, aut quasi episcopalem, habeant eandem potestatem ad subditos suos, quam habent Episcopi ad suos? & an possint absoluere in foro exteriori a suspensione non reseruata, sed Apostolica, conclus. 3. nu. 3.

An possint dicti prælati punire crimen hæresis subditorum concl. 4. num. 4.

An solus Papa possit transferre Episcopū ab vna diœcesi in aliam, & an Generalis possit mutare Prouincialem ab vna prouincia in aliam concl. 5. num. 5.

An Generales, & Prouinciales possint eximere monachum habitantem in quodā conuentu ab obedientia illius Prælati. concl. 6. num. 6.

An possint dicti Generales, & Prouinciales restituere degradatos, & depositos ab ordine sacro concl. 7. nu. 7.

An possint dicti prælati declarare diffinitiue, & iudicialiter breuia Apostolica. concl. 8. num. 8.

An possint Prælati ordinū mendicantium deserere monasterium acceptatum, aut transferre illud de vno loco in alium. concl. 9. num. 9.

An possint dicti Prælati sine authoritate Apostolica erigere de nouo aliquod monasterium. concl. 10. num. 10.

An possint Generales fūdare, aut diuidere pra-

prouinciam de nouo, aut fubijcere alium prouinciam alteri, concl. 11. num. 11.
An illegitimus faciens professionem fiat habilis ad ordines, & ad prælaturam, conclus. 12. num. 12.
An dispensatus à Papa in sæculo ad ordines, & beneficium, egeat noua dispensatione ad prælaturas in religione. ibid.
An Prouinciales, & Definitores eligentes illegitimum in Prælatum videantur dispensare cum illo, ibid.
An dicta dispensatio debeat fieri in Congregatione intermedia. ibid.
An sit necesse dispensare cum moniali illegitima vt possit esse Abbatissa. ibid.
An idem sit congregatio intermedia, & Capitulum intermedium, ibid.

1 PRima Conclusio. In Religionibus sunt multi prælati, quia quidam sunt Generales, alij Prouinciales, alij Custodes aliquarum domorum subiectarum alicui Prouinciali, de quibus sunt aliqui in nostra religione: alij vocantur Guardiani in nostra sacra religione, & in alijs dicuntur Priores conuentuales, qui sunt veri prælati, & veri Parochi animarum, & habent dignitatem ecclesiasticam, vt dicitur in iure confirmato à Concil. Trident. vnde omnes illi possunt esse legati Apostolici, vt dicit quædam glos. communiter recepta, & tractant Syluest. Sotus, & Nauar. dicentes, quod potest excommunicare subditos suos. Prius dicemus de Generalibus, & Prouincialibus, postea de alijs.

Concil. Triden. sess. 24. cap. 1. si cut litteris de simonia, vbi glo. ver. anathema. Sot in 4 d. 22. q. 2. art. 1. Nau. in Man. c. 27 nu. 5.

2 Secunda Concl. Certum est quod dicti prælati habent authoritatem à iure canonico ad gubernandum; quia cum Papa confirmet religionem, & nullus alius possit eam confirmare, vt probat Bannes post Theologos communiter, sequitur hinc, quod, quando Papa confirmat aliquam religionẽ, per consequens dat potestatem prælatis dictæ religionis ad gubernandam eam, vt probat idem Bannes, ita vt aliqui dicant, quod de iure diuino habent hanc potestatem, & ideo dicit Sotus, q̃ subiectio religiosorum suis prælatis est diuina, quam opinionem tenet Michael de Medina.

Bannes, 2.2. q. 1. art. 10. dub. 8. conc. 2. Bannes vbi sup. conc. 6. Sol. lib. 8 de iust. q. 3. ar. 1. Med. lib. de indulgẽ. c. 29.

3 Tertia Concl. Generales, & Prouinciales, qui habent iurisdictionem Episcopalem, aut quasi Episcopalẽ, habent eandem potestatem ad subditos, quam Episcopi erga suos, cum sint æquales in potestate: quod intelligitur, si nulla sit phibitio, qua coarctetur hæc potestas; & ideo sicut Episcopi possunt totum id quod non est illis prohibitũ à Papa, sic dicti prælati possunt totum id, quod nõ est illis prohibitum specialiter, sic enim tenet Panor. vnde, quãdo dicit Syluest. quod Abbates non possunt dispensare nisi in quibusdã casibus, hoc debet intelligi de illis, qui sunt subiecti Episcopis, aut prælatis localibus, vt sunt Guardiani, & Priores, qui non habent iurisdictionem quasi Episcopalem, vt notat Panorm. & ideo possunt Prouinciales absoluere à suspensione, quã ponit ius, si Papa non reseruauerit illam sibi; vnde possunt absoluere subditos à suspensione, quam incurrerunt introducentes fęminam aliquam in secretiora conuentus, & hoc non solum in foro interiori, sed etiam in foro exteriori, quia nec in motu proprio Pij V. nec in motu Greg. XIII. reseruatur absolutio huius suspensionis sedi Apostolicæ, vt aduerti in vltima impressione Salmanticensi explicationis cruciatæ anno 1595. dicẽs sic declarauisse patrem nostrũ Reuerendiss. Fratrem Franciscum de Tolosa, existentem Generalem nostræ religionis. Videamus ergo, qui casus sint hi, in quibus Generales, & Prouinciales nõ possint se intromittere, pro quorum sciẽtia ponuntur sequentes conclusiones.

Pan. in cap. at si cle. §. de adulter. nu. 13. de iudicijs. Syl. ver. dispẽsatio. §. 20. Pan. vbi sup.

4 Quarta Conclusio. Non possunt dicti prælati punire crimen hæresis, quod eorum subditi committunt, quia licet ad hoc habeant priuilegia à Sede Apostolica, iam sunt huius breuia abrogata per priuilegia Sanctæ Inquisitionis, præcipue in his regnis Hispaniæ, in qua videmus, quod domini Inquisitores adiudicauerunt ad se hanc causam, & pu-

& puniunt prælatos regulares, qui in illam volunt se intromittere; vnde licet non haberent priuilegia ad illud, sufficeret ipsa continua consuetudo, vt daret illis iurisdictionem. Si in foro conscientiæ possint absoluere ab ea subditos suos, est dubium agitatum; quidam enim dicunt, quod sic, cum teneant iurisdictionem Episcopalem, & Episcopi per Concil. Trident. habeant hanc potestatem; ego tamen teneo contrariam opinionem, quia si habent hanc potestatem, non habent eam tanquam Episcopi, sed tanquam Inquisitores, cum vere sint tales, sicut antiquitus erant, ita vt, quemadmodum intellexi, non possint dare torturam suis subditis, nec ferre sententiam de illis, nisi alij sint præsentes nomine suo: Generales tamen, & Prouinciales, licet habeant iurisdictionem quasi episcopalem, non sunt Inquisitores, & ideo non habent (quando fertur sententia de subditis in inquisitione) aliquem, qui assistat nomine illorum.

5 Quinta Conclusio. Solus Papa potest transferre vnum Episcopum ab vna diœcesi in aliam, vt dicitur in iure, quod quidem ius extendunt DD. vt dicit Syluester, ad translationem Abbatũ regularium exemptorum, & per consequens ad translationem omnium prælatorum regularium, vnde non possunt Generales religionum mutare aliquem Prouincialem ab vna prouincia in aliã, nec mutare aliquem Guardianum, aut Priorem vnius conuentus in alium, nisi habeant facultatem specialem à Sum. Pont. Et pro maiori obseruantia huius est ordinatum in nostra sacra religione secundum quendam motum proprium Pij Quinti, quod nullus Generalis possit esse iterum electus in Generalẽ, aut Commissarium generalem, nisi prætereant duæ hebdomadæ, quæ sunt 12. anni, & secundum id quod in alio motu proprio ordinauit Sixtus V. quod nullus Commissarius generalis, aut procurator generalis ordinis possit esse electus in Generalem nisi prætereant sex anni, quia eorum officia non durãt nisi tres annos, & nullus Prouincialis potest iterum eligi, nisi prætereãt dicti sex anni, & nullus Guardianus potest eligi secundum nostram constitutionem nisi præterito vno anno.

6 Sexta Conclusio. Non possunt dicti Generales, & Prouinciales eximere aliquem religiosum habitãtem in aliquo conuentu ab obedientia sui Guardiani, aut Prioris; nec possunt Generales eximere aliquem Guardianum, ne obediat suo Prouinciali, sic colligunt DD. ex quodam decreto Gregorij Papæ, vt tradit Syluest. 16. q. 2. c. 7. fratres.

7 Septima Conclusio. Non possunt dicti Generales, & Prouinciales restituere degradatos à sacro ordine, & depositos ab illo, vt colligitur ex quodam decreto Iulij Primi, & tradit Syluester. Pro cuius explicatione debet notari, quod duo modi sunt degradationis, vnus verbalis, & alius solemnis: de solemni degradatione non potest degradatus habere remedium nisi à Papa: loquendo vero de degradatione verbali, quod est, quando solum dicit prælatus, Ego depono te, vel deijcio ab ordine, dubiũ est, & fuit, an Episcopi possint restituere dictos degradatos hoc modo: communior tamen opinio est, vt refert Syluest. & Nauarr. quod habent hanc potestatem; & per consequens videtur, quod etiam habent illam prælati religionũ, qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem, vt sunt ministri Generales, & Prouinciales. Verum est tamen, quod illi prælati non poterunt restituere religioni fratrem eiectum ab ea, & expoliatum suo habitu propter sua delicta; quia hoc est magis quam degradatio verbalis ordinis sacri, & etiã, quia eiectus à religione ob sua delicta statim remanet irregularis, si sint delicta grauia, & nota, & remanet depositus ab executione ordinis sacri, cum de notorietate delicti nascatur hęc irregularitas: sic Sixtus V. in motu proprio, quem dedit, deputauit tres Cardinales, vt iudicarent de his monachis eiectis à reli-

Syl. ver. casu. casu. 5.

Syl. ver. casu, casu. 6. Nau. in addi. ad lib. cõs. ti. de iudicijs 2 consi. 2.

religione auferens hanc authoritatem reliquis, licet essent legati à Latere; & ideo prohibetur hoc in ordinationibus generalibus nostræ sacræ religionis, & sub pœna, quod Prælatus, quis eos admiserit, remaneat priuatus actibus legitimis.

Ordinatio Tol. c. 6. de la correctio de los deliquentes, dist. de los incorribiles.

8 Octaua Conclusio. Non possunt dicti Prælati Generales, & Prouinciales declarare definitiue, & iudicialiter breuia Apostolica, quia hoc est reseruatum Summo Pontifice, vt dicitur in iure. Dixi, definitiue, & iudicialiter, quia vt magistri, aut doctores bene possunt declarare, ita quod declaratio est illis prohibita tanquam iudicibus; & ideo quando in motibus proprijs Summi Pont. ponitur hæc clausula [quod nullus alius possit ea declarare, & eorum declaratio, erit nulla] hoc intelligitur de declaratione iudiciali, non vero doctrinali; si vero ex litteris Apostolicis orta sint aliqua dubia inter religiosos subditos, & præcipue, si attineant ad totam communitatem, poterũt dicti Prælati declarare ea, & exhortari subditos, vt sequantur illam declarationem, quousque ad Sanctitatem suam recurratur, quia hoc non est prohibitum in iure, sed potius pertinet ad bonum regimẽ; & si subditi vtuntur male Breuibus Apostolicis, possunt Generales nostræ sacræ Religionis suspendere ea, donec consulatur Sum. Pont. vt concessit Sixtus IV. & etiam Innocentius VIII. concessit, quod si esset dubium super dicta priuilegia, habeant authoritatem dicti Generales, & Prouinciales ad declarandum ea in societate alicuius personæ constitutæ in dignitate, & cum duobus alijs iurisperitis. Leo X. concessit Generali in suo capitulo, & Prouinciali in suo, authoritatem de consensu capituli, aut maioris partis, vt declarent, si est bonum, quod abstineant ab aliqua re concessa ab aliquo viuæ vocis oraculo. Et nota, quod totum capitulum generale potest limitari, & in totum delere vsum priuilegiorum cõcessorum ordini, quia priuilegium non conceditur nolentibus illud recipere; verum est, quod nõ possunt Generales facere hoc, nisi ad id habeant specialem authoritatem à Papa, aut à maiori parte capituli.

c. cum venisset, de iudicijs.

Habetur in comp. verb. oraculo. §. 3.

9 Nona Conclusio. Non possunt Prælati religionum mendicantium relinquere omnino quodcunque monasterium acceptatum, aut transferre illud ab vno loco in alium, vt colligitur ex iure, & tradit Siluest. sub pœna excommunicationis contra eos, qui hoc fecerint, si ad illud non habent licentiam à Papa; Sixtus tamen IV. concessit Generali nostræ sacræ religionis authoritatem ad deserendum monasterium acceptatum, si sit incommodum suo ordini, renũtiando illud in manus Episcoporum locorum illorum: & ideo debet notari, quod nec tota Prouincia, nec Prouinciales habent authoritatem ad illud sine licẽtia speciali Patrum Generalium, aut Commissarij Generalis ipso monasterio existente in eius familia.

c. vnico de religiosf. domib. Silu. verbo casus casu 8. & verb. exc. 8. §. 20

Habetur in cõp. ver. ædifica. §. 8.

10 Decima Conclusio. Non possunt Prælati religionum erigere de nouo aliquod monasterium sine speciali authoritate Apostolica, vt ordinauit Bonifacius VIII. & Gregorius X. in Concilio Lugdunensi, & Concil. Trident. addit, quod est necessaria licentia Episcopi. Circa hoc decretum debet notari primo, quod licet Cõcilium ordinet, quod non erigatur monasterium sine licentia Episcopi, non ideo auferri dispositionẽ iuris communis, quod dicit, quod non possit ædificari sine licentia Papæ. Itaque quod denuo facit Concilium est, quod vltra licentiam Papæ sit etiam licentia Episcopi; sic enim fuit respõsum per Dominos Cardinales reformationis, quorum verba sunt [Monachi non possint ædificare monasterium in Parochia, in qua id non habent sine licentia Papæ.] Secundo debet notari, quod hæc declaratio non tollit priuilegia, quæ habent regulares, nec quæ possunt habere, vt fundent monasteria sine licentia Papæ, vt concessit Iulius II. & Vrbanus IV. nostræ sacræ religioni, & Sixtus IV. Ordini Carmelitarum, qui-

Cõc. Trid. sess. 25. de regu. c. 3. in fin.

Habetur in comp. vbi sup. §. 17. & 18

quibus reliqui religiosi possunt gaudere per communicationem priuilegiorũ. Verum est, quod priuilegia, quę concessere, quod possint sibi capere domum, licet contradicat Ordinarius, sunt reuocata à Concilio Tridentino; & ideo nõ possunt capere sine eorum licentia, vt ordinat dictum Concil. reuocans omnia priuilegia in contrarium. Tertio debet notari, quod non solum requiritur licentia Episcopi ad ædificandum de nouo monasterium, sed etiam est necessaria, vt transferatur de vno loco in alium, sic enim declarauit consuetudo Concil. & ideo secundum hanc declarationem debemus nos gubernare in hac materia in omnibus casibus, qui occurrere poterunt.

11 Vndecima Conclusio. Non possunt Generales, & Prouinciales, fundare, aut erigere prouinciam de nouo, nec diuidere fundatam, nec subijcere vnam prouinciam alteri; quia ius, quod prohibet fieri aliquem Episcopatum de nouo, vel diuidi, aut subijci alteri sine facultate Pontif. habet etiam locum in prouincijs, cum suo modo sint Episcopatus, & sic determinauit illud Summ. Pontif. Nicolaus IV. vt latius continetur in Compendio.

ca. felix 16. q. 2. tradit Sotus. verbo casus casu 9. & 10.

Tradit in cõp. verbo prouin. §. 1.

12 Duodecima Conclusio. Licet ingrediens quis religionem, si sit illegitimus, statim remaneat legitimus, vt cum licentia sui prælati possit suscipere omnes ordines, vt dicitur in iure, & tractat Sotus, & est supra dictum in sacramento ordinis, non tamen remanet legitimus, vt sit prælatus in religione, vt resoluunt Panor. & Nauar. & tenet omnes Theologi, vt affirmat Sotus, quod licet Sanctitas sua, & Nuntius Apostolicus dispensauerit cum aliquo sæculari illegitimo, vt possit suscipere ordines sacros & habere beneficium ecclesiasticum, ingrediens tamen postea religionem, & faciens in ea professionem secundum Nauar. eget noua dispensatione, vt sit prælatus in sua religione, sequẽdo in hoc doctrinam quandam Dominici Franci, à qua opinione, quamuis discesserim in alijs impressionibus, nunc vero sequor eam, & probo in nostra expositione priuilegiorum Apostolicorũ, & in hac inhabilitate, & irregularitate non possunt dispensare prælati religionis sine authoritate, & licentia Summi Pontificis, vt constat ex suis priuilegijs collectis in Compendio, quam confirmauit Gregorius XIII. in quadam Bulla anni 1590. anno primo sui Pontificatus addens, quod non possint facere dictam dispensationem, nisi in capitulo, aut capitulo intermedio irritans, quam uis aliam dispensationem factam extra dicta capitula virtute priuilegiorũ antiquorum. Circa quod debet notari, quod simplices Abbatissæ, quæ non sunt benedictæ, nec perpetuæ, nec habent iurisdictionem Episcopalem, non egent dispensatione, quamuis sint illegitimæ, nec si fecerint professionem in religione approbata; quia vere, & legitime nõ sunt prælatæ, nec habent vllam authoritatem spiritualem, sed solum administrationem ciuilem, & politicam eo modo, quo matres familiarum, vt resoluũt omnes Theologi, & dicit Sotus; & licet concedamus, quod profitentes non efficiantur legitimæ, non ideo remanent inhabiles, vt sint Abbatissæ, quia ius prohibet, quod illi illegitimi sint prælati; Abbatissæ autem prædictę non sũt prælatæ. Verum est tamen, quod Abbatissæ benedictæ, & perpetuæ, & quæ habent iurisdictionem, quasi Episcopalem sunt veræ prælatæ, vt colligitur ex iure. Vnde vt possint esse, est necesse, quod earũ superiores efficiant eas legitimas, si sint illegitimæ, si ad illud habent priuilegiũ: quæ quidem legitimatio non est necesse, quod fiat in capitulo, aut capitulo intermedio, vt ordinat Gregorius XIV. in suo Breui, quia solum loquitur de viris religiosis, non vero de mulieribus, Sixtusq; V. in suo motu proprio prohibens prælatos, quod non possent facere in virtute suorum priuilegiorum dictas dispensationes, solum loquebatur de viris, non vero de mulieribus. Dubium autem fuit inter viros graues nostræ religionis,

c. 1. de filiis præsbyterorum. Sot. in 4 d. 25. q. 1 ar. 3. Panor in ca. 2. de apo. Nau. in c. non dicatis, n. 91 Sot. vbi supra.

Sot in 4 d. 10. ar. 4.

gionis, si possint fieri hæ dispensationes in congregationibus intermedijs, quæ solent fieri: ad quod respõdeo, quod sic, quia hæ congregationes habent vim capituli intermedij, vt dicitur in constitutionibus generalibus Toleti; & regula est omnis iuris, quod subrogatus alteri debet eius naturam sequi. Et pro maiori explicatione huius debet notari, q́d est magna differentia inter congregationem intermediam, & capitulum intermedium, ad capitulum intermediũ sũt vocati omnes vocales prouinciæ, & in eo eligũtur noui Definitores, & tractãt hi vocales in suo discretorio res conseruantes regimen prouinciæ, quæ in definitorio solent definiri, de consilio Prouincialis, & Definitorum; ad congregationem autem intermediam non vocãtur prædicti vocales, cum in ipsa non eligantur Definitores, solum enim vocãtur Definitores, & patres prouinciæ ad hoc, vt prouideant, & definiant, quod in capitulis solet definiri. Secundo debet notari, quod in nostra sacra religione, vt dispensetur cum illegitimis in capitulis; vt possint esse prælati, non agitur de hac re in discretorio vocalium, sed in definitorio. Suppositis his notabilibus nostra sententia, scilicet; quod possint dictæ dispensationes fieri in congregatione intermedia, probatur, quia licet inter hæc duo, capitulum intermedium, & cõgregationem intermediam sit differentia, vt diximus in primo notabili, quoad negotium tamen, de quo agitur, nulla est differentia, cum hæ dispensationes non fiant cum voto discretorij, siue scrutinij vocalium, sed solũ cũ voto definitorij; & similis est, quoad hoc, cõgregatio intermedia capitulo intermedio; & certum est, quod lex extẽditur de vno casu in alium, si sit eadem, vel similis ratio, vt dicitur in iure; & si Papa fuisset interrogatus, hoc credẽdũ est, quod idem responderet; & ideo debet teneri pro lege secundum Gl. communiter receptam; & non debet hic inferri, quod possint fieri dictæ dispensationes reliquis congregationibus, quæ solent fieri a Prouinciali, & Definitoribus; quia hæ non solent vocari congregationes intermediæ, nec sunt tales, cũ in illis non renuntient Guardiani officia sua; nec ipsæ subrogantur capitulo intermedio, vt subrogatur cõgregatio intermedia, & huius opinionis fuerũt pręcipui DD. Iuristæ, & Theologi Salmanticenses. Et nota, quod eligentes Prouinciales, & Definitores aliquem illegitimũ in aliquam prelaturam in capitulo, aut congregatione intermedia non videtur dispensare in sua illegitimatione, sed debent cum causa prius dispensare cũ eo, quia licet Papa dans aliquam dignitatẽ alicui, quem scit esse inhabilem ad illã, sit visus dispensare cum eo, inferior tamen, qui habet facultatem dispensãdi, non est sic, si expresse non dispensat, vt tenet Nau. Alia multa sunt prohibita dictis pręlatis religionum Generalibus, & Prouincialibus, quorum dispensatio est reseruata Papæ, quę omitto, quia in suis materijs iam resoluta sunt, & nollẽ esse prolixius lectori.

Ordin. Tolet. c. 8. de capit. fratrum, & executiõne.

Gl. in c. 2. d' cõst.

Nau. in addit. ad li. 4. cõs. qui filij sint legitimi, con sil. 2. n. 4.

De potestate Guardianorum, & Priorum, ac eorum Vicariorum, & vicariorum monialium.

Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

An Guardiani, & Priores sint veri Prelati, num. 1.

An possint pena excommunicationis obligare subditos ad obseruationem regulæ, conc. 1. nu. 2.

Abbatum segularium & Abbatissarum, quæ potestas ibid.

An Guardiani, & Priores habeant tantam authoritatem in subditos conuentuales, quantam habent Prouinciales in subditos totius prouinciæ conc. 2. nu. 3.

An authoritas Guardianorum sit delegata, ibid.

An possint Guardiani dare potestatem subditis ad absoluendum eos a casibus reseruatis, & vt subditi possint absolui ab ipsis

sis casibus, conclus. 3. num. 3.
An Vicarij positi à Guardianis possint absoluere à casibus reseruatis, et excõicare, & an illegitimi possint esse Vicarij, Definitores, & Visitatores, conc. 4. nu. 5.
An mortuo Guardiano cesset officium Vicarij concl. 5. num. 6.
An Vicarij monialium debeant institui à Prouinciali, & an sint prælati ordinarij, respectu monialium, & socij eorum, conclus. 6. num. 7.

1 AD resolutionem huius materiæ notandum est, quod Guardiani, & Priores, & prælati conuentuales sunt veri prælati, & habent dignitatem ecclesiasticam. Verum est tamen, quod secundum ius commune, & religionum priuilegia non habent plenariam potestatem in gubernatione suorum subditorum, vt tenent Generales, & Prouinciales respectu suorum, cũ non habeant iurisdictionem quasi Episcopalem, & sicut parochi, & priores locorum, & parochiarum habent potestatem limitatam, vt constat ex iure, cũ non habeant iurisdictionem Episcopalem, sic Guardiani, & priores regulares habent suam potestatem limitatam, cum sint similes dictis prioribus, & Vicarijs populorũ: quo viso oportet scire, quod illis concedat ius commune, & ipsius ordinis priuilegia. Pro cuius rei explicatione ponuntur sequentes conclusiones. (c. si offi. archipresb.)

2 Prima Cunclusio. Totum id quod pertinet ad obseruantiam regularis disciplinæ conuentuum, & gubernationis ordinariæ eorum, est subiectum iurisdictioni eorum, & ideo possunt præcipere subditis, vt exequantur ea sub pœna excommunicationis: verum tamen est, quod grauiora, quæ pertinent præcise ad iurisdictionem Episcopalẽ, non sunt subiecta eorum iurisdictioni, & ideo non possunt dare licentiam iuuenibus, vt suscipiant ordines, nec instituere prædicatores, nec Confessarios, nec absoluere à casibus reseruatis, nec approbare, aut reprobare contractus, nec vendere res temporales, nec imponere grauia supplicia subditis suis. Verum est tamen, quod Abbates regulares, qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem, vt sunt regulariter Abbates D. Benedicti, & D. Bernardi, habent ad supradicta plenariam potestatem, vt decretum est in iure, vbi resoluit Nauarr. eandemque potestatem habent Abbatissæ, quæ habent iurisdictionem quasi Episcopalem ad suspendendum clericos, qui sunt eis subiecti, vt dicitur in iure. (c. nullũ, 18. q. 2. vbi Nauar. n. 4.)

3 Secunda Cõclusio. Guardiani, priores, alijque prælati communes conuentuales, qui habent communicationem priuilegiorum, habent tantam authoritatem ratione priuilegiorum, (vt attinet ad eorum subditos conuentuales) quantam habent prouinciales ministri respectu subditorum totius prouinciæ; hęc conclusio colligitur ex compendio, & ex eo quod tractat Cordub. & tenet eam collector, qui scribit super dicto compendio, & videtur quod corrigat suam opinionem, cum alio in loco tenuisset contrarium, vt notat Cord. Estque notandum eorum potestatem esse ordinariam, non vero delegatam: quia licet sit eis commissa à Prouinciali, sufficit esse perpetuam, vt dicatur ordinaria, vt constat ex communi, & tractat collector. Verum est, quod Generales, & prouinciales, & capitulum, qui habent authoritatem specialem Apostolicam, possunt illis limitare vsum dictorum priuilegiorum, vt in nostris constitutionibus factis authoritate Apostolica in congregatione generali Toleti est illis limitatum, & ideo in hac materia parum immorabor: solum volo monere Guardianos, & priores, vt inspiciant constitutiones suæ religionis, & illis regantur, ac gubernentur, ponamque præterea aliquas conclus. circa aliqua notanda. (habetur in cõp. ver. guardianus vbi. Cor. in annotationibus Cor vbi sup.)

4 Tertia Conclus. Possunt Guardiani dare facultatem suis subditis, vt cum ea absoluant eos à casibus reseruatis: & illi habent potestatem dandi eandem facultatem subditis, vt sint absoluti, à dictis

Cord. in addit. ad cõp. ver. accedere tit. 13. vbi collector.
Cor. in reg. c. 7. q. 2.
Caiet. 2. q. q. 63. art. 5.
li. 6. Nauar. in c. nullum, num. 21

ctis casibus hanc conclusionem tenet Cordub. contra collectorem, & probatur, quia, qui habet authoritatem ordinariam, aut delegatam respectu aliorum, habet eam etiam respectu sui ipsius; sic enim tenet Caiet. quod, qui habet authoritatem dispensandi cum suis subditis, habet etiam authoritatem dispensandi cum seipso.

5 Quarta Conclusio. Vicarij positi à Guardianis, & prioribus secundum ordinem iuris, & consuetudinem, dicit Nauarr. & DD. communiter non sunt veri prælati, sed solum Vicarij prælatorum, & non habent maiorem authoritatem ipsis Guardianis præsentibus, quam illam, quæ illis tribuitur ab ipsis prælatis, tunc vero in nostra sacra religione secundum eius constitutiones dicitur præsens, quando potest haberi intra terminum 24. horarum, ipsis vero absentibus, habent eandem potestatẽ, ac ipsimet habebant, & ideo poterunt absoluere à casibus reseruatis super quibus Guardiani habẽt authoritatem ratione officij sui, vt dixi in explicatione cruciatæ; vnde poterunt dare professionem, & reliqua, quæ possunt ipsimet Guardiani præsentes, nec possunt Guardiani limitare illis hanc authoritatem cum Iulius II. concesserit illã, & in quodam cap. generali nostræ S. religionis receptum, præceptumque fuerit obseruari hoc decretum. Verum est tamen, quod non poterunt iubere sub excommunicatione, cum non sint prælati, poterunt tamen iubere sub obedientia, vt præsidentes familiæ illius. Hinc infero, quòd illi poterunt constitui à suis prælatis, licet sint illegitimi, & non sit cum illis dispensatum, cum Præsidens, & Vicarius non sint prælati, nec personati, quæ dignitates non possunt haberi ab illegitimis nisi cum illis sit dispensatum, vt dicitur in iure, sic enim tenet Syluest. verb. Præl. num. 3. Hinc etiam infertur, quòd si sint hebdomadarij absentibus Guardianis, & Vicarijs, qui solent præesse choro, aut communitati, possunt ipsi facere signum, sicut est de more in aliquibus religionibus, quia hoc non est esse prælatum, nec hi sunt honores, quibus à iure, & à Sixto V. priuantur in suo motu proprio; quia Sixtus V. solum priuauit eos honoribus, & prælaturis, quæ sunt prælatorum, aut personatuũ, quia ius commune non priuat eos alia re; nec est credendum, quod Sixtus V. quo ad hoc sit contrarius iuri communi, vt ego feci affirmari ab hominibus doctis defendens, quòd non obstante eius motu proprio contra illegitimos, poterant dicti illegitimi esse electi discreti ad capitula generalia, vel prouincialia, quia esse discretum non est esse prælatum, & Sixtus V. priuat eos voce passiua respectu prælaturarum, & dignitatum. Infertur etiam, quòd dicti possunt esse magistri nouitiorum, Cõfessarij monialium absque vlla dispensatione, quia hæc officia nõ afferunt secum iurisdictionem ordinariam per electionem, aut commissionem, vt dicit Syluest. loco vt sup. Notaque, quòd personatus est præeminentia sine iurisdictione, & sic ille, qui in ecclesijs cathedralibus, aut collegialibus præcedat Canonicos, dicitur personatus, vt dicit quædam glos. & similes his sunt Definitores in religionibus, quia vt plurimum habent præeminentiam sine iurisdictione; vnde illegitimi non possunt esse Definitores nisi obtinuerint dispensationem ab irregularitate, cum ius vetet, quod nõ possint esse personatus, nec visitatores prouinciarum, nec alicuius conuentus, quia licet illi proprie non sint prælati, nec habeãt iurisdictionem ordinariam, sed delegatam, hæc tamen iurisdictio delegata, quã habent, vt dico, est super veros prælatos, vt dicit Syluester loco sup. citato.

habetur in expl. cruc. §. 9 nu. 17. cum qq.
habetur in cõp. ver. vicarius, § 1.

Gl. in c. 1. de cõsuet. li. 6. ver. consuet.
c. fin. de filijs pbyt.

6 Quinta Conclusio. Defuncto Guardiano, vel priore statim de iure Vicarius desinit esse Vicarius, vt colligitur ex quadam gloss. communiter recepta secundum Panor. & Nauar. vnde statim tenentur Vicarij scribere prouinciali, vt prouideat de Vicario, & interim nec in foro conscientiæ, nec in foro exteriori habebit vllam auctoritatem, sed

Gl. i clé. si deprecur. ver. concess. vbi Pan. Nau. in c. nullũ num. 22 vers. ad prius autem.

sed secundum consuetudinem præsidebit conuentui, ne sit aliqua discordia; donec vero Prouincialis scribat, & præcipiat ei vt præsideat, non poterit absoluere a casibus reseruatis, nec habere capitulum, nec dare professionem, Verum est tamé, quod si vacet Guardiania per capitulum, quousq; veniat nouus guardianus, est verus, & legitimus præsidens conuentus, vt consuetudo introduxit in nostra sacra religione. & in hoc casu poterit absoluere a casibus reseruatis, & dare professionem, ac cætera, quæ eius guardianus facere solebat. Vt autem tollantur scrupuli, visitatores nostræ sacræ religionis solent facere præsidentes pro tempore capituli, quousque veniat nouus Guardianus.

7 Sexta Conclusio. Vicarij monialiũ in nostra sacra religione debent institui in capitulo per Prouincialem, & Definitores, vt est ordinatum in capitulo generali Lugdunensi confirmato a Leone X. Verum est tamen, quod si extra capitulum vacauerint dicti Vicarij, solũ ministri Prouinciales poterunt illos instituere, vt consuetudo ipsa introduxit, qui, loquendo absolute, & simpliciter, non sunt prælati ordinarij, cum non habeãt potestatem ordinariam, & iurisdictionem ad gubernandas moniales, & socios suos, & ideo non poterunt eos obligare cum censuris; aliquo tamẽ modo sunt prælati respectiue, quia habent auctoritatem in nostra sacra religione absoluendi in foro interiori a casibus reseruatis, & censuris, vt fuit determinatum in quodam capitulo generali nostro, & possunt dare licentiam suis socijs, vt possint ire extra oppidum, in quo existunt, dummodo non sit absentia notabilis; tunc autem erit breuis, si non excedat duos, vel tres dies; quia sicut dicit Conciliũ Trid. qui est absens per paucum tempus, non videtur esse absens. Reliqua omitto remittens illa ad consuetudinem, quæ, si sit rationabilis, debet obseruari.

Habetur in cõpendio verbo monial. § 22

Habetur in compend. verb. vicar. § 6.

Concil. Tri. ses. 23 ca. 1. de reso.

De tribus votis Religiosorum, scilicet de obedientia, Paupertate, & Castitate. Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

An possit Summ. Pont. dispensare in votis quæ faciunt Religiosi in professione solenni: & an dispensante Summ. Pon. cum aliquo religioso, vt sit clericus, videatur dispensare cum illo in illis votis, concl. 1. num. 1.

An possint religiosi habere quandam portionem panis, vini, & nummorum pro suis necessitatibus absque obligatione reddendi, quod super fuerit. conclusion. 2. num. 2.

An possint religiosi acceptare de licentia suorum prælatorum aliquam eleemosynam ad vsus indifferentes. conclusion. 3 num. 3.

An religiosus possit esse executor testamentorum nu. 4

An possit Monachus, aut Monacha esse depositarius pro conseruandis eleemosynis datis monasterio nu. 5

An peculium de rebus immobilibus deputatum ad vsus indeterminatos sit prohibitum Religiosis. num. 6

An Religiosus possit expendere sine peccato mortali in vsus non necessarios peculium datum ad expendendum pro suis necessitatibus. nu. 7

An Religiosus possit recipere, retinere, aut abscondere aliquam rem notabilem ignorante superiore nu. 8

An Religiosus possit expendere peculium in pauca quantitate cum licentia superioris præsumpta, nu. 9

An Religiosus possit commutare libros cũ alijs libris cum sæcularibus sine licentia sui superioris. num. 10

An Prælati, & Procuratores Monasterij possint facere aliquas eleemosynas de bonis ipsius Monasterij nu. 11

An Religiosus possit expendere peculium datum pro itinere cum suis consanguineis diuitibus. nu. 12

An

An Religiosus de licentia superioris sic expendens de bonis communitatis, vt reliqui Religiosi patiantur, peccet mort. num. 13.

An Religiosus possit recipere aliquas conseruas, aut res manducabiles, & vestimenta à sęcularibus pro suis necessitatibus sine licentia superioris. num. 14.

An Religiosus possit tenere pecuniam in cubiculo suo sine licentia. num. 15.

An Religiosus possit dare aliquid extra conuentum sine licentia Prælati. nu. 16.

An qui recepit aliquid a Religioso, teneatur restituere Monasterio. ibid.

An quando in Religione præcipitur sub obedientia, ne quid recipiatur, aut expendatur sine licentia, possit recipe, aut expendi cum licentia præsumpta. num. 17.

An Minores Fratres de obseruantia possint tractare, aut retinere pecuniam. num. 18.

An peccent religiosi, qui recipiunt stipendium Missarum, prædicationū, & confessionum, cum sit statutum generale in religione, quod non recipiatur. concl. 4. num. 19.

An bona, quæ acquiruntur a monacho professo sint religionis. concl. 5 num. 20.

An hereditas quæ venit ad monasterium, sit monasterij, cuius sit filius. conclus. 6. num. 21.

An mutato monacho ad aliquod monasterium pro facienda pęnitentia cuiusdam delicti, debeat deferre se cum bona, quæ acquisiuit. concl. 7. num. 22.

1 PRima Conclusio. Non potest Summus Pont. dispēsare cum religiosis in aliquo horum triū votorum essentialium, quę promittunt Deo in professione solemni, ita vt remanentes religiosi veri possint contrahere matrimonium, & habere propria, ac nulli esse in particulari subiecti, vt post omnes Theologos resoluit Sotus, Corduba, & Michael de Medi. 2, quia hæc vota sunt essentialia, & intrinseca de iure diuino veræ, & perfectæ religionis. Hincque colligunt DD. grauissimi, quod religiones militares Calatrauæ, Alcantaræ D. Iacobi, & similium non sunt simpliciter, & absolutè religiones, cum earum Commendatarij possint ducere vxores per dispensationem Papæ; quia si essent veri religiosi, non posset Papa dispensare in hoc casu, vt resoluit Sarmientus; sicque qui imponunt manus violentas in eos, non sunt excommunicati per capit. *si quis suadente*, quod si Alex. III. concessit, quod imponentes manus violentas in Equites D. Iacobi incurrant dictam excommunicationē, vt constat ex bulla confirmationis dicti ordinis, & continetur in eius ordinis regula, hoc decretum intelligo ego, vt loquatur de monachis, & clericis dicti ordinis, ac de monialibus; quia hi sunt veri religiosi, non vero de Equitibus commēdatarijs illius. Secūdo infertur, quod Cōmēdatarij ordinis D. Ioan. Hierusalē sunt veri religiosi, cum faciāt dicta tria vota essentialia, & sua Sāctitas hucusq; non dispensauit, quod possint contrahere matrimoniū. Ex dictis infertur, quod dispensante Summo Pont. cum aliquo religioso, vt fiat clericus sæcularis, tenetur habere propositum custodiendi tria vota essentialia, quę promisit; quia si nō habet hoc propositum, existit in peccato mortali, cum Papa non possit dispensare in dictis votis: & idem debet dici de religiosis ordinis D. Ioannis, & de clericis aliarum religionum militarium, & idem debet dici de Canonicis regularibus D. Augustinus, vt affirmat Bannes.

Soto de iustit. & iure lib. 8. q. 2. art. 5. & q. 5. art. 8. Cord. li. 1. qq. Med. li. 4. de cōtinētia. controuersia. 7. c. 29. Sarmiē. in Apolog. de reddi. 1.

2 Secunda Conclusio. Licitum est statui Canonicorum regularium, aut monachorum, non reddere quod illis superfuerit, quandò singulis tribuitur, & assignatur quędam portio panis, & vini, & aliarum rerum necessariarum ad victum, & quædam quantitas pecuniæ pro vestitu, quæ portio datur illis singulis diebus, aut mensibus, aut annis ita vt non teneatur monasterium, dare illis quid amplius pro suis necessitatibus. Hæc Cōclusio defenditur a Nauarro, vt quiescat cōscientia multorū religiosorū respondens ad argumenta in contrariū: nec

Bannes. 2. q. 11. ar. 1. col. 668.

Nau. in ca. nullā 18. q. 2. a nu. 45. vsq; ad n. 56. exclusiue.

cõc. Tr. sess.25.c. 1.de reg. cap. q Dei timoré. & statum monachorũ

nec contra obstat Concilium Trid. qd ordinat, vt omnes regulares tam viri, q̃ mulieres ad regulę, quam professi sunt, præscriptum vitam instituant, & componant; certum autem est quod in omnibus religionibus debent viuere omnes religiosi sine proprio, non solùm quo ad dominium, sed etiam quo ad vsum peculiarem, quia omnia debent habere in communi, vt est ordinatum in iure; quia ad hoc decretum respondeo, quod subditi tenentur viuere secũdum suam regulam, si dentur illis a superioribus in communi, quæ necessaria sunt ad sustentationem; vnde religiosi, quibus assignatur dicta portio, & tribuitur illis secundum illius religionis institutum, non sunt in statu damnationis, quousque eorum superiores reforment modum, & formam viuendi, vt obseruent regulam suam, hocq; significant illa verba, *omnes regulares vitam suam instituant & componant*: quia componere, & reformare regulares pertinet ad superiores, qui debent illis dare modũ, quo habitis necessarijs pro honesta sustentatione possint adimplere, quod Deo promisere; quod voluit insinuare sacrum Concil. Trid. in alio loco dicẽs, *Omnis cura, & diligentia à superioribus adhibeatur*, & ideo prælati tenentur reformare suas religiones zelo, & prudentia debita, considerantes, quod sicut in itinere cœlorum non ambulamus volantes, sed terrestri itinere procedentes aduersus carnem, & sanguinem, sic reformatio non potest fieri nisi paulatim; considerantesque, quod sicut est difficile constringere amplissimum mare, vt ingrediatur strictum aliquod flumen, sic est difficile reducere religiosos ex amplissimo mari relaxationis in strictum modum viuendi reformationis, vt scripsit Car. Caietanus cuidam Prouinciali, qui volebat reformare prouinciam suã, & tradit Nauar. in dicto loco: nec contra supradicta obstat alius locus Concilij Trid. dicentis. *Et mobilia vndecunque quæsita statim superiori tradantur*: quia respõdeo hoc intelligi composita prius

Cõc. Tr. vbi, sup. c. 2.

a prælatis eorum forma viuendi, tributisque illis necessarijs, vt dictum est. Hincque infero intelligentiam alterius loci sacri Concilij Tridentini, qui causauit aliquos scrupulos religiosis multis, vbi præcipitur, quod in omnibus monasterijs tam hominum quam mulierum obseruentur ea, quæ præcipit sanctum Concil. Trid. attinentia ad regulares posita in sess. 25. c. 3. de Reg. reuocans omnia priuilegia data quacunque forma, omnesque consuetudines, & præscriptiones etiam antiquissimas. In qua quidem sessione cap. 1. iubetur, qd viuant secundum puritatem suæ regulæ, & perfectionis; quod decretum debet intelligi secundum dicta, reformatis prius à prælatis, (quorum curę incũbit) monasterijs, & imposita forma rectè viuendi, vt possint in eis seruire Deo non egentes priuilegijs Apostolicis: & ideo præcipitur in eodem decretó prælatis, & superioribus, vt exequantur ordinata in dicta sessione; itaque si prælati non præbent cibum, & vestitum fratribus, nec prouident illis de communitate, & de omnibus quæ sunt illis necessaria, vt transigant vitam, vt pauperibus Christi mercenarijs vineæ suæ prædicãtibus, & audientibus confessiones, assistentibus graui oneri chori, & communitatis, poterunt vti dictis priuilegijs, quærentes, & petentes de licentia suorum prælatorum totum illud, quod illis necessarium est pro victu, vtentes ad illud suis priuilegijs.

cõc. Tr. sess.25.c. 22.d regu.

3 Tertia Conclusio. Possunt religiosi habere aliquid deputatum ad suos vsus de licentia sui prælati, licet sit ad vsus indifferentes; & ideo poterunt habere pro hoc effectu de eorum licentia quã dam eleemosynam annuam relictam in testamento, vt faciant, & disponant de illa, prout voluerint, quousq; eorũ prælatus non reuocauerit sentẽtiam suam, sic enim tenent Nau. Cor. Sil. & Petrus de Na. Verũ est, quòd hanc conclusionẽ non recipiunt dicti DD. quo ad patres minores regularis obseruantiæ, propter extremam paupertatem, quam profitẽtur;

Silu tit. Abb. q. 3. S. 4. verb relig 6. q. 7 Na de reddi. ec cl. q. 1. n. 82 & 84 Cor. de casib. q. 54. Nau. l. 2. de restit. c. 2. nu. 165.

tur; contra illam tamen obstat decretũ sacri Concil. Trident. vbi dicitur, quod nullus regularis, siue vir, siue mulier possit habere bona mobilia, aut immobilia quocunque modo acquisita tanquam propria, nec possit ea possidere nomine conuentus, sed potius debeant ei vniri, & incorporari; nec est licitum superioribus concedere hæc bona stabilia, & immobilia, etiam quo ad suum fructũ, vsum, & administrationem, aut commẽdam, quia administratio dictorum bonorum debet subijci iussis, & curæ officialium conuentus positorum à dictis prælatis, quia ad hoc decretum vltra dictum in materia donationum in cap. 90. respondeo cum sequentibus dictis.

4 Primum dictum est, quòd religiosus, aut religiosa possunt esse executores testamentorum de licentia superiorum; quam administrationem nõ prohibet sacrum Conc. Trid. vt dicetur infra in materia testamentorum.

5 Secundo dico, quòd cõsuetudo, quę versatur inter monachos, aut moniales, quòd sit vna, seu vnus, qui sit depositarius, seu depositaria cõstituta ab Abbat. vt conseruet eleemosynas, quæ illis dantur, non est contraria S. Conc. Trid. licet depositentur nummi, vt depositarius tribuat eis necessaria ad suos vsus.

6 Tertio dico, quod peculium deputatum ad vsus indeterminatos, licet sit reuocabile à prælato, & religiosus habeat dictum peculium, ita vt non sit in sua potestate, si illud peculium est de rebus immobilibus, vt sunt census, & redditus, est prohibitum religiosis, neque possunt illud habere, sine licentia particulari sedis Apostolicæ, & hoc est, quòd ordinat sacrum Cõc. Trid. Videatur in materia donationum p. p. c. 90 nu. 9. vbi explicatur sacrum Concil. Trid.

7 Quarto dico, quod si religiosus, cui prælatus dat licentiam, vt expendat peculium in suis necessitatibus quod habetur a depositario conuentus deputatum pro hoc ministerio, expenderit dictum peculium in vsus non necessarios, nec pios decipiens prælatum, aut depositarium, vt tradatur ei dictum peculiũ dicens, quòd illud vult expẽdere in rebus necessarijs, peccat mortaliter contra votum viuendi sine proprio, quia prælatus non concedit licentiam, vt expendatur in similib. necessitatibus; nec potest illam concedere bona conscientia, quia sicut non est dominus, sed dispensator bonorum monasterij, sic non est dominus, sed dispensator talium bonorum, cum sint monasterij, & sint ei vnita, & incorporata, & tamquam dispensarius debet concedere licentiam, vt expendantur in vsus necessarios licitos, & honestos, vt affirmat Nau. & Ludou. Lop. allegans alios authores. Na. vbi su. n. 181. Lop. in instr. cõsc. 1. p. c. 6.

8 Quinto dico, quòd religiosi recipiẽtes aliquam rem notabilem, aut retinẽtes, aut abscondentes eam, ignorante eorum pręlato, peccant mortaliter, licet dicant esse paratos derelinquere dictam quãtitatem, si præcipiat illud eorum prælatus, quia non potest vere dici paratus ad dandum, & resignandum ille, qui adhibet diligẽtiam, ne superior sciat dictam rem ab eo receptam. Debet tamen notari, quod si superioris licentia præsumpta religiosus capit, retinetque dictam quantitatem pro aliqua necessitate propria, pro qua verisimiliter prælatus concederet licentiam, vt reciperet, non peccaret mortaliter; qđ debet notari pro consolatione spirituali dictorum religiosorũ, qui sæpe ignoranter, aut inconsideranter, magis quã animo deprauato, aut cupiditate recipiunt aliquas eleemosynas, & expẽdunt eas liberalius, quam par sit, putantes, quod non displiceret Prælatis, licet id scirent; quia tales non peccarent mortaliter: aduertant tamen tanquam serui Dei, ne illos decipiat amor proprius, aut aliqua extraordinaria cupiditas, vt putent non displicere Prælatis supradictum; sic enim tenet Nauar. allegans alios: hoc dico loquendo de quantitate notabili. Na. d. li. 2. de restit. c. 1. n. 171.

9 Sexto, dico, quod, quando subditus putat pro certo, quod Prælatus concedet illi licentiam ad expendendum di-

ctum peculium etiam in pauca quantitate, simul autem putat, quòd sine eius licentia expressa non vult, quod fiat dicta expensa, non potest expendere dictum peculium, licet sit in pauca quantitate; quod probatur sequenti exemplo, si subditus certo scit, quod eius Prçlatus concedet licentiam, vt exeat domo petens eam ab illo, si exeat domo sine dicta licentia, peccabit, quia licet intelligat, quod concedet illam, intelligit etiam, quod displicebit ei, vt exeat domo sine expressa concessione eius; vnde idem dicendum est in nostro casu, sic enim tenet Ludouicus Lopez.

Lop. vbi sup. c. 6.

10 Septimo, dico, quod potest subditus cessante contemptu commutare eius libros cum alijs libris, licet fiat commutatio cum sçcularibus, dummodo conuentui non eueniat iactura ex ea commutatione; quia sic non præsumitur licentia Prælati; hoc tamen non habet locum in patribus minoribus regularis obseruantiæ, quibus est prohibita quæuis permutatio, aut venditio rerũ, quas habet ad suum vsum sine authoritate sui Prælati, & sindici Apostolici.

11 Octauo, dico, quod Prælati secundum consuetudinem possunt dare aliquas eleemosynas, sicut prudentes administratores bonorum monasterij, & eandem licentiam habent suo modo procuratores, cum sint administratores dictorum bonorum; & monachi particulares non peccant mortaliter capientes aliquam paruam rem conuentus, vt dent illam pauperibus nec illis prohibet Sanctum Concilium Tridentinum hanc administrationem: nec ego vellem, quod Prælati, ac procuratores, & alij regulares priuati in hoc essent scrupulosi, quia vbi est charitas, & amor Dei, non est, quod adsit scrupulus.

12 Nonò, dico, quod religiosus itinerans extra conuentum, Dona, quæ illi dantur in itinere, poterit expendere cum suis consanguineis, licet sint diuites, dummodo non sit donum excedens nimis, quia supponitur, quòd Prælato non displicebit, si non est auarus, quod non debet præsumi, nec sanctum Concilium Tridentinum hoc prohibet, cum non tollat administrationem rationalem fundatam in gratitudine, quç debetur cõsanguineis ob alias res, quas religioso tribuunt pro eius necessitatibus; fratres vero minores regularis obseruantiæ non possunt id facere sine authoritate sui Prçlati, & sindici, si damnum est graue, quod, si sit paruum, sufficit licentia Prælati; quod vero sit dãnum graue, aut paruum in suis constitutionibus prouincialibus, est declaratum.

13 Decimò, dico, quod religiosus, qui de licentia superioris expendit de bonis communitatis, ita vt reliqui religiosi patiantur necessitatem, peccat grauiter, & non minus peccat, qui illi concedit tantam licentiam, cum bona communitatis sint pro omnibus secundum communes necessitates, estque in illis constitutus tanquam dispensator fidelis, & prudens super omnes.

14 Vndecimò, dico, quod potest religiosus recipere sine peccato aliquas cõseruas, aut res manducabiles, & aliqua vestimenta à sçcularibus non prohibita à sua regula, si horum habeat aliquã necessitatem, qua necessitate Prælato manifestata, si non vult succurrere ei, poterit recipere dictas res sine peccato, & necessitate tribuendi eas dictæ communitati, quia in hoc casu Prælatus tenetur administrare multa horum illis, qui egent, & ideo videtur, quod si illa tribuantur eis ab aliquo sçculari, non poterit impedire, quod ea recipiant.

15 Duodecimò, dico, quod si Prælatus præcipiat sub obedientia, quod nemo detineat pecuniã in cubiculo, peccabit mortaliter religiosus, qui eam habuerit occulte nolens reuelare statim Prælato.

16 Decimotertiò dico, quod si monachus det extra conuentum aliquid notabile siue mobile, siue immobile, siue sit res, quæ vsu consumatur, siue non, peccat mortaliter dans illud sine licentia Prælati, & tenetur recipiens restituere monasterio; & cum

dans

dans & recipiens committant iniustitiam, vterque tenetur ad dictam restitutionem. Verum est tamen, quod qui recipit bona fide, solum tenebitur restituere rem, si habeat illam in sua potestate, aut si cum ea factus fuerit ditior, & cùm religiosus non habeat quid restituat, quia non habet rem propriam, sufficit in hoc casu, quod moneat illũ, qui recepit, vt restituat illam, & abstineat ab vsu aliquarum rerum, pro quibus habet licentiam à Prælato expendendi aliquid, vt sic satisfaciat aliquo modo dicto monastario, vt dicit Petrus de Nauarr.

Nau. li. 3. de resti. c. nu. 201.

17 Decimoquartò dico, quòd omnia supra dicta debent intelligi, vt sic verũ cum moderatione debita obseruantiæ regulari; quia in religionibus multum strictis, vbi capitula, & superiores ordinant sub obedientia pro obseruantia dictæ religionis, quod subditi non possint recipere quidquam, nec expendere sine licentia expressa prælatorum, peccant mortaliter subditi recipientes, aut expendentes aliquid sine expressa licentia superiorum, licet videatur illis, quod facti certiores prælati dabunt dictam licentiam; & ratio est, quia si licentia præsumpta admitteretur in hoc casu in his religionibus, tam reformatis, aperiretur porta, per quam facilè intraret relaxatio; vnde eueniret illarum finis, sicut alijs euenit, quæ in principio habebant satis regularem obseruantiam: si vero necessitas esset vrgens, & non posset haberi licentia Prçlati, quia est nimis distans, non condemnarem ego ad mortale dare, aut recipere aliquid sine dicta expressa licentia, quia statuta debent esse rationabilia, & pleniora charitatis, quã rigoris, & sic debet præsumi, quod hæc statuta sint huiusmodi.

18 Decimoquintò, dico, quod supradicta quo ad vsum pecuniç nõ intelliguntur in nostra sacra religione, in qua non possunt religiosi tractare, nec retinere pecuniam.

19 Quarta Concl. In qua religione est constitutio, quod nullius religiosus eius recipiat stipendium solitum, & licitum pro missis, quæ dicũtur, aut prædicationibus, auditionibus confessionum, aut alijs administrationibus si religiosus capiat, peccabit mortaliter; sic enim dicit Petrus de Nau. & probat, quia faciẽtes dicti religiosi votum viuendi sine proprio capientes dictum stipendium inuitis prælatis committunt actum proprietatis, licet non detineant dictum stipendium in sua potestate: ego tamen putarem hanc conclusionem esse veram, si habeant intentionem, qui fecerunt dictam constitutionem obligandi cum ea ad peccatum mortale. Erit etiam peccatum mortale cum eadem modificatione, si religiosus eiusdem religionis dixerit alicui, Ego dicam tibi centum Missas hac cõditione, quòd sis daturus cuidam personæ pauperi, aut meo cuidam consanguineo eleemosynam carũ; quia per obseruantiam regularem dictæ religionis possunt prælati facere statutum, quòd obliget ad peccatum mortale, ꝙ hac de causa nullum recipiatur stipendium; & etiam quia hic est actus proprietatis, & administratio bonorũ prohibitorum à Concil. Trident. religiosis. Verum est tamen, ꝙ si promittant dicti religiosi alicui dicere centum Missas, & ille dat centum dracmas argenteas sine vllo pacto tacito, vel expresso stipendij, sed solum gratitudinis causa, non peccabunt mortaliter. Et nota, quod licet hi religiosi habeant licentiam a suis prçlatis ad recipiendas aliquas res, & expendẽdas in necessitatibus quas habuerint, non erit licitum etiam in hoc casu recipere aliquid pro Missis, & sacrificijs; quia facerent contra votum paupertatis, quam tenentur obseruare regulantes secum sua cõstitutione, in qua facta fuit hæc constitutio data opera, vt melius obseruetur votum paupertatis, & etiam quia in generali concessione non videtur concedi in speciali; ꝙ si peteretur, non concederetur; & certum est, quod prælati religionis non concederent hoc dictum supra, sic enim dicit Nauarr. qui addit, quod licet dicti reli-

Nau. vbi sup.

Concil. Triden. sess. 25. ca. 2. de regu.

Nau. vbi supra nu. 164.

religiosi peccent capientes dictũ stipendium, non tenentur tamen restituere.

20 Quinta Conclusio. Bona acquisita à monacho professo in monasterio, ita sunt monasterij, vt licet virtute alicuius priuilegij transeat ad aliud alterius monasterij, proprietas, ñ dictorum bonorum, non transit ad dictum secundum monasterium, nisi quantum sit necessarium pro eius alimentis in eius vita; & ideo monialis professa in vno monasterio si transeat ad aliud alterius religionis, siue eiusdem, non potest petere dotem suam, sed solum alimenta, quibus eget, cum iam hæc bona sint acquisita primo monasterio: hanc opinionem cõtra Abb. & alios tenet Couarr. quod si in aliquibus regnis sit in vsu contrarium, ob leges particulares, quæ in illis sint, non tracto de hoc, quia non pertinet ad meum institutum; videatur tamen Rebuff. qui resoluit hoc.

Cou. i c. 1 d̃ test. iuxta fi.

Rebuff in proœmio regiarũ cõstit. gl 5. nu. 21.

21 Sexta Conclusio. Monasterium secundum ad quod transit hic religiosus, licet transeat ad illud ratione alicuius priuilegij, acquirit hæreditatem, quam hic monachus debebat acquirere existens in primo monasterio, ideo si parentes eius moriantur post eius transitum ad secundum monasterium, huic acquiritur hæreditas; & ratio est, quia non erat adhuc acquisitum dominium hæreditatis primo monasterio; hoc probatur in iure, & tenet Corneus in quodam consilio. Hinc infertur, quod legatum factum monacho existenti in aliquo monasterio sub quadam conditione, acquiritur alteri monasterio, ad qđ transit, si in eo existente impleatur dicta conditio, quia in vltimis voluntatibus spes non transfertur ad hæredes, sic enim tenet Couar. post alios.

c. statuĩũ 18 q. 1. Corneus cons. 88. vol. 2.

Cou. vbi sup. n. 20.

22 Septima Conclusio. Quando aliquod monasterium compellitur ad recipiendum professum, vel professam ex alio monasterio alterius religionis, vt ibi faciat penitentiam alicuius criminis ab eo commissi, licet dominium, quod acquisiuit in dicto monasterio, remaneat in illo, vsufructus tamen bonorum transit ad monasterium, vbi facit penitentiam, donec vixerit, vt ijs alatur, & sustentetur, sic enim tenet Imola probans id aliquibus decretis.

Imola i ca. quod a te. Clement. cõiugatis.

De testamento Religiosorum. Cap. XXXIV.

SVMMARIVM.

An veri Religiosi, licet sint Prælati, possint testari, concl. 1. nu. 1.

An Religiosus professus possit irritare, aut alterare testamentum factum ante professionem, concl. 2, nu. 2.

An Religiosus possit declarare ambiguitatem sui testamenti, ibid.

An Commendatarij ordinum militarium possint testari, concl. 3. nu. 3.

An ornamento, & cetera destinata ad cultum diuinum per Commendatarios, & alios beneficiarios ipsis defunctis sint monasteriorum, concl. 4. nu. 4.

1 PRima Cõclusio. Est satis verificatum, quod veri religiosi, licet sint prælati, non possunt facere testamentũ, vt dicitur in iure, & resoluit Couar. An vero Papa possit dispensare cum illis, vt possint illud facere, est quęstio agitata inter Theologos, & Canonistas, & communior opinio resoluit, quod sic, quando ad faciendum testamentum non est necesse, quod religiosus habeat dominium, aut proprietatem, quæ repugnat statui religiosi, sed sufficit, quod habeat administrationem, quę quidem non repugnat dicto statui; & licet sit prohibitum à iure canonico, Papa est super omne ius positiuum, hoc enim dicit Nauar. post alios.

Cou. d̃ test. c. 1. nu. 4.

Nau. de reddi. q. 1. n. 17. & in c. nõ dicatis, n. 88.

2 Secunda Conclusio. Verus religiosus professus etiam cum licẽtia sui prælati non potest irritare, nec alterare testamentum factum ante professionem; sic enim resoluit Nauarrus allegans Panormitanum, & alios, quod probatur in quadam Auth. in qua conceditur religioso professo habenti filios, vt possit diui-

Na. in c. nõ dicatis, n. 85. Auth. si qua mulier C. d̃ S.S.E.

diuidere bona inter eos, & distribuere ea: vnde colligitur, quod non poterit facere testamentum, cum solum concedatur ei dicta distributio; quod si non habeat filios, nec hoc, nec aliud facere poterit; vnde aliqui putant, quod non poterit dictus religiosus post professionē eueniente aliquo dubio in eius testamēto declarare voluntatem suam, quia qd non conceditur, videtur negari, & cum in dicta Authentica non concedatur plusquam dicta dispositio, videtur negari quęuis alia declaratio: ego tamen puto contrarium, quia in dicta Authentica solum conceditur dicta dispositio, & per consequens negatur quæuis alia dispositio, & distributio; si vero sit aliquod dubium non negatur ei declaratio, quia declarare non est disponere, nec est dare, nec distribuere, sed solum testificari intentionem, quam habuit, quando fecit testamentum, vt secundū illam adimpleatur, & sicut quiuis alius in dubio sciens de eius intentione poterat de illa reddere testimonium, sic nullum ius prohibet religiosum posse esse testem eius, & quod præstetur ei iuramentum de licentia sui prælati.

3 Tertia Conclusio. Commendatarij ordinum militarium Calatrę, Alcantaræ, & Diui Iacobi habent multa priuilegia Apostolica, vt possint testari, & cōsuetudo, ac statuta eorum admiserunt hoc, quæ licet fuerint reuocata a Pio V. fuerunt tamen postea confirmata à Gregorio XIII. vt constat ex Bulla, quam habent in constitutionibus ordinis Diui Iacobi: quod Papa potuit optime facere: primo, quia vt fiat testamentū, non est necesse, quod, qui facit, habeat proprietatem, sufficit enim, quod habeat administrationē: secundo, quia hi non sunt veri religiosi, & ideo nulli dubium est, quod de suis bonis patrimonialibus poterunt instituere primogenium, vt resoluit Molina, de redditibus tamen suarum commendarum non possunt hoc facere loquendo in foro conscientiæ, si ad illud non habeant dispensationem, vt colligitur ex eo, quod tradit Nauar. resoluens, quod non possunt illi in sua vltima voluntate disponere de illis bonis, nec possunt illa expendere in vita sua nisi in vsibus pijs; cum vero Summus Pontif. concesserit illis, qd possint contrahere matrimoniū, ex quo vt plurimum habent filios, licet negemus illis posse instituere primogenium ex dictis bonis, non tamen audeTem affirmare non posse relinquere in morte, & dare in vita aliqua bona filijs suis obseruantes regulæ constitutiones, quia nihil posse illis relinquere in morte, nec dare in vita est res dura, & consuetudo est in contrarium.

Mol. de primogenitis. Hyspaniæ li. 1. c. 9. n. 66

Nau. in c. si. 16 q. 1. in 3. q. nu. 29. cū seq.

4 Quarta Conclusio. Est quidam motus proprius Pij V. promulgatus anno 1567. in quo præcipitur, quod omnia ornamenta, paramenta, vasa, missalia, gradualia, libri cantus, omnesque res sacræ auri, argenti, & quæ vis alia destinata per quoscunq; Prælatos Commendatarios, aut alios beneficiarios ad cultum diuinum, quæ sint inuenta in illorum potestate tempore mortis suæ cū testamento, aut sine eo pertineant ad monasteria, & ecclesias, aut beneficia, vbi dicti Prælati, Commendatarij, ac beneficiarij habent suum titulum, & gaudent fructibus suis, licet habeant quamuis facultatem testandi: qui motus proprius debet intelligi solutis prius debitis horum dominorum; si omnia prædicta sunt necessaria pro soluendis debitis, non possunt ecclesiæ huiusmodi, aut monasteria mittere manus ad ea, vt explicat Guttierez.

Gut. l. 2. p. q. 99. q. 94. in fi.

Circa votum obedientiæ, & castitatis, quod promittunt religiosi, nihil hic dico, quia id proprijs in locis dicitur: nec tracto hic de alijs rebus particularibus attinentibus ad eos, quia in materia nouitiorum, & legatorum, & alijs tracto de his rebus.

De residentia Prælatorum, & Parochorum, & de pena, quam incurrunt non residentes. C. XXXV.

SVMMARIVM.

An teneantur residere habentes curam animarum concl. 1. num. 1

Vt quis dicatur residere quot requirantur. ibidim.

An excuset à non residendis prouidere de aliquo magis idoneo procura animarũ, concl. 2. num. 2

An excuset a non residendo personaliter Episcopi in sufficientia. & Vicarii sufficientia concl. 3. num. 3

An teneatur Canonicus regularis qui obtinuit ecclesiam parochialem residere in ea. concl. 4. num. 4.

An beneficiarii non residentes incurrant aliquam pęnam. concl. 5. nu. 5.

1 Prima Conclusio. Tenentur de iure diuino Prælati, qui habent curam animarũ residere in suis præbendis, vt sufficienter probãt Caiet. Sotus. Nau. Cordubaq. & ideo fuerunt huiusce huius opinionis patres sacri Cõcil. Trid. & ratio ipsa hoc prædicat, quia cum prælatus sit lux præsentiũ, præsentibus debet dare lucem, & etiam quia est dux, pastor, dispensator, explorator, custos, vigil, nutritius, & nutrix, suo lacte fouens filios suos, quæ nomina omnia petunt præsentiam corporalem pastoris. Est autem notandum, quod hæc prę sentia, & residentia, vt sit, quæ conuenit requiruntur duo: Primo, quod sit præsens corporaliter, & habitet in loco beneficij. Secundo, quod faciat, q̃ pattinet ad eius curam pro gubernatione ecclesiæ, & pro cultu diuino, & cura animarum, vt tenent dicti patres; quia si solũ teneretur ad residentiam corporalem, nullius, aut parui momenti, esset esse p̃sentem: quia hoc est opus, quod potest ab alio impleri, licet sit mercenarius, quod est contra decretum Concil. Trident. sess. 6. c. 1. de Reform.

Caiet. 2. 2 q. 185. art. 5. Sot. in c. alien. 1. de nat. & grat. Nau. in Manu c. 25. n. 21. Co. li. 3 va. c 13. num. 9. Cord l. 2. qq q. 1?. Cõc. Trid. ses 16. de re for. c 16

2 Secunda Conclusio. Non excusatur Episcopus, & Parochus ab hac personali residentia ex eo, quod prouideant ecclesiæ suæ de probo Vicario, licet dictus Vicarius habeat maiorem sufficientiã ad gubernandas oues: & ratio eius est, quia tenentur per se ipsos gubernare ecclesias suas cum doctrina, exemplo, & administratione sacramentorum, existentes tanquam vigilẽs accurati in custodia gregis sui, quæ actiones sunt personales; & actiones personales non possunt suppleri per alios; vnde non est liber a recitatione offic j diuini sacerdos, qui præcipit alijs, vt recitet pro eo, quia hoc est debitum, & actio personalis; supradictum autem approbat Conc. Trident. & tenet Caietanus, vt sup.

Concil. Tri. sess. 23. c. 1. de refo.

3 Tertia Conclusio. Insufficientia Episcopi, & sufficientia Vicarij non excusat Episcopum a personali residentia, quia si putat se non esse sufficientem, renuntiet episcopatum, aut quærat coadiutores idoneos; nec est ratio, quòd quia ipse acceptauerit episcopatum iniuste, faciamus eum esse melioris conditionis, quam sint Episcopi boni, liberantes eos ab hac personali residentia, vt dicunt D. Thom. & Host. nostramque cõclusionem tenent Caiet. & Sot.

4 Quarta Conclusio. Tenetur Canonicus regularis, qui obtinuit aliquã ecclesiam parochialem, residere in ea, vt dicitur in iure, in quò expresse ordinatur, ne permittatur monachis habentibus beneficium, quod habitent in monasterio: nec obstat, q̃ habent votũ existendi in ecclesiam regulari quia cũ habeant iuste dictum beneficium, iam dictum votum relaxatum est, nec hic regularis deserit statum suum per hanc residentiam, cum existens extra monasterium suum iusta de causa, non desinat esse monachus, nec deserat vitam contemplatiuam, quæ est melior quam actiua, cum residens in suo beneficio possit hoc etiam facere, sic enim resoluit Nauarr. in quodam consil. lib. 3. consil. tit. de cler. non resid. consil. 5.

D. Thom. in 4. d. 24 q. 1. ar. 2 ad 3. Hos. in sum. tit. de cler. exc. monist. 8. 1. nu. 2. Caie. vt sup sot. li. 10. de iust. p. 3. art. 2.

5 Quinta conclusio. Pœnæ, in quas incurrunt beneficiarij habentes curam animarum non residentes ponuntur a Concil. Trid. vt supra, de quibus quoad distributiones, quas amittunt, dicetur in capitolo sequenti, & est iam dictum in materia beneficiorum ecclesiasticorum, p.p. cap. 33.

Quomodo sint obligati ad residentiam Canonici, & Capellani, vt possint percipere, quotidianas distributiones. Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

Quanto tempore possint ab esse Canonici, Præbendati alicuius cathedralis & portionarij, & an possint alij Canonici remittere distributiones, ratione absentiæ amissas. concl. 1. num. 1.

An valeat consuetudo, quo qui adit matutinum, & non alias horas gaudeat distributionib. omnium horarum. concl. 2. n. 2

An possidens capellaniam, per quam tenetur ad tot missas, & assistere horis canonicis, possit satisfacere per alium inseruientem. conclus. 3. num. 3.

1 PRima Conclusio. Ordinat Concilium Tridentinum, quod qui obtinent canonicatus, dignitates, præbendas, aut portiones in aliqua ecclesia cathedrali, seu collegiali, non possint abesse nisi per tres mēses per singulos annos, reuocans in hoc quoduis statutum, aut consuetudinem in contrarium, & si faciat maiorem absentiam, ordinat Sac. Conc. quod priuentur per primum annū medietate fructuū, quā perceperunt existentes præsentes, & si in eodē anno sint vsi eadē negligentia, priuētur oīb. & crescente eorū cōtumacia Episcopus procedat cōtra illos per sacros canones, & reliqui præsentes horis canonicis pſercipiant distributiones, sicut hi, si essent præsentes, deberent perferre, & quod non possint illis remittere has distributiones (Concil. Tri. sess. 24 c. 12. de ref.)

2 Secunda Concl. Illicita est consuetudo, quod ille, qui adit matutinum, gaudeat non solum distributionib. assignatis pro hac hora, sed etiam, quæ sunt assignatæ reliquis horis, licet non assistat eis; quia hæc consuetudo est contra ius, & per consequens contra Concil. Trid. quod innouat dictum ius. (Concil. Trident. vbi sup.) Verum est tamen, quod potest ordinari, quod solū, qui assistunt matutino perferant distributiones eorum, qui non assistunt eis.

3 Tertia Conclusio. Qui habet aliquam capellaniam cum obligatione dicendi tot missas, & assistendi horis canonicis, quæ decantantur in aliqua ecclesia, si est sacerdos, pōt ei satisfacere per alium idoneum, dummodo sic sit in vsu in reliquis capellanijs illius oppidi, & capellani excusantur seruientes illis per alios. Et secundum Panorm. & alios allegatos a Felyno est cōis opinio, quod hæc consuetudo valeat, (Pano. in rep. c. ex extirpāda. §. q vero de præbendis.) quod ille, qui habet beneficium simplex, non teneatur seruire nec per alium, nec per se qñ est copia ministrorū. Nec obstat, quod in hac capellania dicitur, quod seruiat ei personaliter, qꝛ in reliquis non obseruatur, quia adhoc respondeo, quod in reliquis, licet dicatur hoc verbum [assistant personaliter] ponuntur tñ alia verba æquiualentia, & similia; (Fel. in c. cum omnes de constitutionib.) dicit vero Nau. in hoc casu securius esse, quod Episcopus de consensu patroni capellaniæ dispenset, quod possit per alios satisfieri. (Nau. li. 3. cōsil. tit. cler. non resident cō sil. 7.) Alia essent dicenda circa hoc, in materia tamen beneficiorum ecclesiasticorum remanet aliquid dictum.

De non residentibus Episcopis, & alijs cura animarum habentibus, ratione pestis. Cap. XXXVII.

SVMMARIVM.

An possit Episcopus deserere ciuitatem ecclesiæ cathedralis tempore pestis. concl. 1 num. 1.

An teneatur prouidere aliis ciuitatibus, & oppidis suæ diœcesis peste infectos conclus. 2. num. 2.

An possit Parochus tempore pestis renunciare suum beneficium. concl. 3. num. 4.

An

An possint Episcopi, & Parochi tempore pestis recipere coadiutores idoneos. conc. 4. num. 4.

An possit Parochus tempore pestis abesse duobus mensibus à Concilio concessis. cō clus. 5. num. 5.

PRima Conclusio. Si sit pestis in ciuitate, in qua est ecclesia cathedralis, non debet Episcopus exire ab ea, vt ordinatur in iure, cum ibi habeat sedem suam, & capitulum: quod intelligitur præcipue tempore aduentus, & quadragesimæ, & Natiuitatis & Resurrectionis, Pentecostes, & festi corporis Christi, in quibus temporibus præcipit sacrū Conc. Trident. Episcopis, vt assistāt suis ecclesijs cathedralibus suæ diœcesis, nisi aliæ ecclesiæ sint in maiori necessitate eius præsentia. (cap. placuit 7. q. 1.; Concil. Trid. sess. 23. ca. 1. de ref.)

2 Secunda Conclusio. Si sit pestis in alijs locis diœcesis, tenentur Episcopi esse multum sollicitı, & circumspecti in prouisione necessariorū pro salute animarum, & corporum suarum ouium; & si intelligunt eorum præsentiam esse multum necessariam dictis locis, tenentur recurrere ad illa: vt sunt duces obligati etiam cum periculo vitæ accurrere ad arces, quæ sunt commissæ eorum curæ tempore belli. Vnde infertur, quod Episcopi, qui, antequam pestis adueniat ad ciuitatem cathedralis, recesserunt ab ea, tenentur redire ad eam, si dicta pestis aduenerit; nisi causæ suæ absentiæ sint maioris valoris, quam residentia ipsa; quas quidem causas debet qualificare summus Pontif. aut Metropolitanus in scriptis, & ipso absente, Episcopus antiquior Metropolis, vt ordinat sanctum Concil. Trident. & idem debet obseruari in simili casu cum Parochis, vt dicetur in capitulo sequenti; & ideo regulariter loquendo pestis non excusat Episcopum, nec curam animarum habentes à personali residentia suorum beneficiorum. Quod probatur, quia causæ, ob quas possunt esse absentes, non habent respectum ad suas personas, cum teneantur dare vitam suam pro salute spirituali ouium suarum, cum eas deceperint sub cura sua, sed habent respectū ad eorum ecclesias, quibus promisere inseruire, vt post alios ostendit doctè Sotus. (Concil. Trid. sess. 23. c. 1. de ref.; Sot. vbi sup. art. 74.)

3 Tertia Conclusio. Si Parochus tempore pestis ob periculum, in quo se videt, voluerit renunciare beneficium, quod habet, in manu Episcopi sui, non debet admitti renunciatio, sicut dux non permittit exire à se militem, qui tempore pacis scriptus fuit sub suo vexillo; & etiam quia hæc renunciatio est comparata fugæ, quæ est illicita Parocho in simili tempore.

4 Quarta Conclusio. Potest Episcopus, & Parochi tempore pestis recipere coadiutores idoneos, & approbatos ad administrationem sacramentorum ob multitudinem infirmorum, qui sunt, & periculum ministrorum; si vero fugiant Episcopus, & Parochus ab hoc periculo, non possunt constituere Vicarios idoneos, qui residentes excusent eos à sua personali residētia, quia si proprius pastor viso lupo fugit, & relinquit oues, non debet sperari melior cura à mercenario; & si mater deserit filium in articulo mortis, quid faciet nutrix mercenaria?

5 Quinta Conclusio. Non est licitum Parocho tempore pestis abesse per duos illos menses, aut tres, qui à Concil. Tridentino conceduntur per singulos annos, quia hi tres menses conceduntur ab eo, casu quod possit abesse sine detrimento suarum ouium, & sic fuit declaratum per dominos Card. reformationis, quod dicti duo menses non essent temporis Aduentus, nec Quadragesimæ, nec Paschę, Natiuitatis, aut aliarū solemnitatum magnarum, in quib. pręsentia pastoris dat hilaritatem ouibus, cuius administratio est necessaria in his temporibus, & si hoc dicitur de hoc tempore, quanto melius debet dici de tempore pestis. (Concil. Trid. sess. 23 ca. 1. de ref.)

De

De causis, ob quas Episcopi, ac Parochi possunt non residere. Cap. XXXVIII.

SVMMARIVM.

Quatuor ob causas Episcopi possunt abesse a suis Episcopatibus concl. 1. num. 1.

An possit beneficiarius abesse legens, aut audiens aliquam scientiam Theologiæ, vel sacrorum canonum. concl. 2. nu. 2.

An possit Parochus abesse ratione alicuius inimicitiæ, quæ superuenerit illi in oppido. concl. 3. num. 3.

An possit quis dare beneficium curatum alteri, quem scit debere abesse multum a sua residentia. concl. 4. nu. 4.

An causæ, ob quas prælati non possunt residere, debeant approbari, & scribi. concl. 5. num. 5.

1 PRima Conclusio. Multæ sunt causæ, ob quas Episcopi non peccant absentes existẽtes a suis Episcopatibus, & Parochi à suis beneficijs, quæ colligũtur à sacro Concilio Tridentino, & sunt quatuor. Prima causa est charitas christiana. Secunda vrgens necessitas. Tertia debita obedientia. Quarta, euidens ecclesiæ, aut reipubl. vtilitas: & nota, quod non dicit Concilium absolutè, ꝙ charitas excuset à residentia prælatos, sed charitas christiana: vndelicet sit charitas conseruare proprium vitam, & succurrere proximis sine obligatione de iustitia, non possunt tamen ob hanc charitatem esse absentes prælati, quia charitate christiana obligantur dare vitam suam pro ouibus suis, & succurrere illis in sua præsentia ob obligationẽ, qua tenentur de iustitia, omittentes succurrere reliquis rebus, ad quas non tenentur sic de iustitia: estque christiana charitas, quæ excusat eos a residentia, quando particulariter contra suas personas subleuatur aliquis motus persequutionis; quia in hoc casu exemplo Christi Redemptoris nostri, & D. Pauli, & D. Athanasij; dummodo prouideant de rebus necessarijs ecclesijs suis, poterunt abesse, nisi eorum ecclesiæ omnes sint in simili periculo, vt comprobat D. Thomas. Et nota, quod dicit Concilium debitam obedientiam excusare prælatos a residentia, & non dicit obedientiam absolute. Vnde faciunt male prælati maiores religionum ordinantes visitationes aliquarum prouinciarum Prouincialibus aliarum prouinciarum, & Abbatibus, Guardianis & Prioribus, qui habent curam animarum, cum possint fieri dictæ visitationes ab alijs, & ideo facient benedicti prælati, si cum debita humilitate non accepteni dictas visitationes, sed attendant ad ea, quæ proprie illis commissæ sunt suarum ecclesiarum: quod si dicatis mihi iuberi illis sub obedientia, ad hoc respondeo nõ quamuis obedientiam excusare illos à residentia, sed debitam obedientiam, vt insinuat Concilium.

Concil. Trid. ses. 23. c. 1. de reso.

Ioan. 7. Actor. 9 & 2. Corin. 12.

D Tho. super Matth. c. 10 explicans illa verba cum persequentur vos in ciuit. ista fugite in alias.

2 Secunda Conclusio. Excusatur etiã beneficiarius a residentia personali legens publice Theologiam, aut audiens eam per spacium quinque annorum, vt dicitur in iure, nec in hoc casu est necessaria licentia Episcopi, vt tenent Rebuffus, & Nauarr. cum hæc concedantur a iure. Nec potest Episcopus concedere eam ad plus temporis, vt declararunt Cardinales reformationis dicentes. *Licentia vt quis abesse possit causa studij a seruitio suæ ecclesiæ, vel sui canonicatus, non suffragatur vltra quinquennium impetrata a die quo cœpit studere.* Ex qua declaratione colligitur, quod non solum Episcopus non potest dare dictam licentiã, sed etiam si dederit, nihil valebit. Et nota, quod hæc conclusio habet locum in illis, qui legunt publice in vniuersitate approbata canones sacros, & qui studẽt ipsis, cum hæc scientia sit tantum necessaria ad regimen ecclesiasticũ; sic enim tenet Salzedus.

Rebuff. in pract. beneficiorum titul. de dispens. de non residen. nu. 25. Nau. in Manua. c. 25. nu. 120.

Salzedo in prac. crim. c. 52. pag. 144.

3 Tertia Conclusio. Excusatur etiam Parochus a residentia personali quando illi superuenit aliqua inimicitia in oppido, in quo habet beneficium, ita vt non possit in eo viuere sine magno periculo; debet

debet tamen pro hoc obtinere licentiã ab Episcopo,& interim,dum durat inimicitia, debet poni Vicarius sufficiens, vt declaratum fuit per dominos Cardinal.& refert Salzedus.

Salzed. vbi sup.

4 Quarta Conclusio. Potest quis dare beneficium curatum alteri quẽ scit absentem futurum,dummodo credat, qđ ponet Vicarium sufficientem, & quod visitabit ecclesiam suam aliquando inter annum; præcipue in festis principalibus intelligens, quod sua authoritate, quia est nobilis,& multum amicus omnium, iuuabit magis quam alius, qui resideat; quia in hoc casu est iusta causa non residendi, vt dicit Concilium Tridentinum; & etiam, quia licet residentia obliget de iure diuino, aut naturali, si sit iusta causa, potest Episcopus dispẽsare; nec est necessaria licentia in scriptis in prouincia, vbi non est receptum S. Concil. Trident. sic enim tenet Nau. in consilio. tit. de const. consil. 5. q. 15.

Concil. Tridení. sess. 23. c. 1 de reform.

5 Quinta Conclusio. Causæ non residendi quoad Episcopos debent esse approbatæ in scriptis a Romano Pontifice, aut Metropolitano, vel ipso absente ab Episcopo seniori ex suffraganeis, qui resiederat in suo episcopatu, vt ordinauit Concil. Trident. qui suffraganeus debet approbare absentiam Metrapolitani, nisi dicta absentia fuerit ratione alicuius obligationis, vel officij annexi suo episcopatui concernens bonum cõmune, quia hæc est causa notoria, & sæpe euenit tam repente, vt non sit locus recurrendi ad illum, qui debet probare dictam causam. Verum est tamen, quod poterunt Episcopi esse extra suos episcopatus per duos, vel tres menses in anno, ob causas, quæ illis videbuntur, quæ relinquuntur suis conscientiis, & Parochus etiam potest sine licentia sui Episcopi abesse per duos menses, ex Cõcil. Trident. sess. 23. cap. 1. per causam, quæ illi videbitur, cum ius antiquum illi concedat hanc licentiam, & nouum non tollat eam, potius videtur eam concedere, cum concedatur Episcopo, qui tenetur magis residere; sic enim tenent Nau.& Salzed. Circa hanc materiam videatur reliquum in cap. de beneficijs ecclesiasticis. cap. 33. p. p.

Concil. Triden. vbi sup.

Nauar. vbi sup. nu. 221 Salz vbi supr.

De Residentia prælatorum regularium in suis prouincijs, aut monasterijs.

Cap. XXXIX.

SVMMARIVM.

An superiores religionum possint concedere licentiam prælatis inferioribus, vt non resideant. concl. 1. nu. 1.

An sit determinatus locus, in quo Generales, & Prouinciales debeant residere. cõclus. 2. num. 2.

An generales Religionum possint ad instãtiam principum ire ad partes remotas a sua Religione concl. 3. num. 3.

An Commissarij Generales, & Prouinciales possint abesse à suis prouincijs sine licẽtia Generalis ob obligationes annexas suis dignitatibus. concl. 4. nu. 4.

An si causa abscentiæ non est annexa prælatura possint Prouinciales abesse vltra tres menses à suis prouincijs sine licentia Papæ, aut Generalis. concl. 5 nu. 5.

An Prælati locales teneantur residere in suis conuentibus. conclus 6. nu. 6.

1 PRima Conclusio. Non possunt prælati religionum dispensare in residentia personali prælatorum, qui illis sunt subiecti; quia prælati qui habẽt curam animarum, tenentur de iure diuino residere personaliter inter suas oues, vt remanet supra probatum, & licet decreta Concilij Trident. & canonum antiquorum loquentia de prælatis, solum loquãtur de Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & curam animarum habẽtibus, nulli tamen dubiũ est, qui in hæc decreta comprehendant etiam prælatos religionum ob entitatem rationis: & quia dicti prælati vere sunt curam animarum habentes, & ideo non residẽtes secundum formam Concilij Tridẽt. sine dubio peccant mortaliter, & si haberent

berent aliquem redditum temporalem ratione officij sui, ipso facto sine vlla aliqua declaratione amitterent illũ & nullo modo possent facere fructus suos.

2 Secunda Conclusio. Nullum decretum est in iure, quod assignet determinatum locum, in quo Generales, & Prouinciales debeant residere: vnde tenentur obseruare statuta suarum religionum, si quid determinant circa hoc, & si nullum sit statutum (sicut in nostra sacra religione) tenentur residere in loco, & monasterio, vbi est maior necessitas suæ præsentiæ, & hac necessitate cessante tenentur eligere monasterium accommodatum, ad quod facile possint subditi recurrere: vnde si dicti prælati, quia sic illis placuit, volunt ire ad aliquod oppidum, aut ciuitatẽ per multum spatium temporis, in qua nullum sit monasterium suæ religionis, licet existat dicta ciuitas, aut oppidum intra limites suæ prouinciæ, aut religionis, non potest tamen vere dici, quod resideant inter suas oues, cum non possint recurrere ad ipsum ea facilitate, ac commoditate, qua recurrerent ad sua monasteria, & etiam quia dicta detentio efficere scandalum.

3 Tertia Conclusio. Generales non possunt ire missi ad instantiam Principum pro negotijs magnis, & arduis ad partes longinquas extra limites suæ religionis, si eorum absentia duratura sit plusquam tres menses, quos concedit Episcopis sacrum Concil. Trid. vnde est necessaria licentia summi Pont. vt ponatur in executione dicta legatio, quã quidem Principes Christiani habent a sua Sanctitate ad similes casus. Concil. Trid. vbi sup.

4 Quarta Conclusio. Commissarij Generales, & ministri Prouinciales nostræ sacræ religionis possunt abesse a suis prouincijs, propter obligationes annexas suis dignitatibus sine licentia Generalis, vt est ire ad capitulum generale, & ire extra suam familiam ad tractandas res concernentes bonum commune, cum hæc facultas concedatur Episcopis a Concilio Tridentino ratione obligationis annexæ suis dignitatibus, vt dictum est in capit. præterito; si tamen occurrat aliquid aliud non annexum dignitati; sed proprie coniunctum suis proprijs personis, vt est infirmitas, aut ire ad videndos parentes, vel consanguineos, poterunt ire extra suam familiam, & prouincias per duos vel tres menses sine speciali licentia Generalis, cum hoc concedatur etiam Episcopis, quorum status est perfectior.

5 Quinta Conclusio, Si causa absentiæ non sit annexa prælaturæ, sit tamen multum concernens charitatem, aut bonum commune, vt est visitatio aliarum prouinciarum ipsis commissa, & alia similia, quæ postulant plus temporis, quam sint tres menses pro absentia, non poterunt dicti Prouinciales sine licentia Pont. aut suorum Generalium exire a suis prouincijs; & quia in Concilio Tridentino dicitur, quod ad capitulum prouinciale pertinet iudicare de licentijs datis a Metropolitanis Episcopis, vt possint exire a suis episcopatibus confidendo, quod hoc modo videbuntur melius causæ, quæ pro illis absentiis fuere: ideo conuenit, quòd Generales non extrahant Prouinciales extra prouincias, nec Guardianos extra conuentus ad visitandas alias prouincias, si necessitas id non expostulet, & quando extraxerint, non est, quod murmuretur de hoc, quia ipsi sciunt causas, ob quas id faciunt.

6 Sexta Conclusio. Prælati locales, vt sunt Guardiani, Priores, Præpositi, sub eadem pœna, & culpa, tenentur residere in suis conuentibus vt insinuat Concilium, ac illi, qui habent curam animarum, & sic non possunt exire a suis domibus, nisi per paucum spatium temporis, & hoc non excundo a districtu suæ Guardianiæ: quia, vt dicit idem Concilium, qui discedunt per paucum temporis spatium, secundum antiquos canones non videntur discedere: circa quod non definect, quia tempus, quo pos- Concil. Trident. vbi sup.

sint

ſint abeſſe; relinquo ſuis prælatis ſuperioribus, & conſuetudini prouinciarum.

De reſidentia dominorum temporalium, & Rectorum in locis ſuæ gubernationis.

Cap. XL.

SVMMARIVM.

An teneantur domini temporales reſider in ſuis oppidis, concl. 1 nu. 1.

An Rectores teneantur reſidere in ſuis ciuitatibus, aut locis regiminis, & an teneantur reſtituere damnum, quod effecerunt propter ſuam abſentiam, conclu. 2. num. 2.

An dicti teneantur ad damnum ſequutum ex eorum abſentia, conc. 3. nu. 3.

1 PRima Concluſio. Tenentur domini temporales reſidere per aliquod temporis ſpatium, & viſitare loca ſua, ſi ſit neceſſitas, & conſtituere illis bonos iudices, & tollentes de medio prauos, vt poſt alios tenet Ludouicus Lopez. (Lop. 2. p. c. 100. in inſtr. conſ.)

2 Secunda Concluſio. Rectores tenentur etiam reſidere in ſuis officijs. Verum eſt tamen, quod poſſunt abeſſe per aliquod tempous ſpatium tractantes negotia ſua, niſi ex ſua abſentia ſequatur graue detrimentum reipubl. Dixi, graue, quia non tenentur ſub pœna peccati mortalis vitare damnum paruum ſuæ reipubl. vt colligitur ex his, quæ tradit Corduba, & Ludouicus Lopez, Verum eſt tamen, quod minus culpæ dabitur nobili Rectori ex eo, quod abſit aliquando cum aliquo detrimento reipubl. quam plebeio, quia hic nobilis authoritate ſuæ perſonæ poteſt alijs modis adiuuare rempubl. reficiens dictum damnum; quod colligitur etiam ex his, quæ tradit Nauarr. & ex eo, quod dicitur in quadam lege nouæ recompilationis, in qua ordinatur, quod Rectores in his Regnis Hiſpaniæ non poſſint habere alias occupationes, ne illi perturbentur a ſuis congregationibus, & officijs. (Cord. de caſib. q. 5. Lop. vbi ſupra. Nau. l. 3 de reſti. cap. 3. nu. 10 l. 10. tit. 7 lib. 3. no u. r. compil.)

3 Tertia Concluſio: Tenentur hi Rectores reſtituere reipubl. damnum notabile, quod ſequatur ex abſentia eorũ leui, quod deuitaretur damnum, ſi euitaretur eorum negligentia: ſic enim dicit Nauar. communis autem opinio eſt, quod ille, cuius culpa etiam leui, & ſolum peccato veniali eſt ſolum cauſa alicuius damni, tenetur in foro conſcientiç reſtituere dictum damnum, ſi de iuſtitia teneatur illud deuitare: quod debet teneri contra Sotum. (Nau. ca. 17. n. 84) (Sot. li. 5 de iuſti. q. 7. ar. 3)

Interrogationes faciendæ Rectoribus, & ſimilibus ponuntur ſup. c. 30.

De reſtitutione quo ad eius eſſentiam, & neceſſitatem.

Cap. XLI.

SVMMARIVM.

Quid ſit reſtitutio, conc. 1 nu. 1.

An reſtitutio differat à ſatisfactione, concl. 2. nu. 2.

An reſtitutio ſit neceſſaria pro ſalute animarum. concl. 3. nu. 3.

An ſit obligatio reſtituendi præcedente ſolum peccato veniali, concl. 4. nu 4.

1 PRima Concluſio. Reſtitutio eſt quædam compenſatio ablatæ rei ab aliquo, & eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ; etiam quando quis reſtituit alteri, quod illi debebat ſecundum iuſtitiam diſtributiuam: ratio eius eſt, quia diſtributor rerum communiũ tenetur illas dare dignis faciens eas proprias ſecundum qualitatem ſingulorũ; vnde omnibus, & ſingulis tenetur compenſare æqualitate iuſtitiæ commutatiuæ omne illud, quod non dedit illis ex portione debita, & ideo licet non tollat rem propriam, tollit tamen ab eis appropriationem, quam tenetur facere, vt

Caiet. 2. 2. q. 6. ar tic. 1. Nau. li. 3. de rest. c. 2. nu. 13. vt explicat Caiet. & licet Nau. procedat aliter loquēs docte, ac subtiliter opinio tamen Caietani videtur mihi sequenda potius.

2 Secunda Conclusio. Satisfactio, & restitutio conueniunt in hoc, quod vtraque pertinet ad iustitiam distributiuā, differunt tamē in duobus: primo, quod restitutio est respectu rerum exteriorū, satisfactio vero est respectu actionum, & passionum iniuriosarum, vt dicit D. Thom. secundo quia restitutio propriè fit solum hominibus, satisfactio vero non solum fit hominibus, sed etiā Deo; alias etiam differentias apponunt Summistæ, quas breuitati seruiens omitto. D. Th. 4. d. 15. q. 1. ar. 5

3 Tertia Conclusio. Restitutio est necessaria ad salutem animarum, non per modum applicationis, sicut sacramenta, sed per modum executionis solum: itaque sicut supposito peccato mortali est necessarium sacramentum Pęnitentiæ per modum applicationis in re, si possit administrari, & suscipi, & in desiderio, si non possit, sic supposita iniusta retentione, est necesse de necessitate pręcepti restituere alienum, vt tenet S. Th. estque conclusio de fide, vt resoluit Castrus, & Sotus: sed an restitutio includatur sub illo pręcepto negatiuo. Non furtum facies, vel an sit præceptum affirmatiuum, est diuersitas opinionum, probabilior tamen est esse præceptum affirmatiuum, vt resoluit Sotus. D. Th 2. 2. q. 92. ar. 2. Cast. ad uers. hæres. verbo resti. Soto, li. 4. de iustit. q. . ar. 2.

4 Quarta Conclusio. Licet quis teneatur restituere sub pęna peccati mortalis, si res debita est notabilis. Hæc tamen restitutio sæpe procedit, & emanat à culpa veniali secundum naturam contractuum; quia ille, qui efficit damnum detinens rem mutuatam, tenetur restituere damnum, quod sua leui culpa accidit in dicta re, & qui detinet locatam, tenetur restituere damnum, quod accidit in re eius culpa leui: ille vero qui accepit eam in depositum, & pro eo recipit aliquod stipendium, si accidat aliquod damnum eius leui culpa, tenetur restituere, ille vero qui iuratus est, tenetur restituere, licet pereat sine eius culpa, quæ non potest esse, cum semper sit negligens in restitutione, vt tractatum est in suis materijs; in quibus quo ad restitutionem tractaui suis locis, quod attinet ad hanc rem: resoluamque reliquum in materijs ventilandis, vnde hic non ero prolixus, solum enim tangam, quod hucusque non tetigi, nec tractaui in dictis materijs. Vnum hoc aduerto, quod obligatio restituendi potest nasci ex aliquo contractu sine vlla culpa, ex parte eius, qui tenetur restituere, vt accidit in eo, qui debet aliquid, quod illi mutuatum est, qui tenetur restituere illud domino suo finito tempore mutui: certum autem est, quod in hoc casu nullum cōmisit peccatum; itaque, vt quis teneatur restituere aliquid, non est necessarium, quod iniuste acceperit, & detinuerit, vt dicit Nauar. quod iam etiā supra dictum est.

De obligatione restituendi rem lucratam operibus prauis.

Cap. LI.

SVMMARIVM.

An de iure naturali, & positiuo sit obligatio restituendi in foro conscientia, quod lucratum est mediante opere peccati, concl. 1. num. 1.

An restitutio facienda est, debeat fieri fisco, aut illi, qui iussit fieri peccatum, vel pauperibus, concl. 2. nu. 2.

An meretrix teneatur restituere quod blāditijs extrahit à viris, conclu. 3. nu. 3.

An promittens meretrici aliquam magnam quantitatem teneatur illam soluere, concl. 4 nu. 4.

An meretrix teneatur restituere pretium, quod accepit à Religioso ibidem.

An, quod recipit mulier nupta peccato adulterij teneatur restituere, & quod recipit aliquis, vt alterum occidat, concl. 5. num. 5.

An quod recipit quis, vt faciat illud, ad quod alias tenetur, teneatur illud restituere,

tuere concl.6.num.6.

An sit licitum parti tribuere aliquid iudici, vt redimat vexationem. conclus.7.num.7.

An quod datur alicui, ne committat peccatum contra iustitiam, aut aliam virtutem, possit repeti à dante. conclus.8. num.8.

An qui accepit aliquid ne peccaret, teneatur restituere, antequam repetatur conc. 9.num.9.

An quod defert iudex ob pretium non facienda iniustitia, sit subiectum restitutioni concl.10.num.10.

An sit subiectum restitutioni lucratum per emptiones, & venditiones pretijs iustis, locis tamen, & temporibus prohibitis, concl.11.num.11.

1 PRima Conclusio. Loquendo solum de iure naturali, quod lucratum, est operibus prauis, & peccato, nulla est obligatio restituendi illud, sed est illius, qui recipit dictum lucrum; itaque quod alicui datur, vt occidat alium, aut vt pronunciet sententiam iniustam, nulla est obligatio restituendi stando dicto iuri, quia licet hæc opera sint contra ius diuinum, nemo tamen tenetur facere ea gratis, & etiam hæc opera sunt vtilia ijs, qui præcipiunt, vt fiāt, & ideo sunt æstimabilia. Dixi, *de iure naturali*, quia attento iure positiuo, quod datur, vt fiant aliqua opera mala, ex quibus sequitur aliquod damnū tertio, necessario debet restitui, vt dicitur in iure, vbi determinatur, quod totum id, quod acquiritur hoc modo, applicetur fisco, & ratio huius legis est, quia cum non possint ferre hi delinquentes hoc pretium, non facient ita facile iniurias proximo. Circa quod dubitatur, si hęc restitutio debeatur fisco ante condemnationem delinquentis, & antequam petatur in iudicio. Sotus, Corduba, & Medina tenent deberi, quia lex facit inhabiles, vt possint recipere dictum pretium, & licet lex pęnalis non obliget in conscientia ante condemnationem, lex tamen pęnalis, quæ inhabilitat, obligat antequam condemnetur in foro conscientiæ; & ideo qui est inhabilis ad ferendum suffragium, si præbeat illud, peccat mortaliter, antequam condemnetur in iudicio tanquam inhabilis, cum a lege fiat inhabilis in hoc casu; Hinc infertur, quod non solum pactum, vt fiant dicta delicta, non valet tanquam pactum, sed nec valet tanquam virtualis aliqua donatio, aut sicut actus, quo quis deserit rem, quasi nolit eam, vt aduertit Cord. contra Nauarrum, quia lex irritans aliquem actum, aut pactum, quod datur ratione dicti pacti, & actus, non potest retineri, potius debet restitui cum deficiat titulus, quo retineatur. Verum est, quod si ex eo, quod faciant hanc restitutionem delinquentes, est periculum reuelationis sui peccati, cum sit secretum, non obligarem ego eos ad restituendam dictam quantitatem, cum nullus teneatur manifestare delictum suum.

2 Secunda Conclusio. Licet sit probabilis ratio supra dicta, scilicet, quod fisco debeat fieri restitutio ante sententiam, cum tamen contraria opinio sit hominum doctissimorum non debent Confessarij negare solutionem pœnitentibus, præcipue pauperibus existentibus si nolint restituere fisco pretium supradictum, antequam petatur ab eis in iudicio, & sint condemnati, vt notat Lop. nec remanebunt, huiusmodi delinquentes liberi a facienda dicta restitutione, antèquam exequantur, quod illis est iussum, vt fiat, vt occidere N. aut ferre sententiam iniustam: quia tenentur in conscientia rescindere hunc contractum, & restituere pretium illis, qui dederunt illud, vt dicit Corduba, & tenet Nauar. facientes vero opus illicitum, & exequèntes pactum, si debent facere restitutionem, non tamen fisco, dubium est, cui debeat fieri, quia Caietan. dicit, quod debet fieri restitutio illi, cui facta fuit iniuria, aut pauperibus Christi, non aduertens, quod illi, cui fuit facta iniuria, satisfit soluendo illi damnum factum, nec aduertens,

l. mulcta.C.de modo mulctandi.
Soto li.4.de ius q.7.art.1. ad c. Cor.l.1. qq.q.31. in opinio.fol. 257.
Med. in instr fo. 169.
Cor. vbi su.
Lop. in inst.conf c.1.p. 1.106.
Cor vbi supra Nau. c. 17. nu. 30. & 31.
Caie. in summa verb.restit.c.4.

nentens, quod restitutio facienda pauperibus, quando deest verus dominus; hic vero adest verus dominus, qui est ille, qui dedit dictum pretium, cum non sit translatum dominium in illum; cui datum est. Nauarr. in hac re sequens Angelum dicit, quod nulli debet fieri restitutio, Couarr. alio itinere incedit: in hac ergo varietate resoluens negotium dico, quod nulla est obligatio restituendi in foro conscientiæ etiam attento iure positiuo; quia tamen non est ratio, quod malis faueatur in eorum malitia, & inuenimus in hoc casu turpitudinem ex parte dantis pretium & ex parte recipientis, dicta restitutio debet fieri pauperibus, non vero de præcepto, & obligatione, sed de consilio: quod probatur, quia restitutio quæ fit pauperibus, vt dicit Nauarr. est de consilio. Nec obstat, quod in hoc casu sit verus dominus, nempe qui dedit dictum pretium, quia tamen bonum est, quod ob suum delictum in foro conscientiæ tollamus ab eo hoc ius, licet in foro exteriori habeat actionem ad petendum; & ideo moderni allegati ab Henriquez, qui dicunt, quod hic potest retinere rem datam ei sine obligatione restituendi, loquuntur de obligatione de præcepto, non vero de consilio, quæ propriè non est obligatio. Hinc infertur, quod faber ferrarius, qui facit gladium, aut ensem, vt quis occidat alium ob certum pretium statutum inter eos, tenetur non de præcepto, sed de consilio restituere dictum pretium pauperibus, si sciebat, quod faciebat dictum gladiū, vt occideretur proximus, sicut in pacto dictum erat illi: & idem debet dici in alijs casibus similibus: supradicta intelligantur loquendo de pretio, quod datur delinquenti, vt committat delictum, ex quo debet sequi iniuria alicui tertio. Nunc autem tractemus de eo, quod datur mulieri inhonestæ, vt consentiat in actu fornicario, quia hic actus non est in præiuditium alicuius tertij: circa quod iam dixi aliqua in capitulo de meretricibus, vbi diximus, quod potuerunt perferre pretium, quod illis datur ob dictum actum: non egimus vero in dicto capitulo rem attinentem ad restitutionem obseruantes hoc pro præsenti in loco, pro quo pono seqq. conclusiones.

Nau ca. 17. n.30 Cou. in reg peccatum a par §.2. nu.7.

Henriq. in summo lib.7. de idul. c.35.n.4

Habetur in verbo luxuria, ca. 187.

3 Tertia Conclusio. Si mulier inhonesta verbis blandis, & amore plenis extrahit à viro pretium maius solito, non tenetur restituere hunc excessum, tenebitur tamē restituere, si fraude, & fallacia extraxerit illud: quia in hoc casu cessat voluntas dandi, & trāsferēdi dominiū, quæ non deest, sed potius crescit, qn̄ adsunt dicta verba blanda. Hinc sequitur, quod si fingit esse virginem, ob q̄ extrahit à viro magnū pretiū, si non sit talis, tenetur restituere illud: & idem est, qn̄ mentiens promittit illi, quod nō admittet aliū in amorem suum præter illum.

4 Quarta Conclusio. Si aliquis promiserit mulieri inhonestæ aliquam magnā quantitatem, quæ secundum rectum iudicium prudentium virorum est prodiga largitio, non tenebitur adimplere promissum, licet iurauerit illud, quia iuramentum super re illicita nō debet impleri, & prodigalitas saltem peccatum est veniale: verum est tamen, quod si de facto adimpleat promissum, remanebit ipsa domina dicti doni, nisi sit filiusfamilias, qui secundum legem non habet potestatem alienandi bona sua, & donum excessit summam, quam similes filij solent consumere in ludis, & vanitatibus secundum loci consuetudinem: quia, si non excedat, non tenebitur restituere, tenetur tamen restituere quamuis quantitatem, quam ob hunc actum recipit ab aliquo religioso, quia licet habeat licentiam à suo Prælato ad consumendum peculium, quod est illi concessum in eo, quod illi placuerit, nō est tamen credendum, quod Prælatus det licentiam ad similes inordinatos gustus, sed potius cognito negotio puniet illum zelo debito suæ religiosæ charitati: & ideo debet restitui monasterio, si est capax bonorum, & si non est sic, debet illi tribui loco eleemosynæ pretium.

5 Quinta Conclusio. Quod recipit mulier nupta ob hunc actum, non tenetur restituere marito, si sit in pauca quantitate, quia potest illud consumere in vsibus necessarijs suæ personæ; nec contra hoc obstat, quod ipsa non est domina corporis sui, quia licet non sit domina, est tamen domina suæ liberæ actionis; & ideo licet peccet adulterans, non peccat tamen capiens sibi pretium, quod illi datur ob adulterium. Dixi, in parua quantitate, quia si quantitas sit multa, debet illam dare marito, vt vtatur donec ipsi viuunt simul: non tamen habet ipsa administrationem bonorum lucratorum: nullus tamen debet hinc inferre, quod non sit vxor, domina huius quantitatis, licet sit magna, quia vere est talis cum sit domina dictæ actionis, & ideo si dico, quod tenetur dare illam marito, est, quia habent de iure mariti administrationem bonorum lucratorũ; & cum hoc cessat murmuratio, quę aduersus me habita est à doctissimo quodam viro, cui nescierunt referre, quod ex mea conclusione clare colligebatur. Hucusque tractauimus de eo, quod datur ratione peccati, quando est turpitudo ex parte vtraque; restat videre de eo, quod datur ratione peccati existente turpitudine ex parte vnius solum.

6 Sexta Conclusio. Ille, qui recipit aliquid ob illud, quod tenetur facere de iustitia, tenetur illud restituere; & ideo iudices, testes, ministrique iustitiæ, quibus datur sufficiens stipendium, non possũt accipere plusquam illud, quod illis est concessum: hæc conclusio est omniũ, & tenetur à Medina, & Nauarro, & ideo immerito Angles dat licentiam iudicibus, vt accipiant quid à partibus, vt sic facilius iudicent melius, cum de iustitia teneantur facere illud gratis, vt disputans cõtra Anglem aduertit Lopez.

Nau ca. 27. n 34. Medina in instr. fol. 169. Lop. i in str. confe. 1. p. c. 23

6 Septima Conclusio. Licitum est patri tribuere aliquid Iudici, vt redimat vexationem, sic enim tenet Corduba contra Sotum, nec contra hoc obstat, quod alia remedia sint ad redimendam vexationem, scilicet recusando illum, aut appellando ab eo, quia potest accidere, quod difficulter recuset eum, & quod causæ suæ appellationis non admittantur; nec contra hoc obstat, quod hac via redimendi vexationé aperitur porta ampla, per quam possint ingredi omnes litigantes ad subornandum, & corrumpendum Iudices cum donis respondentes velle redimere propriam vexationem, putantes habere iustitiam cum non habeant; quia hæc ratio concludit in foro exteriori: in interiori vero, si sit factus certior à suis aduocatis de iustitia sua, & quod redimit vexationem, quia contrarius est homo potens, aut nimis amicus Iudicis, ego non condemnarem illum ad mortale, & ideo obligaré Iudicem, vt restitueret, quod accepit.

8 Octaua Conclusio. Quando quis dat aliquid alteri, vt euitet aliquod peccatum, quod est contra iustitiam, v. g. vt non occidat, vel vt non furetur in foro exteriori habet ius repetendi: hæc conclusio est Nauarri, qui dicit contra Sotum, quod idem debet dici, quando datur aliquid, ne committatur peccatum, quod est contra reliquas virtutes, scilicet ne fornicetur. Nauarrum sequitur Corduba: & ratio est, quia eadem turpitudo militat in illo, qui vult facere peccatum aliquod contra reliquas virtutes, ac militat contra illum, qui vult transgredi legem particularem iustitiæ: & ideo, cum ius concedat quod possit repeti, quod datur ad euitandum peccatum, quod vult committi contra virtutem particularem iustitiæ, debet etiam concedi eadem actio ad repetendum, quod datur pro peccatis committendis contra reliquas virtutes. Vnde Nauarrus reuerẽtia in Sotum dicit, quod eius opinio erit vera de illis, qui capiunt aliquid, vt non faciant illud, ob quod notantur ingrati animi vitio, & nõ memores beneficiorum receptorum.

Nau. vbi sup. n. 33

Cordu. vbi sup. dicto a. ad 4.

9 Nona Conclusio. Quod alicui datur, ne committat aliquod peccatum, quod est contra iustitiam, scilicet, ne furtum faciat, aut ne occidat, & aliquod peccatum contra alias virtutes, scilicet,

ne

ne formicetur, aut ne committat carnalitatē in ecclesia, antequam ab illo repẽtatur, non tenetur in foro cōscientiæ restituere illud; quia lex, quæ dat actionē ad repetendū, non impedit translationē dominij in illum, qui recipit, quod tāto magis procedit, si aliquis recipit aliquid ne faciat aliqua opera mala, vt det gustū illi, qui præbet pecuniam, scilicet si quis solet tractare cū Maria, & Petrus dat illi aliquid ne tractet amplius cū eo, dicens quod in hoc summopere placebit ei, nō tenetur ei restituere donatū de necessitate; quia licet lucrū sit turpe, tamen non tractare amplius cū Maria fuit illi pęnosum; vnde ratione huius gustus, quę deseruit, potest aliquid perferre; sic enim tenet Corduba: quod procedit, licet hic reciperet dictam pecuniā, ne fornicaretur propter amorē Dei, aut solū ob suā vtilitatem: sic enim tenet Sotus, & Nauarrus, quos sequitur Lopez cōtra Medinā, & Cordubā: quod probatur, quia secundū Medinam, & Cordubā, quod recipitur, ne fiat dictū peccatum, vt satisfiat illi, qui dedit, nulla est obligatio restituendi, & potest accidere, quòd desinat quis cōmittere hoc peccatū ob salutem animę suæ, & propter Deum principaliter, & etiā vt satisfaciat, & complaceat danti pecuniam, cum hic finis non sit contrarius alteri, sicut non est cōtrarium recitare horas Canonicas accurrēs choro, ob præferendas distributiones, fini principali, qui est amor Dei, & salus animarum, quæ præcipue pro hoc actu prætenditur.

Nau. & Soto vbi sup. Lop. vbi sup. col. 64r. cum se. Med. de res. q. 26 & 27. Cor. vbi sup.

10 Decima Cōclusio. Persona publica, quæ ratione officij sui tenetur de iustitia deuitare certū aliquod peccatū, tenetur restituere totum id, quod ratione huius omissionis capit ab aliquo; & ideo Iudex, qui accipit aliquid, vt desinat facere aliquā iniustitiā, & ne pronuntiet sententiā iniustam, tenetur restituere illud danti; vnde supradictæ cōclusiones procedunt in personis priuatis, quæ non tenentur ratione officij omittere aliquid, & defendere iustitiā, sic enim dicit Frater Ludouicus Lopez concordans hoc modo Sotum, Nauar. & Cord. qui, vt diximus supra in octaua conclusione, fuērt cōtrarij. Hinc infertur, quod fiscalis, qui ex parte iustitiæ tenetur accusare reum, si clam defendit illum, aut cōtorquet iustitiā, aut omittit facere, quod poterat, peccat, & si causa est ciuilis, tenetur restituere Rep. non solū principale, quod prætendebatur, sed etiā expensas, & pœnas pecuniarias, ī quas reus debebat cōdemnari, si de iure esset denuntiatus. Si vero causa est criminalis, tenetur ad expensas, & ad dānum, quod sequutū est, cùm nō fecerit, quod debebat, cū suum officiū sit denuntiare, de criminibus notorijs, & instare in ijs casibus quos concedit illi ius, vt probatis delictis imponatur remedium, vt euitentur, & respubl. hoc modo purgetur his zizanijs, vt communiter resoluunt DD.

11 Vndecima Conclusio. Acquisitum turpiter a voluntate recipientis, si nō cōmittatur iniustitia, non est subiectū restitutioni, & ideo quod lucratum est vēditione, & emptione pretio iusto, iniuste tamen, quia venditio facta fuit in loco sacro, aut die festo, aut quia lucratū fuit faciēdo opera seruilia in die festiuo, nō est obligatio restituendi; quia licet committatur peccatū in hoc lucro, non committitur tamen iniustitia: & idem debet dici, quando quis vendit aliquid, quod iurauit non vēnditurū, & qui iurauit nō recepturū illud lucrum, peccauit contra iuramentum recipiens, sed non tenetur restituere; quia non iurauit, quod restitueret eam, sed quod non reciperet; & licet iurauerit non retenturum, non ideo tenetur restituere danti, cum dans dederit illi gratis, & nullam iniuriam ei fecit, vt dicit Nauar. cōtra Nauar. & alios. Verum est tamen, quod cùm iurauerit nō retenturum, si habuit intētionem in iuramento dandi rem danti, & cecidit hęc intentio etiam sub iuramēto, tenebitur illam restituere, non quia fecerit iniustitiam, sed ob iuramentum, quod fecit Deo; si vero non habuit intentionem iurandi, quod esset redditurus danti, sed solum, quod non erat retenturus,

Nau. l. 4. de res. c. 2. n. 116.

ſatisfacit iuramento dans ill.m cuicumque voluerit.

De reſtitutione rerum inuentarum, & incertarum.

Cap. XLIII.

SVMMARIVM.

An peccet, qui non habet animum reſtituendi rem inuentam, licet inueniat dominum eius. concl. 1. num. 1.

An ſit obligatio reſtituendi animalia, quæ diſperſa incedunt, Principi, aut Reipub. concl. 2. num. 2.

An poſſit retineri quod inuentum eſt non inuento domino eius. concl. 3. num. 3.

An reperto domino rei amiſſæ poſſit ab eo aliquid peti ob inuentionem rei. concl. 4. num. 4.

An peccet, & remaneat excommunicatus cum obligatione reſtituendi ille, qui capit res amiſſas in mari concl. 5. nu. 5. & concl. 6. nu. 6. & concl. 7. nu. 7.

An res, cuius dominus ignoratur, debeat erogari pauperibus, aut Epiſcopo, vt diſponat de illis. concl. 8. num. 8. & concluſ. 9. num. 9. & concl. 10. num. 10.

An, qui poſſidet dictas res, poſſit retinere eas ſibi pauperi exiſtenti. concluſion. 11. num. 11.

An diſtribuens res inuentas pauperibus non inuento domino facta diligenti inquiſitione, teneatur illas reſtituere, ſi inueniatur poſtea verus dominus. conc. 12. num. 12.

1 PRima Concluſio. Qui inuenit aliquam rem, & detinet illam eo animo, quod licet inueniat dominum illius, non reſtituet illam, peccat mortaliter, ſi eſt materia peccati mortalis, quod retinet: & idem debet dici de eo, qui poſſidet inuentum non adhibens debitam diligentiam in quærendo vero domino; ſic enim tenet Sotus cum communi.

Sotol. 5. de iuſt. q. 5. a. 3.

2 Secunda Concluſio. Res amiſſæ, quæ vulgariter dicuntur nullius, vt ſunt boues, & animalia, quæ diſperſa incedunt, ſecundum leges horum Regnorum Hiſpaniæ, & conſuetudinem, Reipubl. aut Principi debent reſtitui, quæ quidem leges non ſunt receptæ, vt obligatoriæ in foro conſcientiæ, vt aduertit Aragon; & multi dubitant de earum valore, vt conſtat ex eo, quod tradit Couar.

Arag. 2. 2. q. 6. 2. 5. p. 450 Cou. in reg. pecc. 3. p. §. 1. num. 5.

3 Tertia Concluſio. Res adinuente, ſi facta diligenti inquiſitione a domino non poteſt ſciri, poſſunt retineri ab inuentore, quia videntur derelictæ a domino, vt amiſſæ; vnde cum non habeant verum dominum, illius erunt, qui primo ceperit eas; quia in iure pro eodem reputatur, ignorari dominium, & non habere illas verum dominum; hanc ſententiam defendit Sarmientus, & multi ex modernis Thomiſtis, vt conſtat ex eo, quod tradit Petrus de Nauarra, & Lopez. Vnde non debent teneri aliæ opiniones, quæ circa hoc verſantur; prima, quod qui inuenit, tenetur reſtituere pauperibus, vt tenet Nauarrus, & Couarru. Secunda, quod pertineat ad rempubl. aut Principem eius.

Sarm. li. 6. de l. &c. c. 10 Na. de reſt. li. 4. c. 2. n. 9 10. in inſtr. cōſc. 2. p. c. 2. 17 nu. 170. Couarr. vbi ſup.

4 Quarta Concluſio. Qui inuenit rem & reperit verum, & certum dominum eius, non poteſt bona conſcientia petere aliquid ab eo ob inuentionem obligans illum ad hoc, ſed ſolum poteſt petere ab eo expenſas, quas fecit in quærendo eam, & quas fecit cuſtodiens dictam rem; verum eſt, quod ſi dominus vt homo liberalis voluerit illi dare aliquid, poterit illud recipere, ſic enim tenet Sarmientus.

5 Quinta Concluſio. Peccat cum obligatione reſtituendi, qui capit res amiſſas in mari, ſi non fuit piratarum, aut infidelium: quod procedit, ſiue capiat de naui, ſiue de mari in illud eiectas ſiue ex littore, in quod deueniunt, & habet hoc peccatum annexum excommunicationem ipſo facto, vt conſtat ex iure, & procedit etiam, quamquam dictæ res deberent perire, ſi non capiat eas ſibi, vt eſt farina, triticum,

Sarmiētes vbi ſup.

carta,

carta, & papyrus: & si fuerit negligens in restituendo, licet non fuerit monitus, quo ad Deum remanet excommunicatus, quo ad ecclesiam tamen non est sic, si non præcedit monitio.

6 Sexta Conclusio. Qui cepit dictas res, vt custodiret eas a periculo, & exposuit se periculo vitæ, licet non sit probabile, potest bona conscientia retinere, si ipsæ debebant perire, cum in hoc casu ipse non teneretur exponere periculo vitam suam, vt dicit Nauar. si vero Dominus eius rei habet spem probabilem quod alio medio sit recuperaturus res suas, scilicet proijciendo, eas in litus, & dando aliquod pretium, vt extrahatur ab eo, non poterit, qui cepit eam retinere bona conscientia, licet exposuerit se periculo vitæ, vt caperet eam; solum poterit obligare dominum, vt soluat illi iustum pro labore suo, secundum iudicium expertorum, vt dicit S. Antonius & Siluest. & tenebitur dominus eius satisfacere huic labori, quamuis non petatur ab eo.

Nau vbi sup. nu. 98.

D. Ant. 2 p. tit. 1. ca. 15. Sil ver. naufrag. q. 2.

7 Septima Conclusio. Qui simpliciter capit rem aliquam ex istis putans esse sibi licitum aliqua ratione apparente, licet teneatur restituere illam, non tamen peccat mortaliter, nec incurrit excommunicationem; verum est tamen, quod tenetur respondere litteris excommunicatorijs, quæ circa hoc fuerint publicatæ, vt probat Lopez, & videtur sentire Nauar.

Lup. vbi sup. 1. p. ca. 145.

8 Octaua Conclusio. Res, quarum verus dominus ignoratur, facta diligentia debent dari pauperibus, & aliis operibus pijs; quia hoc modo dantur vero domino meliori modo, quo fieri potest; vt dicit S. Thom. Ad explicationem autem dicendorum debet notari, quod dupliciter ignoratur verus dominus, vno modo in particulari, & non in vniuersali; quod accidit, quãdo quis certo scit. quod debet aliquid alicui ex duobus vel tribus, ignorat tamen quis sit in particulari; & in hoc casu certum est, quod debet diuidi res inter eos, de quibus dubitatur, ita vt detur plus illi, de quo minus dubitatur, & ideo diximus in Bulla cõpositionis sequentes Sotum, quod in hoc casu nõ potest esse compositio: alio modo intelligitur ignorari verũ dominum scilicet in vniuersali, quia nescitur, quis sit; & tunc dubitatur & sine dubio debet fieri restitutio pauperibus, aut applicari operibus pijs, vt hoc modo restituatur vero domino meliori modo, quo fieri potest: quam licentiam videtur dare ius naturale, quod imponit res restitui veris dominis eo modo, quo magis illis videbitur; & sic non debet admitti opinio Soti, qui dicit res iniustè acquisitas, si ignoretur earum dominus verus, debere restitui pauperibus solum de iure positiuo, contra quem tenẽt Couarruuias & Aragon sequentes mentem D. Tho. dicentes, quod non solum de iure positiuo, sed etiã de iure naturali restitui debent hęc bona pauperibus, aut conuerti in alia opera pia.

Nau. vbi sup. c. 1. nu. 58. D. Tho. 2. 2. q. 62. ar 5. ad 3.

Soto l. 4. de iust. q. 7. ar. 1. ad 3.

Cou. vbi sup. Arag. 2. 2. q 62. ar. 5. pa. 157. vbi D. Thõ.

9 Nona Conclusio. Restitutio incertorum potest fieri pauperibus sine Episcopi licentia; hæc opinio est Scoti, quam sequuntur Richardus & Siluester, Sotus, & Nauarrus contra S. Thom. & probatur, quia, si verus dominus inueniretur, ipsi sine facultate Episcopi fieret restitutio; ergo non est necesse, quod fiat pauperibus cum dicta licentia, cum ipsi domino in illis fiat restitutio meliori modo, quo in eius vtilitatem fieri potest; nostra autem cõclusio est ita vera, vt dicat Nau. quod Episcopus non potest ordinare contrarium, nec consuetudo cõtraria huic valebit; primo, quia est contra legem naturalem supradictam. Secundo, quia esset irrationabilis; verum est tamen, quod in aliquibus casibus poterit id pręcipere Episcopus. Primo, quãdo ipse obligatus ad restitutionem moritur, & sine executore suorum bonorũ. Secũdo, quando qui tenetur restituere, non vult id facere, quia potest cõpellere eum ad illud. Tertio, quãdo distributor pręterit terminos iustitiæ distributiuæ. Quarto, quãdo huiusmodi res, q̃ debent restitui, detinẽtur ab homine manifesto vsurario, licet tamẽ hæc restitutio possit

Sco. in 4. di. 15. q. 2. vbi Ri car. silu. restit. 3. q. 2. vbi su. Nau. vbi sup. n 92. D. Tho. d. 15. q. 1.

fieri ad libitum, bonum est, quod, quãdo summa, quæ debet restitui, est magna, fiat cum authoritate Episcopi, aut saltem prudentis Confessarij, præcipuè quando detinens dicendo, quod est pauper, vult eam sibi applicare totum, vel partem eius; quia nemo præsumitur iustus iudex in causa propria, sic enim tenet Fr. Ludouicus Lopez.

Lop. vbi supra c. 104.

10 Decima Conclusio. Qui possidet dictas res, quarum dominus ignoratur, potest eas distribuere, inter pauperes non solum oppidi, in quo fuit facta iniustitia, qua fuerũt acquisitæ, sed etiam aliorum oppidorum; & licet sit bonum consilium tribuere eas pauperioribus, & melioribus, non est tamen de necessitate præcepti, sufficit enim, quod distribuat pauperibus: per pauperes autem intelliguntur non solum mendicantes, & pudici, sed etiam illi, qui ratione sui status patiuntur necessitates, etiam ecclesię, & monasteria egena ornamentorum, lampadum, ędificiorum, & aliorũ similium, vt docent Siluester, & Nauar.

Sil. vbi sup. q. 3. Nau. vbi supra n. 93. & in apol. de redd. eccl. q. 5 mon. 28

11 Vndecima Conclusio. Si ille, qui possidet dictas res, fuerit pauper, poterit capere totam rem, aut partem secũdum suam necessitatem, si sit manifesta, & clara, & potest differre restitutionem illarum si sit in necessitate constitutus: ꝙ debet facere saltem habita facultate sui Parochi, & Confessarij, si est homo con fidẽtia dignus, in quo casu debet aduertere, an sint alij pauperes in Repub. magis egeni, quia ratio suadet, vt taliũ habeatur cura, & qui de consilio sui Confessarij receperit aliquid ex his bonis, non est quod scrupulis inuoluatur, quia non tenetur facere aliquam restitutionem, quamuis postea sit diues. Et notent Confessarij, quod, si hic, qui tenetur restituere has res pauperibus, habuerit eas per furtum, aut lucrum fraudulẽtum, non est bonum, licet sit ipse pauper, applicare ei dictas res. Verum est tamen, quod si accedat ad illos cũ multa humilitate, posueritque ac tradiderit res in suas manus, poterunt illi aliquid dare, vt subleuetur eius egestas.

12 Duodecima Conclusio. Si ille, qui habet dictas res in sua potestate, & facta diligenti inquisitione non inuenit verum dominum earum, vnde distribuit eas pauperibus, non tenetur restituere eas vero domino, licet postea inueniatur, nisi remanserit aliquid apud se. Supradicta vero non procedunt in casu, quod per priuilegium bullæ compositionis fuerit compositus, quia inuẽto postea vero domino tenetur restituere illud, super quo se composuit, vt ibi declaraui dub. 6. nu. 8.

De fructibus ex re furtiua restituendis.

Cap. XLIV.

SVMMARIVM.

An possessor bonæ fidei teneatur restituere fructus rei furtiuæ quam possidet, conc. 1. num. 1.

An qui accipit à latrone res, quæ vsu consumuntur, teneatur restituere fructus illarum conc. 2. nu. 2.

An emens rem minoris per dimidium, quam valeat rescisso contractu, si vult potius reddere eam quam iustum pretiũ, teneatur restituere fructus eius, concl. 3. num. 3.

An qui restituit rem cum suis fructibus ratione doli vltra dimidium iusti precij, possit petere iustum, & licitum interesse, quod lucrari poterat pecunia sua statim soluta pro precio conc. 4. nu. 4.

An possessor malæ fidei teneatur restituere rem cum suis fructibus, conc. 5. nu. 5.

An qui emit torquem auream ab eo, qui non erat verus dominus, teneatur restituere illam cum lucro ex ea percepto, cõcl. 6. nu 6.

An teneantur restitui damna sequuta ex tarda restitutione. conc. 7. nu. 7.

1 PRima Conclusio. Possessor bonæ fidei non tenetur restituere fructus rei, quam habet in sua potestate, licet sit furtiua: quia, qui dedit illam, erat

eam

eam furatus: solum tenebitur restituere illud in quo aucta fuere ejus bona ratione dictorum fructuum, vt probatur in iure, & ratio dictat, quia non tenetur ad illud ratione iniquæ acceptionis, cũ acceperit bona fide: nec ratione dictæ rei, quia recepit illam cum suis fructib. bona fide; sequitur ergo, quod solum tenebitur restituere illud, ratione cuius factus est ditior, nisi præscripsit illud in tẽpore, quod a iure concessum est, scilicet per tres annos, vt supra dictum est. Ex dictis sequitur, quod tenetur restituere fructus omnes, & totum, quod habuerit in sua potestate de re furto surrepta, si sciat, quid existat, & non præscripserit. Sequitur amplius quod ille, qui fuit inuitatus ad manducandum de aliqua re suscepta, & cenauit bona fide de illa, non tenetur restituere, nisi quod debuerat expendere, si domi cęnasset quia in hoc solum lucrum recepit.

(l. sedes si. ff de petitione hæreditatis.)

2 Secunda Conclusio. Probabilis opinio est, quod ille qui recipit bona fide aliquid mutuo a latrone ex illis rebus, quæ vsu consumuntur, vt est panis, vinum, & oleum, non tenetur restituere fructus harum rerum, licet cum illis factus sit ditior, nisi furi sit impossibile, quod restituat. Quod probatur, quia dominus rei surreptæ non habet ius petendi a latrone eandem rem, quia est consumpta, solum enim potest petere rem similem suo valori, & cum supponatur hæc res similis, aut eius valor, fur habebit eam, vt possit illam restituere. Nec hinc sequitur, quod si Petrus scit, quando recipit pecuniam a fure, esse eandẽ pecuniam surreptam, & nihilominus recipit illam via donationis, aut via cõtractus, aut venditionis, potest bona cõscientia retinere dictam pecuniam, quia sciens certo, quod illa pecunia fuit surrepta, & capit eam in pretium suæ mercis iam in hoc casu commisit peccatum, & ratione etiam iniustæ acceptionis tenetur restituere eam.

3 Tertia Concl. Qui emit rem, minori pretio per dimidium, quam valeat rescisso, contractu, vt ordinat ius ciuile, si eligat restituere potius rem, quam eius iustum pretium, non tenetur restituere fructus, quos recepit dictæ rei; quia leges non obligant hunc ad restituẽdum dictum fructũ; immo videtur hæc conclusio esse definita in iure; & ratio probat, quia interim ac non rescinditur cõtractus hic emptor est verus dominus, vnde efficit fructus rei emptæ suos, nec commisit moram aliquam in danda re venditori, sed postquam iudex pronunciauit rescissionem contractus, vt post alios resoluunt Pinellus, Antonius Gomez. & Couar. supradicta autem nõ habent locum, quando emptor fuit deceptus, & petiuit contractũ rescindi: quia in hoc casu teneretur restituere rem cum suis fructibus volens acceptare eam venditor, vt notat Matienzus: dicens solum debere restitui fructus illius partis, in qua fuit deceptus.

(l. 2. C de rescind. vend.)

(Pinel in d l. 2. 1. p. ca. 4. per totũ Gomez. var. res. c. 2. nu. 23 ar 4. num. 21 Cou. li. var. c. 3. num. 10.)

4 Quarta Conclusio. Si emptor restituit rem cum suis fructibus ratione doli vltra dimidium iusti pretij potest petere iustum, & licitum interesse, quod poterat lucrari cum pecunia, quam statim soluit pro pretio: & ideo debet fieri in hoc casu compensatio fructuum cum iusto, & licito interesse, quod datũ fuit venditori: quia si emptor dat venditori fructus, æquum est, vt recipiat ab eo interesse pretij: nec prætendere hoc interesse est vsura, præcipue in casu, quod emptor responderet, & potuisset redimere omnes, aut partem earum cum dicto pretio, cũ hoc in casu clare tractet de resarciendo damno, quod recepit. Verum est, quod non poterit petere interesse dicti pretij nisi quantum ad illam partem, in qua accidit dicta fraus: itaque si venditor recepit centum ducatos, & res non valebat nisi triginta, interesse sexaginta ducatorum pertinet ad emptorem; & hoc interesse debet compensare cum fructibus dictæ rei vẽditæ, quia etiam non restituuntur fructus nisi illius partis, in qua accidit fraus. Et nota, quod si velit emptor restituere potius iustum pretium quam rẽ emptã, si rescindatur hic contractus ad instantiam

(Matien. in l. 1. ti. 11. li. 5. nouæ recomp. gl 5. nu. 12.)

tiam venditoris, tenetur supplere interesse huius pretij, cum id sit licitum, vt contra aliquos resoluit. Guttier. libr. 2. prac. q. 134. in fin.

5 Quinta Conclusio. Certum est, quod possessor malæ fidei tenetur restituere rem cum suis fructibus, & interesse extrahens expensas recollectionis, & acquisitionis: quod procedit, etiam si do minus fuisset negligens in colligendis fructibus, dummodo soleant colligi ex dicta re adhibita omni diligentia, quia dicti fructus deductis expensis sunt ipsius domini rei, & ideo illi debent restitui, licet sint consumpti: quod intelligitur secundum aliquos, si fiat restitutio suauiter, non vero per imperium, cum domino vero possent accidere aliqua, quibus fuisset impeditus a collectione totius quantitatis fructuum, vt resoluit Couarruuias.

Con. li. 1 var. c. 1. num. 6.

6 Sexta Conclusio. Qui emit torquem auream ab eo, qui non erat verus dominus, & locauit illam sæpius, tenetur restituere hoc interesse, quia vsus huius torquis est in suo modo fructus eius, & pretium huius vsus debet restitui illi, cuius est vsus: & idem debet dici de locationibus equi empti a fure, quia locando eum, ille, qui emit illum sciens esse alienum, tenetur etiam restituere pretium locationũ, cum hoc sit lucrum, quod solet restitui: potest tamen extrahere expensas, quas fecit cum dicto equo, dum illum habuit in sua potestate, sic enim tenet Nauarrus, quem sequitur Ludouicus Lopez.

Na. c. 17 ad 15. dubium partis Vincentij sequitur. Lop. 1. c. 10. in instructorio consciẽ.

7 Septima Conclusio. Qui tenetur soluere aliquod debitum ad certum tẽpus non recurrens cum solutione, non satisfacit soluens dictum debitum, si nõ restituit etiam damnum, quod ex eius negligentia secutum est creditori: non debet tamen illud restituere integre, cum lucrum non fuerit certum, sed secundum arbitrium boni viri computatis omnibus circunstantijs, quæ fuerunt in hac culpabili mora, sic enim dicit D. Tho. & est communis omnium Theologorum. Hinc infertur male facere nobiles, & magnates, qui per annos detinent in sua potestate, quod debent mercatoribus ipsis inuitis, quia cum dicta pecunia possent lucrari multam quantitatem, & ideo debent eos obligare Confessarij, vt restituant hoc damnum effectum sua negligentia, & ratione superflui sumptus dictis mercatoribus, qui illis contulere beneficium, & si nolint facere hanc restitutionem, nõ debent absolui, immo non obligarem ego eos ad restituendum hoc damnum, si crederẽ, moraliter loquendo, quòd dicti mercatores consentirent, & contenti essent soluta illis portione principali solum, vt morem gerant nobilibus, quos sæpe etiam occupant in rebus grauibus egentes eorum fauore.

D. Tho. 2. 2. q. 62. art. 4.

Vbi, & quomodo sit restituendum. Cap. XLV.

SVMMARIVM.

An iustus possessor suis expensis teneatur domino mittere rem, concl. 1 nu. 1.

An quod datum est mutuo, vt soluatur in aliquo loco, teneatur mitti a debitore suis expensis. conclus. 2. num. 2.

An qui debet aliquid tanquam pena rõne alicuius delicti, teneatur mittere debitũ ad domum creditoris. concl. 3. nu. 3.

An, qui dubitat, an debeat aliquid, teneatur offerre debitori hoc debitũ cõc. 4. n. 4

An qui debet aliquid possessũ mala fide, aut ratione alicuius contractus liciti, cuius terminus est transactus soluendi, teneatur mittere illud domino suis expensis. concl. 5. num. 5.

An res debita sit mittenda expensis debitoris si creditor alio se contulerit ad habitandum. concl. 6 num. 6.

An debitor teneatur iterum restituere rẽ debitam missam per ipsius, aut creditoris seruum non satis fidum, si hic fugit cum ea. concl 7. num. 7.

An res debita missa per personam probatæ fidei sit iterum restituenda si non tradatur domino. concl. 8. nu. 8.

Prima

1 PRima Conclusio. Possessor iustus, si ex sua parte non fuit mora in solutione, non tenetur mittere suis expensis rem, quam habet in sua potestate. Verum est tamen, quod si ipse recessit à loco, vbi receperat rem possessam, tenetur mittere eam vero domino ad locum, in quo recepit eam, nisi in casu, qđ monuerit eũ sui discessus, vt veniret ad recuperandam rem, si vero creditor discessit, non tenetur dictus possessor mittere illam suis expensis, sed dicti creditoris: qđ si putat non soluturum creditorem dictas expensas, non tenebitur mittere suis expensis, hoc tamen est loquendo generaliter. Sed vt loquamur specialiter, ponamus sequentes conclus.

2 Secunda Concl. Mercator qui dedit mutuo apud Indos cẽtum ducatos, & petit, vt soluantur illi Toleti, non tenetur debitor mittere dictos 100. ducatos suis expensis, sed ipsius mutuantis, si mercator, qui mutuauit, debebat illos deferre secum in Hispaniã, & debebat facere dictas expensas in dilatione: si vero non debebat facere dictas expensas, aut minores, tenetur debitor non computare in sorte principali, nisi quod debebat expendere dominus pecuniæ, vt dicit Medina.

Med. de rest. q. 2. vers. ad id.

3 Tertia Conclus. Debitor commorans in eadem ciuitate, qua habitat creditor, non tenetur mittere debitum ad domũ ipsius creditoris, quando debet illud ratione alicuius delicti, & tanquam pęna; & ideo non tenetur delinquens etiam post sententiam latam contra illum, in qua est condemnatus ad dictam pęnã, mittere illam ad domum fisci, aut iudicis, cui debet dari, quia nullus tenetur facere se executorem suæ propriæ pęnę.

4 Quarta Concl. Quando quis dubitat, an debeat aliquid, non tenetur offerre creditori hoc debitum, quousq; ab eo petatur, & in iudicio, & extra iudicetur esse illi debitum, quia in dubio cõditio possessoris est melior alio; si vero scit certo debere hanc rem, & debet illã iusto titulo, scilicet rõne solutæ emptionis, mutui, aut similis contractus, & nõ fuit pactum interpositum, quod solutio fuerit eo tempore, legitime potest illam retinere, quousq; ab eo petatur; & licet per longum temporis spatium detineat in sua potestate, non tenetur mittere illud ad domum creditoris, cum nõ interposita cõditione non possit culpari vt negligens, sed potius potest iuste pręsumere, quod cùm dominus præsens existens non petat ab eo quidquã, vult, quod detineat illud in sua potestate, vt dicit Medina: qđ efficaciori ratione debet teneri, qñ quis habet in sua potestate aliquid in depositum publica authoritate mediãte. Hinc sequitur, ꝙ si dictus debitor habet vehementes, & probabiles coniecturas, quod dominus non cõsentit, qđ retineat debitum suum, quod si desinit petere, est per obliuionẽ, ignorantiã, aut timorẽ, ideo tenetur offerre illi dictũ debitum, aut significare illi, qđ debet illud, vt sic disponat de illo secundum eius libitum, & non faciens hanc diligentiam detinebit rem sine licentia domini. Hinc etiã sequitur, quod si habeat dictã rem in sua potestate præterito termino, in quo tenebatur soluere, peccat mortaliter non soluens illud, licet creditor non petat, quia post dictũ terminum semper est in mora, & negligligentia, & praua conscientia, si nõ habet iustã causam, qua excusetur ab hac culpa, sic enim tenent Siluester, Caietanus, Sotus, Nauarrus, & Medina.

Medi. C. đ rest. q. 4. verç aliud qđ quarto.

5 Quinta Concl. Quod debetur, quia furto surreptum est, aut contra iustitiã acquisitum dolo, vel fraude, & quod debetur ratione alicuius contractus liciti, estque transactus terminus, quo debebat solui, obligatio est mittendi creditori expẽsis debitoris dictum debitum; quia in hoc casu aliquo modo est debitor negligens in soluẽdo furta. Dixi aliquo modo, quia debitori respectu contractus liciti, negligenti tamen in soluẽdo, sufficiet, quod dicat domino, quod mittat ad debitum recuperandum, nisi aliud pactum fuerit inter eos, & nolens per negligentiam, quam habuit respondere cum debito, tunc tenetur mitte-

Silu. verbo mora. q. 1. & 4. Cai. 2. 2. q. 62. ar. 3. Soto li. 4. đ iust. q. 7. ar. 1. ad 3. Med. ĩ sum. fol. 167. Nauar. c. 17 nu. 41.

mittere illud suis expensis ad domum creditoris, si expensæ non excedant interesse, quod creditor amisit pro negligentia debitoris, & mora; quia si excedat, poterit tollere excessum computans hoc in sorte principali debiti; latro tamen tenetur absolute mittere quod furatur expensis proprijs ad domum domini rei; & hoc modo debet explicari, quod Petrus de Nau. dicit super hoc puncto.

Nau li. 4 de restit c.10. num. 6.

6 Sexta conclusio. Quando creditor confert se ad habitandum ad aliam partem, qui iniuste retinet suum debitum, non tenetur mittere illud proprijs expēsis ad domum dicti creditoris, solum tenetur restituere rem, quam habet, & damnum quod est sequutum domino ex eius detentione, & in hoc casu non euenit illi damnū: vnde sequitur, quod si delaturus erat eam secum creditor sine expēsis, tenetur debitor mittere rem suis expensis vsque ad locum creditoris, si vero erat delaturus rem faciens expēsas, non tenetur debitor facere eas, sed sufficit quod soluat, quod expenderetur plus, quam ipse creditor erat expēsurus in asportatione; & si hic possessor iniustus non habet possibilitatem, vt mittat suis expensis rem ad locum creditoris, poterit frui bulla compositionis in dicto casu, vt ibi diximus; & si habet facultatem mittendi illā, tenetur ad illud, quia eius necessitas non tollit obligationem, sed solum suspendit pro tunc, nec compositio tollit eam, quia seruit pro securitate conscientiæ, donec sit inhabilis faciendi dictam restitutionem, mittens dictam rem suis expēsis. Verum est, quod mittens dictam rem poterit extrahere eleemosynam, quam dedit pro bullæ compositione.

7 Septima Conclusio. Si debitor mittat rem ad domum creditoris per famulum suum; cuius fidelitatem habebat suspectam, si non præbeat eam dictus famulus, tenebitur iterum restituere eam, cum sit amissa eius magna culpa. Verum est tamen, quod si creditor misit dictum seruum parum fidelem pro dicta re, & fugit cum ea, non tenebitur iterum eam restituere, cum perierit pecunia, sine culpa debitoris, sed culpa creditoris.

8 Octaua Conclusio. Si debitor mittit rem ad domum domini per aliquam personam probatæ fidei, præcipue si sit Confessarius, & non dat dictam rem domino, ipse remanet liber a debito; hæc conclusio est contra Nauar. quam tenet Petrus de Naua. dicens esse opinionem hominum doctissimorum, ac religiosorum, cum quibus rem hanc communicauit, & probat, quia non est credendū, quod dominus non habuit ratam dictam rem tradi Confessario, præcipuè in casu, quod sciebat, quod personaliter non poterat sine magno decore persoluere rem prædictam, & ideo Christiane, & rationabilius debet credi, quod consensit, aut debebat consentire, quod dicta res mitteretur per Confessarium, aut aliam personam probatæ fidei, quę opinio, vt pia, & rationabilis videtur mihi sequenda.

Nau. li. 4. de restit. c.5. num. 5. Nau in mao. ca. 17. n 76.

Quando restituendum.
Cap. XLVI.

SVMMARIVM.

An sit statim restituendum. concl. 1. nu. 1.
An circunstantia longę morę in restituendo sit necessario confitenda. ibid.
An possit differri solutio iusta de causa concl. 2. num. 2.
An possit paulatim solui debitum concl. 3. num 3.
An Confessarius debeat absoluere qui vult restituere quandam partem, cum possit totum statim soluere. concl. 4. num 4.
An qui impotens est ad soluendum, teneatur petere dilationem à creditore conc 5. num. 5.
An possit quis tractare cum creditore, quod debitor soluet debitum, si condonetur sibi tertia pars. concl. 6. num. 6.
An sit quis in statu condemnationis, potest resti-

restituere si differat restitutionem vsque ad mortem concl. 7. num. 7.

1 PRima Conclusio. Tenetur debitor soluere, quod debet, statim ac creditor petit legitime, nisi pactum aliquod interponatur inter ipsum, & creditorem secundum D. Thom. Caiet. Sotum, & ideo, qui detinet rem inuito domino, committit iniustitiam nolens eam restituere, vt peccat ille, qui perseuerat in actuali proposito fornicandi, & tanta potest esse mora in restituendo, vt sit necessarium confiteri eam, quia licet peccatum continuatum non sit differens specie quo ad suam naturam, & entitatem a peccato non continuato, differt tamen ab eo quo ad bonos mores, quibus contrariatur, quia est grauius, quàm non continuatum, & secundum grauiores DD. circunstantia aggrauans notabiliter necessario debet explicari in confessione. Verum est tamen, quod in hoc proposito continuato non restituendi possunt esse multa peccata mortalia distincta, quod potest accidere duobus modis. Primo, quando quis directe, & expresse innouat propositum retinendi rem alienam dicens, ac proponens inter se, licet nunquam determinassem restituere, nunc determino nolle restituere; quia si simpliciter proponet non restituere sine hac reflexione, potius debet dici continuatio prioris propositi, quam actus nouus, ac peccatum mortale distinctum ab ipsa continuatione peccati. Secundo, quando quis proposuit restituere, & postea, quamuis adsit opportunitas, non restituit, quia in hoc casu saltem indirectè adest noua voluntas, & per consequens nouum peccatum mortale, quod necessario sine diuersitate opinionum debet explicari. Sotus & alij addunt alios casus, scilicet, quando creditor petit legitime, & quando licet nó petat, patitur grauem necessitatem, & quando offertur noua commoditas debitori, vt restituat, & non restituit, & quando intromittitur in negotijs, quibus putat credibiliter quod sit inhabilis ad soluendum: Aragon tamen dicit in his casibus, & in alijs similibus regulariter non esse nouum peccatum, sed solum nouam circunstantiam aggrauantem peccatum continuatum; quia in voluntate absoluta retinédi rem alienam, & non restituendi eam includuntur omnia hæc; & ideo, si non innouetur hoc propositum per aliquem nouum, & specialem actum, non est distinctum peccatum, hæcq; doctrina est Caietan. Ledesmæ, & Nauarri.

D Tho. 2.2. q. 62 ar 8. vbi Cai. Soto de iust. l. 4. q. 6.

Arag. 2. 2. q. 62. art. 8.

2 Secunda Conclusio. Qui ob lucrum differt solutionem debiti, vt sic paulatim soluat omnibus suis, quibus non potest simul satisfacere sine magno casu a suo statu, vt dicetur infra, non peccat; quia in hoc facit negotium creditorũ, vt dicunt Medi. & Corduba; si vero non facit hoc propter hunc finem, sed solum fine lucri, peccat grauiter in hoc; quia nullus debitor potest lucrari cum debito in damnum creditoris, vt notat Nauarr. & Corduba.

Cai. l. 7. res. resp. 15. ad 1. dub Le. in 2. 4. q 8. art. 2 dub. 1 Nau. in sũma. c. 6 nu. 16. Medi de restit q. 5. f. 30. ver. dixit notáter Cor. de casib. q. 78. 3. pũc. Na. c. 17. n. 59 Cor. vbi sup. pun. 1.

3 Tertia Conclusio. Si debitor nõ potest soluere totum debitum simul ob aliquam iustam causam, licitum est illi soluere illud paulatim, si vero potest soluere sine magno suo damno vna vice totum, & non vult id facere, peccat restituens sic paulatim, & debet illi negari absolutio, nisi creditor consentiat, sic enim tenent Nauarr. & Cord. allegans alios.

Na. vbi su n. 95. Cor. vbi supra. a puncto.

4 Quarta Conclusio. Si pœnitens dicat, quod licet non sit causa, qua non possit restituere statim, quod debet, sed quod non vult restituere, nisi quandam partem, & quod infra annum, aut plus restituet aliam partem, & Confessarius non potuerit persuadere illi, vt restituat totum, debet negare absolutionem, sic enim tenent Sotus, & Nauarrus post Adrianum, & Siluestrum: & hoc debet teneri, licet Nauarra teneat cõtrarium: nec obstat ratio, quam tradit, scilicet, quod si creditor sciret intime conscientiam pœnitentis, clare patet, quod concederet illi dictum tempus; ergo etiam

Soto d. q 7. ar 4 Nau. vbi su Nau. lib. 4. de rest. c. 4. nu. 68.

Con-

Confessarius, cùm ipse satis cognoscat eam faciens negotium creditoris, poterit concedere dictam dilationem, & absoluere pœnitentem, quia ad hoc respõdeo, quod in actu confessionis non solũ est constitutus Confessarius, vt faciat negotium creditoris, sed principaliter, vt faciat negotium spirituale attinẽs ad maculatam conscientiam pœnitentis, qui secundum ius diuinum, & canonicum potens restituere totum id, quod debet statim, non restituens statim est in statu condemnationis, vnde non debet absolui, habito respectu ad bonum temporale debitoris, vel creditoris: qđ si debitor videns se priuatum absolutione desperet, ipse viderit, cum ad eum spectet, non ad Confessarium, qui in simili occasione existens rigidus est pius.

5 Quinta Conclusio. Qui non potest soluere, estque manifesta omnibus eius impotentia, non tenetur petere dilationem à creditore, si vero est dubius, an possit soluere, nec ne, tenebitur petere dictam dilationem.

6 Sexta Conclusio. Quando aliquis homo probus agit cum creditore, & dicit illi. Ego faciam, quod Petrus debitor tuus soluat tibi aliquam quantitatẽ debiti, si tu gratis, & sponte dimittis illi reliquum; si faciat hoc sine fraude, dolo, aut metu, aut alia re, qua tollatur creditoris libertas, & sine persuasione, ꝙ aliter non poterit assequi debitum suũ, in hoc casu remanebit dictus debitor liber à debito soluens illam quantitatem, quam pro eo misit illa persona, licet ꝯñ fecit promissionem, & quando soluit dictam quantitatem, debitor habebat animum nunquam soluendi, sic enim dicit Nauarra: aduertit tamen Mercatus, quod non potest debitor obtinere remissionem partis ipsius debiti soluendo reliquam, antequam accedat terminus solutionis nisi in duobus casibus: primus est, quando debitor fuit euidenter deceptus in pretio, & dicit creditori, Quia decepisti me, ego volo soluere ante terminum præfixum hanc partẽ, & dimitte mihi reliquam. Secundus est,

Na. vbi su. c. 18. Merc. d. côtract. cap. 12. de anticipata pecunia in emenda, f. 53.

quando vt soluat ante terminum præfixum omisit lucrari cum pecunia, quã dedit, aut fecit aliam iacturam in suis bonis; est tamen necesse, vt moneat creditorem hanc rem, & ipso consentiente poterit retinere dictam partem; quam sententiam sequitur Ludouicus Lopez. Hinc autem sequitur secundum Mercatum, quod mercatores, qui deficiunt, & abscondunt bona sua, vt sic componant se cum creditoribus suis obtinentes ab eis dilationem terminorum, aut remissionem alicuius partis debiti, vt quotidie accidit, vltra quod peccant mortaliter, remanent in foro conscientiæ obligari ad soluendum debitum integre, & damna, quæ sequuta sunt ex defectu suo creditoribus suis, cum possent soluere, licet remansissent pauperes, nisi ad tantam egestatem deuenissent, vt hostiatim mendicare opus esset; & etiam tenentur compensare lucrum, quod creditores cum pecunia erant lucraturi, si soluissent eis tempore debito, quo non soluerunt. Et licet ostendant huiusmodi mercatores Cõfessarijs schedulam, qua continetur, quod libere, & sponte est illis remissa pars debiti, nec debere illis negari absolutionẽ, quamuis sic se habeat, si nolint soluere dictã partem remissam, debent respondere huiusmodi remissionem non fuisse voluntariam, sed violentam, quia hoc fecerunt creditores nil aliud facere valentes visa violentia qua colligentes bona sua ad ecclesiam confugissent. Est tamẽ notandum, quod si desinunt soluere, qa non habent, quo soluant, licite poterunt vti dilationibus concessis, & à lege permissis, & interim negotiantes cum rebus, quæ supersunt, lucrari, vt possint soluere integre debita suis creditorib. si Deus voluerit.

Lop. 1. p. c. 109 in instr. consc.

7 Septima Conclusio Qui tenetur restituere, & non habet causam legitimã, qua excusatur, peccat mortaliter differens solutionem vsque ad mortem, licet habeat propositum restituendi, aut relinquendi in testamento hæredibus, qđ restituant, cum toto illo tempore commiserit

miserit iniustitiam retinens alienum; sic enim dicunt Cord. Sotus, & Nauar. & Angles, qui addit, quod non sufficit relinquere aliquam rem assignatam, vt soluatur dictum debitum: vnde si in articulo mortis potuerit satisfacere, & nõ fecerit, non debet absolui, licet promittat, quod restituet; quia ille, qui existés in illo transitu non restituit, cum possit, præsumitur, quod si postea habeat salutem, non restituet, cum tunc iam recordentur minus homines animarum suarum, & sint magis radicati in desiderijs retinendi bona, quam in articulo mortis; & si dicat, quod hæres suus, aut executor faciet melius se hanc restitutionem, respondeat Confessarius, si tu frater in vita tua non es recordatus debitorum, & animæ tuæ, quomodo te mortuo executores tui recordabuntur?

Cor. vbi su. pũcto 1. ad fi. Sot. vbi su. ar. 4. Naua. vbi sup. nu. 68. Angl. in q. de resc. ar. 2. dif 4.

Quo periculo, & detrimẽto debeat fieri restitutio. Cap. XLVII.

SVMMARIVM.

An sit obligatio restituendi honorem, & famam cum iactura honoris, & famæ propriæ concl. 1. nu. 1.

An sit obligatio restituendi famam cum cum damno vitæ concl. 2. nu. 2.

An sit redimenda vita proximi cum damno propriæ. concl. 3. nu. 3.

An debitor ex aliquo contractu illicito, qui non potest soluere sine magno damno sui status, debeat statim reddere cõcl. 4. n. 4.

An possessor bonæ fidei teneatur statim restituere cum damno sui status, concl. 5. num. 5.

An possessor malę fidei teneatur statim restituere cum iactura sui status, concl. 6. num 6.

An homo vilis, qui mutauit statum suum, & extulit domum suam vsurpando alienum, teneatur statim reddere cum damno suo, concl. 7. nu. 7.

Circa materiam huius quæstionis videatur Cord. Couarr. Sotus, & Nauar.

Cor. li. 5. qq. q. 21. Cou-

1 Prima Conclusio. Non est dubium quin ille, qui iniuste abstulit honorem fratris sui, teneatur reparare hoc damnum, licet sit cum detrimento propriæ famæ, vt resoluit Corduba: quod quidem limitat Sotus, nisi quando homo insignis, aut prælatus multæ æstimationis iniuste auferret honorem alicuius hominis priuati; quia hic non tenetur cum iactura propriæ æstimationis, quæ est maioris valoris, reparare famam alterius dicendo se mentitum fuisse, aut q̃d simile; sufficit enim, q̃d aliqua re ęquiualente satisfaciat illi damnũ illud.

in segu. pec. 1. p. c 15. Soto lib. 4. de iusti. q. 6. Na. c. 17 nu. 58. & in sum Hisp. c. 18. nu. 47. Cou. vbi sup. Sot. vbi su. art. 3.

2 Secunda Concl. Nullus tenetur restituere famam, quam iniuste abstulit cum detrimento propriæ vitæ, sic enim tenet Corduba, quod dicit tenere DD. communiter exceptis Adriano, & Soto, qui dicunt hoc non procedere, quando quis delens famam alterius affecit infamia aliquam illustrem familiam; quia in hoc casu cum periculo propriæ vitæ tenetur reparare hoc damnum, & licet Nauar. putet hoc nouum & durũ; durius negotiũ est dicere de aliquo, q. sit hæreticus, aut traditor in Regẽ, qua infamia remanent notati omnes eius descendentes, ascendentes, & collaterales; & licet sit nouum illi, est tñ multum conforme iuri, & rationi, vt clare patet; q̃d remanet clare demonstratum in materia restitutionis famæ: & etiam, quia ex his falsis testimonijs non solũ sequitur infamia his personis priuatim, sed sequitur scandalum toti ciuitati, & Regno, videntibus omnibus hominem nobilem notatum hęresi, aut alio delicto graui, & succedunt iacturæ bonorum, & occisiones ob rixas, quæ inde excitãtur; & euenit ẽt, quod comburantur tales notati hæresi, & decollẽt notatos infamia, pro ditionis; innumeri enim sunt casus, qui inde euenire possunt, & mala, quæ ex hoc semine enasci videmus; & ideo est opinio multum probabilis, quod Regina tenetur etiam cum periculo vitæ, & honoris declarare, quod filius maior, quem habet, est habitus de adulterio, si sit aliqua suspicio de illo,

Cord. vbi sup. Sot. vbi su. ar. 3.

putans, quod, si non declarat illud, erũt magnæ turbationes in Regno, ex quibus euenient multæ occisiones, & grauissima alia mala.

3 Tertia Conclusio. Tenetur quiuis redimere vitam fratris sui cum detrimẽto vitæ suæ, quando iniuste posuit illum in periculo, vt dicens contra eum falsũ testimonium: quod intelligitur, quãdo debet iuuare suum dictum, quia si non proficiet eius retractatio, sed oportet, vt reus moriatur, non debemus illum ponere in his angustijs obligãtes illum ad retractationem: hanc conclusionem tenet Corduba; quæ probatur; quia sicut ad defendendam vitam meam non possum procurare mortem innocentis, sic iste, vt defendat vitam suam, non debet permittere, qđ moriatur proximus, si ipse fuit causa sui periculi. Verum est tñ, quod Cord. limitat hoc in casu, qđ hic malitiose dixit falsum testimoniũ, quo periclitatur frater; secus vero, quando non putauit euenturum tam graue dãnum: quæ opinio videtur mihi multum conueniens pietati christianæ. Noto tamen, quod licet hic retractans se non possit liberare innocentem à morte sine multa consideratione, non liberarem ego illum ab obligatione, quam habet retractandi se, qñ esset persona infimæ conditionis, & infamia qua affecit, infamauit aliquam magnam familiam, dicens, s. quod reus est hæreticus, aut traditor in Regem; vnde cum esset pater familias, fuit condemnatus ad mortẽ, si ex tali infamia creditur verisimiliter loquendo, quod debeant nasci simultates, occisiones, & grauia alia peccata secundum dictum in conclus. præterita.

Cor. v. bi sup.

4 Quarta Cõclusio. Qui debet aliquid ratione alicuius contractus illiciti, cum amiserit bona sua mediantibus aliquib. sinistris euentibus, ita vt ille non possit soluere sine magna iactura decentiæ status sui, non tenetur statim restituere, sed potest differre restitutionem: hæc conclusio est Soti, & probatur, cum hæc impossibilitas non prouenerit sua culpa. Verum est tamen, quod si creditor ratione dictæ dilationis patiatur eandẽ necessitatem, & iacturam status sui, tenebitur debitor ad dictam restitutionẽ, et cum iactura sui proprij status; & ideo si creditor est redactus ad mendicitatẽ, tenebitur debitor soluere illi, licet soluens debeat ipse mendicare, quia extra extremam necessitatem melior est conditio creditoris, cum habeat ius ad debitum suum, sic enim tenent Sotus, Nauarrus, & Corduba, Medina, & Nauarra.

Sot.p.q. 7.a.4.

Sot. vbi sup. Cor. vbi su. d. q.34. Na ipsũ Hisp. c. 17.n.72. Medi. in sum. f. l. 182. Nau. de restit. 4. nu.54.

5 Quinta Conclusio. Quãdo debitor bonæ fidei, & inculpabilis ex spontanea solutione patitur totam iacturam sui status, non tenetur statim restituere, quamuis creditor sit passurus notabile damnum, dummodo illud non sequatur damnum statim creditori, & quod debitor sit paratus reficere hoc damnũ, quod minatur in futurum, quando euenerit, quod declaro exemplo sequenti. Habet nunc creditor, quo succurrat sibi, statui suæ domus, & familiæ, & si soluatur illi statim debitum, emet merces, quibus ab hinc vno anno lucretur magnam quantitatem, in hoc casu, sufficit, quod debitor sit paratus satisfacere illi totam hanc quantitatem in tempore, quo erit illam lucraturus deductis expensis, & facto eius computo, cõsiderando quod plus valet, quod est lucratum, quam quod lucrari posset; & idem dicendum est, quando creditor per dictam dilationem capit pecuniam cum interesse, vt succurrat suæ necessitati, quia in hoc casu sufficit, quod debitor sit paratus soluere tempore suo hoc damnum, quod creditor recepit. Quando vero damnum notabile minatur de præsenti ruinam creditori dilata a debitore solutione, quia alij eius creditores insurgunt contra eum, si damnum huius necessitatis est æquiualens, aut quasi æquiualẽs damno iacturæ status, tenebitur in hoc casu debitor soluere statim, licet sit cum iactura propria status, si aliter non possit succurrere necessitati sui creditoris, vt post alios resoluit Ludou. Lopez. Et vt supradicta magis eluco-

Lopez i instr. cō. sc. c. 118. col. 713. elucescant, est notandum, quod est magna differentia inter iacturam honoris, & status, quia fama est quid, quod consequitur virtutem, quæ est res inæstimabilis: status vero, & fama eius, non est proprie fama bonitatis, sed est fama acquisita per opera magnifica, scilicet fama ingenij, virium, agilitatis, diuitiarum, & similium rerum temporalium, quæ habent pretium, vnde, licet fama status videatur altior diuitiis, cum fama status vtatur eis, parum, aut nil, tamē excedit illas; quia sicut fortuna prædominatur cum diuitijs, sic accidit sæpe, vt ablatis ab aliquo diuitijs statim cadat a suo statu: & hoc viso, licet debitor non teneatur soluere creditori, licet patiatur graue damnum in suis diuitijs cum iactura suæ famæ, regulariter tamen loquendo, si amittat debitor famam status sui, tenetur soluere creditori qui patitur graue damnum in suis diuitijs; nisi detur casus, quod status sit tāti valoris, ac sit fama; quia in hoc casu sicut non tenetur cum iactura famæ restituere statim, sic non tenetur cum iactura status. Hinc sequitur secundum Sotum, & Cordubam, quod non tenetur nobilis fieri mercenarius, & mendicus, vt soluat, & restituat, quod debet ratione mutui, aut alterius contractus liciti, sed sufficit, quod viuat moderatius succidens expensas domus suæ. Sequitur secundo, quod nobiles, qui detinent villas alienas, oppida, & possessiones, ne cadant a magnitudine status sui, sunt in statu condemnationis non restituentes, quia ex alienis non debent viuere cum pompa, & apparatu; quod intelligitur, nisi sit aliqua causa, qua excusentur, quam debent inspicere multum eorum Confessarij. Et hinc etiam sequitur, quod licet non semper teneatur debitor restituere cum iactura sui status, debet tamē semper astringere sumptus superfluos, quia nunquam magna comitiua familiarium, & multitudo equorum in stabulis excusant a restitutione hos nobiles cum iactura suorum creditorum, cum certum sit, quod fama status sui possit conseruari minori pompa, quod Prædicatores, & Confessarij tenentur prædicare, & consulere. Viso igitur, quòd debitor qui retinet alienū, aliquo iusto titulo, tenetur restituere cū iactura sui status, tractabimus nunc de debitore, qui detinet alienū furto, aut male lucratum, quod resoluitur sequētibus conclusionibus.

6 Sexta Conclusio. Qui debet alienū, quia surripuit illud fraudibus, furto, aut rapinis, tenetur integre restituere, licet sit cum iactura proprij status; & idem dicendum est de illis, qui iusto titulo detinent alienum consumentes illud prodige in ludis, & vita luxuriosa alijsque sumptibus, ac conuiuijs prophanis: hæc conclusio est Soti, & Cordubæ, quæ probatur, quia huiusmodi vsurpatores alieni non sunt digni, quod concedatur illis aliqua dilatio; & ideo dicit Medina, quòd si latro venerit ad confessionem, & dixerit non posse restituere, non debet statim absolui, sed debet illum interrogare, an habeat duo pallia, aut duo tegumenta, & si dixerit, quod sic, iubeat ei, vt vendat vnum eorum; & si dixerit habere solum vnum pallium, esse tamen bonum, dicat ei, vt vendat illud, & sit contentus alio viliori; & si dicat habere filios, dicat non debere illos sustentari alienis bonis, si aliter possunt sustentari.

7 Septima Conclusio. Qui possidet iniuste, & vsurpauit alienum, vnde cum sit homo vilis mutauit statum, & extulit domum suam, tenetur restituere statim, licet sit cum iactura huius status, cum non sit suum, quod acquisiuit illicite, & extorte; vnde non possumus excusare illum ab huiusmodi restitutione cum iactura sui status, qui cum non haberet statum similem, finxit se habere illum: vnde his nullum aliud remanet remedium, nisi petere a creditoribus aliquam liberam, & spontaneam dilationem, & si non possit cognoscere eos facta diligentia, recurrant ad commissarium Cruciatæ, & gaudeant fructu cōpositionis.

8 Octaua

8 Octaua Conclusio. Quando quantitas, quam debet restituere hic debitor non est magna, quia furtum fuit paruum, & creditor recipit parum detrimẽti in hac dilatione solutionis, non tenetur statim restituere cum aliqua iactura sui status: hanc conclusionem tenuit Victoria, vt dicit Lopez, & videtur probari æquitate.

9 Nona Conclusio. Nullus debitor tenetur soluere debitum cum iactura suę libertatis: hæc conclusio probatur, quia nec ius ciuile, nec diuinum, quod est suaue, obligat aliquem, vt se vendat ad soluendum, sed potius iure prohibetur hominem liberum dari in pignus sui debiti: & hoc non solum, quia libertas sit inæstimabilis, & altioris ordinis, quam bona temporalia, & fortunæ, vt sunt diuitiæ: vnde non debent ipsa amitti, vt illa recuperentur, sed etiam, quia est donum, cuius appetitus est tam naturalis nostræ naturæ.

De ordine restitutionis multum creditoribus existentibus.

Cap. XLVIII.

SVMMARIVM.

An sit necesse obseruare ordinem in restituendo quando debitor habet bona, quibus potest omnibus satisfacere: concl. 1. num. 1.

An debita certa debeant præferri incertis conclus. 2. num. 2.

An certa, quorum dominium non pertransijt in debitorem, sint præferenda alijs certis. concl. 3. num. 3.

An precium alicuius rei venditæ non solutum debeat ab emptore prius solui quã quoduis aliud debitum concl. 4. nu. 4.

An debeant præferri creditores, qui habẽt actionem realem in bonis debitoris. conclus. 5. num. 5.

An inter creditores, qui solũ habent actionem in personam debitoris debeat seruari antiquitas temporis. concl. 6. nu. 6.

An benefaciat mercator decoctus soerui soluens aliquod debitum posthabitis alijs creditoribus potioribus tempore. conclus. 7. num. 7.

An prius quam soluantur debita, debeant solui expensa exequiarum, conclus. 8. num. 8.

An debeant præferri debita, quæ fecit hæres legatis defuncti. concl. 9 nu. 9.

An debeant præferri debita causata per contractum iustum debitis ex vsuris. concl. 10. num. 10

An debeant præferri debita ratione furti debitis contractus liciti. concl. 11. nu. 11.

An possit aliqua de causa mutari ordo restitutionis. concl. 12 nu. 12.

An creditores recipientes totum debitum ante alios teneantur ad aliquam restitutionem. concl. 13. num. 13.

1 PRima Conclusio. Quando debitor habet bona, quibus potest satisfacere omnibus suis creditoribus accedente termino non est, quod obseruetur ordo in restitutione soluendi prius antiquis: quam modernis, quia parum facit ad rem: hæc autem conclusio est ita communis, vt nulli dubium esse possit. Quod dubitatur, est, quid faciet in casu, quod debitor non habeat, vnde satis faciat omnibus, & quibus illorum prius debeat soluere, de quo dubio agunt, Siluester, Medina, Nau. & Arag. Ad cuius rei perfectam resolutionem ponuntur sequentes conclusiones.

Silu. re stit 6. q. 5. Med de rest q. 2 ar. 5 Nau ti. 17. n. 47. Aragon 2. 2. qu. 62. ar. 8.

2 Secunda Conclusio est. Debita certa debent præferri incertis: hęc conclusio est communis: ex qua inferunt Siluester, & Caietanus peccare grauiter mercatores, qui componunt se mediante aliquo indulto Apostolico super debita incerta, vt retineant ea sibi ante restitutionem certorum non valentes satisfacere omnibus, & vltra peccatum, quod committunt, tenentur restituere omnia debita, quorum domini sciuntur, aut sciri possunt.

3 Tertia Conclusio. Ex debitis certis illa debent prius restitui dominis, quorum dominium non pertransijt in debitorem,

torem, vt sunt mutata, deposita, & similia; & quod furto fuit surreptum, quamuis reperiatur in propria specie, quia omnia hæc statim debent restitui domino: nec de eorum valore possunt satisfieri alij creditores: hæc conclusio est Baldi communiter recepta, & probatur, cũ debitor nunquam habuerit dominium dictarum rerum.

Bal. in l. pro debito C. de bonis iudi. aut possi.

4 Quarta Conclusio. Qui vendit aliquam rem alteri, cuius pretium adhuc non est ei solutum, aut vendit ad certũ tempus, tenetur emptor, in cuius potestate est, soluere prius hoc debitum quã quod vis aliud; quia licet dominium transierit in emptorem; tamen hoc dominium remãsit subiectum pretio eius, donec res permaneat in prima forma; & idem est de omnib. alijs rebus, quæ dantur sub aliquo titulo oneroso, sicut est permutatio, quia qui recepit rem, tenetur prius soluere eius permutationem, quam alia debita; hæc conclusio est etiam Baldi, & tenet eam ex parte Siluest.

Bal. vbi su. Silu. ver. rel. 6. q. 5.

5 Quinta Conclusio. Inter creditores illi prius debent præferri, qui habent actionem realem in bonis debitoris, siue ea sit ratione pignoris, siue hypothecæ generalis, aut specialis tacita vel expressa, sic enim ordinatum est in iure; & bona, quæ sunt tacite hypothecata, sunt sequentia, scilicet bona mariti pro dote vxoris tradita marito, vt constat ex iure; & idem est pro bonis paraphernalibus vxoris, si transierint in potestatem mariti: & quando hæc hypotheca debeat præferri reliquis debitis, explicat Couar. Secundo bona illius, qui fecit pactum cum fisco, quæ statim remanẽt hypothecata. Tertio domus, & nauis, quæ facta fuit, siue reparata, aut custodita cũ pecunia mutuata ad hunc effectũ, vt dicitur in iure; & idem dicẽdum est, quando aliquid emitur cũ aliqua pecunia mutuata, vt ea res ematur, vt etiã dicitur in iure. Et notetur, quod inter creditores, quibus bona debitoris sunt hypothecata, si sit æqualitas, & loquamur regulariter, antiquiores debent præferri, vt dicitur in iure; & hęc antiquitas debet cõputari a tempore, quo factus fuit contractus, siue hypotheca. Dixi, *si ad sit æqualitas, & loquamur regulariter*, quia in aliquibus casibus particularibus vltima hypotheca præfertur primæ, & ideo domus, siue nauis facta, reparata, seu custodita cum pecunia mutuata, & quęuis alia res empta, & asportata cum ea, debet præferri reliquis creditoribus, quibus antea illa res erat hypothecata, nisi fuerint hypothecata in fauore fisci, aut dotis, quæ debetur; quia in hoc casu hæredes, si sint antiquiores, debent præferri, vt dicit Couar.

Co. li. 1. va. 7. n. 2.

Cod. vbi sup.

6 Sexta Conclusio. Inter creditores, qui non habent aliquam actionem realem in bonis debitoris, sed in persona, non debet obseruari aliqua antiquitas temporis, sed simpliciter debent diuidi bona pro rata, secundum quod singulis debetur, vt expresse dicitur in iure, & communiter dicunt DD. quãuis Medina dicat antiquiores debere præferri. Hinc infertur, quod non potest debitor bona conscientia soluere vni ex creditoribus non habens, cum quo soluat reliquis, cum per hoc faciat iniuriam reliquis creditoribus, vnde in foro exteriori secundum ius reuocabitur illa solutio. Verum est tamen, quod si aliquis ex creditorib fuerit magis sollicitus in petendo debito i iudicio, aut extra illud, huic secundum ius debet solui integre; ita vt non committat peccatum debitor, qui soluerit integre alicui creditori egeno, licet ipse non petat debitum, vt dicunt Siluester, & Medina, licet in foro exteriori dicta solutio erit reuocata.

Silu & Med. vbi sup.

7 Septima Conclusio. Mercator, qui ante defectionem debebat aliqua debita antiqua soluens socrui aliquod debitum non tam antiquum, quamuis non habeat pro reliquis, remanet tutus in conscientia; quia antequã deficeret, aut determinasset deficere, aut existeret in statu, quod non poterat nõ deficere, potuit soluere, cui placebat ei cum eius bona non essent hypothecata; si vero soluit dictum debitum post defectionem,

non potuit id facere cum bona consciētia: quia tunc priores habuerunt prius ius ad bona sua quam socrus, vnde illis debebat prius satisfacere; & idem est, quando soluit illi existēs, in determinatione defectionis, aut in statu, in quo nō poterat nisi deficere, quia in hoc casu clare patet, quod soluens socrui soluit in fraudem aliorum creditorum, quib. non potest satisfacere, & sic debet intelligi, qd tradit Med. in sua instructione.

Med. in inst. fol 375. p. 2.

8 Octaua Conclusio. Quando defunctus relinquit bona sua onerata multis debitis, ita vt non possit illis satisfieri, licet eius bona sint tacite, vel expresse hypothecata, prius debent solui expensæ sepulturæ, & reliqua, quæ fuerunt facta, vt acceptaretur hæreditas, vt dicit Siluester, quod intelligitur, nisi dicta aliena bona sint adhuc in propria specie; quia in hoc casu non possunt solui dictæ expensæ sine licentia creditorū, nisi adsit aliud remedium ad sepeliendum defunctum; quia in hoc casu adest extrema necessitas, & hac existente licitū est capere alienum, vt succurratur ei, quæ quidem necessitas non potest accidere in locis alicuius momēti, cum sint in illis Confraternitates, quæ sepeliant pauperes.

Silu. vbi sup. c. 15 rest. 5.

9 Nona Conclusio. Non debent præferri legata debitis, quæ fecit hæres: hęc conclusio est contra Siluestrum. Nec obstat, quod ius ciuile ordinauerit contrarium, quia ea lex non habet vigorem obligandi sub peccato mortali, & ideo quoduis debitum debet præferri legatis, etsi bona defuncti, vt potest quid dicere, sint generaliter hypothecata legatis. Sequitur hinc, quod debent præferri cuiuis debito antiquo, quod nec Siluester, nec alius homo iudiciosus concedet; & idemmet Siluester tenet contrarium; & ideo debita, quæ facit hæres post mortem defuncti, de quibus loquuti sumus in conclusione præterita debent prius solui, quam legata, vt dicit Nauarr.

Silu. rest 6. q. 6.

Sil ver. hæredit. 5. q. 9.

Nau. de rest d. 4. & 6. n. 49

10 Decima Conclusio. Quando quis habet multa debita, præferri debent, quæ debentur ratione alicuius legitimi contractus liciti illis, quæ debentur ratione vsuræ; quia licet restitutio habeat maiorem respectum in æquanda inæqualitate, quæ est in eo, quod capitur, quam in respicienda iniuria, quæ fit in modo capiendi; hoc tamen debet intelligi quo ad restitutionem, nō vero quo ad ordinem, qui debet obseruari in restitutione: & licet inęqualitati, quæ prouenit ex contractu vsurario, quæ per restitutionem debet refici, sit quid extrinsecum, & accidētale, quod vsurarius receperit vtilitatem, non autem ad effectū obligandi ad restitutionem soluendi debitum, non est tamen accidentale quo ad hoc, quod debitum, quod debetur ratione contractus liciti non debeat pręferri illi debito.

11 Vndecima Concl. Quod debetur rōne furti, prius debet restitui, quā reliqua debita ratione contractus liciti: hæc cōclusio est contra Siluestrū, q̄ tenet Med. dicēs esse de mente D. Th. & probatur, quia tenetur fur restituere raptum duabus vijs. Primo, quia cepit illud iniuste. Secundo, quia iniuste retinet. Qui vero debet aliquid per contractum licitum, solum tenetur restituere illud ob iniustam retentionem. Nec obstat, ꝙ etiam, qui percipit vsuras, tenetur restituere eas, quia iniuste accepit eas, & iniuste retinet; & nihilominus dicimus, quod debitū respectu alicuius contractus liciti debet præferri illarū restitutioni; quia ad hoc respondeo, quod maior iniuria fit illi, a quo rapiuntur bona, quam illi, a quo accipiūtur vsuræ, cum videamus, quod soluit illas sponte. Et hinc infertur, ꝙ debitū, quod debetur ratione alicuius rapinæ, debet præferri illi, quod debetur ratione furti, cum maior iniuria inferatur illi, cuius bona rapiuntur, quam illi, cuius furtiue capiuntur ipso scilicet nesciente.

Sil. rest. 6. q. 5. in fin.

Med de rest. q. 1. f 6.

12 Duodecima Conclusio. Omnia supradicta debent intelligi regulariter loquendo, quia potest accidere, quod aliquando sit necesse mutare ordinem restitutionis ob varias, & multas

multas

multas circunstantias, quas prudens debitor tenetur considerare, & ob multas, & distinctas ordinationes prouinciarum, quæ si aperte non repugnent iuri naturali, & diuino, debent obseruari in conscientia quo ad ordinem restituendi, vt dicunt DD. communiter, & si aliquis nulla existenti ordinatione, nec circumstantia in contrarium fecerit contra ordinem propositum restitutionē, non solum peccabit mortaliter, sed etiā tenebitur reficere omnia damna, quæ hinc sequuta fuerint creditoribus. Verum est tamen, quòd si bona fide sine malitia non obseruauerit dictum ordinem, non est, quod culpæ tribuatur, cū a DD. grauibus non imponatur, quos refert, & consequitur Nauarr.

Nau. vbi sup.

13 Decimatertia Conclusio. Creditores, qui recipiunt a debitore totum debitum, etiam, quando non habent possibilitatem soluendi reliquis, nō est, quod scrupulis perturbentur, dummodo non receperint illud in fraudem dictorum creditorum, nec tenentur ad aliquam restitutionem, plus quam dederunt, nec retinent, plus quam debent retinere: & si debitor peccauit soluens integre, hoc ipse viderit, non enim illorum curæ incumbit. Hoc tamen debet intelligi, quādo reliqui creditores, quibus non fuit satisfactum, non habent ius in bona debitoris ratione pignoris, aut hypothecę; quia in hoc casu non erit licitum creditoribus prædictis recipere dictum debitum non facta his vltimis satisfactione, cum sic perfringatur iustitia, quę postulat ipsis prius quam alijs satisfieri: Hinc infertur peccare grauiter generos, & nurus, qui recipiunt de bonis socerorum, quod sibi debetur; scientes dicta bona deberi alijs creditoribus magis priuilegiatis, vt docet Nauarrus, quem sequitur Ludouicus Lopez.

Na. c. 17. num 52. Lopez vbi sup. 1. p. cap. 114.

Quibus de causis quis liberetur a restitutione. Cap. XLIX.

SVMMARIVM.

An compensatio liberet à restitutione. conclus. 1. num. 1.

An debita, quæ debentur de iustitia, possint compensari beneficijs gratuitis. concl. 2. num. 2.

An soluens debitor creditori creditoris sui satisfaciat. conclus. 3. num. 3.

An, qui retinet aliquid alienum permittente iudice, sit liber a restitutione in conscientia concl. 4. num. 4.

An sit obligatio soluendi, quod debetur ex communicatis. concl. 5 nu. 5.

An debitor excommunicatus sit liber a restitutione. concl. 6. nu. 6.

An ignorantia probabilis facti, qua quis retinet alienum, excuset a restitutione. cōclus. 7. nu. 7

An ignorantia crassa, & supina excuset a non restituendo concl. 8. nu. 8.

An teneatur hæres soluere quoddam legatū alicui personæ factus certior ab alio, quod legauit illud testator illi personæ. concl. 9 num. 9.

An remaneat liber a restitutione, qui debet equum aut, quid in generali, quod perijt casu fortuito. concl. 10. nu. 10.

An, qui debet aliquid signanter remaneat liber, si pereat dicta res. conclus. 11. n. 11

An remaneat liber debitor, cui remittit creditor debitum. concl. 12. nu. 12.

An per præscriptionem remaneat liber debitor a debiti solutione. conclusione 13. num. 13.

An Confessarij teneantur restituere, quod sua negligentia non restituitur. numero. 14.

Quid facere debeat. Confessarius si audierit penitentem in Confessione non restituisse, quod alias id facere promisserit. num. 15.

An Confessarius in restitutione facienda a debitoribus inspicere debeat circunstātiam loci, temporis, & personæ. nu. 16.

H 2 *An*

An penitens, qui potens non restituit, sit absoluendus, si id dicat in articulo mortis, ibid.

Quid agendum sit à Confessario, quando audierit multas insolidum furtum commisisse. nu. 17.

Quid agere debeat Confessarius cum filio, qui patri aliquid rapuerit auxiliante alio quo familiari, quidue filius agere debeat cum patre in simili casu, ibid.

EX dictis in capitulis præteritis, & in materijs, quæ tractant de restitutione, colliget prudens Confessarius multos casus, in quibus debitores sunt liberi a restitutione; ponam tamē hic aliquos in speciali, vt correspondeam illi, quod in hoc capitulo proponitur. Pro cuius rei resolutione ponuntur sequentes cōclusiones.

1 Prima Cōclusio. Res est certissima, quod si Petrus debet centum, quos debet soluere Francisco, & Franciscus debet illi alios centum, quod tollitur obligatio restitutionis, quando ipsis placet, quod aliud alio compensetur. Est tamē magnum dubium, an hæc compensatio possit fieri aliquo eorum inuito, aut ignorante, veritas tamen est, quod si vnus creditorum sine suo magno damno non potest recuperare debitum, quod sibi debetur, potest in foro conscientiæ esse locus dictæ compensationi, licet debita sint dissimilia, dummodo ille, qui gaudet hac compensatione satisfaciat creditori, si inde recipit aliquod damnum: quod intelligi debet debitis existentibus æqualibus, quia si alterum est certum, & reliquum dubium, non est licitum compensare certum pro incerto: nec est licitum compensare, quod debetur de præsenti ob illud, quod debetur in futurum; nec est licitum depositario accipere sibi depositum in compensatione debiti, vt suprà dictum est.

2 Secunda Conclusio. Debita, quæ debentur de iustitia, non possunt compensari beneficijs gratuitis, quia qui dat aliquid gratiose creditori suo, non videtur per hoc velle liberari a solutione debiti de iustitia, quia si vult liberari hoc debito, iam donum non esset donum, & gratuitum beneficium: Verum est tamen, quod si, quādo fecit illi illud beneficiū, obliuiscebatur debiti, remanebit liber ab eo, quia præsumitur, quod si recordaretur debiti non esset ita liberalis. Hinc sequitur, quod si quis debet alteri quid temporale, non remanet liber ab eius restitutione ex eo, quod det creditori aliquod beneficium ecclesiasticū; vt Nauarrus resoluit, contra aliquos iuristas: quia beneficium ecclesiasticum datur gratis, & non venditur; postquā vero dictum est creditori, si ipse in signum gratitudinis remittit debitum, remanebit liber debitor, & idem debet dici de omnibus officijs, & ministerijs, quæ sine peccato, & simonia nō possunt vendi. Contrarium tamen debet dici de officijs, quæ licite venduntur, vt sunt officia sæcularia, quia dare ea, & dicta procurare pro creditore, est idonea solutio debiti, vt colligitur ex iure. Est tamen notandum, quod si quis cognoscit secrete debere alicui aliquid, faciatque pactum creditor cum eo, vt procuret illi aliquam præbendam, potest compensare totum, quod expendit in procuratione cum debito, quod illi debet; quod procedit, licet per intercessionem amicorum suorum acquisiuerit illam gratis sine illis expensis; quia licet ipsi gratis acceperint hunc laborem, non desinit ex hoc hic debitor remanere obligatus seruire illis, & hic labor est æstimabilis; quod procedit, nisi creditor in alijs rebus similibus, & beneficiis æquiualentibus seruierit dicto debitori, quia in hoc casu non potest facere dictam compensationem; si vero scit non debere aliud creditori, quia non accepit ab eo similia, poterit facere dictam compensationem, quando aliter sine ruptione amicitiæ, & sine alijs expensis non potest recuperare debitum, vt dicunt Nauarrus, Corduba, & Frater Ludouicus Lopez, qui allegant alios.

Nau ca. 17 n. 81

Nau. in sum. Hispan. ca. 17. n. 108 cum. qq. Cord de casib. q. 99. Lop. vbi sup. c. 130.

3 Tertia

3 Tertia Conclusio. Soluens debitor non suo creditori, sed alteri, cui creditor debet idem debitum, liber remanet à solutione eius in foro conscientiæ, licet soluerit illud ignorante, aut contradicente suo creditore: hæc conclusio est Medinæ, quam sequitur Aragon: & probatur, quia quod fecit debitor in hoc casu, tenebatur facere creditor, ad salutem animæ suæ. Hinc infertur, quod qui debet Petro decem secrete, quia rapuit ea, aut furto cepit, scit quod hic Petrus debet Ioanni alia decem, quæ non potest Ioannes recuperare, ob defectum probationis ab hæredibus Petri, poterit soluere dicta decem restituenda Petro dicto Ioanni, & sic remanet liber à restitutione eorum.

Med. de rest. q. 3. c. 5. Arag. 2. 2. q 61. art. 8.

4 Quarta Conclusio. Qui detinet rem alienam, aut alteri debitam cum authoritate iudicis permissiua, non est liber in conscientia à restitutione, vt videtur aperte in illo, qui vendit rem suam decipiens emptorem vltra dimidium iusti pretij, qui de iure in foro exteriori secure retinet excessum huius pretij, in foro tamen conscientiæ non potest illud retinere: quia lex quæ ordinat, quod hic retineat dictum excessum, est permissiua pro vitandis maioribus malis, quæ possunt sequi; si vero authoritas publica, qua detinet dictam rem, non est permissiua, sed concessiua, quia legislator voluit applicare illi, in hoc casu securus est in conscientia, cum legislator, & princeps, qui fecit legem, habuerit potestatem iustis de causis applicandi illi dictum dominium. Verum est, quod, si hoc dominium fuit illi applicatum per sententiam iudicis datam secundum ius, & secundum allegata, & probata, non remanebit liber à restitutione nitente sententia alicui falsæ probationi, & præsumptioni: sic enim tenet Aragon cum communi. Hinc infertur, quomodo debet intelligi regula quædam moralis satis agitata à Victoria, vt dixit mihi Alcocer, qui quando interrogabatur de aliquo casu attinente ad ius ciuile, aut canonicum, aut concernente ad facultatem medicinæ, respondebat, ite ad Iuristas & medicos, & sciens quid ordinetur à iure super hoc casu, & quid ars medicinæ statuat circa hunc casum, quia, quod ipsi dixerunt secundum eorum artes, idem ego respondeo. Quæ regula deseruit ad resolutionem multorum casuum, in quibus præcipitanter intromittuntur aliqui Confessarij, & homines docti in sacra Theologia, & respondent sæpe male respectu dictarum scientiarum, in quibus debent potius ventilari dicti casus, & hæc sunt multum aliena ab eorum professione. Vt hæc regula sit vera, debet limitari necessario, quod non habeat locum in lege permissiua ciuili, quæ multa permittit in foro exteriori, quæ sunt illicita in foro interiori, nec ideo debemus dicere esse illam legem iniustam, quia permittuntur hæc, vt euitentur peiora, vt iam diximus, etiam non habet locum in lege, quæ fundatur in aliqua præsumptione, & sic videmus, quod ex testamento minus solemni in foro exteriori non nascitur vlla obligatio, nec debentur legata in ipso relicta, quia præsumitur, quod deficiente solemnitate iuris adfuerit dolus, & fraus; in foro tamen conscientiæ nascitur actio; & si in rei veritate non fuerit dictus dolus, nec fraus secundum opinionem doctorum hominum debentur dicta legata, vt supra diximus.

l. 2. C. de rescind. vend.

Ara vbi su. pag. 290.

5 Quinta Conclusio. Nulli dubium est, quin teneantur debitores soluere creditoribus, quod debent ijs, qui generaliter sunt excommunicati, quia possunt cum illis licite communicare, & licet sint nominatim excommunicati, non sunt ideo liberi a soluendo, quia licet ille, qui promisit, aut iurauit dare quandam quantitatem, libere, & voluntarie obligauit se, postquam tamen fecit dictum promissum, tantum tenetur adimplere secundum ius diuinum, & naturale, vt teneatur soluere, quod debet alteri per viam mutui, vt tenet Siluester, & hac ratione debetet

beret inspicere Medina, ne diceret, qd per excommunicationem creditoris nó excusatur debitor a restitutione rerum, quæ debentur iure naturali, & diuino: remanet tamen liber a soluendo, quæ ratione iuramenti, aut promissi debentur.

Sil. ver. exco. 5. nu. 51. Med vbi supr. q.3. casu 9.

6 Sexta Conclusio. Excommunicatus debitor non excusatur a soluendo debitum, ita vt priuate possit peti ab eo, licet non publice in iudicio ratione scandali, vt dicitur in iure: hæc cóclusio probatur in iure: & ratio dictat eam, quia dando contrarium, sequeretur vtilitas excommunicato ex excommunicatione, & etiam quod communicare illi ad hunc effectum priuate petendo ab eo debitum, est communicatio leuis, sic.n. tenet Couarruuias post Medin. Siluest. & alios.

Cou. in reg. peccat 1 p. nu. vlt.

7 Septima Conclusio. Ignorantia probabilis facti, qua quis credit, quòd illud, quòd debet restituere, est suum, excusat a restitutione, & idem est loquendo de ignorantia iuris obscuri, quando homines fide digni scientia, & conscientia dant consilium debitori, quòd non tenetur restituere: contrarium tamen debet dici, si ipse cósulit homines ignaros, aut quos scit responsuros ad suum bene placitum; & si non esset certus de hoc, non interrogaret eos, quia hic non remanet liber in conscientia nec à peccato, nec a restitutione secundum Adrianum, & Ludouicum Lopez cum communi.

Adria. de rest. col. 88. Lopez vbi sup. cap. 131.

8 Octaua Conclusio. Ignorantia probabilis, donec durat, excusat a restitutione, a quo effectu priuatur crassa, & supina, quæ accidit, quando quis emit a milite aliquod missale, aut calicem, & a famulo candelabrum, aut quid simile argenteū, & a paupere nudo aliquid panni serici, aut multi valoris, quas quidem res debebat credere, aut saltem dubitare, vt homo rationabilis, an essent raptę nec ne; & etiam ignorantia iuris clari non excusat a restitutione; & ideo, qui emit scienter raptum, non remanet liber a restitutione, quia putabat, quando emit, quod ius non obligaret illum ad restitutionem, sic enim probatur in iure, & dicit Siluest.

Sil. ver. rest. tit 3 q.7.

9 Nona Conclusio. Si hæres est certus ab aliquo teste sine aliqua exceptione fide digno, reliquisse testatorem cuidam personæ quoddam legatum, non tenetur ideo in conscientia restituere illud; hanc scientiam contra Anglem tenet Lopez, & probat sequenti ratione; quia licet quis possit ponere scrupulum suæ conscientiæ cum dicto vnius testis fide digni, non ideo tenetur credere ei præcipue, quando ex eo sequitur ei notabile detrimentum; vnde si legatum est magnum, non tenetur hęres restituere illud in conscientia, licet legatarius alleget cum dicto teste.

Lop. in insl cós. 1 p cap. 132.

10 Decima Conclusio. Qui debet aliquid in generali, scilicet equum, bouē, aut aliqua modia frumenti, cados vini, & olei, & cetera, non remanet liber a solutione huius debiti, licet pereant hæ res incendio, aut alio casu fortuito, qd procedit, licet omnia bona debitoris amittantur, vt dicitur in iure. Hinc sequitur; quod si quis habet gregem mille pecudum, & vendidit ad statim soluendum centum, & tres eiusdem gregis minime signatas, si illas emptor relinquit in eodem grege vsque ad certum tempus, si pereant 300. dicti gregis periculum earum non pertinet ad emptorem, sed ad venditorem, quia qui debet aliquid in generali, non remanet liber, si pereat eius species, & vnus ex casibus, in quibus periculum est curæ venditoris, est, quando vendit aliquid incertū, & indeterminatum, vt si dicat. Ego vendo tibi vnum ex his æthiopibus, aut vnum ex his equis, & in hoc casu iam supponimus, quod dictæ pecudes non fuerint signatæ, nec venditæ determinate: hæc conclus. tenetur ab Hostiense in sua summa, quam sequuntur Siluester, & Ludouicus Lopez.

11 Vndecima Conclusio. Qui debet aliquid in specie, remanet liber a restitutione, si pereat sine culpa, dolo, & fraude sua, & non commissa mora in restitu-

ſtitutione, ita vt ſaltem in foro conſcientiæ, quamuis commiſerit moram, non teneatur reſtituere, ſi conſtiterit illi, q̃d ſicut periit res in ſua poteſtate, periiſſet in poteſtate creditoris, vt dicitur in iure, quòd procedit, ſiue debeatur ratione contractus ſiue ratione alicuius delicti, vt tenet Siluester; contrarium tamen debet dici, ſi conſtiterit, aut ſaltem dubitet quod dominus erat venditurus rem, aut vſurus ea, antequam periret, vt dicitur in iure, quia in hoc caſu ſi vendit eã, perit dicto emptori, & ſi vtitur ea, ſaltẽ tenetur ad vſum quem debebat habere ex dicta re. Et vt clare intelligatur ſupradictum, eſt notandum, quòd ille cõmittit moram, qui non ſoluit intra terminum pactum, aut quando poteſt, vel ſcit, quod res eſt aliena, & non habet iuſtam cauſam differendi ſolutionem: iuſta autem cauſa erit, ſi detineat rem in ſua poteſtate, vt antequam reſtituat eã, recuperet expenſas, quas cum illa fecit bona fide, vt dicit Siluest. verb. reſt. 7. d. q. 5. cap. 4.

12 Duodecima Concluſ. Debitor, qui ponit ſe humiliter in manibus creditoris, & ſignificans illi miſeriam ſuam petit ab eo remiſſionem debiti, ſi obtinet illam, non tenetur amplius reſtituere, licet petat dictam remiſſionem cum propoſito, quod quamuis non concedatur non ſoluet creditori: quia quamquã peccauit in hoc prauo propoſito, non tamẽ obtinuit dictam remiſſionem fraude, & dolo, ſed libere, & ſponte. Et hinc infertur, quod ſi debitor potens ſoluere aſſequitur dictam remiſſionem, quia dicit, quod nõ poteſt, non remanet liber a ſolutione, cum hic fraude & dolo extraxit dictam remiſſionem: hæc concluſio eſt communis, quam contra Siluest. & alios tenet Couar. Et nota, quod ſi maior pars creditorum remittat duas partes debiti alicui mercatori, qui defecit, vt eius conſanguinei ſoluerent illã partem, & fecit pactum non petendi amplius, non tenetur hic mercator, licet poſtea diteſcat, in foro conſcientiæ reſtituere dictis creditoribus etiam minori parti eorum quæ non conſenſit, quod illi remiſſum fuit: hæc concluſio contra Silueſtrum tenetur a Nauarr. Nec contra hoc obſtat: quod maior pars in illis rebus quæ ſunt communes, non poteſt præiudicare minori, vt dicitur in iure, quia hæc regula fallit in multis caſibus: vnus quorum eſt, quando maior pars remittit partem debiti illi, qui ratione paupertatis non poteſt ſoluere, vt dicitur in iure, quod ius habet locum in foro interiori, cum non fundetur in pręſumptione, ſed in æquitate, & pietate dicta nte, quod ſuccurratur pauperi. Verum eſt tamen, quod ſi huic debitori remittuntur hæ partes non ob ſuam paupertatem, ſed ob ſuam malitiam, quia determinauit nõ ſoluere aliter, tenetur ſoluere, quod illi remiſſum eſt, ſi habeat capitale ad illud, cum magis metu, quã pietate illi remiſſum fuit; & in hoc caſu reciperem ego libenter opinionem Silueſtri, vt reſoluit Nau.

Cou. in reg. peccat. 2. p. in prin. num. 5. Silu vbi ſup. q. 2. d 3.

Sil. ver. reſ 6 §. Nau. in addit. ad li 1. cõl. titul. de pac con ſil. 6.

Nauar. vbi ſup.

13 Decimatertia Concluſio. Certum eſt, quod per præſcriptionem remanet liber debitor a reſtitutione debiti, vt in propria materia præſcriptionis eſt explicatum.

Documenta pro Confeſſariys circa hanc materiam reſtitutionis.

14 PRimum documentum eſt, quod ſi accedat ad eos caſus habens annexam reſtitutionem, aduertant id, ꝙ faciunt, quia ſi eorum ignorantia craſſa nolentium aduertere ex induſtria quod debent præcipere, non conſtringunt pęnitentem, vt reſtituat, ſi ſit paratus ad illud iuſtus, tenentur ipſi facere dictam reſtitutionem: quod procedit, quando certo ſciunt, & credunt, quòd ſi ipſi non iubeant illis, vt reſtituant, nõ reſtituent; contrarium tamen debet dici quando obliuione naturali, aut quia putant, quod pęnitentes etiam iniuſſi facient reſtitutionem, non curant illis præcipere, ut reſtituant, hæc doctrina eſt Nauarri, & ideo ſecundum

Confessarius, cùm ipse satis cognoscat eam faciens negotium creditoris, poterit concedere dictam dilationem, & absoluere pœnitentem. quia ad hoc respódeo, quod in actu confessionis non solú est constitutus Confessarius, vt faciat negotium creditoris, sed principaliter, vt faciat negotium spirituale attinés ad maculatam conscientiam pœnitentis, qui secundum ius diuinum, & canonicum potens restituere totum id, quod debet statim, non restituens statim est in statu condemnationis, vnde non debet absolui; habito respectu ad bonum temporale debitoris, vel creditoris: qđ si debitor videns se priuatum absolutione desperet, ipse viderit, cum ad eum spectet, non ad Confessarium, qui in simuli occasione existens rigidus est pius.

5 Quinta Conclusio. Qui non potest soluere, estque manifesta omnibus eius impotentia, non tenetur petere dilationem à creditore, si vero est dubius, an possit soluere, nec ne, tenebitur petere dictam dilationem.

6 Sexta Conclusio. Quando aliquis homo probus agit cum creditore, & dicit illi. Ego faciam, quod Petrus debitor tuus soluat tibi aliquam quantitaté debiti, si tu gratis, & sponte dimittis illi reliquum; si faciat hoc sine fraude, dolo, aut metu, aut alia re, qua tollatur creditoris libertas, & sine persuasione, ꝙ aliter non poterit assequi debitum suú, in hoc casu remanebit dictus debitor liber à debito soluens illam quantitatem, quam pro eo misit illa persona, licet cũ fecit promissionem, & quando soluit dictam quantitatem, debitor habebat animum nunquam soluendi, sic enim dicit Nauarra: aduertit tamen Mercatus, quod non potest debitor obtinere remissionem partis ipsius debiti soluendo reliquam, antequam accedat terminus solutionis nisi in duobus casibus: primus est, quando debitor fuit euidenter deceptus in pretio, & dicit creditori, Quia decepisti me, ego volo soluere ante terminum præfixum hanc parté, & dimitte mihi reliquam. Secundus est, quando vt soluat ante terminum præfixum omisit lucrari cum pecunia, quá dedit, aut fecit aliam iacturam in suis bonis; est tamen necesse, vt moneat creditorem hanc rem, & ipso consentiente poterit retinere dictam partem; quam sententiam sequitur Ludouicus Lopez. Hinc autem sequitur secundum Mercatum, quod mercatores, qui deficiunt, & abscondunt bona sua, vt sic componant se cum creditoribus suis obtinentes ab eis dilationem terminorum, aut remissionem alicuius partis debiti, vt quotidie accidit, vltra quod peccant mortaliter, remanent in foro conscientiæ obligati ad soluendum debitum integre, & damna, quæ sequuta sunt ex defectu suo creditoribus suis, cum possent soluere, licet remansissent pauperes, nisi ad tantam egestatem deuenissent, vt hostiatim mendicare opus esset; & etiam tenentur compensare lucrum, quod creditores cum pecunia erant lucraturi, si soluissent eis tempore debito, quo non soluerunt. Et licet ostendant huiusmodi mercatores Cófessarijs schedulam, qua continetur, quod libere, & sponte est illis remissa pars debiti, nec debere illis negari absolutioné, quamuis sic se habeat, si nolint soluere dictá partem remissam, debent respondere huiusmodi remissionem non fuisse voluntariam, sed violentam, quia hoc fecerunt creditores nil aliud facere valentes visa violentia qua colligentes bona sua ad ecclesiam confugissent. Est tamé notandum, quod si desinunt soluere, qa non habent, quo soluant, licite poterunt vti dilationibus concessis, & à lege permissis, & interim negotiantes cum rebus, quæ supersunt, lucrari, vt possint soluere integre debita suis creditorib. si Deus voluerit.

Na. vbi su. c. 18. Merc. d. cótract. cap. 12. de anticipata pecunia in emendo, f. 53.

Lop. 1. p. c. 109 in instr. consc.

7 Septima Conclusio Qui tenetur restituere, & non habet causam legitimá, qua excusatur, peccat mortaliter differens solutionem vsque ad mortem, licet habeat propositum restituendi, aut relinquendi in testamento hæredibus, qđ restituant, cum toto illo tempore commiserit

Cor. vbi su. pũcto 1. ad fi. Sot. vbi su. ar. 4. Nauar. vbi sup. nu. 68. Angl. in q. de re se. ar. 2. dis 4.

miserit iniustitiam retinens alienum; sic enim dicunt Cord. Sotus, & Nauar. & Angles, qui addit, quod non sufficit relinquere aliquam rem assignatam, vt soluatur dictum debitum: vnde si in articulo mortis potuerit satisfacere, & nõ fecerit, non debet absolui, licet promittat, quod restituet; quia ille, qui existẽs in illo transitu non restituit, cum possit, præsumitur, quod si postea habeat salutem, non restituet, cum tunc iam recordentur minus homines animarum suarum, & sint magis radicati in desiderijs retinendi bona, quam in articulo mortis; & si dicat, quod hæres suus, aut executor faciet melius se hanc restitutionem, respondeat Confessarius, si tu frater in vita tua non es recordatus debitorum, & animæ tuæ, quomodo te mortuo executores tui recordabuntur?

Quo periculo, & detrimẽto debeat fieri restitutio. Cap. XLVII.

SVMMARIVM.

An sit obligatio restituendi honorem, & famam cum iactura honoris, & famæ propriæ concl. 1. nu. 1.

An sit obligatio restituendi famam cum cum damno vitæ. concl. 2. nu. 2.

An sit redimenda vita proximi cum damno propriæ. concl. 3. nu. 3.

An debitor ex aliquo contractu illicito, qui non potest soluere sine magno damno sui status, debeat statim reddere cõcl. 4. n. 4.

An possessor bonæ fidei teneatur statim restituere cum damno sui status, concl. 5. num. 5.

An possessor malæ fidei teneatur statim restituere cum iactura sui status, concl. 6. num 6.

An homo vilis, qui mutauit statum suum, & extulit domum suam vsurpando alienum, teneatur statim reddere cum damno suo, concl. 7. nu. 7.

Cor. li. 5. qq. q. 21. Cou.

Circa materiam huius quæstionis videatur Cord. Couarr. Sotus, & Nauar.

1 Prima Conclusio. Non est dubium quin ille, qui iniuste abstulit honorem fratris sui, teneatur reparare hoc damnum, licet sit cum detrimento propriæ famæ, vt resoluit Corduba: quod quidem limitat Sotus, nisi quando homo insignis, aut prælatus multæ æstimationis iniuste auferret honorem alicuius hominis priuati; quia hic non tenetur cum iactura propriæ æstimationis, quæ est maioris valoris, reparare famam alterius dicendo se mentitum fuisse, aut q̃d simile; sufficit enim, q̃d aliqua re ęquiualente satisfaciat illi damnũ illud.

in regu. pec. 1. p. c. 15. Soto lib. 4. de iusti. q. 6. Na. c. 17 nu. 58. & in sum Hisp. c. 18. nu. 47. Cou. vbi sup. Sot vbi su. art. 3.

2 Secunda Concl. Nullus tenetur restituere famam, quam iniuste abstulit cum detrimento propriæ vitæ, sic enim tenet Corduba, quod dicit tenere DD. communiter exceptis Adriano, & Soto, qui dicunt hoc non procedere, quando quis delens famam alterius affecit infamia aliquam illustrem familiam; quia in hoc casu cum periculo propriæ vitæ tenetur reparare hoc damnum, & licet Nauar. putet hoc nouum & durũ; durius negotiũ est dicere de aliquo, q̃d sit hæreticus, aut traditor in Regẽ, qua infamia remanent notati omnes eius descendentes, ascendentes, & collaterales; & licet sit nouum illi, est tñ multum conforme iuri, & rationi, vt clare patet; q̃d remanet clare demonstratum in materia restitutionis famæ: & etiam, quia ex his falsis testimonijs non solũ sequitur infamia his personis priuatim, sed sequitur scandalum toti ciuitati, & Regno, videntibus omnibus hominem nobilem notatum hęresi, aut alio delicto graui, & succedunt iacturæ bonorum, & occisiones ob rixas, quæ inde excitãtur; & euenit ẽt, quod comburantur tales notati hæresi, & decollẽt notatos infamia, pro ditionis; innumeri enim sunt casus, qui inde euenire possunt, & mala, quæ ex hoc semine enasci videmus; & ideo est opinio multum probabilis, quod Regina tenetur etiam cum periculo vitæ, & honoris declarare, quod filius maior, quem habet, est habitus de adulterio, si sit aliqua suspicio de illo,

Cord. vbi sup. Sot. vbi su. ar. 3.

putans, quod, si non declarat illud, erūt magnæ turbationes in Regno, ex quibus euenient multæ occisiones, & grauissima alia mala.

3 Tertia Conclusio. Tenetur quiuis redimere vitam fratris sui cum detrimē to vitæ suæ, quando iniuste posuit illum in periculo, vt dicens contra eum falsū testimonium: quod intelligitur, quādo debet iuuare suum dictum, quia si non proficiet eius retractatio, sed oportet, vt reus moriatur, non debemus illum ponere in his angustijs obligātes illum ad retractationem: hanc conclusionem tenet Corduba; quæ probatur; quia sicut ad defendendam vitam meam non possum procurare mortem innocentis, sic iste, vt defendat vitam suam, non debet permittere, qđ moriatur proximus, si ipse fuit causa sui periculi. Verum est tñ, quod Cord. limitat hoc in casu, qđ hic malitiose dixit falsum testimoniū, quo periclitatur frater; secus vero, quando non putauit euenturum tam graue dānum: quæ opinio videtur mihi multum conueniens pietati christianæ. Noto tamen, quod licet hic retractans se non possit liberare innocentem à morte sine multa consideratione, non liberarem ego illum ab obligatione, quam habet retractandi se, qn esset persona infimæ conditionis, & infamia qua affecit, infamauit aliquam magnam familiam, dicens. s. quod reus est hæreticus, aut traditor in Regem; vnde cum esset pater familias, fuit condemnatus ad mortē, si ex tali infamia creditur verisimiliter loquendo, quod debeant nasci simultates, occisiones, & grauia alia peccata secundum dictum in conclus. præterita.

Cor. vbi sup.

4 Quarta Cōclusio. Qui debet aliquid ratione alicuius contractus illiciti, cum amiserit bona sua mediantibus aliquib. sinistris euentibus, ita vt ille non possit soluere sine magna iactura decentiæ status sui, non tenetur statim restituere, sed potest differre restitutionem: hæc conclusio est Soti, & probatur, cum hæc impossibilitas non prouenerit sua culpa. Verum est tamen, quod si creditor ratione dictæ dilationis patiatur eandē necessitatem; & iacturam status sui, tenebitur debitor ad dictam restitutionē, ēt cum iactura sui proprij status; & ideo si creditor est redactus ad mendicitatē, tenebitur debitor soluere illi, licet soluens debeat ipse mendicare, quia extra extremam necessitatem melior est conditio creditoris, cum habeat ius ad debitum suum, sic enim tenent Sotus, Nauarrus, & Corduba, Medina, & Nauarra.

Sot. p. q. 7. a. 4.

Sot. vbi sup. Cor. vbi su. d. q. 34. Na ipsū Hisp. c. 17. n. 72. Medi. in sum. f. l. 182. Nau. de restit. 4. nu. 54.

5 Quinta Conclusio. Quādo debitor bonæ fidei, & inculpabilis ex spontanea solutione patitur totam iacturam sui status, non tenetur statim restituere, quamuis creditor sit passurus notabile damnum, dummodo illud non sequatur damnum statim creditori, & quod debitor sit paratus reficere hoc damnū, quod minatur in futurum, quando euenerit, quod declaro exemplo sequenti. Habet nunc creditor, quo succurrat sibi, statui suæ domus, & familiæ, & si soluatur illi statim debitum, emet merces, quibus ab hinc vno anno lucretur magnam quantitatem, in hoc casu, sufficit, quod debitor sit paratus satisfacere illi totam hanc quantitatem; in tempore, quo erit illam lucraturus deductis expensis, & facto eius computo, cōsiderando quod plus valet, quod est lucratum, quam quod lucrari posset; & idem dicendum est, quando creditor per dictam dilationem capit pecuniam cum interesse, vt succurrat suæ necessitati, quia in hoc casu sufficit, quod debitor sit paratus soluere tempore suo hoc damnum, quod creditor recepit. Quando vero damnum notabile minatur de præsenti ruinam creditori dilata a debitore solutione, quia alij eius creditores insurgunt contra eum, si damnum huius necessitatis est æquiualens, aut quasi æquiualēs damno iacturæ status, tenebitur in hoc casu debitor soluere statim, licet sit cum iactura propria status, si aliter non possit succurrere necessitati sui creditoris, vt post alios resoluit Ludou. Lopez. Et vt supradicta magis eluco-

Lopez in instr. cõsc. c. 118. col. 713.

elucescant, est notandum, quod est magna differentia inter iacturam honoris, & status, quia fama est quid, quod consequitur virtutem, quæ est res inæstimabilis; status vero, & fama eius, non est proprie fama bonitatis, sed est fama acquisita per opera magnifica, scilicet fama ingenij, virium, agilitatis, diuitiarum, & similium rerum temporalium, quæ habent pretium, vnde, licet fama status videatur altior diuitiis, cum fama status vtatur eis, parum, aut nil, tamẽ excedit illas; quia sicut fortuna prædominatur cum diuitijs, sic accidit sæpe, vt ablatis ab aliquo diuitijs statim cadat a suo statu: & hoc viso, licet debitor non teneatur soluere creditori, licet patiatur graue damnum in suis diuitijs cum iactura suæ famæ, regulariter tamen loquendo, si amittat debitor famam status sui, tenetur soluere creditori qui patitur graue damnum in suis diuitijs; nisi detur casus, quod status sit tãti valoris, ac sit fama; quia in hoc casu sicut non tenetur cum iactura famæ restituere statim, sic non tenetur cum iactura status. Hinc sequitur secundum Sotum, & Cordubam, quod non tenetur nobilis fieri mercenarius, & mendicus, vt soluat, & restituat, quod debet ratione mutui, aut alterius contractus liciti, sed sufficit, quod viuat moderatius succidens expensas domus suæ. Sequitur secundo, quod nobiles, qui detinent villas alienas, oppida, & possessiones, ne cadant a magnitudine status sui, sunt in statu condemnationis non restituentes, quia ex alienis non debent viuere cum pompa, & apparatu; quod intelligitur, nisi sit aliqua causa, qua excusentur, quam debent inspicere multum eorum Confessarij. Et hinc etiam sequitur, quod licet non semper teneatur debitor restituere cum iactura sui status, debet tamẽ semper astringere sumptus superfluos, quia nunquam magna comitiua familiarium, & multitudo equorum in stabulis excusant a restitutione hos nobiles cum iactura suorum creditorum, cum certum sit, quod fama status sui possit conseruari minori pompa, quod Prædicatores, & Confessarij tenentur prædicare, & consulere. Viso igitur, quòd debitor qui retinet alienũ, aliquo iusto titulo, tenetur restituere cũ iactura sui status, tractabimus nunc de debitore, qui detinet alienũ furto, aut malelucratum, quod resoluitur sequẽtibus conclusionibus.

6 Sexta Conclusio. Qui debet alienũ, quia surripuit illud fraudibus, furto, aut rapinis, tenetur integre restituere, licet sit cum iactura proprij status; & idem dicendum est de illis, qui iusto titulo detinent alienum consumentes illud prodige in ludis, & vita luxuriosa aliisque sumptibus, ac conuiuijs prophanis: hæc conclusio est Soti, & Cordubæ, quæ probatur, quia huiusmodi vsurpatores alieni non sunt digni, quod concedatur illis aliqua dilatio; & ideo dicit Medina, quòd si latro venerit ad confessionem, & dixerit non posse restituere, non debet statim absolui, sed debet illum interrogare, an habeat duo pallia, aut duo tegumenta, & si dixerit, quod sic, iubeat ei, vt vendat vnum eorum; & si dixerit habere solum vnum pallium, esse tamen bonum, dicat ei, vt vendat illud, & sit contentus alio viliori; & si dicat habere filios, dicat non debere illos sustentari alienis bonis, si aliter possunt sustentari.

7 Septima Conclusio. Qui possidet iniuste, & vsurpauit alienum, vnde cum sit homo vilis mutauit statum, & extulit domum suam, tenetur restituere statim, licet sit cum iactura huius status, cum non sit suum, quod acquisiuit illicite, & extorte; vnde non possumus excusare illum ab huiusmodi restitutione cum iactura sui status, qui cum non haberet statum similem, finxit se habere illum: vnde his nullum aliud remanet remedium, nisi petere a creditoribus aliquam liberam, & spontaneam dilationem, & si non possit cognoscere eos facta diligentia, recurrant ad commissarium Cruciatæ, & gaudeant fructu cõpositionis.

8 Octaua

8 Octaua Conclusio. Quando quantitas, quam debet restituere hic debitor non est magna, quia furtum fuit paruum, & creditor recipit parum detrimenti in hac dilatione solutionis, non tenetur statim restituere cum aliqua iactura sui status: hanc conclusionem tenuit Victoria, vt dicit Lopez, & videtur probari æquitate.

9 Nona Conclusio. Nullus debitor tenetur soluere debitum cum iactura suę libertatis: hæc conclusio probatur, quia nec ius ciuile, nec diuinum, quod est suaue, obligat aliquem, vt se vendat ad soluendum, sed potius iure prohibetur hominem liberum dari in pignus sui debiti: & hoc non solum, quia libertas sit inæstimabilis, & altioris ordinis, quam bona temporalia, & fortunæ, vt sunt diuitiæ: vnde non debent ipsa amitti, vt illa recuperentur, sed etiam, quia est donum, cuius appetitus est tam naturalis nostræ naturæ.

De ordine restitutionis multum creditoribus existentibus.

Cap. XLVIII.

SVMMARIVM.

An sit necesse obseruare ordinem in restituendo quando debitor habet bona, quibus potest omnibus satisfacere: concl. 1. num. 1.

An debita certa debeant præferri incertis conclus. 2. num. 2.

An certa, quorum dominium non pertransijt in debitorem, sint præferenda alijs certis. concl. 3. num. 3.

An precium alicuius rei venditæ non solutum debeat ab emptore prius solui quã quoduis aliud debitum concl. 4. nu. 4.

An debeant præferri creditores, qui habẽt actionem realem in bonis debitoris. conclus. 5. num. 5.

An inter creditores, qui solũ habent actionem in personam debitoris debeat seruari antiquitas temporis. concl. 6. nu. 6.

An benefaciat mercator decoctus socrià soluens aliquod debitum posthabitis alijs creditoribus potioribus tempore. conclus. 7. num. 7.

An prius quam soluantur debita, debeant solui expensa exequiarum, conclus. 8. num. 8.

An debeant præferri debita, quæ fecit hæres legatis defuncti. concl. 9 nu. 9.

An debeant præferri debita causata per contractum iustum debitis ex vsuris: concl. 10. num. 10

An debeant præferri debita ratione furti debitis contractus licitis. concl. 11. nu. 11.

An possit aliqua de causa mutari ordo restitutionis. concl. 12 nu. 12.

An creditores recipientes totum debitum ante alios teneantur ad aliquam restitutionem. concl. 13. num. 13.

1 PRima Conclusio. Quando debitor habet bona, quibus potest satisfacere omnibus suis creditoribus accedente termino non est, quod obseruetur ordo in restitutione soluendi prius antiquis: quam modernis, quia parum facit ad rem: hæc autem conclusio est ita communis, vt nulli dubium esse possit. Quod dubitatur, est, quid faciet in casu, quod debitor non habeat, vnde satis faciat omnibus, & quibus illorum prius debeat soluere, de quo dubio agunt, Siluester, Medina, Nau. & Arag. Ad cuius rei perfectam resolutionem ponuntur sequentes conclusiones.

Silu. re stit. 6. q. 5. Med de rest. q. 2 ar. 5 Nau ca. 17. n. 47. Aragon 2. 2. qu. 62. ar. 8.

2 Secunda Conclusio est. Debita certa debent præferri incertis: hęc conclusio est communis: ex qua inferunt Siluester, & Caietanus peccare grauiter mercatores, qui componunt se medianti aliquo indulto Apostolico super debita incerta, vt retineant ea sibi ante restitutionem certorum non valentes satisfacere omnibus, & vltra peccatum, quod committunt, tenentur restituere omnia debita, quorum domini sciuntur, aut sciri possunt.

3 Tertia Conclusio. Ex debitis certis illa debent prius restitui dominis, quorum dominium non pertransijt in debitorem,

torem, vt sunt mutata, deposita, & similia; & quod furto fuit surreptum, quamuis reperiatur in propria specie, quia omnia hæc statim debent restitui domino: nec de eorum valore possunt satisfieri alij creditores: hæc conclusio est Baldi communiter recepta, & probatur, cũ debitor nunquam habuerit dominium dictarum rerum.

Bal. in l. pro debito C. de bonis iudi. auc possi.

4 Quarta Conclusio. Qui vendit aliquam rem alteri, cuius pretium adhuc non est ei solutum, aut vendit ad certũ tempus, tenetur emptor, in cuius potestate est, soluere prius hoc debitum quã quod vis aliud; quia licet dominium transierit in emptorem; tamen hoc dominium remãsit subiectum pretio eius, donec res permaneat in prima forma; & idem est de omnib. alijs rebus, quæ dantur sub aliquo titulo oneroso, sicut est permutatio, quia qui recepit rem, tenetur prius soluere eius permutationem, quam alia debita: hæc conclusio est etiam Baldi, & tenet eam ex parte Siluest.

Bal. vbi su. Silu. ver. rel. 6. q. 5.

5 Quinta Conclusio. Inter creditores illi prius debent præferri, qui habent actionem realem in bonis debitoris, siue ea sit ratione pignoris, siue hypothecæ generalis, aut specialis tacita vel expressa, sic enim ordinatum est in iure; & bona, quæ sunt tacite hypothecata, sunt sequentia, scilicet bona mariti pro dote vxoris tradita marito, vt constat ex iure; & idem est pro bonis paraphernalibus vxoris, si transierint in potestatem mariti: & quando hæc hypotheca debeat præferri reliquis debitis, explicat Couar. Secundo bona illius, qui fecit pactum cum fisco, quæ statim remanẽt hypothecata. Tertio domus, & nauis, quæ facta fuit, siue reparata, aut custodita cũ pecunia mutuata ad hunc effectũ, vt dicitur in iure; & idem dicẽdum est, quando aliquid emitur cũ aliqua pecunia mutuata, vt ea res ematur, vt etiã dicitur in iure. Et notetur, quod inter creditores, quibus bona debitoris sunt hypothecata, si sit æqualitas, & loquamur regulariter, antiquiores debent præferri, vt dicitur in iure; & hæc antiquitas debet cõputari a tempore, quo factus fuit contractus, siue hypotheca. Dixi, *si ad sit æqualitas, & loquamur regulariter*, quia in aliquibus casibus particularibus vltima hypotheca præfertur primæ, & ideo domus, siue nauis facta, reparata, seu custodita cum pecunia mutuata, & quæuis alia res empta, & asportata cum ea, debet præferri reliquis creditoribus, quibus antea illa res erat hypothecata, nisi fuerint hypothecata in fauore fisci, aut dotis, quæ debetur; quia in hoc casu hæredes, si sint antiquiores, debent præferri, vt dicit Couar.

Co. li. 1. va. 7. n. 2.

Cod. vbi sup.

6 Sexta Conclusio. Inter creditores, qui non habent aliquam actionem realem in bonis debitoris, sed in persona, non debet obseruari aliqua antiquitas temporis, sed simpliciter debent diuidi bona pro rata, secundum quod singulis debetur, vt expresse dicitur in iure, & communiter dicunt DD. quãuis Medina dicat antiquiores debere præferri. Hinc infertur, quod non potest debitor bona conscientia soluere vni ex creditoribus non habens, cum quo soluat reliquis, cum per hoc faciat iniuriam reliquis creditoribus, vnde in foro exteriori secundum ius reuocabitur illa solutio. Verum est tamen, quod si aliquis ex creditorib. fuerit magis sollicitus in petendo debito ĩ iudicio, aut extra illud, huic secundum ius debet solui integre; ita vt non committat peccatum debitor, qui soluerit integre alicui creditori egeno, licet ipse non petat debitum, vt dicunt Siluester, & Medina, licet in foro exteriori dicta solutio erit reuocata.

Silu & Med. vbi sup.

7 Septima Conclusio. Mercator, qui ante defectionem debebat aliqua debita antiqua soluens socrui aliquod debitum non tam antiquum, quamuis non habeat pro reliquis, remanet tutus in conscientia; quia antequã deficeret, aut determinasset deficere, aut existeret in statu, quod non poterat nõ deficere, potuit soluere, cui placebat ei cum eius bona non essent hypothecata; si vero soluit dictum debitum post defectionem,

non potuit id facere cum bona consciẽtia: quia tunc priores habuerunt prius ius ad bona sua quam socrus, vnde illis debebat prius satisfacere; & idem est, quando soluit illi existẽs, in determinatione defectionis, aut in statu, in quo nõ poterat nisi deficere, quia in hoc casu clare patet, quod soluens socrui soluit in fraudem aliorum creditorum, quib. non potest satisfacere, & sic debet intelligi, qd tradit Med. in sua instructione.

Med. in inst. fol 175. p 2.

8 Octaua Conclusio. Quando defunctus relinquit bona sua onerata multis debitis, ita vt non possit illis satisfieri, licet eius bona sint tacite, vel expresse hypothecata, prius debent solui expensæ sepulturæ, & reliqua, quæ fuerunt facta, vt acceptaretur hæreditas, vt dicit Siluester, quod intelligitur, nisi dicta aliena bona sint adhuc in propria specie; quia in hoc casu non possunt solui dictæ expensæ sine licentia creditorũ, nisi adsit aliud remedium ad sepeliendum defunctum; quia in hoc casu adest extrema necessitas, & hac existente licitũ est capere alienum, vt succurratur ei, quæ quidem necessitas non potest accidere in locis alicuius momẽti, cum sint in illis Confraternitates, quæ sepeliant pauperes.

Silu. vbi sup. c 15 rest. 5.

9 Nona Conclusio. Non debent præferri legata debitis, quæ fecit hæres: hęc conclusio est contra Siluestrum. Nec obstat, quod ius ciuile ordinauerit contrarium; quia ea lex non habet vigorem obligandi sub peccato mortali, & ideo quoduis debitum debet præferri legatis, etsi bona defuncti, vt potest quis dicere, sint generaliter hypothecata legatis. Sequitur hinc, quod debent præferri cui vis debito antiquo, quod nec Siluester, nec alius homo iudiciosus concedet; & idem met Siluester tenet contrariem; & ideo debita, quæ facit hæres post mortem defuncti, de quibus loquuti sumus in conclusione præterita debent prius solui, quam legata, vt dicit Nauarr.

Silu. rest 6. q. 6.

Sil ver. hæredit. 5. q. 9.

Nau. de rest d. 4. c 6. n. 49

10 Decima Conclusio. Quando quis habet multa debita, præferri debent, quæ debentur ratione alicuius legitimi contractus liciti illis, quæ debentur ratione vsuræ; quia licet restitutio habeat maiorem respectum in æquanda inæqualitate, quæ est in eo, quod capitur, quam in respicienda iniuria, quæ fit in modo capiendi; hoc tamen debet intelligi quo ad restitutionem, nõ vero quo ad ordinem, qui debet obseruari in restitutione: & licet inęqualitati, quæ prouenit ex contractu vsurario, quæ per restitutionem debet refici, sit quid extrinsecum, & accidẽtale, quod vsurarius receperit vtilitatem, non autem ad effectũ obligandi ad restitutionem soluendi debitum; non est tamen accidentale quo ad hoc, quod debitum, quod debetur ratione contractus liciti non debeat pręferri illi debito.

11 Vndecima Concl. Quod debetur rõne furti, prius debet restitui, quã reliqua debita ratione contractus liciti: hæc cõclusio est contra Siluestrũ, q̃ tenet Med. dicẽs esse de mente D. Th. & probatur, quia tenetur fur restituere raptum duabus vijs. Primo, quia cepit illud iniuste. Secundo, quia iniuste retinet. Qui vero debet aliquid per contractum licitum, solum tenetur restituere illud ob iniustam retentionem. Nec obstat, ꝙ etiam, qui percipit vsuras, tenetur restituere eas, quia iniuste accepit eas, & iniuste retinet; & nihilominus dicimus, quod debitũ respectu alicuius contractus liciti debet præferri illarũ restitutioni; quia ad hoc respondeo, quod maior iniuria fit illi, a quo rapiuntur bona, quam illi, a quo accipiũtur vsuræ, cum videamus, quod soluit illas sponte. Et hinc infertur, ꝙ debitũ, quod debetur ratione alicuius rapinæ, debet præferri illi, quod debetur ratione furti, cum maior iniuria inferatur illi, cuius bona rapiuntur, quam illi, cuius furtiue capiuntur ipso scilicet nesciente.

Sil. rest. 6. q. 5. in fin.
Med de rest. q. 1. f 6.

12 Duodecima Conclusio. Omnia supradicta debent intelligi regulariter loquendo, quia potest accidere, quod aliquando sit necesse mutari ordinem restitutionis ob varias, & multas

multas circunstantias, quas prudens debitor tenetur considerare, & ob multas, & distinctas ordinationes prouinciarum, quæ si aperte non repugnent iuri naturali, & diuino, debent obseruari in conscientia quo ad ordinem restituendi, vt dicunt DD. communiter, & si aliquis nulla existenti ordinatione, nec circumstantia in contrarium fecerit contra ordinem propositum restitutionē, non solum peccabit mortaliter, sed etiā tenebitur reficere omnia damna, quæ hinc sequuta fuerint creditoribus. Verum est tamen, quòd si bona fide sine malitia non obseruauerit dictum ordinem, non est, quod culpæ tribuatur, cū a DD. grauibus non imponatur, quos refert, & consequitur Nauarr.

Nau. vbi sup.

13 Decimatertia Conclusio. Creditores, qui recipiunt a debitore totum debitum, etiam, quando non habent possibilitatem soluendi reliquis, nō est, quod scrupulis perturbentur, dummodo non receperint illud in fraudem dictorum creditorum, nec tenentur ad aliquam restitutionem, plus quam dederunt, nec retinent, plus quam debent retinere: & si debitor peccauit soluens integre, hoc ipse viderit, non enim illorum curæ incumbit. Hoc tamen debet intelligi, quādo reliqui creditores, quibus non fuit satisfactum, non habent ius in bona debitoris ratione pignoris, aut hypothecę; quia in hoc casu non erit licitum creditoribus prædictis recipere dictum debitum non facta his vltimis satisfactione, cum sic perfringatur iustitia, quę postulat ipsis prius quam alijs satisfieri. Hinc infertur peccare grauiter generos, & nurus, qui recipiunt de bonis socerorum, quod sibi debetur; scientes dicta bona deberi aliis creditoribus magis priuilegiatis, vt docet Nauarrus, quem sequitur Ludouicus Lopez.

Na c 17. num 52. Lopez vbi sup. 1. p. cap. 114.

Quibus de causis quis liberetur a restitutione. Cap. XLIX.

SVMMARIVM.

An compensatio liberet à restitutione. conclus. 1. num. 1.

An debita, quæ debentur de iustitia, possint compensari beneficijs gratuitis. concl. 2. num. 2.

An soluens debitor creditori creditoris sui satisfaciat. conclus. 3. num. 3.

An, qui retinet aliquid alienum permittente iudice, sit liber a restitutione in conscientia concl. 4. num. 4.

An sit obligatio soluendi, quod debetur ex communicatis. concl. 5 nu. 5.

An debitor excommunicatus sit liber a restitutione. concl. 6. nu. 6.

An ignorantia probabilis facti, qua quis retinet alienum, excuset a restitutione. cōclus. 7. nu. 7

An ignorantia crassa, & supina excuset a non restituendo concl. 8. nu. 8.

An teneatur hæres soluere quoddam legatū alicui personæ factus certior ab alio, quod legauit illud testator illi personæ. concl 9 num. 9.

An remaneat liber a restitutione, qui debet equum aut, quid in generali, quod perijt casu fortuito. concl. 10. nu. 10.

An, qui debet aliquid signanter remaneat liber, si pereat dicta res. conclus. 11, n. 11

An remaneat liber debitor, cui remittit creditor debitum. concl. 12 nu. 12.

An per præscriptionem remaneat liber debitor a debiti solutione. conclusione 13. num. 13.

An Confessarij teneantur restituere, quod sua negligentia non restituitur. numero. 14.

Quid facere debeat. Confessarius si audierit penitentem in Confessione non restituisse, quod alias id facere promisserit. num. 15.

An Confessarius in restitutione facienda a debitoribus inspicere debeat circunstātiam loci, temporis, & personæ. nu. 16.

An penitens, qui potens non restituit, sit absoluendus, si id dicat in articulo mortis, ibid.

Quid agendum sit à Confessario, quando audierit multas insolidum furtum commisisse. nu. 17.

Quid agere debeat Confessarius cum filio, qui patri aliquid rapuerit auxilium alicuius familiari, quidue filius agere debeat cum patre in simili casu, ibid.

EX dictis in capitulis præteritis, & in materijs, quæ tractant de restitutione, colliget prudens Confessarius multos casus, in quibus debitores sunt liberi à restitutione; ponam tamē hic aliquos in speciali, vt correspondeam illi, quod in hoc capitulo proponitur. Pro cuius rei resolutione ponuntur sequentes cōclusiones.

1 Prima Cōclusio. Res est certissima, quod si Petrus debet centum, quos debet soluere Francisco, & Franciscus debet illi alios centum, quod tollitur obligatio restitutionis, quando ipsis placet, quod aliud alio compensetur. Est tamē magnum dubium, an hæc compensatio possit fieri aliquo eorum inuito, aut ignorante, veritas tamen est, quod si vnus creditorum sine suo magno damno non potest recuperare debitum, quod sibi debetur, potest in foro conscientiæ esse locus dictæ compensationi, licet debita sint dissimilia, dummodo ille, qui gaudet hac compensatione satisfaciat creditori, si inde recipit aliquod damnum: quod intelligi debet debitis existentibus æqualibus, quia si alterum est certum, & reliquum dubium, non est licitum compensare certum pro incerto: nec est licitum compensare, quod debetur de præsenti ob illud, quod debetur in futurum; nec est licitum depositario accipere sibi depositum in compensatione debiti, vt supra dictum est.

2 Secunda Conclusio. Debita, quæ debentur de iustitia, non possunt compensari beneficijs gratuitis, quia qui dat aliquid gratiose creditori suo, non videtur per hoc velle liberari à solutione debiti de iustitia, quia si vult liberari hoc debito, iam donum non esset donum, & gratuitum beneficium: Verum est tamen, quod si, quādo fecit illi illud beneficiū, obliuiscebatur debiti, remanebit liber ab eo, quia præsumitur, quod si recordaretur debiti non esset ita liberalis. Hinc sequitur, quod si quis debet alteri quid temporale, non remanet liber ab eius restitutione ex eo, quod det creditori aliquod beneficium ecclesiasticū; vt Nauarrus resoluit, contra aliquos iniustas: quia beneficium ecclesiasticum datur gratis, & non venditur; postquā vero dictum est creditori, si ipse in signum gratitudinis remittit debitum, remanebit liber debitor, & idem debet dici de omnibus officijs, & ministerijs, quæ sine peccato, & simonia non possunt vendi. Contrarium tamen debet dici de officijs, quæ licite venduntur, vt sunt officia sæcularia, quia dare ea, & dicta procurare pro creditore, est idonea solutio debiti, vt colligitur ex iure. Est tamen notandum, quod si quis cognoscit secrete debere alicui aliquid, faciatque pactum creditor cum eo, vt procuret illi aliquam præbendam, potest compensare totum, quod expendit in procuratione cum debito, quod illi debet; quod procedit, licet per intercessionem amicorum suorum acquisiuerit illam gratis sine illis expensis; quia licet ipsi gratis acceperint hunc laborem, non desinit ex hoc hic debitor remanere obligatus seruire illis, & hic labor est æstimabilis; quod procedit, nisi creditor in alijs rebus similibus, & beneficiis æquiualentibus seruierit dicto debitori, quia in hoc casu non potest facere dictam compensationem; si vero scit non debere aliud creditori, quia non accepit ab eo similia, poterit facere dictam compensationem, quando aliter sine ruptione amicitiæ, & sine alijs expensis non potest recuperare debitum, vt dicunt Nauarrus, Corduba, & Frater Ludouicus Lopez, qui allegant alios.

Nau ca. 17 n. 81

Nau. in sum. Hispan. ca. 17. n. 108 cum. qq. Cord de casib. q. 99. Lop. vbi sup. c. 130.

3 Tertia

Med. de rest. q. 3. c. 5. Arag. 2. 2. q. 62. art. 8.

3 Tertia Conclusio. Soluens debitor non suo creditori, sed alteri, cui creditor debet idem debitum, liber remanet à solutione eius in foro conscientiæ, licet soluerit illud ignorante, aut contradicente suo creditore: hæc conclusio est Medinæ, quam sequitur Aragon: & probatur, quia quod fecit debitor in hoc casu, tenebatur facere creditor, ad salutem animæ suæ. Hinc infertur, quod qui debet Petro decem secrete, quia rapuit ea, aut furto cepit, scit quod hic Petrus debet Ioanni alia decem, quæ non potest Ioannes recuperare, ob defectum probationis ab hæredibus Petri, poterit soluere dicta decem restituenda Petro dicto Ioanni, & sic remanet liber à restitutione eorum.

4 Quarta Conclusio. Qui detinet rem alienam, aut alteri debitam cum authoritate iudicis permissiua, non est liber in conscientia à restitutione, vt videtur aperte in illo, qui vendit rem suam decipiens emptorem vltra dimidium iusti pretij, qui de iure in foro exteriori secure retinet excessum huius pretij, in foro tamen conscientiæ non potest illud retinere: quia lex quæ ordinat, quod hic retineat dictum excessum, est permissiua pro vitandis maioribus malis, quæ possunt sequi; si vero authoritas publica, qua detinet dictam rem, non est permissiua, sed concessiua, quia legislator voluit applicare illi, in hoc casu securus est in conscientia, cum legislator, & princeps, qui fecit legem, habuerit potestatem iustis de causis applicandi illi dictum dominium. Verum est, quod, si hoc dominium fuit illi applicatum per sententiam iudicis datam secundum ius, & secundum allegata, & probata, non remanebit liber à restitutione nitente sententia alicui falsæ probationi, & præsumptioni: sic enim tenet Aragon cum communi. Hinc infertur, quomodo debet intelligi regula quædam moralis satis agitata à Victoria, vt dixit mihi Alcocer, qui quando interrogabatur de aliquo casu attinente ad ius ciuile, aut canonicum, aut concernente ad facultatem medicinæ, respondebat, ite ad Iuristas & medicos, & sciens quid ordinetur à iure super hoc casu, & quid ars medicinæ statuat circa hunc casum, quia, quod ipsi dixerunt secundum eorum artes, idem ego respondeo. Quæ regula deseruit ad resolutionem multorum casuum, in quibus præcipitanter intromittuntur aliqui Confessarij, & homines docti in sacra Theologia, & respondent sæpe male respectu dictarum scientiarum, in quibus debent potius ventilari dicti casus, & hæc sunt multum aliena ab eorum professione. Vt hæc regula sit vera, debet limitari necessario; quod non habeat locum in lege permissiua ciuili, quæ multa permittit in foro exteriori, quæ sunt illicita in foro interiori, nec ideo debemus dicere esse illam legem iniustam, quia permittuntur hæc, vt euitentur peiora, vt iam diximus, etiam non habet locum in lege, quæ fundatur in aliqua præsumptione, & sic videmus, quod ex testamento minus solemni in foro exteriori non nascitur vlla obligatio, nec debentur legata in ipso relicta, quia præsumitur, quod deficiente solemnitate iuris adfuerit dolus, & fraus; in foro tamen conscientiæ nascitur actio; & si in rei veritate non fuerit dictus dolus, nec fraus secundum opinionem doctorum hominum debentur dicta legata, vt supra diximus.

l. 2. C. de rescind. vend.

Ara vbi su. pag. 290.

5 Quinta Conclusio. Nulli dubium est, quin teneantur debitores soluere creditoribus, quod debent ijs, qui generaliter sunt excommunicati, quia possunt cum illis licite communicare, & licet sint nominatim excommunicati, non sunt ideo liberi a soluendo, quia licet ille, qui promisit, aut iurauit dare quandam quantitatem, libere, & voluntarie obligauit se, postquam tamen fecit dictum promissum, tantum tenetur adimplere secundum ius diuinum, & naturale, vt teneatur soluere, quod debet alteri per viam mutui, vt tenet Siluester, & hac ratione de-

beret inspicere Medina, ne diceret, qđ per excommunicationem creditoris nó excusatur debitor a restitutione rerum, quæ debentur iure naturali, & diuino: remanet tamen liber a soluendo, quæ ratione iuramenti, aut promissi debentur.

Sil. ver. exco. 5. nu. 51. Med vbi supr. q.3. casu 9.

6 Sexta Conclusio. Excommunicatus debitor non excusatur a soluendo debitum, ita vt priuate possit peti ab eo, licet non publice in iudicio ratione scandali, vt dicitur in iure: hæc cõclusio probatur in iure: & ratio dictat eam, quia dando contrarium, sequeretur vtilitas excommunicato ex excommunicatione, & etiam quod communicare illi ad hunc effectum priuate petendo ab eo debitum, est communicatio leuis, sic enim tenet Couarruuias post Medin. Siluest. & alios.

Cou. in reg. peccat 1 p. nu. vlt.

7 Septima Conclusio. Ignorantia probabilis facti, qua quis credit, quòd illud, quòd debet restituere, est suum, excusat a restitutione, & idem est loquendo de ignorantia iuris obscuri, quando homines fide digni scientia, & conscientia dant consilium debitori, quòd non tenetur restituere: contrarium tamen debet dici, si ipse cõsulit homines ignaros, aut quos scit responsuros ad suum bene placitum; & si non esset certus de hoc, non interrogaret eos, quia hic non remanet liber in conscientia, nec à peccato, nec a restitutione secundum Adrianum, & Ludouicum Lopez cum communi.

Adria. de rest. col. 88. Lopez vbi sup. cap. 131.

8 Octaua Conclusio. Ignorantia probabilis, donec durat, excusat a restitutione, a quo effectu priuatur crassa, & supina, quæ accidit, quando quis emit a milite aliquod missale, aut calicem; & a famulo candelabrum, aut quid simile argenteũ, & a paupere nudo aliquid panni serici, aut multi valoris, quas quidem res debebat credere, aut saltem dubitare, vt homo rationabilis, an essent raptæ necne; & etiam ignorantia iuris clari non excusat a restitutione; & ideo, qui emit scienter raptum, non remanet liber a restitutione, quia putabat, quando emit, quod ius non obligaret illum ad restitutionem, sic enim probatur in iure, & dicit Siluest.

Sil. ver. rest. tit 3. q. 7.

9 Nona Conclusio. Si hæres est certus ab aliquo teste sine aliqua exceptione fide digno, reliquisse testatorem cuidam personæ quoddam legatum, non tenetur ideo in conscientia restituere illud; hanc scientiam contra Anglem tenet Lopez, & probat sequenti ratione; quia licet quis possit ponere scrupulum suæ conscientiæ cum dicto vnius testis fide digni, non ideo tenetur credere ei præcipue, quando ex eo sequitur ei notabile detrimentum; vnde si legatum est magnum, non tenetur hæres restituere illud in conscientia, licet legatarius alleget cum dicto teste.

Lop. in inst. cõs. 1 p cap. 131.

10 Decima Conclusio. Qui debet aliquid in generali, scilicet equum, boue̅, aut aliqua modia frumenti, cados vini, & olei, & cetera, non remanet liber a solutione huius debiti, licet pereant hæ res incendio, aut alio casu fortuito, qđ procedit, licet omnia bona debitoris amittantur, vt dicitur in iure. Hinc sequitur; quod si quis habet gregem mille pecudum, & vendidit ad statim soluendum centum, & tres eiusdem gregis minime signatas, si illas emptor relinquit in eodem grege vsque ad certum tempus, si pereant 300. dicti gregis periculum earum non pertinet ad emptorem, sed ad venditorem, quia qui debet aliquid in generali, non remanet liber, si pereat eius species, & vnus ex casibus, in quibus periculum est curæ venditoris, est, quando vendit aliquid incertũ, & indeterminatum, vt si dicat. Ego vendo tibi vnum ex his æthiopibus, aut vnum ex his equis, & in hoc casu iam supponimus, quod dictæ pecudes non fuerint signatæ, nec venditæ determinate: hæc conclus. tenetur ab Hostiense in sua summa, quam sequuntur Siluester, & Ludouicus Lopez.

11 Vndecima Conclusio. Qui debet aliquid in specie, remanet liber a restitutione, si pereat sine culpa, dolo, & fraude sua, & non commissa mora in restitu-

ſtitutione, ita vt ſaltem in foro conſcientiæ, quamuis commiſerit moram, non teneatur reſtituere, ſi conſtiterit illi, quod ſicut periit res in ſua poteſtate, periſſet in poteſtate creditoris, vt dicitur in iure, quòd procedit, ſiue debeatur ratione contractus ſiue ratione alicuius delicti, vt tenet Silueſter; contrarium tamen debet dici, ſi conſtiterit, aut ſaltem dubitet quod dominus erat venditurus rem, aut vſurus ea, antequam periret, vt dicitur in iure, quia in hoc caſu ſi vendit eá, perit dicto emptori, & ſi vtitur ea, saltē tenetur ad vſum quem debebat habere ex dicta re. Et vt clare intelligatur ſupradictum, eſt notandum, quòd ille cōmittit moram, qui non ſoluit intra terminum pactum, aut quando poteſt, vel ſcit, quod res eſt aliena, & non habet iuſtam cauſam differendi ſolutionem: iuſta autem cauſa erit, ſi detineat rem in ſua poteſtate, vt antequam reſtituat eá, recuperet expenſas, quas cum illa fecit bonafide, vt dicit Silueſt. verb. reſt. 7. d. q. 5. cap. 4.

12 Duodecima Concluſ. Debitor, qui ponit ſe humiliter in manibus creditoris, & ſignificans illi miſeriam ſuam petit ab eo remiſſionem debiti, ſi obtinet illam, non tenetur amplius reſtituere, licet petat dictam remiſſionem cum propoſito, quod quamuis non concedatur non ſoluet creditori; quia quamquā peccauit in hoc prauo propoſito, non tamē obtinuit dictam remiſſionem fraude, & dolo, ſed libere, & ſponte. Et hinc infertur, quod ſi debitor potens ſoluere aſſequitur dictam remiſſionem, quia dicit, quod nō poteſt, non remanet liber a ſolutione, cum hic fraude & dolo extraxit dictam remiſſionem: hæc concluſio eſt communis, quam contra Silueſt. & alios tenet Couar. Et nota, quod ſi maior pars creditorum remittat duas partes debiti alicui mercatori, qui defecit, vt eius conſanguinei ſoluerent illā partem, & fecit pactum non petendi amplius, non tenetur hic mercator, licet poſtea diteſcat, in foro conſcientiæ reſtituere dictis creditoribus etiam minori parti eorum quæ non conſenſit, quod illi remiſſum fuit: hæc concluſio contra Silueſtrum tenetur a Nauarr. Nec contra hoc obſtat: quod maior pars in illis rebus quæ ſunt communes, non poteſt præiudicare minori, vt dicitur in iure, quia hæc regula fallit in multis caſibus: vnus quorum eſt, quando maior pars remittit partem debiti illi, qui ratione paupertatis non poteſt ſoluere, vt dicitur in iure, quod ius habet locum in foro interiori, cum non fundetur in præſumptione, ſed in æquitate, & pietate dicta nte, quod ſuccurratur pauperi. Verum eſt tamen, quod ſi huic debitori remittuntur hæ partes non ob ſuam paupertatem, ſed ob ſuam malitiam, quia determinauit nō ſoluere aliter, tenetur ſoluere, quod illi remiſſum eſt, ſi habeat capitale ad illud, cum magis metu, quā pietate illi remiſſum fuit; & in hoc caſu reciperem ego libenter opinionem Silueſtri, vt reſoluit Nau.

Cou. in reg. peccat. 2. p. in prin. num. 5. Silu vbi ſup. q. 2. d 3.

Sylu. ver. reſ 6 §. Nau. in addit. ad li 1. cōl. titul. de pac con ſil. 6.

Nauar. vbi ſup.

13 Decimatertia Concluſio. Certum eſt, quod per præſcriptionem remanet liber debitor a reſtitutione debiti, vt in propria materia præſcriptionis eſt explicatum.

Documenta pro Confeſſarijs circa hanc materiam reſtitutionis.

14 PRimum documentum eſt, quod ſi accedat ad eos caſus habens annexam reſtitutionem, aduertant id, quod faciunt, quia ſi eorum ignorantia craſſa nolentium aduertere ex induſtria quod debent præcipere, non conſtringunt pœnitentem, vt reſtituat, ſi ſit paratus ad illud iuſſus, tenentur ipſi facere dictam reſtitutionem: quod procedit, quando certo ſciunt, & credunt, quòd ſi ipſi non iubeant illis, vt reſtituant, nō reſtituent; contrarium tamen debet dici quando obliuione naturali, aut quia putant, quod pœnitentes etiam iniuſſi facient reſtitutionem, non curant illis præcipere, ut reſtituant, hæc doctrina eſt Nauarri, & ideo ſecundum

Victoriam supposito; quod Parochus loquendo communiter reputetur peritus in arte audiendi confessiones, licet erret in aliquo, non solum non peccat, sed nec tenetur restituere, quod deberet dare adhibita diligentia ordinaria in cognoscenda conscientia pęnitentis, quá cæteri Confessarij solent adhibere; quod probatur; quia confessarius solum audit confessionem ratione pęnitentis, vt dicit Nauarrus cum communi: ideo solum tenetur, quando ex eius parte est aliqua culpa. Verum est tamen, quod si etiam ob suam vtilitatem applicat se confessioni, non remanebit liber, si sit ex parte sua culpa leuis in errore commisso.

Nau. in Man. c. 4 num. 10.

15 Secundum documentum est, quod vt plurimum pęnitentes facilius dicunt peccata, quam faciant restitutionem licet iubeantur a Confessarijs, ideò debét ipsi esse constantes, & non credant facile illis, qui dicunt statim se restituturos, si idem promiserint in alijs confessionibus, & defecerint in verbo: ideo dicit Aragon, quod licet præceptum restitutionis habeat hoc commune cum reliquis præceptis affirmatiuis, quæ obligant semper, sed non ad semper: ita etiá hoc restitutionis licet obliget semper, non tamen ad semper, nisi quando adest commoditas restituendi: habet tamen hoc particulare quod ille, qui non restituit potens, semper continuat peccatum mortale iniustæ retentionis. Vnde infert, quod aliter regendi sunt Confessarij in hoc præcepto, ac in reliquis affirmatiuis, quia reliqua præcepta, si non adimplentur, peccatum contra ea commissum sola pœnitentia potest deleri, quia præterijt tempus, quo obligabat, & ideo qui omisit recitare officium diuinum in aliquo die, quo tenebatur, non est necesse, quod die sequenti iubeat Confessarius, quod recitet illud, quia iam præterijt obligatio, & idem est de præceptis audiendi Missam, & ieiunandi; in præcepto autem restituendi contrarium debet dici, quia licet præteteat tempus, quo obligabat, semper tamen remanet obligatio: vnde dicit quod dicti Confessarij curent, vt fiat dicta restitutio, si est possibile ante absolutionem.

Arag. 2. 2. qu. 62. art. 2.

16 Tertium documentum est, quòd debet inspicere Confessarius circunstantiam loci, temporis, personæ, & commoditatis restitutionis secundum suam prudentiam. Vnde licet dixerim in documento præterito, quod debent negare absolutionem eis, qui non restituetunt, cum id promiserint suis Confessarijs, nunc vero id declarans particularius dico, quod si promiserint bis, aut semel, & fuerint negligentes, non debent tractari cum hoc rigore, quia vt plurimum homines sunt negligentes semel, bis, & ter in alijs rebus multum essentialibus obligationi status sui; & ideo dico, quod poterunt absoluere illum, qui promiserit semel, bis, & ter, & non impleuit promissum, si iterum promittant firmiter facturos, sicut est licitum Confessario absoluere pœnitentem, qui bis, aut ter promisit tollere certam occasionem peccandi, & non fecit habens firmum propositum exequendi illud, vt tenet Palud. Nauarr. & Medina. Supradictum intelligitur, quádo pœnitens confitetur in sanitate, qui si id dicat in articulo mortis; & non restituit potens, non debet absolui, vt supra dictum est. Hinc sequitur debere Cófessarios fugere opinionem Angles; qui dicit putare probabile, debere absolui illum, qui promisit sæpius restituere, & non fecit, quia ex dictis colligitur esse hanc opinionem multum amplam, & multum limitatam.

Palu. in 4. d 15. q. 1. Nauarr. vbi sup. num 9. Med in instr. l 2 cap. 12.

17 Quartum documentum est, qualiter se debeant habere Confessarij, quando multi ceperunt aliquam rem, vt fiat restitutio, verbi gratia, Tres homines commiserunt quoddam furtum, & damnum, & omnes illi habuerunt æqualem culpam, quia nullus eorum fuit principalis motor, nec incitator reliquorum: quod ergo debebant facere, antequam accederent ad Confessorem, erat restituere singulos partem suam domino

no ipsius rei; accedit tamen vnus eorũ ante restitutionem ad confessionem, tunc licet singuli teneantur insolidum restituere totum damnum, quod effecerunt, quia omnes æqualiter fuerunt causa eius, sufficit, quod Confessarius moneat illum, vt faciat sic, quod omnes illi faciant restitutionem, & si illi non restituant, ipse tenetur restituere integre totum damnum; & si aliquis eorũ retinuit rem furatam, quia sit ille præcipue subiectus restitutioni, non potest tamen, quia est filiusfamilias, & non habet nisi, quod pater illi tribuit, si res est ablata ipsi patri, auxiliante familiari illi, qui sciebat esse ablatam, tenentur dictus familiaris, & emptor in rigore loquendo restituere rem ipsi patrifamilias, quia tamen ipse filius retinuit eam, & communiter talia furta sunt rerum domesticarum, & pauci valoris, videtur sufficere, quod Cõfessarius moneat filium, vt petat veniam a patre pro eo, quod surripuit, si venerit opportunitas, & moneat familiarem, & emptorem, quod ipse assumit sibi onus restitutionis; si vero accedant prius familiares, & emptor, moneat eos, quod tractent cum filio vt satisfaciat patri, aut petat veniam, vt ipsi liberentur ab obligatione restitutionis: & si permittant illud, & sint homines fide, & conscientia præditi, poterunt securi esse; & idem debet dici de quauis alia persona bonæ conscientiæ, cui datum fuit auxiliũ pro aliquo damno faciendo, si dicat, quod sint securi, quia ipse assumit curæ suæ onus restituendi: hanc doctrinam tradit Alcocer in sua summa, quam debent notare multum Confessarij, vt dent exitum casibus multum ordinarijs in hac materia. Alia multa documenta inueniet Confessarius in hoc tractatui, & alijs materijs, vbi tango aliqua puncta restitutionis.

Alcocer in sum. fol. 78.

De reo videatur in ordine iudiciali.

De stipendijs debitis aliquibus ministris iustitiæ, & familiaribus. Cap. L.

SVMMARIVM.

An possint applicare aliquid sibi iudices, qui non habent aliquod stipendium sufficiens concl. 1. num. 1.

An ministri iustitia qui adeunt ad faciendam aliquam executionem cum quodã stipendio, possint percipere stipendium pro alijs executionibus, quas faciunt in itinere. concl. 2. num. 2.

An peccent principes temporales, qui constringunt suos vasallos non obligatos ad illud, vt ædificent domos eorum. concl. 3. num. 3.

An possint perferre salarium in integrum, qui non seruiunt dominis suis, nisi aliquibus horis. concl. 4. num. 4

An teneantur domini, qui egent famulis soluere integre stipendium debitum illis, qui seruiunt ob necessitatem. concl. 5. num. 5.

An familiares paciscentes cum dominis de seruiendo illis minori pretio, quã merentur possint perferre maius stipendiũ quam pepegerunt. concl 6 nu. 6

An Domini teneantur soluere stipendium debitum seruientibus minori pretio si nõ corespõdẽt cũ illis aliquib donis. c 7. n. 7

Qua ætat: debeant constare familiares, vt possint habere stipendia concl. 8. nu. 8.

An quod debetur familiaribus, debeat solui illis ante tempus, & an pater teneatur soluere stipendium filio pro seruitio suo. concl. 9 nu. 9.

An satisfaciant domini soluendo familiaribus præbentes illis pannos laneos, aut similes emptos maiori pretio quam si statim solutio fieret mercatori. concl. 10. num. 10.

An peccent artifices mecanici non soluentes aliquam mercedem pueris, quos suscipiunt ad illos docendos artem suam occupantes eos in rebus alienis ab arte sua. cõclus. 11. num. 11.

An

An possint famuli accipere aliquid secrete in compensationem salarij sibi debiti, cõclus. 12. nu. 12.

An Aeconomi teneatur restituere dominis, si ex pecunia sibi tradita pro emendis rebus necessarijs aliquid lucrantur, concl. 13. nu. 13.

1 PRima Conclusio. Iudices gubernatores, qui nõ habent sufficiẽs stipendiũ laboris sui, possunt applicare sibi vnum solidum pro singulo folio processus criminalis, & dimidium pro folio processus ciuilis, vt tenet Cor. quem sequitur Lop. quia ratio naturalis dictat, ꝙ respublica det sufficiens stipendium suis ministris, & si non detur, & adsit consuetudo capiendi vltra stipẽdium quantitatem supradictam ad sua alimenta, non debent cõdemnari. Hinc sequitur, quod in locis, in quibus capitur, non est quod scrupulis perturbẽtur iudices, si consuetudine introductũ est, quia tunc videtur quod populi consenserint in illud, vt releuentur à dominis in alijs rebus. Verumtamen, si domini rerum publicarum præbeant illis sufficiens stipendium, non poterunt capere hanc quantitatem, quæ vulgariter dicitur accessorium, & hoc modo debet intelligi quædam lex ordinamentis, quæ prohibet iudicibus ea capere.

2 Secunda Conclusio. Ministri iustitiæ, qui vadunt Pintia in ciuitatem Tauri v.g. ad instantiam cuiusdam personę, vt faciant quandam executionem in bonis alterius, pro qua causa itineris habent iam assignatum stipendiũ pro singulis diebus secundum leges horum regnorum, si interim assumunt ẽt alias executiones, quæ debent fieri in itinere, aut circa ciuitatem, aut in ipsa, percipientes integre omnia stipendia, peccãt grauissime, & tenentur restituere; quia licet videatur, quod non inferunt illis damnum, qui petunt dictas executiones, & soluunt prædicta stipendia, cum deberent eadem dare alijs litoribus, si adirent seorsum, committunt nihilominus peccatum iniustitiæ, cum perferãnt plus iusto pro suo labore; vnde illi, qui dant eis dicta stipendia, merito tribuerent ea inuiti, si scirent eorum malitiã. Nec mirum videri debet, quod obligemus hos homines ad restitutionem, q̃a etiã obligamus ad eam illos, qui ditescũt furantes à multis vnius ciuitatis paucũ à singulis, quia ipsi ægre ferunt, quod hi homines ditescant suis bonis; licet nullus in particulari damnificetur: hoc autem colligitur ex eo, q̃d in simili casu docet Arag. cum DD. communiter. Debet tamen aduerti, quod non tenentur huiusmodi ministri restituere dicta stipendia integre, sed solum quod perceperunt vltra debitum sui laboris, quia si ob adhibitam diligentiam in faciendis dictis executionibus adhibuerunt maiorem laborẽ, quam ponerent in negotio principali, non potest negari, q̃d huic labori debeatur aliqua compensatio; iudicare autem quantum debeatur, relinquitur arbitrio boni viri. Estque notandum, q̃d si vt adhiberet dictã diligentiã, fuerunt consumpti plures dies, q̃ erant necessarij pro vna executione facienda, & receperunt hoc stipendium integre à partibus, tenentur dare, aut computare illud in principali stipẽdio, cum eius ratione facta fuerit dicta mora: supradicta vero intelliguntur, nisi habeant auctoritatem, vt in itinere faciant huiusmodi executiones, vt solet aliquando dari. Arag. 2. 2. qu. 85. art 3. p. 912.

3 Tertia Conclusio. Peccant Reges, & principes temporales, qui constringunt suos vasallos non obligatos ad id, ad ædificandas domos, eorum, aranda prædia, & facienda alia similia opera nõ soluentes illis debitum stipendium, vt dicit Nau. citans in eius fauorem D. Antoninum, qui dicit peccare illos bis, si pręcipiant illis hoc facere in diebus festiuis sine speciali licentia ad illud ab Ordinario, & idem tenet Lopez. Nau. in Man. c. 25 nu 7. Lop. in instr. nego. li. 2. c. 25. p. 403.

4 Quarta Concl. Familiares, qui seruiunt dominis suis certis temporib. & horis diei comitãtes eos, aut vxores eorũ, non possunt perferre stipẽdiũ illis debitum, nisi secũdũ occupationẽ, & quali-

lita-

litatem seruitij, quo exercentur; quod debet relinqui arbitrio prudentis viri.

5 Quinta Conclusio. Tenētur domini, qui egent famulis soluere integre stipendium debitum illis, qui seruiunt, licet seruiant illis ob necessitatem, & licet, quando pepigerunt cum illis, non promiserint illis tantum stipendium: contrarium tamen debet dici, si dicti domini non egebant dictis famulis, quia tunc sufficit soluere illis pactum stipendium, vt resoluūt Nauarrus, Sotus, Corduba, & Lopez. Hinc sequitur, quod familiares, quos recipiunt magni principes rogati ab eis, si docere faciunt eos bonos mores, & præbent illi victum, & vestitū similem suis solitis, & tractant eos bene quamuis postea dimittant eos ita ac receperunt, non tenentur ad plus, cum nō sit pactum tacitum, aut expressum, quo obligentur his astantibus, cum ipsi rogent eos, ne mereatur eorum seruitiū, plusquam dictum est.

Nau. in sū c 17. nu. 109. Sot. li. 9. de iustit. q. 3. a. 5. Co. deca sib. c0. li. q. 3. & l. 199. q. 4 Lo. in it. neg. lib. c. a. 7. pa. 410 col. 1.

6 Sexta Conclusio. Loquendo de familiaribus, qui faciunt pactum cum dominis suis, seruiendi eis minori pretio, quam meretur eorum seruitium, quod faciunt libenter, quia putant lucrum seruire dictis dominis propter honorem, & fauorem, non possunt perferre, plusquam pepegerunt, cum, dictum pactum non sit purus contractus onerosus, sed pactum mixtum cum quadam liberalitate, & donatione ob rationem supradictam.

7 Septima Conclusio. Loquendo de famulis, qui quamuis acceptent stipendium minus, quam debeatur illorum seruitijs, est tamen, quia confidunt in dominus, quod compensabunt illis hoc stipendium cum aliquibus donis æquiualentibus, quibus non seruirent, si non haberent hanc intentionem, tenentur domini soluere illis stipendium debitū suis seruitijs, si non correspondent cum illis donis, quæ sperabant, quę tacite fuerunt promissa; & si eorum non fuit expressum pactum, est, quia verecundantur dicti domini, quod sic agatur cum illis; & ideo aduertant magnates, qui habent famulos nobiles cum pauco stipēdio solum spe, quod correspondebunt illorum seruitijs facientes illis gratiam, & fauorem, quod solent facere similes principes, quia tenentur ad hoc de iustitia.

8 Octaua Conclusio. Possunt famuli petere stipēdium, quod illis debetur habentes decem annos cum dimidio licet nulla arte præditi sint, ac officio, quia illi possunt seruire in aliquo, & eorum seruitium meretur saltem victum, & vestitum, vt post quandam glos. resoluit Didacus Perez, inferens contra tutores, & curatores, qui habent domi minores suos prædicta ætate constantes, & postea reddentes rationem computant victum, & vestitum, quem illis dederunt & sine Dei timore acquirunt magnam partem suorum bonorum non aduertētes, quod eorum seruitium merebatur saltem victum, & vestitum.

Perez in l. 1 tit. 1. lib. 1. ordina.

9 Nona Conclusio. Finito seruitio est obligatio soluendi seruitia, non vero antea; quia potest accidere, quod si soluant eis ante tempus, fugiant a domo, aut nō seruiant cum debita diligentia; si vero egeant pecunia, poterunt petere stipendium suum singulis mensibus, quia in hoc casu finito mense non poterunt illis domini negare stipendium debitū, nisi adsit pactum, cōsuetudo, aut statutum, quod soluantur finito anno, vt tenet Rebuffus, quem sequitur Didacus Perez. Debet etiam pater soluere filio emancipato stipendia debita suis seruitijs, cum non teneatur ei facere plusquam alijs exteris, & quia est filius, non debet esse peioris conditionis; si vero pater non faciat ei vllam renunciationem ob dicta seruitia, nec faciat aliquam protestationem filius vita patris durante, quod petet dicta stipendia, est dubium, an post mortem patris possit petere aliquid a reliquis hæredibus; cui respondet Nauar. dicens, quod si filius seruiuit patri ad sustentandam illum, non potest petere stipendium, licet fuerit protestatus; si vero seruierit ei, expresse, aut tacite protestatione facta, eo animo vt pater ob suam

Rebuff. de simō. pēsionalib. ar. 3. gl. 7. n. 5 1 t. cōst. regal ū. pa. 190. Perez vbi sup.

Nau. in Man. c. 17 n 144

suam operam, & calorem det ei tantũ, quantum solueret extraneo, poterit petere dictum stipendium. Et hinc sequitur, quod peccat filius, qui non vult trahere in collationem mortuo patre bona, quæ lucratus est cum pecunia dicti patris, & tenetur restituere illam; partẽ vero lucri, quæ debetur labori suo, non tenetur restituere licet fecerit dictam protestationem tacitam, vel expressam; quæ quidem pars loquendo regulariter est dimidium lucri, vt dicit Ludou. Lopez sequens Nauar. Et nota, quod loquor de filio emancipato, quia quod lucratur filius existens in potestate patris sua industria, & labore tenetur computare in diuisionibus bonorum, quia pro se nullum debet pater salarium, vt dicunt DD. allegati.

Lop. vbi sup. l. 2. 41 iuxta fi. Nau. vbi sup. nu. 161.

10 Decima Conclusio. Nobiles, qui soluunt stipendia, aut alia debita suis famulis in pannis emptis a mercatoribus in creditum maiori pretio, quam valẽt, tenentur restituere dictis famulis totũ id, quod excedit valor asserti panni; ad idemque tenentur dicti mercatores, si cooperantur scienter peccato fraudis in hoc casu. Quod volui notare, quia est multum quotidianum; sic enim tenet Angles.

Angl. in flor. lib. 4 q. de vsu ra ratione emptionis. ar 2. dif. 2. in fin.

11 Vndecima Conclusio. Maior pars artificum artium mecanicarum, vt sũt cerdones, sutores, & alij similes, peccãt mortaliter accipientes in domum suam pueros ad docendos eos artem suã, nec soluunt illis quidquam aut parum pro seruitio eorum, & sæpe accipiunt ab eis pretium victus, & vestitus, & postea occupant eos in alijs rebus extraneis ab arte, & non solum peccant mortaliter, sed tenentur restituere damnum, quod recipiunt consumentes tempus, in quo debebant doceri, & occupant eos ipsis nolentibus; & idem dicendum est de scholasticis Salmanticæ, & aliarum vniuersitatum, qui paruo stipendio habẽt famulos, vt dent illis tempus, quo possint attendere studiis, & non dant aliud, sed occupant illos in alijs rebus contra eorum voluntatem; peccant enim, & tenentur restituere totum damnum, quod illis euenit pro iactura temporis, quo eos occupant, quod si occupant illos non contra eorum voluntatem, tenentur soluere illis stipendium, quod soluerent alijs, si reciperent eos sine conditione studij, vt dicit Nauar.

Nau ca. 17. num. 109.

12 Duodecima Conclusio. Possunt famuli compensare secrete stipendium, quod illis debetur capientes aliquid a dominis suis, qui dant illis paruum stipendium, & minus debito, vt tenent Caiet. Siluester, Medina, Sotus, & Nau. vt tamen hoc fiat cum bona conscientia, debent obseruari hę conditiones. Prima est, quod stipendium hoc debeatur illis de iustitia, & non de lege charitatis solum, aut gratitudinis. Secunda, quod non capiant, nisi quod illis debetur de iustitia. Tertia, quod hoc debitũ sit liquidũ, & certũ. Quarta, quod non possit recuperari via litis sine scandalo, aut damno tertij. Et aduertãt illi, qui faciũt similes cõpensationes, qđ moneant per se, vel alios creditores, qđ nõ teneantur de illis quidquam aliud, vt non obligentur postea ad restituẽdum id, quod non debent, & facientes compensationem seruatis his conditionibus licet publicentur litteræ excommunicatoriæ contra eos, qui ceperunt aliquid de bonis creditorum, non tenentur respondere illis, cum dicta compensatio fuerit iustificata, vt dicunt DD. allegati.

Caiet 2. 2. q. 66. art. 3. & 3. Silue. verbo furtum. q. 12. & 13. Med. de resti. q. q. 2. fo 42. soto vbi sup. Na. vbi su. 112. cũ seq.

13 Decimatertia Conclusio. Aeconomi, aut dispensatores aliquorum principum, qui recipiunt mille ducatos a dominis, vt emant necessaria pro familiis suis, non tenentur restituere dictis dominis, quod mercatores tribuunt illis, a quibus petunt, vt custodiant dictã pecuniã, qui vt plurimum contribuunt aliquid ob lucrum, quod illis sequitur ex retentione dictæ pecuniæ, & ratio est, quia nullus tenetur in foro conscientiæ dare, plusquam potest ab eo peti in foro exteriori clare, & vere. Certum autem est hos principes non posse petere a dictis œconomis nisi quantum illis tradiderunt, aut eius valorem; sic enim resoluit.

soluit Nauarr. in addit. ad libr. 3. cons. tit. de sol. coni. 3.

De sacrilegio, vide furtum cap. 148. p. p.

De stupro, vide Luxuria cap. 206.

De scandalo.

Cap. LI.

SVMMARIVM.

Quid sit scandalum num. 1.

Quotuplex sit scandalum num. 2.

An scandalum actiuum, sit mortale peccatum, vel veniale. concl. 1. num. 3.

An scandalum passiuum sit mortale, vel veniale. concl. 2. num. 4.

Quod ille, qui prabet alijs occasionem peccandi mortaliter, tenetur id confiteri. concl. 3. num. 5.

An prælati ecclesiæ possint repetere bona eius sine vitando scandalo, quod alijs possit resultare. concl. 4. num. 6.

1 PRo explicatione huius materię est notandum, quod scandalum est quoddam dictum, vel factum ex sua natura malum, aut quod habet speciem mali, quod dat occasionem alteri cadendi spiritualiter, sicut est, petra, quæ in via est occasio cadendi corporaliter, hæc definitio colligitur ex Glo. super S. Matth quam notat Cardinalis, Gloss. sup. Matth. 8.

2 Debet notari, etiam quod scandalum est duplex, vt notat D. Tho. vnum est actiuum, aliud passiuum; actiuũ est, quando dictum, aut factum alicuius est per se causa peccandi alteri, scilicet, quia prætendit inducere illum ad peccandũ, & licet non prætendat, sufficit, quòd res ex sua natura inducat ad peccatũ: quòd accidit, quandò aliquis facit publice peccatum, aut aliud, quod habet similitudinem peccati. Passiuum est, quando dictum, aut factum alicuius accidentaliter est causa peccati alterius, scilicet, quã do quis absque eo, quod prætendat, facit aliquod opus, quod ex se non est peccatum, nec habet similitudinem peccati, & nihilominus alius, quia non est bene dispositus, accipit inde occasionem peccandi; Quo supposito ponuntur sequentes conclusiones. D. Tho. 2. 2. q. 43. ar. 2. ad 4.

3 Prima Conclusio. Scandalum actiuum, quod dat alijs scandalum & occasionem peccandi mortaliter, est peccatum mortale: potest tamen esse peccatũ veniale, si det occasionem peccandi venialiter: hæc cõclusio est communis omnium Theologorum, quod intelligitur, si non prętendit, qui dat scandalũ, quod sit occasio peccãdi mortaliter, nec opus in se est tale ex sua natura, vt sit inductiuum peccati mortalis, vt explicat Nau. Nau. in Man. c. 14. n. 30 Hinc infertur, quod qui peccat mortaliter coram altero, non debet absolui, nisi proponat non dare huiusmodi occasionem. Sequitur etiam, quod nõ debet absolui, qui visitat, loquitur, docet, aut dat eleemosynam intentionem prouocandi ad peccatum mortale, licet dicta opera in se sint bona. Sequitur etiã non debere absolui, qui transit ante portã alterius, quã credit ex hoc peccaturũ, ob iram, aut amorem malum mortalẽ.

4 Secunda Conclusio. Scandalum passiuum semper est peccatum in eo, qui se scandalizat, eritque veniale, quando ratione eius peccat venialiter: & mortale, quando accipit occasionem peccandi mortaliter, quæ quidem peccata siue venialia, siue mortalia, non sunt distincta specię ab ipso scandalo passiuo, vt notat Siluester, vt vero dicta melius intelligantur, ponam alias conclusiones. Sil. ver. scãdalũ num. 2.

5 Tertia Conclusio. Omnis, qui dat alteri occasionem peccandi mortaliter, certum est, quod peccat mortaliter; & ideo tenetur confiteri hanc occasionẽ, quã dedit, & tollere eam; et ideo, qui dat eleemosynam alicui mulieri, aut visitat eam, aut eam docet, vt cum his actibus inducat eam ad peccatum; tenetur confiteri hanc prauam intentionem; & tollere hanc occasionem, vt late remanet explicatum in materia confessionis. Vnde pater familias, qui cõmittit aliquod peccatum mortale coram filijs suis, de

quo ipsi capiunt occasionem, aut possunt capere peccandi mortaliter, non solum tenetur confiteri dictum peccatum, sed etiam occasionem, quam per illud dedit peccandi; & quando opus ex se erat indifferens, si habeat tamen speciem mali, sufficit, quod confiteatur dictam circunstantiam, quę est occasio, quam ipsum opus sua apparentia dedit peccandi; & quamuis opus sit indifferens, & non habeat ex se speciem mali, sufficit vt obliget ad confitendum illud: personam, quæ facit, quod personæ, coram quibus facit, sint eius conditionis, vt verisimiliter credatur ex eis, quod capient occasionem peccandi; tum quia sint animo damnato, tum quia ob prauam opinionem, quam habent de eo, qui facit dictum opus; & hoc modo debet intelligi quod dicunt Diui Thomæ, & Nauarrus, super hoc casu.

D.Th.2.2.q.43.ar.vlt.3. Nau.c.6 nu.19.

6 Quarta Conclusio. Non possunt Prælati repetere bona ecclesiæ, nisi prius procurent euitare scandalum, quod vel ignorantia, aut fragilitate nascitur in aliquibus, in videndo quanto rigore faciunt repetitionem, quod scandalum debent vitare monendo eos suo tempore, & loco ante repetitionem; si vero scandalum nascitur ex malitia, debent facere repetionem non obstante dicto scandalo, cum sit acceptum, & non datum, vt notat D. Thom. Verum est, quod debent differre dictam repetitionem, si ex ea putant, quod eueniet aliquod magnum malum spirituale, aut temporale, scilicet relinquere fidem, aut sublevari aliquam discordiam in sua republ. vt explicat Couarruuias, in reg. peccat. initio, prima part. num.6.

D.Th.2.2.q.43.art.vlt.

An damnum, quod sequitur ex scandalo, debeat restitui.

Cap. LII.

SVMMARIVM.

An, qui fecit damnum alteri in bonis spiritualibus, teneatur ad aliquam restitutionem. conclus. 1. num. 1.

An, qui docet falsam doctrinam, teneatur delere hunc errorem a proximo. conclus. 3. num. 3.

Ad quid teneatur, qui extrahit aliquem à religione, aut quouis modo impedit, ne ingrediatur eam. concl. 4. 5. 6. & 7. nu. 4. 5. 6. & 7.

An qui induxit aliquem ad peccandum, teneatur monere, vt faciat penitentiam sui peccati. concl. 2. num. 2.

1 Prima Conclusio. Certum est, quod qui fecit damnum alteri in bonis spiritualibus, non tenetur ad restitutionem ratione rei receptæ, cum non receperit gratiam, nec virtutem, in quibus damnificauit fratrem, & quamuis peccatum quod suo scandalo fecit committi, sit graue, & fecerit grauissimum detrimentum, & prętenderit illud, non tamen tenetur ad restitutionem, nisi hoc peccatum, & detrimentum habeat annexam aliquam iniuriam, vt accidit in virgine nobili, quæ sine dolo, & vi fuit adducta ad amittendam suam virginitatem, quia qui induxit ad peccandum, licet non teneatur restituere illi ratione peccati, quod commisit, & gratiæ, quam amisit, tenebitur tamen restituere aliquid secundum opinionem hominum doctissimorum ob iniuriam, quam fecit illis, qui habebant illam in sua potestate, vt illam collocarent in matrimonium, vt dicitur in materia stupri, & etiam tenetur dotare illam, aut ducere illam, in vxorem, si habuit eam

per

per fraudem, aut vim ob iniuriam quam illi fecit.

2 Secunda Conclusio. Licet ratione gratiæ, quam amisit, qui peccauit, non teneatur restituere aliquid ille, qui induxit illum ad peccandum, tamen tenetur monere, & exhortari illum, vt faciat pœnitentiam sui peccati vtens pro hoc melioribus medijs, quam possit; quod est adeò verum, vt etiam cum periculo vitæ teneatur quærere hæc media, si putat, quod illis extrahet illum à peccato, quia si sola charitas obligat in extrema necessitate ad ponẽdam vitam pro salute spirituali proximi, multo magis obligabit, quando non solum obligatur charitate, sed etiam iustitia, qualis est in hoc casu, sic enim dicit, & resoluit Aragon: & secundum hoc debet intelligi, & limitari, quod tradunt Ledesma, Pedraza, Sotus, & Mercatus.

Arag. 2. 2 q. 62. Led. 4. q 18. ar. 2 §. sed q. d dicẽ do Pedr. præcep. 5 §. 7. Sot. li. 4. de iusti q. 6. ar. 3. concl. 3. Mercat. pra. vlt. de resti. cap. 14.

3 Tertia Conclusio. Qui docet falsam doctrinam, de lege iustitiæ tenetur delere à proximo hunc errorem; & ad idem tenetur magister cuiusuis scientiæ, si sua ignorantia efficiat discipulum ignorantem; nec sufficit, quod restituat damna, quæ hinc sequuntur, quia tenetur docere doctrinam vtilem, & veram cum diligentia, & cura, & eradicare semen malum erroris, quem induxit in intellectus discipulorum, quos habebat sub sua cura; qui vero omittit docere fratrem suum res, quæ sunt illi necessariæ ad salutem animæ, si ratione officij sui non tenetur ad hoc, solum peccat contra charitatem, & contra præceptũ correctionis fraternæ; vt resoluit Nauarra. Nullum vero peccatum committit ille, qui non docet artem naturalem, & scientiam quam possidet, si non tenetur ad illud ratione officij sui, nec de lege iustitiæ, aut charitatis, immò prudenter potest illam occultare docẽs eam solùm filios, & hæredes, vt cum illa seruiant reipub. nisi conscientia sit talis, quod secũdum necessitatem reipub. sit simpliciter necessaria, supposito quod dicta necessitas non potest succurri aliter cum remedijs communibus; & secundum hanc doctrinam debet intelligi, quod adiecit Med. in hoc casu.

Nau. li. 2 de ref. c. 3. qu. 4.

Med. de restit. q. 30.

4 Quarta Conclusio. Qui vi, aut dolo extraxit aliquem à religione, cui causabat sua præsentia magnam vtilitatem temporalẽ, aut quia erat industriosus, aut quia paterna eius hæreditas erat peruentura ad monasterium, tenetur restituere, & resarcire totum hoc damnum; quod probatur, cùm effecerit hoc detrimentum religioni. Debet tamen aduerti, quod non semper in hoc casu debet fieri æqualis satisfactio, sed potius, quanto maius ius acquisierit religio, tanto maior debet esse restitutio; quia si erat professus, & ratione sui exitus non potest religio acquirere hæreditatem, tenetur, qui extraxit, restituere totam hæreditatem; si vero erat nouitius, non tenetur restituere eam cum religio non haberet ius ad illam pro tunc.

5 Quinta Conclusio. Ille, qui vi, aut dolo, impediuit alium, vt ingrederetur religionem, tenetur restituere hoc damnum in rebus spiritualibus, quantum humanè possibile sit illi; ita vt non solũ teneatur persuadere ei, & consulere, vt ingrediatur religionem, & tollere impedimenta, quibus potest impediri, sed etiam tenetur orare, & petere à Deo, vt redeat in cor eius antiquum illud propositum.

6 Sexta Cõclusio. Ille, qui dolo, fraude, aut vi impediuit aliquem, vt ingrederetur religionem, nunquam tenetur ingredi eam, aut facere ingredi aliũ loco illius, quia ingredi religionem est res difficilis, & ideo nullo metu debet quis compelli ad eam. Verum est tamen, qđ si ex impedimento illius ingressus fuit sequutum religioni aliquod magnum detrimentum temporale, tenetur qui fuit impedimento facere aliquam satisfactionem secundum arbitrium boni viri, non tenebitur tamen tradere se monasterio seruum, cùm valor libertatis excedat multum valorem cuiuscumq; rei temporalis.

7 Septima Conclusio. Ille, qui sine fraude, dolo, aut vi impediuit ingressum religionis alterius malo animo, & intentione, & per odium, quo prosequitur illam religionem, in particulari non tenetur ad aliquam restitutionem; cum in hoc casu solum peccet contra charitatem, non vero contra iustitiam; & ideo parentes, fratres, & alij consanguinei, qui impediunt filium, aut consanguineũ, ne ingrediatur religionem persuadentes ei multis verbis, & lacrymis, peccant grauiter. Vnde aduertant bene, qui non solum impediunt ingressũ, sed etiam post ingressum nouitijs existentibus obtinent falsis informationibus litteras consilij supremi, vt extrahãtur à religione, & ponantur in libertate in domo alicuius secularis, vbi possunt exire voti compotes, qui quidem, vt dixi, peccant mortaliter, nisi id faciant sãe Christiano, ac sincere animo, vt non prætendant extrahere ab eis bonum propositum, sed solum cognoscere, qđ libere sint ingressi religionem, aut si hoc faciunt videntes, quod hoc modo remanent pauperes; vt sic libere possint facere liberam renuntiationem, & dispositionem suorum bonorum ante ingressum, vt sic succurratur magnæ necessitati, quam patiuntur, & monasteriũ non gaudeat hæreditate tam debita huic operi charitatis, & amoris, quem filij debent habere in parentes, vt dicit Nauar. Supradictas conclusiones, quæ tractant de hoc puncto, tenent Sot. & Arag. post Scotum, qui etiam tractat de eo.

Nau. li. 2 de resti. c. 2. n. 16 Sot. li. 4. de iusti. q. 6. ar. 5. ver quin que con cl. & in solutio. a l 2. Arag. 2. 2. q. 62. ar 2. Scot. in 4. dist 16 q. 2. ar. 1.

De scrupulo. Cap. LIII.

SVMMARIVM.

Quid sit scrupulus, num. 1.
An differant inter se scrupulus, & dubium, num. 2.
An possit quis facere contra scrupulum, conclus. 1. nu. 3.
An peccet qui facit aliquid dubitans an sit licitum conclus. 2. numer. 4.
An peccet faciens contra dubium speculatiuum concl. 3. nu. 5.
Dubitans æqualiter quæ pars sit illicita ad quam inclinare debeat, conclus. 4. numer. 6.

1 PRo explicatione eius, quod dicendum est, debet notari, quod scrupulus nihil aliud est, quam timor quidam, & suspicio, quæ torquet animam an aliquid sit licitum, vel illicitum, vt accidit in hoc casu, Credit aliquis esse licitum comedere carnes in Quadragesima, quia medicus dixit illi, cũ tamen eius necessitas non sit multum euidens, habet quendam timorem, quo torquetur, sit ne peccatum necne, qui timor vocatur scrupulus, nõ quidem proprie, sed metaphorice, quia proprie scrupulus non est aliud, quam lapillus quidã paruus qui ingreditur in calceum alicuius, quo pes impeditur: & hic scrupulus oritur ex tribus causis. Prima est vrgens, & iusta, ita vt faciat opinionem, sicut quando quis habet scrupulum habendi multa beneficia. Secundus nascitur ex causis leuissimis, & sæpe ab ipso humore, & complexione naturali scrupulosi; qui scrupulus potius debet dici pusillanimitas conscientiæ. Tertius nasci solet ex causis iustis, non tamen multum vrgentibus, ita vt faciant opinionem contrariam improbabilem, & hic pprie vocatur scrupulus, vt dicit Med. Med. 1. 2 q. 19. ar. 6. circa finem.

2 Secundo debet notari, quod est magna differentia inter scrupulum, & dubium; quia dubium est non consentire, nec dissentire, sed quidam motus indeterminatus rationis, quæ nescit ad quã partem se inclinet ob motiua, quæ ab omni parte illi occurrunt; & ideo est aliquod dubium maius alio secundum diuersa motiua, quæ quisque habet maiora, aut minora: scrupulus vero est cũ quis opinatur quidem, sed cum formidine. Quo supposito resoluamus hanc materiam sequentib. conclus.

3 Prima Conclusio. Non debet fieri quidquid contra scrupulum, qui ng- scitur

scitur ex causis iustis,& multũ, vrgentibus; quia clare videtur esse peccatũ; est tamen licitum facere cõtra scrupulum, qui nascitur ex causis leuibus, & iustis, non tamen multum vrgentibus, ita vt faciant improbabilem opinionem contrariam, vt resoluit Medina, quod intelligitur, si deponat scrupulosus scrupulũ suum, vt dicetur in capitulo sequenti.

Medin. vbi sup.

4 Secunda Conclusio. Qui facit aliquid dubitans multum, an sit licitum peccat sciens certo, quod faciens contrarium non peccaret; & ideo peccat mortaliter ille, qui dubitat multum, an teneatur adimplere votum ieiunij in certo quodã tempore, & non ieiunat sciens certo, quod ieiunans non peccaret: hanc conclusionem tenet S. Thom. quod intelligitur, quando dubitat ob causas rationabiles, & iustas, cum non ieiunãs exponat se periculo peccandi, secus vero, si dubitat ob causas leuissimas, vt sequẽs eundem D. Thom. tenet Corduba.

D. Tho. qd li. 3. art. 13.

Cor. l. 3. qq. q. 3.

5 Tertia Conclusio. Qui speculatiuę dubitat, an aliquis contractus sit licitus tenetur dubitare, an possit id facere sine peccato, nisi aliqua iusta causa excusetur; & ideo videmus quod vxor, quę dubitat, an maritus, quem habet, sit suus verus, poterit licite soluere illi debitum, licet non possit petere; quia licet dubitet speculatiue, an sit nupta illi viro, est tamen causa sufficiens ad soluẽdum illi debitum, si ipse maritus petat absque eo quod verificet, an sit verus, necne; non est tamen causa, vt possit petere absque eo quod prius verificet illud, vt dicitur in iure, & supra declarauimus.

c. inquisit. de sẽ tẽ. excõ.

6 Quarta Conclusio. Quando aliquis dubitat æqualiter, quæ pars erit illicita, debet se inclinare ad partem securiorẽ. Pro cuius rei explicatione notandę sunt regulæ sequentes. Prima est, quando quis faciens, aut non faciens aliquid est perplexus, an peccet, nec ne, faciens, siue non faciens non peccat; quia Deus non vult, quod in lege eius sit perplexitas; aduertat tamen, ad quam partẽ est magis inclinatus, quia potest esse, quod affectus suus decipiat eum fingens perplexitatem, vbi non est. Secunda regula est quando probabiliter videtur, quod si faciat dictam rem, aut nõ faciat rem, erit periculum æquali certitudine, tũc enim certius periculum debet fugi, & contrarium eligi; & ideo medicus, qui est certus, quod infirmus morietur, si non receperit medicinam, & pro alia parte habet probabilitatem non tam certam, quod si recipit medicinam, poterit accidere, quod moriatur cum ea, debet in hoc casu exhibere medicinam. Tertia regula est, quãdo, si sit quoddam opus, minatur æquale malum cum ęquali certitudine, tunc maius debet euitari, vt dicitur in iure. Quarta regula est, quando vtraque pars minatur aliquod malum inæquale cum æquali certitudine sui euentus, tunc quod excedit notabiliter, debet euitari, licet non sit tanta certitudo sui euentus, sicut est alterius mali minoris; & ideo quando quis debet dicere mendacium veniale, aut occidere aliquem hominem, licet periculum occidendi hominem probabiliter non sit tã certum, ac mentiendi, debet potius velle mentiri quam occidere. Hinc sequitur, quod si Petrus inuincibiliter dubitat, an teneatur dicere mendacium leue ob defendendum aliquem a morte, tenetur deponens dubium mentiri, & econtra, si malum, quod minatur, est parum grauius alio, & minus certum, tũc magis certum debet fugi, & contrarium licet aliquantulum grauius debet eligi, quia excessus certitudinis euentus, quẽ trahit secum annexum minus graue malum, supplet excessum grauitatis alterius, & ideo vxor, quæ dubitat, an maritus, quem habet, sit suus, tenetur soluere illi debitum, quia in tali dubio certius periculum est peccatum iniustitiæ, quod committet negans illi debitum, quam sit peccatum fornicationis, quod timet, si accedat ad hominem non suum.

ca. duo mala. 13. d.

Quomodo se gerere debeat Confessarius cum scrupulosis.

Cap. LIV.

SVMMARIVM.

Confessarius scrupulosorum tria monere debet, num. 1.

Scrupuli vnde nascantur, nu. 2.

Omittens bona mente aliquid praeceptum à lege putans non obligari an peccet, ibidem.

Remedia pro quibusdam scrupulis, numer. 3.

Scrupulosus iterans Confessiones putans non esse sufficienter confessum quid facere debet ibid.

Confitens nimio scrupulo venialia debet omittere illa, & debet confiteri grauiora, reliqua vero generaliter. ibid.

Iterans sępe verba consecrationis, & aliqua verba in recitando officium diuinum item repetens sępe orationes putans non satisfecisse, quia facere debet, numer. 4.

Tentatus spiritu blasphemia contra Deum, B. Virg. Sāctos, & contra fidem quando peccet num. 5.

Tantatus spiritu blasphemia non consentiens tentationi quid facere debet, ibidem.

Putans in omni re, quam facit, offendere Deum quid scire debet, num 6.

Tentatus de inualiditate Confessionis ob defectum contritionis quid considerare debet. num. 7.

Tentatus quod sit pręscitus, & damnatus quid facere debet. nu. 8.

Tentatus quod non sit deuotus vnde putat non esse dilectum à Deo, quid considerare debet, nu. 9.

1 SI Confessarius inueniat pœnitentem scrupulosum, pro curatione sui morbi moneat illum sequentia. Primo, vt petat à Deo eius diuinam lucem, quæ illuminet tenebras eius, quas sępe dæmon solet inducere in intellectū, & per hoc vtatur etiam orationib. fratrum suorum, hoc enim dicit D. Antonin. & Iason. Secundo, quod non multifaciat scrupulos, sed potius operetur contra illud, quod ipsi dictant, vt sic acquirat terram aduersus illos, quod debet facere mediantibus consilijs sapientium, considerans à quo fonte emanant, & si eius origo est imaginatio sine fundamento eijciat eos à se cum breuitate; & si procedat ab aliqua ratione probabili, eijciat eos à se cum alia probabiliori communicata, si fuerit possibile, cum sapientibus: quòd si viderit esse æquales causas, vt detineat eos, aut vt relinquat, melius est tunc inclinari ad partem securiorem, vt dicit Medina. Tertio moneat eos, quòd sępe nascuntur scrupuli à complexione apta ad illos, & si habet huiusmodi cōplexionem, non est quod magnifaciat eos.

Iaf. 3. p. sūmæ de reme cō tra pusillanimitatem alphabet. 59. lit. Q & de diuersis diaboli tentatio. alphabe. 6. lit. Q

Med. de confess. qō. 16 § 55.

2 Pro cuius explicatione debet notari, quod sæpe scrupuli nascuntur à complexione frigida, ac melancholica: quia hæc infirmitas, vt Galenus, ac Auicennas dicunt, nocet imaginatiuæ, & aliquando rationi: nascuntur etiam à tentatione dęmonis: aliquando à prauo regimine corporis tollēdo ab eo victum, & somnum: aliquando ex conuersatione cum scrupulosis: alias ex ignorantia, quæ facit timere, vbi non est quid timendum: oritur etiam à nimia cura, & sollicitudine, quam adhibet scrupulosus in vitando totum id, quod illi facere potest damnum, & malum; & ideo debet procurare scire, a qua radice procedāt huiusmodi rami; quia secundum radicem morbi debet medicus adhibere medicinam, cui debet infirmus spiritualis esse subiectus; vnde si procedat à pauco cibo, & somno, non conuenit exercere ieiunia, & vigilias, sed capere hæc cum discretione, & humilitate debita: quod si procedat à complexione,

quam

quam habet paratam simili malo, non det locum cogitationibus; & sic inueni experientia, quod melancolicis ex sua natura imaginatiua non debet persuaderi cum rationibus eorum scrupulos esse amentias, & imaginationes, quia ex rationibus capiunt occasionem scrupulandi imaginantes super illis, & ideo melius est dicere cum prudentia, & modestia, quod sunt amentes, & insani, & quod pudeat eos dicere similes stultitias, ac fouere eas in pectore, cum sint homines rationis capaces. Verum est tamen, quod vt hoc possit illis dici, debent habere multam satisfactionem, & opinionem eorum, qui hæc dicere debent; & etiam debet dicere eis, quod nō audient eos, nisi sint illis obedientes, qđ est singulare remedium, quia sæpe hi melancolici sunt ratione suæ infirmæ imaginatiuæ tam amici propriæ opinionis, vt præferant se doctis, & expertis putantes illos habere conscientiam laxam; & ideo non obedientes illis mittunt manum ad suam ignorantiam, & amentiam, vnde conuenit illis vti Epicheia siue æquitate, quæ est iusta interpretatio legis diuinæ, naturalis, & humanæ mixta cum dulcedine misericordiæ, in qua tam diues est dominus noster Deus author omnis bonæ legis: & considerent, quod nec Deus, nec ecclesia vult nos oblegare, ita vt in implemēto suorum preceptorum videamur insani; vnde non acceptat Deus vota indiscreta. In confirmationem cuius possunt illis adducere Confessarij aliqua exempla monantes illos, quod omittēs quidam bona mente, & bono animo quod precipit lex, putans, quod in tali casu non obliget, licet vere obliget, non erit peccatum mortale, vt post Florent. tenet Caiet. & si sunt scrupulosi religiosi, quod subijciantur iudicio suorum prælatorum, & licet non æstiment eos doctos, & sanctos, vt credant illis, considerent, quod sunt Vicarij Dei, & quod obediunt Deo, obediendo eis vt scriptum reliquit in D. Luca Christus Redemptor noster; quod intelligitur,

Cai. in ieiuniū. tit. cōtēptus tit. pceptum

Luc. 10.

quando quod illi præcipiunt, non est euidenter illicitum, ac contra legem diuinam, aut humanam, aut præcepta suę regulæ, vt dicit Gerson. Et quia vt dicit Arist. descendendo ab vniuersali ad particulare proficimus magis, ponam hic aliqua remedia pro particularib. tentationibus scrupulosorum.

Gers. de vita spirituali 3. p lect. 4. correl. 8 3.

Primum, si aliquis iterat confessiones putans non esse sufficienter confessum nimio scrupulo, debet cessare ab iteratione; & si non quiescit confitens peccata venialia nimio scrupulo, non frequentet multum confessiones eorū, sed sufficit confiteri grauiora, reliqua vero dicat generaliter, vt docet Gerson.

Secundum est, si quis vult esse nimis attentus horis canonicis, vnde scrupulans iterat sæpe eadem verba, & orationes putans non satisfecisse recitationi officij diuini, non iteret eas, considerās, quod sufficit virtualis attentio, & quod homo non omittat illam ex proposito, et si habeat notabilem negligentiam, vt dicit D. Thom. & idem debet considerare, qui iterat verba consecrationis.

Gers. alph. 70. lite b. c. & de diuersis diabolī tentatio alph. 70. lit. z. 4.

D Th. 1. 2. q. 53. 5.

Tertium, si aliquis fuerit tentatus spiritu blasphemiæ contra Deum, & Dominam nostram Mariam Virginē, aut contra fidem, aduertat non esse peccatum mortale, nisi quando voluntas consentit; vnde debet instare contra eas nihilifaciens illas, confidens in domino, quod opponit illas sibi pro maiori suo merito, & non curet cum sollicitudinē angustiosa confiteri illas, aut sic raro, & tunc Confessario prudenti, & experto, nec curet confitendo eas dicere in particulari totum id, quod in eis est; sufficit enim insinuare Cōfessario laborem suū in generali, & si nimis illæ tentationes fatigant eum, commendet se confidenter Deo, offerens illi bonum, purum, & rectum desiderium, vt dicit Gerson.

Gers. de discretis exercitijs deuoto. & cōtra spir. blasph. alph. 71. lit m. n. o p & de medita. & considera. 16. alph. 68. lit. p. 6.

Quartum est, si quis putat, quod in omni re, quam facit, offendit Deum, procuret scire ad quod tenetur sub pœna peccati mortalis, secundum statum suum, & pro hoc sufficit illi moralis certitudo secundum iudicium pruden-

 tium,

tium, & non sit nimius in confitendis peccatis venialibus, sed sufficit, quod ex sua parte euitet ea quantum potuerit: consideret Dei misericordiam secundũ quam non ob merita nostra debemus saluari, & diuertat cogitationem ad alia, nihilafaciens huiusmodi illusiones, vt docet idem Gers.

Gers. de diuersis tē. a. dia bol. i i fi.

7. Quintum est, quòd si quis est tentatus, quod confessiones, quas fecit, sunt inualidæ ob defectum contritionis, cõsideret magnam misericordiam Dei humilians se cõfidenter sub eius manu potenti, qui non vult, quòd certo sciamus, an habeamus verum dolorem, & consideret, quod vt valeat confessio, sufficit attritio nota, vt dictum est in materia contritionis.

8. Sextum est, quòd si quis tentetur, qd est præscitus, & reprobus, non curet disputare cum tentatore, præcipue in hora mortis eijciat à se hanc cogitationẽ fortis existens in fide cõsiderans, quidq'd Deus ordinauerit de eo, recte, & rite fuisse ab eo dispositum; ipse illud facere debet, procurãs mediante auxilio diuino, effectũ prædestinationis, & implicetur bonis operibus, vltra quod ex sua approbatione, aut reprobatione non potest habere certitudinem, quia hoc secretum est Deo reseruatum. Certissimum est Deum nõ posse mentiri, qui dicit daturum gratiam suam omnibus, qui conuertuntur ad eum, & sic dabit illi, si incedat per iter rectum iustorum.

9 Septimum, si aliquis tentatur desiderio dulcedinis spiritualis, & tristatur videns se siccum, & indeuotum ob suum defectum, vnde putat non esse dilectum a Deo, consideret quod hæc dulcedo, & sensibilis deuotio non est signum infallibile gratiæ, nec habet eius certitudinem moralem, nec econtra ariditas est signũ peccati; & consideret etiam, quòd licet hæc dulcedo aliquando iuuet, vt perseueretur in sancta vita, accidit etiam sæpe, quòd natura nostra corrupta capit ex ea occasionem superbiæ; & ariditas vltra id, quòd est occasio multæ humilitatis ei, qui suffert eam patienter, & perseuerat in bono incępto, obtinet & magnam coronam, dicens Dauid quod de medio durorum, & aridorum lapidum erat clamaturus ad Deum; clamet ergo homo & vociferetur ad Deum in illis existens, quia Deus extrahet eum, & dabit illi veram dulcedinem.

De secreto. Cap. LV.

SVMMARIVM.

Quotuplex secretum. nu. 1.

An Senatores teneantur obseruare secretũ naturale cum periculo vitæ de illis reb. quæ in suis consistorijs aguntur, conclus. 1. num. eodem.

An qui cognouit violenter aliquod secretum, teneatur custodire illud cum periculo vitæ concl. 2. nu. 2.

An, qui promittit alteri custodire secretũ, teneatur custodire cum periculo bonorũ, concl. 3. num. 3.

Quomodo debeat obseruari, & quo periculo secretum confessionis concl. 4. nu. 4.

Est aduertendum, qd sunt duo modi secreti, vnus naturalis, alius sacramentalis: tractemus prius de naturali; & postea de sacramentali, de quo non egi in materia confessionis; quia hic est verus locus huius tractationis, & ideo me remisi huc. 1

Prima Conclusio. Loquendo de secreto naturali, qui habent officium & locum publicum, tenentur seruare secretum eorum, quæ tractantur in suo consistorio, & communitate, licet sit cum periculo suæ vitę, & secundum grauitatem secreti, quia tam graue potest esse, quod si reueletur, veniat multum damnum reipub. vnde non solum dicti officiales tenentur magis ad illud, cum specialiter committatur eis dictum secretum, & obligentur cum iuramento ad obseruationem eius, & ob hoc recipiunt stipendium suum. Dixi, *secundum grauitatem secreti*, quia si est negotium parui momenti, non tenentur tanto periculo custodire illud, nec quando iu-

do iurant, est sua intentio obligare se ad eius obseruātiam cū prędicto periculo.

2 Secunda Conclusio. Qui cum violentia scriuere aliquod secretum, quod alius tenebat in pectore suo, tenentur illud custodire cum periculo vitæ, si ex eius reuelatione possunt accidere mala; & ideo ille, qui praua intentione aperit litteras clausas, peccat mortaliter, & tenetur custodire secretum, cum violenter cognouerit illud, eritque peccatum veniale, si putauit, aut debuit putare, quod ex cognitione illius secreti non debebat euenire damnum alicui tertio. Verum est tamen, quod Medina in sua instructione, dicit, quod peccat mortaliter absolute, quamuis post apertam epistolam inueniat, quod erit parui momenti, quod in ea dicebatur; quia exponit se periculo sciendi indebite negotiū alterius illo inuito, nisi ratione amicitię, aut aliarum causarum credit, quod nō displicebit domino, quo aperuerit eius epistolas, à qua opinione non discedit Nauarra, dicens, quod potest esse quod non peccet mortaliter aperiens dictas litteras, quamuis in eis inueniat aliqđ crimen occultum sciens, quod nec ipse, nec alij pro hac causa nocebunt delinquenti occulto; quam opinionem sequerer ego in casu, quod qui scripsit epistolam, & qui commisit delictum scriptum in ea, non habebunt notitiam dictæ aperitionis, & cognitionis sui delicti; quia si possunt scire, iam videtur, qđ inferant ex proposito proximo grauē pęnam; & ideo peccabunt mortaliter, vt colligitur ex eo, quod tradit Nauarrus in simili casu.

Med. in instruct. lib. c. 14. § 36.

Nau. l. 2. de resti. c. 4. nu. 449.

Nau. in c. inter ver. 12. q. 3 3 cō-sil. 6.

3 Tertia Conclusio. Qui promittit alteri custodire secretum, non tenetur recipiens custodire illud cum periculo, & magna iactura suorum bonorum, aut honoris; quia secundum Sotum nullus præsumitur promittere cum tanto periculo, quod alias non tenebatur facere; & ille qui casu sciuit aliquod secretum alienum alicuius momēti, licet sub pęna peccati mortalis teneatur custodire illud, vt tamen illud custodiat, non tenetur pati multum, viso quod solum de lege charitatis tenetur ad illud: quæ quidem lex obligat nos custodire res, nostrorum proximorum, si possumus id facere sine graui damno nostro, vt colligitur ex his, quæ tradit Sotus, & Frater Ludouicus Lopez cum cōmuni.

Sot. de teg. secret.

Lop. in instruct. consc. 1. p. c. 66.

4 Quantum ad secretum sacramentale est notandum, quod cum post naufragium peccati ad remedium nostrarum animarum ordinauerit reparator noster Christus sacramentum pęnitentiæ, in quo præcipitur fidelibus, quod confiteantur omnes suas culpas sacerdotibus, fuit res multum necessaria, nedum expediens reddere eos securos, quod sacerdotes non reuelaturi erant secretum, quod illis commissum esset, licet essent peccata grauissima, vt dicitur in iure canonico; quod secretum obligat adeo, vt licet Confessarius intelligat in confessione, quod sunt commissa, aut committentur grauissima peccata in damnum totius reipublicæ, non possit ea reuelare ob euitandum hæc mala, vt post omnes Theologos resoluunt Nauarrus, Couarr. & Salzedus; qui dicit quod hic Confessarius tenetur impedire hoc damnum alia via, si potest fieri sine reuelatione secreti confessionis; in hoc tamen debet ambulare attente, & cum multa prudentia consulens homines sanctos doctos, & prudentes, vt pęnitens non queratur de reuelatione secreti; & adeò obligat hoc secretum, quod crimen hæresis cognitum in confessione non potest reuelari, licet adhibeatur pugio pectori Confessoris; & ideo si aliquis homo tyrannice adhiberet pectori Confessarij pugionē obligans illum, vt reuelet adulterium, quòd vxor eius confessa est illi, potest illi iurare, quod numquam eius vxor confessa est tale adulterium intelligens ita; vt possit illud reuelare, vt aduertit Nauar. & si tyrannus nō vult illi credere, tenetur potius mori quam reuelare adulterium. Nec quod scitur in confessione, potest reuelare confitens illud alteri sacerdoti, licet, vt integre confitea-

Nau. in d. c. sacerdos, nu. 1201.

Cou. in 4. 2. p. c. 8. § 12.

Salz. in pra. cri. c. 109.

Nau. in Manu. c. 8. in fi.

fiteatur, sit necesse illud reuelare; & adeo obligat hoc secretum, vt etiam secularis, qui casu audit peccata, quæ alter confitetur, & interpres, si fiat confessio hoc medio, non possit reuelare hoc secretum; nec potest reuelare qui audit confessionem dicens se esse sacerdotẽ, licet non sit, quia si fiat cõfessio, quamuis sit nulla, semper peccata confessa habent secum hoc onus, & obligationem, vt teneantur in secreto, vt cum communi resoluit Nauarrus; & ideo prælatus, a quo petit pœnitens licentiam, vt possit absolui à casibus reseruatis, & magister, quẽ consulit aliquis sacerdos, quomodo se habebit cum quodam peccatore, tenetur tacere, & non reuelare secretum, si ad eorum notitiam venerit persona; & etiam qui deambulans reperit aliquem libellum Petri, in quo scripta habebat peccata sua ad confitendum ea, tenetur ad hoc idem secretum. Verum est tamen, quod non tenentur ad illud supradicti cum tanto rigore, ac tenetur Confessarius: & ideo non puniuntur iisdem pœnis, si reuelent illud, vt post alios resoluit Henriquez.

Nau. d. c. sacerdo. n. 42.

Henr. li. 3. de sacra pœniten. c. 20. & 24.

3. Ex dictis sequitur, quomodo se debet habere Confessarius cum pœnitente, qui, vt patet, confessus est illi, si differat absolutionem, & nolit dare illi schedulam; debet enim caute procedere in hoc casu; nam certum est, quod excommunicabitur, si non communicat, & si dat ei schedulam, communicabit cum illa non absolutus, si vero dicat Confessarius Parocho, quod non absoluit illum, erit reuelare confessionem, nec conuenit petere licentiam à pœnitente, vt possit dicere Parocho, quod non absoluit: quia licet de eius licentia possit illud dicere secundum opinionẽ D. Tho., non debet tamen vti hoc medio, quia poterit esse, quod postea neget pœnitens concessisse dictam licentiã, & oriri aliquod scandalum; vnde melius remedium est remittere curationẽ huius pœnitentis ad Parochum suum dicendo illi, vt vadat ad confitendum illi præcipue in casu, quod Confessarius sit religiosus, quia donec differt absolutionem, posset mutare eum prælatus suus tam repente, vt non possit monere pœnitentem, & non inueniens illum pœnitens lamentabitur; & etiam quia ex accessibus eius ad monasterium facile poterit hostiarius saltem indirecte cognoscere non esse absolutum, & per consequens eius peccata, quæ licet sint venialia, non licet reuelare. Debet tamen aduerti, quòd quando Confessarius dicit, Ego audiui Petrum, & non absolui illum, licet reuelet confessionem, quia tamen non reuelat peccata confessa, non debet puniri pœna ordinaria, vt docet Nauarrus. Est etiam aduertendum: quod in duobus casibus est licitum reuelare confessionem. Primus, quando pœnitens concedit licentiam ad illud secundum opinionem Diui Thomæ: aduertat tamen Confessarius, quod non debet facere hoc passim, nisi quãdo intelligat, quod ex eo prouenit magna vtilitas pœnitenti, aut alteri tertio, vt aduertit Salzedus, & nullo modo est licitum sine dicta licentia facere supradictum. Secundus casus est, quando Confessarius hoc scit alia via, quam per confessionem, ita vt prælatus possit obligare illum ad reuelationem interrogans eum iuridice, vt post Diuum Thomam affirmat Nauarrus: & notetur hoc, quia est valde necessarium, vt sciatur, quia hoc solum dicitur debere custodire sub secreto confessionis, quod non scitur nisi per sacramentalem confessionem, aut in ea; vnde ille, qui reuelat aliquod secretum sibi communicatum, vt amico dicendo, ego dico tibi hoc in confessione, licet dicat illud genuflexus, & signans se signo crucis, & dicat confessionem generalem, non poterit dici reuelare confessionem, quia non est confessio sacramentalis, vt dicunt Nauarrus, Sotusque cum communi, quod debent monere prædicatores in suggestibus; quia quodam in loco venit ad me quidam Confessarius satis afflictus, quod accusauerant eum, & condemnauerant

Nau. in d. c. sacer d. 5. q. 1. nu 41.

Salz. in prac cri mi. c. 109

Na. vbi sup nu. 151. & i c inter verba corolla. 65. num. 309.

Nau. in c. inter verb cõ sil. 6. coroll 58. nu. 5. Sot. de teg. sec. cre. 2. membr. q. 7. pag. fin.

rant

rant reuelasse confessionem, cum non esset sic, & cum veniret ad me pœnitens, qui accusaret illum volens hoc certo scire, inueni nó fuisse dictum negotium narratum in confessione sacramentali, sed in secreto naturali, dicendo tamen, quod dicebat illud sub confessione, vnde iudices ecclesiastici, quando illis eueniret talis casus, deberent inquirere veritatem cum multa diligentia. Est etiam notandum, quod non reuelat confessionem, qui dicit; Audiui Petrum, & absolui illum a suis peccatis, nisi penitens confiteatur alicui sacerdoti tam secrete, vt non velit quemquam scire, quod sit confessus illi, quod sæpe accidit illis, qui habent peccata secreta, qui nolunt confiteri suis parochis, quia sunt consanguinei sui; & ideo accedunt ad alios confessores in virtute suorum priuilegiorum, & bullarum, quia in hoc casu dicere coram Parocho, Ego audiui Petrum, aut Mariam, est illis præbere occasionem suspicionis, quod habeát aliqua grauia peccata, vt aduertit Nauarr. in cap. Sacerd. de pœnit. dist. 6. nu. 71. qui addit, quod in hoc casu peccaret Confessarius ille non contra secretum Confessionis, sed contra secretum naturale, quod illi commisit pœnitens tacite vel expresse confitens illi habitu occulto, aut diuerso a solito, ne posset cognosci. Nec reuelat confessionem, qui dicit, Audiui in confessione hoc peccatum, non reuelans directe, aut indirecte personam; debent tamen multum cauere Confessarij à talibus verbis, vt D. Antoninus, aduertit.

Ant. 3. p. tit. 17. c. 22. § 3. dd. 2. q. 1 per totum.

De sepultura ecclesiastica. Cap. LVI.

SVMMARIVM.

An vsurario manifesto, monacho proprietario, & se occidenti debeat negari sepultura ecclesiastica. num. 1.

1 Circa hanc materiam dicetur etiã aliquid in materia simoniæ, nunc vero dicendo est. Primo quod vsurario manifesto debet negari ecclesiastica sepultura, quosque restituatur, quod male accepit vt dicetur in materia vsurarum. Secundo, quod monacho, qui moritur proprietarius, debet negari ecclesiastica sepultura, nisi solum decederet cum vno, aut duobus argenteis, vt cum Nauar. diximus supra. Tertio, quod ille, qui se occidit, non debet gaudere ecclesiastica sepultura, vt ordinatur in iure, nisi quando vidit se in agone habuit dolorem peccati sui; aut si per aliquas coniecturas præsumitur contecisse sibi mortem insanus existens; & ideo non debet negari ecclesiastica sepultura homini inuento in puteo, quia non præsumitur ipsummet se eiecisse: omnia supradicta resoluit Couar. comprobans id sufficientibus rationibus.

De simonia, quoad eius diffinitionem, & differentias. Cap. LVII.

SVMMARIVM.

Simonia quid sit, & vnde dicta concl. 1. nu. 1.
Simonia quotuplex concl. 2. nu. 2.
Simonia realis quotupliciter consideretur. concl. 3. nu. 3.
Simonia conuentionalis quomodo fiat conc. 4. nu. 4.
Quomodo cognoscetur, quando est simonia. conclus. 5. nu 5.

Est notandum, quod hæc materia simoniæ est intricata ob multas eius differentias, & ob multas inuentiones, quæ committũtur ab illis, qui ambitiose prætendunt, quod sine ambitione prætendi debet, & ideo late tractãt DD. de hac materia, vt Berous, Bernardus Diez de Lugo, Iulius Clarus, Nauarr. Didacus Perez, Gutierez, & Theologi tractant de ea cum D. Thom. vt constat ex his, quæ late tradunt Cordub. & Nauarrus, Sotus, & Victoria, & pro resolutione eius, quod in hoc capitu propo-

Ber inc. non sine multade aib. n. 31 36. & 51 Ber Diez in pri. c. 91. Iul. Clar l. 1 recep. §. fi. ver. si. Nau. 7. in c si q simo. & in man.

c. 23. nu. 99. Perez in l. 2 tit. 19. li. 8 ord. Gut. de qq. can. c. 9. D. Th 2. 2. qu 100. Cor l. 1. qq. q. 12 Nau l. 2. de rest. c. 2. a n. 373. vsque ad fi. c. Soto li 9. d iusti. victor in repet. de simon.

nitur, ponuntur Conclusiones seq.

1 Prima Conclusio Simonia dicta ab isto Symone Mago, qui cum pecunia voluit emere a Diuo Petro gratiam cõferendi Spiritum sanctum, vt dicitur in actibus Apostolorum, nihil aliud est, quam voluntas quædam deliberata vẽdendi, aut emendi aliquid spirituale, aut annexum spirituali. Dicitur, *voluntas*, vt significetur, quod simonia est species iniustitiæ, quæ ponitur in volũtate, in qua tanquam in subiecto ponitur virtus illi contraria; & dicitur etiam, *voluntas* ad significandum, quod simonia solum mentalis est vera simonia, vt infra dicetur. Dicitur, *Deliberata*, vt significetur, quod si non est deliberatio, non committitur in foro interiori. Dicitur, *emendi, aut vendendi aliquid spirituale*, aut *annexum spirituali*, vt significetur, quod obiectum, & materia simoniæ est quid spirituale. Pro cuius rei explicatione debet notari, quod licet in hac diffinitione ponatur emendi, aut vendendi, in hoc tamen modo comprehenditur, quiuis aliud pactum onerosum, quo quis prætendit dare, aut recipere aliquid spirituale, & etiam est comprehensus contractus gratuitus, vt donatio, & largitio munerum, quæ dantur cum hoc fine, quia in hoc casu non sunt dona, sed pretium. Debet etiam notari, quod res spirituales sunt in duplici differẽtia, aliquæ enim sunt naturales, vt intellectus, sciẽtiæ, & virtutes acquisitæ, aliæ supernaturales, quæ sunt quadrupliciter, quędã sunt supernaturales per essentiã, vt gratia iustificans, & gratiæ gratis datæ, donum linguæ, & prophetiæ, & similia, & septem dona Spiritus sãcti: aliæ sunt spirituales causaliter, quia efficiũt quid spirituale, vt sunt sacramenta, & effectus virtutum supernaturaliũ, & ministeria sacramentorum: alię sunt spirituales ob statutum ecclesiæ, vt sunt res sacramentales, aliæ tandem sunt spirituales ex annexione, vt sunt res corporales, quæ necessario sunt coniunctæ cum spiritualibus, quod accidit duobus modis: Primo, quando necessario sunt annexæ, & tãquam antecedentes administrationẽ spiritualium, vt sunt vasa consecrata, & instrumenta, quibus sacerdotes dicunt Missam, & celebrant diuina officia, & ministeria. Secundo, quando quasi necessariæ, & tanquam consequẽter sequuntur res spirituales, vt est ius colligendi decimas, & alios redditus ecclesiasticos, & similia, quæ sequuntur ex potestate ordinis, aut iurisdictionis.

2 Secunda Conclusio. Simonia est duplex, vna est mentalis, alia vero realis. Mentalis est propositum interius dãdi, aut recipiendi aliquid temporale pro spirituali: & hęc secundum Sotum, Gomez, & Nauarrum continet tres gradus. Primus consistit solum in intentione nuda ab omni opere exteriori, quæ accidit, quando quis determinauit vendere, aut emere aliquid spirituale, & non fecit. Secundus est, quando quis exterius offert dona cum intentione deprauata occulta recipiendi pro eos aliquid spirituale. Tertius est, quando fit aliquod pactum, non tamen ponitur in executione, sed potius vtraque pars desistit ab eo. Simonia vero realis est illa, quæ cum pacto tacito aut expresso signis, aut motibus, qui id significent fit dando aliquid temporale pro consequendo spirituali, aut annexo illi; quæ accidit duobus modis, vno modo est vere realis, quando cum re externa, qua fit, concordat interior voluntas: alia est ficta, quę accidit, quando quis exterius promittit se daturum aliquid pro spirituali, interius vero nõ habet propositum adimplendi hoc promissum.

Sot. vbi sup ar. 1 Gomez in regul. de triennali possessore q. 12. Nau. vbi sup. nu. 102.

3 Tertia Cõcl. Simonia realis adhuc consideratur dupliciter: Vna est, quãdo ex vtraque parte adimpletur promissum, quia qui promittit spirituale dat illud, & qui promittit temporale, etiam tradit promissum: quod accidit non solum, quando tradit promissum, sed etiã quãdo facit illi remissionem, & aufert illi debitum, quòd alia de causa debebat creditori faciens scripturam, quod rece

pit

pit illud; quia quo ad hoc idem est dare, ac remittere debitum, vt notat quædam gloss. singularis communiter recepta; alia est, quando solum vna pars est contenta, & vult adimplere promissum, & hoc quando non adimpletur promissum, non solum ex parte eius, qui promittit spirituale, sed etiam ex parte eius, qui promittit temporale. Verum est tamen, quod si nō adimplet, qui promisit temporale, si dedit schedulam signatam nomine suo, quod soluet aliud, aut si interposuit verbum suum, incurret in pœnas iuris contra simoniacos, vt dicit Sotus, licet Nauarrus teneat, quod dictæ pænæ non comprehendunt eos, si non adimpletur promissum ex vtraque parte, quam opinionem obseruatur stylus Romanæ curiæ, & ideo debet sequi.

Sot. de iust. & iure lib. 9. q. 8. a. 1. concl. 3. ver si vero sub tali pact. Nauar in ma. c. 23. n. 103 & l. 5. cons. 2 f. 436. tit. de simo.

4 Quarta Conclusio. Simonia conuētionalis non solum est realis facta cum pacto tacito, aut expresso dandi, de qua loquuti sumus, sed etiam est illa, quę vocatur cōfidentia, de qua habemus duas extrauagantes, vnam Pij IV. aliam Pij V. quam refert Nauarrus afferens litteras earum.

Na. vbi su. num. 110.

Pro intelligentia cuius est notādum, quod confidentia est spes alicuius rei, scilicet quod sic est, fuit, & erit; & hæc confidentia beneficialis est duplex, vna licita, altera illicita; licita est, quando quis iuste sperat, & confidit in alio, quod collaturus sit aliquod beneficium fratri suo quia est dignus: illicita vero est, quādo quis iniuste confidit in alio, quod sit collaturus aliquod beneficium fratri suo indigno eius: & hæc illicita consideratur duobus modis, vno modo simoniacæ, quod habet locum, quando quis confidit, quod alius conferet beneficium alteri ratione certi pretij certo quodam modo, & conditione tacita vel expressa, siue qui est recepturus beneficium, sit dignus eo, siue indignus; alia est non simoniaca, quæ accidit, quando quis cōfidit, quod alius daturus sit beneficium alteri, quia est illi sanguine iunctus. Coniecturas autem, quæ sunt in foro exteriori, vt possit præsumi, quod aliqua sit cōfidētia beneficialis simoniaca, ponit Nauarrus, quas pertingo in cap. sequenti, vt habeant lucem Confessarij, qua possint duci in rectas interrogationes.

Na. vbi su. v. nota. 7.

5 Quinta Conclusio. Vt cognoscatur, quando est simonia, tria requiruntur. Primo, quod intermediet aliqua res spiritualis, aut annexa spirituali. Secundo, quod intermediet aliquo temporale, vt pretium, donum, & seruitium non debitum alio titulo, & quiuis alius humanus fauor, & adiutorium, quod pretio æstimatur, directum ad hunc finem, vt obtineatur quid spirituale. Tertio quod hæc res temporalis, quæ offertur, offeratur per modum pretij, quibus rebus cōcurrentibus est simonia, & si aliqua earum deficiat, non est simonia; quia potest dari aliquid conferenti spiritualenō per modum pretij, sed per modum sustentationis sui, vt dicitur in iure, vbi notat Abbas dicens quod stipendiū, quod datur clerico, & ius, quod habet petendi redditus beneficij, est stipendium, quod illi datur ratione laboris sui.

Quo iure prohibita sit simonia, & quæ pęnæ imponantur contra eam.

Cap. LVIII.

SVMMARIVM.

An vendere calices, & alia ornamenta vt spiritualia sunt sit simonia contra ius diuinum, aut naturale concl. 1. num. 1.

An quando pro materia, & factura colicis datur eius valor, sit simonia. ibid.

An vendere officia temporalia attinentia ad ministerium ecclesiæ sit simonia. cōc. 2. num. 2.

An sint simoniaci illi qui sine licentia Papæ commutant beneficia concl. 3. num. 3.

An Papa possit vendere officium sacristæ, & procuratoris, & sacerdotij. concl. 4 num. 4.

An Papa vendens Sacerdotium committat simoniam, & incurrat pęnas positas à iure. concl. 5 num. 5.

In

An ement a Papa sacerdotium incurrat penas iuris. ibid.

In quas penas incurrat simoniacus ordinis, & beneficij quod late declaratur. conclus.6 num.6.

In quas penas incurrant, qui in confidentiam beneficiorum ecclesiasticorum recipiunt aliquos fructus, aut pensionem. conclus.7.num.7.

An renuncians beneficium in manus Papa in fauorem alicuius animo recipiendi aliquid, teneatur restituere si accepit facta renunciatione. concl. 8.num.8.

An recipiens beneficium dictum animo dādi aliquid qui renunciauit, teneatur relinquere illud si dedit aliquam remunerationem ibid.

Quomodo Concil. Trident. reprobet reciprocam renunciationem beneficiorum conc. 9.num.9.

An renunciatio beneficij confirmata a sua Sanctitate debeat publicari intra sex menses sua prouisionis. concl. 10.nu.10.

sil sim. §.2. Na. c.23.num. 100.vers. 2. Vic. in relect. de sim. nu. 12. So. li. 9. de iustit. q.5. a.2. Co. in regu. peccatū, 2 p. c. 8. num. 6.

Differentia est inter DD, quo iure prohibeatur simonia, de quo tractant Siluest. Nauar. Victoria, Sotus, & Couaruuias post Sanctum Thom. pro cuius resolutione ponam seqq. conclusiones.

1 Prima Conclusio. Vendere illas res, quæ sunt spirituales, eo quod sic ordinatum sit a iure humano, vt sunt calices, & ornamenta, postquam sunt consecrata, est simonia contra ius diuinum, & naturale; quod probatur, quia licet a iure humano factum sit, quod dictę res sint consecratæ & benedictæ, supposito tamen, quod sint tale, ius diuinum, & naturale prohibet illa vendi; non est tamē simonia, quando pro materia, & factura calicis datur eius valor, & idem dicēdum est de reliquis rebus consecratis, & dedicatis cultui diuino.

2 Secunda Conclusio. Qui vendit officia temporalia attinentia administerium ecclesiæ, vt est officium sacristę, procuratoris, est simoniacus: quia est prohibitum in iure positiuo, & loquendo iuridice non est proprie simonia, quod probatur, quia posita lege, quæ prohibet, quod vendatur, nihilominus hæc officia sunt temporalia.

3 Tertia Conclusio. Qui faciunt commutationem beneficiorum sua propria authoritate sine licentia summi Pont. puniuntur a iure canonico pœna simoniæ; proprie vero, & vere nōn sunt simoniaci, nisi faciant hoc habentes respectum ad aliquam rem temporalem; qđ probatur, quia non commutant spirituale pro temporali, sed spirituale pro spirituali; est autem res certa, quod si essēt proprie, & vere simoniaci, & talis simonia esset vere prohibita a iure diuino, nec cum licentia summi Pontif. possent fieri, cum Papa in propria, & vera simonia non possit dispensare cum omnis simonia huiusmodi sit contra ius naturale, & diuinum, quidquid dicant canonistæ; & ideo poterit summus Pontifex incurrere in simoniam propriam, & verā vendens aliquid spirituale pro temporali, cum hoc sit contra ius naturale, & diuinum, non incurret tamen in pęnas excōmunicationis, nec in reliquas, quas imponit ius positiuum, quibus ipse non est subiectus.

4 Quarta Conclusio. Papa rationabili de causa potest vendere officium sacristæ, & procuratoris, cum hæ res habeant conditionem rerum spiritualium solum, quia sic ordinatum est a iure positiuo. Dixi, *rationabili de causa*, quia si hoc faciat sine causa, peccat, cum Princeps, vt dicit D. Thom. teneatur custodire leges suas quo ad vim directiuam: volo dicere, quod tenetur sequi modum viuendi, quem proponit subditis, vt ipsi sequantur. D. Tho. 1.2.q.96 art.4.

5 Quinta Conclusio. Papa, qui vendit alicui sacerdotium, committit peccatū simoniæ, non tamen incurrit pęnas positas a iure, vt dictum est, nec incurrit eas emptor quia Papa videtur dispensare cum eo, ita vt nec remaneat excommunicatus, nec tenetur renunciare præbendam, vt contra aliquos tenet Cou. & licet Sotus circa hoc non se declarauerit, inclinatur tamen huic opinioni. Videamus Cou. vbi supr. num. 9. Sot. vbi sup. ar.2 ad 2.

deamus

deamus vero, quas pœnas imponat ius contra simoniacos, pro cuius resolutione ponamus reliquas conclusiones.

6 Sexta Conclusio. Solus simoniacus realis in ordine, & beneficio tenetur resignare beneficium, & restituere fructus eius, incurritque ipso facto excommunicationem reseruatam summo Pontific. per extrauagantes Martini, Eugenij, & Pauli II. confirmatas per aliam Pij V. & si celebret, remanet irregularis; incurrit etiam quandam inhabilitatem ad beneficia in posterum, & mediatores in hoc negotio etiam remanent excommunicati; & licet etiam ius excommunicaret testes, qui in ipso scientes assistebant, iam tamen vsu derogatum est adhoc, vt dicit Siluester, & solus Papa, aut Sanctum Concilium dispensat in simonia commissa in ordine, aut beneficio scienter, quod procedit etiam in simonia, quæ committitur in ingressu religionis, vt Martinus V. in sua extrauaganti dicit, & vsus admisit, vt dicit Sotus. Hinc colligitur, quod hæc pœna solum habet locum in duobus casibus, scilicet, quando simonia committitur in beneficio ecclesiastico, aut in ordine sacro, vt dicit Paulus II. in sua extrauaganti, dummodo sit perfecta, non vero conuentionalis, vt infra dicetur, & qui committunt simoniam in alijs casibus, peccant mortaliter, & in foro exteriori possunt puniri cum multo rigore, & tenentur restituere precium, vt infra dicetur.

Sil verbo simonia n. 19. versi. 4. pen.

Soto d. li. 9 q. 9. a. 1. col. 1

Extr. cũ detestabile de simo.

Et vt maior habeatur claritas circa prædicta, aduertantur sequentia notabilia. Primum est, quod nulla simonia, nec mentalis, nec conuentionalis, si non fuit facta realis, inducit ipso facto priuationem beneficij, & fructuũ, aut nec pœnam excommunicationis, vt post alios tradit Couarruuias, & Nauarrus, quòd licet Petrus de Nauarra aliquibus argumentis procuret inficere, nõ audet tamen discedere ab hac opinione fatens esse communem, & ab vsu receptam. Secundum notabile est, quod si simonia conuentionalis realis fiat sine voluntate interiori emendi, sed solum pacto exteriori, quia hæc non est simonia, non erit obligatio restituendi, nec incurretur in pœnas, quæ imponuntur in dicta extrauaganti contra simoniacos: & ideo, qui accepit beneficium virtute huius pacti, non tenentur in conscientia resignare illud, antequam condemnetur; quod probatur, quia simonia est voluntas deliberata emendi, aut vendendi, & in hoc casu non fuit voluntas deliberata emendi; & ideo non fuit simonia; hæc opinio est Caietani, quam sequitur Sotus, & defendit Nauarra contra Nauarrum, qui dicit esse peccatum mortale, & obligare ad restituendos fructus acquisitos, & ad resignationem beneficij. In hoc vero notabili concedimus committere dictũ emptorem peccatũ mortale, eximimus tamen illum a dictis pœnis. Tertio debet notari non habere locum dictam extrauagantem contra omnes, qui cõmittunt simoniam dando, aut recipiẽdo; & ideo nõ procedit nisi in symonia, in qua accidit dari, & recipi; ita vt solum pretium dare non sufficiat, vt incuratur in pęnas eius, si non datur beneficium, vt dicit Nauarrus: quare debet esse realis ex vtraque parte. Quarto debet notari, quod pœnę dictæ extrauagantis non cõprehendunt eos, qui permutant beneficia sine licentia Papæ, quia hi non remanent excommunicati ipso iure, nec priuati ipso iure beneficijs, cum stricte loquendo non sint simoniaci, nec proprie possint dici tales; & pœnæ extrauagãtis ponuntur contra simoniacos, & ideo nõ comprehẽdunt simoniacos improprie, vt tenet Couarruuias, Nauarrus, & Petrus de Nauarra. Quinto debet notari, quod verba dictę extrauagantes, ibi *officijs ecclesiasticis*, debent intelligi, solũ de officijs, quæ sunt beneficia, vnde ille, qui emit Vicariatum habentem iurisdictionem spiritualem, non est excõmunicatus ipso iure, nec inhabilis ad beneneficia ecclesiastica cum dictus Vicariatus non sit beneficium, vt dicit Nauarrus, & hoc est adeo verum, vt quamuis cõmittatur simonia in emptione, & venditione

Co. v. s. Nau. in c. si qñ. 4. excep. de rescrip. & in c vlt. n. 24. de simoniũ.

Nau de rest. li 2. c. 2. nu. 422.

Caie. de simonia. q. 2. t. 7. de op. Sot. li. 8. de iust. q. 1 a. 1. versi dubiũ hinc asit Na. li. 2. de rest. c 2. nu. 413. Na. c. 23 nu. 106.

Nau. vbi su. n. 103

Cou l. 1. var. 5. n. 3. in fi. & nu. 5. versi. itẽ quod cũ iurib. Na. vbi sup. nu. 105. in fin. Na. d. c. 1 n. 437. Nau. vbi

tione alicuius pensionis, non tamen incurritur in excommunicationem dictæ extrauagantis, cum ipsa solum excommunicet simoniacum in ordine, & beneficio, vt dicit idem Nauarrus: pensio vero non est beneficium. Verum est, quòd quando venditur pensio, aut emitur tanquam medium ad acquirendum beneficium, aut recipiendum ordinem, incurritur in dictas pęnas, vt dicit Nauarr. Sexto debet notari, quod pœnæ dictæ extrauagantis comprehendunt hodie illos, qui dant, & recipiunt aliquid ob dationem ordinum, licet sint minores, aut ob litteras dimissorias, aut testimoniales, aut propter sigillum, aut quācumque aliam ob causam; in quam pœnam incurrunt non solum, qui conferunt ordines, sed etiam ministri sui, quamuis id recipiant oblatum voluntarie, vt ordinat Concilium Trident. Verum est tamen; quod vt incurratur in dictas pęnas, est necesse quod donum præcedat collationem ordinum, & non sufficit, quod post illos collatos offeratur, & recipiatur vt declarat Nauarrus. Septimo debet notari, quod licet inter symoniacum occultū, & publicum sint aliquæ differentiæ, vt costat ex his, quæ tradunt Panormit. & Rebuffus; visa tamen dicta extrauagante nulla est differentia inter manifestum, & occultum, quo ad valorem collationis factæ per simoniam, vt aduertit idem Rebuffus. Octauo debet notari, quod dicta extrauagans suspendens dictum ordinatum simoniace non solum suspendit ab ordine recepto per hanc viam, sed etiam ab alijs receptis, & recipiendis, vt probat Innocentius communiter receptus secundum Abbatem, & Ananiam, & constat ex dicta extrauaganti ibi *suorum ordinum*. Nono debet notari, quod qui acquirit beneficium per simoniam, non solum remanet priuatus ipso iure illo, sed etiam remanet priuatus illis, quæ habebat, & poterat habere, vt diximus de ordine. Verum est tamen, quod est magna differentia inter beneficia simoniaci acquisita; & inter beneficia antea collata, quo ad hanc priuationem; quia in beneficio acquisito per simoniam, priuatio, quæ accidit, est ipso iure nulla: in beneficijs vero antea receptis non inducitur priuatio ipso iure, nisi post sententiam latam a iudice, vt eleganter aduertit Boerius. Pro cuius explicatione debet aduerti, quod lex ciuilis, aut canonica, quæ inducit pœnam ipso iure pro aliquo delicto, ante priuationem ipsius beneficijs, aut bonorum, in quibus delinquens habet acquisitum ius perpetuum, non inducit dictam pœnam, nisi prius interueniat sententia saltem declaratoria; vnde ante dictam sententiam in foro conscientiæ non debetur dicta pœna secundum opinionem receptiorem, vt constat ex his, quæ tradit Castrus, Couarruuias. Nauarr. Lex tamen, quæ ipso iure ponit pœnam in odium alicuius delicti, impedit primam acquisitionem beneficij, aut bonorum, in quibus delinquens non habet acquisitum ius faciens illum inhabilem ad ea, & qui in hoc casu acquisierit aliquid contra prohibitionem huius legis, tenetur restituere illud ante sententiam latam contra illum, quia in hoc casu non est lex pœnalis, sed prohibitoria. Hinc colligitur, quod qui acquirit simoniace aliquod beneficium, remanet priuatus ipso iure per dictam extrauagantem beneficio sic acquisito, & tenetur in conscientia renunciare illud; antequam pronuncietur contra eum sententia declaratoria, cum per dictam extrauagantem non acquisierit ius in illud, licet tamen remaneat priuatus beneficijs, quæ antea possidebat, non tenetur renunciare illa ante sententiam declaratoriam; quia quo ad hoc extrauagans est lex pœnalis, & non prohibitiua, & ideo non obligat in conscientia ante sententiam latā: supradicta debent intelligi loquēdo in foro interiori, quia in exteriori non compellitur simoniacus renuntiare beneficium, quod acquisiuit per simoniam ante sententiam declaratoriam contra eū ratione suę possessionis, & ideo secundū

hoc

Nau. vbi sup. n. 21.

Na. d. c. 23. nu. 106. & l. 5. cōsi. conf. 51. tit. de simo. fol. 464.

Cō. Tr. sess. 21. c. 1. de ref.

Nau. ca. 21. nu. 68.

Panor. i c. tāta n. 50. de simonié. Rebuf. i praxi tī. de simo. nu. 15.

Innoc. i d. c. tāta Abba & Annan. ibi n. 9.

Boer. decis. 117. num. 3.

Castro del. pę. l. 2. c. 19. Cou. in c. cū oēs nu. 9. de rest. & i 4. 1. p. c. 6. §. 8. n. 10. Nau. in Man. cap. 13. nu. 50.

hoc debet intelligi, qđ dicit S. Cōc. Tri. loquēdo de hac materia. Decimo debet notari, quod licet regulariter loquēdo, appellatio suspendat executionem sententiæ, vt dicitur in iure, contrarium tamen accidit in sententia, quæ datur contra simoniacum, quia statim non obstāte appellatione debet exequi; & ratio est, quia pœna, quæ contra eum imponitur, est ipso iure nulla, vt constat ex dicta extrauaganti, & ex pœnis, quæ imponuntur ipso iure. Sententia autem declaratoria est dicta res iudicata, & vt talis debet statim exequi, qui resoluunt Ananias, Felynus, & praxi receptū est, itaut dicat Maranta, quod in hoc casu non debet acceptari appellatio.

Anan. & Fel. in c. ficut. de sim. Mar. de ord. iud. 6. p. act. 2. num. 387. 287.

7 Septima Conclusio. Qui in confidētiam beneficiorum ecclesiasticorum recipiunt aliquos fructus, aut pensionem dictorum beneficiorum, incurrunt grauissimas pœnas, quia Episcopi, Cardinales, & Patriarchæ qui cōmittunt hoc crimen, remanent interdicti ab ingressu ecclesiæ, & si eam ingrediantur, remanent irregulares; & inferiores his remanent excommunicati ipso iure excommunicatione Papali, & collatio beneficij est nulla, & tenentur ad restitutionem omnium fructuum, quos collegerint a die, quo acceptauerunt illud dicta confidentia. Hoc vitium, & crimen committitur multis modis. Primo, quādo aliquis resignat beneficium suum in alium, cum hoc pacto, quod detur illi certa quædam pensio sine consensu Papæ. Secundò, si aliquis nolens suscipere ordinem, quem requirit beneficium, aut nolens constringi ad residendum in eo, resignat illud in fauorem alterius sine dicto Papæ consensu. Tertio, si quis criminosus irregularis resignat beneficium suum, vt obtenta dispensatione irregularitatis recuperet illud. Quarto, si quis impetrauit beneficium vacās hac conditione, quod iubente quadam tertia persona renuntiabit illud alteri. Quinto, si quis habet potestatem conferendi, præsentandi, aut instituendi aliquod beneficium conferat, præsentet, aut instituat, vt ex eius fructibus detur illi aliquid. Sexto, si quis ad effectum litis pendentis super quodam beneficio resignauit illud in fauorem cuiusdam hominis potentis putans, quod eius potestate obtineret victoriam, qua obtenta restitueret illud illi, vel alteri; qui quidem casus sunt notabiles, & ante extrauagantem Pij V. multum frequentes, de quibus videatur Maiolus.

Circa has extrauagantes debet notari primo, quod hæc simonia, quæ committitur titulo confidentiæ, non solum committitur ex parte eius, qui facit collationem beneficij, aut resignat, aut præsentat, sed etiam ex parte mediatorum, & eorum qui hoc modo recipiunt illud, vt declaratum fuit a Pio V. in dicta constitutione promulgata anno Domini 1569. Secundo debet notari, quod hæc simonia conuentionalis confidentiæ est peior simonia reali beneficiali, quia in hac non annullatur factum, nec inducitur censura, si non adimpletur ex vtraque parte, vt supra dictum est: at in illa statim ac quis recipit beneficiū sub confidentia, antequam adimpleat promissum, remanet ipso iure excommunicatus, & collatio est nulla ipso iure, & tenetur restituere omnes fructus, quos colligit a die, quo acceptauit illud. Tertio debet notari noua quædā, & ampla reseruatio, quia omnia beneficia collata, & accepta in cōfidentia simoniaca statim reseruantur sedi Apostolicæ, vt faciat collationem eorum, vnde hæc simonia est peior simonia reali perfecta, quia in illa non tollitur Ordinario potestas conferendi beneficia per illam data, & recepta; vnde qui receperunt beneficia per dictam simoniam, necessario debēt recurrere ad Summum Pont. ad petendam collationem eorum facientes mentionem in supplicatione dictæ reseruationis. Quarto debet notari, quod non solum collationes factæ hac confidentia sunt nullæ, sed etiam omnes excessus, regressus, pensiones, & reliqua, quæ sibi reseruant huiusmodi confidentiarij. Quinto debet notari, quod fructus horum

Maio li. 3. de irregica. 45.

be-

beneficiorum, & pensionum reseruantur Cameræ Apostolicæ à die collationis, & institutionis eorum, quod debet notari, vt consulatur illis, qui in hoc peccauere: Supradicta vero ponit Nau. quę debent obseruari pro resolutione multorum casuū, qui sunt in hac materia.

Nau. d. c. 23. nu. 100.

8 Octaua Conclusio. Quidam rogauit alium, vt renunciaret in sui fauorē quoddam beneficium, quod habebat, in manus summi Pontific. nullo facto pacto dandi, aut recipiendi aliquid, verum tamen in mente vterque habebat hoc propositum; & ideo facta renunciatione, & obtentis literis dedit, qui hā buit beneficium quandam remunerationem, & qui renunciauit voluntarie, recepit illam, vnde fuit dubium, an hi teneantur relinquere beneficium, & facere aliquam restitutionem, ad quod responsum fuit, quod non, vt probatū est expresse in iure; nec obstat hic fuisse pactum saltem tacitum dandi, & recipiendi hanc remunerationem: quia ad hoc respondeo, quod non fuit, quia est magna differentia inter sperare aliquid de aliquo, si in quodam negotio satisfacio illi, & inter velle aliquid pro eo: & inter pactum tacitum, quod fit dandi, aut recipiendi dictam rem, quia velle dare, & recipere non est dare, & recipere, sicut velle emere non est emere: & etiam, quia non omnis species dandi, aut recipiendi aliquam remunerationē est simoniaca, & illicita: quia sic omnes, qui conferunt beneficia, essent notati hoc vitio confidentiæ, cum fere omnes confidant, quòd recipientes erunt grati correspondentes cum aliquo seruitio secundum legem naturalem, qua obligamur facere bonum omnibus benefactoribus nostris, & etiam si non est simonia renunciare beneficium etiam in manus Ordinarii cum intentione, quòd detur cuidam personæ, licet renuntians habeat animum non renunciandi, si nō speraret, quod deberet illi fieri remuneratio, nisi fiat pactum cum Ordinario, vt dicit D. Ant. quem sequitur Nau.

9 Nona Conclusio. Concil. Trident. condemnat reciprocam renunciationē beneficiorum. Circa quod decretum debet notari, quod si aliquis rector renunciat rectoratum in fauorem filii alterius rectoris sine reseruatione fructuum, & hic rector, cuius filius habuit beneficiū, renunciauit rectoriam post sex menses in filium prioris rectoris, non incurret in pęnas Concilii contra facientes renūciationes reciprocas in foro consciētiæ; cum in prima renunciatione non fuerit positum aliquod pactum, quo obligaretur secundus rector ad renunciationem sui beneficii: nec incurret in dictas pœnas etiam in foro exteriori, quia reciproca renunciatio reprobata in Concilio est, quando multi pangunt, vt vnus renunciet in fauorem amici illius, & ille renunciet in fauorem alterius amici prioris renuntiantis, quod clare ostendit Concilium, hic vero non fuit hæc pactio: & etiam quia quamuis sit aliqua renuntiatio reciproca, hæc non fuit data per viam pacti, sed per viam renunciationis, quod nullo modo reprobatū est, vt dictum fuit in conclusione præterita. Nec obstat, quod interfuerit dicta intentio, cum non fuerit pactum tacitū, vel expressum, vt ibi dictum est: quod confirmatur, cum sit licitum Episcopo dare beneficium amico alterius Episcopi mentali intentione, quòd ille alius Episcopus ostendens gratitudinem conferat alteri amico eius benemerenti aliud beneficium, vt defendit Nauarr.

D. Ant. 2 p. ti. 1. c. 5. §. 11 Nau. d. c. 23. nu. 107. & li. 5. cōs. tit. de simon. cō sil. 53. Concil. Trid. ses. 25. de refor. c. 15.

10 Decima Conclusio. Si renuncietur beneficium obtentis literis Papę secundum supplicationem datam, est necesse, quod hæc expeditio publicetur intra sex menses post prouisionem secūdum quandam regulam Cancellariæ, & quādam extrauagantem Pij V. per quam qui obtinuit beneficium, per quandam renuntiationem, quæ ipsi fuit facta, & habuit possessionem eius, colligens fructus per spatium quinque annorum nō publicatis litteris suæ expeditionis intra sex menses, non habet cum bona cōscientia ipsum beneficium, nec percipit sine peccato fructus eius, quia ex eo, q

non

non ex publicata expeditio, videtur, quod dicta renuntiatio sit nullius effectus, quod intelligitur nisi pater eius impediuit, quod caperetur possessio, & fieret publicatio, vt euitet discordiam quę erat futura inter illum, & consanguineũ resignãtis, quia terminus dictorum sex mensium non obligat, quando adest iustum impedimentum, hic vero iuste fuit impeditus a patre suo, cui secundũ legem diuinam debebat obedire, præcipue si eius pater detinebat litteras, & nolebat tradere eas ad publicationem, & possessionem acceptandam, cum, non esset illi licitum mouere litem contra patrem suum, vt illas daret, detinentem illas iusta de causa, & etiam, quia hic non omisit publicare dictam expeditionem in damnum alicuius tertij, nec in damnum cameræ Apostolicæ, cum de facto extraxerit litteras, nec scandalizauerit aliquem hac mora: & ideo non eget noua collatione ad capiendam possessionẽ post dictum terminum, cum dictæ litteræ non fuerint omissæ publicari eius culpa; nec tenetur restituere fructus, quos collegit capta dicta possessione, sic enim defendit Naua. lib. 1. consil. tit. de Renunciat. consil. 3.

De simonia, quæ committitur emendo res spirituales naturales.

Cap. LIX.

SVMMARIVM.

An sit simonia vendere, aut emere scientiam naturalem, concl. 1. num. 1.

An sit simonia vendere Theologiam, quæ docet necessaria pro salute animarum, & an idem sit dicendum de scolastica, concl. 2. num. 2.

An magister, qui tenetur legere semel in die, si bis legat, possit perferre plus stipendij concl. 3. num. 3.

CErtum est sine vlla controuersia, quod vendere dona Spiritus sancti, & gratiam iustificantem, & consilia, quæ homines dant peccatoribus, qui volunt conuerti ad dominum, vt cõuertantur, est simonia, & peccatum grauissimum; vnde non tractabo de ea, solum enim tractabo de alijs simonijs, quæ committuntur in alijs casibus, qui accidunt in materia, quę est subiecta simoniæ, quod est spirituale, aut annexũ spirituali; & ideo prius tractabimus de simonia, quæ est in spirituali naturali, & statim in capitulis seqq. tractabitur de simonia, quæ attinet ad spirituale supernaturale.

1 Prima Conclusio. Vendere, aut emere scientiam naturalem nõ est simonia, hæc conclusio est contra multos Canonistas, & Theologos, quam tenet Diuus Tho. & resoluit Ripa, & probatur, quia Christus dicens Apostolis, quod gratis recipimus, gratis debemus dare, certũ est loquendo de illo, quod Dominus sine vllis nostris meritis solet nobis conferre, non vero de scientijs naturalibus, quę magno studio, & labore acquiruntur. Nec valet dicere, quod hic non venditur nisi labor, qui adhibetur in docendo dictam scientiam, quia si hoc esset verum, stipendium deberet taxari non secundum dignitatem artis, sed secundum laborem; & videmus, quod respublic. remunerationem statuens, mensurat eam secundum dignitatem eius, nõ vero secundum quantitatem laboris.

(D Th. 2. 2. q. 100. art. 3. in sol. ad 3. Ripa de pelle 1. p. vlt. in prin. nu. 54.)

2 Secunda Conclusio. Simonia est vẽdere puram, & veram Theologiã, quæ docet totum id, quod est necessarium pro salute animarum, nõ vero est simonia vendere Theologiam scolasticam, in qua DD. vt se intelligant, tractant multas quęstiones dialecticas, physicas, & methaphysicas, & miscent conclusiones aliarum scientiarum naturaliũ, quæ certum est, quod possunt vendi, sic enim resoluunt Nauarr. Sotus, Victor & Ripa.

(Na c. 13 num. 99 Vict. in relect. de simo. Sot. li. 9. de iust. q. 5. ar. 1 Ripa vbi sup.)

3 Tertia Conclusio. Licitum est illi, qui habet pactum legendi singulis diebus

bus, & cui datur publicum stipendium, perferre plus, si legit bis in die, cum pacto, sit legendi semel in die, & licet nō legat bis, non peccat peccato simoniæ perferrens plus stipendij, sed solum peccatum iniustitiæ, & sic debet intelligi, quod tradit Diuus Tho. loquendo de hac materia.

D. Tho. vbi sup. ad 3.

De simonia, quæ committitur respectu donorum supernaturalium, & aliarum rerum annexarum spirituali, vt est sepultura, & actus sacramentorum. Cap. LX.

SVMMARIVM.

An sit licitum prophetizare, & orare pro pretio concl. 1. num. 1.

An sit licitum vendere sepulturam. conc. 2. num. 2.

An sit licitum Episcopo accipere aliquid pro dispensatione in lege, & pro puniendo, & non puniendo delinquentes, conclus. 3. num. 3.

An sit licitum petere aliquid pro absolutione ab excommunicatione. conclus. 4. numero 4.

An ob administrationem alicuius sacramenti, possit aliquid peti. conclusione 5. num. 5.

An sit licitum accipere quod datur a populo pro sustentatione eorum, qui ministrāt sacramenta. concl 6 num. 6.

An sit licitum alicui dare aliquid, vt beneficium, quod illi debetur tanquam digno, non auferatur ab eo. conclusione. 7. numero 7.

An sit licitum dare aliquid clerico, vt baptizet puerulum, qui est in articulo mortis, cum aliter nolit illum baptizare. conclus. 8. num. 8.

An sit licitum recipere aliquid pro benedictione nuptiarum. conclus. 9. numero 9.

An sit licitum Episcopis, & eorum ministris recipere aliquid pro ordinatione. conclus. 10. num. 10.

An sit licitum prædicatoribus recipere aliquod stipendium pro suis concionibus. conclusione 11. numero 11.

An sit licita consuetudo petendi a canonicis nouiter electis aliquod conuiuium. concl. 12. num. 12.

1 PRima Conclusio. Pro actione prophetizandi, & pro actione orandi licitum est aliquid recipere non tanquam pretium, sed tanquam sustentationem. Est tamen aduertendum, quod sæpe in his actionibus sunt multę res, quæ non possunt excusari, vt fiant, secūdum ornatum necessarium, quæ non possunt fieri sine multo labore; vt videtur; quādo datur sepulturæ aliquod corpus, quod non potest fieri sine pompa funebri, & exequijs secundum morem ecclesię, & ideo labor in his rebus potest locari pro certo quodam stipendio sine nota simoniæ. Hinc infertur, quod clericus, qui adit ecclesiam ad orandum, officiumque diuinum recitandum primo propter Deum, & minus principaliter ob stipendium, & distributiones, quas si non speraret, non adiret ecclesiam, non solum non est simoniacus, sed nec committit aliquod peccatum, vt dicit Caietan. cum communi.

Caiet. 2. 2. q. 78. ar. 1. quē ibi sequitur Aragon.

2 Secunda Conclusio. Non potest vendi ius sepulturæ sine simonia, vt dicitur in iure, & probat Innocentius: vnde qui habent ius ad sepeliendos defunctos suos in aliqua sepultura, non possunt vendere alijs. Verum est tamē, quod si sepultura significat terram, in qua nullus est sepultus, nec est deputata, vt quis sepeliatur in ea, potest vendi, vt dicitur in iure, cum ea terra sit sicut quicunque alius locus priuatus, qui potest vendi. Hinc sequitur, quod erit simonia vendere sepulturam, quæ est deputata ad illud cum licentia Episcopi, quamuis in ea quis non sit sepultus. Secundo infertur, quod licet non sit deputata ab Episcopo, non potest vendi, si in ea sit aliquis sepultus, vt dicitur in iure. Et nota, quod ecclesia posita in necessitate potest vendere sepulturam, licet sit deputata ab Episcopo, vt potest

Innoc. in c. ad abolenda

ven-

vendere aliqua vasa: Et nota etiam, quod possunt ecclesiæ pet ferre, quod solitũ est dari pro sepulturis, non possunt tamen illud petere allegantes consuetudinem dicentes hoc petimus pro sepultura, sed date nobis hoc, cum sepeliuimus defunctum vestrum in terra ecclesiastica secundum consuetudinem, quæ est quòd pro sepultura aliquid peti possit, vt aduertit Sil, & in hoc non committitur simonia: videatur D. Th. & Greg. Lopez, Molina, Menoch. & Sotus.

3 Tertia Concl. Non potest Episcopus perferre aliquid ob dispensandum in lege, nec ob corrigendos delinquentes, nec vt omittat eos castigare, quia hæc, & similia sunt annexa curæ pastorali. Verum est tñ, quòd propter laborẽ, qui sæpe in prædictis accidit, potest perferre aliquod stipendiũ; & ideo Episcopus in visitatione episcopatus potest aliqd recipere secundum consuetudinem, licet redditus episcopatus sit magnus, vt dicitur in iure; & etiam possunt percipere aliquid sui ministri ratione stipendij adiuuantes in dictis ministerijs, nisi sit consuetudo, quæ non sit introducta ratione alicuius violentiæ, quam fecerint prædecessores petentes, quod illis de iure non debebatur, quia doctrina est Panorm. communiter recepta, quod consuetudo potest introducere, quod detur aliquid respectu alicuius rei annexæ spirituali, & pro spirituali, quando non procedit hæc consuetudo ab aliqua actione violenta, qua fuit petitum, sed a mera deuotione, & liberalitate populi; quia si procedat ab aliqua petitione, & violẽtia, cum eius principium sit vitiosum, ipsa etiam erit vitiosa, vt explicant Siluest. & Nauarr. De eo quod visitatoribus est concessum in iure ad sui sustentationem, quando visitant iã supradictum est in materia iudicum.

4 Quarta Concl. Quamuis excommunicatus manifesta contumacia non possit absolui, quousq; soluat expensas, & det sufficientẽ cautionẽ standi iuri, & sententiæ contra eũ ferendæ, secundũ qd resoluit Couarru. per absolutionẽ tamen

Sil. verbo sepultur. n. 2.
D. Th. 2. 2. q. 100. art. 4. ad 3. Greg. in l. 1. titu. 13. p. 1. verb. vender.
Mol. de primogen. ca. 24. n. 40
Menoc. lib. 2. de arb. casu 277.
Sot. li. 9. de iust. q. 6. ar. 1 ad 3.
Panor. i c. suã d simon.

Sil. verbo sim. § 8. Naua d ca. 25. nu. 100. versic. 4. nota.

non pñt peti aliquod pretium, cum sit actus, qui procedit à iurisdictione spirituali, vt post Panorm. dicit Couarr. Verum est tamen, qd ratione delicti sui potest illi imponi aliqua pœna, vt tradunt S. Thomas, Sotus, & Nauarr. & dicitur in quadam lege nouæ compilationis, & secundum hanc resolutionem debet intelligi, quod dicitur in Concil. Trid. super hoc puncto.

5 Quinta Concl. Illicitum est, & simoniacum capere aliquam pecuniam tanquam pretium ob administrationem alicuius sacramenti. Est etiam simonia recipere illud pro labore, qui necessario debet esse in dicta administratione, vt post S. Thom. tenet Sotus: est etiam simonia recipere aliquid pro materia sacramenti, sicut est panis, & vinum, & oleum, cum hæc necessario sint coniuncta sacramento; sicut et est simonia capere aliquid pro labore, qui perfertur in conferendis ordinibus, vt dicit idem Sotus; non est tamen simonia petere aliquid, & recipere illud pro labore, qui antecedit sacramentum; & ideo sacerdos, qui debet facere aliquod iter longum pro illorum administratione, potest vendere laborem huius itineris sine nota simoniæ, quia licet teneatur administrare illa gratis, non tamen tenetur facere hoc iter gratis. Vnde infertur, qd Capellani, q obligantur quibusdam locis, & dieb. dicere aliquas Missas, possũt petere aliquid pro hoc labore; quia licet teneantur consecrare sine pretio, non tñ tenentur dicere eas certis diebus & locis, vt post alios resoluit Gutt.

6 Sexta Conclus. Licitum est ministris sacramentorum recipere pro administratione eorum, quod tribuunt populi pro sui sustentatione, licet sint diuites, vt resoluit Sotus post Gabr. quod est adeò verum, vt possint, quando illis commẽdantur missæ, aut administratio aliorũ sacramentorum, dicere, quod facient quidem, dummodo præbeant illis solitũ pro sustentatione suæ personæ, vt post Sotũ, & alios tradit Gutt. Hinc infertur esse licitum relinquere quemdam red-

Cou. in c. alma mater. 1. p. § 11. nu. 11.
Couar. vbi sup. nu. 10.
D. Tho. 2. 2. qu. 100. ar. 2. ad 3.
Nau. c. 23. nu. 102. Id 1. tit. 6. lib. 6. nouæ compil.
Cõc. Trid. sess. 25. c. 3. de reform.
D. Th. 2. 2. q. 100
Soto vbi supr. ar. 1.
Sot. vbi sup.

Gutt. d qq. cau. c. 24.

Sot. vbi sup. Gabr. sup cano. lect. 28.
Gutt. vbi sup. a nu. vsq. ad nu. 11.

K ditum

ditum alicui ecclesiæ, cum hoc grauamine, quod clerici eius teneantur dicere tot anniuersaria, licet fiat pactum, si fiant pro sustentatione dictorum ministrorum, vt notant Caie. Sotus, & Nau. Verum est tamen, quod ille, qui nõ administraret dicta sacramenta, si non daretur illud stipendium pro sui sustentatione, ponens illud pro vltimo fine suæ administrationis nõ desinit committere simoniam, & secundum eius mentẽ vendere sacramenta, vt dicit S. Thom. & Siluester. Dixi, *ponens pro vltimo fine*, quia potest quis administrare sacramẽta ratione stipendij, quæ non administraret, si non daretur absque simonia, quia multæ causæ sunt solum motiuæ, & non vltimæ, nec finales, quibus deficientibus deficit etiam actio, quæ per illas fit, & de numero harum potest esse dictum stipendium.

Caie. 2.2.q.100. ar 3 soto vbi sup. nu 10 ... in prin.

D Tho. quodlib 18. Silu. ver. sim. 5.5.

7 Septima Concl. Redimere pretio vexationem, quæ consistit in negatione alicuius rei spiritualis, quæ adhuc nõ habetur, est simonia, vt definitur in iure: vbi dicitur, quod dare pecuniam electori, qui vult negare beneficium digno, & dare pecuniam confirmatori, qui vult confirmare electum ad effectum, quod eligat, aut confirmet, est simonia: redimere tamen vexationem, quæ fit alicui auferẽdo illi rem, quæ iam habet in sua potestate, vt non auferatur, licet dicta res sit spiritualis, non erit simonia, cum per ipsam redemptionem vexationis nõ ematur dicta res. Hinc infertur, qđ beneficiarius, qui scit pro certo, quod Episcopus decreuit auferre illi beneficium, quod possidet, potest sine nota simoniæ dare aliquam pecuniam Episcopo, vt redimat hanc vexationem. Sequitur etiam, quod, qui litigat cum alio super aliquo beneficio, cuius possessionem habet, sciẽs, quod habet iustitiam pro sua parte, potest redimere hanc vexationẽ cum aliqua pecunia illi collata, ne expoliet illum à sua possessione; nec committit simoniam, cum redimere vexationẽ in hoc casu sit defendere bona sua, quod est de iure naturali, & non tollit illud ius positiuum, vt dicit quædam Gloss. vbi notant Abbas, & Felynus, estque communis opinio secundũ Rebuffum, & Nauarrum.

Glos. in c.dilect. de simo vbi Abba. nu.4. & Fel n. 2. Rebuf sim de sim.r.17. Nau. in Man. c. 25.n. 114

8 Octaua Conclusio. Si aliquis infans sit moribundus, & nolit eum baptizare sacerdos, nisi prius soluant illi aliquod pretium, qui soluerit illi pretium, committit simoniam, cum non sit licitum redimere pecunia vexationem, quæ accidit respectu negationis rei spiritualis, quæ potest acquiri: nec põt dici, quod hic puer sit in extrema necessitate, cum tunc ille, qui dat pecuniam sacerdoti, possit illum baptizare; si vero baptizandus est adultus, & petit baptismum, poterit sine nota simoniæ dare dictam pecuniam sacerdoti, vt illum baptizet, si nolit aliter facere, quia licet ille habeat remedium ad salutem animæ suæ moriens, cum desiderio baptismi, receptus tamen baptismus in re est maioris vigoris; & sicut facit aliquem de attrito contritum, quod nõ facit sacramentum receptum in voto, sic qualificabit dolorẽ peccatorum huius, vt obtineat vitam æternam, quod non faceret si reciperet illum in voto defectu huius doloris, & hoc modo defensa, & intellecta est vera opinio, quam Aragon tenet super hoc puncto contra Sotum, 2.2.q.100. art. 2.

9 Nona Conclusio. Licet sit licitum dare dotem marito, vt contrahat cum aliqua muliere, quia nõ datur pro matrimonio vt est sacramentum, sed pro magnis oneribus quæ secum trahit sustentandi vxorem, vt explicat Nauarrus, petere tamen aliquid, aut recipere, licet gratis offeratur, tanquam pretium benedictionis nuptiarum est simonia, vt dicitur in iure; non erit tamen simonia, si parochus, cuius curæ incumbit benedicere nuptias, nolit dare licentiam, vt alius benedicat eas, si non tribuitur illi aliquid loco illius, quod in earum benedictione debebat illi offerri; quia hoc non est vendere licentiam, sed perferre aliquid pro damno, quod patitur concedens illam, vt post Panormitanum

Nau in Apolog. de reditib monito. 84. n.3 & 4.

num, tenet Siluestrinum, verb. simoniacus. §.8.

Cóc.Tr. sess.21.c. 1. de reform. 10 Decima Conclusio. Concilium Tridentinum, vetat Episcopis, & ijs qui conferunt ordines, & suis ministris recipere aliquid, licet offeratur, & etiam vetat, quod notarij, qui habent stipendia, possint recipere aliquid pro litteris dimissorijs, seu testimonialibus: qui vero non habent stipendium possunt recipere decimam partem vnius ducati secundum taxam, quod ante Concilium non erat taxatum, & ideo verba quæ dicit Concilium ibi, *aut eorum ministri quouis prætextu accipiant*, vbi prohibet ministros Episcoporum posse aliquid recipere, debent intelligi necessario non de omnibus ministris, sed solum de illis, qui sunt necessarij, vt conferantur dicti orordines, de numero quorum non est notarius, vt notat Panormitan. vnde Concilium loquens de notarijs facit dictam distinctionem, scilicet, si habent sufficiēs stipendium, aut non. Circa quod est notandum, quod notarius, licet habeat sufficiens stipendium, poterit suscipere, quod illi obtulerit ordinatus post receptionem ordinum & acceptionem testimonij eorum, & instrumentorum, quia tunc talis oblatio non procedit ex eius procuratione tacita vel expressa, sic enim explicat nouissime Concilium Altam. quem sequitur Salzedus.

Altami. intra. de visitat o ne inver bis concilij ibi quouis pretex. tu n. 26. salz. in p crim. c. 27. in fin. Caj. vbi sup. ar. 2 in prin. Sot. li. 9. de iu q. 6. art. 1.

11 Vndecima Conclusio. Non committit simoniam prædicator, si post concionem petit stipendium laboris, quem habuit in prædicatione verbi Dei, ita vt ante predicationem possit dicere, quod non faciet, nisi illi tribuatur dictum stipendium; quod procedit, quando eius præcipua intentio fuit prædicare pro salute animarum, & postea secundario pro hoc stipendio, ad sustentationem sui, sic enim tenent Caietanus, & Sotus, constatque ex supradictis.

12 Duodecima Conclusio. Non possunt Canonici titulo consuetudinis petere a Canonico moderne electo aliquod prandium, vt dicitur in iure, quia non valet consuetudo tanquam simoniaca, in virtute cuius clerici petunt ab alijs clericis aliquam rem concernentem suo gustui, & vtilitati solum, valet tamen consuetudo, qua petitur aliqua planeta, aut patena, aut quid simile pertinens ad cultum diuinum, & fabricam ecclesiæ, vt resoluit Anton. de Butrio. Iacobus

But. in d. ca. Iacob n 4

De Simonia, quæ committitur in collatione beneficiorum.

Cap. LXI.

SVMMARIVM.

Quot modis possit committi simonia in beneficijs obtinendis. conc. 1. num. 1.

An Episcopus habeat potestatem conferendi beneficia alternis mensibus cum Papa. ibid.

An Episcopus dans beneficium recipiendo quandam pecuniam committat simoniam, & an collatio eius sit valida conc. 1. num. 2.

An committat simoniam mutuans Episcopo pecuniam, vt det illi aliquod beneficium. conclusione secunda, numero 3.

An possit quis retinere beneficium obtentum ab alio simoniace ipso inscio. conc. 3. num. 4.

An habens ius completum in beneficio possit aliquid dare impedienti eius possessionem ad redimendam vexationem. conc. 4. num. 5.

An electus à maiori parte Capituli ad beneficio perdet illud, si minor pars commisit simoniam in collatione illius conc. 5 num. 6.

An sit simonia dare beneficium ob amicitiam, aut consanguinitatem conclus. 6. num. 17.

An sit simonia dare beneficium pro ineunda amicitia, aut laude humana

conclus.7.numer.8.

An sit simonia dare beneficium ad captandum fauorem alicuius pro aliqua vtilitate consequenda. conclus. 8. numero 9.

An sit simonia seruire Episcopo ob spem beneficij pro remuneratione sua seruitutis concl.9.num.10.

An possint vendi benefitia patrimonialia, aut eorum fructus.conclus.10.numer.11.

An sit simonia vendere Commendas, quæ dantur Equitibus militaribus.concl.11.num.12.

1 PRo resolutione propositi in hoc capitulo est aduertendum multis modis in primò, quod beneficiorum materia potest committi simonia. Primò in collatione beneficij. Secundò in resignatione. Tertiò in electione. Quartò in confirmatione. Quintò in præsentatione. Sextò in institutione. Septimò in inuestitura. Octauò in permutatione. Nonò in pensione. Decimò in confidentia.

2 Secundò debet notari, quod beneficium, si est reseruatum Summo Pont. non potest dari ab Episcopis, si vero nō est reseruatum Sedi Apostolicæ, si Episcopus resideat in sua diœcesi, habent alternatiuam cum Papa, quo... no mense confert Episcopus, alius mensis est ipsius Papæ; & primus mensis, scilicet Ianuarius est P. pr. Febr. est Episcopi, & sic de alijs. Itaq; beneficia, quæ vacant in mense Papæ, sunt ipsius, & beneficia, quæ vacant in mense Episcopi, sunt ipsius Episcopi. Si vero Episcopus non resideat in sua diœcesi, non habebit in anno nisi 4. menses, hoc supposito conuenit resoluere materiam huius cap. per conclusiones.

2 Prima Conclusio. Petrus ambitione plenus, qui offert Episcopo quandam pecuniam, vt det illi aliquod beneficiū, certum est, quod committit simoniam, collatio vero beneficij erit valida, nisi quando dedit hanc pecuniam, fecit aliquod pactum tacitum, vel expressum, quod dedit illam in pretium beneficij; quia in hoc casu non valebit dicta collatio, vt simoniaca, eritq; subiecta pœnis impositis contra simoniam realem, & perfectam a iure. Verum est tamen, quod si dat dictam pecuniam, aut offert alia seruitia verbis, & opere, vt initet amicitiam cum ipso Episcopo, & eius familiaribus præcipue, non committet simoniam, si obtineat dictum beneficiū, licet secundario inspiciat, quod postea tanquam amico dabunt illi beneficium, aut obtinebunt illud oblata occasione, vt dicit Nauarr. & constat ex dictis in hac materia. Nau ca. 23.num. 106.

3 Secūda Conclusio. Qui mutuat Episcopo 100. ducat hac conditione, quod det illi aliquod beneficium ecclesiasticum gratis, cûm alteri debeat illud conferre, non solum committit simoniam, vt docet Nauarr. cum mutuum trahat secum vtilitatem temporalem, & promittere temporale pro spirituali sit simonia, vt aduertit Aragon. sed etiam hic contractus est vsurarius, quia cum hoc beneficium nō sit debitum, clarum est, quod ex dicto mutuo educitur, aliquid lucrum, quod pertinet ad vsuram, vt dicunt Mercatus, & Medina. Nau. 17. nu. 107. Ara ca q.78 ar. 2.f. 683. Mer. de vsuris c. 7. Me in sua instr. li.2. ca 14.5. 24.

4 Tertia Conclusio. Qui recipit beneficium, quod alius ipso nescio obtinuit per simoniam ipso contradicente, quia nolebat illud per hanc viam, non peccauit mortaliter acceptans illud, nec remansit inhabilis ad retinēdum illud, vt probatur in iure, & tenent S. Thom. & Nauar. quod non procedit, quādo postquam id cognoscit, nō contradicit, quia tunc nocebit illi simonia, nisi, qui procurauit illi hanc præbendam, vsus sit hoc termino, vt illi malefaceret, vt dicit Lop. dicens esse hanc opinionem conformem menti D. Tho. & Nauar. & in hoc casu non tenetur resignare beneficium. D. Tho. 2. 2. q. 110 ar. 6 Nau. ca. 23 n. 1... Lop. in inst. cōs. a p. cap. 106.

5 Quarta Conclusio. Si hic habet acquisitum integrum, & completum ius in beneficium tam electione, quam confirmatione, aut præsentatione, aut institutione simul, & fuerit impeditus a capienda possessione eius, non

erit

erit simoniacus, si pro capienda possessione dederit per se, aut per alium aliquid pecuniã, quia acquisito iã iure, non tractat nisi de redimenda vexatione, quantum attinet ad possessionẽ; vnde non tenebitur in foro conscientiæ resignare p̃bendam, & restituere fructus receptos. Verũ est tñ, quòd in foro exteriori ob presumptionem, quæ est contra illũ, pót cõpelli ad resignãdũ, & restituendũ fructus; si vero non habebat adhuc hoc ius acquisitũ, sed solũ ius imperfectum, quia solum erat electus, si det aliq̃ pecuniã, vt confirment illũ ipso nesciente aut ꝓhibente, non tenebitur simoniacus, vt aduertit Nau. Verũ est, ꝙ si sciat simoniace acquisisse, tenetur renũciare, & si ipse dedit pecuniam prædictam, vt confirmarent illum, committit simoniam, vt infra dicetur in cap. seqq.

Nau. vbi sup.

6 Quinta Conclusio. Quando simonia aliena non est causa, ꝙ aliquis acquirat beneficium, quia non obstante dicta simonia alij de capitulo, cũ quibus nõ est commissa, maior pars, erant electuri, aut præsentaturi illum, non amittit electus, aut presentatus titulum, & fructus beneficij, ita vt dicat Nauarrus, quod posset esse quod idem diceretur in foro conscientiæ, quando cum toto capitulo committitur simonia, si ratione eius electores non fuerunt moti ad eligendũ illum, quia licet non fuisset dicta subornatio, & dona, erant illum electuri.

7 Sexta Conclusio. Non est simonia dare beneficium ratione amicitiæ, aut cõsanguinitatis, cum hic non sit pretiũ; & etiam, quia quod in rebus temporalibus non est vsura, in spiritualibus non est simonia; dare autem mutuum consanguineo ratione consanguinitatis nõ est vsura, vt omnes affirmant, ergo non erit simonia dare illi beneficium ratione dictæ amicitiæ, & consanguinitatis, vt docet D. Thom. Altisiodorensis, & Victoria. Verum est tamen, quod hæc collatio habet aliquid de simonia vt dicitur in iure; vnde S. Bonauent. Durandus & alij tenuerunt esse simoniam.

D. Th. 2. 2. q. 100. ar. 5. in solu. ad 2. Altisiodor. 3. p. tract. 21.

8 Septima Concl. Dare beneficium ad effectum ineundæ amicitiæ, aut laudis humanæ appetendæ, qui dat hæc tanquam vecors, & vanus amicus humanę æstimationis, & laudis, non est simonia, vt post Innocentium tenent Caieta. & Sotus contra Adrianum, & alios, quia dare beneficium ob hunc finem non est auaritia, sed ambitio; simonia vero non committitur nisi ex auaritia. Nec obstat, quod non dat beneficium gratis, cum det illud ob has causas, quia vt nõ sit vera simonia, sufficit, quod detur sine pretio: & etiam non est simonia dare beneficium, quia timet, quod, si non dat illud, amittet amicum, & cadet in eius odium ob causam supradictam. Verum est, quod, qui dederit ob has causas beneficium alicui digno illius, solum peccabit venialiter, cum circumstantia solum sit venialis; si vero circũstãtia sit mortalis, quia scilicet dat illud indigno, peccabit mortaliter, quia faciet contra iustitiam, & tenebitur ad restitutionem, vt dictum est in materia electionis.

Victor. q. 7 ar. 3. D. Bonauent. in 4. d. 21. q. 4 & ibi Durand. tradunt Doctores in c. nemo de sim. Caie. in sũm. verbo sim. Soto li. 9 de iustit. q. 7. ar. 2.

9 Octaua Conclusio. Dare beneficiũ ob captandam gratiam, & fauorem tãquam pretium, quo sperat, qui dat illud, aliquã vtilitatem temporalem, est simonia, cum in hoc casu non prætendantur amicitia, & fauor per se solum, sed vt sunt causa dictæ vtilitatis; & ideo dare beneficium pro aliquo seruitio tẽporali, quod debebat pecunia persolui, est simonia. Vnde aduertant quid faciant Reges, & alij principes in prouisione episcopatuum, & beneficiorum; quia si conferunt illis filijs magnorum hominum habẽtes respectũ ad seruitia parentũ, quibus debent de iustitia satisfacere, committunt simoniã; si vero dãt dicta beneficia alicui digno habentes etiam respectum quodammodo ad seruitium tẽporale, non erit simonia, cum in hoc casu dictum seruitium non reputetur tanquam pretium, sed tanquam causa motiua dandi beneficium huic.

10 Nona Conclusio. Seruire alicui Episcopo ad captandam eius beneuolentiam, vt postea obtineat

beneficium non tanquam remuneratio nem debitam seruitijs, sed tãquam collatum ab amico, non est simonia, vt tenet Caie. & Victoria, quia sicut dare beneficium per viam amicitiæ non est simonia, sic etiam desiderare, quod detur, non erit simonia.

Caie. & Vict. vbi sup.

11 Decima Conclusio. Possunt vendi fructus beneficiorum patrimonialium sine nota simoniæ, cum sint quid temporale, est tamen contra ius naturale, & diuinum vendere dicta beneficia, nec Papa potest id facere sine simonia: quod probatur, quia ius, quod continetur in dictis beneficijs, est spirituale, cum causa, vnde nascitur, est spiritualis. Pro cuius explicatione est notandum; quod causa, vnde oritur ius petendi hos redditus, in quo consistit esse dictorum beneficiorum, nõ solum est officium, in quo exercentur beneficiarij, sed etiam totũ id, quod fuit in mente institutorum; qd non solum fuit studium litterarum, sed etiam, quod doctiores in his litteris augerent cum illis cultum ecclesiasticum, & diuinum, & essent vtiliores ecclesiæ; vnde non possunt illa obtinere nisi clerici, & gens sacrata Deo, quæ possit implicari in ministerio saluationis animarum. Vnde sequitur, quod causa, ob quam nascuntur hæc beneficia, est saltẽ pro maiori parte spiritualis, & per consequens ius, quod nascitur ex ea, erit etiam spirituale.

12 Vndecima Conclusio. Vendere cõmendas, quæ dantur Equitibus militaribus in præmium suorum laborum, est illicitum, & peccatum, quia institutores non dederunt illas, vt venderentur; & etiam, quia vendere illas esset contra bonum commune reipubli. quia sic non possiderent eas Equites fortes, sed diuites pigri, & nihil facientes. Verum est tamen, quod nõ esset simonia, quia causa, & finis harum commendarum est bellum; quod est quid temporale, & per consequens si vendatur, non videtur vendi quid spirituale, sed temporale. Nec obstat, quod hi ordines militares sint religiones in quibus Equites faciũt professionem, quod ordinatur cultui diuino, quia ad hoc respondeo, quod proprius, & immediatus finis harum religionum est militia, quæ est quid temporale, & licet per consequentiam ordinetur ad cultum diuinum, vt iudicetur, an sit simonia, necne, a proximo, & immediato fine debet fieri consideratio, quia si consideretur vltimus finis, omnes venditiones essent simonia, cum, si bene inspiciatur, totum id, quod est in Christiana repu. vltimate ordinatur ad cultum diuinum, vt dicit Arag. 2.2.q.100.art.4.

Quomodo committitur simonia obtinendo beneficia per viam renuntiationis, & resignationis.

Cap. LXII.

SVMMARIVM.

An sit simonia resignare beneficium in manus Episcopi, nominando certam personam conc. 1. num. 1.

An idem sit dicendum si resignatur in manus Papæ concl. 2. num. 2.

An sit licitum resignare beneficium positum in lite in Petrum, hac conditione, quod si dictus Petrus obtineat litem consentiat in pensionem concl. 3 num. 3.

An sit licitum Regi, & Episcopo dare quẽdam redditum, & beneficium ecclesiasti cum alicui hac conditione, quod iterum reddat, aut renuntiet libere, si detur ei pinguior redditus. concl. 4 num. 4.

An sit simonia dare aliquod suum beneficium, vt detur idoneo, intentione minus principali, quod recipiens sit gratus illi. conclus. 5. num. 5.

An qui renunciauit beneficium, sit necesse viuere viginti dies post datum consensum. concl. 6. num. 6.

An ille, in quem fuit renunciatum beneficium, cum spe respondendi cum fructibus renunciant, teneatur in vtroque foro eos restituere. concl. 7. numero 7.

Prima

1 PRima Conclusio. Est simonia resignare beneficium in manus Episcopi nominando quādam certam personam, in quam debet illud peruenire, vt tenet quædam Gloss. quæ communiter est recepta, & admissa in praxi, vt dicit Gomez, & Rebuffus, quod debet teneri contra Sotum, Durandum, & Couarruuias, qui deberēt aduertere, quod quamuis in hac resignatione, alijsque similibus non sit venditio, non est tamen gratuita hæc renunciatio, sed potius est facta contra formā iuris ordinantis, quod fiat pure.

Gom. in rub. de triē pos q 16 n. 3 & 4. Re. in praxi ben de resig pu ra i pri. & in ca. de resi. cōde. n. 4. Sot. de iust. l. 9. p 7. a. 2. Du. de sacr. mini. li. 2. c. 2. Co. l 1. ve. c. 5. Na. li. 3. cōsi. t. de sim. cōs. 5. f. 41.

2 Secunda Conclusio. Huiusmodi resignationes factæ in manus Papæ sunt validæ per Summum Pontif. dispensantem in eius fauorem, vt late explicat Rebuffus. Estque notandum, quod resignatio facta in manus Papæ in fauorem Petri, si hic Petrus vult facere aliquam eleemosynam pure & gratiose renuncianti, quia est homo pauper, & eget illa, vt soluat annatam, non committit simoniam in foro interiori, committet tamē eam in eodem foro, si etiam fecit illi hanc eleemosynam præcipue, vt renunciaret in eius fauorem, quia in hoc casu non est eleemosyna. Dixi, *in foro interiori*, quia in exteriori vterque iudicabitur simoniacus, vnus dans annatam, & alius recipiens, vt dicit Nauarr. in quodam consilio.

3 Tertia Conclusio. Qui resignauit beneficium suum positum in lite in Petrum cum hac conditione, quod si obtineat beneficium, consentiat in quādam pensionem, quam debebat soluere resignanti, si obtenta lite consensit in illam, non tamen soluit eam, commisit simoniam realem, vt notat Nauarrus; vnde vt obtineat beneficium licite, debet recurrere ad Papam reddens illi rationē, qualiter recepit beneficium cū suis fructibus, & temporis, quo percepit eos, nec sententia Ordinarij in hoc casu iuuabit illum, si resignauit in eius manus beneficium, vt supponitur, quia facto dicto pacto, nullus inferior Papa potest facere, quod simonia realis conuentionalis non sit simonia, vt resoluit idem Nauarrus, & licet dicta simonia in principio solum fuerit conuentionalis; obtenta tamen postea victoria, & consentiente in renuntiatione acceptando pensionem fuit facta realis; & si fiat dicta simonia per aliquem tertium ignorante vtroque contrahente non sunt subiecti censuris positis a iure contra simoniacos, vt iam supradictum est, sic enim dicit Nauar. & si dictus renuntians renunciauit in manus Episcopi dictum beneficium sine vllo pacto solum tamen habens intentionem, quod det illud Petro, & de facto facta dicta resignatione confert illud Petro, securus est dictus Petrus secundum id, quod dicit Nauarrus post S. Antoninum, quia hic non committitur simonia etiam mentalis, & eandem opinionem tenet Nauarr. in quodam consilio.

Na. imā. c. 23. nu. 100. Na. vbi sup. nu 107.

Na. li. 5. cōsi. t. d. sim. cō. 11 n. 43 5

Nau. in mā. c. 23 nu. 103. & 107.

Na. vbi su. cō 11.

4 Quarta Conclusio. Quando Rex, aut aliquis Episcopus dat alicui clerico aliquem redditum, aut beneficium ecclesiasticum hac cōditione, quod restituat illud, aut renunciet libere, quando habuerit aliquod aliud pinguius ab eo, nō est contractus illicitus, quia ratione huius conditionis non fit, quin fit libera ipsa renunciatio, ita vt fit voluntaria, sicut non desinit esse libera professio, aut matrimonium eius, qui iurauit fore religiosum, aut ducturum Mariam, licet profiteatur in aliqua religione, aut ducat vxorem dictam Mariam: nec est illi cium, quia videatur simonia, renunciare dictum beneficium, vt detur illi aliud pinguius, & etiam dare illud ob renunciationem, quia supponimus in hoc casu, quod nō fit hoc modo, sed quod faciat eā libere, quando illi datum fuerit aliud beneficiū pinguius ob sua merita principaliter, quia erit pro maiori vtilitate ecclesiæ; itaque hic non datur, nec recipitur vnū pro alio pro pretio, aut solutione illius; nec est illicitū ratione contractus, quia ecclesia reprobat tamquā simoniaca omnia pacta, quæ fiunt in beneficijs ecclesiasticis, quando fiunt, vt dentur pro alijs rebus principaliter tan-

quam pro pretio, & satisfactione, quod non est in hoc nostro casu, sed supponitur, quod huic clerico detur beneficium maius præcipue ob sua merita, minus vero principaliter, quia renuntiat illud, quod habet, sic enim tenet Corduba, de casib q.30.

5 Quinta Conclusio. Non est simoniacus, qui resignat beneficium, præcipue vt detur idoneo cum intentione minus principali, quod ille, in cuius fauorem renunciat, sit illi gratus, quam renunciationem non faceret, si non putaret hoc ita futurum, & per consequens non erit simoniacus, qui recipit beneficium in virtute huius renunciationis, cum intētio renunciandi, inspecta obligatione gratitudinis, non vero obligatione reali, non inducat simoniam, cum non habeat vim pretij, vt constat ex D.Thom. quod constat ex supradictis.

D.Th.2.2.q.78.a.2.ad 2

6 Sexta Conclusio. Qui renunciat beneficium, est necesse, quod viuat viginti dies post cōsensum datum; vt dicit quædam regula Cancellariæ; quod debet intelligi, quando aliquis infirmus existens renunciauit; si vero resignat sanus non est necesse, quod viuat hos viginti dies. Hinc infert Nauarrus casum notabilē, & est hic, quod qui est absens præbens mandatum suum cuidam personæ, vt renunciet beneficium eius in fauorem Ioannis, si ponat statim in executionem hoc mandatum, & renunciet dictum beneficium, & obtineatur consensus Papæ in fauorem dicti Ioannis non consentiente postea, quod extrahantur litteræ, si accidat, quod postea transactis viginti diebus, & pluribus post factam renunciationem, & obtentum consensum Papæ, moriatur, qui iussit renunciari dictum beneficium, qui cognito a mandatario permisit statim extrahi litteras facto huius instrumento per manus notarij, qui scripsit diem dati consensus dicens, quod ante mortem resignantis erat datus, & ideo extractæ fuerunt, & expeditæ litteræ, cum data supplicationis sigillatæ multis ante diebus, quā resignans moreretur, nec dictus mādatarius, nec notarius tenentur facere aliquam restitutionem alteri, cui forsan ordinarius contulit beneficium tanquā vacans in suo mense auferendo illud ab eo ratione dictarum litterarum, quia licet ipsi mentiti sint in die consensus posito ante mortem defuncti, cum postea datus sit; in foro tamen conscientiæ sunt securi, cū nullum ius abstulerint ab hoc, cui contulit beneficiū Ordinarius, quia ante mortē resignātis iam erat habitus consensus Papæ, & sic ius beneficij erat acquisitum illi, in cuius fauorem erat resignatum, quod si dilata erat dies datæ, & per consequens non erant expeditæ litteræ, hoc fuit factum culpa mandatarij, vnde tenebatur ille in conscientia præbere remedium huic damno.

Reg. de infirmis resign. Na.li.1. cōsi. tit. de renū. consil f. 2.3.

7 Septima Conclusio Si Petrus renunciauit beneficium suum in Ioannem cū spe percipiendorum fructuum, quos a Ioanne sperabat, nec in foro exteriori, nec in foro conscientiæ tenetur dictus Ioannes dare dictos fructus, si possidet beneficium absq; vlla pensione imposita a Papa, & seruit beneficio per se aut per alium, cum per hoc seruitiū habeat ius in dictos fructus. Nec obstat, quod Petrus renunciauit cum dicta spe, quia hæc confidentia non fuit expressa Summo Pont. vnde confirmauit dictam renunciationem absolute; sicut fuit facta, & si fuit expressa dicta confidentia, & sine licentia Papæ fuit contracta dicta resignatio beneficij, tunc fuit simoniaca aut saltem æquiualens pensioni, aut in fraudem eius, quæ sine licentia Papæ nō valet, nec obligat in vtroque foro, estque reprobata in iure Canonico, vt tradit Sotus. Nec contra hoc obstat, quod per ius naturale tenetur Ioannes esse gratus Petro; quia ad hoc respondeo, quod in alijs rebus potest esse illi gratus & si eget ad decentiā status sui, sufficit, quod succurrat ei plusquam alius: hinc que sequitur, quod nec Petrus resignās, nec alius eius loco potest percipere dictos fructus per dictam confidentiam, sed solum ratione alicuius liberalitatis gratuitæ, aut per aliam iustam, & piam causam,

Sot.li 5. de iust. q.6.a.2. & li.4. & lib.4. q.7.q.2.

causam, vt colligitur ex his, quæ docet Nauarrus. Noteturque, quod nunc per quendam motum proprium Pij V. nec Petrus potest illos percipere, nec Ioannes dare ratione confidentiæ, aut pacti solius, quamuis non sit simonia realis sub pœna excommunicationis Papalis, & si Petrus recipit eos, tenebitur restituere, vt aduertit Corduba, de casib. quæst. 32.

Nau. in Man. ca. 23. num. 104. & de simo. n. 12. & 13 & 14.

De Simonia, quę committitur obtinendo beneficium per viam electionis. Cap. LXIII.

SVMMARIVM.

An sit licitum dare electoribus aliquid ne eligant indignum aut vt eligant certam personam, conc. 1. nu. 1.

An sit licitum dare aliquid ei, qui vi, & fraude detinet aliquem domi, ne exeat ad petendum beneficium sibi debitum, conc. 2. nu 2.

An sit licitum dare aliquid alicui ne petat beneficium, ibid.

An sit simonia obtinere pecunia, quod coram electoribus precibus & donis defendatur causa clerici petentis beneficium, conc. 3. nu. 3.

1 PRima Conclusio. Licitum est dando aliquod pretium tractare cum electoribus, ne eligant aliquam personam indignam, & perniciosam ecclesię dando illi aliquod beneficium ecclesiasticum, quia hoc non est acquirere sibi, aut alij rem spiritualem per viam dicti pretij, sed est defendere ecclesiam ab iniuria, quæ illi vult inferri: qua ratione etiam est licitum dare aliquod pretium electoribus, vt eligant hominem dignum inter omnes concurrentes, quia realiter, & vere hoc non est aliud quam dare illis aliquid, vt eligant dignum; dare vero illis aliquid, vt eligãt aliquem certum, licet dignum, est simonia, quia non est aliud, quam acquirere per pecuniam illi personæ aliquid spirituale: hoc autem est contra Sotum, qui dicit hoc esse licitum, quando est multa necessitas dare aliquid, vt eligatur dicta persona, non aduertens, quod huic necessitati potest Deus succurrere aliter faciens ex lapide electo filium Israel. Videatur Caietan. super hoc puncto, qui non aduertens, quod hi electores possunt prodesse, & nocere dictę personæ in electione, & obtinere per pecuniam, quod qui possunt nocere, & prodesse in huiusmodi electionibus non faciant damnum virtualiter, est emere beneficium, dare vero pecuniam, ne faciãt damnum, qui solum possunt nocere, non est simonia, quia hic solum redimitur vexatio.

Sot. li. 9. de iusti. q. 6. ar. 1 ad 5. arg.

Caiet. de simo. q. 4.

2 Secunda Conclusio. Quando clericus in tempore, quo debet petere beneficiũ detinetur ab alio domi, ne exeat: in hoc casu videns, quod iniuste sit illi hęc vexatio, potest dare aliquam pecuniam absque simonia illi, qui detinet eum, vt sic possit exire ad petendum, quod illi debetur; quia hoc non est obtinere per pecuniam aliquid spirituale: sed solum redimere vexationem corporalẽ; quod si quis impedit alium non vi, nec fraude, quod non petat beneficium, licitum erit illi dare ei aliquid, vt desistat ab ambitione, qua mouetur, & rogare, ac intercedere cum illo, ne petat beneficiũ, quod de iure illi debetur, quod probatur, quia cum hic ambitiosus dictis precibus, & intercessionibus solum possit nocere in collatione beneficij, non vero prodesse, si dat illi aliquam pecuniã, vt desistat à sua ambitione, non est emere beneficium, sed redimere vexationem, quam illi infert, & per consequẽs est illi licitum, vt dicit Aragon contra Sotum.

Arag 2. 2 q. 100. ar. 2. contra Sot. vbi sup. ad 5. nego.

3 Tertia Conclusio. Obtinere per pecuniam, quod quis defendat precibus, & donis causam coram electoribus, quam clericus petit beneficium, est simonia, quia hoc non solũ est repellere iniuriã, quæ fit clerico ex parte aliorum, qui dicũt nõ esse causã iustificatam, sed est parare viam, vt detur illi beneficium, & sic

est

est illi prodesse, & hoc modo debet intelligi, quod tradit D. Thom. loquens de hoc puncto loco vt sup. art. 2. ad 3.

De simonia, quæ committitur in beneficijs ratione confirmationis.

Cap. LXIV.

SVMMARIVM.

An qui est electus ad beneficium, possit emere pecunia confirmationem ad illud. conclus. 1. num. 1.

An qui est electus, & confirmatus possit emere pecunia possessionem beneficij concl. 2. num. 2.

Cui debeat restitui pecunia, quam recipit, qui iniuste impedit acquiri beneficij possessionem. concl. 3 num. 3.

1 PRima Conclusio. Ille, qui est electus secundum ius ad aliquod beneficium, non potest emere confirmationem huius electionis pecunia, vt definitum est in iure; quia ille, qui est electus secundum ius ante confirmationẽ, non habet plenum, & perfectum ius acquisitum, & in confirmatione acquirit quoddam ius spirituale: hæc concl. est contra Maiol. quæ debet intelligi quo ad forum exterius, quo vero ad forum interius, si qui dat pecuniam non prætendit ea emere cõfirmationem, vt causa principali eius, sed inire amicitiam cum confirmatore, & euitare scandala, & vexationes, non debet condemnari, vt simoniacus.

Maiolus in 4 qu. 25.

2 Secunda Conclusio. Postquam quis est electus, & confirmatus, non committit simoniam, si obtinet per pecuniam possessionem, quæ deficiebat, cum iam habeat per confirmationem acquisitũ perfectum ius rei spiritualis, & possessio, quæ de nouo illi confertur, non est acquirere aliquod ius spirituale, sed vna quædam apprehensio iuris, quod habebat acquisitum, sic enim tenet Aragon. contra Sotum, vt sup. quæ quidem opinio videtur mihi probabilis, quãuis inueniam, quod Nau. non vult separari a Sot. Videatur Selua, & Rebuf.

Nau. in man. ca. 25. nu. 114 & c. 23. nu. 122. Selua de benefi 1 p. q 7. nu. 58. Reb. in praxi benefi de sim n. 7. gl in c. dilectus de simo. Abb. ibi num. 4.

3 Tertia Conclusio. Pecunia, quam recipit, qui iniuste impedit acquirere prædictam possessionem, licet recepta non detur molestia possessori, iniuste tamen retinetur a recipiente, & ideo tenetur restituere eam ei, qui dedit illã, dicit quædam gl. communiter recepta secundum Abb. & alios, quia data est illi, hæc pecunia, vt redimeret vexationem suam, & ideo non est turpitudo ex parte eius.

De simonia, quæ committitur in præsentatione. Cap. LXV.

SVMMARIVM.

An præsentatus à patronis debeat confirmari. num. 1.

An sit simonia vendere iuspatronatus. numero 2.

1 PRo explicatione propositi est notandum primo quod sunt multa beneficia, quæ conferuntur ab aliquib. patronis præsentantibus eos, quos de iure possunt præsentare, quam præsentationem licet inuitus debet confirmare superior, si præsentatus sit idoneus.

2 Secundo notandum, quod vendere hoc iuspatronatus est simonia, quia licet patronatus directe non sit quid spirituale, cum possit haberi a quocunq; mere sæculari, non tamen desinit esse quid annexum spirituali, cum per viam eius acquiratur beneficium ecclesiasticum, vt dicit D. Thom. & ideo qui emerit illud cum intentione dandi beneficium cuicumque voluerit, debet expoliari hoc iure, & remanet ecclesia cum libertate præsentandi; qui vero emerit aliqua bona, quæ comitantur iuspatronatus, non committit simoniam secundum Innocentium, & Calderinũ quod limitat Panormit. nisi emat illa bona præcipue, vt obtineat dictum ius, quia

D.Th. 2. 2. q. 100 art 4. Pan in ca. qi ia clerici de simonia Andreas de simonia in canonico. lib. 6.

tunc

tunc est simonia,& nisi etiam (secundū Ioannem Andream) in venditione expresse dicatur hoc,scilicet, Ego vendo tibi hunc vineam,& patronatum, quē habeo cum ipsa, quia non debet dicere vt non committatur simonia, sed debet dicere. Ego vendo tibi vineam cum omni iure; quod habeo illi annexum.

De simonia, quæ committitur in beneficijs respectu institutionis,inuestituræ,& permutationis.

Cap. LXVI.

SVMMARIVM.

Quid sit institutio siue inuestitura,nu. 1.

An sit simonia permutatio rerum spiritualium quibus nihil temporale est annexū, & an sit licitum dare spirituale pro alio spirituali concl.1.num.2

An sit simonia commutare aliquod beneficium pro alio sine authoritate Papæ.conclus.2.num 3.

An sit simonia offerre alicui patrono beneficium simplex,ut præsentet illum ad aliquam dignitatem ecclesiasticam. concl. 3.num.4.

An dignitas, vel redditus debeat attendi in commutationibus beneficiorum. conclus.4 num.5

An,qui permutant duo beneficia incurrāt aliquas pęnas intrantes in eorum possessiones sine licentia Papæ. conclusione 5. num.6

An sit simonia permutare duo beneficia cū authoritate ordinarii cum pacto quod beneficium, quod habuisset onus pensionis, soluitur ab eo, qui possidebat illud ante permutationem. conclusione 6. numero 7.

1 PRo explicatione ꝓpositi in hoc capite notandum est, quod quo ad nostrum propositum, Institutio proprie est quædam translatio iuris facta a superiore, quæ accidit, quando quis,postquam est præsentatus a patronis instituitur seu inuestitur a superiore;quod quamuis nolit,debet facere,& ideo in hoc differt a collatione, quia hęc est libera translatio iuris, vt dicitur in ipso iure Canonico, inuestitura vero proprie ordinatur ad solum transferendam possessionem iuris acquisiti,quam facit superior assumens annulum, & imponens illum in digitum beneficiarij,aut capiens pileum,seu birretum,& imponens illud in caput eius dicēs:ego te inuestio tali beneficio secundum id quod dicunt Anton.de Butrio, & Imola. Et de simonia, quæ in his ministerijs potest committi,non tracto,quia ex dictis colligitur veritas dubiorum, quæ possunt occurrere; solum enim tractabo de permutatione,pro cuius explicatione ponuntur seqq. Conclusiones.

(cap rela tum de præbendis.) (But. & Imola & tex in c. litteras de concessione præbendæ.)

2 Prima Conclusio. Facere permutationem rerum spiritualium, quibus nihil temporale est annexum, non est simonia,cùm non sit simonia dicere alteri, Ora Deum pro me, quia ego orabo eum pro te: & Christus redemptor noster per S.Matthæum postquam dixit, Gratis accepistis,gratis date, statim addit,Nolite possidere aurum, nec argentum, nec ferte pecuniam in crumenis vestris insinuans, quod pro his temporalibus non debent dari spiritualia,non tamen esse illicitum pro spirituali dare aliud spirituale. (Matt. 11.)

3 Secunda Conclusio. Facere commutationem spiritualium rerum, quibus est annexum aliquid temporale, scilicet commutando beneficium pro alio sine licentia Papę est simonia subiecta illius pęnis,vt dicitur in iure. Dixi,*sine licentia Papæ* quia de iure naturali, & diuino huiusmodi permutationes sine authoritate Papæ non sunt ex sua natura simoniacæ, nisi fiant habito respectu ad aliquod ius temporale; & ideo si sunt prohibitæ,est de iure Canonico, in quo Papa habet authoritatem dispensandi, dixi *nisi habitu respectu alicuius vtilitatis temporalis*, quia si duo clerici pangunt intèr se de cōmutandis duabus prębendis,& vnus eorum ratione alicuius dignita- (ca. olim de sim.)

gnitatis, & iurisdictionis illi annexæ petit ab aliquo aliquid temporale, in hoc casu esset vera simonia contra ius naturale, & diuinum, in qua quidem Papa non potest dispensare, quia hoc esset vendere rem spiritualem pro temporali, quod est intrinsece malum, vt dicit D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 4.

4 Tertia Conclusio. Quando quis petit a patrono, quod præsentet eum ad aliquam dignitatem ecclesiasticam vacantem, & attinentem ad suum ius patronatus, & vt facilius obtineat intentionem suam, offert illi quoddam beneficium simplex, quod reddit 100. ducatos, quod de facto renunciat libere in manus Ordinarij, vt detur patrono pro præsentatione dignitatis cum conditione, quod faceret dictam renunciationẽ, nullum est dubium quin in foro exteriori cómittatur simonia realis, & perfecta, si probetur, quod præcessit dictum pactum; in foro tamen conscientiæ dicit Nauarrus, quod potest defendi non fuisse commissam, si dictus prætendens non obtulit dictam renunciationem beneficij simplicis principaliter, & immediate, vt acquireret tanquam pretium ipsam præsentationem, quam prætendebat, sed tanquam causam impulsiuã, & incitatiuam, vt ipsa mediante præsentaretur licite: estque date rem temporalem pro spirituali tanquam rem impulsiuam & incitatiuã, vt dictum est supra, & vt dicit idem Nau. cap. 23. nu. 131.

Nau. lib. 5 consiliorum. tit. de simonia. conf. 23.

5 Quarta Conclusio. In commutationibus beneficiorum debet attendi non dignitas eorum, sed redditus: hæc conclusio est contra aliquos, qui tenuerunt debere attendi non solum quantitatem redditus, sed etiam dignitatem, vnde dicunt Archidiaconatum, & dignitatem Decanatus alicuius Illust. ecclesię Cathedralis esse tantæ authoritatis, vt si velint permutari cum aliquo beneficio simplici, licet sint æqualia in redditu, debere dari aliquam pensionem magis ratione dignitatis, quam redditus. Aragon tamen dicit non inuenire rationem, qua possit tenere hoc, quia in iure ordinatur, ne misceatur permutatio dignitatũ cum pensionę fructuum, sed quod simpliciter beneficium pro beneficio, & dignitas pro dignitate permutetur sine vlla compensatione pecuniæ, & quod fructus beneficij pauperioris compensentur cum redditibus beneficij ditioris, nisi hæc compensatio fiat per se, & non ratione precij, vt dicit Nauarrus.

Arag. 2. 2 q. 100. art. 4. c. vb. quæstiones de rerũ permutatione.

Naua d. c. 23 nu. 100.

6 Quinta Conclusio. Duo qui permutant beneficia, quæ possident intrantes in ea sine licentia Papæ, nõ sunt excommunicati, nec priuati illis ipso iure; & idem est de illis, qui reseruant sibi aliquam pensionem sine dicta authoritate, quia nullum ius, quod loquatur de permutatione rerum spiritualium, habet annexam aliquam pœnam ipso facto, vt potest videre, qui cum consideratione viderit iura canonica, quæ de hoc loquuntur, vt aduertit Aragon. Nec cõtra hoc obstat Concilium Constantiense relatum in quadam extrauaganti, quia cum sit decretum pœnale, & loquatur de simoniacis, non debet extendi ad eos, q permutant beneficia, quia hi non sunt vere simoniaci, cum vera simonia sit emptio, aut venditio rei spiritualis pro tẽporali, quod non inuenitur in permutatione beneficiorum, cũ sint res spirituales, vt dicit Couarruuias.

Aragon vbi sup. ar 6. extrau. 2. de simo.

Cou. li. 1 var. c. 9. nu 3. in fin. & n. 5. vers. c. item.

7 Sexta Conclusio. Qui permutarunt duo beneficia cum authoritate Ordinarij hoc pacto, quod beneficium, quod habuisset onus pensionis, soluatur ab eo, qui possidebat illud; ante permutationem, si inueniatur, quod vnum beneficiorum habeat onus pensionis quindecim ducatorum singulis annis, commisere simoniam saltem conuentionalem, non vero realem, cum hæc pacta fuerint media faciendi dictam permutationem. Nec obstat, quod dicta permutatio fuit facta, vt dicatur esse simonia realis, quia permutatio non inducit simoniam, sed promissio soluẽdi pensionem, qua non impleta non fuit simonia realis, vt resoluit Nauarrus, & ideo conuenit, quod ille, qui est soluturus pensionem, non soluat eam quousque ob-

Naua. c. 23. nu. 106.

tineat à summo Pontifice facultatem id faciendi.

De simonia, quæ committitur in pensionibus beneficiorum. Cap. LXVII.

SVMMARIVM.

An vendere pensiones, quæ dantur pro ministerio spirituali, sit simonia conclus. 1. num. 1.

An sit simonia vendere pensiones, quæ sunt in permutationibus beneficiorum. concl. 2. num. 2.

An sit simonia vendere pensiones, quæ dantur pro ministerio temporali exhibiti ecclesiæ. concl. 3. num. 3.

An sit simonia vendere pensiones sine causa positas. concl 4 num 4.

An liceat resignare beneficium remanentibus omnibus fructibus resignanti pro pensione. conclus. 5. num. 5

An sit simonia resignare, aut commutare beneficium tenendo pro se aliquam pensionem sine licentia Papæ. concl. 6. nu. 6.

An acceptans beneficium ab habente facultatem dandi illud, ut statim renunciet in alium reseruando sibi aliquam pensionem sit simoniacus si acceptat, & renunciat cum pensione. concl 7 nu 7

An concurrens ad beneficium sit simoniacus promittens pensionem alteri ne opponat illi aliquam exceptionem occultam. concl. 8. num 8.

1 PRima Conclusio. Pensiones, quæ dantur ratione alicuius ministerij spiritualis, vt sunt, quæ dantur ratione prædicationis, qua quis exercetur, non possunt emi, nec vendi sine simonia, cũ ius recipiendi has pensiones sit quid spirituale, quod procedit a causa spirituali, & ob eandem rationem non possunt vẽdi pensiones, q̃ dantur alicui clerico pauperi, aut infirmo solum rõne ordinis sacri, quẽ habet, cũ titulus huius pẽsionis sit spiritualis, scilicet clericatus.

2 Secunda Concl. Non possunt vendi pensiones, quæ sunt in permutationib. beneficiorum sine nota simoniç: hæc cõclusio est Victoriæ contra Caietanum, & præ probatur, quia hæ pẽsiones dantur pro beneficijs, ergo aliquid sunt spirituale: quod constat, quia alias sine simonia non possent dari pro beneficiis. Vict de sim. nu. 53 Caiet. in tract. 7. qq q. 10

3 Tertia Concl. Pensiones, quæ dãtur ob ministeria temporalia, quę quis exercuit seruiens ecclesiæ, vt sunt quæ dãtur militib. possunt vendi & emi sine simonia, & per consequens possunt redimi, cum ius recipiẽdi has pẽsiones sit mere tẽporale, cum eius causa sit huiusmodi.

4 Quarta Concl. Pensiones iniustę, q̃ sine causis imponuntur nõ erit simonia si vẽdantur, cum non fuerint cõcesse ob aliquem titulum specialem iustum. Verum est tamen, quod venditor cõmittit aliud peccatum, vt dicit Aragon. cuius sententia potest sequi in foro interiori, in foro tamen exteriori debet admitti, quia in eo non præsumuntur positę sine iusta causa, nisi probetur contrarium. Aragon vbi sup. art. 4.

5 Quinta Concl. Resignare beneficiũ, aut præbendam fructibus pro pensione remanentibus resignanti, est grauissimum peccatum præcipue in beneficiis curatis, quia est contra ius diuinum, & naturale, quod non percipiat stipendium ille, qui actualiter seruit ecclesiæ, & percipiat illud ille, qui quiescit, ac dormit domi sine vlla cura; & hinc est, quod ordinat ius, quod pensiones non excedant tertiam partem beneficij.

6 Sexta Conclusio Resignare aut commutare beneficium cum pacto recipiendi aliquam pensionem nulla facta Papæ mentione de hoc pacto, est simonia, cum non possit imponi pensio beneficijs nisi a Papa, vnde qui illam imponit sine eius consensu, non videtur ponere illam tanquam pensionem, sed tanquam pretium beneficij, & ideo committit simoniam, vt dicit Arag. 2. 2. q. 100. art. 4.

7 Septima Conclusio. Si Cardinalis, qui habet potestatem a summo Pontifice ad distribuendum beneficia alicuius ecclesię, si det vnum eorum alicui

alicui suo familiari nobili dicens illi; vt statim renunciet illud in alium reseruās sibi aliquam pensionem, qui familiaris accep au , & statim renunciauit illud cum pe sione prædicta, sed non in illū, quem Cardinalis proposuerat, sed in alium, qui mouit illi litem, peccauit grauiter, quia nō potest negari, quin in hoc casu sit commissa simonia conuentionalis, cum factum sit dictum pactum, & cum ex parte Cardinalis fuerit in totū adimpletum, & ex parte familiaris in parte, quia reuera renunciauit, & reseruauit pensionem, quamuis non renunciauerit per supradictam rationem in illum, quem volebat Cardinalis, non potest negari, quin sit realis, vt resoluit Nauarrus, vnde remedium huius pensionarij erit, vt possit gaudere illa, recurrere ad penitentiarium, & dicere ei, quod cū simonia sit tam subtilis, vt a multis non possit attingi, & cum non putauerit esse talem, & cum non sit simonia prohibita de iure naturali, aut diuino, sed a iure positiuo, & quia error, vt attinet ad ius positiuum obscurum, ac difficile intellectu, non est peccatum mortale, & quia etiam hic consensus inter dominos, & familiares, vt plurimum sunt quædam gratiarum actiones alienæ a simonia, obtineat a sua Sanctitate remedium, quo liberetur ab hac simonia, quam commisit, vt aduertit Nau. lib. 5. Consil. tit. de simon. consil. 8.

Naua. d. c. 23. nu. 105.

8 Octaua Conclusio. Sacerdos irregularis occultus, qui concurrit ad aliquod beneficium patrimoniale, & promittit alteri, qui vult opponere contra eum, ne opponat illi exceptionem, quam nō potest probare quod obtento beneficio, præbebit illi aliquam annuam pensionem, qui de facto obtinuit beneficium, & vt possit illud retinere cum bona conscientia, obtinuit a Papa dispensationē irregularitatis, non faciens mentionem pacti supradicti multis viis est illaqueatus: Primo ob simoniam conuentionalem, quam commisit, quia pactum non opponendi dictam exceptionē ob promissum pecuniarium est simonia, vt resoluit Nauarrus. Verum est tamen, quod illa simonia non est realis, sed conuentionalis, cum non soluerit pensionem, quia licet vnus eorum impleuit pactum non apponens exceptionem, alius tamen non impleuit, & etiam quia hoc pactum non fuit causa, quod dictum beneficium daretur dicto sacerdoti, cum supponatur, quod eius irregularitas non poterat probari, vnde non incurrit excommunicationem ipso iure, & per consequens celebrans non incurrit irregularitatem. Secundo collatio beneficij non valuit, quia erat irregularis, vt resoluit Innocentius; & viso quod hic sacerdos erat incapax beneficij, tenetur restituere alteri opponenti, cui debebatur de iure totum id, quod tenetur quiuis alius impediens obtentionem alicuius officij, seu beneficii, vt diximus in materia electionis, quia ille oppositor habebat ius acquisitum coram Deo in foro conscientiæ; vnde bonum erit si satisfaciat ei tum ratione conuentionis, tum etiam ratione promissionis simoniacæ, sic dicit Nauarrus. lib. 5. consil. tit. de simonia, consilio 3.

Nau. vbi sup. c. 23 nu. 100.

Innoc. in ca. cum nostris de concess. præben.

De restitutione, quam debet facere simoniacus, & cui debeat illam facere. Cap. LXVIII.

SVMMARIVM.

1. *An simoniacus mentalis teneatur ad aliquam restitutionem, conclusione 1. numero 1.*
2. *An simoniacus in ordine beneficio, & religione teneatur ad aliquam restitutionem. concl. 2. num. 2.*
3. *An teneatur restituere fructus beneficij ignoranter acquisiti per simoniam ab alijs commissam. concl. 3. num. 3.*
4. *An, qui recipit aliquam pecuniam ob collationem beneficiorum, aut ordinum, ante condemnationem iudicis teneatur ad aliquam restitutionem, conclusione 4. numero 4.*

An

An danti pecuniam fraude inuincibili, & nescienti committere simoniam debeat fieri restitutio ante, vel post sententiam, conc. 5 nu. 5.

An, quando Papa dispensat cum simoniaco, vt possit retinere beneficium quod emit pecunia, teneatur, qui recipit pecuniam restituere eam dicto possidenti, concl 6. nu 6.

An possit Confessarius obligare pœnitentē simoniacum, vt moneat complicem suū, vt faciat pœnitentiam num. 7.

Quæ remedia debeant dari simoniacis, qui incurrere pœnas iuris, num. 8.

1 PRima Conclusio. Simoniacus mentalis, non tenetur ad restitutionem, vt probatur in iure, hæc conclusio est Caiet. quam defendit Nauarrus contra Sotum; & in hoc differt ab vsurario mentali, quia hic tenetur ad restitutionem, quia quod datur propter vsuram, datur sine voluntate, & quod datur ob simoniam, datur sponte, & voluntarie cum detur ratione emptionis, & venditionis. Quod si dicas, quod magis vellet, qui obtinuit beneficium per simoniam obtinere illud gratis, vnde videtur, quod debeat illi restitui, respondeo, quod consensus dantis, qui magis gauderet re obtenta sine pretio quam cum illo, non sufficit, vt inducat restitutionem; quia si hoc esset verum, omnis venditor teneretur restituere pretium emptori, quia omnis emptor amaret rem magis, si haberet illā sine pretio, quam cum eo, sic enim dicit Nauarrus super hoc casu, in quo loquitur docte Aragon, Petrus de Nauarra, & Medina in summ. lib. 2. cap. 24. §. 21.

c. Ꝑ. de simon. Caiet. 2. 2. q 100 art. vlt. Nau. d. c. 23. nu 101. ver. 5. quod non obstat. Sot. lib. 6. de iustit. q. 8. ar. 1 ad6

Nau. vbi supra Arag. in 2. 2 qōn. 100. Nau. li. 2. de restit. c. 3 n. 384. vsq. ad num 410. Panor. in c. vlt. de simon.

2 Secunda Conclusio. Simoniacus, qui cum pacto expresso vendidit beneficium, aut ordines, aut religionem, solū tenetur ad restitutionem, quia huic solum ordinat ius canonicum, quod restituat, vt dicit Panormitanus, quod tanquam notabile commendat Angles aduertens, quod simoniaci in alijs rebus spiritualibus non tenentur ad restitutionem. An vero receptū simonia conuentionali sit subiectum restitutioni, iā dictum est supra.

Caie. in sū ver. ex. ō. c. 27 Angl. in Florib 4 in q. qs, a resti. sit liber ar tic. 2. d. 15

3 Tertia Conclusio. In casibus, in quibus est obligatio resignandi beneficia ob simoniam ab alijs commissam ignorantibus possidentibus, non tenentur restituere omnes fructus, quos ex talibus beneficijs collegerūt bona fide, sed solum quos habent in sua potestate, quando resignant, vt dicit S. Thomas, qui vero tenentur resignare ob simoniā, quam ipsi commiserunt, tenentur restituere omnes fructus, licet sint consumpti, quia in primo casu possederunt bona fide, in secundo vero mala. Verum est tamen, quod in ambobus casibus tenentur renuntiare beneficium statim ac cognoscūt eorum simoniacum esse collationem, vt dictum est supra, & tenet S. Thom.

D. Th. 2. 2. qō 10 art 6. in sol. ad 3

D. Tho. vbi sup.

4 Quarta Conclusio. Qui recepit pecuniam ob dationem beneficiorum, aut ordinum, tenetur ad restitutionem cōmittens simoniam realem, antequā condemnetur à iudice, quia ius canonicum efficit illum incapacem dominij dictæ pecuniæ, quod debet teneri cum Diuus Thomas, Medina, & Soto, licet alij teneant contrarium: non debet autē dare pecuniam illi, qui dedit illam, quia ille iam se priuauit eius dominio, sed ecclesiæ aut pauperibus, quod debet intelligi post condemnationem iudicis, quia ante illam debet restitui illi, qui dedit illam, vt dicit Aragon.

D. Th. 2. 2. q. 10. art. vlt. Med. de resti q 3 Sot. li. 9 de iusti. q. 8 ar. 1 Arag. 2. 2. q. 100. art. 6. p. 1135. colum. 2.

5 Quinta Conclusio. Quando, qui dat pecuniam fraude inuincibili, ignorauit committere simoniā, in hoc casu ante, & post sententiam latam ipsi debet fieri restitutio, vt definitum est in iure; vnde quando in receptione pecunię solū fuerit turpitudo ex parte recipientis, danti debet fieri restitutio.

6 Sexta Conclusio. Quando Papa dispensat cum simoniaco, vt possit retinere beneficium, quod emit pecunia, ipsi debet fieri restitutio ab eo, qui recepit pecuniam, quia post dispensatiorē non ob pecuniam, sed ob legitimam collationem

tionem Papæ habuit beneficium, cũ dicta dispensatio realiter fuerit collatio, vt quod quodam exemplo clarescet magis. Quis emit vas argenteum furto raptum, & postea petit illud dominus eius, & de facto dat illud; in hoc casu huic, & non domino debet fur restituere pecuniam, quam habuit, cum nõ retineat dictum vas ratione venditionis iniustæ, sed quia donauit illud dominus eius.

Nau li. 5 consi. tit. de sim. cõs. 2 f. 419.

Documenta pro Confessarijs.

7 NOtent autem Confessarij non teneri imponere pœnitẽtiam simoniaco, vt moneat complicem suum in peccato, vt faciat pænitentiam de peccato suo, & restituat pecuniam receptã, vt aduertit Nauarr. quia nullo iure hoc ordinatur, nec est ratio, vt in hoc peccato sic fiat, cum non fiat in reliquis, quæ habent annexas grauiores censuras, vt casus bullæ cænæ Domini, nec inducens aliquem ad peccandum tenetur de lege iustitiæ inducere eum ad pænitentiam restituendo illi omnia bona, in quibus spiritualiter damnificauit illum, nisi vi, fraude, aut dolo fecit illum peccare, & licet teneatur de lege charitatis monere illum plusquam alios peccatores, non tamen peccat mortaliter non faciens illud, nisi in casu quod correctio fraterna obliget ad peccatum mortale. Verum est tamen, quod Confessarius imponens supradictum putans secundum qualitatem personarum, & circunstantias negotij, quod monendo pęnitentẽ proderit, non peccabit, si obliget illum ad id.

8 Notent vlterius Confessarij, quod remedium, quod debent præbere simoniacis, qui incurrere pęnas supra dictas, est, quod adeant Nuntiũ summi Pont. & petant ab eo collationem beneficiorum in foro conscientiæ, si Nuntius habuerit ad illud authoritatem, & cõponant se cum collectore ratione fructuũ male perceptorum; si dispensauerit in hoc illis, remanent securi; si autem Nuntius non habet potestatem, debent recurrere ad Summum Pont. & si eius Sanctitas concesserit dispensationem facta ab eis vera relatione, remanent securi in conscientia: & interim, si Confessarij videtint, quod non morantur in mittendo pro dispensatione, poterunt absoluere illos per bullam cruciatæ, si illam habuerint, & valebit illis; & si Confessarij fuerint ex ordinibus mendicantium, poterunt absoluere eos a censuris, quæ contrahuntur per simoniam, ob concessionem factam a Paulo III. patribus societatis Iesu, de qua facio mentionem in explicatione cruciatæ; nam dictæ religiones gaudent priuilegijs concessis his religiosis patribus. Notent vero quod non possunt dispensare cum illis super inhabilitate, quæ contrahitur rationem simoniæ perfectæ, & realis, quia non inuenio priuilegium, quod illis concedat, nec Confessarij electi virtute bullæ cruciatæ habent hanc authoritatem, cum conmissario generali cruciatæ sit denegata, vt ibi dico. Et aduertant absoluti ab excommunicatione in foro conscientię, quod si sint sacerdotes, poterunt dicere Missam; hoc autem debet esse in secreto, quia si postea constet in foro exteriori, quod dixerint illam, castigabuntur, & declarabuntur tanquam irregulares. Et noto amplius, quod si simoniaci trahunt moras in petenda dispensatione, quod non debent eos absoluere ab excommunicatione quousque eam obtineant, vt notat Medina in sua Instructione.

In expli. crucia. §. 3 nu. 2.

De Stupro, vide Luxuria. cap. 206. p. p.

De

De Suspensione. Cap. LXIX.

SVMMARIVM.

Quid sit suspensio, & à quo imponatur, con cl. nu. 1.

Quot sint casus, in quibus incurritur suspensio iuris, ibid.

Qua differentia sit inter suspensionem ratione delicti, & inter suspensionem ratione contumaciæ, ibid.

An vt incurratur suspensio ab homine sufficiat peccatum veniale, & si sic est dicendum de suspensione à iure, ibid.

Quotuplex sit suspensio conc. 2. nu. 2.

Quot modis accidat suspensio, conc. 3. nu. 3.

An suspensio ab officio sit generalior, quã suspensio à diuinis conc. 4 nu. 4.

Borsa, ĩ irr 6. p. c. de sec. excom. Maiol. ĩ eo tr. l. 2 c 19. Nau. in Man. ca. 19 num. 151. cũ multis seq. Cou. in c. si furiosus. 1. p. §. 1. nu mero 2. Nau. ca. 27. nu. 154.

DE materia suspensionis videatur Borsa, Maiolus, & Nau. & Cou. & pro resolutione propositi in hoc ca. ponuntur seq. conclusiones.

1 Prima Conclusio. Suspensio est quædam censura ecclesiastica, per quam est interdictum officium, aut exercitiũ cõpetens alicui personæ ecclesiasticæ, quã aliquando imponit ius, quandoque iudex. Casus vero in quibus incurritur suspensio iuris sunt sequentes. Primus, quando clericus est publicus concubinarius, quæ tollitur ipso iure per pęnitẽtiam, quod resoluit Nau. & notetur dicere Medina in sum. c. 39. pag. 2. hãc suspensionem non esse amplius in vsu, vnde iam est ablata, & ideo clericus publice concubinarius celebrans nõ remanet irregularis, cum non sit suspensus Conc. Trid. sess. 25. c. 14. de Refor. declarauit esse suspẽdendos clericos cõcubinarios. Secũdus casus, qñ quis ordinatur extra tẽpora ordinata à iure, an sine ætate cõuenienti, aut quando suscipit ordines ab Epo excõicato, aut alieno sine licẽtia proprij. Tertius, qñ clericus procurator monasterij consumit res illius profuse. Quartus, qñ clericus prouocat ad singulare certamen, aut cõcedit duellũ. Quintus, qñ quis suscipit ordines titulo patrimonij ficti. Sextus, qñ quis committit simoniam. Et suspensio, quam imponit iudex, debet esse ratione alicuius delicti, & non est necesse, quod moueat prius delinquentem, quandò vero imponit illam ratione alicuius contumaciæ, non potest illã imponere, nisi præcedat monitio; sicut non potest imponi excõicatio, sic enim resoluit post alios Siluester, verb. Susp. §. 8. Tiraquellus, & Cou. in c Alma mat. 1. p. §. 9. nu. 4. Notent vero iudices esse magnam differentiam inter suspensionem ratione delicti, & suspensione ratione contumaciæ; quia, quando quis suspenditur ratione delicti, si est beneficiarius, debet succurri de fructib. beneficij, ne compellatur mendicare; si vero suspenditur ratione contumaciæ, non debet illi succurri, cum ipse possit sibi succurrere satisfaciens, & obediens, vt notat Abb. Et nota quod vt incurratur hæc censura posita ab homine sufficit solum peccatum veniale e censura vero à iure nũquam incurritur, nisi per peccatum mortale, sicut pœna irregularitatis à iure pręsupponit peccatum mortale, vt dicunt Nauar. Sotus, & communis contra Caiet.

Abb. in c. pasto. § verũ, col pen. de coll.

Nau. ca. 27. nu. 249. Sot. ĩ 4. d. 22. q. 1 ar. 3. col. 2.

2 Secunda Conclusio. Suspensio est duplex, vna est temporalis, alia perpetua; temporalis nõ operatur extra tempus, ad quod imponitur, & ideo præterito hoc tempore tollitur sine vlla absolutione; perpetua vero est æquiparatã depositioni, vt notatur in iure; & dicit Imola, qui affirmat, quod suspẽsio perpetua officij habet vim priuationis, & ideo suspensus hoc modo videtur priuatus beneficio, & per consequens per hanc suspensionem vacat beneficium, vnde nõ debet imponi hæc suspensio, nisi pro re graui, vt dicitur in iure.

Imola ĩ c. cũ dilectus, de cõl. co. 8

3 Tertia Conclusio. Tribus modis accidit suspensio. Vno ab ordine. Secũdo ab officio. Tertio à beneficio; & si suspẽsio fit simpliciter ab ordine intelligitur, qđ remanet suspensus ab omni ordine; si vero fiat ab ordine Subdiaconatus, qui sic suspenditur remanet etiam suspẽsus à reliquis ordinibus superioribus, vt

est Diaconatus, & Presbyteratus; si vero suspensio est solum ordinis sacerdotalis, poterit sic suspensus exercere officia ordinum inferiorum; qui vero est suspensus à beneficio, quod est à fructibus beneficij, non vero à facultatibus exercendi spiritualiter, vt dicit Syl. siue sit à iure, aut à iudice, remanet suspensus ab officio, cum officium sit quid accessorium ad beneficium: quod debet intelligi, quando quis suspenditur à beneficio simpliciter, aut à beneficio addendo hoc verbum, *solum*; suspensus vero ab officio addendo hoc verbum, *solum*. clarum est, quod non remanet suspensus à beneficio, cum sententia solũ voluerit hoc. Si sit suspensus ab officio simpliciter sine additione, *solum*, debet aduerti, an hæc suspensio sit à iure, an a iudice; & si est à iure, si imponitur ratione alicuius criminis, aut infamiæ, aut ratione contumaciæ; si ratione criminis grauis, & non leuis, remanet suspensus à beneficio; si vero infamiæ, aut contumaciæ alicuius criminis leuis, nõ remanet suspensus; si vero est suspensus à iudice, & est ab officio ratione alicuius criminis grauis, erit etiam suspensus à beneficio: si vero imponatur ratione alicuius criminis leuis, aut infamiæ, aut contumaciæ, non erit suspensus à beneficio; & si quis fuerit suspensus ab officio, & beneficio suspẽdens illum iudex, aut ius hoc modo, *Suspendimus N. ab officio & beneficio* clare patet remanere priuatum facultate exercendi iurisdictionem spiritualem, & conferendi beneficia, & eligendi, & fructibus beneficij: si vero suspensio fiat hoc modo dicendo, *Suspendimus N. ab officio, aut beneficio* non valet dicta suspensio ratione incertitu inis, quam secum trahit, vt notant Silu & Couarru.

Sil. ver. susp § 5 Cou. in 4 d spõ. 2 p. c. 6. § initio nu. 15.

4 Quarta Conclusio. Suspensio ab officio est generalior, quam suspensio à diuinis; vnde sequitur, quod suspensus à diuinis præsens officijs diuinis non incurrit irregularitatem, quia per suspensionem à diuinis solum est prohibitus sic suspensus à faciẽdo officio suo, vt antea faciebat exercendo se in eo, vt notatur in iure, & dicit quædam glos. expressa; & etiam, quia tunc suspensus à diuinis incurrit irregularitatem, quando exercet aliquem actum deputatum ordini suo specialiter prohibitum à suspensione secundum Innocentium cõmuniter receptum c. fi. de exces. præl. vt resoluit Philippus Francus; & etiam quia suspensio vt est censura ecclesiastica, per quam alicui personæ ecclesiasticæ prohibetur exercitium offi ij sui, aut beneficium ecclesiasticũ in totum, aut partem non operatur talem effectum, vt resoluit Nauarrus; & ideo sic suspenso non est prohibitum confiteri, recipere sacramentum Eucharistiæ, & audire Missam, assistereque diuinis officijs, cũ non exerceatur in his rebus ratione officij sui, cum quiuis alius secularis possit ea facere, ita vt si sit Episcopus, potest præcipere, quod dicatur Missa coram se, dummodo non imperet authoritatiue, quia sic non poterit illud facere, cum faciat actum concernentem suo ordini, & dignitati; ideo remaneret irregularis, vt insinuat Nauarrus; qui vero est suspensus ab officio, aliquibus ex his rebus est priuatus, quia non potest facere officium suum, nisi exercens aliquas earum.

Nau. vbi sup. nu. 151.

Nau. l. 5 consil titu. de sẽten exc. cons. 63 & 64.

Quis possit suspendere, & de effectu suspensionis.

Cap. LXX.

SVMMARIVM.

An omnes, qui possunt excommunicare, possint suspendere, conclus. 1. nu. 1.

An suspensus ab aliquo officio remaneat suspensus à reliquis concl. 2. nu. 2.

An remaneat suspensus Episcopus exercens Pontificalia in diœcesi aliena, concl. 3 nu. 3.

An capitulum suspensum possit facere collationem beneficiorum, conclus. 4. numer. 4.

An

An suspensus, & interdictus ab officio sit irregularis celebrans Missam, concl. 5. num. 5.

An suspensus à voce actiua, & passiua possit acquirere beneficiorum alia via, quã electione, concl. 6. nu 6.

An Canonicus suspensus simpliciter à suo officio possit perferre existens præsens officijs diuinis fructus ceterorum. concl. 7. nu 7.

An suspensus ab officio prædicandi fiat irregularis prædicans concl. 8. nu. 8.

An suspensus a beneficio faciens contra suspensionem remaneat irregularis, concl. 9. num. 9.

1 PRima Conclusio. Loquendo regulariter omnes, & soli illi qui possunt excommunicare, possunt etiam suspendere, & licet omnis Christianus possit esse excommunicatus, nõ possunt tamen suspendi nisi personę ecclesiasticæ, vt constat ex definitione suspensionis supra posita: quæ suspensio debet fieri in scriptis, sicut excommunicatio; & ideo quando prælatus prohibet subdito suo in scriptis, ne celebret, videtur suspendere illum a Missa; si vero prohibeat illum verbo solum, non videtur illum suspendere, quia nullus facere videtur actum, quo peccet; at qui suspendit verbis sine scripto, committit delictum, & remanet suspensus, vt dicitur in iure, sic .n. tenet Nau. Est ẽt notandum, quod potest quis suspendi ratione criminis ob quodcunq; peccatum mortale, seu veniale. Verum est tamen, quod si debeat illum suspendere ratione alicuius contumacię, debet pręcedere monitio, vt in cap. pręced. dictũ est, nu. 1.

c. 1. de sent. excom l. 6 Nau. l. 5 cõs con sil. 2. tit. de sent. excom. fol. 629.

2 Secunda Concl. Suspensus ab aliquibus actibus non remanet suspensus ab alijs, qui non sunt annexi illis, vnde suspensus à iurisdictione non remanet suspensus ab ordine, nec suspensus ab ordine remanet suspensus à iurisdictione, nec suspensus a bñficio remanet suspensus ab ordine, nec iurisdictione, nec suspensus ab officio remanet suspẽsus a beneficio respectu illarũ rerũ, quæ dantur illis, qui non assistũt diuinis officijs, nisi suspẽsio sit perpetua, quia tunc hẽt vim priuationis; vñ dicit Naua. ꝙ beneficiarius suspẽsus qui suscepit ordinem sacerdotalẽ ante ingressum vigintiquinque annorum, non amittit fructus beneficiorum, quia per hoc peccatum solum remanet suspensus ab officio.

3 Tertia Concl. Illicitũ est Epõ in dięcesi aliena licet sit cũ colore alicuius priuilegij exercere pontificalia consecrans calices, aut corporalia, itaut sit suspensus à dicto exercitio; & qui ordinauerit in dięcesi sine licentia dięcesani, remanet suspensus ab executione ordinũ, vt dicit Concil. Trid. Et nota, quod incurrit Eps hanc suspensionem saltem in foro exteriori, quamuis sine aduertentia exerceat pontificalia putans non esse illicitum; vnde si postea exerceat ea, remanet irregularis, vt tenet Nauar.

Cõc. Tr. sess. 14. c. 2. de reform.

4 Quarta Concl. Suspenso capitulo potest ab eo fieri collatio beneficiorũ suæ præbendæ, quia est vniuersitas, & non singularis persona, & erunt causæ, ob quas non cõdemnetur talis collatio, cũ fecerit eam tanquam persona publica, cuius facta valent, donec tolerantur, vt resoluit Nauar. vt sup. cons. 3.

Nau. l. 5. cõsil. cõsil. 69. titu. de sẽtent. excom.

5 Quinta Concl. Suspensus, & interdictus solum ab officio dicens Missam remanet irregularis; non remanet vero vtens reliquis ordinib. minorib. quo ad actus proprie deputatos ad eos, vt defendit Nau. contra comunem dicens, ꝙ decreta, quæ ab ea allegantur, non probant, ꝙ ostendit respondens illis; & etiã quia ordines minores non sunt proprię sacramentũ; vnde pęnę, quæ extenduntur contra celebrantẽ ordinem sacrum, non extenduntur contra administrantes ordines minores.

6 Sexta Concl. Suspensus à voce actiua, & passiua potest obtinere beneficiũ alia via, quam electione, quia suspensio secundum Panormitan. Decium, & cõmunem non operatur extra suos limites; & suspensio limitatur quo ad consecutionem beneficij per electionem, in

qua solum habet locum vox actiua, & passiua: & ideo non extenditur ad prætensionem beneficij per viam præsentationis, institutionis, aut oblationis, vt dicitur in iure, quia sunt diuersa.

7 Septima Conclusio. Viso quod suspensus ab officio non videtur suspensus a beneficio respectu illarum rerum, quæ dantur assistẽtibus officijs diuinis, ideo beneficiarius, aut Canonicus suspẽsus simpliciter à suo officio assistens diuinis officijs potest percipere fructus, quos percipiũt reliqui beneficiarij pręsentes, dummodo suspensio non sit tam longa, vt tacite, vel expresse habeat vim priuationis, vt tenet Bonifacius, quia multa, quæ pertinent ad beneficiũ, potest facere suspensus ab ordine clericali, vt sunt regere, & gubernare, quod est illius curæ commissum, & facere alia, quæ nõ sunt officium diuinum, & quæ non sunt annexa ordini clericali. Et nota, quod suspensus ab officio, aut beneficio non desinit facere fructus suos, cũ talis suspensio sit inualida ob incertitudinem, vt dictum est in cap. præc. nu. 3.

Bonif. l. c capié. nu. 31.

8 Octaua Conclusio. Suspensus immediate à solum officio prædicandi peccat pręducans, non tamen remanet irregularis, vt post alios tenent Cord. ac Hẽriquez, reprobans Nauarrum in summa latina, qui tenet incurrere irregularitatem; quia actus prædicandi solemniter accepta benedictione, & posito camice potest competere sęculari si dispẽset Episcopus; & si de lege humana, aut consuetudine actus prædicandi conuenit Diacono, hoc est quid accidentale, & ideo sęcularis, qui prædicat sine licentia solemniter, peccat, sed non remanet irregularis, sicut exercens actum ordinis sacri, quem non habet, & hoc videtur mihi verum, vt dixi cap. 24. num. 7. contra Nauar.

Nau. in sum. latina ca. 27. nu. 163. §. 5. Cor. l. 1. qq. q. 50. Enr. d. t. lib. 14. de exc c 32. nu. 5.

9 Nona Conclusio. Suspensus à beneficio, si facit contra suspensionem, non remanet irregularis, quia non dicitur in iure, quod sit irregularis, sed solum qui prætereunt suspensionem à diuinis annexam alicui ordini, vt cum Innocẽtio communiter recepto aduertit Nau. lib. 1. de temp. ordin. cons. 39.

De suspensione quoad eius absolutionem. Cap. LXXI.

SVMMARIVM.

An suspensio siue à iure, siue ab homine tollatur finito tempore. concl. 1. nu. 1.

An suspẽsio quæ ponitur absolute sine termino, & sine reseruatione à iure communi, aut particulari possit tolli ab Episcopo, seu eius Vicario ibid.

An Episcopus possit absoluere à suspensione habente terminum præfixum, intra dictum terminum, concl. 2. nu. 2.

An sint necessaria certa quædam verba pro absolutione à suspensione cõcl. 3. n. 3.

An virtute Bullæ Cruciatæ possit quis absolui in foro interiori à suspensione incursa per susceptionem ordinis ante legitimam ætatem ibid.

1 PRima Concl. Posita suspensio tã à iure, quam à iudice, qui habet terminum suũ, finito termino sine alia absolutione tollitur à iure. Et suspensio, quę ponitur rõne alicuius contumaciæ absolute sine termino, & sine reseruatione à iure communi, aut à iure particulari, siue confirmet, siue non confirmet Papa, potest absolui ab Episcopo, seu eius Vicario; quę vero imponitur, vt pęna alicuius delicti, licet sit de iure, aut sit temporalis, aut perpetua, non potest absolui ab Episcopo, nisi delictum sit paruum. Dixi, *quamuis sit de iure*, quia loquendo de suspensione absolute posita à iudice, qui imponit eam, potest eã delere, aut eius superior, vt tenet Nau. & Cou. si delictum, ratione cuius ponitur dicta suspensio sit publicum, quia si est occultum, Episcopus habet authoritatem absoluendi, quamuis sit reseruata Papæ, vt dicit Concil. Trid. quod debet intelligi, si non existat extra propriã diœcesim, vt dicit idem Concil. & declarat Enriq. quia extra suam diœcesim nõ potest id facere, sicut non potest exercere Pontificalia.

Nau. in Man. c. 27. nu. 142. Couar in 4. de sp. õl. 2. p. c. 6. in princ. nu. 15. Cõc. Trid. sess. 23. c. 6. Cõc. Trid. sess. 6. de refor. c. 5. Henr. l. 10. li. 14. de irreg. c. 20

Secun-

2 Secunda Conclusio. Non potest Episcopus absoluere à suspensione, quæ habet terminum præfixum, intra dictũ terminum, vt dicit quædam Glos. communiter recepta secundum Cou. & idẽ est loquendo de interdicto, quod habet terminum suum præfixum, & transacto dicto tempore, terminoque, statim aufertur ab ipso iure dicta suspensio, & interdictum; contrarium tamen debet dici de excommunicatione posita ab eo certo quodam termino, quia Episcopus potest absoluere ab ea etiam intra terminum, vt contra Alciatum tenet Cou. sequens communem.

Couarr. vbi sup. nu. 15.

Cou. vbi su. nu. 10.

3 Tertia Conclusio. Vt absoluatur à suspensione, non sunt verba certa, nec determinata, quia per quæcumque potest deleri dicendo, Ego te absoluo à vinculo suspensionis, aut alia verba æquiualentia. Notaque non posse quempiam virtute bullæ cruciatæ absolui in foro interiori à suspensione, quam incurrit per susceptionem ordinis ante legitimam ætatem: hæc conclusio est cõtra Medinam in sua summa. Nec obstat, quòd suspensio est censura, & bulla dat facultatem absoluendi à censuris; quia ad hoc respondeo, quod bulla nõ dat facultatem Confessarijs, vt possint absoluere ab hac suspẽsione: quod probatur; quia dat Commissario generali cruciatæ authoritatem dispensandi in quacunque irregularitate, quæ procedit à delicto occulto, exceptis quatuor casibus, quorum vnus est irregularitas, & suspensio illius, qui ordines sacros male suscipit, vt sine legitima ætate; & cum hoc deneget Commissario generali bullæ, maiori ratione debemus negare reliquis Confessarijs per eam electis; quod deberet aduertere Med. & licet in explicatione cruciatæ tenui cum eo, nunc vero melius rem considerans teneo contrarium.

Med. in inst. §. 8.

In explic. cruciatæ §. 10. n. 60

De testamentis. Cap. LXXII.

SVMMARIVM.

Quid sit testamentum, & an excommunicatus possit facere testamentum, nu. 1.

An testator possit mutare formam testamentorum, quam ponit ius, concl. 1. numer. 2.

An testator possit ordinare in testamento, quòd dentur illis, quibus tenentur, maiora alimenta quam sufferunt bona sua, concl. 2. nu. 3.

An teneatur testator relinquere bona fratribus suis, aut consanguineis pauperib. concl. 3 nu. 4.

An possint Episcopi testari de redditibus ecclesiasticis sine licentia Papæ, concl. 4. num. 5.

An bona acquisita ab Episcopo regulari, si moriatur sine testamento sint monasterij concl. 5. nu. 6.

An per viam testamenti, aut ab intestato possit succedi clericis concl. 6. nu. 7.

An possit Papa & Episcopi alterari vltimas voluntates concl. 7 nu. 8.

An voluntas testatoris tempore statuto ab ipso impleri debeat, concl 8. nu. 9.

An teneatur hæres credere Confessario testatoris qui iubet illi, vt faciat quod eius Confessarius illi imposuerit, concl. 19. num. 10.

An possit hæres dare certã eleemosynam, quæ imponitur in perpetuum singulis annis ad locandas virgines cuiusdam episcopatus, cuidam famulæ suæ, quæ non est illius episcopatus, iubens, quod famula sua præferatur reliquis, & non intret in sortes cum reliquis, concl. 10. numero 11.

An fratres minores obseruantiæ possint esse executores testamentorum, concl. 11. num. 12.

MVlta attinentia ad materiam testamentorum sunt dicta in c. de fideicommissis, & de hæredibus, & hæreditatibus, & de legatis, alijsque in lo-

cis horum tractatuum, vnde hic non erotam singulis, ac requirit materia.

1 Pro materiæ tamen resolutione est notandum, quod testamentum est iusta sententia voluntatis illius, quod quis vult fiat post mortem suam, vt definit Vlp. & declarat Couar. estque tam libera voluntas testatoris, vt quamuis iuret non reuocaturum primum testamentũ possit nihilominus illud reuocare. Verũ est tamen, quod peccabit mortaliter, ratione iuramenti non obtenta relaxatione eius, vt resoluit idem Couar. & alij relati ab Spino. Et nota, quod excommunicatus denuntiatus potest facere testamẽtum, vt resoluit Nau. quo supposito pro resolutione dicendorum, ponuntur seq. conclus.

Vlp. in ff. de te stam. Cou. in rub. de testa in princ Cou. vbi sup. 2 p. nu. 15. iux. fin. Spin. in spe. test. in 1. p. gl. rubr. num. 1 Nau. in man. c. 27. n. 26

2 Prima Conclusio. Non potest testator auferre formam, quam ius ordinat, quod ponatur in testamentis: nec potest liberare tutores, quos reliquit in testamento, quod non teneantur reddere rationem suæ administrationis, & ideo licet præcipiat illis, ne dẽt dictam rationem, tenentur illã reddere ob fraudes, & dolos, qui possunt accidere, vt dicitur in iure, quia nullus potest remittere formam ordinatam a iure, vt resoluit Bartolus, & cum communi Guttierez: & ideo non potest facere testator, quod valeat testamentum diminuens numerum testium, quem ponit ipsum ius, & quod non sint liberi, & quod sint minores.

Bart. in l. nemo pōt. ff. de l. 1. Gut. ibi nu 2. vs q. ie ad nu. 14.

3 Secunda Conclusio. Non potest testator relinquere in testamento suo, quod dentur illis, quibus tenetur, maiora alimenta, quam postulant sua bona, vt dicitur in iure. Nec potest iubere, quod expendatur in suis exequiis plusquam ordinatur a legibus, quod intelligitur nisi testator relinquat hæredes ascẽdẽtes, aut descendentes legitimos, & necessarios, vt resoluunt Antonius Gomez, Gregorius Lopez, & Guttierez: & idem Guttierez notat alibi, quod si testator non habet descendentes, habet autem ascendentes, qui sunt pater, & mater, quod debẽt extrahi expensæ sepulturæ

Gomez in l. 50. Tauri ver hodie. Gr. in l. 2. ti. 11. p. 6.

ex tertia parte bonorũ suorum, in qua potest præiudicare dictis ascendentibus relinquens eam extraneis, non vero ex corpore omnium bonorum: quamuis testator ordinet contrarium, quam opinionem tenet Rosas.

glo. magna co. 2. Gutt. li. 2. pr. qq. q. 7. Gut. l. 9. pr. q. ido in l. nemo pōt ff. de l. nu. 93. Rosas in ep succ. c. 9 n. 51 & se.

4 Tertia Conclusio. Non tenetur testator, qui nõ habet hæredes legitimos, & necessarios, qui sunt pater, & mater, filij, aut nepotes, relinquere bona consanguineis, quamuis sint pauperes, & fratres, nisi sint in extrema necessitate; & non habeant alium consanguineum proximiorem, qui possit, & debeat succurrere illis; quia nulla lex diuina, naturalis, aut humana obligat magis quam præceptum: verum est tamen, quod debet illis consuli contrarium, si consanguinei non sint mali, & indigni: immo putabo ego peccatum non relinquere bona sua consanguineis pauperibus, & dignis, qui non sunt in extrema necessitate eius, si ex faciendo hoc videatur illi causare scandalum in populo; non erit tamen peccatum mortale, quia hoc scandalum magis est passiuum, quam actiuum, nisi sint aliquæ circunstantiæ aggrauantes.

5 Quinta Conclusio. Episcopi ad testãdum de redditibus ecclesiasticis egent licentia summi Pont. quam potest dare, & si dat eam, solum videtur eam cõcedere pro primo testamento, non vero pro secundo, nisi aliud constet ex bulla; nec potest sine dispẽsatione monachus consecratus in Episcopum facere testamentum de bonis acquisitis, quæ non sunt ecclesiæ, vt dicunt D. Thom. Sotus, & Couar. qui dicit esse communẽ, multi tamen tenent contrariam sententiam probabiliorem, quia consecratus Episcopus efficitur liber a voto paupertatis; & etiam quia, vt quis faciat testamẽtum, non est necesse, quod habeat dominium rerum, sufficit enim habere liberã administrationem earum, quæ nõ deest Episcopo. Verum est tamẽ, quod de bonis ecclesiasticis nec Episcopus regularis, nec sæcularis possunt facere testamẽtum sine licentia Papæ, vt dicit Nauar.

D. Th. 2 qu. 185. art. 5. ad 5. Sot. de iust. l. 10 q. 5. ar 7 Cou. de test. c. 2. titu. 18. in fin.

de

de reddit. quæstio. 1, numero 17.

6 Quinta Conclusio. Bona acquisita nõ per viã ecclesiæ, sed aliter ab Episcopo regulari, qui decedit ab intestato, erunt sui monasterij, si habuit ea ante consecrationem aut confirmationem acquisita vero post consecrationem, aut confirmationem suæ ecclesiæ competunt; & si fuerit Episcopus titularis, pertinẽt ad eius monasterium, vt resoluit Sotus.

Sot. de iusti. tit. 10. q vl. ar. 7. nu. 23

7 Sexta Conclusio Considerata cõsuetudine Hispaniæ approbata per quandam legem nouæ compilationis, quod clerici possint succedere in bona ordinatorum ordine sacro per viam testamenti, aut ab intestato, licet acquisierint ea respectu ecclesiarum, aut beneficiorũ, ac redditũum ecclesiasticorum, fuit magnum dubium, an ij clerici possint testari secure de illis bonis, sicut testantur de bonis patrimonialibus; & an bona conscientia, & sine peccato mortali possint illis succedere per viã testamenti, aut ab intestato, licet nõ relinquant dicta bona ad vsus pios, sed suis consanguineis, & alijs personis, quæ illis non egeant, quia sunt diuites, de quo dubio tractat Matienzus dicens posse id facere bona conscientia, ita vt dicat Rosas, quod videtur ei esse melior opinio hæc: & Didacus Perez dicit non audere, condemnare hanc consuetudinem: cõtrariam tamen sententiam tenent multa, quam frequentur Molina, Couar. dicentes, quod in foro exteriori valet hæc consuetudo, non autem in foro conscientiæ; ego tamen considerata mente Concilij Trid. teneo hanc opinionem esse veriorem, & contrariam multum suspectam, præcipue si hi clerici in suis testamentis relinquant hæc bona consanguineis, & amicis diuitibus, non recordati pauperum, & egenorum, quibus de iure debentur ecclesiastici bona, quidquid dicat Sarmientus contra Nauarrum: hæc sententia colligitur ex his, quæ tradit doctus quidam modernus Auendanus: & quod sit hæc opinio vera, probatur; quia qui tenent contrariam, apponunt tãtas limitationes, vt insinuent habere satis

Matiẽz. in d l. fi. gl. 1. n. & glo 4 num 4. Rosas in epi c 34 num. 36 Perez in l 1 tit. 3. Mol. de 3. li. 2. c. 30 n. 53 Cou in c. cum in offi. n. 3. ver 4. de test. Cõc Tr. sess. 25. c. 1. de ref. Sarm de re idi. eccl. 2. p. c. 6. nu. 15. Auenda. res. 19. n.

debile fundamentum, vt domus, quæ quia minatur ruinam, solet fulcimentis firmari: videatur Nauarrus.

8 Septima Conclusio. Solus Papa potest alterare vltimam voluntatem testatoris, vt dicitur in quadam Clemẽtina, quod facit ob plenitudinem potestatis, quam habet, & nõ potestate ordinaria, vt dicit Baldus, & non potest fieri hæc commutatio voluntatis, si non adsit iusta causa ad illud, & antequam exequatur, Episcopus tanquam sedis Apostolicæ delegatus summarie, & extraiudicialiter, potest cognoscere non tacitam fuisse veritatem, nec dictum fuisse quid falsum, vt ordinatur in Conc. Trid. & declarat Spinus. Et nota, quod possunt testamenti executores cũ licentia, & consilio Episcopi commutare vnum legatum in aliud, si sit iusta causa ad illud, vt si reliquisset testator, quod fiat certa ecclesia in quodam loco, si non sit locus opportunus pro ædificio, potest fieri ecclesia in alio loco; & si legasset quosdam calices cuidam ecclesiæ, qui habet copiam illorum, possunt testamenti executores de licentia Ordinarij facere alias res æquiualentes, quibus magis eget ecclesia, sic enim tenet Bertachinus, & Palacius Rubeus. Verum est tamen, quod si possit adimpleri voluntas testatoris sine vllo impedimento iuris, aut naturæ, debet impleri in totum, nec sine authoritate speciali pontificia potest in totum alterari, vt dictum est: & ideo, quod dicimus in hoc notabili, est, quãdo vult alterari pars aliqua eius, quod præcipit defunctus.

8. venit temperanda. Nau. in Apolo de reddi. eccle. q 3. nu. 12. 3 & 4. Clemẽt. quia cõtingit de reb. domi. Bal. in l. testa. C. de test. Cõc Tr. in decr. de cons. c. 6. Spino in specu in 1 p. nu. 24. Bertac. in tract. de epi. 4. p. li. 4. nu. 52 Palaci. Rub. in rubr. §. 47 col. 4

9 Octaua Conclusio. Voluntas testatoris debet adimpleri intra tempus, quod testator imponit ad illud, quod currit à die acceptationis hæreditatis, vt notat Abbas; & non statuto termino datur annus executoribus, vt persoluant quæcumque legata, quo termino transacto transit hoc ius in Episcopum, nisi testator ordinauerit aliud: vt resoluit Cou. Estque aduertendum, quod ponit Couar. multos casus, in quibus debentur legata pia ante acceptationem hæredi-

Abb. in ca. 3. de testam. Cou. in ca 3. de test. Rainal. iuxta fi. de test.

tatis, & ideo non loquor de illis in hoc conclusione. Est etiam aduertendum, quod antequam finiatur dictus annus, aufertur testamentarijs executio vltimarum voluntatum, & transit in Episcopum, si admonuit eos bis, quod exequerentur testamentum, & noluerunt; quod procedit etiam in legatis pijs, inter quæ numeratur legatum alimentorum, vt tenet Couarruuias sequens Salzedum; immo addo posse Episcopum intra quinque menses, aut aliud spatiũ, quod remaneat ad eius arbitrium, constringere hæredes, & executores, vt adimpleant testamentum, etiam respectu legatorum prophanorum, imponens illis censuras, aliasque pęnas. Nec obstat, quod à iure concedatur illis terminus vnius anni, vt supra diximus, quia hoc concedit illis, vt ipso transacto castigentur transeundo executionem in Episcopum, non aufert tamen quin Episcopus iusta de causa possit eos compellere, vt adimpleant testamentum ante dictum annum, vt aduertit Couar.

Cou. in 3. nu. 5. d' test.

Cou. in c. si hær. n. 4. test.

10 Nona Conclusio. Quando testator instituit aliquem hæredem, & iubet, vt faciat quod à suo Confessore illi fuerit ordinatum, si ipse moriatur, & eius Cõfessarius dixerit ordinasse, quod darentur sibi 400. ducati, non tenetur hæres credere ei; solum enim tenebitur ad illa, quæ per coniecturas colligitur esse de voluntate testatoris, vt dentur, sic enim tenet Bartolus, quem sequitur Cou. quia non constat istam legationem esse relictam ad opera pia, nec Confessarius exprimit ea; & etiam quia videtur dispositio posita in alterius voluntate etiam quo ad eius substantiam, quæ præsumitur esse fideicommissum tacitũ in fraudem legis, & quod Confessarius vult sibi retinere partem huius legati, sic. n. dicit Nau. lib. 3. cons. tit. de test.

Cou. in c. cũ tibi iuxta fi. de test.

11 Decima Conclusio. Testator, qui habet pinguia bona, in quę succedit frater suus, aut alius consanguineus, & pręcepit ei, vt ex eis locet in perpetuum singulis annis sex orphanas, quæ debent esse cuiusdam certi episcopatus & quod educatur per sortes ex idoneis; & quod vna ex eius famulabus, si habeat qualitates illarum, sit prælata ceteris, & possit eam locare extra sortes, non potest dictus hæres dare dictam eleemosynam alicui famulæ suæ, quæ non sit illius episcopatus, quamuis habeat easdem qualitates, quas aliæ, principaliter in casu quo bona erant redditus ecclesiastici collecti in illo episcopatu. Hoc tamen limitatur in casu, quod sit aliqua persona insignis digna fide, qua certior fiat hæres voluntatem testatoris fuisse, quod ipse posset eligere hanc suam famulam, licet esset alieni episcopatus, si habeat ceterarum qualitates, quia licet non sit obligatio in foro conscientiæ credendi vni testi, licet fide digno, qui tamen voluerit credere, poterit, & cum eo securare conscientiam suam, si fuerit talis, qualem diximus: sic enim tenent Doctores communiter: & etiam, quia licentia, quam dedit illi testator, vt posset nominare aliquam suam famulam, fuit in fauorem; & non est credendum, quod vellet dictam famulam necessario esse dicti episcopatus. Nec obstat, quod id, quod datur pro eleemosyna his orphanis, sit redditus eiusdem episcopatus, & ideo videatur, quod dicta famula debeat esse eius; quia ad hoc respondeo, quod hæc gratia, quæ permisit illum nominare aliquã famulam suam; fuit ei imposita ob laborem, quem debebat adhibere in sustentando dicto redditu pro dicto opere pio, & ob sollicitudinem, qua debet adimplere voluntatem testatoris circa dictum legatum, & etiam quia non est necesse, quod detur via eleemosynę redditus ecclesiasticus pauperibus illius episcopatus, quia potest dari alijs aliorum episcopatuum: Denique, vt teneatur nostra conclusio, principalius, quod adiuuat, est dictum personæ, quæ dat fidem menti testatoris, quæ sufficit, vt dictus hæres sit securus in conscientia, tum sufficiat ad soluenda legata relicta in testamento minus solemni esse certos executores, quinque succedunt ab intestato

testato de voluntate testatoris, vt dicūt grauissimi DD. & supra dictum est, & in tractatu religionis dixi, quod erat lici tum religiosis facere testamentum, vnde hic non ago de hac re.

12 Vndecima Conclusio. Fratres minores de obseruantia possunt esse executores cum licentia suorum prælatorum quo ad nominationem eorum, qui exequantur relicta a testatore, & eligere clericos, qui dicant Missas capellaniarū, quas reliquit testator, & eligere orphanas, & pauperes, quibus debeat eleemosina erogari; non possunt tamen iuridice petere bona testatoris, nec capere rationes iuridicas debitorum, sed solum rationem naturalem, vt experiantur fidelitatem eorum, sicut possunt Guardiani capere a suis sindicis: hoc totum colligitur ex his, quæ tradit Couarr. & executores testamēti nominati ab ipsis possunt in iudicio petere debita non in virtute nominationis, sed virtute potestatis, quam habent a testatore, quia dedit authoritatem suis executoribus, vt nominarent eos, vt colligitur ex his, quæ tradit Serena conscientiæ Dixi, non in virtute nominationis, quia sicut est prohibitum dictis fratribus petere in iudicio, sic est prohibitum, quod petatur virtute suæ nominationis.

Cou. in c tua de est.

Serena consciē. q. 2.

De testibus & torturis, videatur tractatu ordinis iudicialis.

De taurorum agitatione, & belli simulacris. Cap. LXXIII.

SVMMARIVM.

An agitatio taurorum in circo positorum sit prohibita diebus Dominicis, aut festiuis per aliquam constitutionem sum. Pont. num. 1.

An incurrant aliquam penam superiores ecclesiastici, aut saculares permittentes dictam agitationem taurorum in circo diebus dominicis & festiuis concl. 1. n. 2.

An dicta agitatio taurorum sit prohibita die festo de iure solum, an etiam de voto speciali. ibidem.

An sit prohibitum agitare tauros in dieb. festiuis per vias ciuitatis, aut oppidi portis clausis. concl. 2. num. 3.

An possint agitari diebus non festiuis, & an possint videre hæc spectacula à clericis tam secularibus quam regularibus, & ordine sacro initiatis concl. . . nu. 4.

An dicti Clerici peccent mor. & sint excommunicati ipso iure videntes dictam taurorum agitationem in circo ib d.

An dicti Clerici celebrātes sine confessione peccati commissi ex spectatione agitationis taurorum incurrant aliquam irregularitatem. ibid.

An dicti Clerici inspicientes in domo propria agitationē taurorū peccēt mort. ib.

An sit prohibitū Religiosis videre dictā agitationē, quamuis solū habeant primā tonsurā aut ordines minores. conc. 4 n. 5

An peccēt Monachi licet sacerdotes sint spectantes belli simulacra. concl. 5. num. 6.

1 PRo explicatione eius, quod ī hoc capitulo dicendum est, debet notari, quod est prohibitum agitare tauros per quandam constitutionē Pij V. datam Romæ anno. 1567. confirmatā, & ex parte modificatam a Greg. XIII. anno 1575. die 25. Aug in qua deleuit omnes cēsuras, & pœnas, quas posuerat Pius V. quo ad sæculares hac conditione, quod in diebus festiuis non agitentur dicti tauri, & quod gubernatores rerumpublic. procurent meliori modo, quod tauri non occidant homines, cætera vero ordinata a Pio V. quo ad ecclesiasticos, remanent in suo robore, cum Greg. XIII. non deleuerit ea, &c. & de intellectu harum constitutionum tractat Nauar. Gutierrez, & Petrus de Nauar, pro cuius rei resolutione, ponuntur seq. conc.

2 Prima Conclusio. Prohibitum est agitare tauros in platea, seu circo dieb. Dominicis, & festiuis, & incurrūt pœnā excōmunicationis latæ sententiæ tam ecclesiastici, quam sæculares communitatis, & reipublicæ, & earum rectores, qui id permittunt secundum constitutiones Pij V. & Gregorii XIII. nec est per-

Nau. in ma c 15. num. 18 Gutt. in qq. can. cap 7. Nau l. 2 de rest. num 30 cū seq.

permissum militibus, aut alijs personis pedestrim, aut equestrim exire ad plateas, & circos, vbi agitantur hæ bestiæ, expectantes eas, vt occidant illas in his diebus; & si aliquis eorum moriatur in illo actu, debet carere ecclesiastica sepultura. Est tamen notandum, quod si festum non est de iure, sed de voto speciali oppidi, in quo tauri agitantur, cōmuniter sine vllo scrupuli genere agitātur, vt dicit Nauarr. qui vsus non videtur securus, nec verus, quia lex absolute excipit dies festiuos: & etiam, quia ratio in qua fundatur hæc constitutio, militat in his diebus, cum ij sint consecrati Deo, ratione voti, & ideo non est æquum, quod profanentur simili barbarie. Verum est tamen, quod non auderem ego condemnare ad mortale in festis, quæ obseruantur ratione alicuius voti, quæ Ordinarius deleuit, quia sic conuenire visum sit; quia in hoc casu, licet sua deuotione obseruent dicta festa, hoc tamen est, quia volunt, & nō quia teneantur ad illud. Et nota, quod supradicta procedunt, quamuis agitentur dicti tauri in dieb. festis cum multa moderatione, ita vt sit probabile, quod nullum eueniet damnum mortis, aut vulnerum aliarumque stragum, quas tauri efficere solent, quia cum agitentur liberi, non potest fieri quin possint sequi dicta damna; sic enim tenet Guttier. contra Nauar. quod probo, quia quamuis secentur illis cornua, sunt tamen adeò feroces positi in circo, vt ipsa ferocitate, & dexteritate, possint subleuare homines, & proijcere per terram conquassantes eos, & si occidere, ita vt sequantur eadem damna sine cornubus, vt cum eis.

Nau. vbi supr. nu. 305.

Gut. vbi sup. Nauar. vbi sup. l. 4. § to ties. ff. de dāno infecto.

3 Secunda Conclusio. Est prohibitem agitare tauros in diebus festiuis per vias ciuitatis, aut oppidi portis eius clausis, ita vt non possint fugere; quia hoc est vere agitare eos in circo, licet latiori, & constitutiones prohibent eos agitari in circo, aut platea, & etiam quia maiora damna sequuntur ex ipsa agitatione ob multos senes, pueros, & mulieres, quæ sunt in ipsis vijs, quos non possunt vitare, si agitentur in circo. Vnde cum in hoc casu militet ratio legis, debet etiam militare eius prohibitio, vt colligitur ex iure. Verum est tamen, quod possunt ligari pedes eorum funibus fortibus; aut portis loci, aut ciuitatis apertis, vt possint fugere, quia in hoc casu cessant dicta inconuenientia, vt notat Nauarrus. vt supra.

4 Tertia Conclusio. In diebus non festiuis permittitur agitari tauros, vt ordinat Gregor. licet sit in circo, aut platea, dummodo adsit cautio, & moderamen debitum; clerici vero tam seculares quā regulares, qui habent beneficia ecclesiastica, aut qui sunt ordine sacro initiati, nec in his, nec alijs diebus possunt videre hæc spectacula sub pęna peccati mortalis, & excommunicationis, vt ordinat Pius V. quod non sustulit Greg. XIII. Verum est, quod non sunt excommunicati ipso facto, sed quod ordinarius potest eos excommunicare, vt resoluit Nauarrus, & Guttierez; & ideo si dicant Missam sine confessione, licet peccent mortaliter, non tamen incurrunt vllam irregularitatem. Estque notandū, quod peccant etiam mortaliter apponentes se in aliqua fenestra occulta, aut publica cum habitu decenti, & honesto causa delectationis, quamuis non lætentur de damnis, quæ sequuntur ex tali ludo, vt dicunt Nauarr. & Guttierez, quia cum sint personæ sacratæ Deo, non debent se applicare ex proposito ad videnda talia damna, quod est multum alienum a caritate Christiana & repræsentātes Christum mansuetum agnum intendunt spectaculis tantæ ferocitatis, & crudelitatis in qua ratione præcipue fundatur Sanctitas sua, vt prohibeat illis hunc ludū; & ideo affirmat Gutt. quod ad instantiam cathedralis ecclesiæ Placentię respondit Capitulum ecclesiæ Ciuitatensis consultum, si per hac re, quod supradicti peccabant mortaliter inspicientes dictos tauros, & in his temporibus nulli dubium est, quia Sixtus V. ad instantiam D. Hieronymi Mantique Episcopi

Nau. vbi supr.

Salman-

Salmantini electi Cord. declarauit esse peccatum mortale, & fecit illum commissarium suum, vt procederet contra sæculares, & regulares, qui docerent cótrarium: copiam autem breuis tradit Gutt. Circa quod 1. nota, quod non tollit, quod ordinarij in suis diœcesibus gaudeant authoritate, quam habebant concessam a Pio V. & Gregor. XIII. ad procedendum contra clericos, qui commisissent illud peccatum, sed potius tenentur procedere contra eos monentes eos prius, figentes in valuis ecclesiæ cathedralis edictum generale. Est tamen notandum, quod si clerici sint in domo propria sedentes, aut in alijs locis extra plateam, aut circum, vbi tauri agitantur, & vident tauros prætereuntes, non peccant mortaliter, vt dicit Guttierez, immo addit, quod habitantes in ipsa platea, aut circo, & existentes intra domum aliquando vident tauros, dummodo non sit ex proposito, & cum morositate, nõ peccant mortaliter, licet sint negligentes in euitandis his visionibus, quia vtuntur iure suo existentes in proprijs domibus, & non tenentur ibi claudere oculos, aut abscondere se, ita vt nec pedes taurorum videre possint.

5 Quarta Couclusio. Religiosis est prohibitum per eandem constitutioné videre tauros, & ideo peccant mortaliter eos agitari videntes: quod procedit, quamuis solum sint prima tonsura initiati, aut in minoribus ordinibus constituti, vt tenet Petrus de Nauarra explicans verba illa Pij V. ibi, *Clericis quoque tam regularibus, quam sæcularibus beneficia ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris constitutis*: quæ verba non debent intelligi, ita quod illud verbum, *vel in sacris* applicetur ambobus verbis præcedentibus, scilicet *regularibus* & *sæcularibus*, ita vt intelligatur quid clerici regulares, & sæculares ordine sacro ordinati solum comprehendantur in dicta constitutione, sed debet referri ad illa verba, *quam sæcularibus* itaque quod Sanctitas sua vult, est, quod sæculares ordinati ordine sacro sint comprehensi in dicta constitutione, non vero sæculares ordinum minorum nisi habeant beneficium ecclesiasticum, & etiam comprehenduntur clerici omnes regulares, cum clericorum regularium solum faciat mentionem. Noteturque hanc constitutionem non esse reuocatam a Clemente Octauo, quamuis multi eius reuocationem desiderantes affirmauere contrarium; & ideo hoc colore conferunt se multi libere ad videndos dictos tauros sine Dei timore, de quibus aliquem cognosco ego castigatum grauiter, eo quod allegauit, quod dicto colore contulit ad videndos eos, & interrogatus Nuntius respondit non habere notitiam illius reuocationis.

6 Quinta Conclusio. Non peccant mortaliter monachi, licet sacerdotes sint, qui vident bellica equitum simulacra, ex quibus solent sequi mortes aliquorum: hæc conclusio est contra Nauarrum; & probatur, quia nullo iure illi prohibitum est: & quamuis sæculares imitantes religiosos vadant ad videnda hæc spectacula, non sequitur hinc, quod peccent mortaliter, cum ipsi sæculares non peccent mortaliter videntes ea. Nau. ca. 11. nu. 19.

De tributis quo ad eorum diuisionem, & iustificationem.

Cap. LXXIV.

SVMMARIVM.

Quot sint species tributorum, conclus. 1. num. 1.

Quot sint necessaria, vt tributa sint iusta. concl. 2. num. 2.

An sit licitum tributum, quod dicitur generale in Regnis Aragonum. conclus. 3. num. 3. & eadem quæstio est de tributo vocato, portatio, & alijs tributis illius Regni.

An peccent mortaliter ordinantes iniusta tributa. concl. 4. num. 4.

An domini temporales, habentes superiorem,

rem. & valentes adire illum pro vtilitate vassalorum. pro tali itinere possint imponere vasallis aliquod grauamen, concl.5 num.5.

An teneantur vasalli vẽdere dominis suis gallinas, & hædos minori pretio quam alij: concl 6 num.6.

An qui emit, aut dono habuit à Rege decimas suorum oppidorum possit illas perferre integre, sicut ipse Rex facit. conc. 7. num.7.

An possint domini temporales assumere tributa, quæ posita erant pro custodibus arcium, & pro speculis Regni cessante necessitate earum. conclusione octaua, numero 8.

1 PRima Conclusio. Quamuis summistæ multiplicent multa nomina tributorum extrahentes a iuristis, vt docet Siluester, definentes autem omnes eos cum suis interpretationibus, dico quod tributum aliquãdo soluitur de bonis possessis, prout singula valent, & hæc dicitur collecta: aliquando soluitur de bonis venditis, & hæc soluit venditor, & dicitur datium: aliquando soluitur de rebus, quæ emuntur ad victum, & hoc soluit emptor, & dicitur Sissa: aliquando soluitur de bonis, quæ aliunde inferuntur, & trãseunt per alia loca, & hoc dicitur portatio: aliquando soluitur de bonis, quæ acquiruntur per mare, & hoc dicitur telonium: aliquando de bonis inuentis, aut aliter acquisitis, quæ habent varia nomina.

Silu.verbo. Gabella.

2 Secunda Conclusio. Vt tributa sint iusta, saltem requiruntur tria. s. authoritas, causa, & forma. Habent authoritatẽ ponendi tributa Papa, Conc. Gener. Imperator, & Rex, & domini, qui in temporalibus non cognoscunt superiorem, & antiquior consuetudo, cuius principij non est memoria, vt declarat Innocentius Papa. Hinc sequitur, quod multæ ciuitates, & oppida, & domini temporales, qui cognoscũt superiorem, possunt imponere tributa ratione consuetudinis antiquæ; quæ si non adsit, peccãt mortaliter, & tenentur ad restitutionẽ ponentes, & imponentes ea. Secundum requisitum est causa, ob quam datur, quæ quidem est necessitas, aut vtilitas publica, quia non potest poni tributum ob priuatam vtilitatem Principum, nisi non habẽdo quomodo possint sustentare congrue statum suum. Estq; aduertendum, quod tributa debent imponi proportionata, ad suam causam, vnde si causa est parua, & tributum est magnũ, erit iniustum, vt dicitur in iure. Tertium requisitum est forma, estque, quod tributa proportionentur bonis particularium, & ideo erit iniustum magnum tributum impositum vasallis pauperibus, & egenis, sic enim tenet Arag. Et Frater Lud. Lop. narrat octo causas in particulari, ob quas tributa possunt imponi. Et nota, quod quando tributum est antiquum, & receptum a cõsuetudine, licet sit dubium de sua iustitia, debetur de iustitia, vt tenet Cast. & ratio eius est, quia Rex est in possessione dicti tributi, & in rebus dubijs melior est conditio possidẽtis, si vero tributum est nouum, & dubium est de sua iustitia, nõ tenentur soluere illud vasalli in conscientia, vt dicũt. Gabriel, & Medina, quia in hoc casu ciues sunt in possessione suarum rerum; & si est dubium, melior debet esse sua conditio; & etiam, quia noua tributa semper reputantur suspecta in iure, si non constat contrarium, & si est dubium in hac parte, nulla est obligatio standi sententiæ, & mandato superioris, cum hic agatur de eius interesse. Hinc sequitur, quod quando tributum nouum de nouo crescit, & est dubium, si hoc antiquũ sit iustum, non tenentur ciues soluere illud, sufficit enim quod soluant antiquum, vt dicit Aragon. 2.2. q.62. art.3.

Inno. in c. su. per quibusdam. de ver. significati.

Arag. 2.2. q 62. art.3 pa. 232.

Lup. in instru. cõsc.2.2 p.ca.35.

Cast de l pena l. 1.ca 10.

Gabr. in 4 d. 15. q. 4 a 2. Medina de rest. q.13.

3 Tertia Conclusio. Licitum est tributum, quod soluitur in Regno Valentiæ, quod dicitur Generale, & tenentur soluere illud sub pœna peccati mortalis cum obligatione restituendi, itaut Castellani, qui tractant in illo Regno, teneantur etiam ad illud, & reliqua quæ sunt in illo Regno, scilicet Crematio,

quæ

quæ fuit introducta ad reædificandas domus combustas tempore communitatum inter Castellam, & Aragones, & aliud tributum quod dicitur la Sissa, quod fuit introductum ad ædificādam domum negotiationis, quæ est in foro Valentiæ parata ad negotiantes, non debentur, donec petantur, quia causæ eorum cessauere; & ideo dubiū est de eorū valore quo ad forum conscientiæ. Verū est, quod aliud tributum illius regni vocatum Portatio tenentur soluere sub obligatione restituendi, quia est antiquum, nec posset verificari, si cessauit causa, ob quam positum fuit; & idem dicendum est de nouo tributo introducto in illud Regnum pro triremibus, quia præsumitur esse iustum. Est tamen aduertendum, quod si ea tributa dantur magnis viris ratione venditionis, si sunt iusta debent persolui. si vero dubitatur de eorum iustitia, non eo quod vēdita sint, est maior obligatio soluendi, quam si haberet ea Princeps, qui imposuit ea: totum hoc colligitur ex eo, quod tradit Corduba, de casibus quæstion. 95.

4 Quarta Conclusio. Peccant mortaliter, qui imponunt rempubl. gubernantes tributa iniusta in ea, & tenentur restituere damnum, quod efficiunt si illa sint causa dicti damni; si vero damnum debebat fieri, quia maior pars consistorij cōsenserant per plura vota, quod imponeretur dictum tributum, qui postea accesserunt, non tenentur ad restitutionem, cum iam maior esset illius vota, & efficaciter erant causa illius. vnde sententia Cordu. tractans de hoc puncto scilicet, quod si qui dederunt votū vltimi, nō solum peccauere mortaliter, sed tenentur ad restitutionem, debet intelligi quando si ipsi cōtradixissent, maior pars non auderet exequi quod decreuerat. Hinc colligitur quam grauiter peccant procuratores curiarum, qui præbent votum, & permittunt, quod ponatur tributum nouum iniustum, & colligitur etiam, quomodo tenentur ad restitutionem si cum sua authoritate, & fauore contradicentes pugnabant, quod nō exequeretur, quod Princeps cum maiori parte Procuratorum decreuerat, reuocans forte suam sententiam.

Cor. vbi sup. q. 191.

5 Quinta Conclusio. Quando domini temporales qui sunt subiecti superiori volunt dire Principem ob eius vtilitatem, & vasallorum & non habent, quo possint commode facere hoc iter, poterunt imponere aliquod grauamen suis vasallis ad hunc effectum, aut quem similem, vt colligitur ex iure; videant tamen ne hoc conuertant in pompam, ludos, & vanitates, quia peccabunt mortaliter & tenebuntur ad restitutionem, vt dicit Armilla Et notetur, quod secundum leges Hispaniæ est licentia ponendi reipubl. grauamen, quod dicitur Derrama, quod nō debet trāscendere 3000. argenteos sine magna causa, quia si sit aliqua vrgens causa, & non possint recurrere ad Principem, vt petatur auctio grauaminis, poterit in foro saltem conscientiæ auctio fieri, vt tenent Medina, Frater Ludouicus Lopez, nec ideo incurrent in censuram Bullæ Cænæ Domini.

Armill. ver dominiū. §. 8.

Med. in sū. f. 219 Lop. in inst. cōs. 1. p. c. 41.

6 Sexta Conclusio. Magnum dubium est, an vasalli teneantur vendere dominis gallinas, & hædos quodam certo pretio minori, quam soleant vendi alijs, vt est in vsu in Regno Valētiæ, quæ difficultas remanet indecisa a Garzia, & tractant de ea Cordub. & Lopez; cui secundum dictos patres respondendo dico, quod si dicti domini petunt a vasallis redditus, qui secundum leges illis debentur, ipsique persoluunt, tenentur restituere totum id, quod valebant gallinæ, & hædi prædicti; nec possunt defendi titulo præscriptionis, cum non habeant bonam fidem; si vero iura, & redditus, qui petuntur a dictis Dominis sunt minores, quam debeantur de iure, & legibus, tunc quod illis remittunt de his tributis debitis, possunt compensare cum dictis gallinis, & hædis, quæ illis venduntur paruo pretio, sic enim sentiunt DD. communiter, vt refert Gabriel. Ego fui per multos annos

Gar. Lo. de cōtractī c. 13. pa. 372. Cor. de casib. q. 114 Lo. l. 1. istr. nego. c. 10 col. 3 & 4.

Gab. 4. d. 15. q. 5 con. 2. 3. & 4.

annos in Regno Valentiæ legens Theologiam de præcepto superiorum meorum in Prouintia D. Ioannis Baptistæ excalciatorum, quam Deus voluit honorare his nostris temporibus cum Sanctitate fratris Ioannis Paschalis filij eius Prouintiæ, & amici singularissimi mei, quem Dominus post mortem eius illustrauit multis miraculis, & existens in dicto Regno, vt in eo vidi, suspicor dominos temporales nihil remittere de tributis illis debitis secundum leges, sed potius videbam nouiter conuersos subiectos illis oneratos varijs, & nouis tributis, quæ non soluunt, qui sunt subiecti Legi, vnde viderint, quo iure id percipiant: quia ego non intelligo, nec quidem audeo eos ex proposito condemnare, quia esset cōdemnare fere omnes dominos illius Regni, in quibus alias cognoui multam virtutem, & sanctitatem.

7 Septima Conclusio. Domini, qui emerunt, vel dono habuerūt a Rege redditus, & decimas suorum oppidorum, non possunt illas perferre integre cum bona conscientia, sicut ipse Rex facit, sic enim tenent Sotus, & Lud. Lopez, & ratio eius est, quia si Rex percipit dictas decimas, est ob multam necessitatem, in qua est constitutus, quæ si cessaret non posset illas perferre cum tanto rigore, & hoc non obstante videmus, quod Rex componitur cum suis vasallis in hoc casu, & etiam quia domini emerunt has decimas tempore, quo reddebant minus, quia non soluebantur cum hoc rigore, vnde emerunt eas minori pretio, quam si nunc venderentur, cum ascendetint ad terminum, quem videmus; & etiam, quia si habuerunt eas gratis a Rege, non habent plenum ius in eas, cum solum sint collectores earum, vt fatetur Corduba, qui tenet contrarium, & ideo definitur in quadam lege nouæ compilationis, vt aduertit Lopez, quod domini, qui via gratiæ, aut remunerationis debitæ suis seruitijs obtinuerunt a Rege ius decimarum, quod possint eas percipere eodem modo, & non alio, quam ipse Rex poterat, & idem possunt facere alij, qui successerunt in dictas decimas secundum morem antiquum, dummodo huiusmodi donationes non sint præiudicatiuæ cæteris.

Sot. li. 3. de iust. q 6. Lu. instru. cōl. 1. p. ca. 35. & in inst. neg. li. 1. c. 20. fo. 66.

Cor. de casi q. 115. l. 16. ti. 10. li. 5. nouæ cōp. Lu. li 2. inl. neg. ca. 44 pag. 110. col. 1.

8 Octaua Conclusio. Non possunt domini temporales perferre tributa, quæ solebant persolui pro custodia arcium, & specularum, quæ erant in Regno, cum cessauerit necessitas illius custodiæ, quia arces jam sunt destructæ, & non custodiuntur multis ab hinc annis, & sic cessauit causa dictæ impositionis: existentibus vero arcibus in suo esse, & cum custodibus; licitum erit in hoc casu petere dicta tributa, quamuis de facto non expendantur in stipendio custodum, & vigilum, sed in alijs rebus, quod vt sit verum, limitatur a Cordub. & Lopez. Primo, quando adest probabilitas, quod in aliquo tempore egebunt huiusmodi arces vigilijs, & speculis. Secundo, quando, si adest necessitas, de facto non obligant domini vassallos, vt soluāt maiora tributa pro illis quam nunc, quamuis debeant augere custodiam: si vero non est probabile hoc esse futurum, non est licitum, dicit Corduba, petere dicta tributa: Lopez tamen dubitat multum de hac opinionem præcipue in his Regnis Lugduni in quibus sunt arces, quæ moraliter loquendo sunt securæ ab inimicis, & sine vllo timore nec in posterum erit talis timor; & quando cessat causa moraliter, ob quam tributa fuerunt imposita, peccat princeps petens ea, quamuis sit consuetudo soluendi ea immemorabilis, vt dicit Siluestr. Ego in hoc non auderem condemnare principem, si percipit dicta tributa, quia licet cessauerit dicta causa, nescio, an sint aliæ, quibus iustificetur hæc impositio.

Cor. de casib q. 113 Lu. vbi sup. c. 38 p. 482.

Siluest. vec. dom. oniū. q 4 dic. 4.

Qualiter

Qualiter vasalli teneantur soluere tributa, & qui sint exempti a tali solutione. Cap. LXXV.

SVMMARIVM.

An teneantur vasalli soluere tributa, quæ imponuntur pro rebus necessarijs ad sustentationem familiæ suæ concl. 1. nu. 1.

An soluere teneantur decimam de rebus paruis, quas vendunt, conclusione 2. numero 2.

An possint percipi decimæ de rebus quæ vẽduntur, quando contractus non sortitur effectum, concl. 3. num. 3.

An qui debent decimas, teneantur manifestare, quod debent, remittente collectore rem in eorum conscientiam: & an possint compelli ad iurandum. conclus. 4. num. 4.

An soluens portationem possit dicere collectori ratione amicitiæ inter se. Non debeo plus, cum vere plus debeat conclus. 5 numero 5

An qui recipit aliquod damnum a Rege, possit non persoluere tributa. conclus. 6. num. 6.

An sit illicitum emere ab illis, qui defraudant tributa concl. 7. nu 7.

An teneantur hæredes & legatarij in conscientia soluere tributum de rebus defuncti appretiatis. concl 8. nu. 8.

An sit licitum Christianis, qui emunt ab infidelibus, decipere illos in suis tributis. concl. 9. num. 9.

An possint domini temporales facere exẽptos a tributis custodes domus suæ concl. 10. num. 10.

An teneantur ecclesiastici soluere tributo. concl. 11. num. 11.

An ecclesiastici imminente necessitate teneantur contribuere tributa soluta a sæcularibus tribus approbante Episcopo, & consulto Pontifice. conclusione. 12. numero 12.

Quando tenetur Ecclesiasticus contribuere in vtilitatem sæcularium. conclusione 13. num. 13.

An clerici possint contribuere aliquando inconsulto Pontifice concl. 14 num 14.

An Clerici vendentes ecclesiæ redditus asportantes eos ab vno loco in alium teneantur soluere portationem. concl. 15. num. 15.

An nobiles, & qui habent gradus teneantur soluere tributa. concl. 16 nu. 16.

An Aduocati, & Doctores teneantur soluere tributa. concl. 17. nu. 17.

An possit Rex vendere ius nobilitatis concius. 18. num. 18.

1 PRima Conclusio. Tenetur vasalli soluere secundum consuetudinẽ totius Christianæ reipubl. tributa posita super rebus necessarijs ad sustentationem vitæ, & familiæ, nec potest negari, quod pro causa vrgenti, & necessaria reipubl. possint de nouo imponi tributa super dictis rebus, vt tenent Gabriel. Siluest. & alij multi, & sic de facto videmus imponi tributum super carnibus, piscibus, oleo, &c. quando adsit necessitas. & quamuis Castrus teneat hoc tributum esse iniustum, quia per illud tantum soluit pauper, quantum diues, non tamen potest condemnari, quia vix potest inueniri alius modus conueniẽtior ad præbendum remedium publicis necessitatibus, vt docent Medin. & Pet. de Nauarr. & ideo non debebat dicere Ledesm. generaliter esse hoc tributum iniustum in 4. p. 4. q. 18 art. 3. dub 10.

(Gabr. in 4. d 15. q. 5. art. 2 Sil. ver. gab. q. 3. Cast. de leg. pœn. 1. c. 5. Cast. de le. pœn. c. 5. Med de rest. qu. 15. Nau. de rest. li. 3. ca. 1. a nu. 235. a. 3. dub. 10. Sot. lib 3. de iust. q 6. art. vlt.)

2 Secunda Conclusio. Sæculares tenẽtur soluere tributum de rebus paruis, quas vendunt, vt de ea; quæ valeat duabus, aut tribus drachmis argenteis: hæc conclusio est contra Sotum, qui dicit nõ fuisse intentionem legislatoris obligare paupereẽ agricolam, vt solueret tributũ de vna gallina; quia ad hoc respondeo negando, quod cum non habuisset eam intentionem, sciebat multam quantitatem tributi perituram, cum sint multi, qui vendunt communiter has paruas res, & præcipue debet intelligi in venditoribus, qui minutim reuẽdũt res; q̃a hi absq; dubio tenẽtur soluere tributũ de reb. paruis, quas vendunt, quia in fine anni

ne anni est multa quantitas rerum venditarum.

3 Tertia Conclusio. Quando aliqui mercatores faciunt aliquem contractũ venditionis, & emptionis, si statim pæniret eos fecisse illum, & inficiunt, non põt peti ab eis tributum, quod debebatur eius ratione, quando res vendita nõ traditur emptori, & emptor non soluit pretium, quia lex, quæ obligat solui hoc tributum ratione venditionis, debet limitari, vt solum intelligatur, quando venditio est consummata, quia est lex odiosa, & per consequens debet restringi. Hanc conclusionem tenet Lud. Lopez, & constat ex his, quæ late tradit Petrus de Nauarra; si vero res vendatur in creditũ, quia ex parte venditoris iam est consummata venditio, & periculum rei venditæ currit emptori, quia recepit illam, tunc potest. Quæstor regius petere tributum pro reempta, & potest etiam petere, quando emptor alicuius rei dat aliquid venditori in signum pretij, quãuis postea velit discedere a cõtractu, nisi sit vsus in contrarium; quod non debet intelligi, quando datur aliquod pignus non tanquam pretii signum, sed tanquam pignus, & postea emptorem pęnitet contractus, & eligit potius perdere dictam rem, quia quando aliquid datur pignori, ipso amisso facile inficitur contractus.

Lop. in instit. cõs. 2. p. c. 41 Nau. l. 3 de rest. c 1. nu. 144.

4 Quarta Conclusio. Quando collector tributorum relinquit conscientiæ debitorum, vt manifestent debitum, nõ manifestando omnia, peccant, cum mẽtiantur, nec est licitum illis iurare falsũ, ne soluant tributum debitum; hæc conclusio est omnium, & etiam tenẽtur debitores ad restitutionem, vt dicit Nau. Medin. & Cord. & tenentur iurare, si illis deferatur iuramentum, vt tenet Cordob. & Ludou. Lop. discedens in hoc a Nau. qui tenet non teneri ad iurandum, fundatus in hoc principio, quod lex pęnalis obligat ad solam pęnam, non vero ad culpam, & quod lex soluendi tributa est pęnalis. Vt opinio cõtraria teneat, quod lex soluendi tributum non est amore pęnalis, sed lex fundata in iure naturali dictante deberi tributa iusta Regi ad succurrendum suis necessitatibus, vnde obligat ad peccatum mortale, & ad restitutionem, nisi soluantur, necessario debemus fateri iuridice peti ab eis iuramentum, & per consequẽs tenẽtur iurare veritatem.

Nau. c. 7 nu 202. Med de rest q 3. sub fine Cor. de casib q. 9. Cor dub vbi sup. l op ... conf. 2. p. c. 37. col. 281. Na. vbi sup.

5 Quinta Conclusio. Potest, qui debet portationem, dicere collectori relinquẽti in conscientia sua, quod debet illi tantum debens ei plus confidens in amicitia; quæ est inter eos quæ sæpe est inter locatarios horum tributorum, & mercatorum, qui frequentant iter, p quod soluitur hoc tributum portationis; quia possent ire alio, & pergunt illuc, & ideo sunt causa lucri illis locatariis. Verum est tamen, quod vt euitetur peccatum veniale mendacij, quod in hoc casu cõmittunt dicentes debere decem debentes plus, melius erit dicere, Accipe hoc & sis contentus, & non dicere, Non debeo tibi plus.

6 Sexta Conclusio. Qui recepit aliquod damnum a principe potest non soluere tributa, quæ illi debet compensans dictum damnum, quod ab eo accepit nisi in casu, quod dicta tributa sunt alteri locata, sed ex parte ipsius Regis recuperantur. Verum est tamen, quod vt compensatio sit valida, est necesse, quod habeat conditiones necessarias ad sui iustificationem, de quibus iã supra dictum est in materia stipendiorũ. cap. 50. n. 12. Hinc sequitur, quod quando dicta tributa sunt locata, non potest dictus damnificatus facere dictam compẽsationem, cum non causauerint damnum locatarij, sed Rex. Hoc autem corollarium est contra Siluestrum, & Nauarram, qui dicunt posse facere dictam recompẽsationem, quia locatarii emũt minori pretio hæc tributa ob multas fraudes, quę accidere solent in recuperatione eorum; vnde non potest dici, quod sint damnificati, cui rationi respondeo, quod emunt quidẽ tributa minori pretio ratione damnorum, & fraudum, non tamen desinunt ideo peccare qui

Sil. verb Gabella 3. qu. 9. Nau. l. 3 de rest. c. 1. nu. 248.

cum-

committunt has fraudes, a quibus iuste petitur tributum; & etiam quia licet emant minori pretio, & quod consentiant ipsi, quod defraudent illos remittentes hoc grauamen, hoc debet intelligi non de damno, & fraude, quæ committitur ratione compensationis factæ ratione damni accepti a Rege, sed ratione fraudis, quæ accidit in defectu negligentiæ & inquisitione collectorum. Et hinc sequitur, quod si collectores effecerunt aliquod damnum illis, qui debét tributa, possit cum debito compensari a debitoribus, cũ dicti collectores effecerint illud: nec obstat alia ratio, quã adducunt Siluester, & Nauarra ad probationem intentionis eorum, s. quod princeps nulli vendere potest, quod meum est; meum autem est, quod mihi debetur; ad quod respondeo, quod tributa, quæ Rex vendit, sunt sua, non vero suorum creditorũ; dicere autem illud esse meum, quod ego possem bona consciẽtia retinere, & debere illud principi, si ipse non deberet mihi, est verum, loquendo de eo quod ego habeo in mea potestate, vel ꝙ est in potestate principis, nõ vero de eo cuius dominium, & ius habet iam ipse princeps alienatum; quia si hoc posset dici meum, vt possent retinere illud, ob illud, quod mihi debetur a Principe, sequeretur quod ille, qui habet rem mutuatam ab aliquo, qui emit eam a Rege, posset secrete retinere illã, quia Rex illi debebat eam.

7 Septima Conclusio. Emere ab illis, qui defraudent Regia tributa licita, & moderata non est illicitum, nec emptores tenentur facere vllam restitutionem Regi, aut locatarijs mercatoribus, qui habent conuentionem; quod intelligitur, licet promiserint tacere: & probatur, quia illi non defraudant, nec peccant, quia non manifestarunt; quia nemo tenetur manifestare similia crimina, quæ fiunt in republ. nisi eius officiũ obliget ad illud, nec aliquis tenetur vitare damnum locatorum cum damno suo proprio, quod si manifestassent hoc, clarum est, quod nullus vellet illis vendere bona: & etiam, quia licet teneantur ad hanc reuelationem, prius deberet præcedere correctio, nec illi cooperantur peccato, quod committunt, qui defraudant tributa, quia non sunt officiales publici, & etiam, quia emere ab illis defraudatoribus ex se non est opus malum, sed indifferens, & quando aliquis dat fratri suo occasionem bene, & male operandi, quamuis sciat male vsurum ea, non potest dici cooperari peccato eius, vt non cooperatur peccato gentilis, qui vendit cãpum, quamuis sciat, quod in eo est sacrificaturus idolo suo: hæc conclusio est Nauarrus, libr. 3. de restit. cap. 1. numero 270.

8 Octaua Conclusio. Non tenentur hæredes, & legatarij in conscientia soluere tributa rerum defuncti, quæ assumuntur appretiatæ. Vt vero melius intelligatur, ponamus casum; quidam defunctus reliquit alteri centum ducatos, venduntur bona sua, in quibus venduntur res, quæ æstimantur dictis 100. ducatis, petit eas legatarius, non debetur in hoc casu tributum. Alius casus. Relinquit testator domum, quæ valet 500. ducatis, sunt quinque hæredes, datur cuique eorum quinta pars domus, quæ pretio valet centum, non debet tributum hoc: legatarius vero, seu hæres, si vltra quod illis competit pro hæreditate, aut legato, capiunt aliquid aliud æstimatum, aut appretiatum, tenentur in hoc casu executores, aut venditor soluere tributum, ratio autem est; quia in primis duobus casibus non est venditio, nec emptio, sed quædam applicatio rei hæredibus & legatarijs, quæ illis debetur de bonis defuncti, quod est partis diuisio, & partitio bonorum, quam emptio, & vẽditio; in vltimo casu quod illis datur, non est ratione partis, & diuisionis, sed ratione venditionis, vt aduertit Nauarr. vt sup.

9 Nona Conclusio. Non possunt Christiani, qui mercantur merces, aut vendunt infidelibus, defraudare tributa, quæ debentur principibus infide-

fidelibus ratione dictarum, emptionũ, aut venditionum, quia licet tyrannice possideant terras Christianorum, hoc non pertinet ad curam particularium recuperare, sed ad curam Papæ, & principum Christianorum, quorum authoritate fit, & si ipsi infideles non habent terras Christianitatis, nec efficiunt damnum Christianis, nec cum authoritate Papę, nec cum licentia Regis possumus illos defraudare in tributis, quæ de iure illis debentur, vt resoluunt post Sotum Victoria, Cord. & Lud. Lop. Nemo potest defraudare infidelem particularem in rebus, quæ venduntur per numerũ, pondus, & mensuram & qui defraudat, remanet obnoxius restitutioni, q̃a hoc est vsurpare debitum alteri ratione sui laboris specialis; quod procedit, licet infidelis defraudatus non sit è numero illorum, qui soluunt tributum Christianis; & quamuis sit de numero eorũ, qui possident tyrannice terras Christianorum, sic enim dicit Lopez respondisse Victoriam.

Cord li. 1. qq. qu. 17. Lop. 1 p. init. negot. c. 20. col. 3

Lop. in init. con scie. 1 p. cap. 39.

10 Decima Conclusio. Non possunt domini temporales facere exemptos a tributis illos, qui custodiũt domus suas, & illos, qui sunt custodes venationũ suarum, nisi liberent etiam reliquos vasallos dicentes non teneri soluere illã quantitatẽ, quæ illis custodibus, & venatoribus remittitur, quia non possunt hi domini ob suas delectationes imponere grauamẽ indebitum suis vasallis, sic. n. tenent Gabr. Siluest. Sotus, Nau. & Gutt. dub. Verum est tamen, quod Rex habet authoritatem faciendi absolute dictam exemptionem secundum Sotum, & Nauarr.

Gabr. in 4. d. 15 q. 5. dub. 2. Silu. dominium & verb. exact. Sot. li. 3. de iust. q. 9. art. vlt.

11 Vndecima Conclusio. Ecclesiastici nõ tenentur soluere tributa, & ideo collectores eorum, si petunt ea ab illis, sunt excommunicati per bullam Cęnę Domini; & tenentur ad restitutionẽ, & ad cõpetentem satisfactionem ratione huius transgressionis, vt post alios resoluit Salzed. Est tamen notandum, quod nõ gaudent hoc priuilegio constituti in minoribus ordinibus qui non habent actualiter aliquod beneficium ecclesiasticum, nec reliqui clerici, qui emũt, & vendũt, & se exercent in mercatione, vt constat ex quadã lege nouę compilationis, & ex alia nouissima Philippi secundi, secũdũ leges partitarũ, vbi videndus est Gregor. Lop. sic. n. tenent Naua. & Med. Est tamen notandũ, quod ecclesiastici negotiantes non tenentur in foro conscientię soluere hæc tributa, antequã ab illis petantur; & ẽt non sunt obligati soluere ante triplicem monitionem factã illis, quod abstineant ab his sęcularibus negotiationibus, vt tenet Lud. Lop. probans quodam decreto iuris canonici.

Nau. in sum c. 15 n 6 & 7. Salz. in pra. cri. c. 59 nu. 176.

lib 9. tit 28 lib 6. & 7. nouę cõp l. li 1. tit. 5 l. 2. & li. 6. & 7. part 5. Greg. cer. ver cler. Nau. in ma c 17 nu. 201. Med. de rest. q. 16 Lop. in init 2. p. c. 4.

12 Duodecima Conclusio. Quando necessitas, aut pietas iminnens est concernens non immediate, sed per consequentiam remotam, vtilitatem ecclesię publicam, non tenentur ecclesiastici cõtribuere tributa, quæ solent a sęcularib. tribui, nisi gratis velint illud facere approbante Episcopo, & clero, & consilio Pontifice super hoc, vt dicitur in iure, & affirmãt Nau. & Med. Verũ est tamẽ, q̃ tanta põt esse necessitas, vt non det locũ recurrendi ad Papã pro hoc periculo, in quo casu sufficit, q̃ clerus cũ Episcopo consentiant, vt tenet Greg. Lop. quẽ sequitur Gutter. lib. 2. in pra. q. 4.

c. ex his de vita, & honest. cle. C. aduersus c nõ minus d̃ imunun. eccl Na. c. 17 nu. 201. & c. 2 n 110 Med. de rest. q. 15 in prin. vers. vt igitur. Greg l. 1. ti. 6. ar. 1

13 Decimatertia Conclusio. Si necessitas, aut pietas est concernens directe, & principaliter ecclesiæ vtilitatem, & sęcularium, vt quando ponitur ignis prædiis, inter quæ multa sunt ecclesiæ, in hoc casu ecclesia debet contribuere deliberante non solum populo toto, sed etiam clero in dicta contributione, quia quod pertinet ad omnes, ab omnibus debet approbari, & si nolit clerus sine legitima causa consentire, possunt sæculares implorare auxilium superioris ecclesiastici, vt compellat eos, vt dicitur in iure, & in hoc casu non est necesse consulere summum Põtificem, cum huiusmodi expensæ non solũ sint pro publica vtilitate, sed etiã pro priuata ecclesiarum. Hinc infert Lud. Lopez. q̃d ecclesiastici tẽpore pestis tenentur contribuere pro expensis, quę fiũt ad sepeliendos defunctos

ctos extra ciuitatem, quia in ipsa inficerent reliqua corpora.

14 Decimaquarta Conclus. Licet non recurratur ad Papam, possunt, & debēt contribuere clerici, quando Episcopus, & clerus viderint esse tantam necessitatem, tamq́ue egestatē reipubl. vt egeat eorum contributione, si non sufficiant bona sęcularium pro supplenda egestate reipub. ex cuius succursu resultat multa vtilitas, vt dicitur in iure, quod non debent iudicare Episcopus, & clerus, sed alij iudices conscientiæ, fideque digni, vt notat Gutt. Ex supradictis sequitur non teneri clericos soluere sissas, seu gabellas, quæ imponuntur super pane, vino, & alijs similibus, quando imponūtur præcipue ob vtilitatem particularium sęcularium, quæ vtilitas non directe pertinet ad clericos, quatenus ciuium prosperitas redundat in clericorum vtilitatem: nec senatores possūt illis imponere hoc tributum; quod si sit causa, qua imponantur hæc grauamina, non possunt ea imponere nisi habentes authoritatem à Rege consideratione debita facta, ita vt non imponantur super illis rebus, quæ magis ordinarie emuntur à clericis quam à sęcularibus; nec de hoc possunt conqueri clerici, cum possint emere hęc eadem in suis officinis particularibus deputatis pro illis, vbi commode possunt eas habere libere, vt cum Siluestro docet Lud. Lopez. Verum est, quòd vbi commode non possunt haberi hæ officinæ particulares, putarem nimis suspectas dictas impositiones respectu ecclesiasticorum, & in hoc casu est vera opinio Nauarr. condemnantis eas indistincte, prout attinent ad clericos ordinis sacri, quia in minoribus constitutis nulli dubium est, quin debeant soluere omnia tributa, quæ reliqui sæculares, nisi sint soluti, & actualiter habeant aliquod beneficium ecclesiasticum, vt est ordinatum in quadam lege nouæ compilationis, & tenent Couarr. & Matienzus; dicitq; Couar. quod prima tonsura initiati sunt liberi à tributis de iure canonico, debere tamen stari consuetudini præscriptæ.

Gutt. vbi sup.

Lop. in instr. cōs. 2. p. c. 40 Nau. ca. 16. nu. 201. & 202.

l. 2. tit. 4. lib. 1. Couar. pr. qq. c. 11. in fi. nu. 9. Matien. in l. 11. tit. 10. lib. 5. nouę compil. gl. 1. nu. 4.

15 Decimaquinta Conclusio. Clerici, si vendant res ecclesiæ, & ad hoc gestēt eas ab vno loco in alium, non tenentur soluere portationem, nec tributum, q̄uis ea deferāt causa negotiationis; quia debitum, quod committunt in hoc casu, nō debet nocere eorum immunitati ecclesiasticę; si vero res, quas deferunt negotiationis gratia, sunt patrimoniales, non ecclesiæ, tenentur soluere hęc grauamina. Dixi, *causa negotiationis*, quia si vendunt eo modo, quo solent vendere reliqui sęculares vinum, triticum, oleum, & quæ colligunt ex prædijs suis, non tenentur soluere, vt dicit Panor. in c. fin. de vita, & honest. cler.

16 Decimasexta Conclusio. Nobiles sunt exempti à solutione tributorum ob præclara facta sua, vel maiorum suorum in defensione reipub. vt dicit Sot. & eadem de causa potest princeps facere exemptum ab eis aliquem de repub. benemeritū; quia licet videatur, quod hoc priuilegium resultat in eius damnum, si tamen radicitus consideretur, est vtile, vt alij excitentur ad similia opera magna in reipubl. vtilitatem.

Sot. l. 3 de iusti. q. 6.

17 Decimasexta Conclusio. Non admittit consuetudo in his Regnis Hispaniæ quod qui habēt gradus, solum quia sint aduocati, sint liberi à solutione tributorum regiorum, licet sint liberi ab officijs, & oneribus reipub. sed potius ius ordinat hos similes debere soluere, & Doctores, qui non legunt, quod non gaudeant exemptione tributorum patrimonialium, sed solū officijs, & oneribus personalibus vt late probant Baeza, & Azeuedo.

Baez. in tra. de inopo debito ca. 16. nu. 117. cū seq.

18 Decimaoctaua Conclusio. Existente magna necessitate in Regno potest Rex vendere priuilegium nobilitatis, & exemptionis tributorum etiam genti ignobili concurrentibus duabus conditionibus. Primo, si non habeat dictum priuilegium annexum aliquod officium iustitiæ, aut alterius administrationis reipubl. Secundo, quòd non

Azeuedo in l. 8. & 9 tit. 17. li. 1. recopi. nu. 4.

M 2 fiat

fiat hoc faciendo iniuriam reliquis, vt dixit Sotus, loco supradicto.

De tempore, & de causis soluendi tributa, & de remissione aliqua illorum in quibusdam casibus. Cap. LXXVI.

SVMMARIVM.

An teneantur vassalli soluere decimas, & portationes, antequam petantur ab eis, concl. 1 nu. 1.

An tributum positum pro transitu pontis, aut loci similis debeat solui, si non petatur. concl. 2. nu. 2.

An subditi teneantur soluere tributa imposita iustis de causis, licet non petantur à Collectore, concl. 3. nu. 3.

An sit obligatio soluendi tributum venditionum, antequam petatur, concl. 4. numer 4.

An debeatur tributum de rebus venditis non multo pretio. ibid. nu. 5.

Facientibus multam iacturam locatariis tributorum ob casus fortuitos est obligatio faciendi illis aliquam remissionem, concl. 6. num. 6.

1 PRima Conclusio. Vassalli tenentur soluere tributa antequam petantur, & si consuetudo admisit, tenentur deferre eas ad domos collectorum.

2 Secunda Conclusio. Non tenentur transeuntes soluere tributum transitus alicuius pontis, seu alterius loci, nisi ab eis petatur, quia est res dura obligare eos, vt sciant hæc statuta: idemque est dicendum de tributis transitorum siccorum vnius regni ad aliud. Circa quod Nau. c. 17. nu. 102. est notandum, quod licet secundum Nauarrum non sit obligatio soluendi hæc tributa illarum rerum, quas deferunt hi transeuntes pro suis necessitatibus, & familiæ, debet tamen attendi multum cuidam limitationi Driedo, cui assentitur Corduba, qui dicunt viso quod in his temporibus tributa, & impositiones portationum accidunt sæpe, vt careant iustitia, quia deest causa requisita pro eorum iustificatione, ideo non debent esse faciles Confessarij in cōdemnatione eorum, qui defraudant illa, præcipue si pauperes existentes constringuntur à dominis soluere tantum, quantum diuites, cum ius ciuile, & Canonicum reprobent peti has portationes ratione rerum, quæ deferuntur pro vsu necessario domorum: vnde Ludouicus Lopez affirmat non deberi tribui culpam, his, si abscondant res, aut discedant ab itinere, si ob redimendam vexationem fecerunt; si vero faciunt id communiter, quia sic placet illis, non putat securum non condemnare eos, vt tradit Siluester, nisi teneat, quod dominus, cui debetur tributum, est contentus sola pęna, vt dicitur in quadam lege partitarum, & in alia ordinamenti, quia in hoc casu non erit peccatum abscondere se, quamuis potest esse stultitia exponere se periculo iacturæ mercium.

Dried. d libert. Chr. c. 5 fol. 12. Cord. de cas. q. 99

Lop in inst cō. sc. 2. p c. 36.

Silu. Gabellam, q. 5.

3 Tertia Conclusio. Tenentur subditi soluere tributa imposita à principe iustis de causis, & si sunt tolerabilia, licet non petat illa collector; quia leges, quæ ordinant solui hæc tributa, cum dictis conditionibus, sunt iustæ, & non sunt mere pænales; cum tributum, quod imponitur, sic sit fundatum in ratione naturali, vnde est obligatio soluendi in cōscientia, vt tenent Sotus, Victoria, Couar. Nauarr. & Corduba, quamuis Nauarr. teneat contrarium. Verum est tamen, quod aliqua tributa non est obligatio soluendi, vt portatio, vt dictum est in conclusione præterita; nec est obligatio soluendi tributum capitis, quia nemo tenetur manifestare non esse nobilem, antequam petatur, & idem dicendum est de sissa.

Med. de restit. q. 13. sot. lib. 3. de iust q. 3. ar. vlt. Cou in reg peccatū, 2. p § 5. Cord vbi sup. Nau. de rest. li. 3. c. 1. a n. 227.

4 Quarta Concl. Tributum venditionum est obligatio soluendi, nec vlli est licitum defraudare locatarios huius tributi, nisi vbi est manifestissima iniustitia huius grauaminis, vt dicit Sotus; qui addit, qd si petantur hæc tributa, cum multo rigore, sufficit, quod soluantur, qn petuntur, præcipue quando debitum

Nau. in Man. c. 23. n. 34. Soto vbi supr. ar. 7.

Med. 1. 2.q. 96. ar.4. tum non est magni momenti. Quod declarat Medina dicens, quod secundum Sotum non debet peti ex decem vnum, sed ex viginti, aut triginta vnum: si vero petitur ex decem vnum, quod non detur, nisi petatur; & ideo tenet contra Corduba, qui dicit teneri soluentē hoc tributum quærere locatarios eius, vt soluat eis, nec ab hac sententia discedit Aragon dicens non excusari à solutione huius tributi, si non petitur ratione cōsuetudinis, sed ratione grauitatis, & iniustitiæ tributi; quia quando tributum est iniustum, licet per fraudes, & dolos quis eximatur à solutione, non tenetur ad restitutionem, non tamen determinat, an sit hoc tributum iniustum nec ne; nec ego hoc determino, sed potius præsumptio est pro eo, cùm imposuerit illud Rex cum cōcilio, & curia; & ideo præsumitur esse iustum, & deberi, anteaquam petatur. Arag 2. 2.q. 62. art 3. p. 254.

5 Quinta Conclusio. Etiam quando venduntur res, quæ non sunt multi pretij, tenentur venditores quærere locatarios, & soluere hoc tributum, si non sit iniustum, & non petatur cum multo rigore; nec sufficit esse paratos sine fraude, & dolo abscondentes se, ne soluant, quando petitur: hæc conclusio est contra Sotum, & probatur, quia quando tributum est iustum, non possunt venditores excusari à solutione ratione paruitatis rerum, quia tantum potest esse damnum, quod inde sequatur, vt eius ratione teneantur restituere eo modo, quo ille, qui vendit rem magni pretij, vt solet dici de illis, qui capientes singuli racemum vindemiāt aliquam vineā, & expoliant eam, qui tenentur ad restitutionem ratione damni, quod effecetunt, vt aduertit Arag. contra Sotum. Sot. vbi sup. & l. 4. de iust. q.6. ar.4 Aragon vbi sup.

6 Sexta Conclusio. Qui cōducunt hęc tributa, & datia, merentur aliquam remissionem pretij, si interueniant bella, quæ timebantur, ob quæ non possunt merces deferri ad venditiones. Verum est tamen, quod in rigore non debetur illis, cum esset rumor, quod bellum parabatur; si vero nulla erat eius suspicio, & postea sequatur tanquam fortuito, & extraordinarie, iuste possunt petere remissionem, & debetur illis, vt post Syluestrum tenet Lopez, quamuis aliquo modo discedat à propria sententia, in Instr. consc. 2. p. cap. 41. Sil. Gabel § 13

De Vanagloria. Cap. LXXVII.

SVMMARIVM.

An procurare manifestationem alicuius boni temporalis, aut spiritualis sit peccatum, num. 1.

An desiderare gloriam humanam de re, qua quis caret, sit peccatum, conclus. 1. nu. 2.

An iactare religiosum, quod est filius alicuius Ducis, sit peccatum concl. 2. nu. 3.

An, qui exercet alquod officium, quod ignorat, prædicans aduocans, &c. peccet, cōclus. 3. num 4.

An qui sentit se laudare de aliqua virtute, qua non sit præditus tacendo peccet mortaliter concl. 4 nu 5.

1 VT intelligatur melius quod dicendum est, debet notari, quod gloria importat claritatem, & manifestationem, & notitiam alicuius boni tēporalis, aut spiritualis; & ideo procurare, aut desiderare hanc manifestationē pro aliquo bono fine, scilicet, vt Deus sit glorificatus, aut pro exemplo proximorū, aut vtilitate ꝓpria, scilicet, vt crescat quis in virtute videns ab omnibus teneri bonus, non est peccatū, sed res laudabilis, vt docet D. Thom. gloriari vero de hac gloria, & manifestatione sine bono fine, est solum peccatum veniale, vt dicit D. Tho & tradit Nauar. & hoc est vitium vanagloriæ. Potest autē quis eā desiderare tribus modis. Primo quærens gloriam in re quam non habet, aut in eo, quod non est dignum gloria, vt in rebus vanis, & caducis. Secundo quærens hanc gloriam hominum non autem Dei. Tertio non referens gloriam hanc in aliquem bonū finem, quod totum est veniale, potest autē esse morta- D Th. 2. 2.q. 132 art.1. D. Tho. vbi sup. art.3. Nau. ca. 23. n. 115

le quatuor modis. Primo, quando quis iactans se vsurpat diuinitatem Dei, & non cognoscit dependentiam, quã habet ab eo. Secundo, quando anteponit id, quod habet, Deo, æstimans pluris q̃ Deum. Tertio, quando æstimat pluris testimonium hominum quã Dei. Quarto, quãdo facit gloriam humanam suũ vltimum finem: pro resolutione cuius, ponuntur sequent. conclus.

2 Prima Conclusio. Quamuis quærere aliquam gloriam coram hominibus non est ex se res mala, desiderare tamen gloriam de ea re, quam non habet, illicitum est, & malum; vt etiam est desiderare gloriã pro illa re, quæ ex se est mala, quia sit contra legem diuinam, aut amorem proximi, vt resoluit D. Thom. erit autem peccatũ mortale, vel veniale secundum obiectum eius; veniale autẽ erit, quando solum malitia, quam habet hæc gloria, desiderata est, quia non refertur ad Deum, aut in vtilitatem spiritualem, aut in aliquem bonum finem vtilem, & honestum, cum sit contra naturam hominis rationalis habere actus, quamuis sint interiores, qui non referãtur in aliquem finem rationabilem, vt resoluit Nau. erit autem peccatum mortale, quando in hac gloria humana cõstituitur vltimus finis, quod non potest accidere, nisi quando quis facit aliquod opus pro gloria humana, quod etiam faceret, quamuis esset contra legem diuinam, quod raro euenit.

D. Th. 2. 2. q. 132. & d̃ malo. q. 9. art. 1.

Na. li. 3. de rest. 4 n. 58.

3 Secunda Concl. Religiosum iactare nobilitatem suam ex se non est mortale, cum id sit verum; quia quamuis perdat aliquid religio eius in hoc, videntibus sęcularibus, quòd ille religiosus iactat hanc nobilitatem, cui non correspondet ipsa laudatio, non tamen inde euenit tantum damni religioni, vt debeamus dicere, quod cum sit ex se veniale, sit mortale ratione eius damni; vnde non debet teneri ratio Medinę tenẽtis hunc peccare mortaliter, contra quẽ disputat Petrus de Nauarr. lib. 2. de restit. c. 4. nu. 345.

Med. in sum. f. 289.

4 Tertia Conclusio. Qui præsumit cum notabili Dei irreuerentia, aut cum notabili damno proximi, aut spirituali, aut corporali honoris, vel pecuniæ exercere aliquod officium, quod nescit puta prædicando, iudicando, aduocando, consulendo, curando, &c. peccat mortaliter, vt resoluit S. Thom. & cum communi tractat Nauar. Verum est tamen, quod solum peccabit venialiter exercẽs dictum officium saltem cum paruo dãno proximi.

D. Th. 2. 2. q 117 Nau. in c. inter verba. nu. 100. cũ seqq.

5 Quarta Conclusio. Qui audit dicere de se, quod sit bonus Sacerdos, bonus Confessarius, bonus Magister, aut bonus Prædicator, cum hoc non sit verum, & videt aperte, quod ex eo, quod taceat, sequitur notabile damnum seruitio Dei, aut ꝓximi, peccat mortaliter, quia in hoc casu tenetur impedire has laudes aliquo bono medio, sic enim dicit Nauar. in Man. c. 23. nu. 17.

De venditione quo ad eius essentiam, & materiam vendibilem. Cap. LXXVIII.

SVMMARIVM.

Quid sit venditio, concl. 1. nu. 1.

An possint vendi fructus terræ qui sunt in potentia concl. 2 nu. 2.

An res aliena possit vendi, concl. 3. nu. 3.

An homines liberi possint vendi, & an homo liber possit se vendere ad triremes, concl. 4. nu. 4.

An sit obligatio liberandi à manibus barbarorum eos qui in carceribus tenentur vt manducentur, concl. 5 nu. 5.

An sit licitum vendere, & emere Aethiopes. concl. 6. nu. 6.

An possint emi ab Aethiopibus res, quę non creduntur sua. concl. 7. nu. 7.

Cui debet restitui res aliena empta, si sciatur, quod sit vnius ex duobus quando nõ potest verificari, cuius eorum sit, concl. 8 nu. 8.

An sit licitum principibus vendere officia publica, concl 9 nu. 9.

An possit vendi officium scribarum, seu notariorum, concl. 10. nu. 10.

An

1 PRima Conclusio. Venditio nil aliud est, quã dare aliquid pretio aliquo: & ecõtra emptio est capere aliquid pretio recipiens illius dominium: & de essentia contractus venditionis est pretium, ita vt si non sit pretium, non possit dici venditio, vt colligitur ex eo, quod late tradit Sot. lib. 6. de iust. q. 2. art. 2.

2 Secunda Concl. Non solum quod iam est in actu, potest vendi, sed etiã fructus terræ, Grex nasciturus, & piscatio faciẽda in mari, quando mittuntur retia; qui fructus, quamuis non producantur, nec oriantur animalia, nec capiantur pisces, oẽs sunt curæ emptori, & tenetur soluere pro illis pretiũ promissum, nisi fuit tacitum, aut expressum pactum in cõtrarium, quod procedit tanto magis in piscatione, quæ sæpe deficit, quamuis piscatores per totam noctem laborent iacientes retia, & ideo qui emit illam, iam his casibus subijcitur.

3 Tertia Concl. Res aliena non potest vendi, & qui emerit illam, tenetur restituere eam vero domino, si inuenerit illũ facta debita diligentia: si vero non inueniat, & sit in dubio, an sit aliena, an illius, qui vendidit illam, poterit retinere illam, dummodo, qñ cõstet de vero domino, restituat illã, cum furto surrepta sit, & qui emunt ab Aegiptiis, quorum omnia præsumuntur esse furto capta, tenentur restituere aliquid pauperib. nõ inuentis veris dominis, qui si inueniantur, ipsis debet restitui, sic enim tenet Cord. de casib. in addit. q. vlt. Alia, quæ pertinẽt ad res surreptas constant ex dictis in c. de furto.

4 Quarta Concl. Hoĩes liberi nõ possũt vendi, vt cõstat ex iure ciuili, vbi tractãt DD. Verũ est tamen, quod homo liber potest se ipsum vendere pro alio ad triremes; quod est genus seruitutis, & ideo debet sic intelligi, quod dicitur in quadã lege partitarum lib. 1. tit. 21. parte 4. I liber homo. ff. de cõtrahẽda emptione.

5 Quinta Concl. Opus est charitatis liberare a manib. barbarorũ eos, quos detinent in carcerib. ad manducandũ, vt accidit inter Aethiopes, qui manducant carnẽ humanã: non tñ tenẽtur ad illud, qui redimũt illos ab hoc periculo cũ iactura suorũ bonorũ; quia nulla est obligatio recipiendi hanc iacturam, cũ ob redimẽdam vitam proximi positam in necessitate per malitiam alicuius tyranni non teneatur quis perdere bona sua, vt dictum est in materia homicidij: p[ost] sunt tamẽ dicti Aethiopes destinati morti emi, & reduci ad seruitutem, vt remaneant cũ vita, cũ sit preciosior libertate, & ipsi si habeant, quo possint redimi a dicta seruitute, possunt redimere se, vt resoluit Nauarr. & Ludouicus Lopez. Est tamen aduertendum quod non possunt hi facti serui redimere computantes in precium redemptionis valorem seruitiorum, quibus seruiunt dominis, quia illis debebant hanc seruitutem. Nau. c. 23 n 95. Lop li. 1 instr. negot. c. 4. eccl. 6.

6 Sexta Conclus. Præsupposita fama, quæ est, quod hi Aethiopes p[er] fraudes, & dona adducuntur in nauibus in Hispaniam, & aliquando capiuntur a barbaris iniuste, videtur quod illi, qui deferunt eos ad vendendũ, peccant mortaliter, & sunt in statu damnationis perseuerãtes in hac malitia, vt dicunt Sotus, Nauarrus, & Mercatus; nec valet dicere satis honoris illis fieri adducendo illos ad christianitatem, quia ad hoc respondeo, quod licet sit honor, illis tamen nõ Sot. li. 4. de iust. q 2. ar. 1 Nau. vbi sup. nu. 96. Mercat. de cõtract. c. 15. f. 64

deberet vendi hic honor, nec alia res similis, qualis est seruitus; quia hoc esset simonia, & etiam quia quamuis inferāt illis honorem, est grauis iniuria, quā faciunt christianitati, & prædicationi euāgelicæ, quæ debet doceri, & prædicari gratis, & ideo tenentur hi mercatores, qui eos adducunt, ponere, & adhibere multam diligentiā in verificando, an seruitus seruorū, quos emūt, sit habita per tyrannidē, quia sic tenentur non emere eos, & ementes debent eos constituere in sua libertate, vt resoluit Lopez allegās quendā Episcopū Iaponensem, qui tenet hanc opinionē in tractatu quodā, quem edidit de libertate Indorū, ut tñ quiescāt conscientiæ eorū, qui in Hispania emunt bona fide dictos Aethiopes, vt vtantur eis in seruitijs suis non obstāte dicta fama, possūt eos retinere bona conscientia, quia licet in generali præualeat dicta fama, nō possunt tñ, qui emūt hos Aethiopes verificare, quāuis adhibeant multam diligentiam, an fuerint iuste capti, necne, quia est opinio Scoti, & multum recepta ab oīb. Theologis, qđ ille, qui ducit vxorē bona fide dubitās postea, si eius matrimonium fuit validū & non possit verificare rem, potest licite nō solum soluere debitum vxori, sed petere illud, qđ ēt in nostro casu accidit.

Scot. in 4. d. 37. q. vnic. & art. 5.

7 Septima Concl. Peccatum est emere ab Aetiopibus res, quæ creduntur non suæ, & qui emunt eas, tenentur eas restituere vero domino. Verum est tñ, quod si vendunt parum panis, vini, aut olei ad emendū alium victum, vel vestitum, non est scrupulis mens inuoluēda in foro cōscientiæ cū hoc sit honori, & vtilitati domini. Dixi, *in foro conscientiæ* quia ī foro exteriori, qui emūt dictas res à seruis, puniuntur tanquam celantes fures, vt dicitur in quadam lege nouæ compilationis, lib. 5. tit. 20. lib. 6. de recep.

8 Octaua Conclusio. Quando quis emit rem alienam, & non potest verificare, cuius sit an Petri, an alterius sciens esse vnius eorum, sufficit, quod diuidat eam inter eos, vt dicit Sotus, & Medina.

Soto l. 4 de iust. q. 2. ar. 2 Med in instr. cō ef. fol. 163.

9 Nona Conclusio: Nulli principi quamuis sit Rex, est licitum vendere officia Regni sui nimio precio, aut ijs personis, quos probabiliter credat, vel debeat credere suis abusibus oppressuros vasallos, cum hæc officia sint ordinata ad bonum commune, & publicum, vt tenet Diuus Thom. & communis: & vendens ea debet statuere moderatum precium in suis stipendijs, & vendere illa dignis, vt resoluit Caietanus, Sotus, Nauarrus, & alij, & vt vendantur hæc officia est necessaria authoritas Regis, aut reipubl. liberæ, quæ non cognoscit superiorem in temporalibus, & eadem authoritate possint illis assignari stipendia ordinaria. Hinc sequitur, quod, quādo aliquis senator renunciat suum officium in filium maiorem relinquens illud post mortem suam in testamento, tenetur adducere valorem huius officij ad cumulum bonorum diuidendum inter fratres, cum sit dictum officium vēdibile, vt resoluunt Corduba, & Couarruuias, qui dicunt, quod licet diuisiones bonorum non fiant nisi xxx. annis post mortem patris, debet dictus valor adduci in cumulum, non vero quod est lucratus ratione dicti officij, si adierit curiam regis procurator ciuitatis.

D. Th. in opusc. 1. ad Ducissam Brabantiæ. q. 2. Caiet. in sum ver b. venalit. Sot. lib. 9 de iust. q. 6. art. 4 ad 2. Nau. in su c 25. num. 7. Cord. de casib. q. 134. Cou. l. 2. var c 19 nu. 6.

10 Decima Conclusio. Multo peius est vendi officia, quæ habent annexam iurisdictionem ad iudicandum, & administrandum iustitiam, cum clare pateat occasio, quæ inde capietur ad frangenda omnia iura, vt dicit Sotus; vnde illis, qui vendunt hæc officia, præcipit quædam lex nouæ compilationis puniri grauissimis pœnis. Verum est tamen, quod Duces, Comites, Marchionesque horum regnorum licite possunt vendere officium scribarum, seu notariorum, cum hoc sit in vsu apud illos, & Rex ipse videt, & non contradicit, vt dicunt DD. allegati; quod debet teneri, licet Sotus teneat contrarium; & personæ, quæ illa possident, possunt illa vendere de licentia Regis, solumque tenebuntur restituere damnum, quod cau-

Soto vbi sup li. 7. tit. 7. li. 31. nouæ compil.

causatur reipubl. si vendantur personis non idoneis, vt dicit Nau. Corduba, & Lopez.

Nau. & Cordu. vbi sup. idem li. 1. qq. q. 31 Lop. li. 1. inst. negot c. 6. lib. 5. nouæ cōp. Nau. vbi supra

11 Vndecima Conclusio. Prohibitum est per quandam legem nouæ compilationis vendere, & tenere per se, vel per alium officium procuratoris curiæ, & qui vendiderit priuatur ipso: & qui emerit, est inhabilis ad retinēdum illud: Nauarrus addit constitutionem Pij V. quæ punit perditione bonorum, degradatione, ac amissione officiorum, licet sæcularium, & vltimo supplicio eos, qui procurant in curia Romana officia, quę habent iurisdictionem per pecuniā, aut eius promissionem.

12 Duodecima Conclusio. Prelati ecclesiastici debent cauere à venditione, aut locatione officij procuratoris fiscalis, cum hoc sit magnum præiudicium reipubl. vt dicit Caietan. Sotus, Nauarr. & Salzedus: & ideo nec illi, quibus locantur similia officia, nec alij per ipsos possunt ea exercere, ita vt licet habeant cōcessionem ad illud sedis Apostolicæ, debet iudicari subreptitia, vt dicitur in Concilio Tridentino. Verum est tamen, quod Episcopi, qui habent iurisdictionem temporalem sine superiore, si sit necessitas, possunt vendere dicta officia sæcularia personis idoneis statuentes illis sufficientia stipendia: non possunt tamen vendere officia iurisdictionis ecclesiasticæ, vt est officium notarij, & similia, quia aliquo modo sunt annexa rebus spiritualibus, vt resoluit Aragon probans id multis decretis Concilij Tridentini.

Caiet. ī sū verb. officiorū venalitas. Sot. vbi sup. ar. 4 Nau vbi supra Salze. in prac. cri. c. 4. p. 1. Cōc. Tr. sess. 25. c. 11. de reform.

Arag. 2. 2. qō 63 ar. 2. i fi.

13 Decimatertia Conclusio. Artifices, qui faciunt aleas ad ludendum, & qui vendunt eas, non peccant mortaliter vendentes illas illis, qui sunt lusuri, licet sciant peccaturos mortaliter ludentes, nisi peccatum, quod committetur, redundaret in damnum tertij, vt si sunt lusuri rem alienam: quia hoc non erit aliud quam dare arma illi, qui est paratus ad occidendum. Hæc Conclusio est Caieta. Lopez, & Aragon contra Medinam, & Nauarrum, qui dicunt absolute sine vlla distinctione dictos artifices, & venditores peccare mortaliter facientes, aut vendētes aleas personis, quas sciunt peccaturas mortaliter cum dictis aleis.

Caiet. 2. 2. q. 169. art. 2 & q. 10. a. 4

Lopez ī instr. nego. l. 1. c. 8. col. 7. Arag 2. 2. q. 77. ar. 4. Medi. de resti. q 3 Nau. in sū Hisp. c. 23. numer 91

14 Decimaquarta Conclusio. Non est vsus fucorum ex se mortalis, quia potest aliqua mulier eis vti sine peccato mortali, solum ad cooperiendum suam fœditatem, & deformitatem, aut ob cōplacendum marito, aut vt complaceat alicui, qui velit ducere eam in vxorem sine peccato mortali, & ideo vendere dictas res ad prædictas fucationes, & concinnationes, non est peccatum mortale absolute, nec debet absolute condemnari, vt docet Nauarr. qui addit posse defendi non peccare famulum, qui seruit domino; & cōcubinæ, quam habet, nec illa, quæ adiuuat concubinam ad fucationem, nec artifices, qui faciunt, & vendunt calciamenta, & vestimenta curiosa meretricibus non consentientibus ipsis peccato; quod limitatur, nisi ea mulier petierit, vt vendatur ei aliqua res delectabilis apta ad capiendum aliquem iuuenem innocētem: quia in hoc casu peccabit vendens illam rem delectabilem, non quia cooperetur peccato huius mulieris, sed quia non impedit peccatum proximi innocentis, ad quod tenetur de lege charitatis, vt dicit Aragon loco sup. dicto.

Nau. ca. 19 n. 16.

15 Decimaquinta Conclusio. Vendere vinum illis, qui sunt debilis capitis, quos scimus per experientiam, quod facile inebrientur, est peccatum mortale, si dant illis quantitatem notabilem, ex qua possint recipere damnū; quia hoc est dare illis gladium, quo faciant intellectum turbantes organa corporalia, & hinc eueniunt sæpe damna tertij; vnde Confessarij debent interrogare cauponarios particulariter de hoc præcipue in noua Hispania, & in Regno Aragonum & Valentię, in quibus Indi, & Mauri nouiter baptizati pauca vini quantitate cadunt in terram.

16 Decimasexta Conclusio. Peccant mortaliter, qui vendunt arma illis, qui vo-

volunt adire bellum iniustum circa cõgressum ipsum, vt dicit S. Antoninus, & Nauarrus, cum sint causa efficax multorum damnorum quæ cum illis debent fieri. Dixi, *circa congressum ipsum*, quia si bellum sit iniustum, non tamen speratur, quod fiet statim venditis armis illi, qui creditur aditurus, non videtur illicitum quia multi homines habent propositum occidendi inimicos suos, quando emunt arma, & non ideo est artificibus prohibitum vendere ea. Notaque, quod quãdo vendens arma non est certus de fine, quo emuntur, non peccat mortaliter vẽdens illa vasallo principis, cui est subiectus, præcipue si princeps imperat, illi, vt vendat illa pro dicto bello, cum ratione præcepti sui principis possit deponere scrupulum.

D. Ant. 2. p. tit. 1 ca 24. §. 11 Nau. in sum. ca. 23. n. 23.

17 Decimaseptima Conclusio. Illicitum est vendere venenum, aut rixagallum illi, qui probabiliter creditur petere illud, vt faciat notabile damnum; & idẽ est, si dubitatur probabiliter, quod petit illud ad hunc finem; quia nec quãdo est dubium, licet exponere periculo vitam innocentis; si vero non præsumatur peti ad hunc finem, licitum erit vendere illud. Nec etiam est licitum vendere infidelibus res, quæ non deseruiunt nisi ad cultum eorum falsæ religionis, bene tamen possunt vendere illis res, quæ possunt deseruire pro alijs vsibus extra hunc, & sic potest illis vendi Agnus Paschalis, quamuis sciatur male vsuros eo, quia poterunt vti bene; vt tenet Caietan, & DD. communiter.

Caieta. vbi sup.

De venditione in communi quoad pretium eius.
Cap. LXXIX.

SVMMARIVM.

Pretium rerum quomodo debeat æstimari, & quotuplex sit pretium. concl. 1. nu. 1.

Quo pretio possunt vendi res non habentes pretium assignatum à Rep. conc. 2. nu. 2.

An quod valet Romæ 8. argenteis, & Neapoli 12. possit vendi Romæ 12. si deferatur Neapolim. conc. 3. nu. 3.

An sit licitum vendere rem pluris, quam valet secundum suum esse, ob vtilitatem quæ ex illa capitur conc. 4. nu. 4.

An sit licitum vẽdere rem maiori pretio, quod valet, ob vtilitatem emptoris. cõcl. 5. nu. 5.

An vendens rem v. g. quindecim argẽteis, credens certo ita valere, cum non valeat nisi duodicim, teneatur restituere quod pluris vendidit certificatus de hoc concl 6. nu 6.

An possit vendi res maiori pretio, quam valeat ratione donationis, quæ miscetur in contractu. concl. 7. num. 7.

An possit vendi aut emi minori pretio res non mercatoris quam illius, qui est mercator. concl. 8. nu. 8.

An deceptus in venditione, aut emptione possit capere aliquid de bonis secrete illius, à quo fuit deceptus. conc. 9. nu. 9.

De materia huius capituli tractant D. Thom. Caieta. Sotus, Medina, Gabriel, Siluester, Angelus, Mercatus, Nauarrus, Sotus, Castrus, & Couaruuias. Pro cuius resolutione ponuntur seq. conclusiones.

1 Prima Conclusio. Pretium rerum nõ debet æstimari secundum naturalẽ perfectionem earum, sed prout iuuant magis vltimum vsum humanum, estq; res certa, quod imposito pretio a Republ. hoc debet intelligi esse iustũ, si non constet clare, quod imponentes pretiũ fuerunt decepti; & si nõ fuerit impositum pretium, illud debet æstimari iustũ pretium, quod est commune illi loco, vbi res venditur; & licet pretium impositum à Repub. consistat in indiuisibili, ita vt si vendatur pluris, sit peccatum mortale, aut veniale secundum materiam, si illud plus est notabile, aut paruum: pretium vero, quod communiter versatur, non consistit in indiuisibili, quia habet suam latitudinem, & ideo diuidunt illud DD. in pretium infimũ, medium, & supremum, quæ omnia sũt iusta:

D. Th. 2. 2. q. 77. ar. 2. vbi Caieta. Soto li. 9. de iustit. q. 2. ar. 3. Med. de resti. q. 31 & 76 Gabr in 4. d. 15. q. 10. ar. 1. notabili 3. Sil verbo negotium, q. 2. casu 6 & verb. emptio. q. 6. vbi Ang. n. 7 Mercat. de contract. c. 6 & 8.

iusta; vnde eadem res potest vendi nouem argenteis, & vndecim, ita vt sit pretium supremum eius, quod alij vocant rigorosum vndecim argentei; infimum vero, quod alij dicunt pium, erit nouem argentei: medium vero, quod ab alijs dicitur moderatum decem argentei. Est autem notandum, quod quando mercatores efferunt merces, faciunt, vt pretiũ earum sit minus, vt econtra, quando est copia emptorum, augetur pretium dictum; & etiam augetur, quando vēdun tur res minutim, & est maior copia emptorum, & pro maiori labore, & industria, quæ adhibetur in ipsarum emptione, vt contra, quando multæ simul venduntur, solent dari minori pretio.

Nau. in Man. c. 23. n. 78 Scot. in dist. 15. q. 2 Cast. de lege pœn. l. 1. cap. 11. Cou l. 2 var. c. 3.

2 Secunda Conclusio. Loquendo de rebus, quæ non habent pretium assignatum a Republ. nec a communi hominum æstimatione, quia raro venduntur vt sunt lapides pretiosi, & alia, quæ ab Indijs ad nos afferuntur, & aliæ res artificiales, quæ fiunt, illud erit iustum pretium, quo contrahentes conuenerint scientes, quid emant, & vendant.

3 Tertia Conclusio. Res, quæ valet Romæ octo argenteis, & secundum legē valet Neapoli duodecim, potest possessor vendere eam Romæ, per dictos duodecim obligans se deferre eam Neapolim ratione lucri, quod amittit, si vēdat eam Romæ, & ratione periculi, cui se exponit deferens eam Neapolim; si vero determinauerat eam deferre Neapolim, non potest eam vendere nisi pretio, quo pro tunc potest vendi Romæ; & in hoc casu est vera opinio Mercati, quam sequuntur Medina, & Aragon, & dicere contrarium esset occasio faciē di multas fraudes; & dolos. Verum est tamen, quod venditor potest pangere cum emptore, quod constituet dictam rem Neapoli eius expensis, & sic potest vendere bona conscientia dictam rem Neapoli secundum pretium illius ciuitatis.

Mer. de cōtrac. c. 6. Medina in sum. l. 1. ca. 14 §. 25. Ara. 2. 2. q. 77. ar. 1. fo. 165. D Tho. vbi sup. Gar. l. 1. de con-

4 Quarta Conclusio. Licitum est vendere rem maiori pretio, quam valet secundum suum esse, dummodo non ven datur maiori pretio, quam valeat venditori, qui eget eo, sic enim tenet Diu. Thom. & est communis: quæ opinio verificatur secundum Garciam in libro multum necessario, ac vtili medico, qui quidem liber, licet secundum, se non valeat tantum, potest tamen vendi, aliquanto pluris ratione damni, quid recipit ipse venditor, scilicet medicus. Verificatur etiam alio exemplo, quod adducit Medina, de hortulano, seu agricula, qui habet aliquod iumentum vetus, & claudum, quod si vellet vendere, non posset nec minimo pretio, si tamen ab alio rogaretur, vt venderet, posset petere licite, quod sibi valeat propter necessitatem, quam habet illius.

tract. c. 8. nu. 15

Med. vbi supr. fol. 141.

5 Quinta Conclusio. Cum quis vtitur nimis aliqua re aliena, quam emit propter vtilitatem, quam inuenit in ea, si ille, qui vendit eam, non recipit damnum carens ipsa, non potest eam vendere maiori pretio, quam valet secundum suum esse; quia vtilitas, quæ alium consequitur, non procedit ex venditione, sed ex necessitate dictæ rei; nemo autem potest vendere alteri rem alienam, quamuis poterit vendere damnum, quod potest pati vendens eam, vt dictum est in conclusione præterita. Verum est tamen, quod emptor, cum tanta vtilitas ei proueniat ex dicta, potest dare aliquid plus venditori, tanquam homo gratus, & circumspectus, sic enim tenet S. Thom. quem sequitur Ludo. Lopez, respondens sufficienter argumentis Conradi.

D. Tho. vbi sup. Lop. in instru. neg. l. 1. cap. 11. Cōr. de cōtract. q. 56. D Tho. vbi sup.

6 Sexta Conclusio. Venditor, qui certo credit rem, quam vēdit, valere, quod petit pro ea, scilicet quindecim argenteis, si non valeat nisi duodecim, licite poterit retinere dictos quindecim, prout S. Thom. ait. Et sicut durante ignorantia est liber à culpa, sic est liber à restitutione. Verum est tamen, quod cognoscens postea verum, tenetur restituere tria, quæ habuit pluris, vt dicit Aragon, nisi hunc excessum, quem habuit, possedit tanto tempore bona fide, vt sufficeret ad præscriptionem, quia tunc non tene-

tenebitur restituere, vt dicunt communiter Canonistæ allegati a Guttier. & Theologi allegati a Sot. Et hinc infertur, quod si testator precipit, vt restituátur bona ab eo male percepta, si inueniátur inter ea aliquid alienum præscriptú titulo bonæ fidei, non debet hoc restitui; & idem est, quando excommunicantur, qui habent aliquas res male retentas, quia hi non tenentur restituere, quod titulo bonæ fidei præscripsere.

Gutt l. 2 pr. qq. q. 1 nu. 25. & 26. Soto lib 9. de iust. q 5. a. 4. pa. 214.

7 Septima Conclusio. Potest res vendi maiori pretio, quam communiter vẽdatur ratione alicuius donationis, quæ miscetur in hoc contractu, cum hæc nõ sit mera venditio, sed mixta cum liberalitate, qua vult vti, qui dat pro rebus, plusquam valeat. Est tamen negotium difficile iudicare, quando præsumetur, hoc in casu dicta donatio, pro quo statuuntur sequentes regulæ, quæ colliguntur ex traditis a Conrado. Primo est, quando emptor necessitatis causa emit rem maiori pretio, quam valet, & quando venditor eadem necessitate vẽdit rem minori pretio, quam valet, non præsumitur donatio, vt tenet Nauar. & Couar. Secundo, quando quis emit rem scienter sine eius necessitate maiori pretio, quam valet, & venditor est amicus, aut consanguineus tunc præsumitur facere donationẽ illius excessus, præcipue si solebat facere dictis personis aliquas donationes, quamuis ob ipsas notaretur leuitatis, vt dicit Aragon; si vero venditor est homo extraneus, non præsumitur donatio; & ideo non potest retinere dictum excessum bona conscientia, si non habet alium titulum meliore, quo protegitur, sic enim tenet Medina, allegatus fideliter ab Aragon, quamuis ab alijs non allegetur tanta fidelitate.

Conradus vbi su. q. 57.

Naua. c. 3. n. 88. Cou. l. 2. aria c. 4. nu. 8. 9. & 11.

Aragon vbi sup.

Med. de res. q. 32. §. 2. esto Arag. vbi sup. Cou. vbi sup. n. 11. ad fi. Sot. l. 9. de iust. a. 3.

8 Octaua Conclusio. Quamuis nõ sit licitum ratione officij percipere aliquid vltra iustum pretium assignatum, quia respub. quæ illud assignauit, inspexit ad laborem mercatoris, & alias circumstantias, vt dicit Sotus, tamen potest vendi minori pretio res illius, qui non habet pro officio vendere eam, quam illius, qui habet officium vendendi eam, quia iustum pretium rei in manu illius non est tanti valoris, vt in manu negotiatoris, & hoc voluit dicere Med. quia labor, industria, & sollicitudo mercantiũ valet aliquid, vt augeatur pretium rerum, quas vendunt, si non sit pretium earum iustum assignatum a republ. & quia ipsi non rogant emptores, vt solent facere, qui non habent pro officio vendere eas.

Med. vbi su. q. 31. §. & procedit.

9 Nona Conclusio. Ille, qui post venditam, aut emptam rem inuenit se fuisse deceptum in pretio vltra dimidium, quod est clarum, & manifestum, & etiá est clarum, quod per viam litis non potest illud recuperare, potest sine dubio capere secrete de bonis alterius illud, in quo fuit deceptus obseruans conditiones iustæ cõpensationi, vt quando damnum non fuit tam exorbitans, solum poterit compensare illud, in quo fuit deceptus, & pro quo emptores sæpe queruntur, quod fuerint decepti, moti solum amore proprij interesse magis quá veritate facti, quia realiter, & vere non fuerunt decepti, & quia sæpe non constat manifeste factam fuisse dictam fraudem secundum Medinam, & Cord. debent Confessarij esse multum attenti tractantes de his secretis compensationibus, vt dicit idem Cord. dec. Lud. Lopez in inst. neg. lib. 11. cap. 53. in princip.

Med. allegatur a Cord. de casib. q. 103.

De pretio rerum, quę venduntur per incantationem publicam, & per negotiationem alicuius tertij.

Cap. LXXX.

SVMMARIVM.

An, quod venditur publice sub voce præconis, habeat tria pretia rigorosum, medium, & infimum conclus. 1. nu. 1.

An iustum pretium eius, quod venditur subhasta sit illud quod currit inter mercatores, qui vendunt extra illam. conc. 2. num. 2.

An

An teneantur tutores ad aliquam restitutionem vendentes res pupillorum sub voce praeconis maiori pretio, quam valent. concl. 3. num. 3.

An proxeneta, cui soluitur debitum stipendium possit sibi retinere partem pretij rei venditij. conc. 4 num 4.

An proxeneta tradens rem alteri ad vendendum possit recipere stipendium, cum non adhibuerit ipse laborem, & conc. 5. num. 5.

An proxeneta qui vendit plus quam certum pretium, possit retinere excessum. conc. 6. num 6.

An proxeneta id possit facere, quando tacito, vel expresse non fuit pactum recipiendi excessum. conc. 7. num. 7.

An proxeneta stipẽdio non contentus significans domino rei non inuenire nisi centum ducatos, possit retinere sibi quod plus vendidit domino concedente vt vẽderet pro centum. conc. 8. num. 8.

1 PRima Conclusio. In rebus, quæ venduntur sub hasta, aut voce præconis, est etiam pretium rigorosum, medium, & infimum; debet tamen notari, quod licet gradus extremi in pretio naturali rerum distent parum a pretio medio; in pretio tamen rerum, quæ sub hasta venduntur gradus extremi tantum distant a medio, quantum amplectitur medietas huius medij pretij. Quod vt melius intelligatur, est notandum; quod aliquod prædium, verbi gratia, extra hastam valet 100. ducatis secundum valorem infimum, quod si ponatur sub hasta medium suum pretium erit dicti 100. & infimum erit 50. & supremum erit 150. vt dicit Cord. & Merc. & Garzia. Cor. de casib q. 8. Merc. de contrac. l. 2. cap. 12. Garcia. l. 1 decõ tract. c. 32.

2 Secunda Conclusio. Merces, quæ venduntur sub hasta, non erunt iniuste venditæ, & emptæ, si non detur pro illis pretium, quo venduntur extra hastam; quia in illo loco non valent res plusquã datur pro illis, & idem dicendum est de illis, quas proxenetę vendunt per vicos, & plateas discurrentes, dummodo non sit fraus in quærendis emptoribus. Notaque; quod reuenditores non possunt emere res, quæ venduntur sub hasta, vt prohibetur per quandã legem nouę cõpilationis; & ideo Confessarij debẽt eos interrogare, an emerint dictas res per se seu alios, quia peccant grauiter ob dictam legis prohibitionẽ, & ob damnũ, quod euenit reip. emẽtibus his simul dictas res. Verum est tamen, quod quãdo non inuenitur emptor sub hasta, qui velit eas emere, nisi minori pretio, quam valet, non putarem eos committere peccatum ementes eas iusto pretio, cũ hinc non sequatur damnum vlli tertio. l. 22. tit. 8. li. 2. f. 81.

3 Tertia Conclusio. Tutores, & executores testamentorum, qui vẽdunt sub hasta, & voce præconis res pupillorum maiori pretio, quam valent, si hoc constet clare, & aperte, tenẽtur recurrere ad iudicem manifestantes hoc excessiuum pretium, vt reducatur ad æqualitatẽ iustam; & si iudex noluerit id facere, non tenentur ad plus. Dixi, *si constet clare, & euidenter de excessu pretij*, quia si non constat, deponant scrupulum: satisfaciunt etiam suæ obligationi monentes emptores excessum dicti pretij, vt ipsis clamantibus iudex prouideat, quod magis conueniat.

4 Quarta Conclusio. Proxeneta, cui absolute nullũ assignatur stipendiũ domino rei, recipiens rem ad vendendũ non potest sibi retinere aliquam partem pretij, quod dant pro illa, si dominus soluat ei debitã mercedẽ, ita vt si promisit gratis venditurum, nõ possit capere aliquid pro stipendio venditionis, sicut non potest petere, quidquam pro alimẽtis pueri expositi, qui charitate motus gratis excepit eum, vt dicunt Nauarr. & Ludouicus Lopez sequens Angelum. Na. c. 23 nu. 97. Lup. in instr. negot. li. 1. c. 53.

5 Quinta Conclusio. Si proxeneta recipit aliquam rem ad vẽdendũ pro certo stipendio, quod promittunt illi, & tradit rem alteri, quẽ rogat, vt vendat eam nullo illi statuto stipendio, si vendat dictã rẽ, potest percipere stipẽdiũ sibi promissum, quia licet non adhibuit laborẽ, sufficit amicum eius adhibuisse, proquo alias ipse faciet aliquid aliud, vt constat

stat ex traditis à Corduba de casib. q. qq. Med. de res. q. 5. causa liber. à rest. num. 11.

6 Sexta Conclusio. Proxeneta, qui recepit aliquid à domino ad vendẽdum, qui dixit, vt venderet illud decem, si vẽdat maiori pretio, potest excessum sibi retinere, nisi excessus excedat pretium rigorosum, quod intelligitur, quando tacite, aut expresse sit pactum, quod retineat; & tacite est visus dominus concedere illud, quando pro venditione non dat ei aliud, & excessus, quem recipit non excedat notabiliter stipẽdium, quod illi debetur. Dixi, nisi excedat pretium rigorosum, quia hic excessus, vt dicit Ang. verb. empt. §. 23. emptori debet restitui.

7 Septima Conclusio. Quando tacite, vel expresse non pungitur, quod recipiat excessum pretij pro stipendio vendens rem maiori pretio assignato, nullo modo potest appropriare sibi illum excessum; & in hoc sensu est vera opinio D. Ant. & Ioannis Zaburi, & Maio. vnde qui dat famulo suo stipendiato rem ad vendendum pro certo pretio, si vendit eam maiori pretio, tenetur restituere domino excessum dicti pretij assignati, nisi sua industria, & labore vendiderit eam maiori pretio, vt dicit Gabriel q. 10. ar. 3. dub.

D. Ant. 3. p. tit 8 ca. 1. § 4 Maiol. 4 d. 14.

8 Octaua Conclusio. Si proxeneta, aut alius non contentus stipendio significauit domino rei non inuenisse, qui vellet dare pro re, nisi centum ducatos, si dat licentiam ei, vt vendat eam pro dictis 100. & ipse vendit pro centum, & viginti, peccat retinens sibi reliquos 25. & sic tenetur eos restituere, vt dicit Caieta. verbo Proxeneta.

✠

De venditione frumenti, & aliarum rerum, quarum pretium est assignatum à Lege.

Cap. LXXXI.

SVMMARIVM.

An possit vendi triticum, & alia semina maiori pretio assignato a lege conclu. 1. num. 1.

An possit vendi triticum, & alia semina maiori pretio assignato, eo quod consentiant Præsidentes venditionibus. conclu. 2. num. 2.

An possit vendi triticum corruptum, licet pretium sit minus pretio à lege assignato, conc. 3. nu. 3.

An tempore famis possit vendi triticum pluris quam lex permittat conc. 4. nu 4.

An possit vendi triticum tempore sterilitatis ab agricola eo pretio quo sibi stat positum domi excedendo pretium legis, conc 5. nu. 5.

An possit vendi triticum in panem coctum vltra pretium commune fori. cõc. 6 n 6.

An agasonis, & alij possint percipere pro tritico vltra taxam expensas portationis, conc. 7. nu. 7.

An possit vendi triticum pretio assignato à lege, cum valeat minus ob abundantiam conc. 8. nu. 8.

An teneantur gubernatores, & iudices facere promulgari pretium legis frumenti, conc. 9. nu. 9.

An possit vendi triticum pro pretio legis quod est mixtum glebis, conc. [illegible] nu. 10.

An possit vendi triticum pretio assignato, si fuit positum in loco humido, vt sic [illegible] ederetur minus in mẽsura, [illegible] 11 n. 11

An Senatores possint bona conscientia assignare minus pretium pani asportato in ciuitatem, quam pani ciuitatis, conclus. 12. nu. 12.

An peccent, & teneantur restituere mercatores qui congregant, & emunt multum triticum, aut panem ad reuendendũ maiori pretio, quam sit assignatum à lege, concl.

conclus. 13. numero 13.

An peccent commutantes triticum pro alijs mercibus dando illas minoris, quam valent. conc. 14. num. 14

An possint Clerici vendere triticum maiori pretio assignato. conc. 15. nu. 15.

An Clerici & nobiles possint vendere panem coctum conc. 16 nu. 16.

An qui non habent pro officio esse pistores, possint vẽdere panem coctũ cõ. 17 n. 17.

l. 1. t. 25. li. 5. nouæ reco. Gas. lib 1 de le. pe. c. 32. so. l. 1 de iu. q 6 a. 5. arg. 5. p. 58. co 1 & pag 66 co. 2. & li 4. q 8. art. 4 p. 464 c. col. 2. Co li 3. ver. 14. num 3. Mex & Matt. d. l 1. Cor. de cali q 78 p totum Pal. li. 2. de contract c. 2. pa. 9. 55. & 66. & 68.

1 PRima Conclusio. Nullo modo, quamuis sit ratione sterilitatis, aut necessitatis tritici, potest vendi triticum, aut hordeum, ceteraque semina maiori pretio assignato a pragmaticis regijs, quod intelligitur in omnibus locis horum regnorum Castellę, licet sint in montibus, vbi communiter non colliguntur hæc semina exceptis locis Regni Gallетiæ, quia Rex in sua pragmatica facit expressam mentionem eorum, vt constat ex dicta lege publicata anno 1558. quæ nunc est incorporata legibus nouæ compilationis, sic enim tenent Castrus, Sot. Mexia, Cou. Matienzus, Cor. & Palatius.

2 Secunda Conclusio. Non sufficit, vt vẽdatur triticum maiori pretio assignato, & hordeum eodem modo, quod gubernatores permittant, si non habeatur expressa licentia Regis, aut Regij consilij ad illud, vt tenentur ad assignandum pretium panis cocti, quia gubernatores & iudices ad hoc ordinantur, & eliguntur, vt custodiantur leges Regum, & nõ vt abrogentur; & ideo non possunt permittere generaliter, quod vendatur panis coctus, frumentum, & farina, vt lubet; & si permittant non obstante eorũ mandato, si aliquis perfregerit dictam regiam legem vendens triticum pluris, quam per eam ordinatur, non solum peccabit mortaliter, sed tenebitur ad restitutionem. Tunc autem venderur vltra pretium eius; quando quis transgressus fuerit pretium, & portationes, quas leges ordinent. Excessus vero panis cocti erit quando venderur pluris, quam per dictos iudices est impositũ, ad quod habent authoritatem; & si ob negligentiam eorum, aut, vt sit abundantia in locis, non imposuerint pretium pani cocto, aut dederint plenam facultatem vẽdendi, vt lubet, non poterunt vẽdere in hoc casu, nisi habita consideratione verborum, & mentis pragmaticæ regiæ, & ideo non poterunt percipere nisi aliquod lucrum moderatum, regulatũ ad pretium assignatum, cum lex que ordinat iudicibus, vt moderentur dictum pretium, videatur etiam præcipere ijs, qui vendunt, vt moderentur illud secundum arbitrium boni viri, & quod vltra hoc pretium moderatum percipiunt, peccant, & tenentur restituere, vt probant late Mercatus, & Mexia.

3 Tertia Conclusio. Qui vendunt triticum, & vinum prauum, & corruptũ pluris, quàm par sit, licet dictum pretiũ sit minus quam pretium pragmaticæ, peccant mortaliter, cum frangant legẽ naturalem, & diuinam, vt dicit Nauar. & per consequens tenetur restituere excessum, vt probat Mexia, quia pragmatica Regni, quæ promittit vendi triticũ pro minori pretio, quam sit assignatũ, loquitur de tritico, quod est receptibile, & bonum, vt notat Mexia. Supradicta in conclusionibus præteritis debent limitari secundum Cord. quando Rex, aut Consilium regium, aut eius præsidens, aut gubernator suo nomine iubet, quod tales personæ in ijs locis possint vendere triticum aut farinam, aut panem coctum eo pretio & eo modo, quo potuerint, & ob id non possint puniri; aut si Rex, eiusque Consilium tacuerit, & non punierit transgressores, cum possint cõpellere eos, vt vendant illud secundũ legem prædictã, quia si omittat punire eos, quia nõ põt, aut ob scandalũ, qđ inde sequetur, non est dubiũ, quin peccent, & teneantur restituere excessũ assignati pretij, vt constat ex eo quod resoluit Gutt. lib. 2. prac. q. q. 180. num. 21.

M r. super hãc prag. c. 2. ve. pe rosi el. Giuendi Mex. ĩ d l. 14. cõc. 4. n. 25. f. 71. & iterũ f. 130 p. 2. col. 1. Nau. in ma. c. 23 nu. 87. Mex. in d prag. con 1. ver assi. porelcõ figuiẽte Mexia vbi sup. nu. 161.

4 Quarta Conclusio. Tempore famis non obligat lex dictarum pragmaticarum, quia si ratione frigoris in sui vigore est licitum furari ligna, vt resoluunt D. Tho & Sotus, quare ob necessitatem famis

D. Tho. 2. 2. q. 66 ar. 7. Sot. li 1. de iust. q. 6. a. 4. pag. 53.

famis nō erit licitum perfringere dictas leges, & si lex ecclesiastica non obligat cum periculo mortis; quare obligabit lex mere sæcularis.

5 Quinta Conclusio. Non potest agricola vendere frumētum eo pretio, quo excedés pretiū dictæ pragmaticæ. Hęc conclusio est contra Mexiam, qui dicit, quod colonus vendens triticum, quod illi stet positum domi v.g. mensura triginta argenteis, potest illam vendere pluris pretio assignato deducto labore personali, & expensis collectionis, quia hic tractat de vitando damno, & non aduertit, quod vbi non est assignatio a lege, potest quis tractare de vitando dāno, non vero, quando est dicta prohibitio; quia si esset licitum, aperiretur porta, per quam quotidie lex prçteriretur, vt dicunt Corduba, Mercatus, & Palacius, qui vacillat super hoc puncto, vt tenet Guttierez. Nec colono fit iniuria, quia cum abundantia vnius anni compensat sterilitatem alterius; & certum est, quod est falsa regula aliquorum, qui dicunt, quod semper qui potest vendere lucrans aliquid; quia si hoc esset verum, semper mercatores in suis negotiationibus deberent lucrari, quod sæpe ob infortunium, & sterilitatem terræ, aut maris, non potest sic euenire, vt dicit Sotus. Hinc infertur, quod qui emit mensuram tritici 20. argenteis cum valor sit 14. argent. verbi gratia, nō potest illam vendere eodem pretio sine peccato subiecto restitutioni, quod debet limitari, nisi qui emit dictam mensuram tritici 20. argenteis ante traditionem cō cesserit alteri dimidiam per idem pretium, quod sibi est; quia contendit illam ab eo singulari studio; quia in hoc casu nil vendit ei, sed facit illum socium emptionis suæ.

Cord. ĩ casi qō. 84. ver. tābiē de suio dicho. Merc. super istā prag. c. 5 per totū Palat. vbi sup f. 39 col. 1. Gutt. v. sup. n. 30 Sot. li. 6 de iusti. q. 1 ar. 3. pag. 533 col. 1.

6 Sexta Conclusio. Si colonus, aut alius, qui colligit triticum ex proprijs prædijs, vendit illud in panem coctum, nō potest illum vendere nisi pretio communi fori, & si excedit dictum pretium, tenetur restituere illud, quamuis mensura frumenti posita domi suæ stet illi pluris, quam sit illud, quod extrahit ex ipsa, etiam vendens illam hoc modo; sic tenent Mercatus, & Guttierez contra Mexiam.

Merc vbi supra Gutt. vbi supra q. 161. n. 11. Mex. vbi supra con. 6. n. 11

7 Septima Conclusio. Non solum agasones, sed etiam domini ipsius frumenti possunt vltra taxam percipere pro eo aut alijs seminibus expensas portationis, quæ sunt assignatæ iam a lege pro singulis leucis; qd debet intelligi obseruatis diligentijs quæ ponuntur in pragmatica facta anno 1592 adducentes testimonium pretij, & loci, a quo eductū est frumentum. Circa quod est notandum, vt notat Guttierez, quod licet nō obseruentur dictæ diligentiæ; potest dictus venditor percipere dictum pretiū pro portatione, & lucris in foro conscientiæ, & non peccabit in eo, nec tenebitur ad restitutionem. Ex hac conclusione infertur, quod qui potest vendere triticum suorum redituum percipiendo portationes, & expensas, quas fecit in portatione dicti tritici vsque ad domum suam, & si non expendit pecuniam in portatione, quia coloni tenentur perferre triticum ad ciuitatem, & domum, etiam potest percipere pretium, quia eo quod coloni obligauerint se ad portationem seminum, releuat eos ab alijs oneribus æquiualētibus quæ sunt tanti valoris, ac sint ipsæ portationes.

Merc. vbi supra c. 3. ver. mas que diramos

8 Octaua Conclusio. Quando est multa abundantia tritici, & valet minus, quam sit a lege impositum, non potest vendi sub pæna peccati mortalis, & restitutionis maiori pretio, quam communiter vendatur, licet non accedat ad pretium legis: probans id Mercatus, dicit, quia lex naturalis, & diuina obligat, ne vendatur res maiori pretio, quam par sit, vt dicit Castrus, & tenent Corduba, & Medina in terminis nostræ conclusionis; & Ludou. Lopez addit, quod venditor committet vsuram vendens in creditum dictum triticum pretio assignato legis, quia tunc valet minus. Nostram etiam conclusionem tenet Aragon reprehendens Medinam quadam

Cast. vbi supra col. 166. in ver. lex asit. Medi. in summ f. 140 col. 2. Cord. in sū. q. 84. Lop ī instr cōsc. 2 p. co'. 150. & c. 46. A rag. 2. 2 qō. 77 ar. 1.

dam distinctione, quã facit super hoc puncto affirmans nostram conclusionem esse veram, siue ponatur a lege pretium in fauorem emptoris, siue venditoris.

9 Nona Conclusio. Tenentur gubernator, & iudices ciuitatum, & oppidorum facere promulgari hanc pragmaticam tritici; & ideo si ignoranter vendiderint aliqui triticum maiori pretio, quam leges patiuntur, tenentur restituere hoc damnum, cum ob eorum negligentiam, & desidiam ignorauerint venditores hãc pragmaticam, sic enim tenent Nauar, c.17. num.20. Ludou. Lopez, in inst. neg. lib.1.c.15.

10 Decima Conclusio. Homo priuatus, qui vendit aliquas mensuras tritici cum glebis, cum quibus communiter solet portari ab area, non peccat mortaliter, cum hic non fuerit fraus. Habito tamen tritico mundato, si misceatur terra, vt vendatur, dicit Med. esse contractum inualidum, & teneri ad restitutionem dãni emptori: & Lud. Lop. tenet non teneri ad restitutionem discedens a Med. in hoc casu Ego in hac parte dico contractum esse validum, quia cum dolus non est excedens medietatem iusti pretij, valet contractus, estque necesse, vt rescindatur, vt dicitur in iure. Tenentur tamen restituere dictum damnum, præcipue si post factam venditionem mixta fuit terra tritico, nec obstant rationes Ludou. Lopez; quia in simili casu non est bonum adiuuare fraudes rationibus apparentibus, sed rationibus claris, & manifestis, quas dictat ratio naturalis.

Med. in sum. circa reg. 1 Lop. vbi sup. 2. p. c.42. li.1. instr. nego. c.19.

11 Vndecima Conclusio. Si, qui vendit triticum, per industriam ponit illud in loco humido, vt cum humiditate inflетur, & intret minus de eo in mensuram, & sic ex vna mensura fiat vna, & dimidia, aut parum minus, peccat, & tenetur restituere damnum; & etiam quia triticum humidum facilius corrumpitur; & ideo si aliquis posuerit triticum in hoc loco non industria, sed casu, & inueniat postea, quod causa humiditatis nõ est ita bonum, quia est inflatum, tenebitur vendere illud minori pretio, quam cõiter vendatur, & declarare hoc venditori, si putat, quod emit illud, vt custodiat illud cum tam facile corumpatur.

12 Duodecima Conclusio. Senatores oppidorum, qui assignant altius pretiũ pani cocto vicinorum suorum, quã pani cocto, & alijs rebus quæ portant agasones, aut alij, non peccant, si ex facto hoc sequitur maius cõmodum reipu. in communi, quam sit damnum, quod sequitur pauperibus; & quamuis dubitetur de hoc, si est consuetudo in contrarium fieri pretium in tali modo, nõ est, quod moueatur scrupulus, vt constat ex his, quæ tradit Cordub. Nauar. & Ludou. Lopez.

Cord. de casib. q. 18. Nau. c.17 nu. 91. Lop. in inst. 1.c.15.

13 Decimatertia Conclusio. Mercatores v.g. Salmanticæ, qui colligunt frumentum, quod possunt, eo animo, vt postea vendãt maiori pretio assignato hominibus, qui accedunt ad domos eorũ, licet sint exteri, peccant mortaliter, & tenentur restituere damnum, quod ex hoc tractatu causatur; & ad idem tenentur, qui veniunt Salmanticam foris ad vendendum triticum, vendentes maiori pretio assignato, scientes, quod si vendunt illud cariori pretio, esse ob collectionem, & monopolium, quod factũ est: quia si ignorent hoc, ignorantia excusat eos a restitutione, sic enim tenet Med. quem sequitur Lud. Lopez. Circa hoc videatur caput inf. vbi agitur de monopolio mercatorum.

Med. vbi sup. Lop. li. 1 inst. cõt. c.31 fol. 155.

14 Decimaquarta Conclusio. Illicitus est contractus illorum, qui vendunt triticum illis, qui veniunt Salmãticam ad emendum illud, dantque pro eo alias merces, quas adducunt minori pretio, quam ipsæ valeant assignatione pretij, dicentibus venditoribus, quod non vendunt illud vltra pretium assignatũ, quia manifeste patet in hoc casu, quod sit dolus, cum vendatur triticum manifeste maiori pretio, quam par est: & ideo tenentur venditores restituere reliquũ excessus emptoribus, & idem dicẽdum

N est,

est, quando vendunt alias merces dicentes vendere eas pretio iusto, quod valent capientes pro illis ab emptorib: alias merces pro minori pretio, quam valeãt, licet fraus non sit vltra dimidiũ iusti pretij, vt constat ex eo, quod cum communi resoluitur N1.Cou.& Maxia qui limitat eã, qñ damnum, q̃ fit, est par uum: in nostro tamen casu parua læsio quæcunq; sit, obligabit ad restitutionẽ: quia quantitas, in qua, qui dedit suas merces pro tritico, fuit defraudatus, crescit ad pretium assignatum a lege, cui, cũ consistat in indiuisibili, nõ potest aliquid addi, quantumuis paruum; & q̃uis ratione paruitatis liberet a peccato mortali, non tñ liberat a restitutione, cum ratio naturalis dictet, quòd alienũ quantumuis parum restituatur vero domino, & tñ, q̃ licet excessus sit paruus, potest tamen in nostro casu committi peccatum mortale: Primo, si vendantur multæ mensuræ. Secundo si vendatur vna sola cum intentione, tamẽ vendẽdi multo plures p dicto pretio paruo, qd sit magnũ numero mensurarũ; sic.n.tenent Gutt. & Palac. Verum tamen hæc conc. debet limitari primo, vt non procedat quando emptor in signũ gratitudinis, & amicitiæ dat venditori plus, aut quando remittit illi sponte aliquid sine fraude, & dolo, vt probat Med. & ideo Confessarij debent aduertere multum scrutantes corda, & conscientias emptorum mercis pro minori pretio, quam valent, committentes pro illis alias pro pretio suo. Secundo, quando dantur dictæ merces pro tritico pro suo iusto pretio nulla intercedente fraude, & dolo, quia in hoc casu non solum contractus erit licitus, sed, qui dat triticum pro dictis mercibus merebitur inde succurrẽs proximo in necessitate sua, vt dicunt Palacius, & Gutt. qui consulit personis ecclesiasticis, ne vtãtur his limitationibus nisi cum magna cautela, & notatione ob bonum odorem, quem debent de se præstare. Debet autem notari, quod pretium legis obligat, licet vendatur sub hasta, & voce præconis, vt tenet Lopes contra Garciam in inst. nego. c. 30.

Nau. in c. qualit. de pœn. d. c. nu. 45. cum seqq. & latius in c. nouit. de iudit. nota. 6. Cor. 9. Cou. li. 2. var. c. 4. nu 11. Med. in prin. pœnis. cõs. 1. n. 116.

Gutt. l. 1. qq 4. 181 Pal li. 2. de cõt. & rest. c. 2. p. 60. colum 1. Med. de rest. qu. 36. f 110 vers. sequitur antea præ.

Pal. vbi sup. & l. 3 c. 1. Gut. li 1. pr qq. q. 171.

15 Decimaquinta Conclusio. Tenentur clerici sub pœna peccati mortalis, & restitutionis vendere triticum secundũ pretium legis, & hoc non ratione pragmaticę Regiæ, sed ratione legis naturalis, qua obligantur vendere res, quas habent: iusto earum pretio: iustum autem pretium erit commune, & assignatum a repub. quæ ad id habet authoritatẽ; sic enim tenent Sotus, Nau. & Salzed.

16 Decimasexta Conclusio. Clerici, & nobiles, & diuites horum regnorũ Castellæ, quibus in Regnis Castellæ prohibitum est vendere panem coctum per se, seu per alios, vt constat ex quadam pragmatica facta Madriti mense Septembris anni 1578. & anno 1571. peccant mortaliter exercentes se in hoc exercitio, cum perfringant legem iustam sui Principis. Verum est tamen, quod non tenentur ad vllam restitutionem, si vendant illum pretio communi assignato; & si non est assignatum pro communi, quo reliqui vendunt, vt tenet Gutt. dicens sic tenere multos patres graues ordinis prædicatorum consultos ab eo in vniuersitate Salmanticæ, & sic tenet Ludou. Lopez. Verum est tamen, hoc non habere locum, quando respubl. imponit pretium pani cocto, qui foras asportatur, posito diuerso pretio ab eo, quo venditur panis ciuitatis in casu, quod hoc possint facere; quia in hoc casu dictis personis est prohibitum vendere panem coctum, & vendentes illum tenebuntur in conscientia obseruare varietatem pretiorum: & ideo non poterunt vendere panem, nisi secundum pretium assignatum habitatoribus loci, si ipsi habitent in eo, & si sunt extranei mandantes dictum panem ad vendendum ad dictum locum, tenebuntur vendere secundum pretium exterorum. Hinc infertur, quod pistores, qui emũt aliquod triticum minori pretio, quam vẽdatur triticũ asyli publici, vendentes panem coctũ ex eo tritico eodẽ pretio, quo panẽ tritici ciuitatis, nõ tenẽtur ad restitutionẽ, cum non fecerint contra

Sot li. 1. de iust. q. 6. Nau. c. 23. nu. 85. Salz. in pr. cr. c. 55 pa. 160. co. 2

Gut. li. 1 pr. qq. q. 84 Lo. lib 1. in str. neg. c. 15 fo. 54.

iusti-

Gut. vbi supra. iustitiam commutatiuam, vt tenet Gutier. contra Mexiam. Secundo infertur, quod clerici, qui vendunt panem coctum, qui offertur illis in Missa, aut sepulturis, poterunt bona conscientia vendere illum secundum pretium commune fori, quia pragmaticæ, quæ prohibēt illis vendere panem coctum, intelligūt, quando hoc faciunt ratione negotiationis, & lucri, quod nō est in nostro casu; & ideo non condemnarem ego ad peccatum mortale nobiles, & diuites, qui non habent officium pistoris, si darent alicui pistori pauperi aliquot mensuras tritici, vt faciat ex eis panem coctum, & vendat illum pretio fori hac conditione, vt extractis expensis, & quod debetur eorum labori, reliquum sibi tribuatur, si eos moueret ad hoc faciendum magis velle succurrere necessitati communi, & pauperis pistoris, quam eorum interesse, & lucrum. Dixi *aliquot mensuras*, quia si sint multæ, iam videtur, quod miscetur cupiditas cum titulo Charitatis, & perstringitur lex iusta: quanta vero debeat esse quantitas mensurarum, quæ possint dari, relinquitur arbitrio prudentis viri, quia cum hic sit casus particularis fundatus in dicta circunstantia, non potest dari regula iusta, & certa.

17 Decimaseptima Conclusio. Non obstante dicta pragmatica, qui non habent pro officio esse pistores, si sint pauperes, possunt fieri pistores vendentes
18 panem coctum pretio communi, & nō tenentur restituere quidquā, quia pragmatica prohibet hoc diuitibus, qui si se exercent in hoc, est ratione cupiditatis, non vt succurrant paupertati suæ, vt faciunt pauperes, sic enim tenet Palacius, quæ quidem opinio non solum mihi videtur pia, sed etiam vera non obstante murmuratione Gutt. contra eam, quia hæ res morales magis debent interpretari secundum æquitatem, & benignitatem, quam secūdum rigorem legis, nisi sit lex principis in contrarium.

Palac. d contr. & resti. li. 2. c. 2. p. 61 col. 2. & pag. seq. col. 1. Gut. li. 2. prac. q. 182

Vide Mutuum. 1. p. cap. 112.

De contractu venditionis metu facto. Cap. LXXXII.

SVMMARIVM.

An possint iudices tempore famis compellere diuites, vt vendant panem, & vinum concl. 1 nu. 1.

An venditio metu graui, vel leui facta sit valida concl. 2 nu. 2.

An qui vendit metu aliquam rem videatur ratificare contractum venditionis, si postea sponte recipit eius pretium. conc. 3 num. 3.

1 PRima Conclusio. Possunt iudices tempore famis compellere diuites non solum vt vēdant panem suum, & vinum, & carnem oppressis graui fame, sed etiam, vt faciant donationem eorum dando illis gratis, quo egent, si non possint emere illud, cum teneatur princeps conseruare vitam suorum ciuium vt resoluunt Panor. & Siluester, cum causa boni publici possint iudices compellere subditos, vt vēdant res suas, vt ædificentur muri, & arces, quibus defendantur, & ea venditio erit valida, vt resoluit Grattadibr. 1. de contrac. capit. 13.

Panor. in c si quis ext. de furtis. Sil. ver. eleem. q. vlt.

2 Secunda Conclusio. Vt rescindatur contractus venditionis factus metu in foro exteriori, est necesse, quod hic metus cadat in virum constantem, vt dicit Sotus. in 4. dis. 29. q. 1. artic. 2. Verum est tamen, quod si cōtractus est iuratus, vt rescindatur, est necessaria relaxatio iuramenti secundum veriorem, & communem opinionem collectam a quodam decreto iuris canonici. Dixi, *in foro exteriori*, quia in foro conscientiæ, vt hic cōtractus sit inualidus, sufficit timor quinis quantumuis leuis, & timor reuerentialis, vt dicunt Sotus, & Nauarr. quia leges quæ faciunt differentiam a metu, qui cadit in virum constantem, & inter alium metum non tam grauem, fundantur in præsumptione, & lex quæ fun-

Sot. li. 4. de iusti. q. 4. ar. 4 ad 2. Nau. in Man. ca. 17. n 29. & c. 22. nu 51.

fundatur in præsumptione quo ad Deũ non habet locum, si vere, & realiter nõ est, quod præsumitur, vt dicitur in iure. Et notetur hæc doctrina, quia deseruit pro resolutione multorum casuum, & ex ea sequitur, quod aduocatus, qui bona fide facit pactum cum aliqua persona paupere, quæ non habet bona ad prosequendam causam multum vtilem dicens, Da mihi aliquam partem huius interesse; & ego prosequar litem meis expensis, non peccat mortaliter prosequens eam suis expensis; quia licet ius prohibeat aduocatis facere similes pactiones; hoc ius tamen fundatur in præsumptione, scilicet, præsumit, quod aduocatus per fas, & nefas volet esse voti sui compos: quæ presumptio deficit hoc in casu, cum supponatur, quod hic aduocatus facit hoc bona fide, & quod pars est pauper, & eius iustitia tenetur pro certa.

3 Tertia Conclusio. Qui vendit aliquam rem metu, non quia recipit postea eius pretium sponte, est visus ratificare contractum venditionis, & transferre dominium rei venditæ in emptorem; sicut nec virgo compulsa profiteri in aliqua religione est visa ratificare dictam professionem tradens dotem suã monasterio, nec dicta dos habetur trãslata quo ad dominium in monasteriũ, quia vt transferatur dominium, est necessarius liber, & absolutus consensus, qui non adfuit in hoc casu, quia si data fuit dos, fuit ideo data, quia iam professa existens in monasterio egebat alimentis. Hinc infertur, quod ille, qui emit aliquid sine animo soluendi pretiũ, non possit bona conscientia retinere rẽ emptã, nec percipere fructus eius, quia per fraudem extraxit eam à manibus domini, & vt transferatur dominium, est necesse liber, & absolutus consensus, vt dixi: non debet tamen idem dici de emptore in creditum, credens non posse soluere tempore suo, quia hic potest habere animum vendendi rem emptã, si non habeat vnde soluat pretium suo tempore, & per consequens voluit obligare personam suam, sic enim tenet Ludouic. Lopez contra Victoriam lib. 1. in instr. nego. cap. 52.

De fraudibus, quæ committuntur in venditione. Cap. LXXXIII.

SVMMARIVM.

An peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem vendens rem defectuosam in substantia, aut qualitate nõ manifestans emptori defectum, concl. 1. nu. 1.

An vendens rem defectuosam pretio iusto si non sequitur damnum emptori peccet, & teneatur ad restitutionem, conclus. 2. num. 2.

An peccet vendens aliquas merces, quas scit facile corrumpi, non manifestando vitium emptori, qui vult eas conseruare concl. 3. num. 3.

An emptor teneatur dare venditori pretium quo scit valere rem ignorãte illud venditore concl. 4. nu. 4.

An peccet emens rem aliquam minori pretio quam valet ignorans valorem illius, concl 5. nu. 5.

An vendens rem vnam pro alia peccet, concl. 6. nu. 6. & concl. 7. nu. 7.

An aliquando venditor absque iniustitia possit minuere mensuram puta vini, & similium, concl. 8. nu. 8.

An sit licitum argentariis, & aurificibus mittere ligamen in vasa, quæ faciunt, & nihilominus vendere pro eo, quod ponderant concl. 9. nu. 9.

An sit licitum decipere infideles in pretio numero, pondere, & mensura rerum, quæ illis venduntur ibid.

An sit licitum mercatori vendere aliquã mercem pro eo quod valet sciens pro certo, quod breui valebit minus ob abundãtiam quæ futura est. concl. 10. nu. 10.

An, si sciat emptor valorẽ rei, quam emit ignorante venditore, teneatur manifestare illud. concl. 11. nu. 11.

An teneantur emptores declarare in speciali venditoribus quod illud quod emerunt ab eis, valet plus, concl. 12 nu. 12.

An teneatur emptor manifestare, vẽditori, quali-

qualiter adest thesaurus, aut minera in campo qui venditur ei, concl. 13. nu. 13.

An, qui iurauit non contrauenturum alicui contractus ratione cuiusius doli, possit in conscientia petere, quod restituatur illi damnum, si fuit facta fraus scienter, concl. 14 nu 14.

1 PRima Conclusio. Qui vendit rem defectuosam, siue sit in substantia, siue in qualitate dicens non esse huiusmodi, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem damni causati ab hoc dolo, sic tenet S. Thom. Sot. & Ludou. Lop. communiter, quod intelligitur; siue defectus sit occultus, siue sit manifestus. Verum est tamen, quòd si vitium esset ita manifestum vt facile possit cognosci, non tenetur venditor declarare illud emptori, nisi cognoscat, quod emptor non videat illud, quia non est prudens, aut propter ignorantiam certam, quia in hoc casu tenebitur sub pęna peccati mortalis, & restitutionis manifestare illi defectũ rei, quã illi vendit, vt tenet Aragon, quod debet teneri quicquid dicat Sot. lib. 6. de iust. q. 4. art. 1.

D. Th. 2. 2. q. 77. ar. 1. & 2. sot. l. 6 de iustit. q. 3. ar. 2. Lop. vbi sup. c. 45.

2 Secunda Conclus. Qui non manifestat vitia occulta rei venditæ vnde nullum emptori damnum accidit vendens eam pretio iusto, non peccat contra iustitiam, nec tenetur ad restitutionem, quia non damnificat in pretio proximum. Verum est tamẽ, quod si emptor cognoscens dictum defectum non emeret dictam rem, contractus erit nullus, quicquid dicat Sot. cum discedat à communi, solum erit contractus validus, si non obstante dicto vitio emerit dictam rem, quamuis non pro dicto pretio, quia occultare vitium in hoc casu non fuit causa, quod res venderetur, sed quod venderetur maiori pretio. Et nota, quod, licet non peccauerit contra iustitiam, peccauit tamen contra charitatẽ, & ideo tenetur manifestare venditor vitium emptori, quia alias si vendatur alteri cum hoc defectu pretio, quo valet, ac si non haberet illud, erit ipse causa illius damni, quod euenit hinc secundo emptori, vt dicunt Nau. Sot. & Caie.

Nau. c. 23. n. 89 sot. vbi sup. q. 3. ar. 2. Cai. 2. 2 q. 77. ar. 2.

3 Tertia Concl. Peccat contra iustitiã & tenetur ad restitutionem, qui vendidit aliquas merces non manifestans vitium earum, ex quo sequitur aliquod damnum temporale emptori, aut periculũ, vt tenet S. Tho. Hinc infero, quod qui vẽdit vinum, aut triticum, aut quid tale, quod scit cito corrumpi, & similiter, aut probabiliter dubitat, quod emptor custoditurus eas merces emit, tenetur manifestare vitiũ dicẽs, quòd nõ possint conseruari; & si non manifestet, non solũ peccat, sed etiam tenetur restituere eas. Verum est tñ, quod si cognoscit statim velle eas consumere, poterit bona conscientia accipere pretium, quod datur pro illis, vt dicit Arag. Notaque, quod venditor, qui ignorat defectum rei, quã vendit vendens eam bona fide pretio, quo valet, si careret eo defectu, non peccat; si vero veniat in eius notitiam, tenebitur restituere emptori excessum pretij, quo valebat cum dicto defectu aut rescindere contractum, si id petat ipse emptor.

Aragon vbi sup.

4 Quarta Concl. Totũ id, quod diximus de eo, qui vendit rem defectuosã scienter alicui emptori, debet etiam intelligi de emptore, cuius valorem scit ignorante eum venditore, quia tenetur dare illi pretium, quo scit valere dictã rem, quia venditor ignorans eius valorem noluit facere donationem emptori vllius rei, quod debet intelligi loquendo de valore communi rei, non vero de particulari eius cognito ab emptore ratione alicuius virtutis absconditæ, quæ communiter non cognoscitur, vt dicetur infra in concl. decimatertia.

5 Quinta Conclusio. Ignorantes vẽditor, & emptor valorem rei, vt si putant esse vitrum, quod est aliqua margarita, poterunt contrahere sine culpa emptoris, qui emit illam minori pretio, quam valebat. Verum est tamen, quod sciens eius valorem nolens supplere defectum pretij tenetur rescindere contractum, præcipue si in eo fuit dolus & fraus vltra dimidium, & secundum

dum hoc debet intelligi, quod tradit Med.in sua summa.

6 Sexta Conclusio. Quando differentia, siue sit in substantia siue in quantitate, aut qualitate, est multum parua, & res, quæ venduntur videntur esse æquales habito respectu ad vsum,& vtilitatem humanam, non videtur esse peccatum, si vendantur aliæ pro alijs, & ideo quando venditur vinum Metinæ pro vino S. Martini, cum vnum sit ita bonum sicut aliud, valida erit venditio. Verum est tamen, quod si vnum ex his vinis quæritur, eo quòd sit medicinale, vendere illud, quòd nõ habet illam virtutem pro alio, erit peccatum, vnde colligitur peccare grauiter, qui vẽdunt vinum aqua mixtũ, & peccare pharmacopolas, qui vendunt medicinas nõ puras, aut faciunt quid simile ignorantib. emptoribus, qui quidem tenentur ad restitutionem damni, quod inde nascitur emptoribus quamuis non percipiãt de his rebus, nisi valorem, quo valent, etiam cum illo occulto defectu; nam si percipiant valorem, quo valent quæ nõ habent illum, clare patet peccatum cõmittere, & quòd tenentur ad restitutionem, non peccant tamen, nec tenentur ad restitutionem, si vendantur dictæ res pro iusto suo pretio, quando ratione dictæ mixtionis sunt tantæ vtilitatis emptori, ac si non habuissent illum defectum; & quando valor rei, quæ emitur, est minor, & damnum, quòd sequitur ex ea est ita paruum, vt paruipendatur ab hominib. vnde pharmacopolæ, qui non habentes vnam aquam dant pro ea aliam, quæ habet fere eundem effectũ percipientes debitum pretium, non peccant, vt colligitur ex omnibus DD. communiter, & dicit Arag. & ideo videtur totum hoc magis verum, quamuis Medin. procedat aliter, à quo discedit Ludou. Lopez vt sup. c. 43. Arag. v. bi sup.

7 Septima Conclusio. Quando probabiliter creditur, & tenetur pro certo, quod emptor ægre ferret dari illi vnũ vinum pro alio, aut aliam mercem eũdem effectũ habentẽ pro alia, ita vt si ipse hoc cognosceret, peteret rescindi vẽditionẽ, peccat mortaliter, qui decipit illum; sic.n. tenet Lopez recipiens in hoc casu opinionem Medinæ: quod intelligitur quando scitur, quod emptor cognosceret dolum, & ex eo capiet magnã pœnam, & dolorem, ratione huius doloris, & pœnæ condemnamus dictum venditorem ad peccatum mortale. Lop.vbi sup.

8 Octaua Concl. Aliquãdo absque vlla iniustitia, potest venditor minuere mensuram, s. quando emptores nolunt recipere vinũ pro iusto pretio, aut quia factũ est monopoliũ, aut quia iudex non fuit grauis mẽ in pretio, qui non posuit illud iuste ad valorem vini, vt dicunt Sotus & Lopez quod debet intelligi, quãdo iniustitia pretij est patens, quod debent iudicare homines bonæ vitæ, & famæ, quia nemo præsumitur bonus iudex in causa propria. Sot. vbi sup. Lop. vbi sup. c. 45 fol. 48. col. 2.

9 Nona Concl. Argentarij, & aurifices, qui mittunt ligamen in vasa, quæ faciunt secundum necessitatem artis, possunt percipere stipem eorũ laboris non computantes pondus dicti ligaminis in eo, sic enim tenet Cord.& Lopez. Et rota non esse licitum decipere infideles in pondere numero, & mensura, ac pretio rerum quæ illis venduntur, vt dicit idẽ Cord. quem sequitur Luc. Lopez. Cord. de casib. q. 80 Lop. vbi sup. c. 19 fo. 63 Cor. vbi sup. q 96 Lop. vbi sup c. 20 col 2.

10 Decima Conclusio. Venditor, qui scit breui futuram tantam copiam mercium, ita vt cogatur minuere pretium, non tenetur manifestare hoc emptoribus quod valet, quãdo venditur, si statim emptores debent expendere eam, si vero non expensuri sint eas statim, sed emunt, vt custodiant, aut vt vendant alijs, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem non totius excessus pretij, sed solum tenẽtur restituere minus, quod valebunt dictæ res in tempore, quo vendentur, si sciretur magna copia, quæ futura erat earum; sic enim tenent Conradus, Gabr.& Medina, Sotus, Couarr. & Cord. quæ quidem opinio videtur mihi securior, quamuis non desint homines docti, qui dicant non teneri dictum venditorem ad restitutio- Cou. de contract. lib. qu. 16 Gab. in 4. d. 15 q 11. ar. 3. du bi. 9. Med. de rel q 35 Sot l. 6. de iust. q. 3. ar 2 in solut. ad vlt. Cou in reg. pec. 2 p § 4. n 5 & 6. Cord de casib. li. 1 qq. q. 34.

tutionem, quamuis peccabit in aliquo casu contra charitatem: ego tamen puto peccare contra iustitiam, cum scienter taceat rem, ex qua tantũ damni põt euenire emptori. Verum est tamẽ, quod si venditor, & emptor nesciebat, quid accideret venditæ rei pretio, nulla est obligatio restitutionis, cum nemo sit deceptus in hoc casu, & eadem ratione scientes ambo copiam futuram dictarũ mercium, nõ est obligatio restitutionis, cum emptoribus no sit facta iniustitia quia sciebant, quod debebat euenire.

11 Vndecima Conclusio. Quando emptor scit valorem rei, quam emit, & ignorat venditor, quamuis tenetur manifestare dictum valorem, sufficit vt manifestet illum in confuso, & non distincte, dicẽs dictam rem valere plusquam petit pro ea, & vt detineat eam cũ bona consciẽtia, vult dare plus pro illa, sic enim tenet Caiet. cuius opinioni adhæret Medina in sum. quæ quidem opinio Caiet. quamuis secundum Palac. non sit multum probabilis, ego tamen puto eã probabilem ratione gratuitæ donationis, quam videtur facere venditor in hoc casu. Et vt coniectura assequamur, quando fiunt hæ donationes gratuitæ, vt tractant DD. communiter, debent cõsiderari personæ, quæ faciunt donationem, & qualitas recipientis, & quantitas, ac tempus, in quo fiũt: quibus habitis coniecturis vt præsumatur facta donatio, videtur fieri a dicto venditore remittendo pretium, quo valet plus cum de hoc valore admonitus sit. Vnde sequitur, quod si venditor est diues, & emptor pauper, & amicus, aut consanguineus suus, videtur facere illis donationem illius, quod valet plus, quam accipiat; si vero non concurrant hæ coniecturæ, non potest negari, quin sit vera opinio Palac. & ideo nõ detinet emptor bona conscientia dictas res, si non manifestat verum valorem venditori ignoranti, vt aduertit Lud. Lop. Et nota qd si vẽditor monitus, ꝙ eius res valet plus, quamuis non persuadeatur ad illud, sed dicit expresse se esse contẽtum eo, quod illi datur, & remittere reliquum, tunc non est quod scrupulis agantur emptores, vt aduertit Lud. Lop. vt sup. cap. 50.

Caieta. verbo empt. in su. f 168. p. 2. Pal. super lu. Caieta. DD. i c. & si qu. extr. de simo.

Lop. vbi sup. c. 48

12 Duodecima Conclusio. Si postea audiens venditor, quod merces, quas vendidit, valebant plus, quam ipse putabat, & petierit ab ipsis emptoribus, an valerent plus, tenebuntur de iustitia declarare illud in speciali, si non sit, qui declaret illud: si vero non interroget eos, solũ tenebuntur dicere ei de charitate, vt aliqui dicunt: ego tamen intelligo teneri de iustitia, præcipue, si in principio sciebant, ꝙ valebant, & decipientes celauere, nisi secrete velint soluere illud, in quo deceperunt illos; quia, si volunt soluere, nulla est obligatio manifestandi, cum non prætendunt venditorem remittere illis quidquam.

13 Decimatertia Conclusio. Quando venditur aliqua domus, siue ager, vbi est thesaurus, aut minera abscondita, non tenetur emptor manifestare vẽditori, qui ignorat hoc, valorẽ domus, aut agri, quia pretium harum rerum solum regulatur secundum earum superficiem, vt dicit Sotus, & vt explicat Medin. non emuntur vero, aut venduntur habito respectu ad virtutem occultam, sed ad apparentem, quæ videtur coram oculis, ita vt dicat Merca. quod qui emit lapidem pretiosum pretio, quo cõmuniter valet, vt talis lapis non tenetur aliquid restituere habens respectum ad aliquam virtutem medicinalem, quam habet pro dolore laterali, renali, aut simili, quamuis non reuelet venditori talem virtutem ab eo ignoratam.

Sot. & Med. vbi sup.

Merc. l. 1 de cont. c. 8.

14 Decimaquarta Conclusio. Qui facit aliquem contractum cum alio, & iurat non venturum contra eum ratione alicuius fraudis, si postea fiat dicta fraus ex proposito, & data opera, potest in conscientia petere illud restitui sibi, in quo defraudatus est, aut quod rescindatur contractus, quia de iure nullus potest renunciare non velle contrauenire dolo in contractu. Et si hic dolus fiat non ex proposito, & scienter, si talis fuisset intellectus contrahentis,

tenebitur restituere, vt dicunt communiter Canonistæ allegati a Guttier. & Theologi allegati a Sot. Et hinc infertur, quod si testator precipit, vt restituãtur bona ab eo male percepta, si inueniatur inter ea aliquid alienum præscriptũ titulo bonæ fidei, non debet hoc restitui; & idem est, quando excommunicantur, qui habent aliquas res male retentas, quia hi non tenentur restituere, quod titulo bonæ fidei præscripsere.

Gutt l. 2 pr. qq. q. 2 nu. 25. & 26. Soto lib 9. de iust. q. 5. a. 4. pa. 214.

7 Septima Conclusio. Potest res vendi maiori pretio, quam communiter vẽdatur ratione alicuius donationis, quæ miscetur in hoc contractu, cum hæc nõ sit mera venditio, sed mixta cum liberalitate, qua vult vti, qui dat pro rebus, plusquam valeat. Est tamen negotium difficile iudicare, quando præsumetur, hoc in casu dicta donatio, pro quo statuuntur sequentes regulæ, quæ colliguntur ex traditis a Conrado. Primo est, quando emptor necessitatis causa emit rem maiori pretio, quam valet, & quando venditor eadem necessitate vẽdit rem minori pretio, quam valet, non præsumitur donatio, vt tenet Nauar. & Couar. Secundo, quando quis emit rem scienter sine eius necessitate maiori pretio, quam valet, & venditor est amicus, aut consanguineus tunc præsumitur facere donationẽ illius excessus, præcipue si solebat facere dictis personis aliquas donationes, quamuis ob ipsas notaretur leuitatis, vt dicit Aragon; si vero venditor est homo extraneus, non præsumitur donatio; & ideo non potest retinere dictum excessum bona conscientia, si non habet alium titulum meliore, quo protegatur, sic enim tenet Medina, allegatus fideliter ab Aragon, quamuis ab alijs non allegetur tanta fidelitate.

Conradus vbi su. q. 57.

Nau. c. 3. n. 88. Cou. l. 2. varia. c. 4. nu. 8. 9 & 11.

Aragon vbi sup.

Med. de res. q. 32. §. 2. esto Arag. vbi sup. Cou. vbi sup. n. 11. ad fi. Sot. l. 9. de iust. a. 3.

8 Octaua Conclusio. Quamuis nõ sit licitum ratione officij percipere aliquid vltra iustum pretium assignatum, quia respub. quæ illud assignauit, inspexit ad laborem mercatoris, & alias circumstantias, vt dicit Sotus, tamen potest vendi minori pretio res illius, qui non habet pro officio vendere eam, quam illius, qui habet officium vendendi eam, quia iustum pretium rei in manu illius non est tanti valoris, vt in manu negotiatoris, & hoc voluit dicere Med. quia labor, industria, & sollicitudo mercantiũ valet aliquid, vt augeatur pretium rerum, quas vendunt, si non sit pretium earum iustum assignatum a republ. & quia ipsi non rogant emptores, vt solent facere, qui non habent pro officio vendere eas.

Med. vbi su. q. 32. §. & procedit.

9 Nona Conclusio. Ille, qui post venditam, aut emptam rem inuenit se fuisse deceptum in pretio vltra dimidium, quod est clarum, & manifestum, & etiã est clarum, quod per viam litis non potest illud recuperare, potest sine dubio capere secrete de bonis alterius illud, in quo fuit deceptus obseruans conditiones iustæ cõpensationi, vt quando damnum non fuit tam exorbitans, solum poterit compensare illud, in quo fuit deceptus, & pro quo emptores sæpe queruntur, quod fuerint decepti, moti solum amore proprij interesse magis quã veritate facti, quia realiter, & vere non fuerunt decepti, & quia sæpe non constat manifeste factam fuisse dictam fraudem secundum Medinam, & Cord. debent Confessarij esse multum attenti tractantes de his secretis compensationibus, vt dicit idem Cord. dec. Lud. Lopez in instr. neg. lib. 11. cap. 53. in princip.

Med. allegatur a Cord. de casib. q. 103.

De pretio rerum, quę venduntur per incantationem publicam, & per negotiationem alicuius tertij. Cap. LXXX.

SVMMARIVM.

An, quod venditur publice sub voce præconis, habeat tria pretia rigorosum, medium, & infimum conclus. 1. nu. 1.

An iustum pretium eius, quod venditur subhasta sit illud quod currit inter mercatores, qui vendunt extra illam conc. 2. num. 2.

An

An teneantur tutores ad aliquam restitutionem vendentes res pupillorum sub voce praeconis maiori pretio, quam valent. concl. 3 num. 3.

An proxeneta, cui soluitur debitum stipendium possit sibi retinere partem pretij rei venditi. conc 4 num 4.

An proxeneta tradens rem alteri ad vendendum possit recipere stipendium, cum non adhibuerit ipse laborem, & conc. 5. num. 5.

An proxeneta qui vendit plus quam certum pretium, possit retinere excessum. conc. 6. num. 6.

An proxeneta id possit facere, quando tacito, vel expresse non fuit pactum recipiendi excessum. conc. 7. num. 7.

An proxeneta stipẽdio non contentus significans domino rei non inuenire nisi centum ducatos, possit retinere sibi quod plus vendidit, domino concedente vt vẽderet pro centum. conc. 8. num. 8.

1 PRima Conclusio. In rebus, quæ venduntur sub hasta, aut voce præconis, est etiam pretium rigorosum, medium, & infimum; debet tamen notari, quod licet gradus extremi in pretio naturali rerum distent parum a pretio medio; in pretio tamen rerum, quæ sub hasta venduntur gradus extremi tantum distant a medio, quantum amplectitur medietas huius medij pretij. Quod vt melius intelligatur, est notandum, quod aliquod prædium, verbi gratia, extra hastam valet 100. ducatis secundum valorem infimum, quod si ponatur sub hasta medium suum pretium erit dicti 100. & infimum erit 50. & supremum erit 150. vt dicit Cord. & Merc. & Garzia.

Cor. de casib q. 8. Merc. de contrac. l. 2. cap. 12. Garcia. l. 1 decõ tract. c. 12.

2 Secunda Conclusio. Merces, quæ venduntur sub hasta, non erunt iniuste venditæ, & emptæ, si non detur pro illis pretium, quo venduntur extra hastam; quia in illo loco non valent res plusquã datur pro illis, & idem dicendum est de illis, quas proxenetę vendunt per vicos, & plateas discurrentes, dummodo non sit fraus in quærendis emptoribus. Notaque, quod reuenditores non possunt emere res, quæ venduntur sub hasta, vt prohibetur per quandã legem nouę cõpilationis; & ideo Confessarij debẽt eos interrogare, an emerint dictas res per se seu alios, quia peccant grauiter ob dictam legis prohibitionẽ, & ob damnũ, quod euenit ipsis emẽtibus has simul dictas res. Verum est tamen, quod quãdo non inuenitur emptor sub hasta, qui velit eas emere, nisi minori pretio, quam valet, non putarem eos committere peccatum ementes eas iusto pretio, cũ hinc non sequatur damnum vlli tertio.

l. 21. tit. 8. li. 2. f. 81.

3 Tertia Conclusio. Tutores, & executores testamentorum, qui vẽdunt sub hasta, & voce præconis res pupillorum maiori pretio, quam valent, si hoc constet clare, & aperte, tenẽtur recurrere ad iudicem manifestantes hoc excessiuum pretium, vt reducatur ad æqualitatẽ iustam; & si iudex noluerit id facere, non tenentur ad plus. Dixi, *si constet clare, & euidenter de excessu pretij*, quia si non constat, deponant scrupulum: satisfaciunt etiam suæ obligationi monentes emptores excessum dicti pretij, vt ipsis clamantibus iudex prouideat, quod magis conueniat.

4 Quarta Conclusio. Proxeneta, cui absolute nullũ assignatur stipendiũ domino rei, recipiens rem ad vendendũ non potest sibi retinere aliquam partem pretij, quod dant pro illa, si dominus soluat ei debitã mercedẽ, ita vt si promisit gratis venditurum, nõ possit capere aliquid pro stipendio venditionis, sicut non potest petere, quidquam pro alimẽtis pueri expositi, qui charitate motus gratis excepit eum, vt dicunt Nauarr. & Ludouicus Lopez sequens Angelum.

Na. c. 23 nu. 97. Lup. in instr. neg. li. 1. c. 53.

5 Quinta Conclusio. Si proxeneta recipit aliquam rem ad vẽdendũ pro certo stipendio, quod promittunt illi, & tradit rem alteri, quẽ rogat, vt vendat eam nullo illi statuto stipendio, si vendat dictã rẽ, potest percipere stipẽdiũ sibi promissum, quia licet non adhibuit laborẽ, sufficit amicum eius adhibuisse, proquo alias ipse faciet aliquid aliud, vt constat

stat ex traditis à Corduba de casib. q. qq. Med. de ref. q.5. causa liber. à rest. num.11.

6 Sexta Conclusio. Proxeneta, qui recepit aliquid à domino ad vendẽdum, qui dixit, vt venderet illud decem, si vẽdat maiori pretio, potest excessum sibi retinere, nisi excessus excedat pretium rigorosum, quod intelligitur, quando tacite, aut expresse fit pactum, quod retineat; & tacite est visus dominus concedere illud, quando pro venditione non dat ei aliud, & excessus, quem recipit non excedat notabiliter stipẽdium, quod illi debetur. Dixi, nisi excedat pretium rigorosum, quia hic excessus, vt dicit Ang. verb. empt. §.23. emptori debet restitui.

7 Septima Conclusio. Quando tacite, vel expresse non pungitur, quod recipiat excessum pretij pro stipendio vendens rem maiori pretio assignato, nullo modo potest appropriare sibi illum excessum; & in hoc sensu est vera opinio D. Ant. & Ioannis Zaburi, & Maio. vnde qui dat famulo suo stipendiato rem ad vendendum pro certo pretio, si vendit eam maiori pretio, tenetur restituere domino excessum dicti pretij assignati, nisi sua industria, & labore vendiderit eam maiori pretio, vt dicit Gabriel q.10. ar.3. dub.

D. Ant. 3. p. tit 8 ca. 1. § 4 Maiol. 4 d. 14.

8 Octaua Conclusio. Si proxeneta, aut alius non contentus stipendio significauit domino rei non inuenisse, qui vellet dare pro re, nisi centum ducatos, si dat licentiam ei, vt vendat eam pro dictis 100. & ipse vendit pro centum, & viginti, peccat retinens sibi reliquos 25. & sic tenetur eos restituere, vt dicit Caieta. verbo Proxeneta.

✠

De venditione frumenti, & aliarum rerum, quarum pretium est assignatum à Lege.

Cap. LXXXI.

SVMMARIVM.

An possit vendi triticum, & alia semina maiori pretio assignato a lege conclu. 1. num. 1.

An possit vendi triticum, & alia semina maiori pretio assignato, eo quod consentiant Præsidentes venditionibus. conclu. 2. num. 2.

An possit vendi triticum corruptum, licet pretium sit minus pretio à lege assignato, conc. 3. nu. 3.

An tempore famis possit vendi triticum pluris quam lex permittat conc. 4. nu. 4.

An possit vendi triticum tempore sterilitatis ab agricola eo pretio quo sibi stat positum domi excedendo pretium legis, conc. 5. nu. 5.

An possit vendi triticum in panem coctum vltra pretium commune fori, cõc. 6 n 6.

An agasonis, & alij possint percipere pro tritico vltra taxam expensas portationis, conc. 7. nu. 7.

An possit vendi triticum pretio assignato à lege; cum valeat minus ob abundantiam conc. 8. nu. 8.

An teneantur gubernatores, & iudices facere promulgari pretium legis frumenti, conc. 9. nu. 9.

An possit vendi triticum pro pretio legis quod est mixtum glebis, conc. 10. nu. 10.

An possit vendi triticum pretio assignato, si fuit positum in loco humido, vt sic in gr... ederetur minus in mẽsura, cõ. 11 n. 11

An Senatores possint bona conscientia assignare minus pretium panis asportato in ciuitatem, quam pani ciuitatis, conclus. 12. nu. 12.

An peccent, & teneantur restituere mercatores, qui congregant, & emunt multum triticum, aut panem ad reuendendũ maiori pretio, quam sit assignatum a lege, concl.

conclus. 13. numero 13.

An peccent commutantes triticum pro aliis mercibus dando illas minoris, quam valent. conc. 14. num. 14

An possint Clerici vendere triticum maiori pretio assignato. conc. 15. nu. 15.

An Clerici & nobiles possint vendere panem coctum conc. 16 nu. 16.

An qui non habent pro officio esse pistores, possint vẽdere panem coctũ. cõ. 17 n. 17.

l. 1. t. 25. li. 5. nouæ reco. Gaf. lib. 1 de le. pe. c. 32. so. l. 1 de iu. q 6 a. 5. arg. 5. p. 58. co 1 & pag 66 co. 2. & li 4. q 8. art. 4 p. 464 c. col. 2. Co li 3. ver. 14. num 3. Mex & Matt. d. l. 1. Cor. de casi q 78 p totum Pal. li. 2. de contract. c. 2. pa. 9. 55. & 66. & 68.

1 PRima Conclusio. Nullo modo, quamuis sit ratione sterilitatis, aut necessitatis tritici, potest vendi triticum, aut hordeum, ceteraque semina maiori pretio assignato a pragmaticis regijs, quod intelligitur in omnibus locis horum regnorum Castellę, licet sint in montibus, vbi communiter non colliguntur hæc semina exceptis locis Regni Galleciæ, quia Rex in sua pragmatica facit expressam mentionem eorum, vt constat ex dicta lege publicata anno 1558. quæ nunc est incorporata legibus nouæ compilationis, sic enim tenent Castrus, Sot. Mexia, Cou. Matienzus, Cor. & Palatius.

2 Secunda Conclusio. Non sufficit, vt vẽdatur triticum maiori pretio assignato, & hordeum eodem modo, quod gubernatores permittant, si non habeatur expressa licentia Regis, aut Regij consilij ad illud, vt tenentur ad assignandum pretium panis cocti: quia gubernatores & iudices ad hoc ordinantur, & eliguntur, vt custodiantur leges Regum, & nõ vt abrogentur; & ideo non possunt permittere generaliter, quod vendatur panis coctus, frumentum, & farina, vt lubet; & si permittant non obstante eorũ mandato, si aliquis perfregerit dictam regiam legem vendens triticum pluris, quam per eam ordinatur, non solum peccabit mortaliter, sed tenebitur ad restitutionem. Tunc autem vendetur vltra pretium eius; quando quis transgressus fuerit pretium, & portationes, quas leges ordineat, Excessus vero panis cocti erit quando vendetur pluris, quam per dictos iudices est impositũ, ad quod habent authoritatem; & si ob negligentiam eorum, aut, vt sit abundantia in locis, non imposuerint pretium pani cocto, aut dederint plenam facultatem vẽdendi, vt lubet, non poterunt vẽdere in hoc casu, nisi habita consideratione verborum, & mentis pragmaticæ regiæ. & ideo non poterunt percipere nisi aliquod lucrum moderatum, regulatũ ad pretium assignatum, cum lex quæ ordinat iudicibus, vt moderentur dictum pretium, videatur etiam præcipere ijs, qui vendunt, vt moderentur illud secundum arbitrium boni viri, & quod vltra hoc pretium moderatum percipiunt, peccant, & tenentur restituere, vt probant late Mercatus, & Mexia.

3 Tertia Conclusio. Qui vendunt triticum, & vinum prauum, & corruptũ pluris, quam par sit, licet dictum pretiũ sit minus quam pretium pragmaticæ, peccant mortaliter, cum frangant legẽ naturalem, & diuinam, vt dicit Nauar. & per consequens tenetur restituere excessum, vt probat Mexia, quia pragmatica Regni, quæ promittit vendi triticũ pro minori pretio, quam sit assignatũ, loquitur de tritico, quod est receptibile, & bonum, vt notat Mexia. Supradicta in conclusionibus præteritis debent limitari secundum Cord. quando Rex, aut Consilium regium, aut eius præsidens, aut gubernator suo nomine iubet, quod tales personæ in ijs locis possint vendere triticum aut farinam, aut panem coctum eo pretio & eo modo, quo potuerint, & ob id non possint puniri; aut si Rex, eiusque Consilium tacuerit, & non punierit transgressores, cum possint cõpellere eos, vt vendant illud secundũ legem prædictã: quia si omittat punire eos, quia nõ põt, aut ob scandalũ, quod inde sequeretur, non est dubiũ, quin peccent, & teneantur restituere excessũ assignati pretij, vt constat ex eo quod resoluit Gutt. lib. 2. prac. q. q. 180. num. 21.

Mer super hãc prag. c. 2. ve. perosi el. Giuendi Mex. id l. 14. cõc. 4. n. 25. f. 71. & iterũ f. 130 p. 2. col. 1. Nau. in ma. c. 23 nu. 87. Mex. in d prag. con 1. ver assi. porelcõ signẽte Mexia vbi sup. nu. 161.

4 Quarta Conclusio. Tempore famis non obligat lex dictarum pragmaticarum, quia si ratione frigoris in sui vigore est licitum furari ligna, vt resoluunt D. Tho & Sotus, quare ob necessitatem famis

D. Tho. 2. 2. q. 66 ar. 7. Sot. li 1. de iust. q. 6. a. 4. pag. 53.

famis nō erit licitum perfringere dictas leges, & si lex ecclesiastica non obligat cum periculo mortis; quare obligabit lex mere sæcularis.

5 Quinta Conclusio. Non potest agricola vendere frumētum eo pretio, quo excedēs pretiū dictæ pragmaticæ. Hęc conclusio est contra Mexiam, qui dicit, quod colonus vendens triticum, quod illi stet positum domi v.g. mensura triginta argenteis, potest illam vendere pluris pretio assignato deducto labore personali, & expensis collectionis, quia hic tractat de vitando damno, & non aduertit, quod vbi non est assignatio a lege, potest quis tractare de vitando dāno, non vero, quando est dicta prohibitio; quia si esset licitum, aperiretur porta, per quam quotidie lex prętetiretur, vt dicunt Corduba, Mercatus, & Palacius, qui vacillat super hoc puncto, vt tenet Guttierez. Nec colono fit iniuria, quia cum abundantia vnius anni compensat sterilitatem alterius; & certum est, quod est falsa regula aliquorum, qui dicunt, quod semper qui potest vendere lucrans aliquid; quia si hoc esset verum, semper mercatores in suis negotiationibus deberent lucrari, quod sæpe ob infortunium, & sterilitatem terræ, aut maris, non potest sic euenire, vt dicit Sotus. Hinc infertur, quod qui emit mensuram tritici 20. argenteis cum valor sit 14. argent. verbi gratia, nō potest illam vendere eodem pretio sine peccato subiecto restitutioni, quod debet limitari, nisi qui emit dictam mensuram tritici 20. argenteis ante traditionem cōcesserit alteri dimidiam per idem pretium, quod sibi est; quia contendit illam ab eo singulari studio; quia in hoc casu nil vendit ei, sed facit illum socium emptionis suæ.

Cord. de casi qō. 84. ver. tābiē de suso dicho. Merc. super istā prag. c. 5 per totū Palat. vbi sup f. 39 col. 1. Gutt. v. sup. n. 30 Sot. li. 6 de iusti. q. 1 ar. 3. pag. 533 col. 1.

6 Sexta Conclusio. Si colonus, aut alius, qui colligit triticum ex proprijs prædijs, vendit illud in panem coctum, nō potest illum vendere nisi pretio communi fori, & si excedit dictum pretium, tenetur restituere illud, quamuis mensura frumenti posita domi suæ stet illi pluris, quam sit illud, quod extrahit ex ipsa, etiam vendens illam hoc modo; sic tenent Mercatus, & Guttierez contra Mexiam.

Merc. vbi supra Gutt. vbi supra q. 161. n. 11. Mex. vbi supra con. 6. n. 11

7 Septima Conclusio. Non solum agasones, sed etiam domini ipsius frumenti possunt vltra taxam percipere pro eo aut alijs seminibus expensas portationis, quæ sunt assignatæ iam a lege pro singulis leucis; qd debet intelligi obseruatis diligentijs quæ ponuntur in pragmatica facta anno 1592 adducentes testimonium pretij, & loci, a quo eductū est frumentum. Circa quod est notandum, vt notat Guttierez, quod licet nō obseruentur dictæ diligentiæ; potest dictus venditor percipere dictum pretiū pro portatione, & lucris in foro conscientiæ, & non peccabit in eo, nec tenebitur ad restitutionem. Ex hac conclusione infertur, quod qui potest vendere triticum suorum redituum percipiendo portationes, & expensas, quas fecit in portatione dicti tritici vsque ad domum suam, & si non expendit pecuniam in portatione, quia coloni tenentur perferre triticum ad ciuitatem, & domum, etiam potest percipere pretium, quia eo quod coloni obligauerint se ad portationem seminum, releuat eos ab alijs oneribus æquiualētibus quæ sunt tanti valoris, ac sint ipsæ portationes.

Merc. vbi supra c. 3. ver. mas que diramos

8 Octaua Conclusio. Quando est multa abundantia tritici, & valet minus, quam sit a lege impositum, non potest vendi sub pæna peccati mortalis, & restitutionis maiori pretio, quam communiter vendatur, licet non accedat ad pretium legis: probans id Mercatus, dicit, quia lex naturalis, & diuina obligat, ne vendatur res maiori pretio, quam par sit, vt dicit Castrus, & tenent Corduba, & Medina in terminis nostræ conclusionis; & Ludou. Lopez addit, quod venditor committet vsuram vendens in creditum dictum triticum pretio assignato legis, quia tunc valet minus. Nostram etiam conclusionem tenet Aragon reprehendens Medi. in quadam

Cast. vbi supra col. 166. in ver. lex asit. Medi. in summi f. 140 col. 2. Cord. in sū. q. 84. Lop 1 in Itr cōsc. 2 p. co. 150. & c. 46. Arag. 2. 2 qō. 77 ar. 1.

dam distinctione, quã facit super hoc puncto affirmans nostram conclusionem esse veram, siue ponatur a lege pretium in fauorem emptoris, siue venditoris.

9 Nona Conclusio. Tenentur gubernator, & iudices ciuitatum, & oppidorum facere promulgari hanc pragmaticam tritici; & ideo si ignoranter vendiderint aliqui triticum maiori pretio, quam leges patiuntur, tenentur restituere hoc damnum, cum ob eorum negligentiam, & desidiam ignorauerint venditores hãc pragmaticam, sic enim tenent Nauar, c.17. num. 20. Ludou. Lopez, in inst. neg. lib. 1. c. 15.

10 Decima Conclusio. Homo priuatus, qui vendit aliquas mensuras tritici cum glebis, cum quibus communiter solet portari ab area, non peccat mortaliter, cum hic non fuerit fraus. Habito tamen tritico mundato, si misceatur terra, vt vendatur, dicit Med. esse contractum inualidum, & teneri ad restitutionem dãni emptori: & Lud. Lop. tenet non teneri ad restitutionem discedens a Med. in hoc casu Ego in hac parte dico contractum esse validum, quia cum dolus non est excedens medietatem iusti pretij, valet contractus, estque necesse, vt rescindatur, vt dicitur in iure. Tenentur tamen restituere dictum damnum, præcipue si post factam venditionem mixta fuit terra tritico, nec obstant rationes Ludou. Lopez; quia in simili casu non est bonum adiuuare fraudes rationibus apparentibus, sed rationibus claris, & manifestis, quas dictat ratio naturalis.

Med. in sum. circa reg. 1 Lop. vbi sup. 2. p. c. 42. li. 1. instr. nego. c. 19.

11 Vndecima Conclusio. Si, qui vendit triticum, per industriam ponit illud in loco humido, vt cum humiditate infletur, & intret minus de eo in mensuram, & sic ex vna mensura fiat vna, & dimidia, aut parum minus, peccat, & tenetur restituere damnum; & etiam quia triticum humidum facilius corrumpitur; & ideo si aliquis posuerit triticum in hoc loco non industria, sed casu, & inueniat postea, quod causa humiditatis nõ est ita bonum, quia est inflatum, tenebitur vendere illud minori pretio, quam cõiter vendatur, & declarare hoc venditori, si putat, quod emit illud, vt custodiat illud cum tam facile corrumpatur.

12 Duodecima Conclusio. Senatores oppidorum, qui assignant altius pretiũ pani cocto vicinorum suorum, quã pani cocto, & aliis rebus quæ portant agasones, aut alij, non peccant, si ex facto hoc sequitur maius cõmodum reipu. in communi, quam sit damnum, quod sequitur pauperibus; & quamuis dubitetur de hoc, si est consuetudo in contrarium fieri pretium in tali modo, nõ est, quod moueatur scrupulus, vt constat ex his, quæ tradit Cordub. Nauar. & Ludou. Lopez.

Cord. de casib. q. 18. Nau. c. 17 nu. 92. Lop. in inst. l. c. 15.

13 Decimatertia Conclusio. Mercatores v.g. Salmanticæ, qui colligunt frumentum, quod possunt, eo animo, vt postea vendãt maiori pretio assignato hominibus, qui accedunt ad domos eorũ, licet sint exteri, peccant mortaliter, & tenentur restituere damnum, quod ex hoc tractatu causatur; & ad idem tenentur, qui veniunt Salmanticam foris ad vendendum triticum, vendentes maiori pretio assignato, scientes, quod si vendunt illud cariori pretio, esse ob collectionem, & monopolium, quod factũ est: quia si ignorent hoc, ignorantia excusat eos a restitutione, sic enim tenet Med. quem sequitur Lud. Lopez. Circa hoc videatur caput inf. vbi agitur de monopolio mercatorum.

Med. vbi sup. Lop. li. 1 inst. cõl. c. 32 fol. 155.

14 Decimaquarta Conclusio. Illicitus est contractus illorum, qui vendunt triticum illis, qui veniunt Salmãticam ad emendum illud, dantque pro eo alias merces, quas adducunt minori pretio, quam ipsæ valeant assignatione pretij, dicentibus venditoribus, quod non vendunt illud vltra pretium assignatũ, quia manifeste patet in hoc casu, quod fit dolus, cum vendatur triticum manifeste maiori pretio, quam par est: & ideo tenentur venditores restituere reliquũ excessus emptoribus, & idem dicẽdum

est, quando vendunt alias merces dicentes vendere eas pretio iusto, quod valent capientes pro illis ab emptorib: alias merces pro minori pretio, quam valeãt, licet fraus non sit vltra dimidiũ iusti pretij, vt constat ex eo, quod cum communi resoluunt Na. Cou. & Maxia qui limitat eã, qñ damnum, q̃ fit, est paruum: in nostro tamen casu parua læsio quæcunq; sit, obligabit ad restitutionẽ: quia quantitas, in qua, qui dedit suas merces pro tritico, fuit defraudatus, crescit ad pretium assignatum a lege, cui, cũ consistat in indiuisibili, nõ potest aliquid addi, quantumuis paruum; & q̃uis ratione paruitatis liberet a peccato mortali, non tñ liberat a restitutione, cum ratio naturalis dictet, quòd alienũ quantumuis parum restituatur vero domino, & ẽt, q̃ licet excessus sit paruus, potest tamen in nostro casu committi peccatum mortale: Primo, si vendantur multæ mensuræ. Secundo si vendatur vna sola cum intentione, tamẽ vendẽdi multo plures pro dicto pretio paruo, qđ sit magnũ numero mensurarũ; sic.n. tenent Gutt. & Palac. Verum tamen hæc conc. debet limitari primo, vt non procedat quando emptor in signũ gratitudinis, & amicitiæ dat venditori plus, aut quando remittit illi sponte aliquid sine fraude, & dolo, vt probat Med. & ideo Confessarij debent aduertere multum scrutantes corda, & conscientias emptorum mercis pro minori pretio, quam valent, committentes pro illis alias pro pretio suo. Secundo, quando dantur dictæ merces pro tritico pro suo iusto pretio nulla intercedente fraude, & dolo, quia in hoc casu non solum contractus erit licitus, sed, qui dat triticum pro dictis mercibus merebitur in eo succurrẽs proximo in necessitate sua, vt dicunt Palacius, & Gutt. qui consulunt personis ecclesiasticis, ne vtãtur his limitationibus nisi cum magna cautela, & notatione ob bonum odorem, quem debent de se præstare. Debet autem notari, quod pretium legis obligat, licet vendatur sub hasta, & voce præconis, vt tenet Lopes contra Garciam in inst. nego. c. 30.

Nau. in c. qualit. de pœn. d. c. nu. 45. cum seqq. & larius in c. nouit. de iudit. nota. 6. Cor. 9. Cou. li. 2. var. c. 4. nu 11. Med. in pro pœnis. cõs. 1. n. 116.

Gutt. l. 1. qq. 4. 181 Pal li. 2. de cõt. & rest. c. 2. p. 60. colum. 1. Med. de rest. qu. 36. f. 110 vers. sequitur antea præ.

Pal. vbi sup. & l. 1 c. 1. Gut. li. 1. pa qq. q. 171.

15 Decimaquinta Conclusio. Tenentur clerici sub pœna peccati mortalis, & restitutionis vendere triticum secundũ pretium legis, & hoc non ratione pragmaticę Regiæ, sed ratione legis naturalis, qua obligantur vendere res, quas habent iusto earum pretio: iustum autem pretium erit commune, & assignatum a repub. quæ ad id habet authoritatẽ; sic enim tenent Sotus, Nau. & Salzed.

16 Decimasexta Conclusio. Clerici, & nobiles, & diuites horum regnorũ Castellæ, quibus in Regnis Castellæ prohibitum est vendere panem coctum per se, seu per alios, vt constat ex quadam pragmatica facta Madritij mense Septembris anni 1578. & anno 1571. peccant mortaliter exercentes se in hoc exercitio, cum per fingant legem iustam sui Principis. Verum est tamen, quod non tenentur ad vllam restitutionem, si vendant illum pretio communi assignato; & si non est assignatum pro communi, quo reliqui vendunt, vt tenet Gutt. dicens sic tenere multos patres graues ordinis prædicatorum consultos ab eo in vniuersitate Salmanticæ, & sic tenet Ludou. Lopez. Verum est tamen, hoc non habere locum, quando respubl. imponit pretium pani cocto, qui foras asportatur, posito diuerso pretio ab eo, quo venditur panis ciuitatis in casu, quod hoc possit facere; quia in hoc casu dictis personis est prohibitum vendere panem coctum, & vendentes illum tenebuntur in conscientia obseruare varietatem pretiorum: & ideo non poterunt vendere panem, nisi secundum pretium assignatum habitatoribus loci, si ipsi habitatores emeb. & si sunt extranei mandantes dictum panem ad vendendum ad dictum locum, tenebuntur vendere secundum pretium exterorum. Hinc infertur, quod pistores, qui emũt aliquod triticum minori pretio, quam vẽdatur triticũ styli publici, vendentes panem coctũ ex eo tritico eodẽ pretio, quo panẽ tritici ciuitatis, nõ tenẽtur ad restitutionẽ, cum non fecerint contra iusti-

Sot li. 1. de iust. q. 6. Nau. c. 23. nu. 85. Salz. in pr. cr. c. 55 pa. 160. co. 2

Gut. li. 1. pr. qq. q. 84 Lo. lib 1. instr. neg. c. 15 fo. 54.

Gut. vbi supra. iustitiam commutatiuam, vt tenet Gutier. contra Mexiam. Secundo infertur, quod clerici, qui vendunt panem coctum, qui offertur illis in Missa, aut sepulturis, poterunt bona conscientia vendere illum secundum pretium commune fori, quia pragmaticæ, quæ prohibēt illis vendere panem coctum, intelligūt, quando hoc faciunt ratione negotiationis, & lucri, quod nō est in nostro casu; & ideo non condemnarem ego ad peccatum mortale nobiles, & diuites, qui non habent officium pistoris, si darent alicui pistori pauperi aliquot mensuras tritici, vt faciat ex eis panem coctum, & vendat illum pretio fori hac conditione, vt extractis expensis, & quod debetur eorum labori, reliquum sibi tribuatur, si eos moueret ad hoc faciendum magis velle succurrere necessitati communi, & pauperis pistoris, quam eorum interesse, & lucrum. Dixi *aliquot mensuras*, quia si sint multæ, iam videtur, quod miscetur cupiditas cum titulo Charitatis, & perstringitur lex iusta: quanta vero debeat esse quantitas mensurarum, quæ possint dari, relinquitur arbitrio prudentis viri, quia cum hic sit casus particularis fundatus in dicta circunstantia, non potest dari regula iusta, & certa.

17 Decimaseptima Conclusio. Non obstante dicta pragmatica, qui non habent pro officio esse pistores, si sint pauperes, possunt fieri pistores vendentes panem coctum pretio communi, & nō tenentur restituere quidquā, quia pragmatica prohibet hoc diuitibus, qui si se exercent in hoc, est ratione cupiditatis, non vt succurrant paupertati suæ, vt faciunt pauperes, sic enim tenet Palacius, quæ quidem opinio non solum mihi videtur pia, sed etiam vera non obstante murmuratione Gutt. contra eam, quia hæ res morales magis debent interpretari secundum æquitatem, & benignitatem, quam secūdum rigorem legis, nisi sit lex principis in contrarium.

Palac. d' contr. & restit. li. 2. c. 2. p. 61. col. 2. & pag. seq. col. 1. Gut. li. 2. prac. q. 182.

Vide Mutuum. 1. p. cap. 112.

De contractu venditionis metu facto. Cap. LXXXII.

SVMMARIVM.

An possint iudices tempore famis compellere diuites, vt vendant panem, & vinum concl. 1. nu. 1.

An venditio metu graui, vel leui facta sit valida concl. 2. nu. 2.

An qui vendit metu aliquam rem videatur ratificare contractum venditionis, si postea sponte recipit eius pretium conc. 5 num 5.

1 PRima Conclusio. Possunt iudices tempore famis compellere diuites non solum vt vēdant panem suum, & vinum, & carnem oppressis graui fame, sed etiam, vt faciant donationem eorum dando illis gratis, quo egent, si non possint emere illud, cum teneatur princeps conseruare vitam suorum ciuium vt resoluunt Panor. & Siluester, cum causa boni publici possint iudices compellere subditos, vt vēdant res suas, vt ædificentur muri, & arces, quibus defendantur, & ea venditio erit valida, vt resoluit Granad. libr. 1. de contrac. capit. 13. Panor. in c. si quis ext. de fur tis. Sil. ver. eleem. q. vlt.

2 Secunda Conclusio. Vt rescindatur contractus venditionis factus metu in foro exteriori, est necesse, quod hic metus cadat in virum constantem, vt dicit Sotus. in 4. dis. 29. q. 1. artic. 2. Verum est tamen, quod si cōtractus est iuratus, vt rescindatur, est necessaria relaxatio iuramenti secundum veriorem, & communem opinionem collectam a quodam decreto iuris canonici. Dixi, *in foro exteriori*, quia in foro conscientiæ, vt hic cōtractus sit inualidus, sufficit timor quinis quantumuis leuis, & timor reuerentialis, vt dicunt Sotus, & Nauarr. quia leges quæ faciunt differentiam a metu, qui cadit in virum constantem, & inter alium metum non tam grauem, fundantur in præsumptione, & lex quæ fun- Sot. li. 4. de iusti. q. 4. ar. 4 ad 2. Nau. in Man. ca. 17. n. 29. & c. 22. nu 51.

fundatur in præsumptione quo ad Deũ non habet locum, si vere, & realiter nõ est, quod præsumitur, vt dicitur in iure. Et notetur hæc doctrina, quia deseruit pro resolutione multorum casuum, & ex ea sequitur, quod aduocatus, qui bona fide facit pactum cum aliqua persona paupere, quæ non habet bona ad prosequendam causam multum vtilem dicens, Da mihi aliquam partem huius interesse, & ego prosequar litem meis expensis, non peccat mortaliter prosequens eam suis expensis; quia licet ius prohibeat aduocatis facere similes pactiones; hoc ius tamen fundatur in præsumptione, scilicet, præsumit, quod aduocatus per fas, & nefas volet esse voti sui compos: quæ pręsumptio deficit hoc in casu, cum supponatur, quod hic aduocatus facit hoc bonafide, & quod pars est pauper, & eius iustitia tenetur pro certa.

3 Tertia Conclusio. Qui vendit aliquam rem metu, non quia recipit postea eius pretium sponte, est visus ratificare contractum venditionis, & transferre dominium rei venditæ in emptorem; sicut nec virgo compulsa profiteri in aliqua religione est visa ratificare dictam professionem tradens dotem suã monasterio, nec dicta dos habetur trãslata quo ad dominium in monasteriũ, quia vt transferatur dominium, est necessarius liber, & absolutus consensus, qui non adfuit in hoc casu, quia si data fuit dos, fuit ideo data, quia iam professa existens in monasterio egebat alimentis. Hinc infertur, quod ille, qui emit aliquid sine animo soluendi pretiũ, non possit bona conscientia retinere rẽ emptã, nec percipere fructus eius, quia per fraudem extraxit eam à manibus domini, & vt transferatur dominium, est necesse liber, & absolutus consensus, vt dixi: non debet tamen idem dici de emptore in creditum, credens non posse soluere tempore suo, quia hic potest habere animum vendendi rem emptã, si non habeat vnde soluat pretium suo tempore, & per consequens voluit obligare personam suam, sic enim tenet Ludouic. Lopez contra Victoriam lib. 1. in instr. nego. cap. 52.

De fraudibus, quæ committuntur in venditione. Cap. LXXXIII.

SVMMARIVM.

quali-

qualiter adest thesaurus, aut minera in campo qui venditur ei, concl. 13. nu. 13.
An, qui iurauit non contrauenturum alicui contractus ratione cuiusuis doli, possit in conscientia petere, quod restituatur illi damnum, si fuit facta fraus scienter, concl. 14 nu 14.

1 PRima Conclusio. Qui vendit rem defectuosam, siue sit in substantia, siue in qualitate dicens non esse huiusmodi, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem damni causati ab hoc dolo, sic tenet S. Thom. Sot. & Ludou. Lop. communiter, quod intelligitur, siue defectus sit occultus, siue sit manifestus. Verum est tamen, quòd si vitium esset ita manifestum vt facile possit cognosci, non tenetur venditor declarare illud emptori, nisi cognoscat, quod emptor non videat illud, quia non est prudens, aut propter ignorantiam certam, quia in hoc casu tenebitur sub pęna peccati mortalis, & restitutionis manifestare illi defectũ rei, quã illi vendit, vt tenet Aragon, quod debet teneri quicquid dicat Sot. lib. 6. de iust. q. 4. art. 1.

D. Th. 2. 2. q. 77. ar. 1. & 2 sot. l. 6 de iustit. q. 3. ar. 2. Lop. vbi sup. c. 45.

2 Secunda Conclus. Qui non manifestat vitia occulta rei venditæ vnde nullum emptori damnum accidit vendens eam pretio iusto, non peccat contra iustitiam, nec tenetur ad restitutionem, quia non damnificat in pretio proximum. Verum est tamẽ, quod si emptor cognoscens dictum defectum non emeret dictam rem, contractus erit nullus, quicquid dicat Sot. cum discedat à communi, solum erit contractus validus, si non obstante dicto vitio emerit dictam rem, quamuis non pro dicto pretio, quia occultare vitium in hoc casu non fuit causa, quod res venderetur, sed quod venderetur maiori pretio. Et nota, quod, licet non peccauerit contra iustitiam, peccauit tamen contra charitatẽ, & ideo tenetur manifestare venditor vitium emptori, quia alias si vendatur alteri cum hoc defectu pretio, quo valet, ac si non haberet illud, erit ipse causa illius damni, quod euenit hinc secundo emptori, vt dicunt Nau. Sot. & Caie.

3 Tertia Concl. Peccat contra iustitiã & tenetur ad restitutionem, qui vendit aliquas merces non manifestans vitium earum, ex quo sequitur aliquod damnum temporale emptori, aut periculũ, vt tenet S. Tho. Hinc infero, quod qui vẽdit vinum, aut triticum, aut quid tale, quod scit cito corrumpi, & similiter, aut probabiliter dubitat, quod emptor custoditurus eas merces emit, tenetur manifestare vitiũ dicẽs, quòd nõ possint conseruari; & si non manifestet, non solũ peccat, sed etiam tenetur restituere eas. Verum est tñ, quod si cognoscit statim velle eas consumere, poterit bona conscientia accipere pretium, quod datur pro illis, vt dicit Arag. Notaque, quod venditor, qui ignorat defectum rei, quã vendit vendens eam bona fide pretio, quo valet, si careret eo defectu, non peccat; si vero veniat in eius notitiam, tenebitur restituere emptori excessum pretij, quo valebat cum dicto defectu aut rescindere contractum, si id petat ipse emptor.

Nau. c. 23. n. 89 sot. vbi sup. q. 3. ar. 2. Cai. 2. 2. q. 77. ar. 2.

4 Quarta Concl. Totũ id, quod diximus de eo, qui vendit rem defectuosã scienter alicui emptori, debet etiam intelligi de emptore, cuius valorem scit ignorante eum venditore, quia tenetur dare illi pretium, quod scit valere dictã rem, quia venditor ignorans eius valorem noluit facere donationem emptori vlius rei, quod debet intelligi loquendo de valore communi rei, non vero de particulari eius cognito ab emptore ratione alicuius virtutis absconditæ, quæ communiter non cognoscitur, vt dicetur infra in concl. decimatertia.

Aragon vbi sup.

5 Quinta Conclusio. Ignorantes vẽditor, & emptor valorem rei, vt si putant esse vitium, quod est aliqua margarita, poterunt contrahere sine culpa emptoris, qui emit illam minori pretio, quam valebat. Verum est tamen, quod sciens eius valorem nolens supplere defectum pretij tenetur rescindere contractum, præcipue si in eo fuit dolus & fraus vltra dimidium, & secun-

dum hoc debet intelligi, quod tradit Med. in sua summa.

6 Sexta Conclusio. Quando differentia, siue sit in substantia siue in quantitate, aut qualitate, est multum parua, & res, quæ venduntur videntur esse æquales habito respectu ad vsum, & vtilitatem humanam, non videtur esse peccatum, si vendantur aliæ pro alijs, & ideo quando venditur vinum Metinæ pro vino S. Martini, cum vnum sit ita bonum sicut aliud, valida erit venditio. Verum est tamen, quod si vnum ex his vinis quæritur, eo quòd sit medicinale, vendere illud, quòd nõ habet illam virtutem pro alio, erit peccatum, vnde colligitur peccare grauiter, qui vẽdunt vinum aqua mixtũ, & peccare pharmacopolas, qui vendunt medicinas nõ puras, aut faciunt quid simile ignorantib. emptoribus, qui quidem tenentur ad restitutionem damni, quod inde nascitur emptoribus quamuis non percipiãt de his rebus, nisi valorem, quo valent, etiam cum illo occulto defectu; nam si percipiant valorem, quo valent quæ nõ habent illum, clare patet peccatum cõmittere, & quòd tenentur ad restitutionem, non peccant tamen, nec tenentur ad restitutionem, si vendantur dictæ res pro iusto suo pretio, quando ratione dictæ mixtionis sunt tantæ vtilitatis emptori, ac si non habuissent illum defectum; & quando valor rei, quæ emitur, est minor, & damnum, quòd sequitur ex ea est ita paruum, vt paruipendatur ab hominib. vnde pharmacopolę, qui non habentes vnam aquam dant pro ea aliam, quæ habet fere eundem effectũ percipientes debitum pretium, non peccant, vt colligitur ex omnibus DD. communiter, & dicit Arag. & ideo videtur totum hoc magis verum, quamuis Medin. procedat aliter, à quo discedit Ludou. Lopez. vt sup. c. 43.

Arag. vbi sup.

7 Septima Conclusio. Quando probabiliter creditur, & tenetur pro certo, quod emptor ægre ferret dari illi vnũ vinum pro alio, aut aliam mercem eũdem effectũ habentẽ pro alia, ita vt si ipse hoc cognosceret, peteret rescindi vẽditionẽ, peccat mortaliter, qui decipit illum; sic. n. tenet Lopez recipiens in hoc casu opinionem Medinæ: quod intelligitur quando scitur, quod emptor cognoscet dolum, & ex eo capiet magnã pœnam, & dolorem, ratione huius doloris, & pœnæ condemnamus dictum venditorem ad peccatum mortale.

Lop. vbi sup.

8 Octaua Concl. Aliquãdo absque vlla iniustitia, potest venditor minuere mensuram, s. quando emptores nolunt recipere vinũ pro iusto pretio, aut quia factũ est monopoliũ, aut quia iudex posuit grauamen in pretio, qui non posuit illud iuste ad valorem vini, vt dicunt Sotus & Lopez quod debet intelligi, quãdo iniustitia pretij est patens, quod debent iudicare homines bonæ vitæ, & famæ, quia nemo præsumitur bonus iudex in causa propria.

Sot. vbi sup. Lop. vbi sup c. 45 fol. 28. col. 1.

9 Nona Concl. Argentarij, & aurifices, qui mittunt ligamen in vasa, quæ faciunt secundum necessitatem artis, possunt percipere super eũ laboris non computantes pondus dicti ligaminis in eo, sic enim tenẽt Cord. & Lopez. Et nota non esse licitum decipere infideles in pondere numero, & mensura, ac pretio rerum quæ illis venduntur, vt dicit idẽ Cord. quem sequitur Lud. Lopez.

Cord. de casib. q. 80 Lop. vbi sup. c 19 fo. 63 Cor. vbi sup. q 96 Lop. vbi sup c. 20 col 2.

10 Decima Conclusio. Venditor, qui scit breui futuram tantam copiam mercium, ita vt cogatur minuere pretium, non tenetur manifestare hoc emptoribus quod valet, quãdo venditur. si statim emptores debent expendere eam, si vero non expensuri sint eas statim, sed emunt, vt custodiant, aut vt vendant alijs, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem non totius excessus pretij, sed solum tenẽtur restituere minus, quod valebunt dictæ res in tempore, quo vendentur, si sciretur magna copia, quæ futura erat earum; sic enim tenent Conradus, Gabr. & Medina, Sotus, Couarr. & Cord. quæ quidem opinio videtur mihi securior, quamuis non desint homines docti, qui dicant non teneri dictum venditorem ad restitutio-

Cou. de contractib. qu. 66 Gab. in 4. d. 15 q 11. ar. 3. dubi. 9. Med. de rest. q 35 Sot l. 6. de iust. q. 3. ar. 2 in solut. ad vlt. Cou. in reg. pec. 2 p § 4. n 5 & 6. Cord de casib. li. 1 qq. q. 24.

tutio-

tutionem, quamuis peccabit in aliquo casu contra charitatem: ego tamen puto peccare contra iustitiam, cum scienter taceat rem, ex qua tantũ damni põt euenire emptori. Verum est tamẽ, quod si venditor, & emptor nesciebat, quid accideret venditæ rei pretio, nulla est obligatio restitutionis, cum nemo sit deceptus in hoc casu, & eadem ratione scientes ambo copiam futuram dictarũ mercium, nõ est obligatio restitutionis, cum emptoribus no sit facta iniustitia quia sciebant, quod debebat euenire.

11 Vndecima Conclusio. Quando emptor scit valorem rei, quam emit, & ignorat venditor, quamuis tenetur manifestare dictum valorem, sufficit vt manifestet illum in confuso, & non distincte, dicẽs dictam rem valere plusquam petit pro ea, & vt detineat eam cũ bona consciẽtia, vult dare plus pro illa, sic enim tenet Caiet. cuius opinioni adhæret Medina in sum. quæ quidem opinio Caiet. quamuis secundum Palac. non sit multum probabilis, ego tamen puto eã probabilem ratione gratuitæ donationis, quam videtur facere venditor in hoc casu. Et vt coniectura assequamur, quando fiunt hæ donationes gratuitæ, vt tractant DD. communiter, debent cõsiderari personæ, quæ faciunt donationem, & qualitas recipientis, & quantitas, ac tempus, in quo fiũt: quibus habitis coniecturis vt præsumatur facta donatio, videtur fieri a dicto venditore remittendo pretium, quo valet plus cum de hoc valore admonitus sit. Vnde sequitur, quod si venditor est diues, & emptor pauper, & amicus, aut consanguineus suus, videtur facere illis donationem illius, quod valet plus, quam accipiat; si vero non concurrant hæ coniecturæ, non potest negari, quin sit vera opinio Palac. & ideo nõ detinet emptor bona conscientia dictas res, si non manifestat verum valorem venditori ignoranti, vt aduertit Lud. Lop. Et nota qd si vẽditor monitus, q̃ eius res valet plus, quamuis non persuadeatur ad illud, sed dicit expresse se esse contẽtum eo, quod illi datur, & remittere reliquum, tunc non est quod scrupulis agantur emptores, vt aduertit Lud. Lop. vt sup. cap. 50.

Caieta. verbo empt. in su. f. 168. p. 2. Pal. super su. Caieta. DD. i c. & si qu. extr. de simo.

Lop. vbi sup. c. 48

12 Duodecima Conclusio. Si postea audiens venditor, quod merces, quas vendidit, valebant plus, quam ipse putabat, & petierit ab ipsis emptoribus, an valerent plus, tenebuntur de iustitia declarare illud in speciali, si non sit, qui declaret illud: si vero non interroget eos, solũ tenebuntur dicere ei de charitate, vt aliqui dicunt: ego tamen intelligo teneri de iustitia, præcipue, si in principio sciebant, q̃ valebant, & decipientes celauere, nisi secrete velint soluere illud, in quo deceperunt illos; quia, si volunt soluere, nulla est obligatio manifestandi, cum non prætendunt venditorem remittere illis quidquam.

13 Decimatertia Conclusio. Quando venditur aliqua domus, siue ager, vbi est thesaurus, aut minera abscondita, non tenetur emptor manifestare vẽditori, qui ignorat hoc, valorẽ domus, aut agri, quia pretium harum rerum solum regulatur secundum earum superficiem, vt dicit Sotus, & vt explicat Medin. non emuntur vero, aut venduntur habito respectu ad virtutem occultam, sed ad apparentem, quæ videtur coram oculis, ita vt dicat Merca. quod qui emit lapidem pretiosum pretio, quo cõmuniter valet, vt talis lapis non tenetur aliquid restituere habens respectum ad aliquam virtutem medicinalem, quam habet pro dolore laterali, renali, aut similí, quamuis non reuelet venditori talem virtutem ab eo ignoratam.

Sot. & Med. vbi sup.

Merc. l. 2 de cont. c. 8.

14 Decimaquarta Conclusio. Qui facit aliquem contractum cum alio, & iurat non venturum contra eum ratione alicuius fraudis, si postea fiat dicta fraus ex proposito, & data opera, potest in conscientia petere illud restitui sibi, in quo defraudatus est, aut quod rescindatur contractus, quia de iure nullus potest renunciare non velle contrauenire dolo in contractu. Et si hic dolus fiat non ex proposito, & scienter, si talis fuisset intellectus contrahentis,

non fuisset factus, nec se obligaret, in hoc casu non obligat iuramentum: & ideo potest contrahens contrauenire, vt dicit Siluester, cum iuramentum nō extendatur ad illud, quod non erat in imaginatione, quod sufficit pro materia huius capituli, ex quo colliguntur multæ respōsiones ad multos casus, qui possunt accidere.

Silu. iur. 4 q. 8.

De Monopolijs mercatorum. Cap. LXXXIV.

SVMMARIVM.

An possit princeps in damnum reip. iubere quod nemo vendat quoddam genus mercis, nisi certæ quadam personæ concl. 1. num. 1.

An sit licitum mercatoribus pactum inire inter se, quod nullus eorum vendat talē mercem nisi pro tali pretio, concl. 2. nu. 2

An sit licitum mercatorib. impedire, ne accedant merces ad ciuitatem, vt sic vendantur eorum merces carius, cōcl. 3. n. 3

An sit licitum mercatoribus custodire merces, vt sic crescat pretium earum, concl. 4. num. 4.

An sit peccatum emere totam quantitatē mercium ad reuendendum concl. 5. n. 5.

An sit licitum mercatoribus emere triticū ad reuendendum. ibid.

An obligent leges quibus imponitur pretiū carnibus & piscibus, concl. 6. nu. 6.

1 PRima Conclusio. Quamuis sit res plana, quod princeps potest iubere, quod nullus vendat qddam genus mercis nisi Petrus, aut Ioannes, si hoc sit vtile reip. imponente rep. aut principe iustum pretium dictis mercibus, vt communiter imponitur carnibus, quæ vendūtur in macellis, & oleo, ac piscibus, alijsque rebus, quæ communiter venduntur in apothecis paruis reuenditorum, vt dicit Nauar. non est tamen licitum dare dictum priuilegium in damnum reipubl. & qui obtinuerit illud, nō pōt vti eo, vt dicit Med. in sum.

Nau. c. 23 n. 92.

2 Secunda Conclusio. Iniquum est, & contra iustitiam inire fœdus mercatores inter se, quod non vendant merces suas nisi quoddam pretio imposito ab eis, cum per hoc pactum clarum fiat, quod pretium rerum augebitur, & ideo huiusmodi monopolia sunt prohibita a legibus ciuilibus, a legeque quadam partitarum Hispaniæ. Verum est tamen, qd si non augeatur dictum pretium, nec sequatur dictum damnum reipu. non debet condemnari dictum monopolium, vt aduertit Arag. qui dicit non esse monopolium mercatorum iniustum, si in eo tractatur, quod non vendantur res vltra iustum pretium, si illud quod assignant, sit iustum, vt hoc modo omnes possint vendere res suas. Hinc sequitur, quod quis possit rogare amicos, ne augeant pretium rei, quæ venditur sub hasta, vt sic ipse habeat eam pro toto pretio, quo valet; quod communiter accidit, quando locantur datia, & tributa publica, similesque redditus, qui dantur sub voce præconis; quia hi non faciunt damnum iniustum his precibus sed vtūtur industria sua, vt habeat prædictas locationes iusto pretio, & non pro pretio aucto, ita vt sit eis necesse affligere colonos, seu subiectos, qui ad eos pro solutione confugere debent.

C. demonopoliis li. 2 tit. 7 p. 5. Ara 2. 2. q. 77 ar. 4. f. 647. col. 1.

3 Tertia Conclusio. Quando, ne merces veniant ad ciuitatem, aliqui congregantur ad euitandum hunc aduentum, vt sic eorum res carius vendantur, & ipsi emant viliori pretio, peccāt mortaliter, & tenentur ad restituendū damnum, quod ex hoc sequitur reipubl. & quod secutum est illis, qui hac de causa emerunt carius, vt dicit Siluester, quod non debet intelligi, si hi vi, aut dolo impediere, quod hæ merces aduenirent; quia si solum persuasionibus impedierunt, nullam tenentur facere restitutionem illi, qui eorum persuasione non venerunt, nec illis, qui emerunt hac de causa carius, quia adhuc non habebant ius in dictis rebus, vt aduertit Arag. & sic debet intelligi, quod tradunt Medin. Nauar. Siluester, & Lud. Lop.

Ara. su. colu. 2. Med. de rest. qu. 30. Na. c. 23 n. 29. So. lib. 6. de iust q. 2. art. 2.

Sil.ver. empt.q. 5 vsque ad q. 24 Lop ii ftr.Deg. li.c. 15. f 52.

Lop. Et hinc sequitur, quod mercatores, qui emunt multas merces vnius speciei, aut diuersæ, vt rogati pro illis, cum non sint alij venditores, augeant earum pretium, peccant grauiter, & tenentur restituere damnum, quod efficiunt; qui vero emit aliquid, & expectat custodiens illud, ac non vendens, vt postea tempore opportuniori illud met carius vendere possit, non peccat mortaliter, quamuis augeatur pretium hac ratione, quia ipse non est causa huius caritatis, cum vtatur sua prudentia custodiendo dictas merces. Verum est tamen, quod si fames, ac necessitas esset tanta, vt pretiū augeretur vltra dimidium pretij, non excusarem ego eos à peccato, & aliqua restitutione arbitraria, quia respubl. in tali casu habet ius vendendi dictas res pro iusto pretio.

4 Quarta Conclusio. Mercatores, qui afferunt merces, vt vendant eas statim, & ponunt eas domi, aut in foro pro hoc effectu; qui ex illis postea absconderit eas, vt vēdat cariori pretio, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem, quia iam respubl. acquisiuit ius vendendi illas pro pretio, quod tunc erat commune. Nota vero, quod nō negamus, quod illi, qui afferunt res ad vendendum, & ponunt eas in foro pro hoc negotio, nō possint postea illas abscondere: quod vero affirmamus, est quod si vendunt eas, nō possunt petere plus pretij, quam erant percepturi tunc, si non abscondissent eas, quia iniuste fuerunt causa caritatis, cum abscondentes res fuerint in causa, vt augeretur pretiū, & ideo merito sunt visi facere violentiam reipub.

5 Quinta Conclusio. Ille, qui emit totā quantitatem mercium sine fraude, & sine animo accrescendi pretium earum, sed potius exponit eas periculo vēditionis viliori pretio, non committit vllum peccatum, nisi sit aliqua lex, quæ prohibeat aliquid reuendi, vt est in Regnis Castellæ, & Portugaliæ, qua prohibetur neminem posse emere triticum ad reuēdendum, quæ lex non habet locum in agasonibus, & alijs qui emunt ad vendendum in alijs locis, dummodo diuidant illud inter loca, & non abscondant illud ad reuendendum postea. Et nota, quod si vllibi est aliqua lex, vt est in Regnis Portugaliæ, qua prohibeatur, quod nemo emat triticum in maiori quantitate, quā sit necessaria pro sustentatione domus suæ, si quis emat, quod est necessarium pro vno anno credens debere assistere semper in domo sua, si postea vēdit aliquam partem eius, quia vult se conferre ad alia loca, non incidit in pœnam dicti statuti, nec potest dici re venditor, quia non emit illud cum animo defraudandi dictam legem, vt dicit Bartolus, quem allegantes alios sequuntur Tiraquel. & Auiles, & pro hoc facit, ꝙ tradit Cord. in simili casu, s. quod ille, qui habet triticum ex suis redditib. aut ex sua collectione, & superfuit illi pro sustentatione domus suæ, emens aliud pro dicta sustentatione pōt vendere id, ꝙ habet ex sua collectione, quia hoc nō est emere ad reuēdēdū, nec inde euenit dānum reip. ꝙ vult impedire dicta lex.

Bar.in l. cetera § sed si separabile, ff.de leg.1. Tiraq. ī præf.de vtraque retractu nu.77. Auiles c.25.§. petorū gl. en la tie ra,n.18. fol.155.

6 Sexta Concl. Qui perfringunt leges, quas ponit gubernator reipu. assignans pretium carnib. piscib. ceterisq; rebus, quæ in ea consumuntur, peccatum mortale committunt & fraudem, quia licet illud in quo defraudant, sit parum pro vice, habent tamen intentionē vendendi sæpe sic, & ideo cumulatur malum; ꝙ præcipue habet locū, quando huius modi reuenditores faciunt inter se monopoliū, quod si accedant lictores ad præstandum illis iuramentum, celabūt fraudem, quæ versatur inter eos in hoc negotio: & si dicunt quod iudex videt hoc, & non præstat hoc iuramentū, nec facit diligentias debitas; ad hoc respondeo, quod dissimulat hoc, quia non ponitur in iudicio, nec probatur hæc malitia, & etiā si permittit, non est permissio approbatiua, sed toleratiua, quæ non excusat à peccato secundum quandam Glos. singularem, quam pro hoc negotio commendat multum Nau.li.3.cons. tit.de empt.& vendit.cons.3.

Gl.in c. deniq. 4.d.

De

De vsuris nonnullis, quæ solent committi in contractu venditionis.

Cap. LXXXV.

SVMMARIVM.

An sit licitum emere rem minori pretio, quam valeat dando pretium ante acceptionem rei concl. 1. nu. 1.

An sit licitum vendere rem pro pretio dato statim infimo, cum eam emerit emptor in creditum, aut statim soluendo pretio supremo, concl. 2. nu. 2.

An sit licitum vendere carius in creditum, quam statim numerata pecunia; cōcl. 3. nu. 3.

An sit licitum vendere carius in creditū, quam numerata pecunia rem in multa, aut pauca quantitate conc. 4. nu. 4.

An sit licitum vendere in creditum merces, quæ valent centum ducatos, hac conditione, quod cum sunt vendita ab emptore, lucrum sit commune, conclus. 5. num. 5.

An sit licitum alicui vendere rem eodem pretio, quo emit eam, soluendo expensas, quas fecit, & dato aliquo moderato lucro conc 6. nu. 6.

An sit licitum vendere minori pretio, quā valent, debita, quibus debet satisfieri duobus annis postea. conc. 7. nu. 7.

An sit licitum dare pecuniam argenteam pro aurea cum aliquo lucro, conclusio. 8. num. 8.

An sit licitus mons pietatis, conclusio. 9. num. 9.

An sit licitum mercatoribus emere multos pannos l neos, & adductos domum vendere cum lucro vnius pro decem conclu. 10. nu. 10.

1 PRima Conclusio. Si aliquis emerit minus, quam iusto pretio ob soluendum pretium statim committit vsuram, quia hæc solutio ante rem haber vim mutui, si vero est ad instantiam venditoris emerit, & ob soluendum ante omittat lucrari aut perdat aliquod, licitum est ratione huius lucri cessantis, & damni emergentis emere rem pro minori pretio, quam valeat, dummodo hæc diminutio non excedat damnum sequendum ex solutione anticipata. Quod intelligitur nisi in casu, quod emptor debebat necessario emere dictam rem pro pecunia anticipata; quia in hoc casu debet diminuere malus dānū, quod potest sequi ex ea emptione, vt constat ex eo, quod tradit S. Thom. & Aragon, vt supra. D. Th. 2. 2. qō. 78 ar. 2. ad 7.

2 Secunda Conclusio. Habet quis prædium, cuius pretium infimum sunt centum, & medium fiat centum, & quinque, & supremum centum, & decem, emitur ab aliquo pecunia statim numerata dicendo, quod traditio prædij fiat in fine anni, licite emitur pretio infimo, quod est centum ducatis, quamuis, si statim traderetur, venderetur illud pretio supremo, scilicet centum, & decem, quia licet in hoc casu detur res minori pretio, quam daretur pro ea, si statim traderetur, nō tamē soluitur minori pretio, quam valet de iure, vt dicit Ioannes May. & resoluit Nau. Est tamen notandum, quod si solum fuit factum pactū vendendi dictum prædium post quatuor, aut quinque annos, nō est licitum emere illud minori pretio, quam valebit, quando vendetur, cum vsque ad dictos annos dominus prædij habiturus sit possessionem eius, & perceptionem fructus, quod est magis quam vsura palliata; non tamen erit vltra, si detur pecunia anticipata pro re, quæ debet vendi dicendo venditori, quod det illam pretio, quod curterit, quando fuerit facta venditio eius, cum hic ponantur venditor, & emptor æquali periculo. Verum est tamen, quod erit vsura, si vt detur pecunia anticipata, remanserit obligatus, qui recepit pecuniam non vendere rem alteri, nisi illi, quia hæc obligatio est æstimabilis, nisi ponatur in compensationem lucri cessantis, aut damni emergentis, quod recipit dominus pecuniæ dans illam anticipate. Ex dictis sequitur primo, quod peccant, qui emūt, aut

May. in 4. d. 15. q 40. c. 7 Nau. in Man. c. 23 n. 81

aut locant redditus Episcopatuum, & beneficiorum, & primogeniorum multo minori pretio, quam valeant, vt soluant pecuniam redditus annui, aut duorum annorum anticipate, nisi excusentur emptores dicentes emi huiusmodi res minori pretio, quam valeant ratione lucri cessantis, & damni emergentis, quod sequitur ex dicta solutione anticipata.

Secundo sequitur esse licitum tractatum mercatorum, qui emunt lanas, vt mittant in Flandriam, vel Italiam minori pretio, quam valeant, eo quod soluũt pecunias anticipate, quia huiusmodi mercatores suis nummis poterant interim lucrari, vt tenent Sotus & Cordub. quamuis Nauarr. & Garz. non putent hanc negotiationem licitam, & ideo huiusmodi contractus, licet ex sua parte habeant magnos authores, debent nihilominus Confessarij dissuadere illum quantum in se fuerit, vt docuit publice in Salmanticensi Gymnasio Ioannes de la Penna Ordinis Prædicatorum; & si volunt dissimulare illud, aduertãt, quod emptores harum lanarum, non apponant aliqua alia grauamina venditoribus earum, vt teneantur dare quantitatem lanæ, quamuis aliquo casu fortuito non possit extrahi a suo grege, quia imposito hoc grauamine, aut similib. non est dubium, quin hic contractus sit illicitus, & vsurarius, & non imposito non debet condemnari absolute, cum sit cõmunis, & toleretur a repub. & pastores domini pecudum ratione huius contractus recipiunt succursum in multis necessitatibus, & per consequens est nimis vtilis reip. & doctrina est D. Tho. multum laudata à Gersone, quod contractus, qui tolerantur in repub. & sunt ei vtiles, non debeant facere condemnari.

Sot li 4. de iust. q 4 ar. 1. ad 4. co. de casi q. 85. Nau in sum. ca. 23 n 82. Gar. c. li. 1. de cõtract c. 24. pag 715.

D Tho. quodli be. 9. ar. 15 Ger de spiri. lec. 4. corol. 11 & 15. Med. de ref. q. 38 So. li 6. de iu. q.

3 Tertia Conclusio. Licitum est aliquando vendere plus in creditum, quã statim numerata pecunia, vt resoluunt Med. Sotus, Cord. Couar. & Nauarr. in summa Hisp. & hoc multis rationibus. Primo propter periculum, cui exponitur venditor dans rem suam, & non valens postea recuperare pretium, aut non nisi lite, & laboribus. Secundo ratione lucri cessantis, & damni emergentis; qđ totum, vt contractus sit multum alienus ab vsura, debet fieri cum cautela cõsultus his periculis, quibus exponitur vẽditor, an rationabiliter timeantur, vt si est debitor extraneus, aut homo paucæ fidei: debet etiam considerari, an damnum emergens sit probabile, vt est illud quando homo habet nummos ad reædificandam domum, aut emendum triticum in æstate, quando valet minus, & vt vendat res suas in creditum, non potest emere triticum, vnde postea emit illud cariori pretio, & omittit reædificare domum; vnde procedit, quod egeat alia & sit necesse locare illam. Debet etiam considerari certitudo lucri cessantis, qđ accidit, quando mercator vendit in creditum, & si venderet ad statim soluendum, posset emere alias merces, quibus certum erat multum lucraturum.

4. art. 1. Cor. in su q 84. Cou l. 3 var c. 8. n. 4. Na. in sum. Hisp. c. 17. nu. 139. & i latina c. 25. n. 84. ad me.

4 Quarta Conclusio. Supposito quod dictus contractus sit licitus ratione dicti periculi, licite potest retineri, & percipi, quod eius ratione percipitur, quamuis reuera venditori nulla sit facta iniuria in recuperatione pretij, cum se exposuerit pœnæ, quam poterat recipere; & licet ratione lucri cessantis concedamus esse licitum hunc contractum, debet tamen considerari, quod valet plus quod iam est lucratum, quam quod est lucrãdum; etsi, qui vendit in creditum, sit venditurus rem pretio, quod correspondet lucro cessanti, quod speratur. Hinc infertur loquendo de mercibus, quæ raro vẽduntur in creditum, & multum frequenter ad statim numerandum, si non custodit eas dominus earum, & vendit eas rogatus in creditum potens eas vendere statim numerata pecunia potest dictus venditor ratione lucri cessantis vẽdere eas carius, si vendantur in multa quantitate, quia si vendantur in pauca quantitate, illicitum erit vendere eas cariori pretio, cum in hoc casu non cesset lucrum, quod sit alicuius momenti. Secundo

cundo infertur, quód qui vẽdit aliquas merces in creditum cariori pretio, quã si statim numeretur pecunia, dicendo, quod pretium earum, sit secundum pretium commune currens, quando fuerit facta solutio, nisi custoditurus esset eas ad illud tempus, quia túnc non est lucrũ cessans, quod debeat æstimari, vt definitur in iure canonico; si vero debebat eas custodire, contrarium debet dici, vt dicitur in iure; quod debet intelligi, quãdo venditor dubitat, si in tempore solutionis sit res valitura magis, aut minus, quia si certo scit, quod sit valitura plus, & non est illam custoditurus, aut saltem non totam quantitatem, non potest negari, quin committat vsuram palliatã, vt resoluunt Couarruuias, Sotus, Aracęli, Corduba, & Ludouicus Lopez, in inst. conf. 2.4.p.ca.68.

Co l. 2. va. c. 3. N. in. . in. nu. 3. & 26 c. q. 5. Sot. l. 6. de iu sti. q. 4. ar. 2. Ar. in com. c. 60. Cor. de casib. q. 81.

5 Quinta Conclusio. Illicitum est vendere merces, quæ valent centum ducatis hac conditione, quod qui emit eas vendat alteri, & lucrum sit commune, quia qui emit eas, iam habet dominium earum, & ideo cum earum periculũ sit totum suæ curæ, totum etiam lucrũ debet esse suum, & etiam quia venditor vltra sortem principalem recipit dictam obligationem, quæ est æstimabilis, & ideo reuera hic contractus est æquiualens contractui mutui, in quo percipere aliquid ratione lucri est vsura; sic enim resoluit Lud. Lopez, in inst. negot. lib. 1. cap. 67.

6 Sexta Conclusio Illicitum est in multis casibus alicui vendere, quod emit pretio, quo emit illud solutis ipsis expensis, & dato illi moderato lucro; hæc conclusio est contra Sotum, quæ probatur, quia potest accidere, vt dicit Nauarrus, quod expensæ fuerint nimiæ, & venditor fuerit deceptus emendo cariori pretio, quam par erat secundum pretiũ currens; & etiã quia potest accidere, quod quando reuendantur dictæ res, ibi affluant, & ideo sint in minore pretio. Hinc infertur fore licitum contractum, quando expensæ non fuerint nimiæ, & venditor non fuerit deceptus, & quod venditur habeat idem pretium, quod antea habebat.

Sot. li. 6. de iust. vbi sup. a. 5. Na. c. 17. nu. 218.

7 Septima Conclusio. Non potest iuste vendi debitum, quod debet solui in fine vnius anni, aut trium minori pretio quam valeat, si statim ebet soluendum; hæc conclu. est Medinæ, Gab. & aliorũ, quos sequitur, & allegat Arag. quod probatur, quia si ius, quod Petrus habet centũ ducatorũ, quos debet illi Paulus, posset vendi 90. ducatis solutis statim, sequeretur, quod idem Paulus debitor centum ducatorum prædictorum posset emere dictos pro 90. quod est vsura, quia reuera, non est aliud quam mutuare 90. ducatos pro centum in fine anni; & ideo hoc considerato debet teneri cõtra Caie. qui voluit contrarium, quem sequitur Nau. qui non aduertunt, quod hic contractus, licet sit venditio secundum formam suam, reuera tamen est mutuum, vt dictum est; nec aduertunt, quod licet hic contractus non sit cõtractus mutui, virtualiter tamen, & interpretatiue est mutuum; & quamuis non habeat aliquam actionem, qui dedit nonaginta ducatos aduersus Petrum, qui dedit illos, habet tamen actionem cõtra illum, qui debet eos dicto Petro, qui in ratione debitoris est idem cum Petro.

Caie. in sum. ve. vsura, in fin. Na. in man. c. 17. nu. 231.

8 Octaua Conclusio. Qui dat pecuniã argenteam pro alia aurea cũ aliquo lucro, committit vsuram, si lucrum datur ratione mutui, si vero ratione venditionis datur, hoc est vendendo aurum pro argento, non est vsura percipiendo aliquod lucrum moderatũ, cũ accidat aliquando, quod moneta auri ob necessitatem argẽti, valeat minus quam moneta argentea, sic enim dicit Sil. quem sequitur Nauarr.

Sil. ver. vsu not. 2 cas 14. Naua in man. ca. 17. nu. 227.

9 Nona cõcl. Licitus est mons pietatis, qui est thesaurus, quẽ colligit communitas pro necessitatibus pauperũ hac cõditione, quod qui perceperint pecuniam, soluant pro singulis mensibus, quibus retinuerint, aliquã quantitatẽ non ratione mutui, sed pro conseruatione dicti montis, & solutione ministrorũ, & licet Aragõ, Sot. Nau, & alij authores graues tra-

Ara. 2. 2 q 68 ar. 4. So. vbi sup. q. 1. art. 6. Nau. in man. c. 213.

ctent

ctent de eius iustificatione, loquendo tamen de eius iustificatione in generali nullus hoc tractat clarius quam idem Nau. dicens quod ponentes pecuniã in dicto monte possunt percipere cum bona conscientia 4. pro centũ concurrentibus cõditionibus, quas addit Iulius III. pro eius iustificatione, s. quod intentio, & finis principalis sit adiuuare montẽ, & pauperes, qui ex eo percipiũt mutuũ, & non sit finis principalis eorũ, qui deponunt pecuniam velle lucrari cum ea, & quod ex eo, quod collocent pecuniã suã in hunc montẽ, desinant emere aliquas merces, quæ venduntur, quas emerent, quia hoc habent pro officio, vel saltem debebant emere dictas merces; & ideo desinunt lucrari quatuor pro centum rõne dicti depositi; itaq; ratione lucri cessantis est licitũ percipere dictũ lucrũ; & ẽt est licitum rõne stipendiorum, quæ impertiuntur ministris huius montis: & hoc viso non est necesse, quod qui deponunt hanc pecuniam in dicto mõte, vt mutuetur pauperibus, renuntient dominium harũ rerũ in cõmodũ pauperũ, quia domini existẽtes eius possunt licite dictis de causis pcipere dictũ lucrũ.

Nau. l. 5. consi. tit. de vsu. cons. 17.

10 Decima Cõclusio. Licitus est contractus satis in vsu mercatoribus, qui mittunt ad nũdinas pro multis pannis, lineis, & deferunt eos proprijs expensis ad domos suas cum periculo, quo adueniũt alij mercatores pauperiores, emũtque eos exhibito illis pro lucro vno pro decẽ, quos sæpe expectãt pro solutione, quousq; paulatim vendant illã quantitatẽ domi, & aliquando soluũt illã statim. Verum est tñ, quod vt sit licitũ, cõuenit, quod hoc pretiũ, & lucrũ non excedat notabiliter expensas, & laborẽ quẽ adhibuerunt dicti mercatores in deferendis dictis pannis domum suam, quia sic esset illicitum ob graue damnum, quod sequitur communitatibus, in quibus degunt, aut mittunt prædicti mercatores paulatim, quia certum est etiam eos velle aliquod lucrum; & ideo venderentur cariori pretio, quam valeant; hoc colligitur ex eis, quæ tradit Cord.

De pęna, quæ solet imponi non soluentibus statuto tempore.

Cap. LXXXVI.

SVMMARIVM.

An in contractu emptionis, & venditionis in creditum possit imponi aliqua pęna vt solutio fiat in tempore suo. concl. 1 num. 1.

An sit licita pęna conuentionalis licet non timeatur aliqua iactura lucri cessantis, & damni emergentis, conclusione. 2. num. 2.

An pena conuentionalis, quæ ponitur pro euitandis damnis, aut pro supplicio negligentiæ debitoris debeatur ante, vel post sententiam iudicis. conclusione. 3. num. 3.

1 PRima Conclusio. Qui vendunt in creditum dicẽtes, quod pretium sit persoluendum intra annum, non possunt imponere pęnam emptoribus, vt non soluentes debeant condemnari in tantos ducatos, si dicta pœna ponitur animo committendi vsuram palliatam. Et tunc ponitur hac intentione, quando imponentes hanc pœnam magis volunt, vt emptores obligent se ad eam, quam quod statim soluant, vt dicit Nauarrus & idem est quando venditores vident initio esse impossibile correspondere cum solutione tempore, quod statuitur, ut dicit Sotus, & communis opinio secundum Ludouicum Lopez; quãdo vero imponitur hæc pœna non animo committendi vsuram, sed ratione lucri cessantis, & damni emergentis, quod ex non soluto debito suo tempore potest sequi, licitus est dictus contractus. Verum est, quod non facta solutione non debet persolui debitum integre, sed solum secundum quantitatem

Nau. c. 17. n. 215 Sot. in 4 d. 15. q. 2

Lop. li. 1 inst. neg. c. 30.

tem damni, quod fuit sequutum, aut lucri, quod cessauit, vt dicunt DD. allegati.

2 Secunda Conclusio. Licita est dicta pœna conuentionalis, quamuis non timeatur aliqua iactura lucri cessantis, & damni emergentis, nisi solum ad effectum, vt debitores respondeant cum solutione suo tempore secundum contractum, & vt vitentur lites: hæc conclusio est Nauarri, quam tenet Corradus, estque opinio Siluestri contra alios, qui tenent contrarium. Et notetur, quod quando hæc pœna imponitur ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, debetur in conscientia, quamuis debitor non soluat, quia non potest; quia tunc hæc pœna est magis compensatio, quam pœna, vt aduertit Medina: quando vero hæc pœna imponitur non ratione lucri cessantis, & damni emergentis, sed solum ob pœnam, vt sic timore eius debitor correspondeat cum debito, tunc nō debetur in conscientia, si omisit respondere, quia non potuit amplius facere, sic enim tenet Silu. & sic tenet Angles, qui videtur hoc in puncto loqui multū absolute.

3 Tertia Conclusio. Pœna conuentionalis, quam contrahentes in suis contractibus ponunt, si ponatur ratione lucri cessantis, aut damni emergentis debetur in conscientia ante sententiam iudicis; quæ vero ponitur pro supplicio negligentiæ debitoris, quam habuit in soluendo, non debetur, nisi post sententiam iudicis, & hoc modo concordantur opiniones contrariæ, quas super hoc loco allegato Nauarrus, & Ludou. Lopez. Est tamen notandum, quod negligentia culpabilis, quæ obligat in foro exteriori debitorem, vt soluat pœnā conuentionalem, non consistit in indiuisibili, quia non statim finito tempore debet attringi, sed potius iudex debet facere solui ab eo hanc pœnam tempore cōueniente loco, tempori, & personæ.

De pacto retrouendendi.

Cap. LXXXVII.

SVMMARIVM.

Quid sit pactum retrouendendi, & an sit licitum tale pactum num. 1.

An teneatur emptor restituere primo venditori fructus perceptos ex re empta, quæ est in sua potestate, qui tempore debito non luit dare rem venditori num. 2.

Quot requirantur, vt pactum retrouendendi sit licitum, num. 3.

Quomodo cognoscatur quod pactum retrouendendi non sit fictum num. 4.

An res empta cum pacto retrouendendi valeant minus quam si absolute venderentur, num. 5.

An sit licitum in hac venditione poni pactum, quod res non possit redimi, nisi post certum quoddam tempus, conclu. 1. num. 6.

An quando pactum retrouendendi est multum onerosum, emptori debeat fieri aliqua compensatio in pretio, conclus. 2. num. 7.

An sit semper licitum alicui vēdere suum prædium cum pacto retrouendendi, locatare statim ab emptore ipsi venditori, concl. 3. nu. 8.

An sit licitum in hoc contractu addere, quod res redimatur postea maiori pretio, concl. 4 nu. 9.

An liceat vendere res in creditum animo statim redimendi eas pro numerata pecunia minori pretio, conc. 5. nu. 10.

1 PRo explicatione eius, quod in hoc cap. dicendum est, debet notari, quod pactum retrouendēdi est pactum, in quo emptor promittit venditori, quod reuendet ei rem, quam ab illo emit intra certum tempus; aut quandocunque potuerit: qui quidē contractus est licitus, vt tractant omnes Theologi, & resoluetur infra.

2 Secundo debet notari, quod emptor

non

non tenetur restituere primo venditori fructus, quos percipit ex re, quam emit, donec eam habuerit in sua potestate, sed solum fructus, quos recepit post receptum aut oblatum pretium eius, loco, & tempore conuenienti, & noluit dare dictam rem venditori.

3 Tertio debet notari, quod ad iustificationem huius contractus debent cõcurrere quatuor. Primo quod saltem ex partem emptoris nulla sit fictio, sed vere, & principaliter habuerit intentionẽ emendi. Secundo, quod non fiat pactũ, vt redimatur dicta res minori pretio, quam illo, quo fuit empta. Tertio quod emptor non habeat solum voluntatem mutuandi, & vocet hoc mutuum venditionem cum pacto retrouendendi ad effectum percipiendi fructus vltra sortem principalem, quia in hoc casu committit vsuram. Quarto, quod in hoc cõtractu nõ possit poni pactum, quod res pereat (si perit) venditori, non vero emptori, quia in hoc casu esset vsura palliata, cum dominium rei emptæ pertineat ad ipsum emptorem, & ideo debet perire illi, vt notant Gabr. & Siluester Nauarr. & Ludouicus Lopez, quod in conclusionibus seqq. declaratur extensius.

Gabr in 4.d. 15. q.11 Sil. verb. vsura. §. 12. Nau. c. 17 n 248. Lopez in str. neg. l. 1 c. 32 & 33.

4 Quarto debet notari, quod duabus conjecturis cognoscitur, quod hoc pactum non sit fictum, sed verum. Primo, quia venditor est in aliqua necessitate constitutus, quam non potest demere nisi hoc modo. Secundo si persuasus precibus emptoris vendit dictam rem, quam non vult emptor accipere nisi hoc modo.

5 Quinto debet notari, quod res emptæ cum pacto retrouendendi valent minus, quam si absolute venderentur ratione huius oneris, quod imponitur emptori, scilicet, quod teneatur reuendere venditori, quando petierit, quæ quidem obligatio valet multum venditori. Verum est tamen, quod non ideo valebit minus vltra dimidium, quod res valeat, vt notatur in iure: quo supposito ponuntur seq. conclus.

6 Prima Concl. Illicita est emptio cũ hoc pacto, quod non possit redimi dicta res nisi ad certum tempus, quia hoc est percipere lucrum securum, idest recipere emptorem secure fructus, quos percipit, quousq; finitur tempus positum, quod est vsura palliata. Aduertendum autem est, quod non potest condemnari, si ponatur hoc pactum bona fide, & soluatur iustum pretium, quod debetur habito respectu ad rem, quæ emitur, & dictum pactum, quod in fauorem emptoris in emptione ponitur, quia certũ est, quod valet res plusquam valeret, si simpliciter, & absolute fieret contractus retrouendendi absq; vlla obligatione venditoris, vt non possit redimere rem nisi post certum tempus, & secundum hoc debet intelligi, quod tradunt Nau. & Angles super hoc puncto.

Nau. in ma. c. 17 nu. 247. Angl. in q. de vsu ratione empt. ar. 2. dif. 9. dub. 4.

7 Secunda Conclusio. Hoc pactum retrouendendi aliquando est multum onerosum emptori, scilicet quando aliqui vendunt sua prata non sacta, & suas vineas vindemiales hoc pacto, quod intra annum, aut quando visum fuerit venditori possit redimere ea, quia solet redimere hæc ante collectionem fructuũ solutis emptoris expensis, quas fecit in colendis prædijs, quod est magnum dãnum emptoris; & ideo est iniquum hoc pactum, nisi fiat aliqua compensatio in ipso pretio, quando venduntur: & ad vitandas fraudes, quæ in hoc possunt accidere, vt dicit Nau. esse ordinatum in Regno Nauarræ, quod qui non redemerit dicta prædia, & vineas ante Paschæ, non possit eas redimere, nisi facta collectione suorum fructuum.

Na. vbi sup. c. 17 nu. 245.

8 Tertia Concl. Licitum est vendere sua prædia, cum pacto retrouendendi, locando statim dictam rem venditori certo quoddam pretio, vt dicit Siluest. non sit in eo fraus: erit autem illicitus contractus, si ratione huius pacti, vtilitas, & iactura pertineret ad emptorem excepto commodo, & vtilitate huius possessionis, quam locat, cum sit de natura contractus venditionis, quod vtilitas, & fructus rei emptæ pertineant ad emptorem, nisi pensio, quam soluit venditor

Sil. ver. vsu. q. 53. d 2.

ditor ratione locationis, fit tam parua, vt ratione eius compensetur grauamen quod illi fit cum dicto pacto. Erit etiam illicitus dictus contractus, si fiat pactũ, quo venditor non possit liberari, quãdo voluerit a dicta locatione, & solutione suæ pensionis, quod probatur ex eo, quod hæc obligatio est multæ æstimationis, ita vt excedat partem iusti pretij, quod emptor dedit pro re, quando emit illam: & ideo nulla est æqualitas inter pretium, & rem emptam. Et vt melius intelligatur, quod in hac quæstione, & conclusione dicitur, est notandum, quod venditio, quæ fit cum pacto retro uendendi in fauorem venditoris, & nõ emptoris, eius pretium iustum erit secũdum mensuram pretij, & valoris rei, quæ vẽditur, cum dicto pacto extracto ex dicto pretio, & valore, quo æstimatur pactum: quando vero fit venditio cum dicto pacto ad instantiam emptoris, & in sui vtilitatem cum aliquo detrimento venditoris, cum non egeat pecunia, quæ datur in pretium, & ideo fere contra suam voluntatem facit venditionem, & priuat se vtilitate rei venditę per pactum retrouendendi ab eo positum, non tenetur quidquam remittere de pretio, quo valet dicta res, ac si absolute, & sine vllo pacto ipsam venderet: quod probatur, quia ratione damni, quod dictæ venditionis causa recipit venditor, valet res tanti, quanti venderetur sine pacto, quamuis vendatur sine eo: & potest esse, quod valeat plus ob damnum maioris valoris, quam sit valor pacti, vt videtur insinuare Caiet. Videatur Nauar. cap. 17. nu. 248. Cai. 2. 2 q. 67. ar. 1.

9 Quarta Conclusio. Non est licitum in venditione, quæ fit in hoc pacto addere, quod res redimatur postea maiori pretio, quam illud sit, quo fuit vendita; quia potest accidere, quod res valeat magis, aut minus in tempore, quo debeat redimi, & eadem ratione non valebit pactum, si addatur in eo, quod res redimatur minori pretio, cum possit accidere, quod valeat plus, quando debet redimi, vt constat ex eo, quod tradit Nauarra; & Ludouicus Lopez. Na. c 17 n. 246. Lop. in ist. neg. l. 1. c. 23.

10 Quæstio est satis agitata à Doctoribus, an sit licitum vendere res in creditum cum pacto statim redimendi eas pro pecunia numerata minori precio; quem contractum Hispani Mohatrá, Veneti vero stoccum vocant. Pro cuius explicatione nota, quod hic contractus sic fit, nimirum, cum quis non inueniẽs pecuniam mutuam emit à mercatore in creditum aliquas merces cum pacto tacito, aut expresso, vt statim minoris pro pecunia numerata eas vendendo illi pecuniam cogat. Et pro solutione varietatis, quæ est inter Nauarrum, Ang. Mercat. & Cord. dico primo, quòd mercator, qui vendit suas merces cum animo, quod statim redimet eas, & non venderet illas, si non sciret certo, quod minori pretio eas redempturus ab eo, cui vendidit, committit iniustitiã, vt dicit Mercatus, cum re vera hic contractus non sit aliud quam mutuum habens annexum aliquod lucrum vsurarium: si vero mercator vendidit merces suas in creditum sine animo redimendi, & casu ambulante emptore cum dicta re quærente aliquem, qui vellet emere eam, obtulit se mercator, qui eam vendiderat, & nolit adhibere laborem quærendi alios emptores, & sic dedit illam ei, non committit vsuram dictus mercator redimens dictam rem, quam vendiderat in creditum pro minori pretio statim soluto, quod alius erat daturus pro ea, quo in casu habet locum opinio Nau. & secundum hanc resolutionem componunt Siluest. & Ioan. n. de la Penna, & Gar. varietaté opinionũ, quæ super hoc puncto sunt inter DD. Aduertãt tamen Confessarij, quod procedãt rigorose cõtra mercatores ablactãtes eos a lacte huius contractus, quantũ fuerit possibile, quia vt plurimũ faciunt cũ malæ cõsciẽtia, & scãdalo, vt aduertit Medina, & inuentis aliquibus, qui fecerint hũc cõtractũ, debẽt examinare diligenter eorũ cõscientiã, & interrogẽt, quid vendiderint; quia ex eo colligetur secundũ qualitaté venditorũ, an habuerint intentionem, quod Na. c 13 91. Ang. l. d. vsura ratio ẽptionis 2. 2. d. 6. Mer. l. 2. de contrac. ca. 21. cor. in sũ q. 79 §. lo. 2. Sil. ver. vsu. 2. q. 4. Pẽna apud lupũ vbi su. c. 34. fo 111. col. 2. Gar. l. 1. de cõtr. c. 22.

quod finita venditione iterum numerata pecunia emerint rem minori pretio, quam dederant eam in creditum, quod debent admodum examinare diligenter, quia sunt innumerabiles fraudes, quas ego factas vidi hoc in casu, quas solus Deus poterit de medio tollere, cui placeat eas tollere de medio prouidens ministros in foro exteriori, & interiori sacramentali, qui habeant zelum abigendi has inuentiones diabolicas.

De Extrema Vnctione.
Cap. LXXXVIII.

SVMMARIVM.

Quid sit Extrema Vnctio concl. 1. num. 1.
Quid sit minister Extremæ Vnctionis, & quæ materia & forma, ibid.
An, & quando fuerit institutum hoc Sacramentum, ibid.
An quinque sensuum organa sint necessitate Sacramenti vngendo, ibid.
An forma verborum proferenda sit ante, vel post Vnctionem ibid.
An ordo vngendi sensus possit confundi, ibidem.
Quibus debeat ministrari, ibid.
An danda sub conditione in dubio an viuat ægrotus, ibid.
An debeat prosequi Sacerdos, si ægrotus moriatur, ibid.
An omittere hoc Sacramentum sit peccatum mortale, ibid.
An recipiens in mortali peccet mortaliter ibid.
An Extrema Vnctio conferat gratiā, ibi.

1 PRima Cōclusio. Extrema vnctio est sacramentum nouæ legis, vt est definitum in Cōc. Tr. quo sacerdos vngit quasuā partes corporis infirmi, qui existit in periculo probabili mortis oleo sacrato, & sub quibusdam verbis, & intentione, vt dē in iure ca. 1. de sac. vnct. Et hoc Sacrm̄ fuit institutū à Christo, vt dicit D. Th. in addi. ad 3. p. q. 29. Led. de ext. vnct. ass. 2. Thes. Sacerd. 1. p. de ext. vnct. & Nau. in Man. c. 24. nu. 12. & definitur a Conc. Trid. sess. 14. can. 1. vbi dicitur quod fuit institutum a Christo, & promulgatum a D. Iacobo. difficultas vero est quando Christus instituit illud, vt constat ex eo quod tradit Theophilat. & Beda, & Cast. estq; verisimile fuisse institutū in nocte cœnæ circa hoc vero nihil certi habemus. Dicitur in definitione, quod in hoc sacramento vnguntur aliquæ partes corporis quia vngere quinq; sensus est de essentia huius sacramenti quod debet intelligi quoad eorum organa corporalia, & quia sensus tactus habet maiorem vigorē in manibus, ideo vngūtur manus, vt dicūt oēs Doct. & Sacerdotes nō in palma, sed in superiori manus parte inunguntur. Et nota, ꝙ hæ vnctiones debent fieri & cōtinuari fm̄ formā, qua cōiter fiunt, non tñ erit nullū sacrm̄, si confundatur iste ordo, vt prius vngatur sensus, qui deberet postremus vngi, vt tenēt iidē DD. & notat Maiol. Dixi, infirmi, quia nō debet administrari hoc sacrm̄ oib. qui sunt in eius periculo, vt sunt cōdemnati ad mortē, aut qui sunt in conflictu belli, aut in tēpestate maris, sed illis, qui sunt in hoc periculo ratione alicuius infirmitatis, licet non constent mente, si hoc sine irreuerentiæ possit fieri, & antequā fierēt de mētes petiere tacite, vel expresse hoc sacramētū, aut peterent, si occurreret illorum memoriæ, nisi cepit illos phrenesis in aliquo peccato mortali notorio. Et nota, ꝙ oib. fidelibus adultis debet dari hoc sacrm̄ accedētibus ad ætatē, in qua est illis licitū recipere sacramētū Eucharistiæ, licet post baptismū nullū cōmiserint peccatū; & hoc vt facilius infirmus tentationib. dæmonis calcaneo insidiātis resistat, cū dæmon illa hora, quā quauis alia acrius hoies affligat, vt dicūt D. Th. Led. Thesaur. Sacerd. Et nota vlterius, ꝙ si dubitetur, an sit defunctus homo, ꝗd poterit administrari hoc sacramētū sub conditione, si non est mortuus. Verum est tñ. ꝙ si clare videatur esse mortuus, nullo mō debet ei administrari, & si incipiat administrari viuo existente, non

Cōc. Tr. sess. 14. can 1.

Theofil. & Beda Mar. 6. Cast. ad uers. hæres. ver. vnctio.

Maio. de irr. c. 36. num. 4.

debet

debet prosequi, si moriatur. Nota etiã, quod qui non petit hoc sacramentum in articulo mortis contemptus, aut non petit illud seruo suo, aut pupillo, aut alteri, qui suæ curæ sit subiectus, peccat mortaliter, & etiam peccat mortaliter, qui illud recipit credens, aut credere debens, quod est in peccato mortali, cuius non habet dolorem, qui sit saltem attritio, cum ponat obicem gratiæ sacramentali, quam hoc sacramentum causat, vt efficiunt reliqua sacramenta nouæ legis. Et hæc pauca sufficiunt circa hoc sacramentum.

De voto quo ad eius definitionem, & diuisionem.

Cap. LXXXIX.

SVMMARIVM.

Quid sit votum; in cuius definitione quatuor causæ considerantur, conc. 1. nu. 1.
Quotuplex sit votum; & an transgressio voti solemnis sit maius peccatum, quam voti simplicis, conc. 2. nu. 2.

1 PRima Conclusio. Votum est spõtanea, & deliberata promissio saltẽ interior facta Deo alicuius boni maioris; hanc definitionem ponit Nauar. & Sotus, & in ea ponũtur quatuor causæ [deliberata promissio] significat causam efficientem [spontanea] formalẽ, verbum [factam Deo] significat finalem [alicuius boni maioris] significat causam materialem; & ideo in hoc tractatu, vt procedatur clarius primo dicã, qui possint facere votum, & statim tractabo de causa efficiente elicitiua eius; deinde agam de causa formali, deinde de materiali, vltimo denique de finali. Nau. ca. 12. n. 14 & lib. 3. consl. tit. de voto con. 3. Soto li. 8. de iust. q. 1. ar. 1.

2 Secunda Conclusio. Votum est duplex, aliud dicitur solemne, aliud simplex. Solemne est, quod fit in professione expressa, aut tacita alicuius religionis approbatæ, aut in receptione alicuius ordinis sacri, vt dicitur in iure. Simplex vero est quodcunque aliud, siue sit secretum, siue publicum. vt dicunt Pan. & D. Anto. & quamuis sit peccatum mortale perfringere votũ simplex, grauius tamen est transgredi votum solemne, cuius grauitas necessario debet exprimi, vt constat ex eo, quod dicit Nau. in Man. c. 12. nu. 31. & dicetur inferius extense. Pan. in d. 4 38. q 2. D. Ant. 2. p. tit. 11. c. 2. § 1.

De ijs, qui non possunt vouere. Cap. XC.

SVMMARIVM.

An omnes vouere possint num. 1.
An Episcopi de licentia Papæ vouere possint, concl. 1 nu. 2.
An votum factum ante acceptionem Episcopatus sit adimplendum ab eo, qui factus est Episcopus conc. 2. nu 3.
An Parochi de licentia Episcoporum possint vouere, conc. 3. nu. 4.

1 MVlti sont, qui non possunt vouere, vt Episcopi, Parochi, religiosi, vxorati, pueri, filij famil. & serui, de quibus tractauimus ponentes conclusiones necessarias.

2 Prima Conclusio: Episcopi non possont facere votum sine expressa licentia Summi Pont. si ex hoc voto necessario debet rescindi matrimonium, quod cũ sua ecclesia contraxerunt; & eadem ratione nõ possunt facere votum, ex quo sequitur eorum ecclesiæ notabile dãnũ, vt definitum est in iure canonico, & dicit quædam lex partitarum Hispaniæ; si vero est votum peregrinationis, sufficit, quod tribuant ecclesię, ad quam debebant se conferre, pecuniam, quã erãt expensuri in itinere, & peregrinatione, & ideo si vouerunt adire terram sanctã, sufficit dare dictam pecuniam procuratori Hierosolymitanorum.

3 Secunda Concl. Votum, quod Episcopus fecit ante acceptationem episcopatus factus Episcopus tenetur adimplere, vt definitum est iure canonico; remanet tamen liber à voto religionis, quòd Ca. per tuas, de vot.

quòd ante fecerat, & potest recta conscientia acceptare Episcopatum, vt dictum est supra in materia Episcoporũ.
4 Tertia Conclusio. Eadem vota quæ non possunt facere Episcopi sunt prohibita fieri a parochis curam animarum habentibus, & ideo ad eorum valorem est necessaria authoritas suorum Episcoporum, vt dicitur in iure, & docet Silu. Verum est tamen, quod possunt facere votum religionis, & ingredi eam, vt dicitur in iure, & tradit S. Thom. possunt etiam facere votum ieiunandi, & orandi, aut similium, ex quib. non patiatur damnum eorum ecclesia, quia tunc nõ erit licitum illud promissum; nec est licitum vouere, quod ibunt ad visitandam domum sanctam Hierusalem, nisi prius consulant superiorem, qui considerata eorum sanctitate, & pio affectu, alijsque circunstantijs facile concedet ijs licentiam, aut econtra negabit, si viderit sic expedire.

Magna deuoto. silu. verbo votũ 3. q. 2. d. 19. q. 1. duę sũt leges D. Th. 2. 2. q. 189. art. 7.

De votis priuatis Religiosorum, & Nouitiorum, & de eorum irritatione, & dispensatione.

Cap. XCI.

SVMMARIVM.

Quæ differentia sit inter dispensationem et irritationem, & qualiter Prælati Religionum possint dispensare, & irritare vota suorum subditorum num. 1.

An valeat votum Religiosi si eius materia sit prohibita à suo Prælato conc. 2. nu. 2.

An Religiosus teneatur adimplere votum adeundi Hierusalem ibid.

An valeat votum Religiosi factum de re, quæ non est prohibita à suo Prælato. conclus. 2. num. 3.

An votum transeundi ad arctiorem Religionem sine licentia superioris sit validum conc. 3. nu. 4.

An vota Religiosi de rebus necessarijs ob præceptum, aut voluntarijs possint irritari, & dispensari à suis superioribus. conclus. 4. numero 5.

An votum factum de licentia Superioris possit ab illo irritari conc. 5. num. 6.

An irrito facto voto à superiore peccet subditus adimplens illud. conc. 6 num. 7.

An Prælatus possit irritare votum quod debet compleri tempore alterius Prælati concl. 7. num. 8.

An Abbatissa possit irritare vota suarum monialium. conc. 8. num. 9.

An quoduis votum in solemni voto Religionis. conc. 9. num. 10.

An nouitij teneantur adimplere vota facta in seculo ibid.

1 NOta pro explicatione eius, quod in hoc capite dicendũ est, quod quantum attinet ad nostrum propositũ est magna differẽtia inter irritationem, & dispensationem, quia irritare est facere, quod cesset votum auferendo ab eo vigorem, & obligationem: dispensare vero est relaxare obligationem eius, vt infra dicetur. Secundo notandum, quod Prouinciales, & Generales, & reliqui Prælati religionum habent respectu suorum subditorum non solum iurisdictionem spirituale, sed etiã habent dominatiuam potestatẽ, quia sunt partes suorũ subditorum vnde non solũ possunt dispensare in eorum votis, sed etiam irrita facere; & eodẽ modo Summus Pont. respectu Monachorum habet eandẽ potestatẽ, quia est generalissimus pater omnium religionum, vnde potest non solum dispensare, sed irritare eorum vota; respectu vero clericorum, aut aliorum sæcularium, solum habet potestatem, & iurisdictionem, & ideo potest dispensare in eorum votis, non vero ea irritare, & idem dicendum est de Episcopis respectu suarum ouium; & econtra mariti, patres, tutores, & domini solum possunt irritare vota vxorum, filiorum, seruorum, & pupillorum, non possunt tamen dispensare in illis, quia solum habent potestatem dominatiuã super illis, non vero iurisdictionem. Tertio debent notari, quod potestas quam habent superiores religionum ad irritanda vota

Inf cap. 102. nu. 2. & 3.

suorum subditorum, non solùm conuenit illis de iure humano, sed etiam de iure naturali, & diuino, quia supposito quod promisere illis obedientiam, & non possunt illam denegare de iure diuino, eadem ratione possunt irritare illis dicta vota, vt tenet Caiet. contra Silvest. & alios, qui dicunt, quod solum de iure humano conuenit illis hæc potestas, quo supposito resoluenda materia est per conclusiones.

Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 3. Sil. votum. 3. § 3.

2 Prima Concl. Non valet votum religiosi, si eius materia sit prohibita à suo Prælato, aut in generali, aut speciali, & quousque Prælatus præbeat consensum non obligat, vt dicitur in iure, & post alios resoluit Greg. Lopez. Et nota, quod Monachi Sancti Benedicti non tenentur ad aliquod votum, quamuis sit peregrinationis Hierusalem, vt concessit illi Benedictus XIII. quo priuilegio gaudent omnes Ordines Mendicantium, ipsoque viso vota, quæ faciunt peregrinationis, non solum non obligant eos, sed nec tenentur manifestare illa Prælatis suis.

c. monacos. 20. q. 4. Greg. 1. l. 3. ti. 8. p. c. in glo. fi.

Estq; notandum, quod votum factum ab illis rei prohibitæ, quia mala est, non solum non obligat, sed etiam peccant mortaliter, aut venialiter secũdum qualitatem materiæ; si vero voueãt aliquid malum, quia sit prohibitum a suo prælato, non peccant, quia id promittunt sub conditione tacita, vel expressa, si Prælatus concesserit licentiam faciendi illam; si vero ignorent esse rem prohibitam, & postea veniat ad eorum notitiam quod sit huiusmodi, votum in se erit nullum, & non est necesse, quod manifestent illud Prælato suo, cum, vbi est ignorãtia, non sit consensus, nec voluntas, vt dicitur in iure; quod procedit, si intelligat, quod non facerent dictum votum, si scirent dictam prohibitionem.

3 Secunda Conclusio. Quãdo religiosus facit aliquod votum rei, quæ non est prohibita, votum est validum, & obligat etiam ante consensum Prælati, cum eius materia sit legitima, & in eo est tacita conditio adimplendi, si Prælatus nõ cõtradixerit, vt dicũt Caj. & Arag. Si vero facto voto res, quæ fuit promissa, sit prohibita a Prelato, liber remanebit religiosus a dicto voto, permanẽteq; dicta prohibitione non tenetur petere licẽtiã a Prælato ad adimplendum, si quando fecit votũ verisimiliter se obligauit sub conditione, quod Prælatus non prohiberet eius materiam; si vero habuit intẽtionem obligandi se, quãuis Prælatus prohibuisset illam materiam, remanebit obligatus, & tenetur recurrere ad prælatũ & si vult, quod adimpleat illud, & ipso prælato defuncto, siue officio eius finito de necessitate debet adimplere votũ, quia per dictam prohibitionem non fuit sublatum, sed solum suspensum, & ideo ipso finito resurgit.

Cai. 2. 2. q. 88. ar. 8. vbi Arag.

4 Tertia Concl. Votũ, quod facit religiosus trãseundi ad arctiorẽ religionem obligat, quamuis faciat illud sine licẽtia sui superioris, quia in hoc non tenetur subiectus obedire prælato suo, nec in hoc nocet professioni suę, vt dicũt S. Th. Cai. & Sotus; põt tamẽ dictus prælatus dispẽsare in eo, non vero irritare, cũ sit de materia, ad quam tenetur; si exeat ab eius obediẽtia: quod vero possit dispẽsare super eo, cõstat, quia quando illud fecit, erat sub eius potestatẽ, & habebat in illũ iurisdictionẽ, & etiã quia nõ est votum religionis reseruatũ Papæ, sed votũ trãseundi ad aliã arctiorẽ, quod nõ est reseruatum Papæ, & ideo poterit eius prælatus dispensare cum eo, vt possunt Episcopi dispensare in illis subditorum suorum, si non sint reseruata Papæ, vt dicit Nau.

D. Tho. 2. 2. q. 214. 2. & q. 88. a. 8. vbi Cai. co. vit. in vers. ex quibus cib. So. li 7. de iust. q. 3. a. 1. col. 3. Na li. 3. cons. ti. de voto cõsi. 30.

5 Quarta Conclusio, quæ faciunt Monachi, possunt irritari, & dispensari à suis prælatis, siue sint de reb. necessarijs ob præceptũ, siue de alijs uoluntarijs, ut cõstat ex dictis; & si sint de reb. prohibitis a suis prælatis, tenẽtur illis manifestare, ut dicit Lud. Lop. sequẽs Sotũ contra Nau. qui addit, quod sufficit prælatum contradicere implemento uoti rogatum a subdito, ut permittat, quod possit adimplere uotum, quamuis non manifestet ei, quod tentatur ad illud; & opinio Nauarr. non est contraria his, quæ dicuntur ab his patrib. quia solum dicit,

Lop. in ist. cõs. 1 p. ca. 48. col. 355.

Nau. in ma. c. 12. n. 67.

cit, quod vota, quæ faciunt religiosi rerum licitarum, prohibitarum tamen a suis Prælatis, non valent, quosq; ab illis approbentur, quia semper creditur, qd faciant illud cum conditione, si Prælatis placuerit, non vero tractat, an subditi teneantur manifestare hoc illis, necne.

6 Quinta Conclusio. Votum, quod faciunt Monachi de licentia suorum Prælatorum, potest postea irritari ab eisdem Prælatis; hæc conclusio est contra Ricardum, qui tenet contrarium, & dubitat etiã an possit Prælatus dispensare cum eo; nostra vero concl. in simili casu est D. Aug. relati a Gratiano i decreto, qui dicit, quod si maritus promiserit, quod vxor voueat continentiam, & postea reuocauerit hunc consensum, nõ tenetur seruare continentiam deuotam. Concedunt tamen, quod si Prælatus fecerit dictam reuocationem sine causa rationabili, quamuis valeat, peccabit mortaliter, cum sit infidelis Deo in re graui, vt dicit D. Aug. & colligitur ex his, quæ tradit Caietan. & Sotus. Dixi *sine causa rationabili*, quia si sit causa rationabilis ad irritandum, non peccabit, vt tenet Aragon declarans hoc modo D. Aug. 2.2. q.88. art.8.

Ricar. 1 p.38. ar. 4.

Aug. relatus in c. nolui, & in c. manifestũ. 33. q.5.

7 Sexta Conclusio. Irrito facto voto a Prælato, peccat subditus adimplens illud ipso Prælato contradicente, quia facit contra obedientiam; tunc vero adimplet contra voluntatem Prælati, quãdo irritauit sua authoritate, non vero, quando fecit illud irritum, quia Monachus petiuit, & rogauit illum; & hoc modo debet intelligi Angles; & facto voto cũ licentia sui Prælati, quamuis idem prælatus possit commutare, & dispensare iusta de causa, inferior tamen non poterit facere alius superior, cum habeat potestatem super vtroque.

Angles vbi sup.

8 Septima Conclusio. Quando subditus sine illa temporis termini assignatione fecerit aliquod votum, quod fecit irritum semel Prælatus, post irritationem nõ poterit recuperare vigorem aliquẽ, vt dicit Diu. Thom. Caietanus, & Sotus; si vero religiosus fecerit votum ad adimplendum illud tempore alterius Prælati, non potest Prælatus, qui tunc regit, irritare illud quia quod promisit non est in potestate Prælati præsentis, sed futuri. Verum est tamen, quod poterit illud commutare, & dispensare in eo ob spiritualem potestatem, quam habet in eum, vt constat ex dictis.

D. Tho. Cai. so. vbi sup.

9 Octaua Conclusio. Abbatissa potest irritare vota suarum monialium operum, quæ obligant, & sunt libera, sicut pater potest irritare votum filij, & maritus vxoris, cum dicta Abbatissa habeat super dictas moniales potestatem dominatiuam, & maiorem potestatem, quam pater, & maritus, respectu eorum filij, & vxoris, vt dicit Angles. Estque notandum, quod quando fiunt hæc vota sine consensu Prælatorum, non peccant ipsi irritantes ea sine causa, nec peccant subditi petentes sine causa dictam irritationem, cum, vt dictum est, promiserint adimplere sub hac conditione, si nostri Prælati non irritauerint.

Angles vbi sup. d.5.

10 Nona Conclusio. Omne votum quantum vis altum, & sublime sit, commutatur in solemni voto religionis, vt dictum est in materia nouitiorum, & in anno nouitiatus liberi sunt nouitij a votis, quæ non possunt adimpleri in religione, quia dans Papa authoritatem Prælatis, vt commutent quodcumque votum in solemne votum religionis, & iubens, quod nouitij probẽt asperitate religionis, & monasteriũ eius mores, clare patet non teneri in illo anno ad vota, quæ non possunt adimplere in ipsa religione: vota vero quæ possunt adimplere, debent facere, quamuis confide[...]s sanctis operibus, quibus occupantur in primo anno, adeundi matutinum, & reliquas horas canonicas, orare mentaliter, ieiunare, disciplinam exercere, seruire missis, aliaque similia humilitatis officia, poterunt commutare vota in aliqua dictorum bonorũ operum, quę faciunt eligendo, quæ ipsi, vel Prelati vel Confessarij viderint esse Deo magis ac-

cepta reliquis, ad quæ de voto, & iuramento tenebantur. Verum est tamen, quod non habent potestatem irritandi dicta vota, cum nouitij non sint adhuc eorum subditi, & per consequens loquendo proprie non habēt potestatem dominorum super illos, vt dicunt Nauarrus, & Ludouicus Lopez, cum tamen habeant super ipsos potestatem spiritualem, poterunt commutare vota, quæ fecerint, & dispensare super ijs, vt constat ex dictis, & tenet Alcocer. in sum. 16.

Nau.ca. 12.n 69 Lup.vbi sup. ca. 47 col. 346.

De votis coniugatorum, & de eorum irritatione.

Cap. XCII.

SVMMARIVM.

An possint coniugati vouere religionem. conc 1.num.1.

An possint coniugati vouere aliquid quod directe aut indirecte præiudicet statui matrimoniali. conc. 2. num. 2

An possint vouere coniuges non soluere debitum, nisi petatur. concl. 3. num. 3.

An teneatur vxor soluere debitum sciens, quod maritus habet votum non petendi. concl 4. num. 4.

An vxor, quæ fecit votum continentiæ de consensu mariti; teneatur adimplere; & an possit maritus irritare hoc votum. concl. 5. num. 5.

An filij nati ex coniugatis, qui fecerant votum continentiæ sint legitimi & an possit maritus irritare hoc votum & vxor teneatur soluere debitum. conclusion. 6. num. 6.

An possit maritus sine licentia vxoris facere votum alicuius longæ peregrinationis, concl 7. num. 7.

An maritus possit sine licentia vxoris facere votum succurrendi terræ sanctæ. concl. 8. num. 8.

An maritus sine licentia vxoris possit facere votum faciendi eleemosynam de bonis dotalibus. conc. 9. nu. 9.

An possit maritus irritare vota, quæ vxor fecit ante matrimonium. conc. 10. n. 10.

1 PRima Conclusio. Non potest maritus, nec vxor consumato matrimonio vouere religionem sine alterius consensu. Dixi, *consummato matrimonio* quia non consummato cōceduntur duo menses a iure ad deliberandum, an velint ingredi religionem, nec ne, & in hoc interuallo, poterit facere votū religionis

2 Secunda Conclusio. Non potest maritus, nec vxor facere votum, quod directe, aut indirecte præiudicet statui matrimoniali, cum maritus sit subiectus vxori quo ad vsum matrimonij, & vxor marito; immo nec valet votum vxoris, quando est in damnum gubernationis familiæ suæ, nec votum mariti eodem modo, vt definitum est in iure, & tradit Abbas in cap. litteras de rest. spol.

3 Tertia Conclusio. Maritus simul cū vxore non potest facere votum, quod non persoluatur ab eis debitum, nisi petatur, quia esset graue vxori petere debitum ob naturalem pudorem, qui in mulieribus præualet; sic enim tenet S. Tho. & alij, quos refert, & sequitur Greg. Lopez, & Nauarr. contra aliquos, qui dixere valere hoc votum. Episcopus tamē potest dispensare in eo, si vult, vt tenet Ioannes Andreas, vt potest etiam dispēsare super eo, quod facit vxor non petendi debitum sine consensu mariti; immo maritus potest illud irritare, cum hoc votum sit factum in præiudicium matrimonij; & etiam potest commutari in Regnis, vbi datur Bulla Cruciatæ, vt dicit Aragon, & quando maritus facit idem votum, vxor potest illud irritare, vt tenet Nauar. post Siluest. quia quo ad obligationem soluendi debitum sunt pares maritus, & vxor, vt definitur in iure.

D Tho. in 4. d. 32. ar 4. Gre. in l. 3. glos. ver el marido ti. 8 p 1. Nau. ca. 12. n. 74

Andr I c. rursus qui clerici vel vouētes Arag. 2. 2 q. 88. a. 8. Nau. vbi sup. nu. eo.

4 Quarta Conclusio. Vxor, quæ scit maritum fecisse votum non petendi debitum, tenetur soluere illud, si ipse petat, quia

quia licet peccet petens illud, nihilominus petit, quod suum est; & ideo vxor non peccat soluens illud, sicut non peccat ille, qui dat domino, quod suum est quamuis sciat, quod prodige illud sit expensurus, imino tenetur dare.

5 Quarta Conclusio. Si vxor voueat continentiam de consensu mariti, nec vxor poterit petere debitum, nec ipse soluere, quia esset cooperari peccato eius, potest tamen ipse petere illud, vt affirmat Nau. Verum est tamen, quod dictus maritus potest irritare vxori dictum votum, vt dicit Panormitanus, quia maritus non habet minorem potestatem super suam vxorem, quam pater super suos filios, & prælatus super suos monachos, & certum est quod hi, vt diximus, possunt irritare vota, quæ sui subditi fecerunt et de suo consensu, vt dicitur n.fia, & cum Panormit. consentit Sotus. Estque notandum, quod potest irritare votum quo ad illam partem, quæ illi facit præiudicium, non vero quo ad eam partem, quæ non præiudicat, quia semper vxor tenetur non petere; & ideo quo ad hanc partem debet ius intelligi, quod dicit dictam irritationem esse inualidam.

Sot.li.7. de iusti. q.3.ar.1 & in 4. d.17 q.2 ar.4.col. antepe. vers. id aũt fieri bifariã.

6 Sexta Conclusio. Si simul ambo vouerunt continentiam præstita licentia alteri ab altero, ita tenentur adimplere hoc votum, vt si postea habeant copulam, filij inde nati nõ sint legitimi; quia licet non desinant esse coniuges quo ad substantiale matrimonij, quo vero ad copulam remanent, ac si non essent coniuges, vt tenent Innocentius, Panormitanus & Hostiensis, ac multi alij; & ideo debent, qui faciunt hoc votum, considerare multum, quod faciunt, cum filij concepti eo facto remaneant illegitimi, & non possint admitti ad hæreditatem sicut legitimi, & non potest maritus irritare hoc votum, nec potest alter alteri soluere debitum, cum votum factum fuerit de vtriusque consensu renuntiato ab vtroque iure suo, vt dicunt Siluester, & Nauarrus. Hinc sequitur, quod si ante dispensationem maritus

Innoc. i c. du.ũ. de conu. coniug. Pan. i c. char nu. 71.ti.eo. Hostiẽ. i sum. de fil. psby. § qs possit ver. q si fac. Sil. ver. matri.7.

petierit debitum, vxor non tenetur reddere, quia iam maritus renuntiauit ius non solum petendi, sed etiam ius, quod habebat, quod vxor teneretur soluere illi; & ideo non solum peccat, qui petit, sed etiam, qui soluit. Sequitur etiam, quod solum summus Pont. potest dispẽsare in hoc voto, vt dicunt Siluester, & Nauar. quia absolute reputatur votum perpetuæ continentiæ, cum de consensu vtriusque renuntiauerint ius petendi, & soluendi; & certum est votum continentiæ esse reseruatum Papæ, qđ non accidit, quando vnus solum fecit votum continentię, quia non est votum continentiæ absolute, sed solum votum non petendi debitum, vnde Episcopus potest dispẽsare, & etiam potest Episcopus dispensare in hoc voto, si sit perpetuæ continentiæ, vt dictum est supra, quando non potest facile recurri ad Papam, aut coniuges sunt ita pauperes, vt non habeant pecuniam, qua possint mittere pro dispensatione, vt dicunt Siluest. & Nauar.

q.5. § 6. Sot. in 4 d.17.q.2 ar.4.li.7 de iusti. nu.3.i fi. Nau. vbi supra num.59

7 Septima Conclusio. Maritus sine licentia vxoris nõ potest vouere aliquam longam peregrinationem, vt definitur in iure. Nec obstat, quod maritus ad seruiendum Regi, & quærendum victum pro domo, & familia potest abesse per longum tempus ab vxore, quia ad hoc respondeo, quod hoc est, quia est bonũ temporale familiæ suæ, quæ est sub sua cura; votum tamen peregrinationis est in præiudicium illius; & viso quod non valeat, non est necesse, quod vxor irritet illud, vt tenet Sotus, si tamen ex ea peregrinatione non prouenit damnum matrimonio, nec est in vxore periculum incontinentiæ, illud votum factum iusta de causa erit validum.

Sil. ver. disp q.9 & verbo mar 7. q.5. Nau. c.16 n.30. & c.12. nu 59 c. si abstin. 27. q. 2. & ca. qđ Deo pa tri. 33 q.5.

8 Octaua Conclusio. Maritus sine licentia vxoris potest facere votum succurrendi terræ sanctæ, vt probatum est in iure, & tenent Innocentius, & Abbas, estque confirmatum in lege partitarum, vbi id notat Greg. Lopez affirmans, si facit votum ob deuotionẽ, quã habet visitandi terram sanctam, non va-

lere, nisi vxor consentiat in illud; vnde cum in hoc tempore illa terra possideatur à Turcis, & vota illuc adeundi non sint ad succurrendum ei, sed pro deuotione, non potest fieri à marito sine consensu vxoris, vt aduertit Zuninga. Est tamen aduertendum, quod mulier nupta sine consensu mariti non potest facere dictum votum absolute, vt dicitur in quadam lege partitarum, non nupta vero poterit illud facere, & tenetur adimplere hanc sanctam peregrinationem, si possit facere. Ex dictis sequitur non debere teneri opinionem Nau. qui dicit, quod si vxor fecerit votum succurrendi personaliter terræ sanctæ, teneri adimplere, quamuis maritus nolit, nec valet illi ius, quod allegat pro sua parte, quia solum loquitur de voto facto à marito & Sanctus Tho. Silu. & Rosellæ, alijque communiter dicunt, quod votū, quod facit vxor in præiudicium mariti, non potest illud adimplere nisi de eius licentia.

Zuninga q 3. 5 voto numer. 69.

Nau. in Man. ca. 12. n. 62.

D. Th. in 4. d. 32. Sil. ver. votum 5. § 5. Rosel. v. votum 2 § 9.

9 Nona Conclusio. Vir potest, licet non communicet vxori, facere votū faciendi eleemosynas, non solum suorum bonorum, sed etiam dotaliū, cum habeat liberam administrationem omniū eorum, & potest etiam facere vota ieiuniorum, & orationum, nisi ex illis sequatur præiudicium actui matrimoniali, vt tenet Archidiaconus, & Hostiensis; vxor vero non potest facere hæc vota eleemosynarum sine licentia mariti, cū non habeat liberam administrationem dictorum bonorum. Vnde sequitur, quod maritus potest irritare vota facta ab vxore orandi, ieiunandi, ac aliorum, quæ pertinent ad regimen domesticum familiæ; quia licet in aliquibus horū non sit subiecta viro suo, ita vt teneatur ieiunare, & orare ipso iubente, est tamē subiecta quo ad nouam obligationē, qua ipsa obligatur, cum ad virum pertineat inspicere, an hæc vota conueniant, necne, vt tenent Nauarr. & Aragon. Et hinc sequitur, quod potest maritus irritare votum, quod vxor facit non mentiendi, aut non occidendi, quia iudicare, an hęc obligatio conueniat ei, nec ne, pertinet ad maritum.

Arch. in cap. manifest. 33. q. Host. in sum. de voto §. quis ab eo possit

Nau. ca. 12. n. 50. Arag. 2. 2. q. 88. ar. 8.

10 Decima Conclusio. Non solum maritus potest irritare vota, quæ facit vxor post matrimonium, sed etiam vota, quę fecit ante matrimonium de licentia patris sui; sic enim diffinitum est in iure canonico; non potest tamen irritare votum, quod facit vxor promittens adimplere illud post mortem sui mariti; & ideo non potest irritare votum, quod facit vxor, castitatis, si maritus moriatur ante eam, vt dicunt Caiet. Nauar. & Aragon, vt non potest pater irritare filiorum vota, nec dominus seruorum, si promiserunt adimplere habita libertate, quod probatur, quia vt possit superior irritare votum inferioris, non sufficit habere potestatem super eum, sed est necesse, quod habeat potestatem super materia dicti voti, & certum est, quod maritus nō habet potestatem super hac materia voti, quod vxor teneatur adimplere post viri mortem, sic. n. tenet Aragon contra Sil. & alios: innitentesq; rationi supradictæ, qui tenent hanc opinionem, respondebunt facile argumentis, quæ contrarij faciunt contra eos, quibus assentitur Ludou. Lopez in inst. consc. 1. p. c. 50.

Caiet. d. ca. 8. vbi Aragon. Nau. vbi supra num. 66.

De votis filiorum, & seruorum. Cap. XCIII.

SVMMARIVM.

Vota, quæ possunt fieri sunt in triplici differentia, num. 1.

In iuuenibus tres ætates possunt condemnari, ibidem.

An pueri ante septem annos possint facere votum simplex, aut solemne conc. 1. n. 2.

An filius possit facere votum de bonis castrensibus, aut quasi castrensibus c. 2. n. 3

An pater, & tutor possint irritare vota filiorum facta ante annos quatuor decim de reliquis bonis; & an facta irritatione teneantur adimplere non existentes sub illorum potestate, conc. 3. nu. 4.

An

1 PRo explicatione eius, quod in hoc c. dicendum est, debet primo notari, quod vota, quæ facere possunt filij, qui sunt in potestate patris, sunt in triplici differentia, alia sunt realia, vt est votũ dãdi eleemosynã, alia personalia, vt est votum orandi, alia vero mixta, vt est votum peregrinationis, in qua filius debet aliquid expendere.

Secundo debet notari, ꝙ in huiusmodi iuuenibus tres ætates possunt considerari. Prima vocatur infantia, & durat vsque ad 7. annos, quo tempore non intelliguntur habere vsum rationis. Secũda dicitur pueritia, quæ durat in viris vsque ad 14. annos, & in fœminis vsque ad 12. Tertia ætas dicitur pubertas, hæcq; durat vsq; ad 25. annos, in qua ætate iuuenes sunt sub cura parentum in reb. q̃ pertinẽt ad administrationem suorum bonorum, ita vt sine licentia eorum nõ possint illa administrare. Est aũt aduertendũ, quod quãdo diximus ĩfantiã durare vsque ad 7. & pueritiã vsq; ad 14. quod hoc debet intelligi secundum præsumptionem iuris, quod iudicat de reb. prout regulariter accidunt; potest tamẽ accidere, ꝙ puer ante decem annos non habeat vsũ rõnis, & alij ante septẽ habeant, vt colligitur ex his q̃ tradũt Ant. Gom. & Na. quo supposito por ũtur seq. Gom. in l. cons. 3 Tauri. num de honest. 6. Nauar c. 12. nu.

2 Prima Conclusio. Ante vsum rationis, quod est ante 7. annos non possunt pueri facere votum simplex, aut solemne, ita vt teneantur adimplere illud, cũ in hac ętate non sit deliberatio, nisi malitia suppleat ætatem, quod debent iudicare Confessarij, & qui tractant cũ eis: illis vero 7. annis transactis, si habeant vsum rationis possunt facere votũ simplex, eritq; obligatorium, non poterunt tamen facere votum solemne, quãuis accedant ad annos 14. quia ad faciendũ illud vult Concil. Triden. quod habeant tam viri quam fęminæ annos 16. impletos. Transactis vero 14. annis possunt filij facere votum ingrediendi religionem, & ieiunandi, ac orandi, in qua ętate potest pater irritare quæcunque vota realia, quæ fecerint filij. & potest pater irritare personalia, prout præiudicant patriæ potestati, vt dicitur infra.

3 Secunda Conclusio. Potest filius existens sub potestate patris facere votum dandi eleemosynam bonorum castrensium, aut quasi castrensium, quæ habet, cum hæc bona sint sua quo ad dominium, & administrationem, & ideo pater non potest irritare, vt dicunt Sotus, Nau. post S. Thom.

4 Tertia Conclusio. Loquendo de reliquis bonis, si filius fecerit votum ante 14. annos, & filia ante 12. siue sit reale siue personale, potest illius tutor, aut pater irritare, & facta irritatione non tenetur adimplere, quamuis liberetur a patris potestate, aut tutoris; hæc conclusio est contra Innocentium, & tenent eam Panormitan. Siluest. & Nauarr. Et nota, quod votum reale, quod facit filius, potest irritari a patre vsque ad ætatem 25. annorum; quia vsque ad dictam ætatem est filius, in eius potestate, vt definitum est in iure, & tenet S. Thom. 2. 2 q. 88. art. 4. In. in c. scr. de voto. Pann. in d. c scri. Sil. ver. vo. 4. 5. 2. Na c. 12 67.

Quarta

5 Quarta Concl. Votum, quod filius facit, religionis, & castitatis post 14. annos non potest a patre irritari, vt dicit S. Th. quia in rebus, quæ pertinent ad electionem status, non sunt subiecti filij patribus; quod debet intelligi, nisi patres fuerint nimis pauperes: quia tūc nō possūt permittere eos ingredi religionem, vt dicit S. Thom. sed potius est illis licitum exire ab ea, vt supra dictum est.

D Th. 2. 2. q. 189 art. 6.

6 Quinta Conclusio. Post transactā ætatem 14. annorum non potest pater irritare vota personalia suorum filiorū facta ante dictam ætatem, quæ si non irritauit ante hoc tempus, fuit, quia non habuit notitiam eorum, hæc concl. est contra Caiet. Victoriam, & Naua. quod probat Aragon; quia dominus non potest irritare votum, quod fecit seruus obtenta libertate: nec contra hoc obstat, quod dicit Caiet. quod votum nō habet maiorē vim post 14. annos, quā haberet ante eos, in quo tempore certum est, quod pater poterat illud irritare, quia semper fiunt dicta vota sub conditione tacita, s. si pater consenserit; quia ad hoc respondeo esse illud verū, quod semper fit votum sub illa conditione dicta tamen conditio non debet intelligi libere, & absolute, sed hoc modo scilicet, nisi pater meus irritauerit illud intra tempus, quo potest, quia eo transacto neque potest irritare illud, nec contradicere: & hoc videtur mihi verius, quamuis contrarium teneant dicti patres, quos sequitur Ludou. Lopez.

Caiet. 2. 2. q. 189 ar. 5. vbi Vict. & 2. 2. q. 88 art 9 Nau. ca. 12. n. 71. Arag d. q 48 ar. 8. in fi.

7 Sexta Conclus. Quamuis vota simplicia personalia facta ab illis, qui habent vsum rationis, obligent eos, maiori tamen facilitate debet illis concedi commutatio, aut dispensatio, quam illis, qui habent integrum iudicium, & discretionis vsum, quod probatur, cum tales peccantes non castigentur pœna ordinaria, sed alia blandiori, vt definitum est, in iure canonico confirmato in quadam lege partitarum, vbi tractat Gregor. Lopez, & tractat etiam Couar. & Berouus.

Lop. in int. cōs. 1. p. c. 48 col. 356.

Cou. l 2 var. c. 9. num. 8. Ber. dec. 3010. So

8 Septima Conclusio. Vota personalia facta post annos 14. non possunt irritari a patribus, vt docet Sotus, quem sequitur Aragon contra Siluestrum, quia in hac ætate filius est liber quo ad hæc vota. Hinc sequitur, quod pater non potest in totum obligare filium, & occupare eum non concedendo illi aliquod tēpus ea adimplendi, nisi sint manifeste præiudicialia patriæ potestati, quia in hoc casu & vota non valebunt.

to. lib. 7. de ius q. 2. 2. Aragon. vbi sup.

9 Octaua Conclusio. Vota mixta potest pater irritare, aut saltem suspendere quo ad eorum executionem pro illo tempore, quo filius faciēs ea est sub potestate patris, cum hæc vota redundent in detrimentum patriæ potestatis, cum si peregre proficiscatur, necesse sit relinquere seruitium; si vero votum non fuit irritatum, sed solum suspensum, tenetur filius illud adimplere exiens a patris potestate, aut quærere dispensationem super eo; quia non est certum, quod dicti patres possint irritare dicta vota, præcipue votum terræ sanctæ, ad quod filius potest se astringere, vt dicitur in iure. cap. ex multa. de voto.

10 Nona Conclusio. Et eandem facultatem, quam habet pater irritandi vota suorum filiorum, habet mater post mortem mariti præcipue, si remaneat eorum tutrix: & eandem potestatem habet tutor, cum succedat in potestatem, quam habebat pater, filij orphani, non solum quo ad vota realia, sed etiam quo ad vota personalia. vt dicitur in iure.

11 Decima Conclusio. Non valet votum factum a seruo, si sit in præiudicium personalis seruitij domini sui, vt definitum est in iure canonico, ciuili, & Regio; quod adeo verum est, vt etiam rerum spiritualium, in quibus potest præiudicare domino, non possit facere votum, vt dicit quædam gloss. vnde si faciat dicta vota, dominus: poterit irritare: & ideo non poterit ingredi religionem, vt dicit S. Thocum communi; & si fiat religiosus nolente domino, non remanet priuatus eius dominio, vt dicitur in iure, & tradit

D Th. 2. 2. q. 104 art. 5. c. ge 54. d.

dit S. Tho. cum sit res clara, quod dolus non debet patrocinari facienti. Sequitur vltra, quod poterit dominus irritare omnia vota, quæ facit seruus, quæ vt impleantur, egent tempore, vt est votum peregrinationis, & recitandi horas canonicas.

11 Vndecima Concl. Potest seruus vouere omnia vota, quorum implementum non diminuit, nec defraudat seruitium domini; & ideo sine licentia domini sui potest vouere castitatem, & ieiunia, aut dicere horas, quæ quidem vota non potest dominus irritare, nisi quæ præiudicant eius seruitio, vt cum communi tenet Aragon, sicut possunt præiudicium facere ieiunium, & orationes.

De voto quo ad suum principium efficiens hoc est, quoad voluntatem deliberatam. Cap. XCIV.

SVMMARIVM.

An sit necessaria deliberatio, vt valeat votum, & an valeant vota indiscreta, concl. 1 nu. 1.

An libertas, quæ sufficit ad peccandum mortaliter sufficiat ad faciendum votũ, concl. 2. nu. 2.

An vota, quæ faciunt vxores sint valida, concl. 3. num. 3.

An valeat votum eundi Hierusalem, quod fecit rusticus deceptus ab alio, qui dixit illi esse breue iter, cum esset longum nimis, concl 4 nu. 4.

An teneatur quis implere votum quod fecit sine animo obligandi se, concl. 5. numer. 5.

An valeat votum factum animo promittendi, sed non adimplendi, concl. 6. numer. 6.

An vt votum valeat, sit necesse quod promittens habeat formalem intentionem se obligandi concl 7. nu. 7.

An qui ex ignorantia fecit votum cum proposito vouendi, sed non obligandi se expresse emaneat obligatus ad illud, conclus. 8. num. 8.

An, qui habuit propositum ingrediendi aliquam religionem approbatam, ob ingressum solum illius, faciat votum solemne, concl 9. nu. 9.

An qui habet propositum vouendi religionem ingrediens illam sit obligatus ad profitendum, concl. 10. nu. 10.

1 PRima Conclusio. Vt votum valeat, semper est necessariũ, quod præcedat deliberatio, quod non fiat subitanee, cum motu tam alieno à deliberatione, vt actus, qui ab eo procedit solum sit peccatum veniale ob defectum eius. Verum est tamen non esse necessarium, vt obliget, quod sit plena deliberatio, qua homo consideratis rebus, cõsiderat omnia, quæ possent illum separare ab animo vouendi, sed sufficit, quod sit deliberatio, quia iudicet rem, quam facit, & quæ sufficit ad peccãdum mortaliter, sic enim tenent Richardus de Mediauilla, Sotus, Nauarrus, & Arag. estque communis omnium Theologorum, & Canonistarũ: quod probatur, quia in hoc casu est voluntas necessaria ad votum. Hinc infertur primo, quod illa regula, quam adducit Angl. in quarto ad cognoscendum quando votum obligat, sciendum est, quod facto voto, si pœniteat fecisse illud transacta angustia, & periculo, in quo fecit illud, declarat non fuisse validum, est falsa, quia ex ea sequeretur esse inualidum votum factum magna deliberatione, si postea pœniteat fecisse illud. Sequitur secundo, quod deliberatio, quæ solum sufficit ad hoc, vt fiat peccatum mortale non sit sufficiens ad votum; nec hinc debet colligi, quod ille, qui scienter, & considerate fecerit votum dicendi singulis diebus salutationem Angelicam, quod tale votum non sit vere votum, quia non obliget ad peccatum mortale, quia si non obligat ad mortale, non est ob defectũ deliberationis, sed quia est pauca materia promissi, vt tenent Sotus, & Nauarrus. Tertio sequitur, quod vota, & iuramenta indiscrete facta non obligant, vt tenent Nauar. & Cou. vnde qui facit votum

Sot. li. 7. de iusti. q. 1. ar. 2 Naua. c. 12 n. 14. & 68. Arag 2. 2. q. 88. ar. 1 n. 8 alleg. Richar.

Sot. li. 7. de iusti. q. 2. ar. 1 Nau. vbi sup. nu 40. Nau. vbi sup. Cou. in cap quãuis pac. 2. p § 6. nu 4.

tia quòd teneantur voto, quod vere fecerunt.

7 Septima Cõclusio. Vt votum sit verum, non est necessarium, quòd promittens habeat formalem intentionem se obligandi, cum votum ex sua natura sit obligatorium, & ideo qui illud facit, virtualiter se obligat, vt dicunt Sot. Ca. & Nau. ille vero, qui vouit animo vouendi, remaneret obligatus, quamuis non habeat propositum adimplendi votũ, quando illud facit, cum votum in sua ratione formali includat obligationem de iure naturali, & diuino; vnde licet sit in nostra facultate facere, aut non facere, si tamen faciat illud homo cum animo non se obligandi, non potest homo separare se à naturali, ac diuina obligatione, quam habet annexam; vt dicunt cum communi Med. & Ludou. Lop. affirmans, quod valida ratione debet idẽ dici in iuramento.

Med. in inst. li 1. in 2. præcep. §. 6.

8 Octaua Concl. Si aliquis ignorantia inuincibili, aut quia credit, quòd obligatio non est res inseparabilis à voto, fecerit votũ cum proposito vouendi, & non obligandi se expresse, non valebit tale votum, cum non fuerit in eo voluntas. Hinc sequitur, q̃d si aliquis recepei it ordinẽ sacrũ ignorans inuincibiliter, quod castitas sit annexa dicto ordini, non tenebitur seruare castitatem, si q̃n recepit ordinem, habuit intentionem non seruandi eã, cum tale votum neq; formaliter, neque virtualiter fuerit volitum, vt dicit Sotus in 4. dist. 24. q. 2. art. 2.

Lop. in inst. con fe. 1. p. c. 42. colu. 326.

9 Nona Concl. Si quis habuit propositum profitendi in aliqua religione approbata, quamuis postea recipiat habitum in ea, non facit votum solemne, cũ votum solemne debeat fieri cum consensu eius, qui profitetur, & eius, qui recipit eum, vt supra dictum est agendo de nouitijs; ita vt quandò aliquis habet propositum faciendi aliquam rem, quãuis incipiat eam, non facit votum simplex, quia vltra propositum, est necesse, quod promittat, vt dicit S. post S. Th. quæ promissio sufficit, quod fiat implicite, aut explicite, vt tenẽt Nau. & Cou.

Nau. vbi supr. n 19. Cou in c. p. tuis p. ct. 1. p § 4 in fin.

Hinc fit, quòd si quis promittat ingredi religionem non solum ad experiendum eius asperitates in anno nouitiatus, sed etiam ad remanendum in ea perpetue, teneatur facere professionem; si autem solum eius intẽtio sit experiri eius asperitates, non vero profitendi, non tenetur perseuerare in dicta religione sine dubio autem qui promittit ingredi religionem non putans exire ab ea intra annum nouitiatus, sed potius habens propositum perseuerandi in ea, hic est visus obligare se secundum formam iuris, scilicet, quod detur illi annus ad probandum asperitates religionis, vt sic deliberet, an conueniat profiteri, nec ne, vt dicit S. Thom. quem sequitur Couar. Hinc sequitur, quod qui dicit Deo, Domine da mihi hoc, ego enim seruiam tibi, si tibi placuerit, putans, in statu castitatis, & continentiæ, remanet obligatus custodire eam, quia hoc realiter est promittere implicite, vt dicunt Caietanus & Nauar.

D. Th. 2. 2. q. 183. art. 4. Cou. vbi sup. nu 12. Caiet. 2. 2. q 88. art. 1. Nau. li. 3. cõl. ti. de voto cons. 8.

10 Decima Conclusio. Qui habet propositum vouendi religionem, quamuis recipiat habitum, non tenetur adimplere illud ob præceptum ecclesiæ, quia in iure canonico non inuenitur hoc præceptum; vnde si nouitius intra annum probationis reliquerit habitum non facto voto religionis, non peccat mortaliter, nec venialiter, si non fecit illud cũ aliqua facili consideratione, cum sit res clara, quod, quando homo desistit a bonis propositis, quæ habet, sine causa nõ desinit esse aliquod peccatum: circa q̃d videatur S. Thom. 2. 2. q. 88. art. 4.

De voto quo ad eius causam formalẽ, quæ est promissio spontanea, & libera. Cap. XCV.

SVMMARIVM.

An votum factum metu iniusto cadente in constantem virum sit obligatorium. conc. 1. nu. 1.

An

An votum factum metu extrinseco mortis, aut naufragij, infirmitatis, aut alicuius periculi grauis sit obligatorium. conc. 2. nu. 2.

An metus cadens in constantem virum extrinsecè ratione alicuius iustæ causæ vt quis faciat votum, faciat nullum dictũ votum. concl. 3. nu. 3.

An votum nullum ratione metus, desinat esse nullum ex eo quod confirmatur iuramento. conc 4. num. 4.

An metus faciens quod votum non obliget excuset à culpa illud trãsgredientem cõclu. 5 nu. 5.

An votum de non contrahendo matrimonium factum à meretrice per metum sui lenonis sit seruandum. conc. 6. nu. 6.

An votum sine necessitate obliget conc. 7. num. 7.

1 PRima Conclusio. Votum causatum ab aliquo metu, qui cadit in aliquem virum constantem, extrinseco, iniusto, posito vt fiat votum, nõ est obligatorium, vt post alios tenent Sotus, Fortunius, & Garzia; & ideo remanent liberi a culpa, quia trãsgrediuntur hoc votum, non vero remanent sic, qui faciunt iuramentũ factum alicui homini, quod procedat ab hoc metu iniuste immisso; & ratio est, quia ex voto sequitur obligatio debita Deo, qui quidem non vult obligationem violentam; à iuramẽto vero sequitur obligatio parti, & ideo obligat, si habetur intentio obligandi se ad illud, vt dicunt S. Tho. & Caiet. explicantque Sotus, Fortunius, & Garzia.

Sot. in 4 d. 27. q. 1 ar. 5. col. 9.
Fort. de vl. fin. n. 418
D Th. 2. 2 q. 89. art. 7. ad 1.
For. vbi su. num. 468.
Sot. li. 7. de iusti, q. 2. ar. 2 ver. 2. argum.

2 Secunda Conclusio. Obligat votum quod fit metu extrinseco mortis; aut naufragij, aut conceptum ratione alicuius grauis infirmitatis, aut ratione alicuius magni periculi; vt faciũt communiter, qui faciunt iter per loca, in quibus dicuntur esse lattones, & per mare tempore naufragij, aut piratarum incursionis, cum in his casibus matrimonium factum metu eorum valeat, quia hic metus intrinsecus, quem Deus efficit in anima mediantibus his rebus, non efficit principaliter, vt metu, & violentia fiat votum, sed vt hoc modo fiat suauius, vt post Abbatem, & Speculatorem tenent Nau. Cou. & Sotus.

Nau. c. 12. n. 52.
Cou. i 4 p c. 3. §. 4 nu. 16. cũ seqq.
Sot. 14. d. 29 1 ar. 3. l. 11.

3 Tertia Conclusio. Metus, qui cadit in virum constantem extrinsece ratione alicuius iustæ causæ, præcipue, vt quis faciat votum, facit nullum dictum votum, vt bi gratia, inuenit quis vxorem committentem adulterium, & cum possit ibi eam occidere, dicit, occidam te, nisi promittas, ingredi religionem, si ipsa cõstituta in hoc metu professa fuerit, non valet professio, nec remanet obligata ad promissum, vt dicit Sotus. Alio exemplo melius declaratur hoc. v. g. inueniens quis furem cum re, quam rapuerat, si dicat ei, Ego accusabo te, nisi ducas filiam meam vxorem, certa quidem causa fuit, vt poneretur hic metus, & nihilo minus non valet matrimonium, sic enim dicit Sotus, quem sequitur Lud. Lop. contra Sil. & Med. qui tenent contrarium.

4 Quarta Conclusio. Votum, quod fit metu si sit nullum, non desinit esse nullum ex eo quod confirmetur iuramento, vt dicitur in quadam lege partitarum Hispaniæ; & Cou. tenet hoc in casu, quod quis contrahat matrimonium coactus aliquo metu, quem immiserũt illi, quia cum sit nullum ratione metus, non desinit esse inualidum, quamuis ratificet illud cum iuramento; & etiam votum, quod est nullum ratione alicuius metus, non desinit esse tale, quamuis ille, qui fecit illud habeat intentionem vouẽdi, sic enim tenet cõmunis, quam sequitur Arag. contra Sil.

Arag. 2. 2. qõ. 88. ar. 3.
Silu. ver. metu §. 8 & ver. votum 2 §. 12.

5 Quinta Conclusio. Metus qui efficit, quod votum non obliget, excusat etiam a culpa illum, qui illudmet transgreditur, vt v. g. vouit quis ieiunare sabbatis, postea imponitur illi metus, vt nõ adimpleat hoc votum, si sit metus, qui cadat in constantem virum, quamuis transgrediatur votum, non peccat, nisi confeeatur hic metus in contemptum Christianæ religionis; quod probatur quia votum obliget ad modum legis ecclesiasticæ; & certum est, quod lex ecclesiastica ieiunij non obligat nos ad obseruan-

seruantiam eum tanto periculo, nisi tyrannus velit nos compellere, vt perfringamus dictam legem in contemptum religionis Christianæ. Et ad maioré dicti intelligentiã debet notari primo, q̃d nõ dicitur quo ad nostrum propositum metus causæ extrinsecæ omnis ille, qui prouenit a causa extrinseca, sed solum ille, quem imponit homo alteri faciens illi violentiam ad effectum, quod voueat dicens illi, occidam te, nisi voueris hoc, & hic si sit metus, qui cadat in virum constantem, annullat votum, & etiam annullat ille, qui compellit alium, vt faciat votum imponens illi metum iusta de causa, & nulla facta iniuria in dicta compulsa secundũ exempla supra posita in 3. conclusione; qui vero sit metus, qui cadit in constantem virum, videatur in materia de matrimonio. cap. 229. nu. 3.

6 Sexta Conclusio. Illa, quæ metu fuit lenonis fecit votum non contrahendi matrimonium, vt sic liberius peccaret cum eo, tenetur pœnitere de suo peccato; non tenetur tamen seruare dictum votum; si vero fecit dictum votum, vt sic melius seruiret Deo, tenebitur ad illud, vt dicit Sanc. Thom. cum communi. D. Tho. vbi sup.

7 Septima Conclusio. Votum factum sine vlla necessitate est licitum, & obligatorium, vt tenet S. Thom. quem sequitur Soto; iuramentum vero factum sine necessitate, licet obliget, est tamen illicitum, quia peccat venialiter, qui iurat sine necessitate, vt dicunt Sotus, lib 2. de iust. q. 4. art. 3. Castrus aduers. hæres. vers. iuram. Couar. in capit. quamuis pactum prima parte. §. 6. D. Th. 2. 2. q. 88. art 4. Sot. li 8. de iust. q. 2. ar. 2.

De voto quo ad causam materialem, quæ est id, quod promittitur.

Cap. XCVI.

SVMMARIVM.

An votum factum de re illicita obligat. cõclus. 1. num. 1.

An votum in principio licitum, quod postea sit illicitum, obliget. concl. 2. nu. 2.

An fugiens votum peccandi venialiter, peccet mort. concl. 3. num. 3.

An votum nunquam peccandi obliget. conclus. 4. num. 4.

An votum non peccandi, mort. valeat. conclus. 5. num. 5.

An votum rerum indiferentium obliget. conclus. 6 num. 6.

An quando dubitatur, si quod promittitur, sit indiferens, debeat seruari votum, donec dispensetur. conclus. 7. nu. 7.

An valeat votum de rebus, quæ de praecepto obligant. conclus. 8. num. 8.

An faciens super eadem re mille vota, imponat sibi mille obligationes. conclus. 9. num. 9.

An valeat votum de aliqua re bona factũ ob malum finem. concl. 10. num. 10. & concl. 11. nu. 11. & concl. 12. nu. 12.

An votum dandi eleemosynas ob impetrãdum bonum temporale, cui est annexa turpitudo, sit validum. ibid.

An votum contrarium materiæ consilij valeat. concl. 13. num. 13

An valeat votum factum de rebus, quæ impediunt bona consilij. concl. 14. nu. 14

An votum de nubendo valeat. ibid.

An votum non acceptandi Episcopatum sit licitum. concl. 15. nu. 15.

An monachus Carthusianus, qui promittit non esurum carnes per totam vitam, possit in articulo mortis comedere illas. concl. 16. num. 16. D Tho. vbi sup. ar. 2. vbi caie. sil. ve. vo. 1. q. 4 Alc. in su. 5 c. 15 f. 5 a. col. 2.

1 Prima Conclusio. Certum est votum factum de re illicita non valere, vt dicit D. Thom. Caiet. & Silu. sed

potius

potius esse peccatum promittere illud, vt dicit communis, quam sequitur Alcocer post Sotum, & alios; & si res illicita in se fuerit peccatum mortale, erit etiam peccatum mortale vouisse eam, & si fuerit veniale, votum erit veniale. Hæc autem conclus. habet locum non solum, quando promittens habet propositum promittendi, & seruandi promissum, sed etiã quando habet propositum promittendi, quamuis non habeat animum implendi promissum, cũ hoc sit vere votum, vt sup. diximus.

2 Secunda Conclusio. Votum, quamuis in sui principio sit licitum, si postea fiat illicitum, clarum est, quod non obligat, vt si quis promitteret, vt subijceret carnem spiritui, flagellare se, & ieiunare, quod quidem promissum postea redundet in detrimentum personæ, quia in hoc casu votum non est obligatoriũ, quod debet inspicere recte, qui vouet, quia amor proprius deficiens spiritu potest illi inducere opinionem, quod noceat illi ieiunium, cum re vera non sic se habeat; & ideo debet consulere prudentes viros, & adhęrere eorum consilio, hoc autem colligitur ex his, quæ tradũt Silu. & Sot. & idem debet dici de illo, qui vouet, quod non petet dispensationem voti, quod fecerat, quia si timet, quod sit transgressurus votum non petendo dispensationem, poterit eam petere ob malum, quod inde sequitur, aut sequetur, vt dicunt Siluest. & Alco. & si debet peti dispensatio ante transgressionem, an post, inferius dicetur.

Sil. c. ver votũ 1. q. 4. Sot. lib. 8 de iust. q. 1. ar. 3. col. fin.

3 Tertia Conclusio. Qui facit votum peccandi venialiter, solum peccat venialiter, vt tenent Sotus Nau. & Alcoc. contra Caiet. qui dicit quod facere votum peccandi venialiter est peccatum mortale, & idem debet dici de iuramento quod quis facit peccandi venialiter. Et pro maiori declaratione huius est notandum, quod duplex est iuramentum, vnũ assertorium, alterum promissoriũ; Assertorium est, quando quis affirmat rem cum iuramento, quæ res si sit mendacium, quamuis sit paruũ, & paruimomenti est peccatum mortale, vt dictum est in materia iuramenti; promissorium vero est, quando quis iurat, quod faciet antequam rem, quæ si sit in se peccatũ veniale, iuramentum solum erit peccatum veniale, cũ non adducatur ibi Deus in testem mendacij, sed in testem, quod fiet aliquod peccatum, quod cum sit veniale, facit iuramentum veniale, cũ fiat iniuria leuis Deo, circa quod videatur S. Th. 2. 2. q. 89. art. 3.

Na. c. 12. num. 28. Sot. lib. 7 de iust. q. 1. art. 3 Alc. vbi sup. Cai. ver. votum.

4 Quarta Conclusio. Qui facit votum nunquam peccandi, non tenetur illud seruare cum (loquendo moraliter) sit impossibile non peccare aliquando saltem venialiter, vt constat ex eo, quod dicitur in Concilio Mileuit. & Trident. & ideo ille, qui nunquam peccare venialiter promisit, ad nihil tenetur, ratione huius voti, cum sit nullum, vnde sequitur, quod ille, qui vouet cõfiteri omnia peccata venialia, solum tenetur facere, quod in se fuerit, vt occurrant memoriæ, & hoc modo intellectum votum est bonum, & possibile, vt tenet Aragon. 2. 2. q. 68. art. 2. Hinc sequitur etiam, quod ille, qui promittit, quod nunquam peccabit venialiter in aliqua materia, scilicet, quod non mentietur quouis loco, tenetur seruare hoc votum, cum eius obiectum sit bonum, & possibile moraliter cum diuina gratia.

5 Quinta Conclusio. Si quis vouerit se nunquam peccaturum mortaliter, ex sua natura validum est hoc votum; hæc conclusio est contra Nauarrum; qui insinuat esse inualidum, quia est de re nimis difficili: nostra vero conclusio probatur, cum hoc votum tendat ad bonũ, & eius implementum sit bonum cũ diuina gratia, quam Deus est paratus dare omnibus. Verum est tamen, quod debet consilium dari, quod non fiant hæc vota præcipue extendendo illa ad peccata cogitationum, quæ difficulter cognoscuntur, & ideo semp remanet scrupulus, si consensit, necne, & votũ debet fieri de re clara, cuius trãsgressio est manifesta, vt dicit Arag. loco supradicto.

6 Sexta Conclusio. Votum, quod sit

rerum indifferentium, vt ſunt indifferentes, non valet, nec obligat, ita vt facere hoc votum, ſit peccatum veniale. Pro cuius explicatione debet notari, quod illud dicitur indifferens, quod nec eſt malum, nec bonum, ſicut eſt non tondere barbam, nec incidere vngues tali die, aut quid ſimile, quæ quidem res ex eo quod fiant necne, non ſequitur honor Deo, nec vtilitas proximo, nec e contra reſultat in offenſam Dei, aut proximi. Quo ſuppoſito probatur noſtra concluſio, ſcilicet quod non valebit dictum votum, quia ſi fiat Deo, debet fieri alicuius rei gratæ illi, & res indifferentes, vt ſic, nec placent, nec diſplicent Deo, & cum ſint vanæ, & nullius momenti, illicitum eſt, & peccatum veniale velle cum illis honorare Deum, vouendo eas, & promittendo, vt docet Sotus. Dixi, vt ſic, quia ſi ratio ordinet eas ad aliquod bonum, valebit votum, cum tunc non ſint opera indifferentia, ſicut ſi quis vouet non tráſire per quandam viam, quia ibi eſt aliqua occaſio peccandi. Ex dictis infertur quod vota, quæ communiter faciunt mulieres, non vendi, aut ſarciendi in die Sabbati propter honorem Beatæ Mariæ Virginis, non ſunt valida, nec obligant, quia licet dicta opera referantur in bonum finem, non ideo deſinunt eſſe indifferentia, cum ex eo, quod non neât, aut ſarciant, non ſequatur vllus honor Virgini Mariæ, ſi occupentur dictæ mulieres in alia opera ſeruilia, ſi vero voueant non facturas aliquod opus ſeruile in illa die, vt ſic liberius uacare poſſint contemplationi, votum erit validum, cum dictum opus relatum in illum finem ſit bonum. Secundo infertur, quod votum non ludendi, aut non loquendi cum aliquo, aut non ludendi quoniam ludo, quia loqui, aut ludere eſt res grauis ei, qui facit, non eſt validum, nec tenetur quærere diſpenſationem, cum relatum in talem finem non ſequatur vllus honor Deo. Verum eſt tamen, quod erit validum, ſi ſuit factum, quia videbat vouens, quod ludus erat illi occaſio ruinæ bonorum ſuorum, & peccandi, & eadem ratione valebit votum, quod quis facit non ingrediendi quandam domum, ſi putat, quod ex ingreſſu eſt, aut poteſt eſſe periculum aliquod ſpirituale, vt tenent Sotus, Nauar. & Medina.

Sot. li 7 de iuſti. q. art. 3. & lib 8. q 1. ar. 5.

Sot. li. 8 de iuſti. q 1. ar. 3 c. 15. Nau. vbi ſupra nu. 28. Med. in inſtr. in pra. §. 6.

7 Septima Concluſio. Quando eſt dubium, ſi res, quæ promittitur, ſit indifferens, debet ſeruari votum, quouſque diſpenſetur in eo, quia in rebus dubijs, pars ſecurior debet eligi, ſic enim tenent Sotus, Silueſt. & Nauar. Eſt que notandum, quod ſicut votum rei indifferentis non obligat, ſic iuramentum aſſertorium rei indifferentis non obligat; ſicut quando quis iurat facere rem, quæ de ſe nec eſt bona, nec mala, & ideo ſine diſpenſatione poteſt, qui iurauit, frágere dictum iuramentum, vt dicunt Sotus, & Aragon.

8 Octaua Concluſio. Valet votum factum de rebus, quæ de præcepto diuino, aut naturali obligant nos; eſtq; proprie votum, cum ſit proprie & vere promiſſum afferens ſecum diſtinctam obligationem ab obligatione præcepti, & ideo neceſſario debet explicari in cóſeſſione, ſi frangatur, hæc autem concluſio D. Tho. Aragon, & Nauar.

D. Th. 2. 2. q. 88. ar. 2. Nau. vbi ſupra nu. 35. & 36. Arag vbi ſupra

9 Nona Concluſio. Quamuis homo eiuſdem rei faciat mille vota, non committit niſi vnum peccatum prętereúſ ea vota: & ratio eius eſt, quia votum ſecundum eiuſdem rei non addit aliquam obligationem diſtinctam à voto primo, ſed ſolum eſt quædam confirmatio primi voti. Nec obſtat, quod votum addit obligationé obligationi præcepti, quia præceptũ eſt diſtincta res a voto, quia qui frãgit pręceptum facit contra virtutem, vt accidit in eo, qui committit peccatũ fornicationis, quia facit contra virtuté temperantiæ; qui vero vouet, & frangit votum, facit contra diſtinctam virtutem, quæ eſt religio, ſic. n. dicunt omnes communiter, vnde Angles, qñ dicit grauius peccare illum, qui frangit rem, quam ſæpius deuouit, quam illum, qui ſemel eam ſolum deuouit, debet intelligi de grauitate non mutante ſpeciem pecca-

Angl. de voto. diff. 5.

ti, cum nō ducat secum, distinctam malitiam, quam si semel sit votares.

10 Decima Conclusio. Votum factum de aliqua re bona ob malum finem, ita vt dictus finis sit finis rei, quæ vouetur, nec obligat, nec est validum, & ideo nō valet votum, quod quis facit dādi eleemosynam, dicens, non facerem hoc votum, nisi ob vanagloriam, immo qui facit votum, sic peccat mortaliter, aut venialiter secundum grauitatē finis quod intelligitur, licet vouens non habeat propositum adimplendi promissum, quia in promisso includitur dictū propositum, vt supra dictum est; sic enim tenet Aragon, quam rationem si videret Angles, non discederet ab hac opinione.

11 Vndecima Conclusio. Qui facit votum faciendi aliquam rem bonam ob malum finem, ita tamen vt hic malus finis nō sit finis dictæ rei, sed finis solum applicationis voluntatis ad faciendum votum, valet, & obligat, licet faciēs peccet mortaliter, vt accidit in eo, qui vouit viuere religiose putans quod hoc modo habebit occasionem furandi alienum, aut in eo, qui promittit dicere tot Missas, vt obtineat præbendā, qua vult viuere luxuriose, & ideo solum teuetur facere pœnitentiam huius praui propositi adimplens votum promissum, vt dicit Angles loco sup. dicto.

12 Duodecima Conclusio. Votum factum ob malum finem, cum fit finis dicti voti, non est validum, nec obligat, quamuis deformitas, quā secum trahit finis, possit ab eius entitate separari, hęc doctrina est contra Nauar. & Arag. qui dicunt, quod si quis vouet daturum aliquando eleemosynas ob impetrandum aliquod bonum temporale, cui est annexa aliqua turpitudo, (vt si quis, dicat, promitto dare aliquem calicem alicui ecclesiæ, si Deus dederit mihi filium ex concubina, quam habeo) valent hæc vota, & obligant: & quod valeat etiam votum regis factum ad effectum obtinendi victoriā in aliquo bello iniusto, quod gerit; & ratio, in qua fundātur, est quia licet adulterium, & bellum iniustū sint res malæ, generatio tamen, & victoria secundum sui entitatem nullo habito respectu ad finem malum ex se sunt res bonæ, & ideo possunt promitti, hæc tamen doctrina mihi nunquam arrisit, quia qui peccant non vtuntur hic Metaphisicis, nec vouentes vtuntur eis, sed loquēdo communiter, & moraliter qui faciunt dicta vota, non faciunt ea, vt habeant generationem absolute loquēdo, nec ob victoriam præcise loquēdo, sed vt obtineant hāc generationem singularem, quæ in se est iniusta & illegitima, & hæc victoria eodem modo, quæ quidem res vt tales habeat suam malitiam annexam, & sunt malæ loquē do moraliter, ita vt ex eis, vt sunt tales, & singulares, non possint separari a sua malitia, quamuis loquendo Metaphisice, & speculatiue separētur. Nec mihi placet, quod dicit Ang. circa hoc punctum, s. quod opinio Nauarri procedit, quando fit votum hoc modo, ego promitto vas argenteum templo diuæ Mariæ, si habuero generationem ex mea concubina, non vero quando dicitur, promitto vas argenteū, vt Deus det mihi dictam generationem quia in votis magis debet inspici intētio facientium, quam verba, quæ dicunt; & licet dicta verba sint distincta, intentio tamen videtur esse eadem, & ideo non admittit dictam differentiam Ang. Sot.

13 Decimatertia Conclusio. Votum factum de rebus oppositis materiæ cōsilij non est obligatorium, quia est contra charitatem, sicut si quis promittat non mutuare non fideiubere, sic enim tenēt Caiet. & Nauarr. & idem debet dici de iuramento facto in hac materia, vt dicunt S. Tho. & Coua. qui dicunt, quod facere dictum votum solum est peccatum veniale, quod intelligitur, quando votum est impeditiuum maioris boni, vt dicit So. & etiam intelligitur, quādo quis absolute promittit non fideiubere pro alio, nec mutuare alteri non vero, quando quis promittit non mutuare talib. personis, quia quamuis mutuum dare, &

Nau. vbi supra num. 3. Arag. vbi supra fol. 580. col. 1.

Angl. vbi supra conl. 6. Sot. li. 7. de iusti. q. 1. ar. 3. p. 597.

D. Th. 2. 2. q. 87 ar. 7. Cou. in c quamuis pactum 1. p. § 6. n. 7. Sot. li. 8 de iusti. q. 3. col. 17.

re, & fideiubere sint opera charitatis,& consilij, mutuum tamẽ dare aliquib. personis quodã tempore, aut loco non conuenit; & ideo potest esse votum validũ non mutuandi illis considerato supra dicto. Hinc infertur, quod licet facere votum non vouendi absolute sit inualidũ, facere tamen votũ non vouendi nisi capto consilio cum homine docto, aut cõsideratis aliquib circunstantijs concernentibus remediũ animæ, est actus validus, vt post alios affirmant Sotus, & Arag. & vouendo non consulto negocio cum dicto homine docto, nec obseruando dictas circunstantias non solum peccat grauiter perfringendo primum votum, sed etiã dictum votum est inualidum: quod intelligo esse verum, licet putet contrarium Arag. qui fatetur peccare, dicit tamen valere votum, cuius fundamentum est, quia votum de iure naturali, & diuino obligat, & nullus positis certis circunstantijs potest illud frangere; cui rationi resp. quod votum obligat de iure diuino, & naturali, secundum intentionem promittẽtis, vnde qui vouet sine dictis circunstantijs nulla habita super ijs consideratione, non valet votum quod facit, nec peccat mortaliter, cum quando fecit illud, non fuerit recordatus primi voti, & si fuisset recordatus, non fecisset illud. Hinc sequitur, quod si fuit recordatus dictarum circunstantiarum & hoc non obstãte fecit aliquod votum, tenetur illud adimplere, cũ non obstante hoc voluerit realiter obligari, & in hoc casu puto loqui Aragonem.

Sot. vbi sup. Arag. vbi supr.

14 Decimaquarta Conclusio. Votum, quod quis facit rerum, quæ impediunt bona consilij, secundum suam naturam, est inualidum, & ideo non valet votũ, quod quis facit contrahendi matrimonium, cum impediat virginitatem, & ingressum religionis, res quidem laudatas & commendatas a Deo, sic enim tenent Pan. Sotus, & Caiet. Verum est tamen, quod si quis facit votum contrahendi matrimonium quia sentit se fragilem, valebit votum, & tenetur adimplere ad euitanda peccata, quę sua fragilitate solet committere, sic enim tenent Caiet. & Nauarr. quam opinionem sequor contra Sotum, cuius opinionem putat probabilem Arag. Nec obstat fundamentum Soti, scilicet, quod hoc votum semper est impeditiuum maioris boni, cum sic vouens non possit ingredi religionẽ; quia ad hoc respondeo, quod qui promittit matrimonium, vt vitet peccata fornicationis, quæ committit sine fractione huius voti, potest ingredi religionem, quia votum debet regulari secundum intentionem facientis; at qui fecit, fuit, vt vitaret fornicationem in statu coniugij, quod multo melius vitatur in statu religionis, in quo debet promittere castitate, & in quo erit magis remotus ratior a periculis, quæ solent esse in sæculo, quibus sæpe etiam coniugati, & studiosi solent subiacere: & etiam quia clarum est, quod qui facit votum alicuius rei ordinatæ ad aliquem certum finem, sua propria authoritate potest illud commutare in aliam non solum, magis gratam Deo, vt est ista, de qua agimus, sed etiam æque gratam ordinatam ad eundem finem: hęcque responsio notetur, quia ego a nemine vidi illã tangi.

Pan in c. si vero de iure iur. Sot. vbi sup. ar. 3. co. 15. Co. vbi sup.

15 Decimaquinta Conclusio, Licitum est votum non acceptandi Episcopatum, vt resoluit Sotus; & ideo qui fecit dictum votum, non solum tenetur non procurare dictam dignitatem, sed non acceptare illam quantum in se fuerit. Verum, quia eiusmodi possunt occurrere circunstantiæ, vt sit necesse acceptare illum, tunc securius erit obtinere dispensationem voti.

Sot. li. 1. de iust. q. 2. a. 2. a. ad 3.

16 Decimasexta Cõclusio. Monachus Charthusianus, qui promittit non comedere carnes per totam suam vitam, vt in regula continetur, in articulo mortis existẽs, si habeat alia, quæ possit comedere, nõ potest vesci carnibus, quamuis sit in loco secreto sub pęna peccati mortalis; si vero nil aliud habeat, de quo possit sustentari, tenetur comedere carnes, quia alias esset sui violentus occisor: hoc colligitur ex his, quæ tradit Nau. hocque debet teneri, quãuis loquendo de hoc pręcepto

Nau. vbi su n. 77.

cepto sint varij doctores, quia Medina dicit absolute, quod tempore necessitatis potest dictus monachus, non obstante dicto statuto comedere eas, si dentur ei secreto, vt vitetur scandalum, cui opinioni consentit Gerson, & Beluisius monachus eiusdem religionis videtur eandem tenere; nostra vero concl. probatur, quia monachus Cartusianus, quando promittit non comedere carnes, non promittit id ratione sui solum, sed ratione conseruationis totius religionis, quã tenetur custodire, & conseruare, licet sit cum periculo vitæ propriæ, & etiã quia secundum id, quod ordinarie accidit, non moriuntur hac de causa. Hinc sequitur, quod aliqua persona particularis etiam in necessitate constituta, quæ faciat dictum votum, non tenebitur ad illud cum fecerit votum ob suam propriã vtilitatem, & non ob vtilitatem alicuius communitatis sanctæ, & approbatæ ab ecclesia. Cum supradicta in generali sufficiant, veniamus ad particularia vota, vt est votum Religionis, & Castitatis, ac etiam votum eundi Hierusalem, de quibus omnibus tractabimus tribus sequentibus capitibus.

Ger. in trade abit cartus. Belu. ceremoniali dictæ religionis c 122 n. 8. f. 137. p. 2.

De voto Religionis. Cap. XCVII.

SVMMARIVM.

An sit licitum inducere aliquẽ ad vouendum Religionem. con. 1. num 1.

An vouens Religionem possit exire ab ea cum causa existens in anno nouitiatus, conc. 2. num. 2.

An vouens Religionem particularem teneatur ingredi illam, si non obseruatur regula conc. 3. num. 3.

An vouens Religionem excalciatorum D. Francisci possit capere habitum in domibus obseruantiæ ibid.

An qui vouit Religionem indeterminate, si non recipiatur in vna, teneatur aliam ingredi. conc. 4 num. 4.

An vouens Religionem remaneat liber ab ea si reijciatur in anno nouitiatus ob aliquam infirmitatem. con. 5. num. 5.

An vouens ingredi religionem in dubio intelligatur vouisse professionẽ. conc. 6. n. 6.

An qui prius vouit solum ingredi religionem & postea ingressus vouit professionem & committat duo peccata exiens a dicta religione. conc 7. num. 7.

An qui promittit simpliciter ingredi religionem satisfaciat capiens habitum ordinum militarium conc. 8. num. 8.

An qui promittit D. Francisco ingredi eius religionem si Deus aliud non ordinauerit, remaneat obligatus, & quomodo debeat interpretari hæc promissio. concl. 9. num. 9.

An qui promittit esse religiosum chori sit liber a voto ignorans Grammaticam, concl. 10 num. 10.

An monachus eiectus vt incorrigibilis a religione teneatur seruare præcepta regulæ, concl. 11. num. 11.

An qui profitetur in aliqua religione cum intentione seruandi regulam eo modo, quo seruat communitas, remaneat per hoc liber a seruandis præceptis, quæ obligant ad mortale conc. 12 num. 12.

1 PRima Conclusio. Laudabile est inducere aliquem, vt ingrediatur religionem, vt dicit S. Tho. non est vero licitum facere, vt voueat religionem, vt affirmat Caie. cum experientia doceat difficilius ferre onera religionis illos qui ingressi sunt coacti voto, quàm qui ingrediuntur liberi, & sine voto, vt dicit Nauarr. ca. 12. num. 46.

D. Tho. 2. 2. q. q. 129. ar 9 vbi Cai 2. 2.

2 Secunda Conclusio. Licitum est vni promittere ingressum religionis, & qui promittit hoc cum intentione probandi eius asperitates, & exire ab ea, cũ nõ possit eas perferre, nõ tenetur ad plus: qui verò promittit simpliciter religionẽ nõ poterit sine causa exire ab ea existẽs in anno probationis, erit vero causa sufficiẽs ĩfirmitas perpetua, vel experiri, quod si profiteatur, non poterit ferre onera religionis vt post S. Thom. tenent Sotus, Aragon, & Nauarr. nec hic tenebitur exiens a religione seruare castitatem, cum eã adhuc non promiserit, & ideo poterit ducere vxorem, & non peccabit con-

D. Tho. 2. 2. q. 180. ar. 4. Soto vbi sup. art. 1.

Art.2.2. q.88.ar. 3.Na.l. 3.cõs.ti. de voto consil. 29. fol 319.

consummans matrimonium, si remansit liber a dicto voto, quia causæ, ob quas exiuit a religione, impediunt ingressum cuiuscunq; religionis; si vero potest ingredi religionem aliam, promisso quod ingrederetur religionem absolute, peccat non solum contrahens matrimonium, sed & consummans illud, vt in eius materia diximus, & nota, quod qui promittit, quod morietur in religione, videtur promittere, quod ingrederetur religionem, quia vouit aliquid, quod includit ingressum religionis, vt dicit Nauarrus.

Nau l.3 cõsi. tit. de voto cons.13. fo. 315.

5 Tertia Conclusio. Qui promittit ingredi religionem, non tenetur ingredi religionem, in qua non seruatur regula, si habuit intentionem, quando vouit non ingredi nisi illam, etsi non sit spes, quod breui reformabitur, nec tenetur ingredi aliam, cum non habuerit intentionem promittendi hoc, vt dicit Ioannes de Maiol. Verum tamen est, quod vt satisfiat voto, sufficit, quod inueniat aliquod Monasterium, in quo licet non sit reformatum, viuatur cum timore fidei, & in custodia votorum essentialium, licet in votis non essentialibus non sit illa regularis disciplina, quæ conuenit, vt tenent Caiet. & Nauar. Et hinc sequitur, quod si fecit votum ingredien di in monasteria excalciatorum nostræ sacræ religionis non sati, faciat capiens habitum in domibus obseruantiæ, & profitens in illis peccabit, quamuis valebit professio, vt dicit Corduba; quod intelligitur de excalciatis, qui viuunt in prouintijs separatis per se, quia si non in tellexit de illis, sed de recollectis, poterit profiteri in obseruantia cum intentione transeundi ad recollectos, qui viuunt in eadem Prouintia Obseruantiæ.

Maiol.i 4.d. 38. q.20.

Cai.2.2. q.189.2. 3.Na.v. bi supr. num. 4. Cor. de casib q. 130 fol. 403.

4 Quarta Conclusio. Certum est, quod qui promittit determinate aliquam religionem, si nolint superiores eum admittere in ea, remanet liber, & non tenetur aliam ingredi; qui vero vouit religionem, ita vt principaliter non habuerit intentionem ad ordinem determinatum, quamuis habeant intentionem ad aliquem in particulari ob affectum, vt in ipso recipiatur, si in eo nõ recipitur, tenetur ingredi aliam ex reliquis. Non tenetur autem ire ad monasteria, quæ sunt in prouintijs extra illud Regnum, nec ad omnia monasteria Regni, sed sufficit ire ad aliquot, & colligere ex dictis, quod in nullo recipietur; ratio est, quia votum, & eiusdem obligatio est actus moralis, vnde moraliter secundum arbitrium boni, & prudentis viri, vt dicit Sotus; & Nau. debet intelligi. Et nota, quod si habuit propositũ ingrediendi vnicam tantum religionẽ, & non admittitur in ipsa iam satisfecit voto. quod est adeo verum, vt remanens in sæculo possit contrahere matrimonium, nisi quando vouit religionem, habuit etiam intentionem vouendi castitatem, vt dicu nt ijdem DD.

Sot.li.8. de iust. q.2.a. 3. ver.3.ad 4.Na. c. 1.n. 46. Sot.vbi sup.ar.3 col. 16. Na. vbi su.n.84.

5 Quinta Conclusio. Quid fecit votũ religionis, & post receptum habitũ eijcitur ab ea, quia habeat aliquam perpetuam infirmitatem, aut aliquam infirmitatem contagiosam, non remanet obligatus ad religionem, nec procurare quod admittatur denuo, cum infirmitas eius sit perpetua; si vero infirmitas est temporalis, tenetur finito hoc impedimento redire ad petitionem habitus, vt dicit Sot. sicut ille etiam, qui fecit votum religionis, & fuit semel eiectus a monasterio, aut Prouintia petens habitum nouitij tenetur iterum petere habitum in ea; quia licet prima vice noluerint illi habitum Monachalem conferre ob aliqua inconuenientia, quæ erant, postea potest esse, quod cessent dicta inconuenientia, & illi conferatur; hoc vltimum est contra Caietanus, & Aragon, quod probatur, quia vt dicit Redemptor noster per S. Ioannes, duodecim horas habet dies, & poterit esse, quod tunc non admiscerint illum ob aliqua inconuenientia, quæ postea cessauere, & sic rediens voti sui cõpos fiat; & etiam quia sępe dimittuntur petentes habitum, non quia nolint eis dare, sed ad probationem firmi propositi. Et nota, quod iuuenis, qui fecit

Sot. vbi sup.ar.1 col. 14.

Cai.2.2 q.88.ar. 3. vbi Arag.

votum in Hispania esse Laicum, seu Cõuersum excalciatorum nostrę religionis D. Francisci Prouinciarum Reformatarum Hispaniæ, si incidet in morbũ gallicum si auferatur illi habitus, esse liberum a voto, quamuis curetur per sudores, & sanetur, quia qui habuerunt similem morbum, nunquam remanent perfecti, sed potius remanent debiles, & insufficientes ad labores religionis, præcipue si capiant habitum Laicorum, quorum officium est labor corporalis Secũdo, quia status excalciationis ducit secum multam nuditatem, & paucam defensionem contra frigus tam in vestibus, quam in cibo, & frigus est nimis cõtrarium huic morbo, cum iudicio medicorum huiusmodi infirmitas sæpe gignatur ex sola frigiditate sine vllo apparatu ex parte subiecti; & in hoc casu videtur esse appatatu, cum habuerit prius morbum, & ideo facile cum frigore redibit.

6 Sexta Conclusio. Qui promittit religionem, & dubitat, an vouerit profiteri in ea, debet intelligere, quod vouit profiteri: primo quia videtur vanum votum, quod quis facit ingrediendi religionem sine intentione eam profitendi, vt dicit Sotus. Secundo, quia hoc est securius, vt dicit Nauarrus, & in dubio securus est eligendum.

Sot. vbi sup. ar. 1 col. 19. Nau. l. 3 consi. tit. de voto consi. ti. 18. fol. 303.

7 Septima Conclusio. Qui promittit solum ingredi religionem, & post ingressum promittit profiteri in ea exiens committit duo peccata contra duo vota distincta, quia distinctum est votum religionis ad probandum eam a voto religionis ad profitendum in ea; si vero simpliciter vouit religionem, quia in hoc voto includitur professio, quamnis postea denuo faciat votum profitendi, non committet duo peccata, cum secundum votum expressum non fuerit, nisi confirmatio primi voti impliciti. Et notetur, quod qui expresse fecit votum ingrediendi religionem, & profitendi in ea, obtinens dispensationem voti dicens in supplicatione, quod fecit votum ingrediendi religionem, & tacens, quod etiam promisit profiteri in ea, dispensatio est subreptitia, vt dicit Nau. ratio est, quia, quamuis in dubio, qui promittit ingredi religionem, videatur promittere profiteri in ea, hoc tamẽ votum potest habere duos intellectus vt supra diximus: Primus, quod promittat ingredi religionem, vt probet eius asperitates in quo facilius dispensabit Papa, quam in alijs ingrediendi est religionẽ, & profitẽdi in ea, qui est secũdus sensus.

Na. vbi sup. c. 12 n 47 ibi 3. quod qui mouet.

8 Octaua Conclusio. Qui promisit simpliciter ingredi religionem, non satisfacit capiens habitum Equitum militaniũ D. Iacobi, Alcantarę, & Calatrauę, quia hi ordines militares quo ad hos equites, qui possunt cõtrahere matrimoniũ, non dicuntur verę religionis. Verum est tamen, quod ecclesiastici in ordinib. sacris, & deputati pro choro dictorum ordinum sunt verè religiosi; sicut sunt equites D. Ioãnis Hospitalis Hierusalem, cũ promittant tria vota essentialia; & ideo capto habitu ecclesiasticorum dictorũ ordinum primorum, & Montesę & profitendo in religione D. Ioan. non est dubium, quin satisfecerit, qui fecit votum religionis, vt colligitur ex his, quæ tradunt Sotus, Corduba, & Nauar.

Sot. li. 7. de iust. q. 5 ar 3 ad 2. cord. de casib. c. 178 Na. de reditibus eccl. in fin.

9 Nona Conclusio. Qui promittit D. Francisco ingredi eius religionem, in Deus aliud ordinauerit, non constando de eius intentione, consideratis solum verbis voti, possunt esse duo sensus: primo si Deus non impediuerit aliqua infirmitate, aut simili impedimento, in quo casu si accedat faciens votum ad 17. & 18. annos, statim cessante hoc impedimento tenentur adimplere votum: melius tamen erit addiscere Grammaticã, si habuit intentionem promittendi se esse religiosum assistendi choro, & expectare vsque ad 25. annos, vt sic melius seruiat Deo, & religioni, dummodo non ducat vxorem, & tali statu impediat ingressum religionis. Secundus sensus verborum est, si Deus non ordinauerit aliud, s. conueniẽtius animæ meæ, in quo casu debet consulere homines graues, & sapientes ordinis

nis D. Francisci, & manifestare illis propriam inclinationem interrogans illos, qui status illi melior correspõdeat, quia non omnes status sunt omnibus conuenientes; & videat, ne decipiat eum proprius amor: vnde est melius commutare hoc votum authoritate Papç, & etiã quia regulariter loquendo nullam rem ordinabit Deus melius animæ suæ, quã ingressum religionis, vbi tam vere potest tradi spirituali contemplationi, vt colligitur ex his, quæ tradit Sot. & tenet Corduba.

Sot. in 4 d.10.q.2 art. 2. f. 186. Cord. de casib q. 30. f.95.

10 Decima Conclusio. Qui facit votum vt sit religiosus chori, & bona fide credit non esse necesse scire Grammaticam, non tenetur addiscere eam, si aliter nolunt eum admittere, nec tenetur capere habitum laicorum, sed potius in totum remanet liber à voto; & ratio est, quia ignorantia excusat eum, quæ fecit, vt votum non esset voluntarium; si vero absolute promisit religionem, & non ignorat esse necessariam Grammaticã, vt admittatur in ea, vt monachus chori tenetur aut addiscere Grammaticam, aut capere habitum laicornm religiosorum, vt colligitur ex traditis à S. Th. 2. 2.q.88.ar.1.ad 2.

11 Vndecima Conclusio. Monachus, qui ob suos prauos mores, & incorrigibilitatem est eiectus à religione, non tenetur seruare præcepta regulç, nec obedientiam, nec paupertatem. Verum tamen tenetur ad votum continentiæ, ita vt non solum peccet contra præceptum Dei, si sit incontinens, sed etiam contra votum, quod fecit; vnde tenetur confiteri hanc circunstãtiam: remanet etiam inhabilis ad contrahendum matrimonium respectu voti solemnis, vt colligitur ex his, quæ tradit Sotus li.8.de iusti. q.2.ar.1.conf.1.

12 Duodecima Conclusio. Non excusatur ab obseruatione præceptorũ suorũ regulæ, quæ obligant ad peccata mortalia, frater, qui vouit in aliqua religione, in qua communiter dicta præcepta nõ custodiuntur, quamuis habuerit intentionem, quando professus fuit, solũ obseruare regulam, vt ab omnibus seruatur communiter; hæc conclusio est Nauar. quam putat Ludouicus Lopez nimis scrupulosam, non limitans eam secundum mentem Nauar. alibi, qui dicit, quod qui profitetur in monasterio relaxato sine præmeditatione præceptorum ordinis dicti monasterij, aut nõ habens intentionem obligandi se ad ea, tenetur mutare intentionem, & custodire dicta præcepta, aut profiteri iterũ, quod intelligitur, quo ad vota essentialia, & non quoad obseruationes accidẽtales, quæ iam sunt ablatæ, aut mitigatæ per priuilegia; aut consuetudinem, quãuis nõ immemorabilem, rationabilem tamen, & ita antiquam, vt sufficiat ad modificandum dictas obseruationes, quod accidit in maiori parte Christianitatis, & sua Sanctitas cognoscit, & tolerat, & per consequens videtur dispẽsare in eo secundum quandam doctrinam cuiusdam glo. singularis, in c. quare de consãguin. & affinitate.

Nau. ca. 12. Lop. in inst. con sc. 1. p. c 41. col 339.

De voto virginitatis, castitatisque. Cap. XCVIII.

SVMMARIVM.

An, qui vouet virginitatem peccet contra hoc votum, quoties habet actum carnalem, concl. 1 nu. 1.

An votum non contrahendi matrimonium includat votum castitatis, conclu. 2. nu. 2.

Quod votum faciunt equites ordinis militaris, scilicet castitatis coniugalis. concl. 3 nu. 3.

An qui recipit ordinem sacrum, faciat votum castitatis conc. 4. nu. 4.

Qui possit dispensare in voto castitatis, cõclu. 5 nu. 5.

1 PRima Concl. Qui vouet virginitatem animo seruandi eam perpetuo, peccat mortaliter quoties habet actum carnalem: si vero promisit solum animo custodiendi sigillũ

virgineum solum frăgẽdo illud semel, non peccat contra dictum votum, quoties præter illam primam vicem exercet actum carnis, vt colligitur ex his, quæ tradunt S. Tho. Sot. & Nau. Illud vero sciendum est, quod si absolute promittit virginitatem, peccat contra votũ nõ solum quando amisit virginitatem, sed etiam quando exercet postea actus carnales, quia hoc votum ex sua natura negat omnem actum carnalem; vt dicunt Caiet & Lud. Lop. & hinc infertur, q; si contrahat matrimonium, non solũ peccat consummans matrimonium, sed ẽt post, quoties petierit debitum, quod non accidit, quando solum habuit animum promittendi virginitatem, & non castitatem, quia in hoc casu licet peccet contrahens, & consummans matrimonium non amissa virginitate, post consummationem tamen matrimonii, nec peccat petens, nec soluens debitum.

D.Th. 2. 2. q. 88. art. 3. ad 2. Sot li. 8 de iusti. q. 2. 1 cõ cl. 7. Nau. ca. 12. n. 43 Caie. 2. 2. q. 88. Lop. in inst. con sc. 1 p. c 35. colũ. 279.

2 Secunda Conclusio. In voto non cõtrahendi matrimonium non includitur votum castitatis, & ideo homo, aut mulier, qui promittunt nõ contrahere matrimonium, si exerceat aliquem actum carnalem, non committunt sacrilegiũ, vt post Siluestrum tenent Sotus, Nauarrus, & post Aragon, quod intelligitur, nisi qui vouit, habuerit animum vouẽdi perpetuam castitatem, quia in hoc casu semper fornicans peccat contra votum, & in eo non potest dispensare Episcopus, nec potest commutari per Bullã Cruciatæ, sicut potest dispensari ab Episcopo in primo casu, & cõmutatur per Bullam Cruciatæ in Regnis, quibus conceditur.

Sot in 4 d. 38. q. 2. ar. 1. Nau. d. c. 12. nu. 43. Arag. 2. 2. q. 88. ar. 3.

3 Tertia Conclusio. Votum, quod faciunt equites D. Iacobi Calatrauæ; & Alcantaræ, scilicet seruandi castitatem coniugalem, consistit in seruanda fide suis vxoribus, & in non cognoscendo aliam; & si eques fuerit solutus, tenetur abstinere ab omni copula carnali non solum ob præceptum legis diuinæ, sed etiam ob præceptum voti castitatis, qđ fecit. Hinc infertur hos equites, si habeant rem cum alijs mulieribus teneri explicare se esse professos in dictis religionibus, quia hæc circunstantia non solum aggrauat, sed etiam mutat speciem peccati; & si cum suis vxoribus habuerint actus impudicos cum pollutione extra vas, & cum periculo eius, quæ sunt peccata mortalia, & prohibita, tenentur confiteri dictam circunstantiam, cum ratione dicti voti obligauerint se ad agnoscendas vxores habentes cum illis actus communes in simili actu sine peccato mortali, sic enim tenet Ayala in explicatione regulæ D. Iacobi.

Aayala ĩ cõp. regu. ordi. milit. D. Iacobi. 1 p. fol. 6.

4 Quarta Conclusio. Certum est, quod in receptione cuiusuis ordinis sacri fit votum solemne continentiæ, non explicite sicut in professione cuiuscunque religionis approbatæ, sed implicite in voto obedientiæ, quam faciunt, vt resoluunt Caietanus, Castrus, & Couar. & qui recipit ordinem sacrum sine intentione seruandi continentiam, non potest contrahere matrimonium, & si contrahat matrimonium, est nullum, vt definitum est in Iure Canonico confirmato à Concilio Tridentino. Et nota quod ille, qui recipit ordinem sacrum cum metu iusto, recipit characterem, non remanet tamen obligatus ad votum continentiæ, quia non est votum, vbi non est voluntas, sic enim tenet Nauarrus post alios. Et nota etiam, quod, qui recipit ordinem sacrum ante vsum rationis, non tenetur custodire castitatem, si quando accepit ordinem, ignorauit, quid faceret; & quia recepit characterem, conuenit quod habito vsu rationis detur illi eligendum, an velit perseuerare in ordine sacro, & seruare castitatem, & si nolit obseruare eam, remanet suspensus ab officio suo, & poterit contrahere matrimonium, vt dicunt Sotus in 4. d. 38. quæst. 5. artic. 5. & Angles de sac.

Cou. ĩ 4 2. c 6 § 3 c. 1. & 2 qui clerici vel vouẽtes Cõc Tr. sess. 23. c. 13. Na. d. c. 12. n. 51. & c 22. nu. 51.

5 Quinta Concl. Papa solũ põt dispensare in voto castitatis perpetuæ, quam potestatem non habet Episcopus, vt dicit Greg. Lopez cum communi. Verum est tamen, quod põt dispensare in castitate

tate temporali; & ideo potest dispensare cum illo, qui promisit custodire castitatem per annum, vt dicunt Sotus, & Nauarrus, post Siluestrum; & potest dispẽsare cum eo, qui fecit votum nunquam contrahendi matrimonium, vt dicit idẽ Sotus, & Nauarrus; quia hic non vouit castitatem, vt supra dictũ est; & potest dispensare cum muliere, quæ fecit votũ esse conuersam monialem in sæculo, cũ hoc non sit votum religionis; & potest dispensare etiam cum eo, qui promisit ingredi aliquam religionem minus arctam, vt possit ingredi aliam laxiorem; quia hoc non est dispensare in voto religionis, sed in modo, & qualitate, vt aduertit Sotus, & tenet Aragon. ita vt si Papa commutauerit votum religionis in alia opera pœnitentiæ, possit Episcopus commutare hæc opera in alia, vt dicunt ijdem Silu. & Arag. potest etiam dispensare in voto, quod quidam fecit esse clericum, quia hic etiam non promittit castitatem.

q.5.3. Ara. 2. 2. q.82. ti. 1: pa. 1044 Sil vbi sup §.7 Arag. vbi supr.

De voto Hierusalem. C. XCIX.

SVMMARIVM.

Quis possit dispensare, & commutare votum eundi Hierusalem concl. 1. nu. 1.
An tale votum factum in pœnam possit cõmutari ab ordinario. concl. 2. num. 2.

1 PRima Conclusio. Quando hoc votum fit ad succurrendum domui, & terræ sanctæ, nulli dubium est, quin commutatio, & dispensatio eius pertineat ad Papam, eo quod est negotium tam laudabile, & meritorium, vt resoluit Castrus, & contra hæreticos declarat eleganter Ioannes de Gadato; cum vero tantum fit ad visitandum terram sanctam cum deuotione, & reuerentia, Episcopus potest commutare de iure, vt dicit Abbas, nunc vero secundum stylum Romanæ curiæ solus Papa dispensat in eo, & commutat, vt tenent Silu. Greg. Lopez, & Nau. & in concessione generali, quam concedit Sanctitas sua, vt cõmutentur vota, vt fit in iubileis, quamuis non videatur concedere facultatem commutandi vota religionis, & castitatis, videtur concedere facultatem commutandi hoc votum, nisi faciat specialiter mentionem illius, vt aduertit Sotus lib. 7. de iust. q. 2. art. 3.

Cast. ad uer. hær. ver. uo. Gad. in cõp. conc. hu ius sæcu li. tit. 3. Ab. in c. ex multa devo

Sil. ver. uo. 4 co. 5. Greg. in l. 1 8. p. 1. ver. Romer. Na c. 12 num. 75 So li 7. de iust. q. 2. ar. 3 §. 625

2 Secunda Conclusio. Votum pœnale eundi Hierusalem secundum opinionẽ hominum doctorum potest commutari ab Ordinariis, vt tenet Sotus loco dicto q. 4. art. 3. vnde infertur, quod qui facit votum eundi Hierusalem, si ludat tali ludo, ludens postea tali ludo, quãuis remaneat obligatus, potest Episcopus dispensare in eo, & illud commutare, vt dicunt Medina, & Alcocer: quia Papa reseruat sibi hæc vota castitatis, religionis, & Hierusalem, quando sunt absolute voluntaria; quando vero quis, quia abhorret ab itinere Hierusalem, & a statu religionis, pœnaliter imponit sibi hoc votum, si commiserit tale vitium, nõ est tale votum reseruatum, nec proprie est votum religionis, & Hierusalem: quamuis autem hæc opinio sit multum probabilis, ego dubitaui de illa in explicatione cruciatæ; & nunc pro resolutione dico, quod in his votis pœnalibus debet inspici intentio vouentis, scilicet, si facit ea deuotione, an vero pro pœna delicti sui, vt aduertit Corduba de casib. q. 52. quia si faciat hoc deuotione mediante, sunt vota conditionalia, & adimpleta conditione, remanent vota absoluta, in quibus solus Papa potest dispensare; si vero facit ea in pœnam, sunt pœnalia, & in ipsis habet locum ratio dictorum patrum, & sequenda eorum opinio tanquam probabilis, vt aduertit Arag. & hoc modo remanent aliqualiter concordatæ opiniones contrariæ, quas super hoc puncto refert Couarr. in c. quãuis pactum 1. q. §. 3. nu. 12.

Ar. 2. 2. q. 125 23 p. 1043.

De votis tribus Religiosorum vide sup. cap. 33.

De

De voto quo ad causam finalem.
Cap. C.

VMMARIVM.

An causa finalis voti debeat esse Deus. conclus. 1. num. 1.

An votum possit habere aliam causam finalem concl. 2. num. 2.

1 PRima Conclusio. Votum, vt sit verũ, & valeat, debet fieri Deo tanquam causæ finali, quia omne votum tacite, vel expresse, mediate, vel immediate fit Deo, vt dicit S. Tho. Et hinc colligitur, quod qui dicit alteri, ego promitto tibi, quod non ludam cũ N. per hæc verba non videtur votum facere, quia hoc promissum nec mediate, nec immediate fit Deo, nec refertur in illum, vt dicit Nau. Infertur etiã, quod vota, quæ fiunt Beatæ Mariæ Virgini, & Sanctis tanquam intercessoribus, & mediatoribus coram Deo sunt vera vota, cum referantur in Deum, & etiam valent iuramenta facta sanctis, sic enim tenent Cord. lib. 1. qq. q. 5. dub. 6. Aragon. 22. q. 88. art. 5. Med. in instructione; estque communis omnium Theologorũ.

D. Th. 2. 2. q. 88. a. 5. ad 5.

Naua c. 13 n. 25.

2 Secunda Conclusio. Quamuis causa finalis, & principalis voti sit Deus, habet etiam aliam causam secundariam finalem, quod accidit, quando quis dicit, Promitto Deo, quod ieiunabo omnibus diebus Veneris, si præseruauerit me ab hoc periculo, quod non promitterer, si non esset ob hunc finem, & cessante hac causa, hoc est, deficiente hac conditione voti sine culpa eius, qui fecit illud, cessa ea obligatio voti, cum sit regula multum verificata ab omnibus Doctoribus, quod cessante causa finali alicuius obligationis, cessat etiam ipsa obligatio. Dixi *sine culpa eius qui fecit votũ*, quia qui facit apponens conditionẽ, cuius implementum ipse impedit, frangẽdo postea votum, peccat mortaliter, secundum Ricardũ. Vnde infertur quod nõ est liber ab obligatione voti, qui promisit Deo aliquod, si præseruaret eum a quodam peccato, si ipse ex sua parte nõ adhibuit media necessaria, ne incideret in illud: quia si non fuit impleta hæc cõditio, non fuit ob defectum auxilij specialis Dei, quod est paratus dare, & nõ negat etiam grauissimis peccatoribus, sed quia qui fecit votum, non fecit ex parte sua, quod debebat, sed restituit Spiritui Sancto, vt dicit Nauar. sequens Ricard. Estque aduertendum alias causas minus principales esse, quæ licet nõ sint finales voti, sunt tamen causæ impulsiuæ, & motiuæ, quæ quamuis cessent, nõ cessat obligatio voti, vt accidit in eo, qui vouet ieiunium, vt debilitet corpus, & sic mitiget motus eius, quæ quidem causa, licet cesset, eo quod caro sit pacata, non cessat obligatio facta Deo, vt causa finalis eius; sic enim dicunt omnes doctores allegati.

DD. in l. 1. §. fi. ff de donat.

Ric. in 4 d. 38. ar. 3. qu. 3.

Nau. vbi sup. 42.

De voto quo ad obligationem.
Cap. CI.

SVMMARIVM.

An omne votum factum Deo obliget ad mort. concl. 1. nu. 1.

An non satisfaciens in minima parte illius quod promisit, peccet mortaliter. concl. 2. num. 2.

An peccet quem penitet fecisse votum conclus. 3. num. 3. & seq.

An opus factum ratione voti cum tristitia & dolore sit magis meritorium, quam illud sine ratione voti. concl. 4. nu. 4.

An qui dubitat probabiliter fecisse uotum, teneatur adimplere illud concl. 5 nu. 5.

An qui fecit votum dandi aliquid puta calicem alicui ecclesiæ possit commutare in aliud opus aque pium. concl 6 nu. 6.

An, qui facit de nouo aliquod votum, eo quod putabat antea fecisse illud cũ reuera nõ fecerit, teneatur ad ilud. cõc. 7. n 7

An iuuenis 12. annorum, qui facit votum ieiunandi omnibus diebus vitæ suæ, teneatur illud adimplere. concl. 8. num. 8.

An

1 PRima Conclusio. Negotium est satis verificatum, & certum in sacra Scriptura, quod omne votum factum Deo, debet impleri sub pęna peccati, vt resoluunt S. Thom. Sotus; & Castrus. Estque aduertendum, quod votum rei leuis, quamuis dicta res leuis sit tota materia eius, non obligat ad sui obseruantiam sub pęna peccati mortalis, & ideo non peccat mortaliter, qui vouet dicere salutationem Angelicam omittens illam dicere, vt tenent contra Caietanum Sotus, & Nauarrus, & Alcocer. Verum est tamen, quod qui promittit singulis diebus dicere dictam orationem, si omittat eã dicere per multum tempus, non desinit peccare mortaliter, quia licet omittere per diem dictam orationem, non sit nisi peccatum veniale, omittere tamen illam per multos dies erit peccatum mortale ob multum, in quo defecit Deo, cui promisit. Nec ego inuenio rationem, quæ conuincat me, vt affirmem, quod qui promittit dicere Rosarium integrum Beatæ Mariæ Virginis, peccet mortaliter omittens illud, & non peccet mortaliter, qui promisit dicere quotidie salutationem Angelicam omittens illam per spatium cẽtum, & quinquaginta dierum, in quibus debebat recitare 150. Aue Maria.

Eccl. c. 5.
D Th. 2. 2. q. 88. art. 3.
Sot li 7. de iusti. q. 1. ar 2
Cast. ad. uers hæres ver. vot.
Caiet 2. 2. q. 89. ar 7.
Sot li. 7. de iusti. q. 2. ar 1.
Nau. ca. 12. n. 40.
Alciat in sum. ca. 25. f. 52. col. 1.

2 Secunda Conclusio. Quando quis omittit recitare minimam partem eius, quod promisit, peccat venialiter, vt dicunt Caiet. Sotus, & Alcocer, cum hic fuerit transgressio in re leui; & certum est, quod in omnibus præceptis naturalibus diuinis præteritio in causa leui solum est peccatum veniale.

Cai. vbi sup. ar. 7 sot. vbi sup. q. 2. art. 1. & li. 8. q. 1. art. 7. Alcoc.

3 Tertia Conclusio. Qui facit votum alicuius rei grauis licitæ, & bonæ, cum posset se ad illud obligare, remanet obligatus adimplere sub pęna peccati mortalis; hæc concl. est D. Tho. & omnium Theologorum cum Soto, & quem pænitet fecisse votum habentem intentionem non implendi loquendo regulariter, committit peccatum mortale, si vero pænitet eum fecisse votum, habet tamen intentionem adimplendi illud, nõ peccat mortaliter, quia sicut vouere nõ est opus necessitatis, sic pęnitere hominem emissi voti non est peccatum mortale, cum non committatur contra aliquod præceptum, quod de necessitate obligat ad vouendum. Verum est tamẽ, quod quando ex hac pęnitentia prouenit, vt anima relaxetur, ita vt veniat ad prætereundum votum, erit peccatum mortale, vt dicunt Sotus, & Nauarrus.

D. Th 2. 2. q. 87. ar. 3. & q. 89. ar. 8 Sot vbi sup.

Sot. li 8. de iusti. ar 4. col. pen. Nau. ca. 12. n. 22 tep.

4 Quarta Conclusio. Opus, quod fit ratione alicuius voti, quamuis fiat cum tristitia, & dolore, si habeatur propositum adimplendi, est magis meritorium, quam opus, quod non fit eius ratione, vt dicit D. Thom. Estque aduertendũ, quod pænitere hominem operum, quæ facit respectu alicuius voti, aliquando est peccatũ mortale, aliquando est peccatum veniale, & aliquando nullũ adest peccatum: quod vt intelligatur debet notari, quod hæc pęna potest accidere duobus modis, vno, quando quem pęnitet operum, quæ facit ratione voti; & tunc aperte constat esse peccatum mortale, quia re vera non est aliud quam pęnitere de implemento voti, quod secundum legem naturalem, & diuinam tenetur implere. Secundo, quando quẽ pęnitet facere opera pia, non tamẽ præsupponens votum, quod fecit, quod accidit, quãdo quem pęnitet vixisse multos annos in religione, & seruasse castitatem,

D. Th. 2. 2. q. 88. ar. 6. ad 2. & q. 180. artic. 5.

tatem, qui dolor proprie non est dolor de voto seruato, sed applicuisse animũ ad illud; & in hoc casu potest esse peccatum veniale; aut potest etiam nullum esse peccatum, si sit causa sufficiens secundum fragilitatem humanam, quibus aliquem pęnitet fecisse professionem, & vixisse tot annos in religionem; quia si viueret in mundo coniugatus, non incideret in peccatum aliquod infame, & grauissimum, in quo fuit inuentus; & quod sui defectus non essent ita graues in sæculo, sicut sunt in religione; & secundum hoc debet intelligi, quod tradit Aragon, & si quid aliud voluit dicere Angles, ego discedo ab eius opinione.

Arag. 2. 2. q. 88. ar. 16. Ang. de vot. ar. 2 dif. 18.

5 Quinta Conclusio. Qui dubitat probabiliter, an fecerit votum, non tenetur adimplere illud, quia est res alta, & profunda; & sic debet adimpleri multa deliberatione, & non animo dubio, præcipue si sit votum religionis; & etiã, quia in dubio homo debet defendi in possessione liberæ voluntatis, si sit alienus à mala fide, sic enim dicit Med. quem sequitur Ludouicus Lopez. Dixi *probabiliter*, quia dubitantem per coniecturas pauci momenti non liberarem.

Med. in sum. fol. 90 Lop. in instr. consc. 1. p. c. 45. col. 343.

6 Sexta Conclusio. Qui fecit votum dandi alicui ecclesiæ calicem, aut dandi aliam rem certam alicui personæ, non potest eam applicare alteri sua propria authoritate, si tali ecclesiæ, aut personæ iam est acquisitum ius aut instrumento, aut testamento, aut quia promissa fuit ei coram testibus, & ab ipsa persona est acceptata, cum sic habeatur actio coram iudice contra promittẽtem, nec hæc promissio, & donatio potest reuocari, nisi reuocauerit eam superior dictæ ecclesiæ, aut persona, quæ habet liberam administrationem suorum bonorum; quia in hoc casu potest dispensare, quòd dicta res detur alteri, vt dicit D. Ant. si vero non est acquisitum ius dictæ ecclesiæ, aut personæ, sed solum cõstat, quod votum fuit factum, & non acceptatũ ab ecclesia, aut persona, in hoc casu sua authoritate potest illud dare alteri pauperi, aut commutare in aliud opus pium æque acceptum Deo, vt dicũt D. Ant. Pisa, & Ludouicus Lopez; securius tamen est, vt commutetur ab Episcopo, cum possit id facere, vt tenent Nauarr. & Enriq. qui aduertit posse Cõfessarium virtute bullæ cruciatæ commutare hoc votum; & idem Enriquez alibi dicit, quod etiam extra confessionem potest illud commutare, quod est probabile, licet tenuerim contrarium in explicatione cruciatæ.

D. Ant. 2 p. tit. 13. c. 1.

D. Ant. vbi sup. Pisa, verbo vo. p. 6. Lopez in. str. n. 1. p li. 1. c. 43. pag. 504. Henr. li. 7 d ind. c. 28. n. 4. i mag. idem c. 30. nu. 9.

7 Septima Conclusio. Qui dubitat, an teneatur ad quoddam votum, & vt excutiat scrupulum putans teneri, facit illud de nouo sciens postea, quod non tenebatur ad illud, & pęnitentia ductus doluit fecisse votum, non tenetur ad illud, cum non habuerit absolutam voluntatem vouẽdi, vt constat ex proposito; & si vt excuteret scrupulum, obtinuit dispensationem, & commutationẽ, & oblitus eius facit de nouo votum, nõ tenetur obseruare illud, si iterauit illud hac intentione: quòd si sciret dictam dispensationem, & commutationem, non iteraret, vt constat ex eo, quòd tradit Siluest. & confirmatur doctrina Nauar. & sequentis Caietan. qui dicit, vt quis ratificet votum inualidum, quod fecit, esse necessarium, vt sciat fuisse inualidũ. Est tamen aduertendum, quod, quando quis est in dubio, an obligauerit se voto, nec ne, si non potest tollere scrupulum ratione huius dubij, necesse est, vt dispensetur in eo, vt dicũt Caiet. Sot. & Cord.

Silu. matri. 4. q. 21. Nau ca. 12. nu. 71.

Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 1 dubit. 3.

8 Octaua Conclusio. Iuuenis 14. annorum, qui fecit votum ieiunandi omnibus diebus vitæ suæ, quamuis non teneatur adimplere illud, quia est indiscretum, & difficile, tenebitur tamen adimplere illud in parte, idest, ieiunare diebus, quibus poterit sine detrimento suæ artis, & rerum, ad quas tenetur ratione status sui, vt dicunt Sot. & Cord. & satius erit procurare dispensationem mixtam cum aliqua commutatione, quam poterit concedere Episcopus, & qui habent eius authoritatem, vt sunt

Con-

Confessarij ordinum mendicantium, qui habent eam virtute suorum priuilegiorum, vt dicunt Siluest. verb. votū. 4. §. 13. & Nauarrus cap. 12. num. 79.

9 Nona Conclusio. Certum est, quòd qui fecit votū licitum, quoties illud fregerit scienter, peccat, & idem est, si frangat illud obliuione vincibili, & culpabili, quæ procedit ex eo, quòd non est adhibita diligentia necessaria, vt recordetur; si vero perfringit illud obliuione inuincibili, non peccat, vt dicit Nauarr. nisi erat paratus frangere, licet memor esset voti, & ratione huius determinationis euenit, quod perfregit illud; quia in hoc casu toties quoties fregit illud peccabit mortaliter, vt aduertit Cord. vt sup. q. 40.

Nau. vbi supr. nu. 39.

10 Decima Concl. Ille, qui per semet non potest implere votū, tenetur adimplere illud per aliū, si votum est eius cōditionis, vt per alium possit impleri, vt est aditus ad succurrendum terræ sanctæ, sic. n. tenent Innocentius Pan. Angel. & Silu. allegati à Nau. & qñ quis facit votū, & promittit illud, qđ nullo modo pōt implere per seipsum, secundū dictos authores, p alios pōt illud exequi, vnde Reges, & Reginæ, & domestici Regij promittentes aliquam peregrinationem extra sua Regna, quia non possunt implere hoc votum nisi magnis impensis, & ob alias circumstantias sunt impotentes ad exequendum illud, tenētur implere illud per alios; quod etiam accidit, quando quis etiam culpabiliter facit se impotentem ad soluendum secundum aliquos; sed quo ad hoc vltimum contrarium tenet Siluest. quem sequitur Nauar. quia si promissum non est negotium, quod per alium implere possit, quia tacite non videtur extendi ad hoc tale opus, non est obligatio implendi illud, quāuis qui vouit, redderet se impotentem, solum tenetur facere pœnitētiā de culpa, qua se fecit impotētem.

Nau. vbi sup.

11 Vndecima Conclusio. Hæres non tenetur implere votum personale defuncti, cui succedit, nisi promiserit adimplere acceptans hæreditatem; sic enim dicitur in iure canonico confirmato à quadam lege partitarum, & tenent Molinæus, Couarru. & Nauarr. Et not. qđ non sufficit acceptare hæreditatem, vt remaneat subditus voto, sed illius promissio necessaria est, cum deliberatione, tenetur tamen acceptans hæreditatem adimplere vota realia defuncti, sicut tenetur soluere debita; quod intelligitur, salua legitima portione filiorum, vt dicit Greg. Lop. vnde si hæredes defuncti non fuerint filij, aut alij, quibus necessario debetur legitima, tenentur adimplere votum integre, si sint bona, & sic debet intelligi quòd dicit. Sotus super hoc puncto, li. 8. de iustit. q. 2. art. 1. in fin.

ca. licet voto li. 7. tit. 7. P. I.

12 Duodecima Concl. Loquendo de votis mixtis, quæ partim sunt realia, partim sunt personalia, vt est D. Iacobi in Compostella visitatio, & oblatio calicis, tenetur hæres soluere calicem hunc, cum promissum sit vere reale; non tamen tenetur soluere expensas, quas debebat facere defunctus in dicta peregrinatione; quia cum non teneatur ad ipsam peregrinationem, quod est principalius, non tenetur etiam dare pauperibus expensas; quas debebat facere in eo, quod est accessorium, sic enim tenet Nauar. quod insinuatur, nisi defunctus aliud in suo testamento ordinauerit.

Nau. d. c. 12. nu. 52.

13 Decimatertia Conclusio. Quando aliquis populus facit votum seruandi aliquod festum, tenentur qui sunt eiusdem terræ seruare illud, quamuis præterierint multi anni à facto promisso; & hoc non solum ratione statuti, aut consuetudinis, si est, sed etiam voti, aut saltem ratione contractus maiorum prædecessorum, quia licet ista sit obligatio personalis, quæ non transit in successores, cum tamen in hoc casu successores post dictos annos habeantur pro eodē populo, videntur obligati à dicto voto, vt tenent Nauar. & Frater Lud. Lopez quæ quidem opinio mihi satis arridet, quamuis Theologi teneant contrarium, quibus consentit Med. qui deberent aduertere, quod dictum votum magis

Na. vbi sup. Lop in inst. cōsc. 1. p. c. 50 colu. 266. Med. 1. 2. q. 90. ar. 3.

magis est reale, quam personale, cum sit votum populi, quòd sequitur populū, sicut peccatum originale est peccatum naturæ humanę, quæ procedit ab Adā per viam generationis naturalis taliter, vt sequatur naturam humanam, & eodem modo, quo nos contrahimus peccatum originale eo quòd peccauit pater Adam, in quo omnes nos eramus secundum rationem seminalem, sic huiusmodi successores populi, qui sunt vicini eius, contrahunt easdem obligationes, quas populus secum affert, eo quod cōmunitas se collegerit & tacta campana se obligauerint ad eas.

14 Decimaquarta Concl. Certum est, quòd qui facit votum faciendi aliquid determinans tempus, siue votum sit absolutum, siue cōditionale, tenetur intra tempus præfinitum adimplere illud impleta conditione, & posita temporis determinatione, vt obiecto promissi, quāuis qui transgreditur illud, peccet mortaliter, non adimplens votum tempore statuto, non tamen tenetur amplius illud implere. Hinc infertur, quod qui vouit ieiunare aliqua vigilia alicuius Sancti, peccat mortaliter non ieiunans eam, & ipsa transacta non tenetur ieiunare alio die, sed tenebitur, quando tempus non statuitur ex parte obiecti voti, sed vt determinatiuum de eius executione, sicut, si quis promittat, quod transacta infirmitate sua ieiunabit octo dies, aut promittat ieiunare tali hebdomada nulla habita consideratione ad ipsam hebdomadam, sed solum ad ipsam executionem voti.

15 Decimaquinta Conclusio. Quando quis facit aliquod votum absolute non determinans aliquod tempus, tenetur illud statim implere; quod si bona fide distulerit eius implemētum credens nō peccare, in hoc non peccabit, & si dubitauerit, an peccet, nec ne, tractet hoc cū Confessario, aut homine prudenti, & subjciatur suæ opinioni, vt dicunt Siluester, verb. votum. 2. §. 3. & Caiet. 22. q. 88. art. 3.

De modis, quibus tollitur obligatio voti. Cap. CII.

SVMMARIVM.

Quot modis tollatur voti obligatio, numero 1.

Quid sit tolli votum per interpretationem, concl. 1. num. 2.

An ad voti dispensationem requiratur authoritas, & causa rationabilis, concl. 2. num. 3.

Quæ sint causæ ad iustam dispensationem, ibid.

An omnis Prælatus possit dispēsare in votis, concl. 3. num. 4.

An qui non est Prælatus ratione priuilegij possit dispensare in votis ibid.

An qui fecit votum ieiunandi in pane, & aqua, possit absque dispensatione comedere aliqua cibaria quadragesimalia, ibidem.

An vota possint commutari, & quomodò commutanda concl. 4. nu. 5.

Commutans aliquam peregrinationem ad quas expensas obligare debeat commutationem petentem, ibid.

An vota possint irritari, ibid.

1 MVltis modis tollitur voti obligatio, nempe per interpretationē, dispensationem, commutationem, & irritationem; de quibus breuiter dicendū per sequentes conclusiones.

2 Prima Cōclusio. Voti obligatio tollitur per interpretationem, quod accidit, quando accidenter cōstat, quod nō obligat, vt si quis fecerit votum ieiunādi, & ægrotet, quia in tali casu non tenebitur implere votum, & quando quis in sua adolescentia, aut senectute facit votum religionis, & postea videt, quod nō poterit ferre rigorem religonis, quia in tali casu iam remanet absolutus à voto; quod si deinde propria culpa fecit se inhabilem ad voti implementum differens receptionē habitus vsque ad senectutē, tunc securius erit obtinere dispensationē, vt videtur insinuare Lud. Lop.

Secun-

3 Secunda Conclusio. Tollitur etiam votum per dispensationem, & ad hoc requiritur authoritas prælati, & causa rationabilis, & iustificata, q̄ si deficiat, nulla erit dispensatio, quamuis fiat a Papa, vt dicunt Nauar. & Medina, cum communi. Pro cuius rei intelligentia, debet notari tribus de causis posse esse in hoc casu iustam dispensationem; vna, ob materiam voti, quæ est v.g. intolerabilis, & difficilis impletu: alia habet respectum ad illum, qui fecit votum, qui non potest illud implere nisi cum magna difficultate, eo quod sit infirmus: est tamen aduertendum, quod si dicta difficultas prouenit ei, eo quod est homo vitiosus, & male assuetus, quod tūc non erit iusta causa, vt dispensetur, vt dicit Sotus; tertia causa habet respectum ad bonum commune, quod potest euenire ex tali dispensatione, vt si quis faciat votum ieiunandi, quod impedit ei studium, & prædicationem, cum sit studium, & prædicatio maioris æstimationis, quam materia voti, volo dicere magis accepta Deo, & vtilis ecclesiæ, vt asserunt D. Thom. & Caiet. videatur Sotus, circa punctum. Aduertāt autem prædicatores, quorum conciones non sunt multū vtiles ecclesiæ Dei, quia ipsi sint verbi gratia insipidi, & paucæ authoritatis, quod debent sibi facere scrupulum, si hac de causa non ieiunarent ob voluntariam prædicationem.

Na. vbi sup. nu. 37. Me in instit. li. 1. c 14 § 6 q. 7

Sot. li. 1. de iust. q. 7 a. fi.

D. Th. 2. 2. q. 88. art. 18. ad 2. vbi Cai. 80. lib 7. de iust. q. 4. art. 3.

4 Tertia Conclusio. Omnis prælatus ordinarius attento iure communi potest dispensare in votis subditorum, vt tenet S. Thom. quod intelligitur, nisi sint reseruata ad alium superiorem. Archiepiscopi etiam possunt dispensare in votis, quæ fecerunt subditi suorum suffraganeorum. Et Abbates exempti, vt sunt in Regnis Castellæ, Abbas Vallisoleti, & Metinæ Campi possunt dispensare in dictis votis; quam potestatem etiā habent illi, qui habent iurisdictionem quasi episcopalem, vt dicit Nauarr. vt sup. num. 72. Potest etiam dispensare in illis capitulum sede vacante, cum succedat in iurisdictionem sui episcopatus vt dicit Siluester. Potest etiam per viam priuilegij dispensare Gymnasiarcha Salmantinus in votis scholasticorum registratorum in illa vniuersitate, in quibus potest etiam dispensare ipse Episcopus Salmantinus, si degunt ibi maiore parte anni. Possunt etiam dispensare Confessarii ordinis mendicantium in omnib. votis, in quibus possunt dispensare Episcopi excepto voto peregrinationis duarum diætarum, vt late explicaui in expositione bullæ cruciatæ. Et nota, quod qui habet potestatem dispensandi in votis, habet etiam potestatem dispensandi in iuramentis, si ex tali dispensatione nō sequitur præiudicium alicui tertio, & si iuramenta sint eiusdem materiæ, ac sūt vota; & ideo qui habet potestatem dispensandi in voto ieiunij, habet etiam facultatem dispensandi in iuramento, quod quis fecit ieiunandi, non habet tamen potestatem absoluēdi a iuramēto, quod quis fecit dādi aliquam eleemosynam alicui pauperi, quia nunquā summus Pont. dat facultatem ad relaxandum iuramentum factum in vtile tertiæ personæ, vt resoluit Gregorius Lopez, in dubio autem non debet credi, quod concedat eam, vt dicunt Siluester, Paludanus, & Couarruuias. Vnde infertur, quod si Papa reseruat sibi aliqua vota, reseruat etiam iuramenta, vt dicit Sotus. Estque notandum, quod in votis reseruatis Sanctitati suæ potest aliquando Episcopus dispensare, si adsit vrgens necessitas, & non possit facile recurri ad Papam, aut Nuntium, vt post Siluestrū tenent Sotus, Nauarrus, & Corduba. Notaque, quod qui fecit votum ieiunādi in pane, & aqua aliquibus diebus, poterit sine alia dispensatione, & licentia sui prælati comedere aliqua legumina, pisces, & aliqua cibaria quadragesimalia, vt possit sustentari, si sit huius rei certa necessitas, quia si necessitas est dubia, debet recurri ad prelatum, vt notat Caiet. & Ioannes Maior, & Couarr.

Greg. li. 5. tit. 5. gl. 1. nu. 14.

Caie. in sum verbo. ieiun. excusātia idem 2. 2 q. 88. art. 12. Mai. ī 4. sent. d. 39 q. 3. ad fi. Cou. in c. quamuis pactum. 1. qu. §. 3. num. 3.

5 Quarta Conclusio. Tolluntur etiam vota per commutationem, quæ vt fiāt, sic ut

ſicut oportet, neceſſaria eſt Confeſſarij prudentia. Vnde notari debent hæc documenta. Primum eſt, quod, quãdo votum commutatur in rem melioré, aut æqualem, non eſt neceſſe, quod habeat priuilegium ad hoc. Secundum documentum eſt, quod, quando commutatio fit in rem minorem, in re vota debét eſſe aliquæ cauſæ ex dictis in concluſione præterita, & ideo nõ poteſt commutari ſine authoritate Papæ votum religionis, & caſtitatis, quia vix poteſt inueniri res æqualis valoris, in quam fiat cõmutatio, & idem dicendum eſt, quando adeſt dubium, ſi res ſit æqualis rei votæ, nec ne; quia in tali caſu eſt etiam neceſſaria authoritas ad faciendam commutationem; vnde ſi aliquis iuuenis fecit votum dandi alicui eccleſiæ ducentos ducatos, & poſtea moritur eius pater grauatus ære alieno, & remanet eius ſoror indotata, poteſt ſanctitas ſua commutare hoc votum in fauorem dictæ orphanæ ſororis, & pauperis intelligens quod Deus, qui eſt principalis donatarius, æque acceptat hoc ſicut ipſum legatum factum eccleſię, ſic enim reſoluit Nauarrus. Tertium documentum eſt, quod, quando commutantur vota ratione alicuius Iubilęi, bullę, alteriusve priuilegijs particularis, debent commutari ſuauius, ac blandius, quia debet intelligi, quod Papa facit aliquam gratiã pœnitenti, & ſi commutatio fieret in rẽ meliorem, aut æqualem, nulla eſſet gratia, ſic tenent Cord. & Medina. Quartũ documentum eſt, quod attento, quod negotium commutandi vota ſit res difficilis, & pœnitentes acceptent a gre legitimas commutationes, debet Confeſſarius habens authoritatem diſpenſandi vti cõmutatione quoad opus, quod imponit faciendum loco rei votæ, & diſpenſare iuſta de cauſa in eo, quod deficit: hoc documentum eſt Alcoceris; debetque notari, quod ſi poteſt commutatio fieri hoc modo ſimul cum diſpenſatione, peccat, qui petit diſpenſationem alicuius voti, nolens aliquam commutationem: & magis peccat, qui il-

Cor. de caſ. qu. 189. & 150. Me. vbi ſup

Alc. in ſu. c 16. f. 58. col. 2 conl. 4.

lam abſolute concedit ſic in hoc caſu, vt aduertit Sotus: & vt poſſint vti diſpenſantes hoc documento, debent procurare poteſtatem Ordinariorum ad diſpenſandum in votis, ſi forte non habent eam virtute alicuius priuilegij, vt tenent Confeſſarij regulares ordinum mendicantium, vt dictum eſt ſupra. Quintum documentum eſt, quod qui promittit aliquam peregrinationé, ſi petat commutationem huius voti, ſolum debet inſpici, quantum debebat expendere in itinere huius peregrinationis vſque ad locum, non vero in reditu, quia promiſit ire, non vero redire, vt dicit Angelus, & licet Ludouicus Lopez non multum adhæreat huic opinioni: mihi videtur certa, quia qui promiſit ire ad Diuum Iacobum in Compoſtella, ſtatim ac accedit ad domum illius, adimplet votum, quamuis ibi remaneret, & non rediret ad patriã. Debetque notari, quod non debet inſpici ad expenſas, quas deberet facere ſecundum qualitatem ſtatus ſui, vt ſi ſit eques, & deberet deferre ſecum equos, & mulos, & ſeruos, ſed ſolum debet conſiderari, quid expenderet ipſe ſolus cum vno ſocio, vt aduertit Aragon, debet etiam haberi reſpectus ad labores, & pericula itineris, & damnum tẽporale, quod ſequeretur ex eius abſentia; quia omnia hęc ſunt æſtimabilia, & debent commutari, vt dicit Nauarrus. Sextum documentum eſt, quod ille, qui habet authoritatem commutandi, non habet authoritatem diſpenſandi, quamuis econtra qui habet authoritatem diſpenſandi, ſiue de iure, ſiue per priuilegium, habeat etiam authoritatem commutandi, vt dixi in explicatione bullæ cruciatæ. Septimum documentum eſt, quod Gregorius XIII. conceſſit Confeſſarijs religionis ſocietatis Ieſu, quod poſſent commutare vota iurata; quod eſt notandum, quia, quamuis habeant licentiam commutandi vota, & iuramenta, non extendebatur tamen hęc licentia ad vota iurata ob duo vincula, quę in ipſis ſunt;

ſic

Arag. 2. 2. q. 88. art. 12. p. 104. co. 2

Nau ca. 11. n. 77.

In exp. cru. nu. 114. & 115.

Hēr.l.3. de ind c. 30.nu.5. in glos. lit.y.

sic enim dicit Henriquez. Tolluntur etiam vota irritatione, de qua iā supra diximus, cap. 91. num. 1.

De Vsuræ diffinitione diuisione, & prohibitione. Cap. CIII.

SVMMARIVM.

Quid sit vsura, & declaratio diffinitionis Vsura. concl. 1. num. 1.

Quotuplex sit vsura. & diffinitio cuiuscūque vsura. concl. 2. nu. 2.

Vsura quo iure sit prohibita conclusione 3. nu. 3.

Vsura permittebatur a Deo Iudæis sine pœna non vero sine culpa, ibid.

1 PRima Conclusio. Vsura loquendo proprie est pretium vsus alicuius rei mutuatæ. Dicitur, *pretium*, ad denotandum, quod illud, quod accipitur ob vsum alicuius rei commodatę, debet dari ratione alicuius pacti taciti, aut expressi præcedentis; quia vbi non est pactum, non potest esse pretium, & sic neque vsura proprie dicta, vnde sequitur, quod si aliquid detur vltra sortem principalem in signum beneuolentiæ, & gratitudinis, non committitur vsura, cum hic nō sit dictum pactum. Dicitur, *quod sit pretium vsus*, ad differentiā pacti emptionis, in quo pretium, quod datur, nō datur solum ob vsum rei, sed ob ipsammet rē. Dicitur, *alicuius rei commodatæ*, quia per hanc particulā excluditur contractus Emphiteuticos, & locationum, in quibus non datur mutuo res, quæ locatur; estque ita essentialis hæc particula in contractu vsurario, vt debeat ad cognoscendum, an contractus sit talis, semper inspici, an in eo inueniatur ratio mutui, ratione cuius datur pretium; quia si adsit dictus contractus, erit vsurarius, sin minus non. Vnde infertur, quod si ego do alicui pallium meum venditum, decem ducatis expectans ab eo aliquid aliud, videor committere vsuram, quia talis contractus virtualiter est idem, ac si mutuarem dictos decem ducatos iam solutos propter aliud pretium, quod mihi datur. Omnia supradicta colliguntur ex ijs, quæ late tradunt Sotus, Couarr. Ioannes Baptista Lupus, Medices, Ottomanus, Nauarrus, & Iulius Clarus, Petrus Gregorius, & Doctores, qui scribunt super Diuus Thomas.

Soto l.3 de iust. q 1. ar. 1 Cou. l.3 var. c. 1. in prin. Io. Bapt. de vsur. §. 2. Medina. de diff. 2 p. c. de vsu rs. nu. 59. Ottom. l. 1. disp. de vsuris c. 1 nu. 14. q. 3. Clarus li. 5. §. vsura. Petr. Grego. Sintagmatum. l. 21. c. 3. DD. super D. Th. 2. 2. q. 78. a. 1 D. Tho. & Soto vb sup.

2 Secunda Conclusio. Duplex est vsura, vna exterior, alia interior, seu mentalis: exterior est, quando aliquis datj mutuo alteri rem cum pacto tacito, aut expresso recipiendi aliquid vltra sortem principalem, siue fiat pactū verbis, aut signis, aut aliter; & hæc vsura subdiuiditur, vna enim est patēs, alia est palliata; patens, seu manifesta est, quæ fit verbis aut signis expressis, & manifestis; palliata vero est, quæ fit verbis fictis, & dolosis, vt si quis dicat ego do tibi centum, bene tamen vides, quantum tibi proficient, & non est rationi consonum, & æquum, vt ego remaneam pauper. Vsura mentalis est, quando aliquis dat mutuo aliquam rem sine pacto tacito expresso recipiendi aliquid vltra sortem principalem sperat tamen inde aliquam vtilitatem: sic enim docent Diuus Thomas, & Sotus. Estque aduertendum, quod non quæuis spes lucri facit, quod vsura fit mentalis, sed tantum illa, quæ est causa principalis talis mutui, ita vt illius ratione mutuatum sit, quia si mutuans taliter sperat lucrum, vt nihilominus licet non speraret, mutuaret, ratione alicuius debiti, quod debet, aut ratione amicitiæ, aut alia simili causa, non potest dici committi vsuram, vt communiter dicunt doctoresj, qui citant Siluestrum, & Nauarrum.

sylu. vsura 1. q. 1. Naua. in c. si fęneraueris. 14 qu. 3. num. 13.

3 Tertia Conclusio. Nulli dubium est, quod vsuræ sunt illicitæ, vt determinatum est in quadam Clementina, & fuit definitum in Concilio Niceno relato in decreto: & non solum est prohibita a iure humano, sed etiam a iure naturali, & diuino, vt resoluunt Sotus,

Cle. vnica §. vlt. de vsur. ca. quoniam 14. q. 4.

tus, Nauarr. & Petrus de Nauarra: vnde principes sæculares, qui permittunt eas, peccant, si hoc faciunt ob lucrum, quod inde sperant; secus vero, si id faciunt vt deuitent maiora peccata, quæ in eorum republica fierent. Estque notandum numquam Deum eas concessisse Iudæis, quamuis verum sit quod permisit illis vti inter gentiles sine pęna, non vero sine culpa; si vero exercebant eas inter seipsos non solum peccabant, sed erant etiam subiecti pęnæ, vt dicunt S. Thomas, & Sotus; & in hac materia non ero longus, quia cũ sit generalis, & tangatur quotidie in cõtractibus, & conuentionibus diabolicis, quæ quotidie fiunt, agens de illis ago de vsura, vt potest constare ex positis materijs.

Sot. vbi sup. Na. c. 17 nu. 207. Nau l. 3. de rest. c. 2. nu. 279.

De Vsura vocata Cambio. Cap. CIV.

SVMMARIVM.

Quid sit cambium. conclus. 1. num. 1.
Quotuplex sit Cambium & deffinitio cuiuscumque Cambij concl. 2 num. 2.
Quæ differentia sit inter Cambium & venditionem concl. 3. num. 3.
Quomodo distinguatur Cambium à contractu mutui, & locati. ibid.

1 PRima Conclusio. Cambium loquendo generaliter nil aliud est nisi permutatio vnius rei in aliam, de quibus nullum est determinatum pretium alterius; particulariter tamen loquendo secundum nostram intentionem nil aliud est, nisi commutatio nummi, seu pecuniæ pro alia pecunia, vt resoluit Nauarrus, & Frater Ludouicus Lopez cum communi; & sic dicit Caietanus, quod ars cambiandi est ars negotiandi, quæ consistit in commutando vnam pecuniam per aliam.

Na. c. 17 de cãb. lit. B. Lup. in inst. neg. li. 2. c. 1.

2 Secunda Conclusio. Triplex est Cambium, vnum dicitur per minutũ, aliud per litteras, aliud siccum. Cambium per minutum dicitur, quando commutatur moneta pro alia moneta præsenti, & quando cambiatur moneta auri pro argento; & ideo dicitur minutum quasi manuale, quia statim res transit a manu in manu. Cambium per litteras dicitur, quando cambiatur moneta præsens pro alia absenti, quæ est in alio loco; & dicitur cambium per litteras, quia mediantibus litteris pecunia numerata, verbi gratia Madritij, Romæ accipitur. Cambium siccum dicitur, quando commutatur pecunia præsens pro absenti, non quæ sit in alio loco, sed quia est danda alio tempore, & ideo vocatur cambium siccum, quia est alienum a vero cambio reali.

3 Tertia Conclusio. Cambium est diuersum a venditione, quia in venditione consideratur pecunia, vt pretium legale, quod non accidit in cambio, quia hic non est maior ratio, quod vna pecunia sit magis precium alterius, quã alia sit precium istius, nisi quando valor vnius pecuniæ est maior, aut minor quam valor legalis alterius ratione bonitatis eius, aut malitiæ; & in hoc casu non cambium, sed venditio dici potest, vt dicemus infra, & notat Siluester. Distinguitur etiam a contractu mutui, aut locati; quia in cambio statim regulariter loquendo transfertur dominiũ, quod non accidit in ijs contractibus; differt etiam a contractu mutui: quia in hoc contractu simpliciter transfertur dominium, sine vllo respectu ad interesse; in cambio vero non transfertur dominium simpliciter, ita vt sors principalis quæ datur simpliciter restituatur, sed cum aliquo lucro. Differt etiam secundo quia res, quæ commutantur, sunt differentes, aut genere, aut specie, aut saltem numero, vt dicunt Philosophi: quæ differentia est ita essentialis ad naturam cambii, vt quanto magis differant, tanto magis accedant ad veram naturam cambij; contrarium tamen euenit in contractu mutui, quia

quia si esset possibile, eadem res, quæ mutuatur, deberet restitui; & ideo quia sæpe est impossibile reddere eandem rem, redditur in eadem specie. Huius differentiæ meminit D. Thom. quæ nascitur ex fine mutui, & cambij, quia mutuum datur gratis sine lucro, vnde redditur eadem res saltem in specie; at contrarium accidit in cambio, in quo datur res cum aliquo tamen lucro, vnde conuenit, quod quando redditur, sit res alia aliquo modo, quia si redderetur eadem res, nihil vtilitatis sequeretur ex tali datione illi, qui dedit; aliasque differentias ponit Conradus, lib. de contrac. q. 98. concl. 1. & quæst. 992. & Sot. li. 4. concl. 6. de iust. q. 8. art. 2.

D. Tho. in opusc. 37. c. 16.

De cambio minuto. Cap. CV.

SVMMARIVM.

An sit licitum cambiare monetam auri pro alia argenti cum aliquo lucro, concl. 1 num. 1.

An stipendium assignatum debeat obseruari sine excessu concl. 2. nu. 2.

An liceat priuatis cambiare monetã ratione damni emergentis, & lucri cessantis, concl. 3. nu. 3.

An sit licitum vendere monetam auri maiori pretio, quam valeat conclus. 4. numer. 4.

An commutatio pecuniæ secundum suum proprium usum cum lucro sit licita personis priuatis non nominatis à Rep. conclus. 5 num. 5.

An peccet mortaliter, qui ponit pecuniam suam apud campsorem vsurarium, ibid.

1 PRima Conclusio. Licitum est cambium minutum, si campsor dat monetam argenti pro moneta auri hac conditione, quod detur illi pro singulis ducatis, verbi gratia, solidus vnus secundum pretium appositum, supposito, quod hic campsor sit positus à republica pro hoc officio, quod intelligitur, etiam si à republic. reciperet stipendium ob laborem quærendi, & congregandi quantitatem magnam nummorum, vt sic possit cambiare, & ob numerationem, & ob periculum, quod potest habere recipiens sæpius monetam mançam pro bona, & integra, quam dedit; si vero non habeat stipendium à republic. pro tali labore, sed tractans particulariter cum aliquibus mercatoribus capiens eorum pecuniam in custodiam obligans se reddere rationem eius, tunc poterit recipere aliquod stipendiũ pro tali cambio, vt dicit Nauarrus, quia qđ respub. iuste potest facere, potest etiam licite fieri per viam pacti, vt dicitur in iure. l. cum imposs. §. de pact.

Nau. de cambijs nu. 36.

2 Secunda Conclusio. In republica, vbi hoc stipẽdium est assignatum, illud debet obseruari sine excessu, vbi vero non est assignatio, debet obseruari illa assignatio, seu pretium, quod homines experti in similibus casibus, & bonę cõscientiæ assignauerint, & tunc committetur iniustitia, si defraudetur illis in stipendio assignato, vt dicunt Nauarr. & Sotus.

Nau. c. 17. nu. 183. lib. H. Sot. lib. 7 de iust. q. 4. art. 4.

3 Tertia Conclusio. Ratione damni emergentis, & lucri cessantis licitum est personis particularibus, & priuatis cambiare vnam monetam pro alia in hoc cambio minuto deferentes pro his causis aliquid vltra pretium legale monetæ, quam præbent: hæc conclusio est Caietani; & post Siluestr. & Conradum tenet eam Garzia; quæ probatur, quia in alijs contractibus licitum est vnicuique conseruare se ratione lucri cessantis, & damni emergentis, ergo etiam in hoc contractu erit licitum, in quo possunt esse multæ causæ, quæ reducuntur ad lucrum cessans, & ad damnum emergẽs; scilicet, quia hæc pecunia, quæ datur, confert illi, cui datur; tum quia facilius potest seruari, & asportari ab vno loco in alium, & est magis commoda ad emendas res, tum quia hic, qui dat, æstimat eam pluris, eo quod sit antiquior, & curiosior, vt est moneta auri Turcharum, aut quia est rarior. Videatur circa hoc Sotus, lib. 7. de iust. q. 9. ar. 2.

Bald in opusc. d cãbijs, c. 1. & 9 Garz. d contr. 1. p. c. 7. n. 197.

4 Quarta Conclusio. Cōsiderata qualitate monetæ, vt æs est, vna pluris, vel minoris quam alia valere potest; qua ratione potest non solum publicus campsor, sed etiam quiuis alius priuatus vendere monetam auri vltra pretium legale, quo æstimatur, dummodo hoc augmentum sit paruum; quia in hoc casu non est proprie, nec vera venditio, aut emptio, sed solum commutatio vtilis vsui humano, quia potest accidere, quod sit pauper, & sic habeat necesse expendere nummos suos minutim ille, qui habeat aurum, & ideo vt illi præbeatur pecunia minuta, præbet, & ipse aliquid; aut forte est diues, & eget argento ad facienda aliqua vasa, vnde præbet aurum pro eo; hanc sententiam tenent Siluest. Sotus, Couar. & Nauarr. qui probat, qđ potest accidere diuersis respectibus aliquam pecuniam valere plus, quam aliā eiusdem valoris ponens exemplum in duplicibus scutis, & in scutis simplicib. quæ quidem moneta est maioris æstimationis, quam alia eiusdem valoris; immo in scutis coronatis admisit hanc opinionem Ioannes de la Penna, vt refert Ludouicus Lopez, quia aurum talium scutorum est purius, & altius, quā sit aurum scutorum communium, quāuis alij nolint hoc admittere in coronis, & alijs monetis minorum characterū, quam sint scuti duplices; quidquid sit, nostram conclusionem tenet, & defendit latissime Michael Palacius, & Gutierez respondens legibus horum regnorum, quæ statuunt in contrarium.

Sil. ver. vsur. 4. q. 7. n. 7. Sot. li 7. de iust. p 9. ar. 1 Cou. de mo. c. 7. nu. 4. Nau. in Man. c. 17. nu. 294. & i commu. ad c. si de vsu. nu. 43. Lop. in inst. nego. li. 7. c 2. pa. 295. Pal li. 2. de contract. & rest. c. 2. per tot. Gut. l. 1. pra. qq. q. 178. in fi 1.

5 Quinta Conclusio. Loquendo de permutatione, & cambio monetæ considerate, vt moneta, quę habet valorem assignatum, & considerata, secundum proprium vsum, illicitum est personis priuatis præcipue in his regnis Hispaniæ facere permutationem, vt prohibetur in quadam lege nouæ compilationis, quæ quidem obligat, si est recepta; sic enim tenent Sot. & Couar. Dixi, *si est recepta*; quia si non est recepta, non obligat, vt dicit Sotus, & quamuis sit recepta, si per contrarium vsum fuit præscripta, non obligat: nostra tamen conclusio, licet debeat obseruari in his regnis, non debet intelligi respectu damni emergentis, & lucri cessantis, vt tenēt doctores allegati; nec habet locum in illis, qui habent particularem licentiam Regis, & in ipsa curia existunt; in alijs vero ciuitatibus sufficit, quod sint nominati à concistorio senatorum illius ciuitatis ad hunc effectum. Et nota, qđ non peccat mortaliter, qui facit depositum suæ pecuniæ in manus campsoris vsurarij, si hic campsor habet alios nūmos suos, quibus potest exercere suas vsuras, vt dicit S. Thom. erit tamen peccatum mortale, si talis vsurarius non haberet alios nummos, quibus vsuras exercere posset, quia tunc iste erit coadiutor earum, vt videtur sentire idem D. Thomas; & contra Caietanum tenet Corduba de casib. q. 5. corol. 7.

Sot. vbi sup. col. 3 p. 570 in fi. & in prin. seq. Cou. vbi supr. 4. vers. nisi lex cambij.

D. Th 2. 2. q. 78. ar. 4. vbi Caieta. Cord. đ casib. q. 5. corol. 7.

De cambio per litteras.

Cap. CVI.

SVMMARIVM.

Quot sint species cambij per litteras. numer. 1. vbi declaratur prima species, & an sit licita, num. 1.

An sit licitum in cambijs habere respectū ad tempus solutionis vt detur plus, aut minus pro eo, num. 2.

Quæ sit secunda species cambij per litteras, vbi declaratur, an sit licitum petere nūmos in Hispania, vt ei dentur Romæ cū aliquo lucro num. 3.

An licite possint exerceri cambia per litteras ab vno loco ad alium intra idem regnum cum aliquo lucro, numero 4.

An sit licitum statutum aliquarum ciuitatum quod omnia cambia facta in vna illarum pro reliquis intelligantur facta cum termino, quod soluantur intra sex menses, num. 5.

An

An sit licitum cambium ab vnius nundinis in alias nundinas. num. 6.

An sit licitum ratione cambij mutuare Regibus magnam quantitatem pecuniæ pro eorum necessitatibus ob aliquod lucrum. num. 7.

Remedium vt possit licite dari magna quantitas pecuniæ Regibus cum lucro. ibid.

1 PRo explicatione huius notandum est duas esse species cābij per literas. Prima est, quando quis prius numerat hic pecuniam, vt detur in alio loco, aut in tali loco, vt detur hic; & hic magis est contractus locati quam cambij; quia cambium proprie nihil aliud est, quam transitus, seu translatio pecuniæ, ratio ipsa dictat, quia hoc cambium est simile contractui, quem facit aliquis v. g. Hispalensis cum aliquo agasone, qui dat illi quatuor mensuras frumenti, vbi ob abundantiam valent parum, vt det filio suo tres mensuras Salmanticæ, vbi valens plus, quia sicut hic agaso in hoc casu (vt dicit Medina) potuit accipere Hispali quatuor mensuras frumenti, obligans se dare tres Salmanticæ retinens sibi vnam pro pretio asportationis, sic campsor ratione stipendij, quod meretur transferens nummos ab vno loco in alium potest soluere minus quā recepit, & ideo potest recipere in Hispania centum, vt det Romæ solum nonaginta; & etiam quia ratione paucorum nummorum, qui sunt Romæ, tantum valent Romæ nonaginta, quantum in Hispania centum, & ideo colligitur esse hic contractum licitum cum transferatur pecunia, & pro translatione debeat aliquid persolui, & etiam data pecunia campsori facit officium assecuratoris, cum promittat, quod Romæ dabitur accipiens in se periculum itineris, vnde non committit vsuram: quod procedit, quamuis hic mercator egeat pecunia in Hispania, vnde libenter se offert reddere eam Romæ, immo roget hominem, qui debet illam transferre, offerens lucrum pro ea: nec erit hic contractus vsurarius, nec iniustus in casu, quod hic qui recepit pecuniam in Hispania obligans se tradere eam Romæ, egeat ea ibidem; & ideo debet eam illuc transferre, velit nolit; quia in hac secunda specie cambij id, quod principaliter inspicitur, vt fiat, est necessitas eius, qui dat pecuniam in cambium, quia eget ea in alio loco; & quamuis accidat aliquando, quod qui recipit eā, indigeat eius in loco, vbi debet recipi, non facit contractum illicitum, quia hoc est accidentale cōtractui, sicut est accidentale contractui locationis, in quo agaso obligatus transferre pecuniam Hispali Salmanticam, cum ipse egeat pecunia Hyspali, vt dicit Ludouicus Lopez cum communi, & Medina. Lop. i in str. neg. l. 2. c. 4. pa. 304. & 305. Med. in inst fol. 112. co. 2

2 Et notetur, quod qui finitis nundinis Metynæ habet ibi mille ducatos transferendos Valentiam, & offert illos mercatori, vt eos transferat, qui non vult eos transferre nisi dato illi spatio trium mansium, non ideo potest, qui habet eos petere ab eo, vt remittat illi stipendium, quod debebatur ob transferendos eos, & faciens illud committit vsuram, quia idem est recipere aliquid ob dilationem solutionis, quæ debet fieri, ac dicere, Remitte mihi decem ducatos, quos tibi debeo, & accipe hāc pecuniam pro vno mense; & in cambijs non debet haberi respectus ad tempus solutionis, vt eius ratione detur plus vel minus pro eo; quia tunc contractus erit vsurarius, quod Confessarij debent diligenter aduertere: hanc opinionem habet Angles, & Ludouicus Lopez contra Garziam, qui ex parte voluit excusare hunc contractum; nec præsumitur in hoc casu, quod campsor faciat donationem pretij, quia secundum Nauarrum donatio facta in venditione, locatione, aut simili non debet præsumi facta libere, nec illa regula quæ dicit, quod scienti, & consentienti non fit iniuria, habet locum in nostro casu, quia loquitur de eo, qui consentit consensu libero, & absoluto, at in nostro casu hic campsor consentit coacte, & ideo si consentit libere, Angl. in Flor. 4. q. de cā. art. 4. de cāb per lit dif. 1 num. 2.

bere, & abſolute ratione amicitiæ alias cum illo contractæ, qui dat nummos, & in compenſationem aliorum ſeruitiorũ ſimilium, quæ ab eo recepit, non debet tunc hic contractus cõdemnari vt vſurarius.

3 Secunda ſpecies cambij per litteras eſt, quando aliquis petit in Hiſpania cẽtum ducatos, vt mercator det eos Romæ, & mercator dat ei literas Romæ, quibus mediantibus dabit eos ſtatim; hoc genus cambij eſt licitum, & poteſt mercator accipere aliquid pro hoc itinere, non ſolum ſi valent plus Romæ q̃ hic; ſed etiam ſi valeant æqualiter, quia dat ei pecuniam ſuam ſecuram Romę, & in hoc facit officium agaſonis; vnde ſicut agaſo poteſt percipere aliquid pro translatione rerum, ſic iſte mercator poterit idem percipere.

4 Et notetur quod licite poſſunt exerceri cambia per litteras ab vno loco in alium intra idem Regnum, cum aliquo lucro, ſic enim reſoluunt Sotus, Nauarrus, & Garzia; quia leges, quæ id prohibent, fundantur in quadã præſumptione vſuræ palliatæ; & ideo debent limitari, quod ſolum intelligantur prohibere cambia intra idem Regnum in caſu, quod campſor prius daret, quam reciperet: aut debet reſponderi, quod dictæ leges non ſunt acceptæ, & ideo dicta cambia per litteras huius ſecundę ſpeciei ſunt licita, cum non ſint contra ius naturale, & diuinum, quidquid dicat Sotus, contra quem diſputat Nauarrus, immo potius per hæc cambia aperitur via, qua egentes poſſint recipere aliquid ſatisfaciẽtes ſuæ neceſſitati minori ſumptu, quam aliter; & loquendo de cambio per litteras primæ ſpeciei, quæ dantur ab vno loco in alium intra idem regnum, ſine dubio poſſunt exerceri cum aliquo lucro, & intereſſe. Quod probatur, quia cambium primæ ſpeciei, quod eſt magis liberum à periculis, & fraudibus, non eſt, cur prohibeatur intra loca eiuſdem Regni; & loquendo de ſecunda ſpecie huius cambij clarum eſt, quod non debet reprobari, ſi fiat intra

Sot. li. 7 de iuſt. q 6. ar. 1 Nau. de camb. Garz vbi ſup. c. 12.

Soto vbi ſupr. q. 2. ar. 2 Nauarr. vbi ſup. nu 38.

dicta eadem loca, cum hoc cambium ſit medium, & translationis inſtrumentum ab vno loco in alium, & ſæpe accidit non eſſe minus periculum, & laborem in transferendo ab vno loco in alium eiuſdem Regni, quam ab vno loco in alium extra illud regnum, vt videtur in pecunia, quæ transfertur à Cęſarauguſta Barchinonam propter periculum latronum.

5 Notetur amplius non eſſe licitum ſtatutum ſi fieret. v. g. in ciuitate Barchinonæ de conſenſu Valentiæ, & Cæſarauguſtæ, quòd omnia cambia, quæ fiunt in aliqua harum ciuitatum, pro reliquis videantur facta cum termino, quod ſoluantur intra ſex menſes, qui computentur à die præſentationis litterarum; & hoc probatur, quia poteſt accidere, quod ille qui dedit pecuniam Cęſarauguſtæ, vt per litteras recipiat Barchinonæ, debeat tranſire in Italiam, & ſic reciperet graue damnum, ſi expectaret dictos ſex menſes, & etiam, quia ex hoc ſtatuto dantur occaſiones mercatoribus committendi vſuras vendentibus res cariori pretio vidẽtibus, quod ſolutio facienda ſit illis tardius, quam par ſit: his de cauſis, & alijs tenet noſtram concluſionem Nauar. lib. 5. conſ. tit. de vſuris conſ. 25.

7 Notetur etiam, quod capere pecuniam in cambium per litteras ab vnis nundinis in alias, eſt negotium ſcrupuloſum, quamuis nundinæ fiant in diuerſis locis, ſic enim tenent Mercatus & Garzia, quia in omnibus nundinis habet pecunia fere eũdem valorem, quia in omnibus illis eſt æqualis neceſſitas eius; vnde velle hac de cauſa percipere aliquod intereſſe, videtur alienum à iuſtitia, niſi alium ob titulum poſſit perferri, vt eſt titulus lucri ceſſantis, & damni emergentis; quia hoc non prohibuit Pius V. in ſua conſtitutione; & cambium exercitum ab vnis nundinis in alias, ſi fiat in eodem loco, eſt illicitum, ſi eius cauſa perfertur aliquod lucrum; quia eſt cambium ſiccum, in quo ſolum propter diſtãtiam tẽporis ſolutio-

Mercat. d̃ camb. c 7. Garz. 2. p. de cõtrac. ca. 12.

nis

nis percipitur aliquod pretium, & lucrum, quod, vt infra dicetur, est vsura. Hinc infertur, quam illicitus sit abusus mercatorum, qui capiunt aliquam pecuniam in cambium in vnis nũdinis ad alias, quæ debent celebrari in eodem loco; & ideo magnates, qui capiunt pecuniam in cambium in nundinis Metinę Campi ad alias nundinas eiusdem anni, si soluunt aliquid hac ratione, grauiter decipiuntur.

7 Notetur etiam, quod mutuare Regibus aliquam magnam quantitatẽ pecuniæ pro eorũ necessitatibus, quia tribuũt ijs mercatoribus aliquod lucrum, non est licitum, quamuis compellãtur dare dictam quantitatem ad vsuram: cum dare ad vsuram sit intrinsece malum: vnde non debet fieri, licet ad hoc compellantur; nec ratione lucri cessantis dicti mercatores possunt percipere aliquid a Rege, quamuis compellantur dare dictam pecuniam, si hanc pecuniã non habebant paratam ad negotiandũ cum ea, aut ad emendum prædia, census, & alia, quæ reddere debent redditus, secundum id quod resoluit Sotus, & secundum hoc debet limitari, quod dicit Nauarrus, qui affirmat, quod saltem ratione lucri cessantis possunt aliquid percipere, non autem ratione cambii, cum dictum lucrum videas illicitũ, si fiat in eodem loco ad eundem locũ, in vnis nundinis ad alias remotas, aut immediatas ibidem faciendas; quia Reges, quando recipiunt huiusmodi pecunias, numquam concipiunt animo soluere dictam summam in diuersis locis ab illis, vbi pecunia datur, in quibus valeat magis aut minus, quamuis aliud fingatur in eius litteris; & etiam, quia quãdo Regibus dantur huiusmodi pecunię hac conditione, quod vltra sortem principalem dentur quadraginta, aut quinquaginta per singula millia singulis annis, non videtur hoc ad aliquod iustum cambium referri posse. Vt vero hoc possit licite fieri, aduertãt qui dant hos nũmos, quod si non habent propositũ negotiandi cum illis, aut emendi census, aut alia prædia iustis pretijs, emant ab ipsismet Regibus aliquos census constitutos super publicos redditus oppidorum, aut ciuitatum eorumdem Regum iustificantes hanc emptionem cum pacto retrouendendi, vt petit ius: illi vero qui habent pecunias suas paratas ad negotiandum, debent moneri, quod pręcipue, quando compelluntur ad mutuandum, mutuent eas cum pacto interesse verisimilis lucri cessãtis, & damni emergentis, seruatis conditionibus necessarijs in hoc casu, de quibus egimus in tractatu venditionum. cap. 85. num. 3.

Sot. li. 6. de iust. q. 1. art. 3. Nau. in summa Latina. 17. n. vl.

De cambio sicco. Cap. CVII.

SVMMARIVM.

Quid sit cambium siccum, & de fallacijs, quæ in eo sunt, concl. 1. num. 1.

An possit qui mutuat pecuniam in auro, capere postea eandem monetam, quæ facta est maioris valoris per pragmaticã Regis, concl. 2. & 3. nu. 2. & 3.

An possit quis capere pro pecunia, quam debet transferre ad alia loca totum illud plus, quod valet in illis dicta pecunia, concl. 4. num. 4.

An sit licitum recipere plus pro distantia temporis, quo fit solutio, concl. 5. nu. 5.

An sit iusta causa augendi lucrum cambij quod sunt multi, qui petunt pecuniam, conclus. 6. num. 6.

An cambiorum precia ratione penurię pecuniarum, quæ procedit a monopolio possint augeri. concl. 7. nu. 7.

An campsor accipiens schedulam a mercatore pro soluenda pecunia alicui possit aliquid accipere pro labore a creditore, vel à mercatore. concl. 8. nu. 8.

An sit licitum dare decem mensuras olei in tempore, quo valet vnum ducatum cũ dimidio mensura, & postea petere quindecim mensuras quæ valent tunc tantũ, quantum valebant decem, conclusion. 9. numero 9.

PRima Conclusio. Cambium siccum est illud, quod est imaginatiuum & fictitium, quia re vera non est verum cambium, sed solum quoddam mutuũ cum aliquo lucro, ornatum nomine cãbij, quod accidit, quando distantia loci, quæ erat necessaria ad veram naturam cambij, conuertitur in sola distantia tẽporis, recepta pecunia in eodem loco, in quo debet reddi, quamuis non in eodem tempore; quod non est aliud nisi quoddam mutuum cum lucro ob dilationem solutionis, quæ est vera vsura. Estq; aduertendum, quod aliquæ fallaciæ solent cõmitti a mercatorib. in hoc cambio sicco, ne videatur vsurariũ: & vna ex præcipuis est, cum accedit quis ad mercatorem, & petit ab eo mutuo centum ducatos, & ipse respõdet, quod dabit quidem, sed quod vult, vt cambiet illi eos ad pretiũ, ꝙ valent Lugduni, aut in alio loco, quia ibi valent nũmi plus; quod quidem illicitum est, & est cãbiũ siccum, quia ille mercator nihil habet negotij Lugduni, nec ibi habet vllũ bona, sed in loco, vbi dat pecuniam, vt Metina Campi, & ideo sub nõie cãbij Lugduni ad eandem Metinã, & reliquum, quod perfert ad pretium Lugduni, recipit pro lucro dati mutui, quod est vsura manifesta. Nolo autem hic agere de reliquis fallacijs, quas cõmittunt, quia ipsi mercatores vtentes illis intelligunt eas melius, quam quiuis alius litteratus homo, vt ipsimet significauerunt.

2 Secunda Conclusio. Qui mutuat pecuniam in auro, quod postea per aliquã regiam pragmaticam crescit in valore, si vere erat reseruaturus eam ad tempus huius augmenti, potest licite eã accipere, quãuis valeat plus: sicut ille qui mutuat pecuniam in auro cum hac conditione expressa, quod reddatur ei eadem moneta auri, potest licite eam recipere, quãuis creuerit in valore, aut diminuatur, extra hos vero casus moneta auri, quæ mutuatur, & postea crescit, debet persolui secundũ valorem, quem habebat tpe, quo fuit data, & in hoc sensu est vera opinio Soti, quã tenet cõtra Bartholũ

Sot. l. 6. de iust. q. 7. ar. 1 & li. 5. 7. q. 5. ar. 1

3 Tertia Cõclusio. In casu, quo quis mutuat nummos, & post eorum mutuationem statim promulgatur pragmatica, & crescit valor eius, si ille, qui recipit illos, nõ expendit eos statim, sed post secundum valorem nouiter auctum, ille excessus non debet ei restitui, qui dedit pecuniam, quidquid dicat Nauarrus cum Bartolo, quia videtur, quod, postquam dicta pecunia fuit mutuata, iam dominium eius fuerit translatum in recipientem, vnde licet post mutuum retineat iam dictam pecuniam mutuatam, quousque crescat pretium, secundum quod pretium auctum expendit illam, non videtur teneri ad eius solutionem secundum pretium auctum, cũ tale augmentum sit acquisitiuum illi, qui habet dominium, vt sentit Ludouicus Lopez vt sup. c. 5.

Nau. de cambiis nu. 40.

4 Quarta Conclusio. Si hic, qui mutuauit dictam pecuniam, habebat eã paratã ad mittendum ad loca, vbi valebat plus, & nomine alterius permutauit eã extractis expensis, quæ debebãt fieri in translatione, potest in hac cõmutatione recipere illud plus, quod valuisset in eo loco, sicut accidit in eo, qui erat delaturus merces a loco, vbi valent minus ad locum, vbi valent plus, si permutet eas in dicto loco pro alijs, quæ sunt in loco, vbi valent plus.

5 Quinta Conclusio. Considerata distantia temporis, vt in ea possunt accidere varietates pretiorũ, quia vnum currit in principio, aliud in medio, aliud in fine, non est illicitum hac ratione, quod qui dat minus, recipiat magis, cum euenire facile possit, quod licitum sit, cũ illud quod dedit, haberet maiorem valorem in tempore, quo fuit recepta pecunia ob varietatẽ pretij, & sic accidit, quod libra argẽti Louanij sæpe valeat magis, & sæpe minus secundũ maiorẽ, vel minorẽ pecuniã emptorum, & venditorũ.

6 Sexta Conclusio. Frequentia eorũ, qui petunt pecuniam in cambium, quæ nascitur ex dilatione, quam efficiunt mercatores in soluendis debitis, dicentes, quod differatur solutio ad alias nũdinas.

dinas, non est iusta causa, vt augeatur interesse dictorum cambiorum, cum dicta abundantia petentium proueniat a dicta distantia temporis, quæ conceditur, quæ radix, & origo est vsura condénata, quam curauit eradicare Pius V. in sua extrauaganti: hanc conclusionem tenent Sotus, & Nauarrus contra Caietanum, & Medin.

Sot. li. 6. de iusti. q. 1 ar 5 ad 2. & q. 13. a. 2 Nau. vbi supra num. 59

7 Septima Conclusio. Quando penuria pecuniæ procedit ab aliquo monopolio facto inter ipsos mercatores, qui tacite, aut expresse, vt augeant pretia cābiorum ad eorum libitum, collegerunt sibi omnem monetam, non possunt tūc dicti mercatores percipere pretium cābij aucti hac de causa, vt dicunt Nauarrus, & Angles. Verum tamen illud est, quod in hac occasione, & tempore poterunt alij mercatores alieni à dicta culpa augere pretium cambii ob penuriam pecuniæ effectam à dicto monopolio, vt dicit Nauarr. quod debet intelligi secundum id, quod dicunt Medina, & Ludou. Lopez, nisi habuerint notitiam huius malitiæ, quia tunc non poterunt percipere dictum pretium auctum, quia est violentum, & iniustum.

Mediua in inst. l. 6. § 25. Lop. i instr. neg. li. 2. c. 13 pag. 364

8 Octaua Conclusio. Pernitiosissimum cambium est, quando vendit quis alicui aliqua bona pro pretio centum ducatorum, qui mercator dat eam schedulam, vt soluat eos in campsor; qui quidem campsor dicit dicto homini, frater, si vis literas ad talem mercatorem, ego dabo tibi illas: si tamen vis; quod numeretur tibi pecuniam, statim volo, vt soluas mihi octo, verbi gratia, pro centum pro labore meo, & sic ille, qui debebat recipere centum, non recipit nisi 92. Nec verba illa [pro labore meo] à campsore probata quidquam operantur, quia illud non debet persolui ab illo, qui recipit, sed à mercatore, cuius sūt pecuniæ, præter quam quod campsores nihil solent percipere, immo multi æstimant retinere apud se pecunias diuersorum; quibus negotientur; donec ab eis non petantur, sic enim dicit Medina in sua inst.

9 Nona Conclusio Magna controuersia est inter Doctores, an hic contractus sit licitus, scilicet, si qui dat decem mensuras olei tempore, quo valebant singulæ ducatum vnum cum dimidio, & postea petit quindecim mensuras tēpore, quo valent tantum, quantum valebant dictæ decem, quas dederat. Sotus enim, Nauar. & Mercatus tenent, quod siue crescat pretiū, siue minuatur, debet reddi eadem quantitas, quæ fuit data cum eadem bonitate. Couarruuias tamen, & idem Nauar. sibi contrarius, Sotus, & alij quos refert, & sequitur Nau. tenent contrariam opinionem. Ego vtens breuitate debita huic tractatui dico primo, quod si erat dubium, an ascéderet pretium, aut minueretur in posterū, nō debet haberi respectus ad pretium, sed ad substantiam rei mutuatæ, & hæc debet restitui, siue crescat valor, siue minuatur; quia sicut si crescebat, erat lucraturus, ita si minuatur, debet æquo animo id perferre. Verum tamen, si debebat seruare hoc oleum in futurum tunc licitum est petere illud, quod perdidit non asseruans illud. Secundo dico. quod qui recipit mutuum, debet remanere liber, vt possit reddere, quod recepit, quādo voluerit; quia velle illum obligare, vt det dictum oleum, quādo valet plus, est magna iniustitia; in hoc autem quod hucusque dictum est, concordant omnes Doctores. Tertio dico, quod si ille, qui dedit mutuo hoc oleum, non erat illud seruaturus, cum esset probabile, q postea minueretur pretium, potest facere pactum, quod detur illi tantum olei, quantum sufficiat ad persoluendum illi oleum sibi traditum secundum pretiū, quod valebat, quādo mutuauit illud; & in hoc casu possunt peti quindecim mēsuræ ab illo, qui solum recepit decē tēpore, quo valebant tantum, quantū nūc quindecim; quia si vellet eas vendere, posset inuenire dictum pretium; quod si postea mutuo daret alicui sine vllo discrimine, reciperet illud in eadem quantitate, qua ergo ratione non soluet, qui recepit dictas decem mensuras tem-

Sot li. 6 de iusti. q. 1. ar. 2 Nau ca. 17 num. 143. Mercat. de cōtr. 5. ver. 11 en lo q. Cou li. 2. var. c. 3. nu. 6. ad fin. Nau. vbi supra nu 224. Sco. in 4 d 15. q. 2 Nau l. 3. de iusti. c. 2. a nu. 150. cū seq.

tempore, nisi easdem decem tempore, quo valent minus, si mutuans paciscatur hoc modo? Nec obstat argumētum contrariæ opinionis, quæ dicit, quod si hoc pactum fuit factum, videtur fuisse pretium appositum, & per consequēs, quod fuit venditio, & non contractus mutui; quia huic argumento respondeo, quod nihil colligit, quia solum dicitur venditio, quando aliquod datur pro pecunia; in nostro vero casu non venduntur dictæ decem mensuræ olei, sed solum commutantur pro alijs decem, aut duodecim, aut quindecim, quę tantum valeant, quantum illę valebant. Et vt Confessarij possint discernere multos casus attinentes ad vsuram, notent quandam regulam, cuius non debent obliuisci, quam tradit Siluester verb. vsura 4. q. 9. §. 4. qui dicit, quod in cambijs toties quoties secundum arbitrium prudentium, & peritorum in arte cambiādi pars, quæ recipit cambium, non recipit maius grauamen, quam qui dat, nec è contra; & distantia temporis non est causa alicuius lucri, nec finguntur cambia sicca, non potest dici tale cambium illicitum, cum in eo non inueniatur iniustitia, si fiat bona intentione.

De vsura commissa in contractu assecurationum.

Cap. CVIII.

SVMMARIVM.

Quid sit contractus assecurationis, num. 1.

An contractus assecurationis reducatur ad contractum locationis, aut ad contractum fideiussionis nu. 2.

An sit licitus contractus assecurationis ratione periculi, quod assumpsit in suam curam assecurator, conc. 1. nu. 3.

An qui mutuat aliquid, quod egeat assecuratione possit eam assecurare, pro aliquo lucro conc. 2 nu 4.

An sit vsura dare mutuo pecunias obligando accipientem, vt faciat assecuratorem ipsummet tribuentem, conclu. 3. nu. 5. & concl. 4. nu 6.

An pauper, qui assecurat nauim possit recipere pretiū huius assecurationis c. 5 n. 7.

An qui assecurat nauim, quæ est ventura in quendam portū, teneatur ad solutionē delata naui ad alium portum periculosiorem vbi fecit naufragium, cō. 6 n 8.

An teneatur, qui assecurat nauim dicendo quod defert mille ducatos mercium, quos non defert, soluere eos si perit, conc. 7. num. 9.

An peccet, qui facit aliquem contractum vsurarium assecurationis, aut venditionis putans esse iustum, concl. 8. nu. 10.

1 PRo explicatione dicendorum in hoc cap. est notandum, quod cōtractus assecurationum est contractus promissionis, in quo qui assecurat, promittit, quod res subiecta periculo erit secura, accipiens in curam suam omnę periculum eius pro certo pretio, quod illi datur à domino illius rei; quod pretium si sit assignatum à lege, non habent homines potestatem arbitrandi illud; & ex hac definitione sequitur, quod si ille, qui assecurat, scit, quod res, quam assecurat, est extra periculū, non potest percipere dictum pretium, cum non assumat in curam suam aliqđ periculū; & econtra si dominus rei scit, quod iam est res perdita, non potest percipere pretium, quod illi datur.

2 Debet etiam notari, quod licet varietas sit inter doctores, an hic contractus reducatur magis ad locationem, an ad alium contractum innominatum, sicut est hic. Ego do tibi hoc, vt des hoc, vt constat ex eo, quod tradit Conradus, & Siluest. verior tamen opinio est, quod reducatur ad contractum fideiussionis, quia in hoc cōtractu dominus rei assicuratæ est comparatus creditori, & res assicurata debitori, quia illa remanet obligata redire secure ad dominum suum, & assecurator facit officium fideiussoris, vt potest clare videre, qui cognoscit terminos eorum contractuum quo supposito pro solutione

Conradus, de contrac. q. 72. Sil. ver. neg. q. 5

mate-

materiæ ponuntur sequentes conclusiones.

3 Prima Conclusio. Contractus assecurationis ratione periculi, quod assumit in suam curam assecurator, est licitus, si in eo nō sit vlla fraus, aut fictio: licitus vero non erit, quando recipietur aliquid pro sola assecuratione nullo habito respectu ad aliquam quantitatem, quæ fuit mutuo data: tunc vero præsumitur fraus, quando recipitur maius pretium, quam soleat dari pro simili assecuratione, & quando impediunt assecuratorem, quod possit contrahere cū alio: supradicta colliguntur ex his, quæ late tradunt Couarr. & Nauarr. quod confirmatur, cum sit res plana, quod fideiussor, cui comparatur assecurator potest petere pretium pro periculo, cui exponitur fideiubens, vt exponit idem Couarruuias.

Cou.l.3 vari.c 2 Nau.ca. 17. nu. 188.

Cou. vbi sup.

4 Secunda Conclusio. Loquendo in foro interiori, qui dat mutuo alteri aliquid, quod eget assicuratione, quam quærit, qui recipit eam, non committit vsuram, qui mutuauit assecurans eam pro aliquo lucro; hæc conclusio est Nauarri, quem sequitur Frater Lud Lupus contra alios; quod probatur, quia non est peioris conditionis, qui dat mutuo, vt assecuret rem suam aliquis, quā alius tertius: si realiter erat petiturus hanc assecurationem ab altero tertio, si egebat ipsa; hoc autem intelligitur de non obligato, qui recipit mutuum a mutuāte, vt capiat cum assecuratorem, quia si obliget eum, tunc committitur vsura, vt dicetur in sequenti conclusione.

Nau. de cambijs n.5. Lupus in ist neg. li.1.c.16 pa. 355. col.2.cū seq.

5 Tertia Conclusio. Non desinit esse vsura dare mutuo aliquam pecuniam imposita obligatione ei, qui recipit, vt accipiat assecuratorem ipsius pecuniæ ipsum mutuantem, quia hoc est addere obligationem recipienti, quæ est alicuius valoris, vt omnes dicunt. Verum tamen est, quod, si qui recipit dictam pecuniam, erat petiturus ab altero, vt assecuraret eam, quia illi conueniebat, quāuis peccet qui mutuauit pecuniam obligans recipientem, vt capiat cum assecuratorem, cum alterum esset capturus, cum addat mutuo obligationem valoris, non tamen puto esse peccatum petere postea pretium dictæ assecurationis, cum illud etiam alteri esset soluendum. Quod probatur ex quadam doctrina Caie. qui dicit, quod quamuis, qui mutuo dat cum obligatione imposita recipienti, vt debeat venire cum suo frumento ad molendina sua peccet, nihilominus non obstante dicto peccato potest petere ab eo pretium dictæ molitionis. Debet tamē notari, quod ex eo, quod obligauit se ire ad eius molendina, debet mutuans facere ei aliquam satisfactionem, cum mutuum sit contractus gratuitus, hæc vero obligatio imposita est alicuius momenti, quam acquisiuit vsurarie, & illicite; & idem debet dici in casu nostræ conclusionis, scilicet, quod qui mutuauit dictam pecuniam, teneatur facere aliquam satisfactionem recipienti, cum obligauerit se facere cū eo contractum assecurationis, quod erat quid æstimabile, & alicuius valoris; sic dicunt tenuisse Victoriam legendo publice materiam de vsuris in vniuersitate Salmanticensi.

Caie. in sū. ver. vsura.

Vict. in scholijs a se editis sup. 2.2.q. 78.

6 Quarta Conclusio. Si ille, qui recepit mutuo pecuniam, non erat petiturus ab alio dictam assecurationem, quia nō egebat ea, non potest qui dat mutuo, quamuis assecuret, petere, nec recipere pretium pro assecuratione, & si eam fecit, fuit coactus a mutuante. Et hinc infertur, quod si hæc pecunia assecurata amittitur, non potest, qui recepit illam petere ab eo, qui mutuauerat, & assecurauerat, quatenus est amissa secundum pactum assecurationis, cum is contractus fuerit factus contra voluntatem suam, & per consequens fuerit nullus, vt aduertit Ludouicus Lopez.

Lop l.2. instrut. neg.c.16 pa. 369. col.1.

7 Quinta Conclusio; Pauper homo, qui assecurat aliquam nauim, non potest recipere pecuniam, & pretium huius assecurationis, imō si receperit, tenetur illud restituere; sic enim tenent Sotus, & dicunt esse opinionem Victoriæ, & Ioannis de la Penna: quod probatur, quia

Sot l. 6. de inst. q.7. art. vnic.

quia homo pauper existens nulli periculo exponitur, quia si amittatur nauis, non habet, quo possit soluere assecurationem, vltra quod realiter ipse non fecit vllam assecurationem, cum non haberet bona, & contractus non possit esse in nulla re mancus; & ideo videmus, quod qui ludit cum alio, cum quo non potest amittere, non potest etiam lucrari. Verum est tamen, quod ratione delicti, quod commisit assecurans, potest capi, & tenetur, si deueniat ad melioré statum, restituere interesse dictæ assecurationis, & hoc non ratione contractus, quia fuit nullus, sed ratione doli, & fraudis, quam commisit. Ex dictis infertur, quod si aliquis assecurator habet solum in bonis suis quingentos ducatos, & assecurat mille, qui veniunt cum aliqua naui, aut diuersis, pro qua assecuratione dantur ei ducati centum, non potest percipere nisi quinquaginta, cum realiter non assecurauerit nisi ducatos quingentos, quos valebant bona sua.

8 Sexta Conclusio. Qui assecurat nauim, quæ debet venire in quendam determinatum portum pro certa quadam quantitate, quæ illi datur, si postea nauis defertur a domino ab ipso mari ad aliū portum periculosiorem, vbi petit, nulla est obligatio satisfaciendi huic iacturæ; & si dominus nauis petit assecurationem dicens venire oneratam mercibus, pro quibus asse. uratur, & postea non est onerata mercibus, non tenetur assecurator sic deceptus soluere nauim, si amittitur, quia si sciret, quod non erat onerata, non assecuraret eam præsumens, quod non curaret de ea, sicut si esset onerata. Vnde colligitur, quod si sciebat, quod erat vacua, tenetur soluere iacturam eius, cum non obstante periculo ab assecuratione non destiterit, vt dicit Sotus. Soto vbi supr.

9 Septima Conclusio. Si mercator dicit alicui, Assecura mihi mille ducatos, quos affero in ea naui, & dabo tibi quinquaginta ducatos, & de facto postea nauis non affert dictos mille ducatos, & amittitur, non tenetur dictus assecurator ad eorum solutionem, cum reuera non veniebant in ea, & qui recepit 50. ducatos non tenetur eos restituere, cum bona fide fecerit dictam assecurationé, & hac ratione non assecurauit alia bona, quæ assecurasset, si non fuisset hac impeditus, in qua assecuratione lucrum illud faceret; quod probatur, quia ille, qui ludit cum alio, qui tenet aleas falsas, potest licite percipere, quod lucratur, quia ludit bona fide, & tamen qui scit falsitatem alearum, non potest licite lucrari, nec recipere pecuniam, cum ipse faciat fraudem.

10 Octaua Conclusio. Ille, qui bona fide facit aliquem contractum assecurationis, aut venditionis putans esse iustum, quamuis reuera sit vsurarius, non peccat, si dictus contractus in prouintia vbi fit, est in vsu, & permittitur sine supplicio, quia licet ignorantia iuris loqué do regulariter non excuset, ignorantia tamen probabilis excusat; & etiam quia multi contractus sunt, qui licet re vera sint vsurarij, censentur tamen liciti ab hominibus disertissimis, sicut econtra multi, qui sunt liciti putantur illiciti ab hominibus Doctissimis: & ideo videmus, quod contractus censuum redimibilium, si non seruentur in illis omnes conditiones, quas ponit extrauagans Pij V. tenentur iusti ab hominibus grauibus in sacra Theologia, quos Nauarrus condemnat tanquam vsurarios; & Nau. ca. 17. nu. 300. etiam quia authoritas viri alicuius docti, & pij excusat à peccato transgressionis legis, vt notant Panor. Alexand. & Imola, & tradit Sanctus Antoninus; & Panor. Alex. & Imo. in c. capel. de fcrus D. Ant. 1. p tit. 3. c. 10. 1. col. 2. etiam consuetudo, certum est, quod præfertur cuicunque authoritati, quam habent vnus, & duo viri docti, & pij, vt colligitur ex iure, & consuetudo excusat a pœna, vt dicunt duæ Glos. singulares; his & alijs de causa tenet hanc partem Nauarr. in quodam consilio respō dens ijs, quæ a contraria parte possunt opponi, & non solum, qui faciunt dictū contractum cum tali ignorantia, non peccant, sed nec tenentur restituere, qđ sunt lucrati virtute eius, aut saltem possunt Nau. l. 4. cōsil. ti. de vsur. cons. 10 f. 940.

sunt retinere tantam quantitatem, quanta verisimiliter poterat ab eis interim acquiri per alios contractus licitos.

De vsura quo ad obligationem restitutionis.

Cap. CIX.

SVMMARIVM.

Quo iure teneantur vsurarij restituere lucratum per vsuras conc. 1. nu. 1.
An lucratum per vsuras titulo legitimo sit subiectum restitutioni per viam obligationis realis conc. 2 nu. 2.
An heredes vsurarij teneantur restituere eius debita conc. 3. nu. 3.
An possit vsurarius facere cessionem bonorum suorum, vt liber existat à pœna conclu. 4. nu. 4.
An vsurarius faciens cessionem bonorum suorum possit retinere sibi aliquid pro alimentis, conc. 5. nu. 5.
An teneatur, qui per viam vsura obtinet aliquod beneficium temporale à Rege, resignare illud conc. 6. nu. 6.
An teneantur restituere, qui cooperantur cum vsurarijs, concl. 7. nu. 7.
An vxor, & filij vsurariorum possint viuere ex bonis acquisitis per vsuram, concl. 8. nu. 8.
An teneantur restituere dotem gener, qui recepit eam à socero vsurario, cōc. 9. n. 9.
An famuli vsurariorum possint recipere stipendia sua conc. 10. nu. 10.
An Magistri filiorum vsurarij ac alij similes possint recipere sua stipendia, conclu. 11. nu. 11.
An vsurarius mentalis teneatur aliquid restituere, conc. 12 nu. 12.
An possit emi ab vsurario, conc. 13. n. 13.
An vsurarij teneantur ante sententiam iudicis facere restitutionem, conc. 14 n. 14.

1 PRima Conclusio. Omnes vsurarij manifesti tenentur restituere totū id, quod lucrati sunt per vsuras, siue sint Iudæi, siue gentiles, siue Christiani, & hoc per legem diuinam, & naturalem, vt dicunt Cou. & Nau. S. Tho. Sotus, & Palacius, cum Doctoribus cōmuniter. Ad idem tenentur proxenetæ, qui mediatores existunt, vt fiant huiusmodi cōtractus, quia tenentur restituere lucrū, quod eorum opera faciunt illi. Si vero proxeneta coactus ab eo, qui eget pecunia, petit ab vsurario, vt mutuet ei pecuniam, & quia ipse petit, mutuat illam, non tenetur proxeneta restituere vsurā huius pecuniæ; quia si ille contractus fuit factus, hoc ideo fuit, quia petiuit eam pecuniam ille, qui egebat ea, cum alias non fuisset factus; sic tenet Lud. Lopez contra Angles, qui dicit absolute, quod ille proxeneta tenetur soluere vsuras; cuius opinionem admitterē ego in casu, quod proxeneta petit ab vsurario, vt mutuet dictam pecuniam cum vsuras; vt infra dicetur num. 7. Hinc infertur, quod nec notarius tenetur soluere in foro conscientiæ, si fecit instrumētū cōtractus vsurarij, solum quia fuit ab eo petitum per alium, qui accepit pecuniā, quia huic tanquam assentienti, & volēti non fit iniuria, nec à proxeneta, nec à notario; & qui facit iniuriam, est solum qui dat pecuniam ad vsurā; & ideo ipse tenetur ad restitutionem, cū hic nec de pecunia, nec de alia quauis re acquisita per vsuram acquirat dominium, vt definitum est in iure, & tradunt Sotus, & Med. & hanc opinionem tenent S. Tho. Caiet. Castr. Couar. Mercatus, & Aragon, quæ opinio est vera non solum in rebus, quæ vsu consumuntur, sed etiam in his, quæ vsu non consumuntur. Verum est tamen, quod inter eas est duplex, magnaque differētia. Prima est, quod res, quæ vsu consumuntur, sicut est pecunia, non debent restitui cum suis fructibus, quia hi fructus non correspondent pecuniæ, quia hæc nullum habet fructum, sed industriæ vsurarij, qui negotiatus est cum ea; unde sicut agri empti pecunia non debent restitui, quia sufficit restituere pecuniam, sic fructus dictæ pecuniæ non debent

Cou. in reg pec. Nau. ca. 17 n. 18 D. Th. 2. 2. q 62. ar. 1. Sot. li. 4 de iusti. q. 1. ar. 1 Palac. in pra. Theol. lib. 4 c 9.
Lop. in instr. cōsc. 2. p. c. 16
ca. debitoris, de iureiur.
Sot. li. 6. de iusti. q 1. ar. 4 Med. de restit. q. 38 D. Th. 2. 2. q. 78 art. 3. ibi Caie. & Arag. Cast. de leg. pē. l. 1. 2. Cou. l. 3 var. c. 3. num. 6. Merc. de vsuris, c. 12.

debent restitui, sed sufficit, quod ipsa solum restituatur, vt dicit Sanctus Tho. Sotus, & alij, quos allegat, & sequitur Nauar. & Petrus de Nauar. res vero, quæ vsu non consumuntur debét restitui cum suis fructibus. Secunda differentia est, quod pecunia, aut aliæ res, quæ vsu consumuntur, tunc solum debent eædem restitui, quando inueniuntur in potestate vsurarij non mutata specie; si vero tam sunt consumptæ, solum remanet obligatio personalis soluendi tantum loco sui; si vero vsurarius recipiat res, quæ vsu non consumuntur, semper dictæ res remanent obligatæ obligatione reali, & ideo non potest vsurarius transferre dominium illarum in alium. Et hinc infertur, quod res acquisitæ per vsuram, siue vsu consumantur, siue non, debent restitui non pauperibus, nec ecclesiæ, sed vero domino cũ iniustè fuerint acquisitæ, sicut si furto fuissent surreptæ. Secundo infertur, quod non solum fructus rerum, quæ vsu non consumuntur deductis labore, & expensis, quæ factæ fuerunt in collectione earum, tenetur vsurarius restituere, sed tenetur etiam soluere interesse, quod passi sunt illi, qui soluerunt vsuram, cum ad totum id teneantur latrones, & iniusti possessores, vt tenent S. Thom. Couarr. Nauar. & Palac. Vltimo infertur, quod totum id, quod dictum est, verum est, etiam si ille, qui soluit vsuras, habeat animum transferendi dominium: quia realiter, & vere hæc voluntas est coacta, & violenta; & ideo non est sufficiens ad translationem dominij; vnde quæcunque donatio ab eo facta dictorum bonorum non solum in eo, sed in quouis alio, qui scienter, aut ignoranter receperit, inducit peccatum, & tenentur restituere, sicut tenetur etiam ille, qui recipit aliquid à latrone, sic enim tenent Siluest. Armilla, & Nau. omnesque alij.

D. Tho. vbi sup. Sot. in 4 d. 15. q. 4 Nau. ca. 17. nu. 8 Nau. li. 4 de res. c. 2. nu. 61

D. Tho. vbi sup. Cou. vbi supra Nau. vbi sup. nu. 176. Pala. d. lib. 4. f. 238.

Silu. vsura 7. Armilla num. 40. Nau. vbi sup. nu. 275.

2 Secunda Conclusio. Aliæ res, quas vsurarius recepit titulo legitimo, quamuis sint subiectæ restitutioni, hoc non est per viam obligationis realis, sed personalis: estque magna differentia inter has duas obligationes, quia obligatio personalis non transfertur cum reb. nisi in illis, qui succedunt in locum possessoris, vt sunt hæredes; obligatio vero realis semper comitatur ipsam rem, quocũque vadat, & sit; vnde infertur, quod omnia bona vsurarij sunt subiecta restitutioni, saltem obligatione personali, & ratione personæ obligatæ deriuatur obligatio in omnes suas possessiones. Vnde infertur, quod res acquisitæ per vsuram non possunt vendi, nec permutari, nec alienari per viam venditionis, aut donationis sine vero consensu, aut rationabiliter præsumpto illius, qui dedit eas vsurario. Dixi, sine consensu vero, aut rationabiliter præsumpto, quia in duob. casibus potest vsurarius vti his rebus, non expectans actualẽ consensum creditoris: Primus est in sua extrema necessitate, aut aliorum, si nõ sit, qui velit, aut possit succurrere, nisi idem vsurarius, in quo casu creditur creditorem consentire, aut saltem debere consentire. Secundus casus est, quando vsurarius habet, quo soluat, quia in hoc casu potest dare per viam permutationis, aut donationis res acquisitas per viam vsuræ, si sũt ex numero illarum, quæ vsu consumuntur, quod non admittitur in rebus, quæ vsu non consumuntur; quia has non potest neque permutare, nec donare sine consensu expresso suorum creditorum, & si quis vendit dictas res, fit impotens ad restituendum integre, nec illas, neq; hasce potest sine necessitate vendere, neque donare, vt aduertit Aragon cum cõmuni; secundũ q debet intelligi quod tradunt Nau. Fanus, Sotus, Palacius, & Lud. Lopez, & si vendantur, sunt subiectæ restitutioni, & possunt quidem vendi ad soluendum dictas vsuras, vt dicitur in iure, hoc modo intellecto ab Ant. Augustino.

Nau. ca. 17. num. 267. Fano de pig. 4. mẽb. nu. 255. Sot li 6. de iusti. q. 1. a. 4. Pal. li. 4. ca. 9. fol. 343. Lop. in istr. cõsc. 2 p. c. 80 Au. io in te. 1. col. & i scho lis ab eo dem.

3 Tertia Conclusio. Licet hæredes vsurarij teneantur restituere omnia eius debita, licet sint debita per viam vsuræ, cum succedant in locum defuncti, & non succedant in eius obligationes, hoc

hoc tamen debent intelligi, si relinquat defunctus bona; quia si non relinquit tot bona, quot sunt debita, non tenentur in foro conscientiæ soluere creditorib. plusquam illud, quod acceperunt, nec tenentur singuli hæredes soluere omnia debita vsurarij, sed solum tenetur vnusquisque soluere portionẽ, quæ continget secundum hæreditatem, quã accepit, cum obligatio restituendi trans feratur ad hæredes ratione hæreditatis; & ideo ipsa diuisa dividitur etiam obligatio, vt dicunt Silu. Caiet. Cou. Sot. & Nau. & qui receperunt per viam legati, aut donationis, aut similis contractus gratuiti aliquid ab vsurario, tenentur restituere, si hæreditas, quæ pertinuit ad hæredes non sufficit pro dicta restitutione.

Sil ver. vsu. 6. q. 10 Cai. in quod lib 6 de vsu. q. 5. Co l. 3. var. c. 3. Sot li. 6. de iust. q 1 ar. 4 conc. 9. Nau l. 3 de res. c. 2. num. 416.

4 Quarta Conclusio. Vsurarius non potest facere cessionem suorum bonorum, vt remaneat liber a pœna, quia cessio bonorum solum habet locum in debito ciuili, secus autem in eo, quod debetur ratione alicuius criminis: quia loquendo de hoc debito vulgatum est in iure, qui non habet in ære, luat in corpore, vt cum communi resoluit Couu. Iul Clar. & Men. & ideo vsurarius licet faciat cessionem bonorum suorum, nõ ideo remanet liber a pœna pecuniaria, quæ imponitur pro delicto, sed potius ratione eius, si non habent bona, quibus possit soluere, æquitate conuenit, vt luat in corpore: quia tamen restitutio vsurarum est debitum ciuile, & non criminale, si faciat vsurarius cessionem bonorũ suorum, proderit illi dicta cessio, & ideo remanebit liber faciendi illam cessionẽ domino, aut alteri, cui debetur; hæc est opinio communior, quam sequitur Couar. Palac. & Ludou. Lopez.

Cou l. 8 vari. c. 1. num. 8. Iul. cla. ĩ praxi q. 95. Men de arbi. casu. 183.

5 Quinta Conclusio. Vsurarius, qui facit cessionem suorum bonorum, tenetur manifestare totum id, quod habet deducto illo solum, quo eget pro alimentis suis; & si postea veniat ad pinguiorẽ fortunam, debet restituere totum id, qd potuerit; quia cessio bonorum non est solutio, sed est exceptio quædam, quam ponit, vt fiat liber, vt dicitur in iure, qd intelligitur respectu bonorum, quæ debet restituere, non vero respectu pœnæ pecuniariæ, quæ debetur fisco, aut accusatori ratione delicti, quæ, quamuis postea deueniat ad pinguiorem fortunam non debetur ab eo solui, cum iam fuerit pro pœna detentus in carcere. Dixi, *quantum potuerit*, quia si non potuerit totum, restituere tenetur, quod poterit deductis alimentis pro se, quia vt dicit Iustinianus, inhumanum est velle nos iterum aliquem paupertatem experiri, quã semel iam expertus est; sic enim resoluunt Cou. Nau. & Bacca, quod quidem in foro exteriori .s. quod taliter tenetur restituere in integrum, vt sit ei licitum retinere sibi aliquid pro alimentis, vt resoluunt Sotus, & Cord. & Lud. Lopez. quod debet intelligi, nisi ille, cui debet fieri restitutio, constitutus sit in eadem necessitate; quia in hoc casu nihil potest sibi retinere, cum totum id, quod habet dicatur alienum.

Cou. in reg. pec. in priu. & 2 p. n. 2. Pal. in praxi Theo. l. 4. ca. 9. Lup. in inst. cõs. 2. p c. 70

Cou. l. 2 varia. c. 1. nu. 6. Nau. ca. 17. n. 58 & 86. Bac. per inopem debitorẽ. ca. 8. & 9.

6 Sexta Conclusio. Ille, qui per viam vsuræ obtinet a rege aliquod officium temporale, non tenetur resignare illud, solum enim tenetur restituere aliquid pro grauamine obligationis, ad quam remansit Rex obligatus recepta aliqua re ab hoc vsurario in mutuũ vltra obligationem principalem reddendi rem; quam recepit; quod probatur, quia vsurarius solum tenetur restituere illud, qd recepit vltra sortem principalem, vnde in nostro casu, quia hic qui mutuum dedit Regi, vltra sortem, quam mutuat, petit dictam obligationem, & illam recipit, hanc solum secundum arbitrium boni viri computatam debet restituere; si vero officium fuerit spirituali, vt est beneficium, tenebitur restituere, & resignare illud, quia ecclesia, quæ est domina beneficiorum, non vult, quod simoniacus habeat ius in illa beneficia, quod tum oppositum videtur dicendum de vsurarijs.

Sot. l. 4. de iust. q. 7 ar. 1. & 4 co. li. 1. qq. q. 68. Lup. in inst. cõs. 2. p. cap. 124.

7 Septima Conclusio; Qui emunt cũ vsurarijs, & sunt in causa, vt fiat damnũ ijs, qui recipiunt vsuram, tenentur restituere

tuere vsuras, quas sua causa soluerunt illi, cum sint coadiutores furti; & ad idẽ tenentur procuratores, & ministri vsurariorum, nisi excusentur aliqua ignorantia, quod raro in illis contingit, & ad idem tenentur proxenetæ, vt dicit Nauar. quod debet restringi ad illos solũ, qui rogauerunt, vt daretur pecunia in vsuram, secus vero in illis, qui solum rogauerunt, vt mutuaretur pecunia, quia quandocunq; petitur aliqua res cũ bona intentione, quæ iuste potest fieri quã uis qui petit, sciat, quod ille, a quo petit, est facturus malum, non peccat; & ideo licite potest illud petere. Reliquũ, quod pertinet ad proxenetas iam supra diximus. Et ministri vsurariorum qui deferunt pecunias & custodiunt eas, & illi, qui scribunt quod datur, & recipitur, non tenentur ad aliquam restitutionẽ, cum vere & realiter non sint causa formaliter huius iniustæ acceptionis: sic enim tenetur post Sil. Aragon. & Sotus, contra Caiet. & Nauar. nostraq; sententia debet intelligi, dummodo hi ministri verbis importunis, & minis non faciant solui dictas vsuras, vt dicit Petrus de Nauarra. Et hinc infero, quod notarius, qui facit instrumentum vsurarium, licet peccet mortaliter faciens illud, cum prohibeatur a legibus, non tenetur tamen ad restitutionem, si instrumentum dicit totum id, quod versatur inter contrahẽtes realiter, & vere; quia in hoc casu nõ cooperatur vsuræ, sed solum facie instrumentum veritatis, quæ debet attendi, & secundum quam debet iudex iudicare: contrarium tamen debet dici, quando in instrumento celatur contractus vsurarius appositis verbis, quibus non videtur vsurarius, facto in fauorem eius, qui dat pecuniam; quia si facit hoc in fauorem eius, qui recepit, quamuis peccet; non tenetur restituere, vt dicit Nau. & vt supra dictum est.

Nau. vbi sup. nu. 261.

Sot. li. 6. de iust. q. 1. ar. 4. Ara. vbi su. Cai. in sũ. & 2. 2. q. 62. ar. 7. Na. vbi su. num. 257. Na. li. 3. de rest. c. 1. nu. 22.

Nau vbi sup nu. 273.

8 Octaua Conclusio. Vxor, & filij vsurariorum possunt viuere de boni acquisitis per vsuram, si vsurario remaneat, quo possit persoluere, si vero non remanent illi alia bona præter ipsas vsuras acquisitas, non possunt hæc retinere in suam alimentationem, vt notat Sil. nisi existant in necessitate, & seruientes alijs non possunt sustentari secundum statũ suum; & si vxor habuerit dotem sufficientem, vt sustentet se, & filios suos, nõ debet sustentari bonis mariti, quem scit fecisse vsuras. Est tamen aduertendum, quod si vxor monuerit maritum; vt restituat vsuras, quas debet, donec instituerit huic admonitioni factæ tempore, & modo debito, licite recipit, quod cum ea expenditur, & pro sua sustentatione potest petere ab Episcopo, quod vsuræ, quæ non habent dominum certum, cui debeant restitui, sicut deberet dari pauperibus, dentur ipsi tanquam pauperi, vt commode possit viuere.

Sil. vsu. 8. per totum.

9 Nona Conclusio. Gener, qui recipit dotem soceri sui vsurarij, cuius bona nõ sufficiunt soluere vsuras, si scit, aut debet scire hoc, peccat, & tenetur restituere, quod procedit non solum, quãdo res acquisitæ per vsuram dantur in dotem, & quando dos est excessiua, sed etiam, quando datur in pecunia, & in alijs rebus moderate, cum recipiat ab eo, qui nec potest dare, nec donare sine peccato; & si eius vxor non potest restituere hanc dotem ipsa disponente, eo quod eius maritus repugnat, peccat maritus, & non ipsa, si proponit, quod mortuo marito ipsa restituet. Hinc infertur, qđ si ambo conueniunt non facere hanc restitutionem, quod ambo sunt in statu condemnationis, verumtamen poterunt petere ab Episcopo, quod bona incerta, quæ debent restitui applicentur illis pro sua sustentatione.

10 Decima Conclusio. Famuli vsurariorum sine dubio possunt recipere stipendia sua, si habent bona, de quibus possint restituere suas vsuras, si vero nõ habent bona, & debita vsuraria sunt priora, quam sint ipsa stipendia, & seruiũt dominis prædictis in reb. parui momenti, vt comitando eos, assistendo eius mensæ, non possunt percipere dicta stipendia, sed potius restituere ea tenentur, & multo rationabilius tenentur ad

idem

idem illi, qui solum seruiunt illis in cibãdis canibus, accipitribus, &c. cùm ipsi efficiant, vt domini fiant impotẽtes ad restituendum; quod totum intelligitur, si sciunt, quod illud, quod possident, acquisiuerint per vsuras, & vident, aut debent videre, quod illi sumptus superflui sunt in causa, quod domini reddantur impotentes. Si vero huiusmodi famuli illis vtiliter, puta colendo deseruiunt, arando eorum prædia, & habent curã suorum bonorum, possunt licite percipere stipendia, cum iuuando bona ipsorũ vsurariorum ex consequenti sequatur vtilitas creditoribus, quia inuenient bona, quibus possint satisfieri; si vero loco stipendij dederint illis domini aliquod prędium, vel domũ acquisitam per vsuras, tenẽtur eam restituere, quia hęc domus quocumque vadat, comitatur obligationem realem subiectam restitutioni, sic enim dicit Siluester. verb. vsura. num.6.

11 Vndecima Conclusio. Cerdones, sutores, nutritijque filiorũ vsurariorũ, qui docent eos, licite possunt petere, & recipere stipendia, quæ illis debentur, si eorum debitum præcedit debita vsuraria, quia eandem potestatem habẽt quicunque alii creditores primi ad recuperanda debita sua; si vero illorum debita sunt posteriora, & vsurarius offert illis ea, licet possint recipere, non possunt tamen petere, si ex eorum solutione reddi possunt impotentes vsurarij ad soluendas vsuras, quas prius debebant, quia petentes ea cooperantur peccato debitoris, qui præfert creditores posteriores prioribus, quod non accidit in illo, qui non petit, sed habet se mere passiue recipiens, quod illi debet vsurarius, cauens ne soluat illis de bonis acquisitis per vsuras; hoc colligitur ex Nauarro cum communi. Nau. in Man. c. 17. n. 52.

12 Duodecima Conclusio. Vsurarius mentalis tenetur ad restitutionem. Est autem aduertendum, quod vsurarius mentalis non est ille, qui habet propositum mentale committendi vsuram, & non committit, & satis apparet hũc non teneri ad vllam restitutionem, sed est ille, qui facit aliquem contractum cum intentione principali lucrandi aliquid per viam vsuræ non faciendo in dicto contractu pactum expressum, aut tacitum, quod detur ei aliquod lucrum, & hic tenetur ad restitutionem, vt dicitur in iure. Est tamen notandum, quod si hic mutuat liberaliter, non intentione principali alicuius lucri, & si debitor soluit illi aliquid plus putans bona fide. quod illud datur illi gratis, non vero ratione mutui, quousque durat hæc bona fides, non tenetur ad restituendum; si vero aduertit, quod debitor non dedit illud gratis, sed ratione mutui, tanquam vsuram tenetur illam restituere; nec in hoc casu potest allegare præscriptionem, cum reuera non acquirat dominium huius rei, quia est vsuraria; & si mutuat principali intentione lucri, & debitor det aliquod lucrum gratis, & liberaliter, tunc tenent Caietanus, Siluester, Armilla, Sotus, Nauarrus, & Palacius, & Ludouicus Lopez, quod quousque creditor ignorat illum liberalem animum, tenetur restituere illud; si vero cognoscat liberaliter illi fuisse datum, tunc non obstante eius deprauata intentione non tenetur restituere; quod tenent communiter Theologi contra canonistas, respondentes argumento in contrarium, dicendo, quod dicta deprauata intentio remansit libera a macula iniustæ retentionis per scientiam liberalitatis, & gratuitæ voluntatis domini debitoris. Caie. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 4. Silu. usu. §. 6. Arm. n. 34. Sot. lib. 6. de iust. q. 1. artic. 4. uers. de mentali. Na. c. 17 nu. 207. Pala. d. l. 4. c. 3. fol. 238. Lup. in inst. cõs. 2. p c. 54 in fin.

13 Decimatertia Conclusio. Multum debet cauere quicunque ab emendo aliquid ab vsurario, præcipue si emit ipsum, quod est lucratum per vsuram; si vero iam quis emit, & dubitat, an sit acquisitum per vsuras, non tenetur restituere, cum in dubio melior sit conditio possidentis. Verum tamen est, quod peccat mortaliter emendo illud, quia exposuit se periculo emendi alienum sine licentia domini. Hinc sequitur, quod

illi, qui emerunt census ab extraneis, qui tractant cum Rege; a quibus est suspicio, quod lucrati sint tales census per vsuras, peccauerunt, non tamen tenentur restituere, si dubitant, an essēt lucra vsuraria, vt dicit Medina in sua instruct.

14 Decimaquarta Conclusio. Vsurarij ante sententiam latam a iudice tenētur ad restitutionem faciendam, cum non sint domini rerum acquisitarum per vsuram; & eandem obligationem habent, qui tenetur facere hanc restitutionem[c]. Estque notandum, quod hæc restitutio debet fieri secundum ius naturale, & diuinum illi, qui passus est damnum, aut suis hæredibus, & si qui deficiant, debēt diuidi dicta bona, & dari pauperibus, aut ecclesiæ, vt tenent omnes cum D. Tho. Soto, & Couarr. qui allegāt alios; & in casu, quod debeat fieri hæc restitutio pauperibus, potest Episcopus præcipere vsurario manifesto, vt non faciat eam sine sua authoritate, cum cōtra ipsum vsurarium sit præsumptio, quod nō faciet eam integre, quod nō potest præcipere alijs debitoribus, qui habent bona incerta diuidenda, cum in illis non sit illa præsumptio. Potestque idem Episcopus reseruare absolutionem peccati, quod committit vsurarius non restituēs vsuras, & prohibere Confessarijs in sua diœcesi, quod in restitutionibus incertis non procedant, nisi secundum formam ab eo dandam, præcipue si eius episcopatus sit in Regnis, quibus conceditur bulla cruciatæ, in qua præcipitur ordinariis, vt studeant, operamque dent, vt restituantur bona acquisita per vsuram; & si non sit dominus certus, cui fiat restitutio prosit illis indultum compositionis, & secundum hanc resolutionem debet intelligi, quod tradunt Nauarrus, Couarruuias, & Matienzus, qui circa hoc allegat multas opiniones.

D. Th. in 4. d. 15. vbi D. Th. idē 2. 2. qu. 62. art 5 Sot. li. 4. de iust. q. 7. ar. 1 Cou. in c. 3. n. 8. de testi.

Nau. c. 27. n. 92. Couar. vbi sup. Matt. in l. 14. gl. 1 num. 60 tit. 4. li. 5 comp.

De pœna vsurariorum.
Cap. VII.

SVMMARIVM.

Vsurarius manifestus quis dicatur. nu. 1.
Quas pęnas imponat ius vsurarius, & contra absoluentes, & sepelientes illos non facta restitutione. nu. 2.
Quod præstandum a Confessario cum vsurario in articulo mortis posito. nu. 3

1 PRo resolutione eius, quod est dicendum in hoc capitulo notandū quod ius imponit multas pęnas contra vsurarios manifestos: pro cuius intelligentia debet aduerti, quod vsurarius manifestus est ille, qui clare, & aperte mutuo dat cū vsura, aut vendit res suas carius, quā sit pretium iustū, & rigorosum, quā valent, quia differatur eius solutio; & non est necesse, vt aliqui dicūt, quod det mutuo omnibus, qui petunt mutuum, sed sufficit, quod eius delictū sit manifestum, aut per sententiam, aut per notitiam communem.

2 Si nolit vsurarius manifestus restituere vsuras, quas debet, nemo potest esse testis in eius testamento, nullus Confessarius sęcularis, & regularis potest audire confessionem eius, & alias, si absoluit illum sine restitutione facta, remanet excommunicatus; in quam excommunicationem incurrit etiam ille, qui sepelierit illum in loco sacro, nec potest admitti ad oblationem in ecclesia, & eius testamentum est nullum ipso iure, vt dicitur in quadam Clementina. Clem. a. de sep.

3 Aduerte tamen, quod si restituerit, quod debet, aut dederit cautionē cū pignoribus, aut fideiussores, qđ restituet illis, quibus debet aliquid per viam vsuræ, si sint præsentes, aut alijs eorū loco, qui possint recipere dictas res, nō incurret in dictas pęnas. Et idem est, si nō inueniantur, qui recipiant dictas vsuras: si fiat instrumētū de licentia Episcopi, aut eius Vicarij, aut parochi firmatū nomi-

ne

ne personarum fide dignarum, in quo exprimatur quantitas tota, quam debet, vt pignoribus, & fideiussoribus fiat debita restitutio; quod si non possit fieri hæc diligentia, quia vsurarius est in articulo mortis, si ipse sit multum paratus ad faciendum illud, & ad restituendum, poterit quiuis sacerdos illius confessionem audire, & absoluere obtenta ab eo licentia ad declarandum Episcopo, quod in confessione declarauit illi, & promisit, vt si conualuerit ex sua infirmitate, aut mortuus fuerit in ea, ipse, aut eius hæredes teneantur facere dictam restitutionem, vt tenent Siluester, qui ponit alias pœnas, & Couarruuias, Iulius Clarus, Menochius, Didacus Perez, & Gregorius Lopez, quas omitto, ne sim nimis prolixus lectori, ideo hoc suffi ciet pro hac materia. Desidero autem, quod totum id, quod dictum est supra, & dicetur in tractatu sequenti sit ad gloriam, & honorem altissimi Dei, & vtilitatem animarum, pro qua crucifixus fuit.

Sil. vsura, 9. n. 4. Sil. vbi sup. Cou. li. 3. var. c. 3. nu. 5. Iul. Clarus, li. 5. §. test. q. 29. & & §. do na. q. 7. & li. 5. §. vsura Menoc. cas. 135. Pere. in li. 1. tit. 8. lib. 2. ord. fol. 26. Greg. l. l. 4. verbo vsureros. titu. 6 p. 6

Finis Partis Secundæ.

TRACTATVS ORDINIS IVDICIALIS

Quem Ministri Generales, & Prouinciales.

Reliquique Iudices Ecclesiastici, & sæculares debent obseruare in suis visitationibus.

De visitatione præstanda suis subditis à Generalibus, & Prouincialibus.

Cap. I.

SVMMARIVM.

An teneantur iudices de rebus, quæ pertinent ad eorum iurisdictionem, inquirere, & an possint se intromittere in iurisdictionem alienam num. 1.

An Minister Generalis minorum de obseruantia teneatur visitare religionem, concl. 1 nu. 2.

An teneantur Prouinciales ministri minorum visitare familias suas iudicialiter singulis annis, concl. 2. num. 3.

Quæ debeant prælati interrogare in suis visitationibus, concl. 3. nu. 4.

Visitatio quot modis fiat, ibid.

1 PRo perfecta explicatione eius, quod agendum est in hoc capit. debet notari, quod omnes iudices debent facere inquisitionem illarum rerũ, quæ pertinent ad suam iurisdictionem; quæ quidem considerantur tripliciter, quia aliquæ pertinent ad iudicem ecclesiasticum, aliæ ad sæcularem, aliç pertinent ad vtramque iurisdictionem; & ideo vocantur communiter mixti fori. Ad iudicem ecclesiasticum pertinent causæ spirituales, vt sunt causæ matrimoniales, & beneficiorum, secundum ordinata à Concilio Tridentino, & etiã potest cognoscere iudex ecclesiasticus de omni crimine, cui imponit ius canonicum pœnam excommunicationis, aut alterius censuræ ecclesiasticç; vnde potest cognoscere de crimine sodomitico commisso à sęculari, cum per sacros canones

Conc. Tri. ses. 24. cano ne 12.

nones sodomitæ excommunicentur. Debet tamen aduerti, quod de his delictis, & alijs, quibus leges ciuiles imponunt pœnam mortis, aut abscissionis alicuius membri, non debent cognoscere, vt puta de crimine adulterij alicuius mulieris nuptę, quamuis iudex sæcularis sit negligens, quia secũdum leges ciuiles potest maritus illam occidere, si illi tradatur, & ideo est periculum incurrendi irregularitatem impositam contra iudices harum causarum. Verum est tamen, quod tanta posset esse negligentia iudicis sæcularis, & crimen ita manifestum, & scandalosum, vt esset licitũ iudici ecclesiastico cognoscere de his, & alijs huiusmodi criminibus adhibens curam, ne afficiantur delinquentes supplicio sanguinis, vt sic non incurrat irregularitatem; & eadem ratione iudex sæcularis ob negligentiam iudicis ecclesiastici potest cognoscere de causis ecclesiasticorum, si causa resultat in graue damnum fidei, vt dicit Gabriel; secus vero, quando resultat in graue damnũ boni communis; vnde colligitur, quam malefaciunt iudices sęculares, qui facile intromittunt se in cognitione facinorũ ecclesiasticorum, quia licet sint in graue damnum boni communis, nullo modo possunt cognoscere de illis ad iudicium ferendum, vt disponitur eis à iure. Iudici sęculari competit cognoscere de caussis temporalibus sęcularium tam ciuilibus, quam criminalibus, de quibus non potest cognoscere iudex ecclesiasticus, cum non pertineant ad eius iurisdictionem: aliæ causæ sunt quæ sunt vtriusq; fori, vt est crimen blasphemiæ, & sodomiæ, quæ si sufficienter sint cognita in vno tribunali, non possunt in alijs cognosci, vt dicit Gabriel.

Gab. super c. lect. 75. l. Q.

2 Prima Conclusio. Tenetur Generalis ordinis minorum de obseruantia visitare familiam suam, cum sit eius pastor supremus. Verum est tamen quod per nostram regulam non tenetur visitare monachos ipsos, quia licet in ea iubeatur, vt visitent, & moneant, hoc debet intelligi loquendo de Prouincialibus, vt dicit D. Bonauentura, & Cord. super nostram regulam.

Cordu. sup nostrã reg. 10. q. 1.

3 Secunda Concl. De iure diuino tenẽtur Prouinciales nostræ sacræ religionis visitare iudicialiter familias suas; quod probatur quia illa verba quæ Christus dixit S. Petro. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, referuntur ad oẽs pręlatos, qui habent curam animarũ: & etiam de iure positiuo est ordinatum, q̃d omnes superiores religionum, quæ nõ sunt subiectæ Episcopo, visitent subditos, & inferiora monasteria earũ, vt ordinatur in Concil. Trid. & Ordinarij, vt sunt Prouinciales, tenẽtur visitare singulis annis dicta monasteria, vt ordinauit Concil. Trid. estque secundũ ius antiquum: & cũ hoc præceptũ sit affirmatiuum, non debent condemnari ad mortale iudices non visitantes, nec facičtes fieri visitationẽ singulis annis, q̃a cum finis huius visitationis sit corrigere delinquentes, vt infra dicetur, si necessitas correctionis cessat, etiam eius obligatio singulis annis, sicut econtrario, si adsit dicta necessitas, tenẽtur facere visitationem plusquam semel in anno.

Luc. 22.

Cõc. Tr. sess. 25. d regul. c 8. & c. 20. cõc. Tr. ses. 7. c. 8 & ses. 20. c. 8.

4 Tertia Concl. Viso quod pręlatus regularis est immediatus iudex suorum subditorũ ad punienda eorum delicta, non solũ de iure cõmuni, sed etiam ratione suorũ priuilegiorũ, vt resoluit Nauarr. illorũ finis in visitationibus præcipue debet esse, vt lex diuina seruetur, vt constat ex Concil. Trid. & postea debet tractare de obseruatione legum ecclesiasticarum, præcipue sacri Concilij Tridentini, cuius decreta debent haberi in summa veneratione ponendo ea in executione, vt præcipitur in eodem Concil. & deinde debet tractare de obseruatione, & conseruatione regulę, quam profitentur, vt præcipitur in dicto Concilio Tridentino. Et cum hæc visitatio fiat quatuor modis, vno modo per viam Inquisitionis generalis, alio modo per viam Inquisitionis specialis, alio modo per viam denuntiationis specialis, quartò per viam accusationis, conuenit, vt de omnibus tractemus.

Nau. in c. nõ dicatis, n. 63.

Cõc. Tr. ses 24. d refor. c. 3.

Concil. Tri. ses. 25. d regul. c. 22

De

De inquisitione generali.
Cap. II.

SVMMARIVM.

Quot sint species inquisitionis, num. 1.
Exhortatio, quam debent facere prælati, quando proponunt visitationem, & quãdo pro inquisitione generali non est necessaria infamia, nec accusator, neque denuntiator, concl. 1 nu. 2.
An inquirens generaliter possit iudex interrogare, an Petrus fecerit tale delictum, concl. 2. num. 3.
An quis teneatur denuntiare de se ipso, cõclus. 3 nu. 4.

1 PRo explicatione eius quod in hac materia dicendum est, debet notari, quod inquisitio est legitima inuestigatio, quam facit iudex ex officio suo interrogans aliqua crimina, aut de aliquo delinquente. Pro cuius rei explicatione est notandum, quod inquisitio alia est generalis, alia specialis: generalis contingit tribus modis; vna est ex parte criminis solum, alia est ex parte delinquentis solum, alia est, quando interrogatur de crimine, & de delinquente: & eadem distinctio est in inquisitione speciali. Et notetur, quod in generali inquisitione tam ex parte criminis, quam ex parte delinquentis non inquiritur de aliquo crimine in particulari, nec de aliquo delinquente determinato, sed de omnibus in generali; quia quamuis prçlatus faciat monitionẽ in ea de aliquibus criminibus particularibus, non possumus ideo non vocare eam inquisitionem generalem. Inquisitio generalis ex parte criminis solum est, quãdo inquiritur de aliquo crimine particulari, vt si interrogatur, qualiter obseruetur lex, quæ ponit pretium frumento: inquisitio generalis ex parte delinquentis est, qñ habetur notitia de delicto aliquo, & quæritur in generali, quis cõmisit illud.

2 Prima Conclusio. Vt fiat hæc inquisitio generalis, non est necesse quod adsit infamia, nec quod sit accusator, neque denuntiator, vt resoluit Sotus, & ideo vocatis fratribus existentibus in communitate ante omnia debet prælatus facere exhortationem ostendens in ea magis zelum iudicis, & viscera patris, quã litteras, & verba. Et facta hac exhortatione, antequam incipiat visitationem, debet visitare sanctissimum sacramentum Eucharistiæ, & reliquias sanctorum, quæ fuerint in illo conuentu, & oleum sanctum, inspiciens an sint omnia dicta decenter reposita; & his visis debet visitare infirmorum locum, & reliquas domus, officinas, vt videat, & experiatur, an habeatur curæ cultus diuinus, & debita infirmis charitas, & reliqua subditis necessaria ad eorum sustentationem, & honestatem conuentuum, qui sunt sub sua cura, & deinde debet iubere, vt vocentur monachi singuli seorsum interrogans eos de eo, qđ requiritur pro vita communi, & obseruatione regulæ, & statim debet eos interrogare, an obseruentur statuta generalia religionis, & prouincialia illius ꝓuinciæ, & an sciant de aliquo monacho, qui commiserit aliquod delictum, & peccatum contra tria vota essentialia, & contra præcepta diuina, & eccelsiastica, & regulæ, capiens eorũ depositionem in scriptis, interrogans de aliquibus delictis in particulari, licet non sint perniciosa Reipub. de quibus non est correctus, nec speratur corrigi frater, vt latius infra dicetur: tenẽtur etiam reliqui iudices facere inquisitionem generalẽ peccatorum, quorum suplicium curæ eorum committitur. Notare tamen debent ne accipiant depositionem alicuius, quin visitatus subscribat manu propria, & si aliqui fuerint, qui dicant nihil habere dicendum, faciant, vt illud scribant, & subscribant, ne finito tempore visitationis recordati huius subscriptionis audeãt dicere aliquid sine zelo forsitan debito moti solum aliqua inordinata occasione.

Soto de ratio. te gen. & detegẽ. secr q 6. membr. seq.

R 3 Secun-

3 Secunda Conclusio. Non potest iudex in inquisitione generali quærere in particulari, an Petrus fecerit hoc delictum, solum enim licet ei petere generaliter, quis fecit hoc delictum, vt infra dicetur. Supradictum autem debet intelligi, nisi aliqua persona in particulari sit notata infamia illius delicti, vt infra dicetur; & non detineor circa hoc, quia in materia excommunicationis tractãs de monitorijs loquutus sũ late de hoc.

4 Tertia Conclusio. Nemo tenetur in hac inquisitione generali declarare peccatum, quod commisit, licet sit publicũ, & notorium, nisi interrogetur iuridice à iudice, vt infra dicetur: & ideo dicunt DD. communiter, vt notat Sotus, quod hæc inquisitio generalis non est iudiciũ, sed præambulum ad iudicium, cum in ipso iudex primum inquirat, an sit aliquod vitium contra communitatem, & aliquis delinquens sit infamia notatus pro eo vitio, & postea inueniens testes procedit ad iudicium, vt tractat Albertinus, & Bartholus & constat ex iure.

Sot. in rel. in 2. q. 7. concl. 3. dubio 1.

Alb. in assertio ni q. 34. nu 6.

Bart. in l. fi. ff. de q. c. fi. de hær.

De inquisitione particulari ex parte iudicis. Cap. III.

SVMMARIVM.

Quid sit occultum aut notorium, & vnde dicatur nu. 1. & 2.

An vt quis teneatur pro infamato de aliquo delicto, sufficiat quod delictum sit notorium num. 3.

An sit necesse pro inquisitione speciali alicuius persona, quod sit notata infamia illius delicti, de quo tractatur, concl. 1. num. 4.

An sit licitum Iudici inquirere de aliqua persona si de ea non præcessit infamia, concl. 2. num 5.

An possit Iudex & Prælatus inquirere de illo, qui commisit delictum publicum et delinquens est occultus, concl. 3. numero 6.

An, si delinquens est notatus & conuictus de aliquo crimine, solum de hoc, & de nullo alio debeat fieri inquisitio, concl. 4. num. 7.

An possint iudices facere inquisitionem, si aliqua persona sit habilis ad quoddam officium, cum notatus non sit inhabilitate concl. 5. nu. 8.

An possint iudices condemnare delinquentem, qui confessus est delictum extra iudicium coram multis, non præcedẽte infamia, ibid.

An possint procedere contra illum, qui coram illis fecit aliquod crimen ibid.

An possint procedere per viam inquisitionis, nisi præcedat infamia, quando crimen est in damnum tertij, ibid.

An possint procedere prælati per viam punitionis in re dubia, concl. 6. nu. 9.

1 Ad perfectam explicationẽ eius, quod in hac materia, & capitulo debet dici, notãdum est, primo quod sunt delicta manifesta; occultum dicitur multis modis: Primo, quando quid est mentale, & hoc dicitur occultum per se, quia ex natura sua nihil habet, ratione cuius possit ab alijs cognosci: aliud dicitur occultum per accidens, estque quando aliquod delictum committitur actu exteriori in loco, vbi nullus videt, aut audit; & ideo quantum est ex natura sua, habet aliquid, ratione cuius possit esse publicum, si non est hoc, est per accidens, scilicet, quia factum fuit secreto; & in nullo horum duorum casuum habet locum correctio fraterna, aut iudicialis: tertio modo occultum est, quãdo vnus, aut pauci id sciunt, nec est deductum in iudicium, immò loquendo de occulto lato modo dicunt Doctores docti, quod occultum est illud, quod ab ecclesia toleratur, & eius factum non est euidens.

DD. in c. curã. de coll. cleric.

2 Secundo debet notari qd hic terminus, notorium, seu manifestũ, non deriuatur à verbo noto, vt dicit Siluest. sed à verbo nosco, & sic est illud, de quo omnes habent notitiam, & consideratur tribus modis, quia vnum manifestum à iure, aliud de facto, aliud de præsumptione iuris. Notorium iuris est illud, quod in iudicio est notum aut per sententiam iudicis, aut per confessionem partis,

Silu. q. notoriũ

partis, aut per claram probationem testium, vt notatur in iure. Notorium facti est illud, quod est ita notum, vt negari non possit, vt definit quædam glos. vt si quis occidat alium coram multis. Notorium præsumptionis iuris est illud, quod ex se non est euidens, sed iudex procedit ad punitionem eius, ac si esset euidens propter præsumptiones, & indicia, quæ sunt de facto, sicut quãdo clericus detinet mulierẽ, & cohabitat sub eodem tecto, quam omnes dicunt esse eius concubinam, quia ille punitur sicut concubinarius. Notetur autẽ, quod ad hoc, vt quid reputetur notorium, nõ potest dari certa regula, vt dicit Sotus, & certius quod in hoc casu possumus verificare, est, quod si delictum fuit cõmissum in aliqua ciuitate magna, requiritur, vt cognoscatur a pluribus, quam si cõmittatur in aliqua ciuitate parua, aut paruo loco; immo videtur mihi, quod sufficit, quod probetur sciri a decem personis, quia si hoc verificatur, certum est, quod hoc cognoscetur à pluribus, quia credendum est, quod illæ publicabunt alijs. Notetur vlterius, quod licet aliqui posuerint differentiam inter notorium, & manifestum in iure, tamẽ inuenimus idem esse, & ideo non est necesse, qd multiplicemus distinctiones. Notetur etiam, quod licet omne notorium sit publicum, econtra non tamen omne publicum est notorium, quia potest esse res publica ratione personarum prauæ conscientiæ, quæ patefecerunt eam, cum non scirent eam pro certo, nec ipsa erat euidẽs in facto, & ideo potest esse quis ob dictum rumorem infamatus, cum tamen eius peccatum non sit notorium.

Sot. in 4 d 12. qu. art. 6.

c quæsita de cohab. cl. & c. cũ olim de ver. sig.

3 Tertio debet notari, quod vt quis teneatur pro infamato de aliquo delicto, non sufficit, quod sit notoriũ, quod commisit illud coram domesticis eius, quia quousque res extra domum non cognoscitur, reputatur pro secreta, & rõ est quia supponitur, quod domestici tacebunt, & ideo non potest iudex procedere contra illum, qui hoc modo est notatus infamia, quia correctio non est commissa curæ eius, sed patri illius familiæ, & domus. Hoc vnum tamen sciendum est, quod domus potest esse ita populosa, & magna, quia in ea sint multi familiares, vt possit reputari pro infamato absolute, quia præsupponitur, quod illi multi publicauerint illud. Et notetur, quod illud, quod facit monachus, seu collegialis, sufficit esse notorium in eius monasterio, aut collegio, vt tanquam publicum possit visitari, & puniri; quia licet non præsumatur, quod sint dicturi illud extra domũ, eo quod sit graue peccatum, quod tamen faciunt similes personæ, moraliter loquendo, ignoratur in ciuitate, vt petamus, quod debeat esse publicum in ea, vt puniri possi.; hoc supposito ponentur conclusiones pro resolutione huius materiæ.

4 Prima Conclusio. Inquisitio specialis alicuius personæ potest fieri ad effectum suæ punitionis, quando talis persona est notata infamia alicuius delicti, aut quando sunt indicia grauia, & notoria maiori parti communitatis contra dictam personam, ita vt si non procederet iudex contra hunc reum causaretur scandalum in dicta communitate: sic enim tenent Nauarrus, & Ludouicus Lopez. Dixi, indicia grauia, quia si non sunt grauia, quamuis sint manifesta, non sufficiunt, vt procedatur contra eum sic infamatum propter illa per viã inquisitionis, potest tamen procedere, quando aliquis accusat, quia in hoc casu hæc indicia habentur pro semiplena probatione, & ideo sufficiunt, vt iudex per viam accusationis procedat contra reum, & cõtra testes scientes illud compellens eos, vt manifestent veritatem, vt tenent Nauarrus, & Sotus post Silu. tunc autem erunt indicia grauia, vt possit iudex procedere contra reum per viam inquisitionis, quando euidenter ex illis potest præsumi malum, non existente in eis coniectura boni, vt sunt amplexus indebiti, & coniunctio aliquorum, de quibus tractatur in iure canonicus

Nau. in ma. c. 8. nu. 38. & c. 17. & 15. n. 35. 137. Lup. in inst. cõ. c. p. c. 11 Na. vbi sup. Sot. lib. 5. de iust. q. 6. art. 1 & de test. sec. mẽb 2 qu. 6. con 8. d. 1. fo. 51. Sil. tit. vend. & inquisit. 1. q. 5. & 4 27 q. 1 c. 3. neq. aliqua.

nico; tunc vero erunt indicia leuia, quando in illis est parua coniectura mali, & magna alicuius boni, & realiter non nascitur ex eis suspicio grauis, sed leuis, ita vt per illa non efficiatur religiosus infamatus, sicut est videre aliquem religiosum bonę famę loqui cum aliqua muliere in loco suspecto, quia hoc non est indicium sufficiens pro infamia.

5 Secunda Conclusio. Non est licitum iudici facere inquisitionem in crimine occulto de aliqua persona, si de ea non præcessit infamia, vt dictum est: quod vt melius intelligatur, & intellectum practicæ mandetur, proponamus exemplum. Est hic Petrus, quem condęmnant tres, aut plures testes denuntiantes de eo dicentes vidisse eum muliere aliqua in eodem lecto, de quo crimine Petrus non est infamatus, quia testes solum dixerunt illud prælato secrete, vt adhibeat remedium in hoc, non potest in hac casu prælatus publice punire delinquentem, nec vocare alios testes, vt inquirat de eius vita, vt expresse determinatum est in iure, in quo referuntur multa loca scripturæ sacræ in comprobationem huius veritatis. (c. inquisitioni & c. & quando de sent. excom.)

Hinc colligitur, quam male faciunt aliqui prelati ecclesiastici, & regulares, qui puniunt subditos suos publice, licet nemo accuset eos, ob aliquot crimina occulta ab eis, commissa probata solum per tres, aut quatuor testes non præcedente infamia contra eos, quod est in causa, vt potest euenire, quod alij subditi committant peccata publica, & scandalosa permittente sic Deo, quia illi, qui propter honorem religionis suę, & ne accidant scandala publica, procedunt castigantes subditos suos peccantes secreto, & publicant eorum peccatum contra legem diuinam, & contra sacros canones; iustum iudicium Dei est, quod alij subditi faciant peccata publica, ita vt religio amittat coram hominibus splendorem, quem ipsi sine obseruatione iuris essentialis procurant, & requirunt, non considerantes, quod præter omnia debent procurare honorem, & charitatem Dei, & proximi, & non punire sine animo paternali, quãuis de iure nõ debẽt publice punire. Et vt procedant cum diuina charitate, notent quod, quando delictum nõ potest probari cum testibus, & subditus monitus a prælato negat, aut non corrigitur, non potest prelatus alterius progredi in negocio, nec potest punire, quousque accidat aliquid, quod faciat peccatum manifestum, aut sint indicia, vt inquiri de illo possit, aut testes, quibus possit reus conuinci. Notandum autem est, quod debet ꝓcedere charitate, & amore debito considerans humorem delinquentis; quia si non sit spes emendationis eius punito eo iudicialiter, sed potius creditur, quod fiet peior, melius est relinquere eum, & commendare illum Deo, cum ex punitione nulla speretur vtilitas, sed potius damnum, vt tenet Sotus, quem sequitur Aragon; reipublicæ, Dixi, melius esse relinquere illum, quod debet intelligi tanquam iudex ad puniendum eum, vt prælatus tamen potest, & tenetur ad illud probato illi delicto per duos testes verberare, & corrigere illum secrete, quod poterit facere, quamuis dicat, & proponat correctionem, & vitam meliorem; & si post hanc secretam admonitionem, & punitionem subditus adhuc ceciderit, uerum potest tunc prælatus tanquam iudex procedere contra illum imponens illi per obedientiam, vt dicat veritatem puniens illum alijs pœnis, cum dicat Christus redemptor noster, quod si delinquens non audierit ecclesiam, puniatur tanquam ethnicus, & publicanus eius delicto publico existente, & probato alijs testibus, quia si non est probatum cum testibus, aut confessione rei, non potest prælatus facere supradicta, vt dicit Angles. Si vero post dictam secretam monitionem subditus se correxerit, & eius correctio fuerit nota prælato, non potest amplius procedere contra illũ, quia cum finis correctionis sit bonum illius, qui corrigitur, ratio (Soto de ratio te. & c. mẽ. 2. qu. 4. Arag. 2. 2. q. 33. art. 8. p. 828. co. 1) (Angl. in floribus de corr. frat. ar. 1 defin. 7.)

natu-

naturalis petit, vt illi succurratur eo modo, quo minus damni illi fiat, at si prælatus taceat in hoc casu, minus damnum illi fit, quod quidem tenetur facere exemplo boni medici, qui si potest sanare aliquam infirmitatem incidens digitum, non amputat manum, sic enim tenent Aragon, & Ludouicus Lopez cum communi. Est tamen aduertendum, quod supradictum procedit, quando crimen non est contra rempublic. quia cum hæc crimina sint contagiosa, & damnosa reipubli. sufficit, quod adsit vnus testis, licet non sit infamia, vt de illis possint iudices facere inquisitionem contra aliquem, quo delicto probato possit delinquens publice puniri, sic enim tenent DD. communiter, qui attestantur, quod quando crimina sunt atrocia, licet delinquentes non sint notati infamia, possunt publice punire, & hanc sententiam tenet Angles expresse: verum est tamen, quod paulo inferius videtur sibi contradicere. Pro cuius explicatione notandum est, quod aliquot peccata sunt, quæ faciunt contra communitatem, & sunt illa, quibus committens principaliter prætendit facere damnum communitati, & perdere Remp. vt est crimen læsæ maiestatis, quia non potest esse hoc crimen absque aliqua turbatione in reipublic. & eadem ratio huius speciei est furtum thesauri publici, & mors, seu occisio alicuius hominis eminentis, ex cuius salute pendet salus reipublic. quia in omnibus his casibus reus prætendit iacturam reipublic. vt resoluit Sotus, qui dicit quod huius speciei ob prædictam rationem sunt grassatores, & aliqui addunt esse eiusdem rationis subornare, seu corrumpere suffragia in cathedris, aut alijs electionibus, vt dicetur etiam c. seq. n. 7. quod debet intelligi, quando fit in fauorem indignum, quia clarum est, quod ea electione prætendunt damnum reipublicæ. Dicunt etiam aliquid, quod crimen detestabile est eiusdem speciei ob suam atrocitatem: dicunt etiam, quod crimen fornicationis in monacho est eiusdem speciei, quando notatur infamia tota communitas; verior tamen opinio est, quod hi vltimi casus, duo nempe non sunt ex natura sua contra communitatem, quia non prætenditur in his ruina reipublic. quamuis verum sit, quod debet illis succurri, ac si essent contra communitatem, si est periculum quod publicabuntur, & ideo debet curari ne nascatur hinc infamia religioni. Debet autem aduerti, quod crimen hæresis super omnia est pernitiosissimum reipubl. quia vt plurimum hoc fundit, euertitq; rempu. ac diuidit in sectas diuersas. Est etiam notandum, quod peccatum blasphemiæ semper debet inquiri, quamuis sit auditum coram paucis, quia cum hoc peccato non semper expectāda est infamia, quia vt plurimum homines blasphemantes sunt homines perditi, & qui paruifaciunt bonam famam. Verum est tamen quod esset obligatio corsectionis fraternæ prius, si esset spes correctionis.

Arag. 2. 2 q. 67. ar. 3. i fi. Lop. in i str. cap. scient. 2 p c. 10. i fin.

Doct. in d. c qualiter, & quãdo.

Angl. de correct. frat art. 2. diff. 3. con. 1. coroll. vlt. qui diff. 4. videtur sibi contrarium.

6 Tertia Conclusio. Potest prælatus, & iudex, quando præcessit infamia criminis, non vero personæ, quæ commisit, procedere faciens inquisitionem, Verbi gratia, inuenitur homo occisus in quodam loco, de quo delicto adhuc non est vlla persona infamata, licitum est iudici inquirere, quis occidit eum: hanc sententiam post multos graues DD. tenent Nauarrus, Corduba, Petrus de Nauarra, & Aragon, qui circa hanc difficultatem refert quatuor opiniones. probatur autem hæc conclusio; quia sicut est lex naturalis, quod nemo se offerat ad perdendam vitam, nihilominus licet exponere eam periculo pro defensione reipublic. cum ius naturale seipsum iuuandi recipiat epicheiam siue equitatem ratione conseruationis alterius iuris naturalis magis necessarij, quod est cōseruare bonum cōe; sic licet sit ius naturale non manifestare peccatorē occultū, & nō facere, quod eius peccatū manifestetur tñ vt cōseruet aliud ius naturale necessariū, quod est cōseruare rēp. & bonū cōe, est licitū manifestare illum, & face-

Nau. in ca. inter ver cō 6 cur. 46. v. 214. Cord. in sū. q. 64. punc. 1. Nau. l. 2 de resti. c 4. nu. 154. Arag. 2. 2. qō. 69. n. 1 & 2

re in-

re inquisitionem, vt manifestatus puniatur, quia si hoc non fieret, sequerentur duo magna mala, vnum scandalum reipubl. in videndo delictum graue, & perniciosum non inquiri, & puniri, secundum, quod breui tempore respubl. impleretur occisoribus, & malefactoribus; vnde hæc sententia est approbata in quadam lege nouæ compilationis. Debent tamen aduertere iudices, quod non debent in hoc casu facere inquisitionem alicuius personæ particularis, si illa non est notata infamia eius delicti, licet crimē sit publicum, quia solum est licitum facere inquisitionem eius, qui fecit, & commisit.

7. Quarta Conclusio. Si delinquens est infamatus & conuictus de quodam crimine, de hoc, & non de alio debet inquiri, nisi illud crimen sit ita coniunctum alteri, vt perfecte non possit sine eo cognosci, & ideo iudex, qui particulariter inquirit de concubinatijs, inueniens aliquem habere concubinam religiosam potest incidenter inquirere de sacrilegio, licet de eo non præcesserit infamia: itaque nostra conclusio debet intelligi, quando crimina sunt disparata, vt tenent Caiet. & Sot. & eadem ratione non potest inquiri de complicibus in crimine, nisi aliquo modo sint imposita aliqua contra eos, aut nisi peccatum, de quo fit inquisitio, sit præiudiciale reipubl. vt dictum est in concl. secunda, sic enim ordinatum est in nostris constitutionibus generalibus Tolet. secundum sacros canones, vt tenent Caiet. & Sotus.

Caiet. 2. 2. q. 69. ar. 2. Sot. vbi sup. q. 9. dub. 4. & cōc. 2 Ord. Tolet. ca. 6. tit. de la correci. & ca. cū ad monast. de confess. & c. viis de test. Caie. in opusc. resp. 5.

8 Quinta Conclusio. Quando iudices faciunt, aut facere iubent inquisitionem contra aliquam personam non ad punitionem, sed solum, vt sciant, an sit aliquo secretum impedimentum, aut inhabilitas, ob quam hæc persona non potest promoueri, aut promota confirmari ad aliquod officium, aut non potest illud possidere, aut non est necesse, quod præcedat aliqua infamia contra dictam personam, sicut non est necesse, quod præcedat infamia contra aliquam personam, quæ valet contrahere matrimonium cū quadam muliere, vt iudex possit imponere; vt fiat inquisitio, an sit aliquod impedimentum, quod possit illud impedire, vt notatur in iure, & resoluit Innocentius. Hinc sequitur, quod possunt Generales, & Prouinciales inquirere de meritis, aut demeritis eorum, quos volunt eligere in prælatos, quamuis nulla præcedat de illis infamia; sicut etiam possunt dicti prælati punire aliquem delinquentem, qui confessus sit aliquod crimen extra iudicium coram multis, quamuis de eo non præcesserit infamia. Dixi, coram multis, quia si aliquis secreto coram vno, aut duobus, immo coram Prælato non coactus dixit commisisse aliquod crimē, non potest prælatus illum punire iudicialiter, sed solum fraterne, nisi crimen sit contra bonum publicum. Potest etiā procedere contra illum, qui coram ipso fecit aliquod crimen. Potest ēt procedere per viam inquisitionis, quando crimen commissum est in præiudicium tertij; sicut si aliquis, licet non precedat infamia, occideret fratrem, aut furatus esset alienum, vt resoluit Sotus; & in his criminibus possunt inquirere, & castigare publice licet non præcedat infamia; nec sit accusator per solam denuntiationem, quia in his casibus denunciatio habet vim accusationis, vt dicit idem Sotus, li. q. 6. conc. 1. dub. 3.

ca. postquam & c. cū delec. & c. nihil de ele. c. fin de clandest. dispē not. Innoc. i ca. nihil d excess. prælat.

Sot. vbi su. con. 3

9 Sexta Conclusio. Non debent procedere Prælati per viam punitionis in negotijs dubijs subditorum, sed potius debent eos habere in bonam opinionem, quamuis dixerint illis aliquid de ijsdem personæ non multum dignæ fide. Verum est tamen, quod debent vti cautelis quærentes remedia & imponentes illa, vt auferatur malum, si forte aliquod fuerit, & tāquā è specula debēt inspicere a lōge pericula, quæ possunt euenire; sed neque per viā inquisitionis habēt licentiam faciendi aliquid, quod maculet famā proximi. Et pro explicatione huius doctrinæ debet multū notari alia doctrina D. Thomæ, qui dicit esse duo iudicia, vnū secundum suppositionem, & aliud secundum definitionem, & determinationem;

nem; & iudicium secundum suppositionem accidit, quando Prælati tractant de adhibendo remedio in visitationibus ijs, quæ illis a subditis dicuntur vtẽtes cautelis, & accipientes in malã partem res dubias, vt maiori efficacia adhibeatur dictum remedium; & ideo debent credere esse mendacium, quod dictum est. Sed supposito quod esset verum, debent dicere; fiat remedium necessarium, quod non præiudicet famæ proximi visitati: in iudicio tamen secũdum definitionem, & determinationẽ, semper debent capere in meliorem partem rem dubiam, quia iactare in peiorem partem esset fratri maius grauamẽ inferre; vnde recte faciunt Prælati, quãdo in visitationibus inueniunt vnum testem, aut indicia secreta contra aliquem religiosum trahentes illum ad alium cõuentum, aut imponentes præceptum, quod non ingrediatur quandam domum, si faciant hoc cum prudentia debita inspicientes semper pro honore, & fama visitati: quia alias sæpe volentes occludere foramen aliquod, ex quo nihil infamiæ monasterio sequetur, aperiuntur aliqua publica, ex quibus nascitur multa nota, & infamia; vnde videant quomodo inquirunt, & quomodo adhibent remedium; & ideo si ex mutatione Monachi subita finita visitatione sequitur infamia, aut periculum alicuius suspitionis, non possunt recta conscientia mutare illum statim, cum mutare illum in hoc casu in parte sit punitio, ad quam non potest procedere cũ non sit in hoc casu iudex, & ideo debet diferre eius mutationem, commendans superiori conuentus in generali non loquens specialiter de aliquo, vt custodiat domum suam, & adhibeat curam in omnibus rebus visitatis: & non conuenit imponere statim præceptum, quod non ingrediantur talem domum, si sit consuetum multum ingredi eam, quia ex hoc nouo, & repentino mandato sæpe accidit, quod leuis suspicio, quæ erat talis domus, iaciat maiores radices in cordibus malorum, & qui dormiebant expergiscantur, & incipiant latrare infamantes domum, & Monasterium, colligentes inter dentes sui virulenti oris durum lapidem bonæ, & sanctæ vitæ religiosorum pœnitentium, quo ipsi tamquam serui diuini prætendebant ferire illorum corda vt conuerterent ad dominum; quod accidit sæpius in oppidis, & terris paruis, vbi sæpe adsunt suspectatores magis, quam in ciuitatibus magnis.

D Tho. 2.2 q.6. a.4 ad 3

De Denunciatione, & de obligatione denunciandi delinquentis.

Cap. IV.

SVMMARIVM.

Quot modi sint denuntiationum, nu. 1.
Quid sit denuntiatio num. 2.
An possit fieri denuntiatio iudicialis de peccato iam correcto, concl. 1. num. 3.
An possit fieri denuntiatio de peccatis non correctis, concl. 2. num. 4.
An excommunicatus, & infamis possint denuntiare, & accusare conclus. 3. numero 5.
An peccator possit denuntiari licet non præcedat correctio fraterna, concl. 4. num. 6. & concl. 5. num. 7. & concl. 6. num. 8 & concl. 7. num. 9.
An sit obligatio faciendi hanc correctionem, quando putatur probabile, quod non corrigetur delinquens, conclus. 8. num. 10.
An possit quis corrigere aliquem fratrem suum mediante aliquo alio eius amico putans, quod hoc modo corrigetur melius concl. 9 num. 11.
An teneatur quis denuntiare superiori, quod audiuit a gente infima contra eius subditus, concl. 10 num. 12.
An denuncians in iudicio quod non potest probare peccat mortaliter, conclus. 11. num. 13

Pro

1 PRo explicatione eius, quod debet dici in hoc capitulo notãdum est, quod est difficultas, quotuplex sit denuntiatio, vt constat ex ijs, quæ tradit Panormitanus, quia D. Antoninus ponit esse duplicem, scilicet fraternam, & iudicialem: Sotus ponit quatuor, scilicet, fraternam quæ est Euangelica, iudicialem, Canonicam, & regularem: Euangelica est illa, quam dominus vocauit fraternam; iudicialis, quãdo aliquis denuntiat iudici crimen alterius, quæ dicitur quærela; Canonica, quando aliquis denuntiat iudici, vt fit remedium; regularis vero, quæ fit in religionibus secundum earum statuta, & leges. Vt tamen in hac varietate sequamur ordinem Aristotelicum fugientes multitudinem membrorum in diuisione, opinio mea est quod debeamus sequi sententiam D. Anton. scilicet quod non sunt nisi duæ denuntiationis, prima est Euangelica, & iudicialis secunda. Pro cuius rei explicatione debet notari, quod Euangelica est duplex, prima, quę fit Prælato tanquam patri, secunda, quæ fit Prælato, vt prælato. Quę fit illi, vt patri, accidit, quando aliquis post correctum fratrem nihil profecit, aut quia putauit non correctum contempsit illũ admonere, dicit prælato tanquam patri, vt ipse corrigat putans hoc modo lucraturum illum; quæ vero fit ei tanquã prælato, est, quando obseruatis omnibus quæ præcipit Euangelium, nec iuuã tibus dicitur prælato, vt corrigat illum coram aliquibus, vt infra dicetur; & iudicialis erit, quando dicitur prælato, tanquam iudici, de qua etiam dicetur.

Pan. 2. c. no. de iud. D. Ant. 3. p. ti. 19. c. 9 So. de teg. sec. n. q. 5.

2 Secundo debet notari, quod denunciatio est manifestatio criminis facta iudici, aut prælato, vt iuuet, & afferat vtilitatem, & non faciat damnum, cum per illam non prætendatur tam vindicta, quam correctio criminis; & ideo est magna differentia inter accusationẽ, & denunciationem; quia accusator semper prætendit vindictam, qui vero denuntiat, solum prætendit correctionem criminis; & ideo qui accusat, nõ curat quod frater emendatus sit nec ne; qui vero denunciat, non habet alium finem nisi emendationem proximi, vt infra dicetur, aliæ differentiæ sunt inter accusationem, & denunciationem, quæ ponentur in cap. quinto. num. 3.

3 Prima Conclusio. Quando agitur de denunciatione iudiciali, quo ad peccatum commissum, quod est emendatum, solum tenetur denunciare illud cui ratione officij competit; quia hæc denunciatio in hoc casu est actus iustitiæ, quo prætenditur punitio delinquentis non ob eius vtilitatem, quia iam supponitur esse correctus, sed ob bonum reipublic. cui conuenit, ne delicta remaneant impunita, vt tradit Innocentius, & constat ex multis locis iuris, & ideo denunciatio similis competit fiscali accusatori tanquam patri reip.

Inn. ĩ c. noui de iud. c. præcipue. 11. q. 1.

4 Secunda Conclusio. Si agitur de denunciatione iudiciali, quo ad peccata facta, & non emendata, omnes tenentur denunciare illa, nisi putent, quod ex tali denuntiatione proueniet illis aliquod detrimentum, vt ordinatur in iure; quia hæc denunciatio est actus charitatis, vnde omnes fideles tenentur ad illud, vt dicunt Siluester, & Godfredus, vnde qui non denunciat intra terminum positum in edicto visitationis, tenetur denunciare postea, vt resoluit Nauarrus. Quare clerici, cum hoc sit opus charitatis, possunt denunciare in causis criminalibus, quamuis timeatur nimia sanguinis effusio, mors, aut abscissio membri, dummodo protestentur, quod hoc non faciunt, vt delinquentes puniantur similibus pœnis, quia denunciantes sine hac protestatione, si sequatur enormis effusio sanguinis, incurrunt irregularitatem, sic enim tenent Caietanus; Sotus, Nauarrus, & Cou. dicentes quod Canones non prohibent Clericis facere quod de iure naturali poscente necessitate tenentur facere.

c. hoc vi detur 2. 2. q. 5. Sil. ver. denunc. & ibi God n. 30. Na. in man. 24. n. 49

cai. 2. 2. a. 7. Sot. de te. se. mẽb. 2. q. 5. cõs. 3 Nau ĩ c. inter ver. 21. q. 3. Corollus. 6. Co. in Cle. si furios. 1. p 5. 5.

5 Tertia Conclusio. Excommunicatus nominatim excommunicatione maiori nec potest denunciare, nec accusare,

cusare, quia hi actus requirunt authoritatem in eo, qui proponit eos, qua carere videntur, qui sunt excommunicati in pœnam sui delicti, & contumaciæ. Aduertit tamen bene Caietanus, quod quamuis illi non possint manifestare iudici delicta per viam denuntiationis, aut accusationis, non ideo sunt priuati, quin alia via possint manifestare mouentes de delinquente, & de testibus, qui sunt contra eum, & ideo ex officio postea exhibet remedium damno, quod minatur Reipubl. ruinam, & idem dicendum est de infamibus, vt dicit Sotus.

Caiet. 2. 2. q. 68. ar. 1 ad 1

Sot. vbi su qō. 5. conf. 3. in fin.

6 Quarta Conclusio. Si peccatum est publicum, statim absque correctione fraterna debet denuntiari, aut accusari coram superiori; qui commisit, quia cum sit peccatum publicum, & scandalosum, non potest transire sine punitione publica; & ideo, vt fiat hæc denuntiatio, aut accusatio, non debet attendi turbatio, quam recipiet delinquens, sed bonum commune, vt dicit Diuus Thomas, qui notat quod dixit Christus commendans correctionem fraternam, Si peccauerit in te frater tuus, corrige eum inter te, & ipsum solum; non iubet enim, vt corrigamus illum, quando eius peccatum est publicum, quia tunc peccat contra alios scandalizans eos. Hanc conclusionem cum communi tenet Sotus, quæ debet intelligi, nisi putetur certo, quod peccator, si corrigatur publice, aut secrete, faciet pœnitentiam mutans vitam suam, quia in tali casu, non licet denuntiare illum, nec accusare, nisi præcedat correctio fraterna obseruato ordine Euangelij, vt docet Corduba, & quamuis Petrus de Nauarra dicat, quod hoc debet intelligi, quando peccatum fit coram tribus, aut quatuor testibus, non vero, quando fit coram toto populo, quia tūc remanet scandalizatus; ego tamen non admitto eius limitationem, quia iam satisfacit dicto publico scandalo faciens publicam pœnitentiam; & emendationem causatam ob correctionem fraternam, licet non sit necessaria denūtiatio, nec accusatio.

D. Th. 2. 2 qō. 33 ar 7. Matt. 17

Cord. in addit. ad Sot. d. q. 4. cōf. 5.

Notetur autem, quod in casu nostræ conclusionis illud esset publicum delictum, quod est manifestum omnibus, quod in iure vocatur notorium, ita vt nullo modo possit celari, & ideo si delictum sit plusquam vni manifestum, de quo adest rumor, ita vt possit occultari delinquens, non est licitum denuntiare statim eum, antequam præcedat correctio fraterna secreta, cum per talia crimina non fiat damnum bono publico, vt docet clare, & patenter D. Augustinus.

D. Aug. & habetur in c. si peccauerit 2. q. 2.

7 Quinta Conclusio. Si crimen est secretum, & in damnum Reipublicæ, vt est proditio alicuius ciuitatis, statim debet denuntiari, aut accusari delinquens licet non præcedat correctio fraterna, sic enim docet Diuus Thomas, quia hic non peccat contra vnum, sed contra multos, & ideo non est necesse, quod obseruetur ordo Euangelicus, qui habet locum, quando peccatur contra vnum solum, cum dicat, Si peccauerit in te frater tuus, quod limitat Diuus Thomas, nisi in casu quod denuntiator credit firmiter, quod per suam secretam monitionem emendabitur frater, & sic euitabitur damnum publicum, quia quando possumus defendere bonum publicum conseruantes famam, & honorem nostrorum proximorum, tenemur ad illud non solum de lege charitatis, sed etiam de iustitia; hæcque est communis opinio, quam sequitur Nauarr. & Corduba. Dixi non sine ratione, si credat firmiter, quia si dubitat, statim absque correctione fratrum debet recurrere ad denuntiationem, quia in dubio magis debet inspici ad bonum commune, quam ad particulare votus, vt videtur tenere Nauar. vnde summa quadam ratione colligit, quod raro in his criminibus debet præcedere correctio fraterna denuntiationem, aut accusationē, quia vix potest quis esse ita certus, quod traditor secretus reipub. emēdabitur, quamuis secreto moueatur, & ideo

D. Tho. vbi sup. ar. 7.

Nau. in Man. ca. 18. n. 31. Cord. d. q 4. cōc. 3. Nau. in sum Hisp c. 24. num. 22

ideo statim debet recurri ad denunciationem, quia vt plurimum, mora in remedijs similium malorum est periculosa. Et nota, quod crimina in damnũ reipub. sunt traditiones, & falsa moneta, vt dicit Nauarrus: & ambitiones, & subornationes in lecturis, & cathedris, alijsque electionibus ecclesiasticis, & secularibus, insultare in itineribus, & generaliter omnia peccata, quæ perturbãt communitatem, vt dictum est c.3.nu.5. homicidium tamẽ, adulterium, furtum reputantur potius crimina in damnum tertij, quam communitatis, quia licet ex illis nascatur damnum reip. hoc est indirecte; & ideo immediatum, & directũ obiectum horum vitiorum est damnũ particularium; videndus est Sotus, vt sup.q.4.du.2.

Nau. d. c.48.nu. 31.

8 Sexta Conclusio. Si crimen est in dãnum tertij, statim debet denuntiari, si non speratur firmiter emendatio; quia melior est conditio innocentis, quã rei, & ideo debet inspici magis eius bonũ, quam bonum rei. Hæc tamen denuntiatio debet fieri eo modo, vt euitetur damnum tertij adhibita diligentia, ne reus recipiat damnum, si possibile fuerit dicente denuntiatore hoc modo; Quoddam crimen commissum est, seu prætenditur cõmitti, nulla personę delinquentis facta mentione, quia si possit iudex cum hoc genere monitionis adhibere remedium damno, esset peccatum mortale velle, & prætendere adhibere remedium infamando proximum nominando illum puta coram iudice; & etiam, quia si damnum proximi nõ est magnum, non debet manifestari persona, quæ fecit, aut quæ intendit facere; & ideo si homo bonæ famæ furatur aliquid pauci valoris alterius, pluris debet æstimari eius fama, quam damnum domini rei furatæ, cum sit maioris valoris, quam sit dictum damnum, vt notat Gabriel.

Gabr. supra canle 54. litera s.

9 Septima Conclusio. Quando delictum secretum solum est in damnum eius, qui peccat, sicut est gula, auaritia fornicatio &c. non potest reuelari iudici, nisi præcedat secreta admonitio, quia facere contrarium esset ire contra formam Euangelij, & contra id, quod patitur charitas Christiana, & amor fraternus, cum hæc peccata solum sint in dãnum suæ personæ, quæ mediante correctione potest esse, quod corrigatur; & quamuis non habeat spem emendationis eius, debent manifestari prælato peccata eius, putans, quod si ei reuelentur, non ideo corrigetur, quamuis ipse siue vt iudex, siue vt pater corrigat illum; quia in hoc casu gratis infamat illum coram dicto prælato, & quod deterius est, cum spe, quod deterior inde euadet; & ideo in hoc casu debent, qui sciũt delictum, rogare Deum pro delicto delinquente sufferentes eius defectus cũ patientia debita christianis, qui omnes præcipue religiosi secundum id, quod dicit Paulus, tenentur ferre defectus fratrum suorum, cum nullus sine crimine viuat; quia quamuis sint liberi ab aliquibus defectibus, quos vident in alijs, inspiciant seipsos, & videbunt alios maioris, & minoris ponderis, & etiam maioris pœnitentiæ: hæc conclusio est omnium Theologorum, & aduertant eam omnes, quia si habent spem, quod aliquis corrigatur cum correctione prælati, eo quod sit prudens, & timoratus in suo regimine, tunc poterit reuelare pręlato negotium siue tanquam prælato, & patri, siue tanquam iudici. Et ratio huius est, quia viso quod correctio fratris non iuuabit, & iuuabit illa prælati, plus debet respici ad animam, quam ad famam, & reliqua bona temporalia, vt D. Thom. quem sequitur Siluester, verbo correct. Aduertantque visitatores, quod quando necessario debent facere denuntiationẽ iudici, quia non est aliud remedium, prius debet illi fieri tãquam patri, & hoc non iuuante fiat illi tanquam iudici, quia omnibus modis debet procurari, vt fiat minus damnum proximo in fama, & bonis temporalibus, vt ordinat charitas: hæc sententia est communis omnium.

D. Tho. 2.2. q. 33 ar. 6. in corp. artic.

10 Octaua Conclusio. Certum est,

vt

vt diximus in conclusione præterita, quod ille qui audit, quod frater suus corrigetur eius monitione, non potest iuste denunciare illum coram eius prælato: hoc tamen debet intelligi quando habet probabilitatem huius correctionis; quia si putat, quod iterum reincidet, tenetur secundum opinionem doctorũ hominum denunciare illum coram prę lato, quia ex eo quod hoc non reueletur, sequetur damnum communitati mediante aliquo scandalo; & certũ est, quod plus debetur religioni, quam honori alicuius particularis, qui ratione propriæ fragilitatis sumpta occasione potest perturbare totum id, quod reliqui fratres suo bono exemplo per multum temporis ædificauerunt, & secundum hoc puto ego glossandum esse, qđ dicit Thom. Sotus, Corduba, & Nau. super hoc puncto. Verũ est tamen, quod licet credat visitans quod iterum incidet in idem peccatum non obstante eius correctione, si putat, quod saltem non continuabit tantum peccatum, & reprimetur in parte, non est bonũ statim recurrere ad prælatum, sed monere illum semel, & iterum, quia cum prima monitio fecerit, vt in parte abstineret, debet credere, quod si iterum moneat illum charitate, & prudentia in totum adhibebit frænum, & subiiciet illum debito christianitatis, quam profitetur; quod probo, cum debeamus quærere omnia media possibilia, vt adhibeamus remedia spiritualia fratribus nostris absque iactura honoris sui; & ideo quando, qui scit delictum, putat quod saut tam minus iuuabit eius monitio, quam illa prælati, ne redeat frater ad peccatũ, tenetur sub pœna peccati mortalis non denunciare illum coram prælato, nec tanquam patri, nec tanquam iudici, sed potius ille debet illum corrigere, quia hoc est, quod petit charitas ipsa: & ideo hucusque dictum debet intelligi, quando admonitio prælati notabiliter est adiutura magis quam illius, qui scit delictum in particulari, & priuatim.

D.Tho. 2.2.qu. 32.ar.7. ad 4. Soto, vbi sup.q.4. concl 3. vbi Corduб. Na.c 24 num.12.

11 Nona Conclusio. Si Petrus videt Ioannem committere aliquod delictũ, & scit habere Ioannem quemdam amicum bonæ intentionis, quem honorat valde, & putat quod eius monitione corrigetur melius, & facilius, quam si ipse moneret; illi licitum est in hoc casu reuelare illud peccatum amico, vt corrigat illum, si putat ipsum iterum incursurum, si non reuelat illud amico prædicto, qui corrigat illum; hæc conclusio in parte est contra Medinam, quam tenet Durandus, & est sententia August. & probatur, explicaturque quodam exẽplo, quod refert idem D. Augustin. vt refert Gabriel, & est sequens. Scit aliquis, quod proximus suus est anxius, & afflictus propter quoddam vulnus satis pœnosum, de quo vel est iam sanus, vel proximus sanitatis, vnde iam non eget medico, qui curet illum, scit tamen veri similiter, quod iterum incidet, quis non videt, quod in hoc casu prudentia, & charitas postulat, & monet hunc, vt moneat dictum fratrem infirmũ, aut aliũ, quem intelligit remedium laturum, vt postquam incœpit acquirere sanitatẽ, caueat a perditione suâ? si est quis crudelis (dicit Hugo explicans Diuum August.) qui occultat vulnus fratris sui, quod est in corpore, crudelior est non manifestans vulnus, quod est in anima illi, quem scit remedium allaturum, quamuis sit cum aliqua pœna vulnerati: & ideo debet notari hoc vt dicit Gabriel, quia est magni momenti, vt supra casu 6.

Med. in sum.li.1 ca 14 §. 16.vers. dudale. Dur. in 4.d. 19. q.4.n.4. Gabriel super can. lec. 74. sub lit. I

12 Decima Conclusio. Non tenetur quis denunciare superiori, quod audiuit contra eius subditos a personis infimæ conditionis, & fidei; ita quod qui præbet fidem eorum dictis, reputatur homo facilis, quod procedit tanto magis, si credet quod superior hac visitatione indignabitur plusquam necesse sit contra denunciatum, & visitatum, vt tenet Nauar. Cord. & Guttierez; & hoc intelligitur, etiam si præcipiat ei superior ex obedientia, & sub pęna excõmunicationis, vt solet præcipi in edictis visitationum, quod manifestent totum id,

Na.c 25 num.46 Cor.l.1 qq.q.43 in 6. casu Gut. in qq.ca no.c.11

id, quod sciunt visu, & auditu, quia debet explicari illud edictum, quod audiuerint a personis fide dignis: intelligitur hoc etiam quando iudex procedit per viam inquisitionis dicens, qui sciuerit, aut audierit aliquid, accedat ad denunciandum, quia si vocat aliquem, vt sit testis, & præcipit ei, vt dicat tanquam testis, quod scit, aliter debet procedere, vt infra dicetur.

13 Vndecima Conclusio. Peccat mortaliter, qui denunciat iudicialiter aliquē non potens probare, quod proponit, vt colligitur ex aliquibus canonibus, & decretis, & resoluit Nauarr. & ideo dicit Angelus, quod non obligat præceptum prælati, quamuis imponat pœnam excommunicationis dicens, quod denuncietur, quod est secretum, vt dictum est in materia excommunicationis.

c. plerū que. 2. q. 7 c. placuit. 6. q. 2. Na. in c. inter verbu conc. 6. nu. 13 Angl. 5. com. 5. §. 2.

De accusatione, & de necessitate eius, vt iudex possit punire reos.
Cap. V.

SVMMARIVM.

Quid sit accusatio, & an sit necesse quod fiat in scriptis, & an sit ex se mala, nu. 1
An sit necesse, quod quis sit accusatus, vt iudex procedat per viam punitionis, conclus. 1. num. 2.
In quibus casibus iudex possit procedere cōtra reum non existente accusatore, conclus. 2. num. 3.

PRo explicatione eius, quod in hoc cap. proponitur, debet aduerti, quid sit accusatio? Et respondeo nihil aliud esse quam proponere delictum delinquētis coram iudice, vt de eo sumat vindictam; quam debet ponere in scriptis, quia cum iudex sit medium inter accusantem, & accusatum, vt examinet iustitiam causæ, debet procedere secūdū certitudinem possibilem: & ideo conuenit, quod accusatio detur in scriptis, quia res quæ proferuntur, & dicuntur solum verbaliter, faciliter fugiūt a memoria, vt docet S. Th. Verum est tamen, quod in delictis patris non est necesse, quod accusatio proponatur in scriptis, sicut in quadam lege iuris ciuilis determinatū est. Secundo debet notari, quod accusatio non est ex se mala, sed potius est iusta, & necessaria in tēpore, & loco suo, vt tenet Caiet. & Sotus cum doctoribus cōiter; quia licet malum pro malo dare non possim, vt dicit D. Paulus, non ideo amittimus ius defendendi nos mediāte iustitia posita a Deo, cuius officiū est punire audaces, vt respub. quæ est cōmissa curæ suæ, quiete viuat; qui finis prætenditur in accusatione, non vero vindicta particularis; quia si accusator prętendit vindictam particularem, non est illi dubium, quod accusatio sit mala, cū extrahatur a suis limitibus, & quia ut plurimum comitatur eam vindicta, ideo nō debet consuli, sed potius retrahi ab ea. Pro explicatione huius materiæ ponuntur sequent. conclusio.

D. Th. 2. 2. q. 68. art. 2.

l. leuia. ff. de ac.

Caie. 2. 2. q. 67. Sot. de secr. n. 2. q. 5. con cl. 1. & l. 5. de iu. q. 5. ar. 1 ad Ro. 13.

2 Prima Conclusio. Non iubet ius naturale expresse iudicibus, quod non procedant in causis criminalibus ad effectū puniendi delinquentes, nisi sit, qui accuset, ius tamen canonicum, & ciuile ordinauerunt illud sic, estque multum secūdum ius naturale, & ideo loquendo de hoc D. Paulus dixit non est consuetudo Romanorum condemnare aliquē delinquentem absque accusatore, cui allusit Christus Redēptor noster dicēs mulieri quam comprehensam coram se habebat adulteram. Nemo te condemnauit, neque ego te condemnabo, hęc doctrina est D. Th. vnde quamuis prælati religiosorum possint punire sine accusatore delicta parua subditorum priuato priuilegio, quod ad illud habent à Sede Apostolica, quæ concessit illis, vt procedāt in causis religiosorum sine rumore non obseruantes apices iuris inspiciētes solum veritatem, & verificando rem, vt debent, vt concessit Bonif. Octauus; in causis tamen grauibus, quæ non possunt puniri sine infamia delinquentis etiam prælati religiosorum, nō possunt punire eos etiam intra domum sine accusante,

c. si legitimi de accus. l. illicitas ff. de officio prę si act. 5. D. Th. 2. 2. qu. 67 art.

Habetur in cōp. priu. verfic. corr. frater. § 6.

cusante, & ideo dicit Aragon; quod nullus ex prælatis doctis, & timentibus Deum facit contrarium, quod est magnum argumentum veritatis, quam nunc dicimus, & si aliqui puniunt similia delicta absque accusatore (dicit hic pater) sunt illi, qui confisi in sua potentia, & ignorantia postponentes timorem Dei, & procurantes satisfacere magis suis passionibus, quam bono communi, puniunt dictos fratres suos: & ideo hi non solum peccant mortaliter, sed etiam tenentur restituere famam, quam fratres sui eorum culpa amisere tanquam homines, qui abutuntur potestate sua, & tanto maiorem iniuriam inferunt, quanto maiorr potentia faciũt damnum illis, qui sponte venerunt ad religionem; hæc verba sunt patris Aragon, quæ dicti prælati debent multum notare, vt credo quod ea notent, & considerent plus, quam ego possum illis explicare, cum sint religiosi, & charitate præditi: supradictum autem debet intelligi, nisi dicti prælati velint procedere per viam inquisitionis, vt dicetur in conclusione sequenti.

3 Secunda Conclusio. Aliqui casus sunt, in quibus possunt iudices procedere contra reum, quamuis non sit accusator. Primus est, si iudex existens simul cum alijs videt committi delictũ, vt dicit Caieta. 2 2. q. 67. ar. 3. Secundus quando adest infamia, & indicia contra reum, quia tunc, vt dixi, potest procedere contra reum per viam inquisitionis, vt dixi. Tertius est, quando præcedit denuntiatio iuridica posita ad supplicium, vt fit in tribunali Sanctæ Inquisitionis; quæ denuntiatio non est aliud, quam declarare delictum coram superiore; & differt ab accusatione, quia qui denuntiat, non tenetur probare, quod dicit, tenetur tamen ad illud, qui accusat. Quartus est, quando aliquis, si prius corrigit fratrem suum, & videns, quod non vult accipere correctionem, denuntiat eum tanquam patri, non vero tanquam iudici coram superiore, quia tunc tanquam pater potest adhibere remedia necessaria, vt prudens. Et nota, quod consuetudo admisit, quod, quando delicta sunt grauia, & nullus accusat, promotor fiscalis capit negotium, & accusat, qui ex officio non solum tenetur accusare peccata, quæ fiunt contra rempubl. aut Principem eius, vt ordinatum est in quadam lege partitarum, sed etiam reliqua omnia delicta, in quibus non est accusator: estque ita illicitum tali promotori fiscali accipere pretium pro accusatione, sicut iudici pro sententia iusta ferenda; & quod non est licitum accusatoribus particularibus, est etiam illicitum fiscali in eius accusationibus, & ideo, si scit, quod non incidet in pœnam talionis, quamuis nõ probet, quod accusat, & accusat aliquẽ putans pro certo, quod non poterit probare, quod accusat, peccat mortaliter sicut quiuis alius accusator: sic enim dicit Aragon, Itaque non possumus dicere, quod iudex sæcularis, aut ecclesiasticus procedat sine accusatione, cum fiscalis accuset; & ideo liberamus iudices à multis culpis, quas poterant committere, si non esset fiscus, qui accusaret, de quibus vix possumus liberare prælatos religionum, si procedunt sine accusatore, cum in eorum tribunalibus non sint accusatores fiscales, qui habeant tale officium.

Arag. 2. 2. q. 67 ar. 3. i fi

De accusatione vera, & falsa.
Cap. VI.

SVMMARIVM.

Quot sint species accusationis, nu. 1. In accusatione quot vitia possint esse, cõc. 1. nu. 2

An peccet falsè accusans, concl. 2. nu. 3. & an teneatur ad restitutionem, ibid.

An sint duo modi prauaricationis, c. 3. n. 5

An, qui facit pactum cum parte relinquẽdi accusationem, peccet, conc. 4. nu. 6.

An quiuis index possit annullare accusationes, conc. 5. nu. 7.

An, qui falsè accusat, debeat puniri pœna talionis, conclusio. 6. num. 8.

An qui accusat, sit necesse, quod prius corrigat fratrem, conc. 9. num. 10.

1 PRo explicatione eius, quod debet dici in hoc capitulo debet notari primo, quod accusatio est duplex, vna, quando per illam prætenditur bonum commune, quia accusatur aliquod crimen damnosum reipubl. & est obligatio accusandi delinquētem, si possit testibus probari, quod commiserit illud delictum, vt tenet Sanctus Thomas, Alexander de Ales, & omnes Theologi, & Canonistæ. Verum est tamen, quod Sotus tenet sequens Angelum, quod in hoc casu sufficiet denūtiare delinquentem; & ideo quod nullus tenetur accusare; & notat quod D. Tho. non dicit contrarium, quia quando dicit esse obligationem accusandi, capit verbum accusare in ampla significatione, vt comprehendat etiam denuntiationem.

D Th. 2. 2. q. 68. Alens. 3. p. q. 42. & Theolog. in 4. d. 39. Canonistæ in c. nouit de iudic. Soto de tegen. se cr. nu 2. q. 5. concl. 1. p. c. 44. col. 2 2 q. 3. c. si quidē pœnituerit. l. accusator, ff. ad senatusc. Turpil.

Et hoc supposito debemus dicere, quod quicunque tenetur accusare, aut denuntiare delinquentem, qui committit peccatum in damnum reipub. & tale potest esse crimen; & ita damnosum reipubl. vt sit etiam obligatio accusandi absolute. Alius modus accusationis est, quando aliquis accusat alium pro iniuria, quam illi fecit; & nullus tenetur accusare ob iniuriam, quæ illi fuit facta, quamuis non sit illicitum in hoc casu accusare, vt dictum est in capitulo præterito.

2 Secundo debet notari, quod in accusationibus possunt esse tria vitia, quæ in iure dicuntur, calumnia, præuaricatio, & tergiuersatio. Pro quorum terminorum explicatione sciendum est, quod calumniari est accusare aliquem falso scienter. Præuaricare est abscondere crimina vera palliando scelesta; Tergiuersari est redire retro, & delinquere accusationem: explicat mire hos terminos D. Tho. sed quantum ad nostrum propositum dicta sufficiant.

3 Prima Concl. Qui falso accusat scienter peccat mortaliter, sicut qui falso testificatur, & tenetur ad omnia damna, quæ eueniunt accusato ex ea accusatione; & ēt peccat mortaliter, qui accusat delinquentem de peccato, quod ipse solus scit commisisse, quia in iure crimen, quod non pōt probari, reputatur pro falso, & seipsum infamia afficit, quia reputabitur calūniator, & falsarius; vnde peccat etiam mortaliter cum infamet se, & exponat se periculo pœnæ talionis non probans accusationem, & si non exprimitur huic pœnæ, quia nō est in vsu, vt dicit Sotus, exponitur alijs pœnis, quę communiter imponuntur calumniatoribus. Dixi, scienter, quia qñ bona fide accusat aliquem de crimine, quod putabat commisisse, non potest vocari calūniator, tenetur tñ restituere dānum, quod sequutum est ex hoc accusato, vt explicatur in conclusione sequenti.

Soto vbi su. conc. 6. iuxta finem.

4 Secunda Conclusio. Quando accusator ignorantia inculpabili, procederet usque ad condēnationē accusati, & fuit condēnatus in aliqua re temporali, scilicet, v. g. vt soluat accusatori cētum ducatos, aut aliquam domum, tenetur restituere dicto condemnato totū id, quo factus fuit ditior, sed non tenetur soluere ei, quod expendit in lite, neque damna, quæ inde illi euenerunt; & ratio huius est, quia restitutio habet suā originem à duobus principijs; primum est ratione, quod quis retineat alienum; secūdum, quia sumpserit aliquid iniuste: & primū quidē cessat in hoc casu, quia hic videmus, quod accusator non habet apud se expēsas litis contrarij neque damna, quæ illi euenerunt: cessat etiam secundum, quia iam supponimus, quod hic non fecerit iniustitiam formaliter loquendo, cum bona fide litigauerit, & ideo in hoc casu debemus pacificare regulam communem, qua dicitur, quod, quando quis expendit bona fide alienum, non tenetur restituere valorem rei expensæ, sed solū illud, quo factus fuit ditior. Verum est tamen, quod tenebitur ad dictas expēsas, qui iniuste procurauit, vt accusator apponeret, & prosequeretur dictam litē. Ex dictis sequitur, quod si dictus accusa-

tus

ctus fuit relegatus in exilium, aut ad mortem condemnatus, non tenetur accusator ad vllam restitutionem, solum enim tenetur impedire, quantum fuerit possibile, executionem harum pœnarum, quamuis sit confiteatur delictum suum, si hoc potest facere sine graui suo damno.

Secundo infertur, quod si condemnatur ad mortem, & sententia fuit executa, non tenetur aliquid restituere hæredibus loquendo de rigore iustitiæ, quamuis secundum æquitatem Christianam bonum est, quod faciat illis aliquid commodi: contrarium autem debet dici, si accusatione infamauit illum, quia in hoc casu tenetur restituere famam, non quia iniuste sustulit illam, cũ ignorantia inculpabilis præcesserit, sed quia retinet famam alterius, quam potest restituere, licet non det quidquam bonorum suorum, & secundum hoc debet explicari, quod dicit Sotus super hoc puncto.

Sot. vbi su. cõc. 5

5 Tertia Conclusio. Præuaricatio accidit duobus modis: primo quando aliquis in exteriori accusat reum, in secreto vero fauet illi acceptans debiles defensiones: secundo, quando tacet ea, quæ vere aggrauant, & sunt maxime contra accusatum, & allegat alia parui momenti; quod peccatum etiam potest esse in aduocatis, & notarijs, estque peccatum mortale subiectum restitutioni damni, quod ex hoc sequitur parti, vt colligitur ex eo, quod tradit Nauarrus, & Sotus.

Sot. vbi su. Nau. cap. 25. num 30

6 Quarta Conclusio. Accusator, qui facit pactum relinquendi accusationem in causa criminali alicuius criminis, qđ non punitur pœna sanguinis, si ex hoc sequatur damnum reipublicæ, aut tertio peccat mortaliter, cum faciat contra id, quod iustis de causis ordinatum est a iure; si vero neque reipubl. nec alicui tertio sequatur damnum, non erit mortale relinquere dictam accusationẽ per viã pacti, aut fœderis, cum causa principalis, ob quam hoc prohibetur propter damnũ tertij sit, aut reipubl. aut propter scandalum, quod inde nascetur, vt dicit Nauar. qui addit, quod semper erit peccatum mortale facere dictum pactum cũ periurio, aut mendacio pernitioso, vt dicit D. Tho. erit etiã tale, si relinquat accusator accusationẽ sciens esse iniustã, eo quod datur illi aliquid, & tenebitur ad restitutionem eius, quod accepit, & dãni, quod ratione iniustæ accusationis accusatus passus est. Ex dictis infertur, qđ quamuis ille, qui affectus est iniuria, possit desistere ab actione, quam habet in foro exteriori contra illum, qui iniurauit illum percipiens aliquid pro hac iniuriæ remissione, nõ quia parcit illi, simonia, sed ratione damni, quod perpessus est, vt resoluit Corduba dicẽs, quod maritus, qui desistit ab accusatione ob aliquid, quod illi datur, iuste possidet illud in compensationem damnorum, quæ perpessus est ob adulterium in persona, & fama; quam etiam sententiã tenet Ludouicus Lopez. Non tamen potest iniuria affectus parcere ob aliquid, quod illi tribuitur, nec gratis potest id facere, si ex venia sequitur aliquod damnum vel tertio, vel reipubl. quia in hoc casu secundum supradicta peccabit parcens, & desistens ab accusatione, sicut peccat maritus, qui parcit vxori adulteriũm, si putat, quod ipsa ex hac venia sumet occasionem perseruandi in adulterio; quia parcere ei in hoc casu est facere iniuriã reipub. cui datur occasio scandali, & ipsi mulieri, cui datur occasio maioris perditionis, vt dicit Cord. affirmãs esse hoc ad mentem omnium, estque expressa opinio Nauar. vt sup. num. 31.

Nau. in man. c. 25 n. 32.

Cor. de casib. q. 77.

Lop. l. 2. instr. neg. c. 45 p. 515.

7 Quinta Cõclusio. Quicunque iudex etiam inferior potest annullare accusationes, quas inuenerit deficientes, quia sicut potuit in principio eas, non admittere, sic potest postea admissas, si videat esse defectuosas, annullare immo ex officio tenetur ad illud; nõ poterit tamen sine peccato annullare accusationẽ, quæ iam est posita in eius tribunali, si dicta accusatio sit licita, & ordinata ad satisfaciendũ alicui particulari, cũ ius ordinet, vt nemini tollatur, quod illi debitũ est.

Dixi, ordinata ad satisfaciendum alicui particulari, quia iudex superior, & inferior possunt rescindere accusationes positas, & ordinatas solum ad bonum cõmune, cùm possit dispẽsare iusta de causa in suis legibus, ita vt possit etiam annullare ordinatas ad satisfactionem alicuius partis iniuria affectæ; iudex tamẽ inferior non potest hoc absolute de iure, sed solum inspiciens æquitatem, cognoscens, & putans pro certo legem nõ obligare in hoc casu, quia scit, quod si non imponatur silentium talibus accusationibus, est futurum maius damnũ; quam vtilitas bono communi perturbata repub. eo quod persona, quæ accusatur, est maximæ authoritatis: hanc opinionem tenet Caie. quem sequitur Aragon.

Cai. 2. 2 q. 68. ar. 3. vbi Aragon.

8 Sexta Conclusio. Qui falsè accusat, & non probat, quod proposuit contra accusatum, ponuntur pœna talionis, vt dicitur in iure, & resoluit Sotus, & Couarruuias: qui resoluunt, quod hæc lex talionis non est in vsu, nisi solum respectu testis, qui iurat falsum in causa criminali, vt ordinatur in quadã lege Tauri, & sic debet obseruari circa hanc pœnam consuetudo, & leges Regnorum, & Prouinciarum; & in casibus in quibus obseruata sit hæc rigorosa lex, pęna eius non debet considerari secundum quod ipsa res est, sed secundum proportionem. Pro cuius explicatione debet notari, quod medium in virtute aliquãdo sumitur secundum rem, alias secundum proportionem. Secundum rem est quando illud, quod est realiter, est medium in illa virtute, sicut in iustitia seruatur medium rei, quia solum datur, quod debetur, & hoc est medium, ad quod respicit hæc virtus, exhibens decem pro decem. Aliud medium est secundũ proportionem, quod accidit, quãdo hoc mediũ respicit personas, & alias circunstantias, & ad hoc respiciunt aliæ virtutes. Scilicet non possumus in tẽperantia proponere vnum mediũ reale, & indiuisibile, sed debemus illud stabilire habentes respectum ad subiectũ huius virtutis cõsideratis eius circũstãtijs. Hoc supposito dico, quod non debet imponi accusatori pœna talionis, quæ secundum rem debebat imponi accusato falsè: quia si quidam rusticus Regem affecit iniuria, nõ sufficit pro pœna, quod Rex afficiat iniuria rusticum; aut si Rex prius affecit iniuria rusticum, quod rusticus afficiat iniuria Regẽ; debet igitur accusator puniri pęna talionis secundum proportionem consideratis qualitatibus accusatoris, & accusati, sic enim docet Aristoteles.

2. 2 q. 3, calumniator, &c. qui non probauerit, & ff. de abolitio l. 1. & mulier & l quę inũ Sot. vbi sup. conc. 6. Cou. li. var. c 9. p. 587. col. 1. l. vlt. Tauri.

Arist. li. 5. & ibi c. 5.

9 Septima Conclusio. Si qui accusat, potest probare quod proponit, nõ est necessaria secreta admonitio ante accusationem, siue prætendat cum illa priuatũ bonum, siue bonũ publicum reip. quæ vult, quod delicta puniantur, ad quod tenetur quodcunque membrum illius, ne mali peccent timentes supplicium, quod vident exequi contra delinquentes; quod intelligitur, si aliter non potest satisfieri, neque prouideri bono cõmuni: hæc opinio est Siluestri, & Caietani, & secundum illam debet intelligi, quod dicit Nauarr. & Driedus super hoc puncto; quia si aliter potest satisfieri, & prouideri bono communi, certum est, aut saltem præsumitur, quòd non accusat nisi propter odium, aut desideriũ inordinatum vindictæ; & addit Corduba quandam rem, quam ego puto probabilem, scilicet, quod licet intersit boni communis, & particularis, tenetur accusator facere correctionem fraternã, antequã accuset, non ratione boni communis, aut particularis vtilitatis, sed ratione salutis spiritualis proximi, cuius non debet obliuisci, siue procedatur contra eum via Inquisitionis, siue accusationis.

Sil. verbo accusatio q. 3. Cai 2. 2. q. 33. artic. 3. Nau. ca. 18. n. 50. cap. 10. Cor de teg. sec. memb. 2. q. 5.

10 Octaua Conclusio. Si ex accusatione non speratur alia vtilitas, nisi supplicium delinquentis, & hac intentione proponitur, est necesse, quod præcedat antea admonitio fraterna, si putatur, quod cum illa iuuabitur delinquẽs, & ego non inuenio qua de causa non est præceptum secundum legem charitatis,

ritatis, quo obligemur liberare proximum emendatum, aut quod habeatur spes, quod corrigetur, non tradendo eum iudici, cum hoc prædicet nobis ecclesia eius exemplo, quæ protegit malefacientes, qui correcti sunt, aut saltem parati ad se corrigendum; & Euangelium docet nos hanc veritatem, in quo præcipit Christus Redemptor noster, quod non puniatur pœna excommunicationis, qui non fuerit contumax. Hæc sententia est Durandi, & Cordubæ, quē sequitur Petrus de Nauarra; qui addit, quod non condemnaret ipse illum, qui accusat ante correctionem factam ad restituendum famam, quam amisit ob suam cautam accusatus, & ad satisfaciēdum omnia damna, quæ recepit, si peccatum, de quo accusatus fuit, fuit peccatum iniustitiæ cōtra accusatorem, quia multum difficile potest compelli, qui recepit iniuriam corrigere iniuriantem, antequam accuset illum, si non prætendit ex accusatione aliquam vtilitatem, nisi quod puniatur delinquens, vt dictum est.

Dur. in 4 d. 19. Cord. i addit. ad Sot det. secret. mēb. 2. q. 5. cō. 4. Nau. lib. 2. de rest. ca. 4 n. 155.

De obligatione testium ad dicendam veritatem iudicibus procedentibus per viam inquisitionis, accusationis, aut denunciationis.

Cap. VII.

SVMMARIVM.

An testes legitime interrogati teneantur dicere veritatem delicto existente occulto concl. 1. num. 1.

An testis legitime interrogatus iurans falsum peccet, & teneatur ad restitutionē, conc. 2. num. 2. & concl. 3. num. 3.

An qui est causa quod alius iuret falsum, teneatur manifestare hoc, vt retractetur, concl. 4. num. 4.

An qui iurat falsum non aduertens, vnde aliquis fuit condemnatus ad mortem, teneatur liberare illum ab ea. conc. 5. n. 5.

An teneatur testis offerre se ad liberādum innocentem, quem videt duci ad supplicium. concl. 6. num. 6.

An peccet, qui se abscondit recusans esse testis concl. 7. num. 7.

An sit licitum reuelare peccatum, quod scitur secreto concl. 8. num. 8.

An faciant male iudices remittentes reos Confessarijs, vt reuelent veritatem, & an faciant male Confessarij, qui offerūt se in testes reorū quos audierūt. cō. 9. n. 9

An teneatur testis legitime interrogatus dicere veritatem, licet iurauerit seruaturum secretum concl. 10. num. 10.

An teneatur testis dicere veritatem dubitans, an sit legitime interrogatus. concl. 11. num. 11.

An habent satis probabilem opinionē quod iuste interrogatur, teneatur Iudici dicere veritatem. concl. 12. num. 12.

An vxor teneatur testificari contra maritum, aut consanguinei contra coniunctos concl. 13. num. 13.

An qui denunciauit contra aliquē fraternaliter, possit esse testis cōcl. 14. num. 14.

An seculares possint esse contra religiosos concl. 15. num. 15.

An infamis possit esse testis concl. 16. n. 16.

An qui fatetur proprium crimen, possit esse testis contra complices, ibidem.

1 PRima Conclusio. Testis legitime interrogatus a Iudice tenetur dicere verum, quia non obediens ei impediet executionem iustitiæ, verum est tamen, quod opinio est hominum doctorum, quod si delinquens est occultus, cōtra quem non est infamia, possit respondere iudici nihil scire intelligens in corde suo se non esse obligatum testificari contra illum, sic enim tenet Nau. cuius opinio videtur mihi vera, & tamquam æquam debere sequi, quamuis contrarium teneat Sepulueda. Verū est tamen, quod opinio Sepuluedæ erit vera in casu, quod ex eo, quod non manifestetur veritas, sequeretur magnum præiudiciū alijs, & damnum infamiæ, quod sequitur delinquenti, non fuisset tanti valoris, quāti est prædictum damnum, quia si damnum infamiæ esset maioris valoris, licitum esset testi non manifesta-

Nau. in manu. c. 25. n. 4. Sep. de ratione dicēdi test. c. 13

re delinquentem occultum, quamuis legitime interrogetur, vt dicit idem Nauarrus. Dixi, legitime interrogatus, quia si non sit legitime interrogatus, non tenetur reuelare veritatem, vt infra dicetur conclusione 8.

2 Secunda Conclusio. Si testis legitime interrogatus contra aliquem iurauit falsum, peccauit mortaliter, & tenetur ad satisfactionem, cum committat euidentem iniustitiam, quod si eius dictũ non fuit in causa condemnationis rei, neque eius ratione fuit ei pœna inflicta, quia iam erat conuictus alijs testibus, quamuis peccauit mortaliter, non tamen tenetur ad restitutionem. Et nota, quod si aliquis audiuit ab aliqua persona bonæ famæ, & fidei, quæ confitetur assiduo peccata sua, & recipit Sacramentũ Eucharistiæ, quod N. fecit tale peccatum, & iurauit, ideo quod hic N. fecit illud peccatum nesciens illud aliter, nisi ex auditu, vnde reus fuit condemnatus ad mortem, quamuis peccauerit mortaliter, non tamen tenetur ad restitutionem vero existente delicto ab eo commisso: quia iuste potuit credere esse verum, quod dicebat vir sanctus, & bonus, quem diximus. Verum est tamen, quod si postea sciuit, quod reus non fecerat illud delictum, tenebitur satisfacere totum damnum, quod ex sua confessione perpessus est, sic enim tenet Nauar. in Man. c. 18. nu. 2.

Cord. li. 1. qq. q. 31. ar 3. Soto li. 4. de iustit. q. 6. ar. 5. ad 4 Medina, de, resti. q. 3. Nau. in c. 15. nu. 17. Cord. in reg. pec. §. 3. n. 6. 1. p.

3 Tertia Conclusio. Si, postquam quis iurauerit falsum, cuius dictum realiter, & vere est causa efficax, quod aliquid sit condemnatus ad mortem, si reus est condemnatus, & nihil profuit retractare iuramentum, quod fecit, non debemus illum compellere, vt se retractet, sed solum tenebitur restituere damna, quæ prouenerunt ex tali morte, & si potest ex aliquo loco retractare suam confessionem putans, quod inde liberabit innocentem a morte, tenetur illud facere, quamuis sit cum periculo suæ vitæ, vt dicunt Corduba, Medina, Sotus, Nauar. & Couarr. quia cum hic iurauerit falsum, sitque causa, quod reus moriatur existens innocens, tenetur exponere vitam suam pro eius liberatione, & ideo regula, quæ dicit, quod non tenetur quis liberare fratrem suum cũ certo periculo vitæ suæ, debet intelligi, quãdo vterque est innocens: quod in hoc casu nõ est, quod deberet inspicere Mercatus, vt non teneret contra communẽ dicens non teneri, qui iurat falsum contra innocentem exponere vitam suam certo periculo, vt liberet illum; & ideo secundum hanc doctrinam debet intelligi, quod tradit Nauar. loquens de hac materia. Si vero ille, contra quem testificatus est, non est in periculo mortis sua confessione, quia iam est mortuus, & punitus, ita vt eius confessio solũ offendat illum in fama, aut bonis, & suorum filiorum, & consanguineorum, nõ tenetur tunc exponere vitam suam periculo, aut personam, sed tenetur retractare se per litteras formatas nomine suo proprio, & dare eas alicui, vt tribuat illas ministro iustitiæ firmans eas iuramento, ita vt faciant fidem publicam, & ipse potest se transferre in alium locũ, vbi liberet personam suam à periculo, quamuis sit cum labore, & iactura honoris, & bonorum suorum, quia ipse sibi fuit causa huius mali; immo tenet, si potest sine periculo vitæ suæ, restituere totum damnum, quod accusatus recepit sua causa, & parentes, aut consanguinei accusati in honore, & bonis, & petere ab eis veniam humiliter; & si hoc nõ potest facere commode in vita, quia sic putat inimicitias contrahere cum multis, & consequenter exponere vitam suã periculo, aut non habere bona, quibus viuere possit, tunc satisfaciet faciens testamentum clausum, in quo potest explicare totum, quod dictum est, & tenetur ad hoc, vt resoluit Corduba late, & Nauar.

4 Quarta Concl. Ille, qui fuit causa efficax, vt alij iurarẽt falsũ, tenetur manifestare eos, vt retractent se, immo ẽt cũ periculo mortis tenetur illos manifestare, si sciat, q; ob eorum cõfessiones, & iuramentũ condẽnabitur morte ille, contra

quem

quem iurauere; si vero non induxit illos ad dictum iuramentum, nec fuit in causa, quod iurarent, solum tenetur de lege charitatis admonere eos, vt retractent se, & si nolint id facere, eadem lege charitatis tenetur illos manifestare, vt liberet innocentem; non tenetur tamen ad illud de lege iustitiæ, & per consequens neque tenetur corrigere eos fraternaliter, nec manifestare illos cum periculo vitæ suæ, quia lex charitatis non obligat cum tanto periculo.

5 Quinta Conclusio. Si aliquis iurat falsum non aduertens, quid dicat, quia per obliuionem dixit quam rem, ob quam quis fuit condemnatus morte, non tenetur liberare eum ab ea cum periculo vitæ suæ, secundum Caietan. neque tenetur secundum Petrum de Nauarra soluere damna quæ ex suo testimonio euenerunt, cum nihil ab eo rapuerit, vt constat; neque ratione falsi testimonij tenetur ad illud, cum formaliter non iurauerit falsum, sed solum materialiter, & etiam, quia quoad Deum est liber a iuramento periurij, & sic tanto magis remanebit liber ab offensa proximi. Hec opinio Nauarr. non videtur mihi multum probabilis, sed potius suspecta, quia moraliter loquendo non possum bene intelligere, quomodo segnities, seu negligentia in materia ita graui, qualis est iurare falsum in causa, in qua ratione iuramenti reus condemnatur ad mortem, non sit nisi peccatum veniale, & culpa leuissima, cum homo teneatur bene inspicere, quomodo iurat in simili casu, & ideo puto, quod dictum periurium non solum sit materiale, sed etiam formale in sua causa culpabili, & quod peccauit mortaliter, & tenetur ad damna, quæ ex morte innocentis fuerunt sequuta. Aduertendum autem est, quod dicta inaduertentia liberabit eum ab obligatione, qua teneretur liberare innocentem etiam cum periculo vitæ suæ, cum ex proposito nó iurauerit falsum.

Cai. 2.2 q 72. ar. 4. Na. li. 2. de ref. ca. 3. nu. 155.

6 Sexta Conclusio. Si aliquis scit esse innocentem hominem, quem deferunt ad suspendendum, quamuis non vocetur ad iudicium, si scit, & credit, quod suo dicto liberabit eum, qui est innocẽs, tenetur se offerre ad testificandum quãuis sit cum præiudicio accusatoris, & aliorum testium, qui condemnauerunt illum suis testimonijs, hæc tamen obligatio non est de lege iustitiæ, sed charitatis, & ideo, quamuis non testificetur, non tenetur ad vllam restitutionem, vt tenent Sanct. Thom. Gabriel, & Nauarrus, qui addit, quod non tenetur quis offerre se in testem, vt aliquis condemnetur ad mortem pro crimine, quod vere commisit; quamuis sciat, quod accusator deficiens in accusatione, & probatione, condemnabitur pœna talionis, cum ipse accusator posuerit se in tali necessitate voluntarie: supradictum autem limitat Nauarrus, quod non procedat in casu, quod denunciator, & accusator teneatur accusare, vel denunciare, quia in hoc casu tenebuntur de lege charitatis offerre testimoniũ suum: & etiam limitant omnes supradictum non habere locum, quando testis est vocatus a iudice, & legitime interrogatus, quia in hoc casu non solum de lege charitatis, sed etiam de lege iustitiæ tenetur non tacere, & per consequens tacens tenetur ad restitutionem tanquam verus homicida: additque S. Thomas, quod licet testis non sit vocatus a iudice, tenetur de lege charitatis testificari, vt auferat damnum reipub aut alicuius priuati, dummodo talis testis corrigat prius fraterne fratrem suum, cum non sit vocatus, neque interrogatus a iudice, quod se obtulit ad hoc, vt dicit Angelus. Qualiter autẽ debeat interrogari legitime a iudice, dicetur inferius. Circa quod debet notari quoad nostrum propositum. quod, si non interroget iudex testem iuridice, debet, & potest respondere, quãuis imponat illi obedientiã, & pœnã excõmunicationis, quod nõ tenetur respondere ad id, ꝙ interrogat illũ, & si vult cõpellere illũ, debet appellare, nisi timeat, ꝙ iudex faciat illi ob hoc aliquã iniuriã; quia si timeat hoc, poterit respon-

D. Th. 2. 2. qu. 70. ar. 1 Gl. in 4. d. 15 qu. 6. cõ. 6. Na. in mã c. 15. n. 17. & c. 25. nu: 40.

Ange in q. te cor rection. frat ar. 2 dist. 8.

Nau. in Man. ca. 25. n. 42. Sot. li 5. de iusti. q. 6. ar. 2 p. 423.

spondere nihil scire intelligens in corde suo, q teneatur dicere, vt tenet Nau. & Sot. Noteturq; hoc multũ, ne aliquis decipiatur, quod non tenetur Petrus non requisitus testificari cõtra Ioannem homicidam, si Paulus ob homicidiũ, quod fecit Ioannes, morietur, sic enim dicit Sotus, dicens, quod non tenetur quis manifestare delinquentem occultum, vt liberetur innocens; & hoc debet teneri contra Nauarrum, qui dicit cõtrarium in casu nostri notabilis, & allegat pro sua parte Diuum Thomam, & Sotum, sed ipsi non dicunt hoc, si bene cõsideretur, quia solum dicunt, quod debet liberari innocens, vt diximus in hac conclusione, sed non dicunt, quod hoc debeat fieri mediante morte illius, qui fecit delictum. Vnde debet dici, quod non tenetur Petrus ad hoc, quia solum tenemur ad liberandum innocentes ab illis, qui iniuste opprimunt eos, & Ioannes homicida non opprimit iniuste Paulum innocentem, quia causa, quam dedit ad mortem Pauli, fuit remota, & per accidens.

Nau. in Mã lati. c. 18. n. 42 D Th. 2. 2. q. 70. art. 2. Sot. li. 1. de iusti. q 7. ar. 1

7 Septima Conclusio. Qui se abscondit nolens testificari contra reum, tam in causa ciuili, quam criminali, non peccat, quamuis eius testimonium sit absolute necessarium, dummodo restituat parti læsæ damnum, quod ex sua fuga prouenit; & si non abscondit se, sed potius iurauit, quod pars contraria erat ei inimica, cum hoc non sit, in hoc casu quamuis iuret contra illam, non solum tenetur restituere damnum, quod euenit parti læsæ, quia se tanquam testẽ falsum inhabilitauit, sed etiam peccat mortaliter iurans falsũ, vt dicũt Nau. & Sot.

Nau. vbi sup. n. 41

8 Octaua Conclusio. Illicitum est manifestare peccatum, quod aliquis scit extra confessionem, si est occultum, & ideo, qui est interrogatus de illo iniuste, & contra ius, potest bona conscientia respondere nihil scire, quia est conclusio multum verificata Theologorum, quod Sacerdos, qui scit aliquod peccatum in confessione, potest, si interrogetur à iudice de illo, respondere, quod nihil scit, & respondet vere, cum non sciat illud, ita vt debeat illud manifestare in illo foro, & idem videtur dicendum in nostro casu, si respondeat testis, quod scit in secreto nescire, cum non teneatur illud dicere; & hoc modo debet interpretari interrogatio dicti iudicis, scilicet, si scit aliquid, quod secundum ius teneatur manifestare, quia supponimus, quod iudex nõ habet potestatem inquirendi dictum crimen, nisi secundum id, quod ordinat ius; & certum est, quod ius non dat illi facultatem, vt faciat inquisitionem de aliquo priuato delinquente, nisi adsint contra eum indicia grauia, & infamia, & aliqua suspicio multum vulgatam fere maiori parti reipub. & secũdum hoc debet intelligi, quod communiter tractant DD. & Scotus, & S. Th. & Gersõ. & idem dicendum est, qñ testis iniuste interrogatur, si sciret auditu de quodã delicto occulto; quia hæc interrogatio habet ẽt hũc sensum, s. si audiuit crimẽ, quod secundum ius non sit occultũ. Et nota, quod si iudex nimia pertinacia, & malitia interroget testem, non solũ, an sciat aliquam rem, sed etiam, an sciat illam secrete compellens illum, vt reuelet dictum crimen, peccat mortaliter, & nõ potest iudex per hoc testimonium procedere contra delinquentem, cum emanauerit ab iniustitia, quam ipse commisit inferens vim testi; & ideo non est iuridicum, vt faciat fidem, illud tamen videtur dicendum, quod si iudex non induxit vim testi, vt reuelaret dictum crimen, sed ipse manifestauit illud sponte, poterit iudex cum ea depositione procedere contra delinquentem, eo quod iniuria, quam aliquis facit, & peccatum innocente iudice non impedit, quominus ipse possit procedere contra delinquentem, quẽ scit vere esse delinquẽtẽ.

9 Nona Conclusio. Faciunt male iudices, qui remittunt causas Confessarijs, vt informati à delinquentibus de re in confessione faciant, quod dicant veritatem in iudicio compellentibus eos iudicibus, quia non cõsiderant, quod rei, qui

negant

negant veritatem in iudicio, sunt parati etiam negare illam in confessione; & ideo sic datur illis occasio, vt mentiantur in ea, & committant sacrilegium, & faciũt dicti iudices vtentes hoc artificio cõfessionem esse odiosissimam: & ideo conuenit, quod sacerdotes, quibus remittitur delinquens, tanquam serui diuini animo deificato reprehendant iudices huiusmodi qui volũt vti illis ad exequẽdam iustitiã in proprio foro, vt dicit Sotus. Ex qua doctrina infero, quam male faciunt Confessarij, qui audiunt aliquos delinquentes, qui videntes eorum innocentiam in confessione, & moti pietate illorum petunt ab eis licentiam, vt possint reuelare confessionem eorum innocentiæ, & accedunt ad iudices dicentes illis, vt bene inspiciant rem illam, quia illi delinquẽtes sunt sine culpa, & quod ipsi, si necesse fuerit, iurabunt hoc, quia audierunt eorum confessionem, & sciũt veritatem, quos iudices debent reprehẽdere dicentes, quod abeant in bonam rem, quia quamuis aliquãdo condemnant innocentem probatum delinquentem, minus inconueniens est hoc, quam dare occasionem, vt mentiantur in confessione videntibus illis, quod depositio Confessariorum poterit eos liberare, qd tanto magis debet fieri, quando agitur de causa ciuili, aut criminali, & prouenit damnum alicui priuato, quod sentẽtia detur pro reo, qui accusatur, quia admittere in hoc casu depositiones Cõfessariorum est reddere cõfessionem odiosissimam, iniuriaque affectis murmurãdi ansam præbere, vt murmurẽt de hoc sacramento, dicentes quod in eo peccatur, & capiunt hoc hi scelesti tanquam pallium suorum vitiorum.

Soto vbi sup.

10 Decima Conclusio. Testis legitime interrogatus a iudice tenetur dicere veritatem; quamuis fecerit iuramentum seruandi secretum, cum dictum iuramentum sit in detrimentum partis læsæ, qui quamuis teneatur restituere totum damnum, quod ex non reuelando veritatem euenit parti læsæ, non tenetur tamen in conscientia restituere pœnam pecuniariam, in qua reus, si diceret veritatem, deberet condemnari, sic enim tenet Nauarrus contra Sotum, quam opinionem tenet etiam Medina probans eam exemplo eius, qui detinet custodem carceris, ex qua violenta detentione sequitur, quod fugiat a carcere qui quidem non tenetur offerre se morti, qua condemnatus esset, si non fugisset. Nec obstat, quod si neget hic testis veritatem, iniuste impediat executionem iustitiæ, quia leges pœnales sicut reliquæ leges non obligant, sicut eo modo, quo sunt in vsum receptę & non est in vsu, quod illæ obligent in conscientia ante condemnationem iudicis, qui vsus fundatur in quadam inclinatione naturali, qua homines recusãt esse excusatores pœnarum, quæ contra compositæ sunt, sic tenet cum communi Ludou. Lopez.

Nau. in ma.c.18 num. 8 & c.25. nu. 1. Med. in sum. fo. 178.

Lupus in instr. negot.cap. 38. pag. 280.col. 40.

11 Vndecima Conclusio. Quando testis dubitat, an iudex interroget legitime, & iuridice in causa magnę infamię, non tenetur obedire, quamuis sit eius prælatus, & præcipiat illi in virtute obedientiæ, quia maius peccatum est infamare proximum sine causa, & exponere illum periculo, quam sit non obedire pręlato pręcipienti, vt reseruetur crimen, & ideo negotio existente dubio maius peccatum est euitandum, sic enim tenet Aragon, & Medina, & Sotus contra Paludanum, & Silu. & aliquos Canonistas, qui tenent, quod in dubio tenetur subditus obedire prælato: tunc autem interrogat prælatus non iuridice, quando non est infamia probata cõtra reum cum duobus testibus procedente iudice per viam inquisitionis, aut si non sit legitimus accusator cum semiplena probatione, qui est testis ocularis fide dignus, aut cum indicijs probatis per duos testes simul cum accusatione. Illud tamen videtur dicendum, quod nostra conclusio debet limitari, quod non procedat in casu, quod crimen, de quo interrogatur, sit contra bonũ publicum, & minus perniciosũ illi: qui in hoc casu, q̃uis sit dubium, an iudex iuste interro-

Arag. 2. 2.q. 33. artic. 8. iuxta fi. Med. 2. 2.q. 19. art 6 p. 506. co. 1 Soto secreto, n 3 q. 2.

terroget, siue non, tenetur subditus respondere obediens prelato. Quod probatur, quia si considerantur secundum se hæc duo damna, maius malum est non manifestare iudici crimen præiudiciale reip. dubitando, an possit inquiri de illo iuste, quam sit infamare hominẽ priuatum; & in hoc casu ego admitto libenter opinionem Pal. & Siluester.

12 Duodecima Conclusio. Si subditus habet opinionem satis probabilem, quod prælatus iuste interrogat, tenetur in hoc casu obedire prælato, & respondere. Debet autem notari, quod si persona, contra quam inquirit, est magnæ dignitatis, & authoritatis, & vtilitatis in republica, quãuis subditus habeat probabilem opinionem, quod iudex procedit iuridice in ipsa inquisitione, potest recta consciẽtia sequi suspicionem, quã habet contra prælatum, quod non procedat iuridice, quia esset graue damnũ, quod fit reipub. si ille homo iniuste fuisset cõdemnatus, vnde bonum est, quod hæc suspicio sit maioris vigoris, quam opinio, sic enim tenet Sotus.

13 Decimatertia Conclusio. Sicut neque vxor, neque descendentes nec ascẽdentes, nec alii, quos refert Ang. tenentur testificari, sic procedente iudice per viam inquisitionis ponente edictum, non tenentur manifestare crimen mariti rei, &c. sicut dictum est in materia de Matrimonio. c. 79. nũ. 4.

14 Decimaquarta Conclusio. Qui denunciat fraternaliter cõtra aliquem potest esse testis in processu iudiciali, quia processus iudicialis, & denunciatio fraterna sunt res multum distinctę: & ideo qui est denunciato in aliquo processu, videtur non esse inconueniens, quod sit testis in alio, vt dicit Sotus; quamuis tamen hæc opinio videatur probabilis, contrariam tamen tenent homines docti, quia non est dubium, quin qui denunciat in vno processu fraternaliter cõtra aliquem, aliquo modo repræsentet personam accusatoris, & ideo eius depositio est suspecta: vnde credo, quod loquendo regulariter huiusmodi denũciatores nec possunt, neque debent esse testes. Dico, *loquendo regulariter*, respectu, & ratione criminis hæresis, in quo denunciator solet esse testis, & merito, propter atrocitatem delicti, vnde admittẽtur a nostris Inquisitorib. pro testibus, qui ad alia crimina de iure non possunt esse testes; & dixi etiam *regulariter*, quia si qui denunciat, prius corrigit fratrem delinquentem, & videns eum nolle corrigi, denunciat de illo eo modo, quo est licitum de iure humano, & diuino, videtur quod hic possit admitti testis & hoc modo potest concordari contrarietas opinionum, quæ sunt in hoc puncto.

Soto vbi supr.

15 Decimaquinta Conclusio. Secundum ius nullo modo debent admitti sęculares loquendo regulariter, vt sint accusatores, aut testes, aut denunciatores in causis criminalibus contra religiosos propter indecentiam, quæ in hoc inuenitur; & quia a sacris canonibus prohibetur, qui expresse vetant sæculares esse accusatores clericorum, nisi quibusdam in casibus.

16 Decimasexta Conclusio. Infames non debent admitti, vt sint accusatores, aut testes etiam in peccatis, quæ sunt contra bonum reipubl. excepto crimine hæresis, vt notat Sotus. Hinc infertur responsio ad grauem casum, scilicet, qđ si aliquis homo infamis inter alia peccata, quæ confessus est, dixit commisisse graue peccatum cum quodam homine multum approbato in moribus, & fama, non valet eius dictum, vt iudex possit procedere contra dictum hominem probum; primo quia non potest procedere per viam accusationis, cum hic infamis non possit accusare secundum illud, quod dicit quædam glosa communiter recepta per Panor. & Gofredum, quamuis infamia sit de facto, & non de iure; nec potest procedere per viam denunciationis, cum non pręcesserit correctio fraterna: nec potest procedere per viam inquisitionis, cum hic delinquẽs, de quo agitur, non esset sufficienter infamatus, neque potest procedere ex occa-

Soto vbi sup. 2. memb. q. 5. sec. 3. in fin.

Gl in c. 1. de ac. vbi Ia. communiter receptus Gofr. in c. omnipotẽs de accus.

occasione sumpta à depositione nominis infamis; quia qui confitetur suum proprium crimen, non debet illi dari fides deponenti contra alios participan-
cap. testimo-nium, de testibus. tes in suo crimine, & etiam quia, cum sit infamis, non valet pro teste, vt dicitur in iure; & etiam quia nō sufficit depositio vnius, aut duorum testium, neque trium, quamuis sint qualificati, vt procedatur per viam inquisitionis, sed conuenit, quod sit infamia contra delinquentem, & non sufficit quæ vis infamia, vt possit iudex procedere contra similes homines, sed conuenit, quod hæc infamia processerit a personis bonæ intentionis, & quæ amant dictum reum, vt dicitur in iure, vt notat glos. communiter recepta, quæ declarat non sufficere, quæ oritur a gente maleuola: & in casu, de quo agimus, debet præsumi, qđ hic vltra quod est infamis, prosequitur odio prædictum virum, quem sua depositione condemnat, quia ipse est conuictus, vt homo perditus, & quia alter est homo habitus vt homo probus, & studiosus, præcipue si fuit illius prælatus aliquando, cum sit commune, quod mali semper odio habeat prælatos suos, si sunt studiosi, & virtutum amatores, quod præcipue habet locum, quando iudex, qui cepit depositionem, errauit in forma iuris faciens, quod dictus infamis manifestaret dictum suum corā quinque, aut sex testibus, vt quod erat secretum, publicum fieret, quia in hoc casu etiam est præsumptio contra di-
Nau. li. 5 consl. tit. đ accus. consl. 1. fol. 425. ctum iudicem: supradictum constat ex his quæ tradit Nauar. in quodam consilio, vbi adducit has rationes. Verum est tamen, quod ego opinor, quod potest iudex per viam inquisitionis secre-
Silu. tit. testis n. 3. vers. 11. non admitti laicos contra clericum, & verb. indiciū, §. 5. tæ procedere contra delinquentem in dicto enormi peccato, vt dictum est supra, & ideo pro liberatione huius rei præcipuum, quod illum iuuat, est infamia testis deponentis contra ipsum, & quod sit complex in delicto, qui non potest esse testis, vt dictum est; verum est tamen quod faciet, vt egeat reus purgatione, vt notat Siluester.

De oppositione testium.

Cap. VIII.

SVMMARIVM.

An sit peccatum mortale imponere testibus crimina falsa, concl. 1. nu. 1.

An sit illicitum imponere defectus veros, & publicos testi falso, concl. 2. nu. 2.

An peccet qui opponit crimen manifestum testi non falso, concl. 3. nu. 3.

An sit licitum opponere testi crimen occultum, quod solus ille scit, qui opponit, cōclus. 4. num. 4.

An valeat dictum testis, qui prius non iurauerit, concl. 5. num. 5.

Materia huius capituli est multum necessaria, de qua agit S. Thom. D. Th. 2. 2. q. 70. art. 3. vbi Aragon.
& qui scribunt super ipsum, & vt clarius resoluatur, ponuntur aliquot conclusiones.

1 Prima Conclusio. Imponere testibus crimina falsa semper est peccatum mortale, quamuis imponat ea, qui legitime litigat, eo quod tale mendacium est valde damnosum testibus. Hinc infero, quam iniquus, & prauus sit vsus, qui præualet his nostris temporibus inter aduocatos, & procuratores, qui imponūt testib. defectus falsos, de quibus neq; est suspicio, dicentes, qđ faciūt hoc, vt redimant suam vexationē, nō inspicientes, quod si redimunt vexationem temporalem, incedunt hac via ad vexationem æternam, quia non est licitum redimere vexationem temporalem mēdacijs, & falsitatibus.

2 Secunda Conclusio. Ille, qui habet iustitiam in lite, potest ob suam defensionem imponere defectus testi falso, si sunt veri defectus, quamuis sint occulti, dummodo illorum ratione illius depositio reddatur debilis, & parui momenti: quia si positis dictis defectibus credit, quod non redderetur talis non est licitum manifestare eos, quia si conce-

ditur

ditur illorum reuelatio, est ob defensionem rei, etsi eius depositio non redditur debilis illis defectibus, non obtinetur dicta intentio defensionis, quæ permittitur cum moderatione debita, ita vt sit inculpabilis, & ideo est necesse, qd habeat tres conditiones: prima, quod manifestare dictos defectus testis sit necessarium ad litem: secunda, quod aliter non possit reus defendi: tertia, quod nō prætendat hac via infamem illum reddere, sed solum se defendere secundum id, quod in alio casu simili resoluunt Corduba Sotus, & Nauar. & Caiet.

Caiet. 2. 2 qu. 95. art. 8. Cord li. 1. qq. q. 38. dub. 1 Sot. li. 5 de iust q. 1 ar. 8 Nau. li. 2 de rest. 3 nu. 349.

3 Tertia Conclusio. Ille qui opponit testi, qui deponit verum, aliquod crimē publicum, aut manifestum, non peccat, quia in hoc casu non infamat illum, neque facit aliquid, quod sit contra eius vtilitatem: quod debet intelligi, dummodo reus defendat se iuste, quia aliter vltra peccatum quod committit contra iustitiam, peccat etiam contra charitatem inijciens proximo in faciem suam peccatum, quod commisit.

4 Quarta Conclusio. Occidit Petrus hominem, cuius mortis non est nisi vnicus testis, & scit reus secrete, quod hic est notatus quodam delicto, ob quod non potest esse testis, licitum est dicto reo opponere illi hoc crimen, quamuis secretum, & occultum, ne eius depositio illi noceat; & idem dicendum est, quando quis facit testamentum clausum cū septem testibus, & scit, qui debet succedere ab intestato, quod duo, aut tres illorum sunt infames, licitum est illis opponere hunc defectum, licet secretum, vt testamentum reddatur nullum ob defectum solemnitatis, & sic obtineat bona ab intestato. Hæc doctrina est Soti, quæ vt sit vera debet modificari sequentibus limitationibus. Prima, quod reuelatio huius infamiæ sit necessaria ad bonum exitum litis. Secunda, quod infamia, quæ sequitur ex manifestatione criminis, habeat aliquo modo proportionem secundum arbitrium boni viri cum damno, quod potest sequi ex eo, quod nō manifestetur, quia si quis in lite parui momēti, vt voti sui compos fieret, manifestaret aliquod delictum testis ita graue, vt eius causa possit condemnari morte, aut incurrere in grauem infamiam, sine dubio grauiter peccaret cōtra id, quod quærit charitas. Tertia est, quod habeatur respectus ad causam, & modos, cum quibus testis accedit ad iurandum, quia ille qui propria culpa, aut quia sic placet illi, offert se ad deponendum, facilius potest opponi delictum, vt annulletur eius depositio hoc modo; ille vero, qui sine propria culpa potius compulsus à iudice testificatur veritatem, quam scit, non est licitum, neque æquitati conuenit, quod ita facile opponatur dicta infamia.

Sot li. 5. de iust. q. 7 ar. 3

5 Quinta Conclusio. Testis, cui non defertur iuramentum, potest repudiari, quia non valet testis sine præstito iuramento secundum supra dicta; & ideo aduertant prælati regulares, quod quādo qualificant aliquem processum, & causam, quæ coram illis agitur, non sufficit, quod imponant per obedientiam suis subditis, vt dicant veritatem, sed debent illis deferre iuramentum, quia sine illo non substantiatur processus iuridice. 2. to. c. 4. nu. 1.

De correctione fraterna.

Cap. IX.

SVMMARIVM.

An de iure diuino naturali, & positiuo sit obligatio corrigendi fratres, concl. 1. numer. 1.

Qualiter, & quando obliget correctio fraterna, & conditiones, quæ debent interuenire, & an debeant corrigi in peccatis venialibus, concl. 2. nu. 2.

Quando & quomodo sit licitum monere proximum, vt caueat, quia volunt alij illum occidere ibid.

An, qui est in peccato mortali possit corrigere, concl. 3. nu. 3.

An

An teneatur homo particularis monere fratrem suum, quem videt in aliquo errore constitutum, & facit bona fide aliquid illicitum. concl 4. nu. 4.
An si non iuuat correctio fraterna, teneatur qui corrigit monere illum coram tribus aut duobus testibus, concl. 5. nu. 5.
An teneatur quis corrigere fratrem suum cum periculo vitæ suæ putans, quod si non corrigit illum, morietur in peccato mortali. concl. 6. nu. 6.
An teneatur prælatus de lege charitatis, aut iustitiæ cum periculo vitæ suæ corrigere fraterne subditos, conclus. 7. numero 7.
An teneatur prælatus sub pœna peccati mortalis euellere peccata venialia. ibid.

POstquam vidimus, quod qui denunciat, & qui accusat, & qui testificatur, in multis casibus tenetur corrigere fraternaliter fratrem ante denuntiationem, aut manifestationem criminis coram iudice, consequens videtur, quod debeamus agere de obligatione ad correctionem fraternam, & in quibus casibus obliget, pro cuius rei resolutione ponuntur sequentes Conclusiones.

1 Prima Concl. De iure naturali, diuino, & positiuo tenentur omnes corrigere fratres a peccatis, quæ in illis vident: hæc enim est communis omnium sententia, & non solũ est obligatio corrigendi peccata futura, sed etiam facta; & obligat hoc præceptum ad correctionem cuiuscumque peccati mortalis, cũ eius finis sit salus spiritualis proximi, quæ amittitur ob quodcumq; peccatum mortale, & quia per peccatum veniale non amittitur hæc salus spiritualis, non est obligatio corrigendi proximum de eo, nisi sit eius conditionis, quod disponat ad peccatum mortale, quia ratione huius periculi tenebitur corrigere illũ, vt si quis videat alium ingredi quandam domum, in qua familiariter tractat cum quibusdam mulieribus, & in eorum cõuersatione interueniunt peccata venialia, quæ in similibus casibus disponunt ad mortalia; hæc opinio est Soti, & post alios tenet eam, & tur quam ab omnibus receptã Nauar. Ex dictis colligitur teneri aliquem corrigere peccãtem cum aliqua ignorantia crassa, aut fragilitate, cum hæc non excusent à peccato mortali. Nau. in c. iter ver. 11. q. 3. cor. 59.

2 Secunda Conclusio. Correctio fraterna non obligat in omni loco, & tempore, sed solũ, quando conuenit ad correctionem fratris, quia cum præceptum eius sit affirmatiuum, non obligat semper, & ad semper, sed solum pro tempore, & loco, in quo correctio potest fieri, ita vt sit actus ordinatus ad eius finem, qui est correctio fraterna; & ideo requiruntur sex circumstantiæ, vt fiat, sicut debet fieri, quarum tres se tenent ex parte corrigentis, quas refert Gerson, & tres ex parte correcti. Gerson tract. 14 de corr. Illæ, quæ se tenẽt ex parte corrigentis, sunt sequentes. Prima, quod habeat notitiam peccati. Secunda mansuetudinem. Tertia commoditatem. Tres quæ se tenent ex parte correcti sunt hæ, videlicet: Prima, quod peccatum sit mortale, aut veniale disponens ad mortale, vt dictum est. Secunda, quod sit spes correctionis. Tertia, quod non expectet tempus magis opportunum. Nunc vero explicemus prius tres primas conditiones, & statim explicabimus secundas.

Circa primam conditionem ex parte eius, qui corrigit, est notandum, quòd Adrianus tenet sufficere, vt aliquis corrigat, & teneatur ad illud, quod habeat probabilem cognitionem peccati, quãuis non sit certum; Adr. in 4 de corr. quod potest habere locum, quando ex eo, quod non fiat talis correctio, potest euenire magnum damnum illi, qui debet corrigi, monẽs, qui corrigit fratrem, quod non corrigit illum, quia certo sciat peccatum ab eo com mitti, sed quia dubitat, & desiderat eius vtilitatem spiritualem, & vult dare modum, quo euitetur damnum, quod imaginatur esse venturum; quando vero non timetur hoc periculum; non est necesse fieri dictam monitionem existente solum probabili cognitione peccati, quia cum illa inferretur mul-

ta pœna correcto, & ideo poterit irasci tanquam homo.

Circa secundam conditionem, quæ est mansuetudo, nota hanc conditionē esse valde necessariam, præcipue quando inferior corrigit superiorem, sicut si subditos corrigit prælatum suum, quia debet illū corrigere occultissime, & non debet illum reprehendere, sed apponere illi ante oculos grauitatem peccati cū debita humilitate, & si adsint patres qualificati, & seniores, qui hoc faciant non est rationi consonum, quòd hoc à iunioribus præstetur, vt post S. Thom. tenet Arag.

Arag. 2. 2. q. 33. art. 4. p. 609. col. 1.

Circa tertiam conditionem, quæ est opportunitas, debet aduerti, quod si sūt aliæ personę idoniores ad corrigendum proximum, quæ velint hoc facere, non tenetur persona minus idonea ad illud, vt tenēt omnes post S. Tho. & sic debet intelligi, quod supra diximus loquendo de subdito, qui reprehendit prælatum, quod si scilicet sint seniores, qui hoc faciant, non faciant illud iuniores. Explicatis ergo conditionibus ex parte corrigentis conuenit explicare tres alias, quæ se tenent ex parte correcti.

Omnes post D. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 2.

Quo ad primam cōuenit scire, quod materia correctionis, debet esse peccatū mortale, aut veniale, quod disponat ad mortale, de qua iā satis sup. dictum est.

Circa secundam, quod sit spes emendationis, est notandum primo, quod ille, qui scit, quod non nocebit sua correctione, quāuis dubitet, an iuuaturus sit, tenetur facere eam; hæc autem doctrina est contra Caiet. quam post Adrianū tenet Sot. & est sententia D. Chrysosto. quia quamuis simus dubij de correctione alicuius, sicut non est licitum non cōmendare illum Deo, sic non erit licitum cessare a correctione fraterna, cum etiā sit eleemosyna spiritualis. Verum est tamē, quod ille, qui dubitat, an correctio fraterna nocitura sit bono communi præcipue religionis, non tenetur ad illā, & ideo si aliquis subditus timet, quod si corrigat prælatum suum, irascetur; ita quod causet aliquam perturbationem

Caieta. verbo corr. frater. Adr in 4. de corr. fra. art. 3. Sot. de reg. secr. memb. 2. q. 3. 3. c p. 4. D Chrisost. ho. 44. sup. 1. epist. ad Cor.

magnam in communitate, & motū, tūc nulla erit obligatio corrigendi, vt tenet S. Tho. vnde cū quis dubitat, an correctio sit damnū allatura spirituale fratri suo, non tenetur illā facere, quia in hoc casu cessat aliquo modo finis correctionis, qui est vtilitas spiritualis correcti. D. Tho. q. 33. ar. 2. ad 3.

Debet n. notari, quod, quando peccatū, de quo aliquis vult fraternaliter corrigere fratrem suum, est damnosum reipub. aut alicui tertio, vt si quis cogitaret de occidendo aliquo, tenetur monere illum, quem putat posse impedire illud malū nullo facto damno delinquenti, sed potius iuuando illum, si vult admittere eius correctionem, quamuis sciat, quod eius admonitio non iuuabit spiritualiter, sed potius capiet occasionem maioris iræ videns esse manifestam suā cogitationē, immò est obligatio in hoc casu, si adsint testes denuntiandi talē delinquentē, licet non præcedat correctio fraterna, cum teneamur inspicere bonū commune; vnde dicunt Doctores communiter, quod licet sciamus, quod delinquens incidet in infirmitatem, eo quod videat cognosci peccatum suum, non debemus omittere monitionem, ne eueniat malum communitati, si ex dicto peccato proueniet illud malum, quod est maioris ponderis, quam sit ægritudo illius; eadem ratione si cognoscatur, quod correctio est profutura spiritualiter correcto, non debemus illam sinere, quamuis sciamus, quod ex ea proueniet illi grauis infirmitas corporalis, quia salus spiritualis animæ debet præferri corporali. Debet etiam nullum aduerti, quod si Petrus scit, quod Ioannes vult occidere Paulum, aut surripere eius bona, erit licitum dicere dicto Paulo, quod aliqui habent hanc intentionem faciendi illi hoc malum non nominata vlla persona in particulari, dummodo possit fieri sine detrimento illius cui facit hoc. Neque obstat, quod non est curę hominum priuatorum defendere vitam, & bona proximi, præcipue si ex hoc potest alius recipere infamiam; quia ad hoc respondeo, quod

quod est obligatio defendendi vitam innocentis, quando aliquis vult illam auferre, si hoc possit fieri sine damno eius, qui vult illam defendere, & si faciendo hoc amittit delinquens famam, hoc euenit illi culpa peccatorum suorum quibus meretur hoc damnum. Verum est tamen, quod in hoc casu tenetur, qui scit dictum crimen, quærere omnia alia remedia possibilia, vt impediat hoc prauum propositum Ioannis tractans rem cum illis, qui sancte, discrete, & occulte possint adhibere remedium, antequam moneat dictum Paulum de crimine; & etiam putarem ego non esse verum supradictum in casu, quod Paulus est homo ita bellicosus, & diabolicus vt procuraret occidere Ioannem, aut alium, de quo præsumeret dictum malū, quia nemo tenetur euitare damnum temporale vnius cum damno temporali alterius. Et notēt aliqui parum discreti, qui absque vlla cōsideratione solent facere huiusmodi monitionem, quia quantūuis pacatus homo sit, alterabunt eū; vt procuret facere malum illi, de quo præsumit se malum recepturum, & potuerit esse, quod exequatur iram suam in aliquem, qui est innocens, nec recordatur talis mali.

2 Circa tertiam conditionem, quod nō expectetur tempus opportunius; debet notari esse necessariam in casu, quod putetur, quod ex eo quod differatur correctio, incidet delinquens in aliud peccatum grauius, scilicet, quod administrabit sacramentum Eucharistiæ in peccato mortali, si vero ex dilatione correctionis non sequitur aliud damnum nisi perseuerare delinquentem in peccato, donec corrigatur, tunc poterit expectari, & differri admonitio ad tempus magis opportunum, si credatur, quod tunc derelinquet peccatum maiori cautela expertus suam fragilitatem in perseueratione prauæ vitæ, vt tenet Arag. — Arag. 2. 2. q. 33. art. 2. p. 793. col. 1. & 2.

3 Tertia Conclusio. Si aliquis, qui est in peccato mortali, potest corrigere fratrum suum iuuando illum spiritualiter, potest, & debet corrigere illum in hoc casu, cum sit actus idoneus obtinendi finem correctionis, vt dicit S. Tho. Si vero ob eius peccatum putat, quod eius correctio non erit vllius vtilitatis, non tenetur illum corrigere, si sit homo priuatus, nec tenetur emendare vitam faciens pœnitentiam peccati sui, vt sic melius possit corrigere; sicut non tenetur prodigus quærere nummos, quos prodige consumpsit ad effectum succurrendi proximo suo, qui existit in extrema necessitate, sic enim tenet cum communi Ludouicus Lopez. Dixi, si sit homo priuatus, quia si est prælatus, & videt, quod mutare vitam est necesse, vt sic subditus suus capiat bonum exemplū, & corrigatur ab eo, tenetur mutare illam ad hunc effectum, vt tenent Sotus, & Aragon: immo tenetur homo priuatus mutare vitam suam, si videt, quod scandalizat corrigens alios existens ipse in eisdem, aut forte maioribus peccatis, cum iudicet fratrem suum in illo, in quo ipse est condemnatus, vt dicit Nicolaus de Lyra, quem sequitur Bannes. — D.Th. 2. 2. qu. 33. art. 5. — Lud. in inst. cōs. 19. c. 16 nu. 135. — Soto de teg. secr. mēb. 2. q. 3. Ar. vbi sup. art. 5. — Lira, super Mat 7. c. in illis verb. quid vides festucam Bannes 1. d. art. 5.

4 Quarta Conclusio. Non tenetur homo priuatus monere fratrem suum, quem videt existere in aliquo errore bona fide, & faciat rē illicitā bona fide, si præsumat; quod talis admonitio non delinquētium expediat, si error, & ignorantia non præiudicat alijs, vt tenent Adrianus, & Aragon. Hinc infertur, qđ ille, qui scit Petrum non esse vere coniūctum cum Ioanna vxore sua ob quoddam impedimentum secretum, quod ab eis ignoratur non tenetur eos de tali impedimento monere credens probabiliter, quod nihil faciet, nec tenebitur monere eos eorum Confessarius, quia dicta admonitio solum deseruiet, vt cōstituat eos in mala fide; nec eorum prælati tenentur monere eos in hoc casū si non putant, quod iuuabit, vt post Adrianum tenent Couarr. & Nauarr. Debet tamen notari, quod qui prædicat, aut legit publice, tenetur dicere veritatem, licet sciat, & intelligat aliquos auditorum esse ibi, qui existunt bona fide — Adr. in 4. de cōf. q. 5 dub. 7 & quolib. 5 ar. 2. Arag. — Adr. vbi supr. — Con in 4. 2. p c. 6. nu 16 Nau. in c. si quando. n 69 de pœn. d. 7.

in

in suis erroribus, & ignorantijs, & mediante prædicatione amittent bonam fidem, non vtentes vtilitate doctrinæ. quia doctrina publica non est ordinata vtilitati priuatæ, sed communi, vt dicũt Sotus, Canus, Medina, Couar. & Naua. Et aduertatur, quod id, quod diximus, secundum opinionem DD. non habet locum in illis, qui habent ignorantiam inuincibilem iuris naturalis, quia si proximus ignorat inuincibiliter aliquod p̃ceptum decalogi, v.g. quod simplex fornicatio sit peccatum mortale, quicũque quamuis sit particularis, & priuatus, tenetur corrigere illum licet intelligat, ꝙ nihil proficiet: q̃a non potest esse similis ignorantia sine aliqua irreuerentia honoris Dei, & sine graui damno reip. christianæ, vt tenet Arag. 2.2.q.32.art. 2.

Soto in 4.d. 28. q.1. ar 3 Can. de pœn. 5. q. Med. decõfes. tract. Cou. & Nau vbi sup.

5 Quinta Conclusio. Si proximus nõ proficiat, nec mutetur correctione fraterna secreta, tunc si sit spes, quod mutabitur, si fiat illi admonitio coram duob, aut tribus testibus, tenetur proximus facere dictam monitionem coram illis, vt præcipit Euangeliũ, quamuis huiusmodi testes ignorent illud peccatum, & sit notum illi, qui corrigit, cum Euangeliũ, quod præcipit fieri hanc munitionem, præcipiat, vt fiat peccato existente secreto, dicens, si peccauerit in te, ac si diceret, vt explicat D. Aug. te solum cognitore peccati, nec obstat, quod hoc modo infamabitur delinquens, quia ratio, propter quã dominus iubet, quod rep̃hendatur coram testibus est, quia cõfusus corrigatur, & timens, quod cõprehẽdetur in vitio, procuret viuere cautius. Hæc est cõis opinio, quam post multos alios tenent Corduba, Bannes, & Nau. Debet tamen aduertere pius Christianus, quod tenetur facere hanc monitionem coram testibus non solum semel, sed sæpe, putans, quod proficiet: quoties autem debeat fieri, relinquitur arbitrio boni, & prudentis viri, vt dicunt DD. allegati, & si intelligit, quod dictę monitiones nihil facient intra spatium vnius anni, quamuis transacto anno iuuabũt, non tenetur expectare hoc tempus longum, sed statim potest illis vti, quia minus refert, quod aliquis homo sit in peccato mortali per spatiũ vnius anni, quã quod crimen eius fiat notorium duobus, aut tribus testibus.

Aug. & habetur in ca. si peccau. 22.q. 1.

Cord. in ad. not. ad Sot. memb. 2 qu 4. consl. 6. Bãn. 2.2 q. 33. a 8 ad 1. Na. de rest. l. 2 c 4. nu. 262.

Aduertat amplius quod si frater factis his admonitionibus non corrigitur, & intelligitur probabiliter, quod si dicatur prælato, obstinatior fiet in peccato, & faciet maiora peccata, debet tacere, & non denunciare illum; hæc opinio est contra Panormitanum, qui dicit, quod non obstante, quod dictum est supra, debet denunciari prælato, cuius opinionẽ puto veram, quando peccatum est scandalosum, & in præiudicium reip. & cõitatis, vt erit v.g. simplex fornicatio secreta alicuius religiosi, quia posset manifestari populo, sic enim dicit Arag. Aduertat amplius quòd si non inueniat testes idoneos, vt coram illis corrigat fratrem suum, & putat, ꝙ admonitio paternalis prælati sui iuuabit, tenetur statim referre se ad prælatum monens illum de casu tanquam patrẽ omittens admonitionem illam coram testibus, cum in hoc casu non possit aliter remedium afferri fratri. Tunc vero non erunt idonei testes, quando putetur, quod non seruabunt secretum, sed quod est occultum illis, fiet manifestum alijs causantibus scãdalum populo. Notet vlterius, quod si putat, quod admonitio coram testibus est illi pro futura plusquam admonitio prælati, debet facere dictam admonitionem coram testibus, cum admonitio coram testibus sit medium suauius, & gratius delinquenti, quam correctio prælati, quamuis tanquam patris, quia cum eo quotidie versatur; si vero putat, & sperat, quod admonitio prælati sit magis profutura quam coram testibus, & constat illi, quod prælatus est homo prudens Christianus, & pius, & quod procedet in negotio, cum magna prudentia consolando delinquentem, & constat illi, quod non inde capiet occasionem dandi pœnam, aut molestiam subdito in alijs rebus paruis, quæ solent tractari coram

Pan. in c. nou. de iu. 1.

Arag. 2. 2. q. 33. ar. 8. pa. 827. col. 2.

coram prælatis, licitum erit tunc monenere prælatum de hoc tanquam patrē, non iudicem, quod probatur, quia existentibus his circunstantijs hoc est medium facillimum, & suauissimum; sed si non est certus de his rebus, & circunstantijs, non debet statim recurrere ad prælatum ante monitionem coram testibus: quod probatur, quia in vsu receptum videtur, quod homines quamuis sint prudentes, & pij ante dignitates, postea in illis facti prælati mutant stylum, & volunt videri iudices quam patres, quod non deberet sic esse, sed econtra.

6 Sexta Conclusio. Quando aliquis putat, quod eius frater est moriturus in peccato mortali, nisi moneat, & corrigat illum, tenetur cum periculo vitę suę corrigere illum, quia vt dicitur per S. Ioannem, sicut Christus posuit vitam suam pro nobis, sic nos debemus ponere vitam pro fratribus nostris, quod debet intelligi, quando videmus fratrem nostrum in articulo mortis mori cum peccato suo, sic enim tenet Corduba cū Soto, quod est ita verum, vt dicat Nauarr. sequens Adrianum, quod quisque tenetur corrigere fratrem suum cū periculo vitæ suæ, si videat illum morientem in peccato mortali, quamuis eius peccatum procedat ab ignorantia affectata, aut fragilitate, dummodo non procedat ex malitia eo modo, quo quis tenetur succurrere cum periculo vitæ suæ puero morienti sine baptismo, vt moriatur cum eo, quia hoc petit ordo charitatis, qui postulat, vt postponatur vita corporalis spirituali proximi positi in extrema necessitate, quod debet sequi, quamuis Sotus teneat, quod nō tenetur quis cum periculo vitæ suæ procurare salutem spiritualem talis pueri. Verum est quidem, quod si non sit proximus positus in tam extrema necessitate spirituali, non tenetur ponere vitam corporalem pro illa, nec facere notabilē iacturam famæ suæ, aut bonorum temporalium, cum, si nō existat in dicta extrema necessitate, supersit tempus, quo cum adiutorio diuino pōt exire à peccato, & ideo omittere correctionē, in hoc casu erit solum peccatum veniale, vt dicit Cord. quod debet intelligi, nisi qui scit peccatum, pro certo teneat, quod nō corrigetur, neque emendabitur, si non fuerit per suam monitionem, & sic morietur in peccato; quia in hoc casu tenebitur monere sub pęna peccati mortalis dummodo non patiatur notabile detrimentū in sua fama, & vita, vt dicit Sot.

Cordu. sup Sot. de legē. mēb. 2. q. 2. cōs. 6.

Nau. in Mau. ca. 24. n. 13 in fin.

7 Septima Conclusio. Si teneatur opinio grauium DD. quod prælatus non solum de lege charitatis, sed de lege iustitiæ tenetur corrigere fraterne subditos suos, quamuis eorum peccata non procedant ex ignorantia, clarum est, q̄ tenetur dictus prælatus monere eos cū periculo vitæ suæ, sic enim tenet Sotus, qui addit, quod ex eo, quod prælatus tenetur corrigere populum suum ratione officij sui, tenetur etiam expurgare rēpubl. suam à iuramentis leuibus, & alijs prauis consuetudinibus peccandi venialiter, si fieri possit, & ad hoc tenetur sub pœna peccati mortalis, quia peccata venialia quando sunt nimis frequentia in republ. quamuis non efficiant notabile damnum in singularibus personis eius, prout tamen afferunt graue damnum, & publicum communitati, valde refert extirpare similia vitia, quod si verum est, veh Prælatis segnibus in exhortādo populo suo; & sic plangit super eos Ludouicus Lopez in instr. conf. 1. p. c. 55. in prin. allegans Sotum in tract. de iustitia, & iure. Cum vero corrigere fraternaliter subditos secundum sententiam Caiet. 2. 2. q. 33. ar. 2. sit obligatio non de iustitia, sed de charitate, quia tunc non faciunt illud tanquam prælati, sed tanquā priuatæ personę, vt dicit Aragon sequēs Caietanum stando in hac opinione, non debemus obligare dictos prælatos ad dictam monitionem cum periculo vitæ. Verum est tamen, quod peccabunt grauiter non extirpantes cōsuetudines peccandi venialiter, si sunt, aut possunt esse occasio peccandi mortaliter, quia si non sunt occasiones peccatorum mortalium, ego non video, qua ratione possint cōdemnari ad mortale, ex eo quod

Sot. vbi su. mēb. 2. q. 1. c. 6. & q. 3. c. 3.

T non

non extirpent vitia venialia, quia non tenetur magis prælatus inspicere rempublic. quam priuatus homo animam propriam; & certum est, quod priuatus homo, qui non exgrauat animam suam a peccandi venialiter consuetudine, non peccat mortaliter, dummodo huiusmodi consuetudines non sint causa propinqua peccandi mortaliter. Ex dictis sequitur, quod paterfamilias tenetur corrigere familiam suam; & ideo si consensit, quod seruus suus retineat domi suæ concubinam, peccat mortaliter. Verum est tamen, quod si habeat dictam concubinam extra eius domum, non tenetur eijcere illum a domo, vt relinquat illam prauam conuersationem, quia si hoc faciet, seruus fugiet, & sic amittet eum dominus, vt dicit frater Ludouic. Lopez, & fugitiuus factus fiet peior: nec tenetur paterfamilias corrigere filios suos, & familiares tantum quantum prælatus oues suas, quia quamuis paterfamilias teneatur habere maiorem curã necessitatum corporalium, instructio tamen quoad bonos mores magis incumbit curæ prælatorum. Viso ergo in quibus casibus sit licitum denuntiare, & accusare reum præcedente correctione fraterna, & quando sit licitum iudici per viam inquisitionis, denuntiationis, aut accusationis procedere contra reum, vt de eius delicto instruatur, cõuenit, quod agamus, quomodo, & quando possit illum capere ac mittere in carcerem, & quomodò teneatur reus stare in carcere, & an possit fugere ab ea ante sententiam latam; non tractabo tamen hic de hoc, quia supra tomo primo cap. 36. verbo, *Carcer*, remanet sufficienter dictum. Quod remanet est tractare de obligatione, qua tenetur reus confiteri veritatem coram iudice.

Lop. vbi su. ca. 55 co. 400.

Quando rei possint interrogari, & quãdo teneantur dicere veritatem, & manifestare complices. Cap. X.

SVMMARIVM.

An possit reus iuridice interrogatus negare veritatem sciens, quod propter depositionem suam est morte puniendus; aut amittet honorem suum concul. 1. numero 1.

An condemnatus morte qui negauit delictum suum teneatur confiteri illud. con. 2. nu. 2.

An reus nihil respondens iudici sit visus confiteri delictum; & an possit petere tẽpus ad respondendum; & quomodo debet respondere, conc. 3. nu. 3.

An reus interrogatus cum iuramento teneatur respondere secundum mentem iudicis, conc. 4. nu. 4.

An reus conuictus de aliquo delicto possit interrogari de alio conc. 5. nu. 5.

An reus interrogatus legitime peccet mortaliter mentiens in rebus parui momenti concl. 6. nu. 6.

An interrogatus iuridice possit negare quãdam rem, quam fecit bona fide, concl. 7. num. 7.

An cui delatum est iuramentum de calumnia, possit interrogatus de aliquo crimine secreto negare illud, ibid.

Iuramentum de calumnia quid sit. ibid.

An sit licitum iudici, vti aliqua dissimulatione, vt inueniat veritatem, concl. 8. nu. 8.

An teneantur rei, qui confitentur crimina sua, declarare complices, conc. 9. nu. 9.

1 PRima Conclusio. Potest iudex iuridice interrogare reum, & per cõsequens tenetur reus dicere veritatem, siue pœna sit temporalis, siue spiritualis siue procedat iudex ex officio, siue ad instantiam partis, siue crimen sit notoriũ, siue ex fama. Dixi, *interrogare iuridice*, quia debet attendi, an talis iudex procedat postquam præcessit infamia, & indicia sufficientia, quia si non præcesserit hoc, non potest interrogare, & per consequens non tenetur reus respondere, vt dicunt S. Thom. Caietanus, Sotus, Suarez, Antonin. Gomez, Cordub. Nauarr. Alcoc. & Petrus de Nauarrus, quod debet intelligi in causis ciuilibus, & criminalibus, in quibus timetur parua pena: in causis vero magnis, & capi-

D. Th. 2. 2. qu. 59. ar. 1. vbi su. qu. 7. co 1. Su. l. 4. ti de las iuras libro 2.

Gom 3. var.c.12 num.15 Cord l. 1.qq.q. 43. du.3 Nau. in ca inter ver. cō. cor. 55. Cord.in pra qq. q.18 n. 7.ad fin. Alcocer in sū. c. 26

capitalibus, alijsque, vbi agitur de fama, dictante sic æquitate naturali, potest reus recta conscientia celare veritatem non mendacium dicens, sed vtens amphibologijs, & verbis æquiuocis, quia naturale est hominibus defendere se, & si consanguineus non potest cōpelli ad testificandum contra alium suū consanguineum in similibus casibus, videtur quod non potest compelli secūdum æquitatem naturalem aliquis testificari contra seipsum, quando ex ea depositione debet illi euenire magnum detrimentum vitæ, & famæ; aut saltem, si compellatur à iudice, poterit occultare veritatem verbis æquiuocis, & ideo videmus, quod præcipit iudex aliquem condemnatum mortem, quod stet in carcere, & non fugiat, qui etiam iuste poterit non obedire, & fugere, quia difficillimum est, quod non fugiat quis a facie mortis, si aliqua via possit: hanc opinionem tenet Petrus de Nau. quem sequitur Salz. & hoc modo debet intelligi, quod tradit Nau. Nota autem tunc sequi magnum damnum in honore, in casu, quo quis sit homo in honore habitus, & pro tali reputatus: & si confiteatur suum delictum occultum, remaneret infamatus de facto, & de iure; in quam infamiam non caderet, nisi confessus esset delictum, sed remaneret in priori fama, & existimatione; si vero est homo infimæ conditionis, & honoris non ita sublimis, ego non auderē admittere hanc opinionem, quia sic est dare licentiam cuicunque delinquenti, vt neget veritatem, cum quicūque per suam confessionem amittat honorem suum.

Nau. vbi supra nu. 142. Salz. in prac. cr. c.16. Nau. in Man.ca. 25.n.36

2 Secunda Conclusio. Si iuridice interrogatus negat semel delictum, & hoc non obstante condemnatur morte, aut alia pœna, quamuis peccauit mortaliter negans veritatem, non tenetur tamen postea illam confiteri, nisi ex negatione eius resultet graue damnum alicui homini priuato: hanc opinionem tenent Nau. & Segura; vnde non debet teneri opinio contraria Medinæ, qui dicit absolute, quod si non confitetur delictum, non debet illum absoluere Confessarius ob grauem iniuriam, quam facit iudici, insinuans per hoc, quod sine culpa condemnat illum; quæ quidem ratio est nullius momenti, quia quamuis reus sit innocens, non est dedecus iudicis condemnare illum, si ex processu substantiato iuridice inuenit illum delinquentem, & ideo cum iudici nullum veniat damnum, non est, quod affligamus delinquentes condemnatos morte negando illis consolationem absolutionis.

3 Tertia Conclusio. Reo legitime interrogato, si nolit respondere, potest illi præcipi iuste, quod respondeat; & si nō respondet, præsumitur in iure exteriori fecisse delictum, vt affirmat Rodericus Suarez, dicens sic fuisse iudicatum in Hispania super quodam negotio grauissimo; & Iulius Clarus affirmat sic esse in praxi positum; & ita statim tenetur respondere, vt non possit petere à iudice dilationem, aut tempus ad deliberandum causa respondendi, vt affirmat Salzedus. Verum est tamen, quod vt iuridice interrogetur, est necesse, quod sit vnus testis oculatus sine defectu aliquo, aut indicia, quæ sint æquiualentia illi, & quod talis probatio contineatur in processu, & detur copia parti, vt sciat, an teneatur respondere, quia si non datur, non tenetur ad illud, vt dicunt Sanctus Thomas, Nauarrus, Sotus, & Alcocer, potestque reus petere dilationem non ad respondendum, sed ad videndum id, quod contra illum est in processu, & secundum illum videre, an teneatur respondere, quod dicit Alcocer: quod debet notari multum, quia vix est iudex, qui obseruet supradictum, neque habeat propositum illud obseruandi, & non videmus, quod ideo non absoluantur à suis Confessarijs, nec ob alias causas similes: nec valet consuetudo in contrarium iudicum, quia est contra legem naturalem, vt dicit Salzed. notans quod non debet dari copia reo informationis, sed solum debent iudices præcipere, vt legatur coram illis, quod est in processu absque eo, quod explicentur nomina testium, & eandem opinio-

Salz.vbi su.p.432 c.2. Gutt. in qq. can. c.11.

nem videtur tenere Guttierez. Hæc tamen opinio videretur mihi admittẽda, quando delictum, quod imponitur reo, est parui momenti, quia loquendo regulariter tenentur iudices manifestare nomina testium reo, facto processu contra illum, vt defendat se non solum a sententia, quam timet, sed etiam ab obligatione, qua tenetur respondere, vt resoluit Bonifacius reprehendens iudices, qui faciunt contrariũ, & tenent Antonius Gomez, & Gregor. Lupus, & præcipitur in quadã lege nouę cõpilationis, & in alia, quæ tractat de peccato nephando. Notetur autem, quod si reus dubitat, aut testis, an iudex quærit iuridice, & existente in eodẽ dubio Confessario, debet iudicare in fauorem rei, scilicet, quod non quærit iudex iuridice, præcipue in casu graui, quia peius esset in hoc casu occidi hominem, aut mitti ad triremes in perpetuum ob eius depositionem, quã nolle obedire iudici; hæc adnotatio est Soti, quam doctrinã debent notare Sacerdotes, qui accedunt ad audiendos hosce delinquentes; & quia iudices communiter deficiunt in quærẽdo iuridice, & nolunt ostendere, quod est in processu cõtra delinquentes, vt secũdum illud obligentur ad respondendũ, & quia etiã sæpius non conuenit petere manifestationem processus, quia ex hac petitione capiunt occasionẽ ad præsumendum malum, & afferunt molestiam delinquentibus cum torturis extraordinarijs; mea opinio est, quod in hac perplexitate, & dubio procedant cum debita prudentia, & non petant processum, nisi quando aliud non potuerit fieri inspectis circumstantijs, nec obligent delinquentes ad manifestandum suam confessionẽ, si ex ea est periculum euidens vitæ, & honoris. Aduertatur autẽ, quod si sint certi, quod iudex est rectus, & quod quamuis petant manifestationem processus, non sequentur inconuenientia retrodicta, tenentur petere processum, & secundum illum iudicare obligationem, qua tenentur, delinquentes respondere.

Bon. in tra. de malef. i reg. de inq. l& earum, for. n.1° f.267. in magnis.

Sot. de teg. secr. ma. q. 7. p. 62. c. 1

4 Quarta Conclusio. Reus interrogatus cum iuramento tenetur respondere ad mentem iudicis iuridice interrogantis, quia si iurat contra hanc intentionem, peccabit mortaliter, sic enim tenent Sanc. Thom. Caietanus, & Sotus; & idem dicendum est respondendo cũ æquiuoco iuramento, quod componitur ex verbis simulatorijs artificiose, ita vt possit habere duplicem sensum, quia cum iudex deferat hoc iuramentum licite, non est licitum vti hac amphibologia, quia esset inferre illi magnam iniuriam, sic enim tenet Sotus. Dixi, *delato licite iuramento a iudice*, quia alias licitum est vti quacunq; amphibologia, quam vsus communis admittit sine mẽdacio; quia si verba secundum vsum communem non admittunt sensum verum, tunc esset dicere mẽdacium, quod est illicitum, vt dicunt Corduba, & Sotus, quamuis alij teneant contrarium, quorum opinio est recepta, vt constat ex ijs, quæ dixi in primo tomo in materia iuramentorum. Et vt radicitus intelligatur supradictum, debet necesse aduerti, quod totum illud procedit, quando iudex procedit, vt sæpius repetiui, iuridice; quia si non procedit iuridice, non tenetur reus respondere, quamuis iudex tanquam eius prælatus præcipiat illud in virtute sanctæ obedientiæ, vt resoluit Aragon: tunc vero iudex non quærit iuridice, quando non est legitimus, nec competens; vnde si interroget eos, qui non sunt subiecti eius iurisdictioni, possunt licite celare veritatem sine mendacio, idemque debet dici, quando iurisdictio eiusdem iudicis est suspensa ob aliquam appellationem: dicetur etiam non quærere iuridice, quando contra reum non est infamia, vt dictum est supra. Nec ideo est iniqua, & mala consuetudo aliquorum tribunalium Ecclesiasticorum, vbi interrogant eos, qui obtenta iam dispensatione a Papa volũt contrahere matrimonium, aut cognouerint se carnaliter, de quo peccato adhuc non sunt infamati, quia quãuis Salzedus reprobet hanc consuetudinem, non debet tamen condemnari. Primo

D. Tho. 2.2. qu. 87. ar. 7. ad 4. & ibi Cai. Sot. li. 8. de iust. q. 1. ar. 7

Sot. vbi sup.

Sot. l. 5. de iust. q. 6. a. 2. con. 7. p. 445. co. de casib. q 65.

Ara. 2. 2. q. art. 8.

quia

quia est necesse, vt sciatur dicta copula ad videndum, an valeat dispensatio, secundum dicta in materia matrimonij. Secundo, quia ob nostra peccata in nostra Hyspania non putatur peccatum in famatorum cognoscere se carnaliter consanguineos, qui volunt contrahere, & miserunt Romam pro dispensatione.

5 Quinta Conclusio. Reus conuictus de vno crimine non potest interrogari de alio crimine aut suo, aut sociorum; cum de alijs non sit notatus infamia, vt dicunt Sotus, Nauarrus, & Alcocer. Aduertatur autem, quod reus conuictus de aliquo delicto potest interrogari, an cõmiserit alia eiusdem speciei; & ideo qui confitetur aliquod furtum, potest interrogari, an commiserit alia furta, quod dicit Nauarrus habere locum, quando hic ob infamiam, aut aliter per indicia magna videtur frequentasse huiusmodi delicta; & ideo famosus latro, qui cõfessus est aliquod furtum, potest interrogari, an commiserit plura furta; si vero solũ est infamatus de vno furto, & non est suspicio, quod commiserit alia, non possunt illum interrogare, an commiserit plura.

Sot. li. 5. de iust. q. 6. ar. 2 Nau. d. c. 25. nu. 35 Alcocer d c. 26. Nau. l. 2 de resti. ca. 3. nu. 171. Abb & Doct. in c. assert.

6 Sexta Cõclusio. Si reus, aut alius quiuis testis interrogati legitime a suo iudice mentiuntur in rebus parui momenti, non peccant mortaliter, quod procedit, quamuis iudex sit prælatus regularis, & præcipiat sub obedientia subdito, vt manifestet illi veritatem alicuius rei parui momenti, quia hic non peccat mortaliter non obediens, eo quia prælatus in rebus paruis non potest imponere præceptum obedientiæ, quod obliget ad mortale; quod si dubitat, an sint parui momenti, tenetur obedire, nisi inde sequatur graue damnum proximo, vt dicit Aragon, & diximus in materia obedientiæ; supradictum autem debet intelligi, nisi mendacium confirmet iuramento, quia tunc peccat mortaliter, vt dicunt Sotus, & Nauarrus, in c. inter ver. Cor. 55. num. 254.

Arag. 2. q. 69. ar. 2 p. 504 Soto de teg. secr. m. inb. 2 q. 7. cõ. 3

7 Septima Conclusio. Si aliquis accusatur false de aliquo crimine coram iudice, qui ingressus est quandam domum bonafide, quod si sciat iudex, capiet occasionem, & indicium ad exponendum illum torturæ; in hoc casu, quamuis interroget illum iuridice, an sit ingressus domum illam, non tenetur confiteri ingressum fuisse eam, si non potest probare bonam fidem, quã ingressus fuit; & ratio est, quia de hoc ingressu non interrogat iuridice, quia vult ex eo capere occasionem exponendi torturæ, qui cum fuerit innocenter ingressus, non potest de iure esse occasio supplicij, & torturæ; hoc autem colligitur ex eo, quod resoluit Sotus, vbi probat, quod non obstante iuramento de calumnia, quod defertur actori, & reo in principio litis, quod non negabunt, quod putauerint esse verum, si postea fuerit reus interrogatus de aliquo crimine in particulari, de quo nec est infamia, nec indicia, non tenetur illud confiteri, nec peierat, quamuis neget, quia qui iurauit se dicturum veritatem, intellexit de veritate, de qua fuerit legitime interrogatus; quamuis ipse non intellexerit tunc; sufficit quod a iure, sic interpretetur.

Soto de teg. sec. in 2. q. 7 con. 3. p. 62. co. & 2

8 Octaua Conclusio. Licitum est iudici vti aliqua simulatione, vt verificetur negotium, quod tractatur inter reum, & actorem dubitando de eius veritate, vt resoluit Couarruuias; & notant Abbas, & Doctorum communiter; nec potest iudex loquendo regulariter aliquem reum denuntiatum de certo crimine condemnare solum propter eius depositionem ad pœnam ordinariam, si extraxit ab eo dictam depositionem promittens illi, quod si diceret veritatem, non puniret illum, cum extraxerit ab eo dictam depositionem per fraudem credente reo, quod obseruaret illi promissum; & ideo confidens in eo potest esse, quod sit confessus, quod deposuit, vt sic liberaretur a carcere, quo detinebatur oppressus. Dixi, *loquendo regulariter*, quia si reus sciebat, quod iudex erat defecturus a promisso, & nihilominus perseuerauit

Cou. l. 2. var. r. c. 2. n. 16

in depositione, absque dubio potest puniri pœna ordinaria; & addit Couarruuias, quod si vltra confessionem adsunt coniecturæ, quod commiserit illud crimen, non faciet iudex contra iustitiam condemnans reum ad pœnam ordinariam, præcipue si reus non reuocat depositionem suam, postquam factus fuit certus, quod iudex simulabat, quæ tamen simulationes debent euitari, vt docent doctores.

9 Nona Conclusio. Tenentur rei, qui fatentur crimina sua, declarare complices in illis, si interroget iudex credens, quod sint adhuc parati committere noua peccata continuato vitio cum graui damno reipubl. aut proximorum, & credens, quod non corrigentur, quamuis illis fraterne dicatur, vt accidit quotidie in latronibus, & falsificatoribus monetæ, hæreticis, strigibus, & alijs aruspicibus, quia conuenit manifestare hãc turbam malefactorum iudici, quamuis non interroget de illis, vt resoluit Nau. & ideo tenentur Confessarij monere reos, vt denuntient illos, vt monet Sotus, & peccant absoluentes eos, cum absoluant impœnitentes, vt dicunt Nauarrus, & Alcocer. Nota tamen, quod hoc procedit procedeute iudice in inquisitione, & interrogatione iuridice, quia alias neque se, neque complices tenetur manifestare. Est etiam notãdum, quod non debet iudex interrogare de complicibus, nisi in casibus, in quibus disponitur à iure; neque debet interrogare de aliquo complice in particulari dicens dic mihi, an N. fuerit tibi socius in delicto; & tenentur iudices declarare reis, in quibus modis, & casibus tenentur manifestare complices, aut concedant licentiam illis, vt possint consulere homines doctos, & si nolint illis dare licentiam, dicit Nauarrus, quod non auderet liberare eos à peccato mortali, præcipue si hoc faciunt persuasi, quod est iustum quacunque via inuenire delicta, & vt sic teneantur esse iudices rigidi compellentes reos, vt manifestent complices, contra quos nulla est infamia, nec indicia, sed potest esse, quod coram Deo sint correcti; immo addit idem Nauarrus, quod nec liberaret illos à peccato mortali, quando cum torturis vellent illos constringere ad illud cessante dicta infamia, & indicijs, nisi peccatum declaratum à reo esset talis conditionis, vt non posset fieri sine socio, vt est peccatum sodomiticum, adulterium, &c. Est etiam licitum iudici interrogare de complicibus, quamuis nulla præcesserit de illis infamia, quando interrogat, non vt puniat, sed vt corrigat, vt pater, sicut tenet Corduba; quod notent prælati regulares pro suis visitationibus, cum dirigantur ad hoc, vt tanquam patres adhibeant remedium malo, quod cognouerunt. Notent etiam subditi, quod non capiant hinc occasionem reuelandi Prælatis tanquam patribus, quod de iure est illicitum manifestare tanquam iudicibus, cum non constet illis, nec possit constare, quod procedent tanquam patres: & moneo Confessarios, quod quando præcipiunt reis, vt manifestent complices, inspiciant bene negotium non confidentes solum in suo iudicio; quia ego etiam in minoribus casibus non confido in meo; & si aliquo modo possint liberare reũ ab hac obligatione manifestandi complices, inclinentur ad illud: & quando aliter non potuerint facere, doceãt reos, ne manifestent nisi eos, quos petit necessitas publica, & particularis.

Nau. in d ca. inter verba, corol. lar 6. ca. de regé. secr mé. 1 q. 8. p. 17

Nau. ca. 18. n. 58, Alc. vbi su f. 86.

De tortura reo adhibenda, & de veritate ab eo dicenda.

Cap. XI.

SVMMARIVM.

Quando sit licitum adhibere torturã reis. conc. 1. nu. 1.

Qui possint torqueri, conclusione 2. numero 2.

An sit licitum laico torquere clericum. cõcl. 3. nu 3.

Ad quid teneatur iudex si faciat deponere reum aliquod delictum, cum minis, & tor-

& torturis non seruans terminos iuris. concl. 4. nu. 4.

An possit reus iuste interrogatus confiteri delictum suum, vt fugiat torturam, sciẽs quod ob suam depositionem condemnabitur morte conc. 5. nu. 5.

An peccet reus deponens veritatem, & infamans se concl. 6. nu. 6.

An peccet reus reuelans complices ratione tortura non iuridice interrogatus concl. 7. nu 7.

1 PRima Concl. Licitum est iudici adhibere torturã reis, vt dicit quædam glo. cum communi, & tractat Nauar, concurrentibus sequentibus conditionibus. Prima, quod præcedãt indicia sufficientia, aut semiplena probatio, quia alias esset peccatum mortale cum obligatione restitutionis, vt dicit Siluester, non solum eius, quod debetur iniuriæ, sed etiam omnium damnorum, quæ inde sequentur, & ideo confessio, quam facit reus sine indicijs sufficientibus est nulla. Secunda conditio, est quod non possit iudex aliter scire veritatem, & ideo peccat mortaliter iudex torquens reum, si aliter potest scire veritatem: vnde dicit Nauarrus, quod peccant mortaliter iudices, qui torquent reos conuictos cum testibus de suis delictis, vt sic confitentes amittant beneficium appellationis, nisi quãdo illi omittunt confiteri solum ad effectum differendi executionem iustæ sententiæ, quæ contra illos est lata, vt cum communi Theologorum, & Canonistarum resoluit Nauarrus. Et nota, quod huiusmodi rei iam conuicti iuridice de suo crimine interrogati a iudice in tortura, an commiserint tale delictum, tenentur dicere verum, quia quamuis iniuste torqueantur, cum sint sufficienter conuicti, sunt tamen iuste interrogati, vnde tenentur dicere verum, vt dicit Couarruuias; si vero iam sint condemnati, non tenentur cõfiteri crimen, vt dictum est. Tertia conditio est, quod torturæ non sint crudeles, præcipuæ si eas adhibet iudex ecclesiasticus, vt dicitur expresse in iure.

Gl in c. cõtu. de vsu. Na i c. nullũ 18. qu. 2. nu. 51 & 52. & in rub. de ind. n. 53 Sil. ver. tortura.

Na c. 18 nu. 58.

Na. ind. ca inter verbacõ clu. 4.

Cou. in pra qq. c 23. nu.

ca 1. 23. q. 1.

3 Notandum est autem ad maiorem declarationem eorum, quæ dicta sunt quod priusquam iudex adhibeat torturam reo procedens per viam accusationis, debet audire accusatorem, & accusatum, & debet lis contestari, & debet prius compelli reus cum censura ecclesiastica, si causa agitatur coram iudice ecclesiastico: quibus rebus rite confectis, si adhuc non est probatum delictũ, tunc debet procedere cum tortura, debetq; vti in hoc magna prudentia, & cura, respiciens omnes circunstantias; & indicia sufficientia, quæ sufficiunt ad adhibendam torturam, sunt illa, quibus animus sapientis, ac prudentis iudicis quiescit, sicut quiescit in aliqua re determinata a iure. Iudicium autem dubium est quædam præsumptio, quę mouet fortiter animum iudicis ad credendum, aut non credendum aliquid. Est autẽ magna differentia inter hęc duo indicia quia primũ per se solum sufficit ad hoc vt aliquis torqueatur, secundum autẽ non sufficit, quod sit vnum, sed oportet, quod sint multa, & si sint plura, aut vnũ saltem, sufficit quod probentur duobus testibus; vnde infamia per se sola non sufficit, vt quis torqueatur, sed solũ sufficit, vt iudex faciat inquisitionem, & si in ea inueniat delictum cum semiplena probatione, potest procedere ad torturam; & si inuenerit dicta indicia, debet examinare efficaciam, & secundum ea iudicare: quod in simili casu debet fieri proponens semper ante oculos equitatem. Nec est iudicium sufficiens ad torquendum, quod quis fugerit, antequam accusetur coram iudice, quia hoc non facit semiplenam probationem, sicut non est indicium sufficiens ad idem mutare colorem, respondere extra propositum cum tremore, si simul cum his non iunguntur alia indicia, quæ faciant vim iudici, quod relinquitur eius prudẽtię, & christianę fidei, quam in hoc debet seruare, vt docet Couar. & tractant omnes DD.

Cou. li. pra. qq. ca 18 p. 177. col. 1. DD. ĩ l mites, § oportet, C. de qu.

2 Secunda Conclusio. In crimine læsæ maiestatis, & in crimine hæresis omnes possunt torqueri, sed in alijs cri-

minibus non possunt torquere minores 14. annis, quamuis possint quidem detineri in carcere, verberari, &c. nec possunt torqueri nobiles, nec Doctores, nec alij, qui habeant aliquam prærogatiuã, aut dignitatem, & nobilitatem; nec senes post 60. annos, quia hi non possunt ferre torturas ordinarias. Aduertẽdum autem est, quod infirmi in causa graui non possunt torqueri, nisi cum licentia Medicorum. Nolo tamen in hoc detineri, quia magis pertinet ad iuristas, quam ad eos, qui scribunt summas pro Confessoribus; & ideo nolo esse lõgior: iudices videant, quid faciunt, & non fallat eos zelus rigoris oblitos charitatis Christianæ.

3. Tertia Conclusio. Potest clericus torqueri à laico præcipiente prælato suo, vt resoluit Ludouicus Carillus scribens esse licitum sæcularibus sine timore alicuius pęnæ ligare clericos, vt torqueãtur ab alijs clericis. Quod debet limitari, vt procedat, quando non inueniuntur clerici qui sciant, & velint torquere reliquos clericos, quia in hoc casu licitum est, vt affirmat Iacobus Septimacensis dicens sic esse receptum in praxis aduertantque iudices, & prælati ecclesiastici iubentes verberari clericos à laicis, existentibus idoneis, qui id faciant, quod peccant mortaliter, non tamen incurrunt excommunicationem canonis, in quam incurrunt sæculares, & laici, qui verberant eos, vt dicit Nau. c. 17. n. 86. ꝙ intelligitur, quando adest consuetudo præcipiendi, vt verberentur clerici à sæcularibus, quamuis sint clerici idonei, qui id faciant, quia consuetudo, quamuis non excuset à culpa, excusat tamen à pęna. Et quia torturæ, quæ vt plurimũ infligũtur in religionibus, sunt verbera, debent notare pręlati consuetudinẽ ecclesiæ esset, ꝙ pręlatus verberet subditũ suum, quamuis prælatus sit sacerdos, vt docet Sotus; vnde non incurrit excõica tionẽ, nisi procedat cum ira, & affectu, vt docet Aragon. Aduertant etiam pręlati nostræ sacræ religionis, & illi, qui gaudent illius priuilegij, ꝙ possunt præcipere vt verberentur delinquentes ab

Septimacen. in c. in inst. c. 69. n. 49.

alijs eorum subditis, quamuis non adsit vrgens necessitas ad illud, vt concessit Alexander VI. & Leo X. Dixi, ab alijs eorum subditis, quia à sæcularibus non possunt, nisi incurrant excommunicationem canonis, si quis suadente, & ideo incurrit eam prælatus, qui præcipit verberari subditum causa correctionis à conuerso conuentus, nisi ignorantia priuilegij Alexandri Sexti, & Leonis X. liberet eum præcipiens hoc bona fide, aut si liberaret illum consuetudo, vt est in Italia, & Gallia, quod verberentur clerici per manus sæcularium, sic enim tenet Nauar.

Nau. li. 5 consi. tit. de sent. exc. con sil. 42.

4 Quarta Conclusio. Iudex, qui minis, & torturis non seruans terminos iuris facit fateri reum crimen dignum morte, quod vere commisit, peccat contra iustitiam, & si est iudex superior, qui possit dispensare in pœna legis, tenetur dispensare illum, & si est inferior, & potest obtinere veniam à superiori, debet id facere, quia aliter tenetur restituere omnia damna, quorum fuit causa efficax iniusta, secundum quod debet intelligi, quod dicunt Sotus, & Nauarrus super hoc puncto, & si ratione scandali esset licitum iudici punire delinquentem, cum omnes sciant, quod commisit delictum, ob iniuriam tamen, quam illi fecit in dicta tortura non seruãs tenorem iuris, tenebitur ad dictam restitutionem, & si hic iudex est inferior, ita vt nec possit dispensare in pœna legis, nec obtinere veniam ab ea, tenetur punire reum, præcipue in casu, quod si non puniat illum, sequetur scandalum. Notandum vero est, quod in conscientia tenebitur ad restitutionem totius damni, quod ex hac sententia euenit, cum interrogauerit illum iniuste; ex quã iniustitia ortum habuit, quod posuit se in necessitate condemnandi illum; & ideo virtualiter fuit causa omnium damnorum, quæ secuta fuere ex condemnatione rei: quod debet intelligi, quando reus ignoranter manifestat delictum suum putans teneri ad illud, aut timens, ꝙ alius affligetur nimis torturis; quia in tali casu patitur

Sot. de iust. lib. 5. q. 1. a. 3. Nau. ca. 18. n. 59 idem in rub. de iud. n. 53

tur

tur talia damna contra voluntatem suã: si vero gratis, & libenter manifestat peccatum suum offerens se pœnæ, quamuis iudex non obseruet formam iuris, non tenetur quidquam restituere, quia volenti, & assentienti non fit iniuria, vt tenent Ledesm. & Petrus de Nauar.

Led. in 24.q.10 a.3.dub. 2. Na.l. 2.de restit.c.3. a n.242 Nau d. c.18.nu 29 Lup. in instr. confcr.1 p.c 65. co.465.

5 Quinta Conclusio. Reus iniuste interrogatus a suo iudice, vnde non tenetur fateri delictum suum sciens, quod si fateatur, punietur pœna mortis, non potest fateri delictum, vt fugiat magnitudinem tormentorum, quæ iudex illi prę oculis ponit, hęc opinio est Nauarri, quę secundum Ludouicum Lupum, debet intelligi, quando reus est robustus, & sanus, vt possit sufferre tormenta: si vero est homo debilis, & senex, qui putat, quod talia tormenta finient vitam eius, aut ponent eum in extremo, non tenetur ea sufferre, vt fugiat sententiam mortis, cum tunc sciat, quod vno, vel altero modo morietur, vel saltem ponetur in extremo vitæ: & in hoc casu est vera opinio Soti contraria illi Nauarri quos hoc modo concordat F. Lud. Lopez. Et nota, quod potest dictus reus, quamuis sit robustus fateri delictum suum, vt fugiat tormenta sciens, quod eius delictum est comprobatum, ita vt quamuis non fateatur in tormento, condemnaretur morte.

Sot.vbi sup ar.3 q si.

6 Sexta Conclusio. Reus fatens veritatem non peccat infamans se, quia si ob bonum finem est licitum ammittere famam, quãto magis erit, vt fugiat tormẽta, si vero falso imponit sibi aliquod delictum, peccat venialiter, nisi ex eius infamia proueniat alijs notabile damnũ, vt si quis fateatur se esse hæreticum, cũ non sit, quia facit magnam iniuriã suæ generationi, q̃a in hoc casu peccat mortaliter; quando vero delictum, quod fatetur, est verum, quod commisit, quamuis ex confessione proueniat alijs damnum, & amittant famam, nec peccat, nec tenetur ad aliquam restitutionem; & idem videtur dicendum de illis, qui fatentur in tormento crimen, quod sciunt secrete commisisse, vt dicit Sotus, quia nullus tenetur, cum tanto periculo custodire famam suam, & vitam proximi, nisi cum violentia, & iniuria cognouit hoc crimen secreto commissum; quia in hoc casu tenetur seruare secretum, quamuis sit cum quocunque periculo tormentorum, vt sentit Corduba; quod etiam habet locum, quando ex manifestatione delicti prouenit magnum damnum Reipubl. aut Regi, quia in hoc casu tenetur pati quæcunq; tormenta, vt custodiat secretum. Et notet reus, quod licet iudex proponat illi minis tormenta, nõ debet etiam in prædictis casibus fateri statim suum peccatum occultum, & participantium, sed debet expectare, quousque videat in iudice signa euidentia, quod velit adhibere tormenta, vt aduertit Nauarrus. Ex dictis infertur, quod ille, qui existens in tormento dixit contra se falsum testimonium, non tenetur in articulo mortis retractare se ratione infamiæ suæ, nisi talis infamia resultet in damnum aliorum: nec tenetur retractare se, vt liberet se a morte, si scit, quod quamuis retractetur, non adiuuabit illum; quia si scit iuuaturum, tenebitur ad illud, quia licet sit dominus suæ famæ, non est dominus suæ vitæ. Noteturque, quod si aliquis per errorem fassus sit aliquid in iudicio, siue sit reus, siue testis poterit reuocare hanc confessionem, donec non pronuntietur sententia: & si potest probare suum errorem, reuocatio sortietur effectum: si vero non possit probare, debet stare primæ confessioni; si vero statim, & incontinenti retractaret, vt plurimum acceptatur eius reuocatio, vt resoluitur in iure, vbi id tractant doctores.

Sot.li.5. de iust. q.10.a 3

Cor.de teg.secr. q.3.con. 14 dub. 1 punc. 1 Nau i d c.18. nu.28.

DD. in d. c. fin. ext. de confes. vb. gl.

7 Septima Conclusio. Quando iudex interrogat reum de complicibus non iuridice, tenetur illos tegere, quamuis sciat, quod ob id torquent illum: quod est verum, quando ex eorum manifestatione debet illis euenire aut amissio vitæ, aut membri secus vero, quando solum sequetur damnum pecuniæ, aut exilij, vt tenet Nauarrus: cuius opinionem dicit esse veram

Na.c.18 nu. 58. Lup in instr. 1. p.c.68.

veram Ludouicus Lopez, quando tormentum est leue, & qui passurus est, est homo robustus, & fortis, vt sufferat; q̃a in hoc casu tenebitur celare complices; si vero tormentum sit graue, non tenetur ad illud, quia de lege charitatis solū tenetur tacere, & non manifestare delicta aliorum, quando iniuste interrogatur, quia lex charitatis non obligat ad defendendam vitam alienam cum tanto periculo, cum vix, vt diximus, teneatur defendere vitam propriā, vt fugiat magnum tormētum, præcipue si est homo debilis, qui exibit a tormentis semimortuus.

De modo pronunciandi sententiam contra reum. Cap. XII.

SVMMARIVM.

An existens iudex in peccato mortali possit iudicare. concl. 1. num. 1.

An iudex qui non habet iurisdictionem, possit iudicare. cōcl. 2. num. 2.

In quib. casibus possint ordinarij procedere contra religiosos exemptos, ibid.

An iudex peccet iudicans non Zelo iustitiæ, concl. 3. num. 3.

An sententia nulla, eo quod non seruetur solemnitas iuris, valeat in foro conscientia & an peccet iudex proferens eam. concl. 4. num. 4.

In quibus casibus valeat sententia prolata ab eo, qui non est legitimus iudex. concl. 5. num. 5.

An possint Prouinciales priuare religiosū incorrigibilem habitu, & obligare eum ad ingressum arctioris religionis. concl. 6. num. 6.

An possint Prouinciales, & definitores religionum dare sententiam contra aliquem religiosum licet non præcedat accusatio, & citatio. concl. 7. nu. 7.

An possint visitatores prouintiarum eijcere extra eas eos qui sunt incorporati, ibid.

An iudex cui committitur aliquod negotium dicendo illi, Hoc imponimus tibi sub tua conscientia possit committere negotium alteri. concl. 8. num. 8.

An teneatur iudex in causa criminali liberare innocentem, sciens esse talem, probatum tamen reum concl. 9. num. 9.

An iudex possit condemnare in causa ciuile innocentem pro nocente probatum. cōclus. 10. num. 10.

An possint iudices inferiores & superiores non seruare verba legis seruantes eius mentem. & dispensare in ea conclus. 11. num. 11.

An possint augere, & minuere pœnam. conclus. 12. num. 12

Quales esse debeant ecclesiastici in puniendis subditis. concl. 13. num. 13

An possint ecclesiastici condemnare subditos suos ad triremes, ibid.

An maiori benignitate debeant puniri mulieres quam homines, ibid.

CONuicto igitur reo cum testibus, & cum eius depositione, & cognita veritate delicti sui, aut innocentiæ, conuenit tractare, quomodo iudex debeat proferre sententiam, ne offendat diuinam Maiestatem; quæ quidem materia est lata, & remanet explicata in materia iudicum; igitur solum hic ponam aliquas conclusiones, in quibus resoluetur, quod est magis ordinarium, & necessarium scitu.

1 Prima Conclusio. Si peccatum iudicis, aut alterius, qui habet officium publicum, vt possit iudicare, sit occultum, non peccat mortaliter iudicans, sed potius peccabit non iudicans, quia non requirit ministerium iudicandi puritatē, & sanctitatem, sicut ministerium, & exercitium ordinum sacrorum, pro administratione quorum datur gratia in sacramento ordinis; si vero peccatum est publicum, & scandalizantur videntes, quod iudex existens in illo peccato publice punit illud idem peccatum, in quo ipse existit, committit peccatum mortale iudicans, vt tenet Nauarrus: qui dicit, quod idem dicendum est loquendo de iudice ecclesiastico; & Petrus de Nauarra sequens Cordubam affirmat, quod si non est scan-

Nau. in re de iudicijs, num. 48 Na li. 2. de resti. c. 4 nu. 44 Cor. lib. 9 1. qq q. 5c punct. 5

ſcandalum in iudicando, quamuis eius peccatum ſit publicum, nõ peccat mortaliter iudicans: cuius opinio mihi videtur melior; & ideo non debet abſolute ſequi opinio Medinæ, qui dicit, quod peccant mortaliter iudices iudicantes contra peccata, in quibus ipſimet exiſtunt, non reſpicientes, quod in rebus moralibus debemus loqui cum modificationibus, & limitationibus, quas ipſæ poſtulant, dictante hoc lumine naturali: & non conſiderat etiam, quod quamuis S. Thom. in quarto teneat eius opinionem, idem tamen S. Thom. in partibus tenet contrarium, quia cogitauit magis ſuper hoc puncto, vt aduertit Caietanus, & eſt opinio omnium Thomiſtarum magis adhærendum ijs, quę D. Tho. in partibus docuit, quam ijs, quæ in ſententijs ſuis tradidit.

D. Th. in 4. d. 19. q. 2. ar. 2. idem 2. ad 3. vbi Caiet.

2 Secunda Concluſio. Sententia, quã profert iudex, erit iniuſta, ſi non habet iuriſdictionem, neque authoritatem ad dandum eam; etſi non profert ſecundũ debitam prudentiam vt dicit S. Thom. Eſtque notandum, quod ſententia defectuoſa ob defectum poteſtatis, & iuriſdictionis, præterquam quod eſt nulla, ſemper eſt peccatum mortale illam proferre; & ideo ſi iudex ſęcularis priuat clericum ſuis bonis, (vt propriè loquamur, erit latro, cum non habeat authoritatem procedendi contra clericos; & eadem ratione idem dicitur de ſententia, quam proferunt prælati, vt ſunt Epiſcopi contra religioſos exemptos, cum non habeant iuriſdictionem citandi eos ad iudicium, vt reſoluit Nauarrus, niſi quando religioſi viuunt extra ſua monaſteria, & committunt peccata digna punitione, vt concedit Concil. Trident. abrogans omnia priuilegia, quæ ſuper hoc habent omnes religioſi à Sede Apoſtolica, vt aduertit idem Nauarrus. Et debet aduerti, quod illi, qui cauſa prædicationis, aut confeſſionis, aut petitionis eleemoſynę, aut alia ſimili cauſa exiſtunt ad tempus extra religionem de licentia ſuorum prælatorum, non ſunt cõprehenſi in dicto decreto, ſed ſolum illi, qui commorantur ex propoſito extra monaſterium cum particulari priuilegio, aut licentia; vnde concludit Nauarrus, quod religioſi exempti, qui ſunt intra ſua monaſteria, aut extra illa ſecundum inſtituta ſuæ religionis deſeruientes alicui beneficio, aut monaſterio monialium, in nullo caſu poſſunt conueniri coram Epiſcopis, & eorum Vicarijs. Nec contra obſtat quoddam decretum iuris canonici innouatũ in Concil. Trident. in quo ordinatur, quod Ordinarius poſſit cognoſcere contra religioſos exemptos inuentos extra ſua monaſteria indiſtinctè non ſolum ratione delicti, ſed etiam contractus ab eis facti; quia vt aduertit Nauarrus, dictum decretum antiquum eſt abrogatum a priuilegijs conceſſis à Sixto Quarto, & alijs Summis Pontific. dictis religioſis; Concilium autem ſolum innouat dictũ decretum reſpectu eorum, quæ debent dicti religioſi genti pauperi, quæ egeat illis debitis, & alijs, qui ſeruiunt illis; nõ vero reuocat priuilegia conceſſa contra dictum decretum; & ideo concludens dico ſecundum mentem Concilij, quod tales religioſi exempti, qui ſunt extra ſua monaſteria, poſſunt conueniri corã Ordinarijs locorum, vbi morantur reſpectu ſtipendiorum, quæ debent ijs, qui ſeruiunt illis, & eorum, quæ debent genti pauperi, quamuis habeant aliquẽ iudicem cum aliquo priuilegio Apoſtolico ad cognoſcendum de eorum cauſis ciuilibus, & criminalibus; loquendo tamen de alijs debitis, quæ debent ratione alterius contractus gratuiti, aut oneroſi, non poſſunt conueniri coram Ordinarijs, ſi habent aliquem iudicem, qui habeat authoritatem a Sede Apoſtolica, vt cognoſcat de eorum cauſis ciuilibus.

D. Th. 2. 2. q. 60. ar. 2.

Nau. in c. non dicatis, n. 39.

Cõc. Tr. ſeſ. 6. & c. 3. de reform. & ſeſ. 7. c. 14 de reform.

Na. vbi ſup. nu. 96.

Cõc. Tr. d. c. 14.

3 Tertia Concluſio. Sententia prolata a iudice, qui habet authoritatem ad illud, concedente in ea, quod debetur vnicuique non zelo iuſtitiæ, ſed ratione aliorum reſpectuum humanorum, non poteſt dici iniuſta, nec qui eam fert, peccat mortaliter, vt patet in iudice, qui fert ſentẽtiam ob vanam gloriam, quia vana gloria non eſt peccatum mortale,

ſed

D. Th. 2. 2. q. 131.

sed veniale, vt dicit Sanct. Thom. Verũ est tamen, quod peccauit mortaliter, si proferat illam ob aliquem finem mortalem, scilicet ob odium, & vindictam mortalem, quia si fert sententiam odio, aut vindicta bona, scilicet, quia Deus vult, quod puniantur mali, idest vt mali sunt, & capiatur vindicta de illis, vt tales sunt, non erit peccatum, sed virtus, vt dicit S. Thom. & Caiet. & sic debet intelligi, quod tradit Sotus in hoc proposito, lib. 3. de iust. q. 4. art. 2.

D Tho. & ibi Caiet. 2. 2. q. 101. ar. 1. & 2 idé D. Th. 2. 2. qu. 108. ar. 1. & 2

4 Quarta Conclusio. Sentẽtia, quæ solum est nulla, quia non seruatur solemnitas iuris, valet in foro conscientiæ, quamuis iudex peccet grauiter proferens eam; & ideo si iudex relicta aliqua solemnitate iuris aut odio, aut mala intentione profert sententiam, erit valida in conscientia, quamuis peccauerit mortaliter proferens eam. His addo, quod ea, quæ non est valida ob defectum solemnitatis necessariæ, & substantialis secundum ius, nullum ius tribuit parti, vt possit retinere cum bona conscientia, quod mediante illa adiudicatum est, cũ dicta sententia sit nulla; & ideo ex ea nulla potest nasci obligatio, neque ius. Hinc infertur, quòd sententia lata à iudice excommunicato, & ea, quæ fertur die festiuo, nullum dat ius, cum sit nulla, vt definitum est in iure.

5 Quinta Conclusio. Sententia lata ab eo, qui non est iudex, est valida, si concurrant duæ conditiones: prima authoritas iudicis superioris: secunda, quod communiter reputetur esse iudex, vt definitum est in iure. Hinc primo infertur, quod acta facta ab eo post commissum crimen, si est occultum, valent, si vero sit publicum, non valent, cum cesset secunda conditio; quod intelligitur, quando crimen est eius qualitatis, quod eo commisso remaneat ipso facto priuatus iudicatura. Infertur secundo, quod prælatus, de cuius consensu mulieres ingressæ sunt aliquod monasteriũ monachorum, quamuis remaneat ipso iure priuatus prælatione secũdum quãdam constitutionem Pij Quinti confirmatã a Gregorio Decimotertio, quod tamen fecerit virtute officij sui, est validum, si eius delictũ est occultum; quia secus est, si fuerit publicum, cum communiter non reputetur esse prælatus, vt resoluit Aragon. Infertur etiam, quod sententia lata a iudice excommunicato, qui non est denunciatus, est valida, quia quousque ab ecclesia toleratur, totum id quod facit, habet vim, dum ab omnibus reputetur pro vero iudice, vt post multos tenent Victoria, & Castrus, qui dicit esse hoc verum, quamuis postea manifestetur, quod, quando protulit sẽtentiam, erat excommunicatus; additq; hoc procedere non solum, quando sententia est de causa temporali, sed etiam, quando est causa spiritualis, quod videtur esse verum, quamuis alij teneant cõtrarium.

Arag. 2. 2. q. 60. art. 6. p. 106.

Vict. in sum. tit. de exc. q. 16. ver bo sic occul. tamé exc. Cast li. 2. de le. pœnal. c. 15. & c. vir vers. alterum qđ circa occul. excom. col. 1910

6 Sexta Conclusio. Possunt Prouinciales religionum priuare habitu, aut ordinibus eijcientes extra religionem subditos suos incorrigibiles, vt resoluit Nauarrus; non possunt tamen illis imponere, quod ingrediantur aliam religionem arctiorem; & ideo non valet sententia, qua præcipiunt illis, vt intra certum tempus ingrediantur religionẽ arctiorem, quia postquam illos eiecerũt a religione, non sunt amplius sui subditi; & ideo ipsi non tenentur illis obedire, nec possunt illis præcipere, vt si non inueniant, qui colligat eos, præsentent se Episcopo. Notetur tamen, quod ipsi tenentur se pręsentare, cum secundum sacros canones religiosi eiecti a religionibus remaneãt sub ecclesiis Episcopis earũ, incedentes in habitu clericali, vt resoluit Nauarr. in quodã consilio. Debet autẽ notari, quod si ob humanã fragilitatem aliquis religiosus incidat membrum alterius, vltra pœnam debitam huic delicto remanet irregularis, in qua quidem irregularitate non possunt dispensare Prouinciales; quia priuilegia, quę habẽt ad dispensandum in irregularitate, excipiunt tres casus; scilicet homicidium voluntarium notorium, mutilationem mẽbri, & bigamiam; verumtamen Generalis, & Commissarius generalis in suis familijs possunt dispensare in ea, quia

Nau. in ca. non dicatis, 11. q. 1. nu 1. n. 36.

Iulius

Iulius II. concedit nostro Generali authoritatem dispensandi in omnibus irregularitatibus, quibus tenerentur subditi eius, exceptis duabus, scilicet, quæ procedit a bigamia, & quæ procedit ab homicidio voluntario, aut auxilio præstito pro illo faciendo, & non excipit eã, quæ procedit à mutilatione membri, & hoc volui dicere in primo tomo capitulo 173. conclus. 4. Notetur vlterius posse dictos Generales, & Prouinciales dispensare in irregularitate, quæ prouenit ex aliquo delicto atroci, & notorio, quod commiserint, sicut est peccatum nefandum, quia Sedes Apostolica non excipit in dicts priuilegijs hanc irregularitatem sicut supradictas, cum sit commune dictum DD. vtriusq; iuris, quod casus exceptus firmat regulam in contrarium.

7 Septima Conclusio. Non possunt Prouinciales, nec Diffinitores religionũ proferre sententiam contra aliquẽ religiosum, nisi prius præcedat accusatio, & citatio; & ideo iudicat Nauarrus esse nullam sententiam, quam dedit quidã Prouincialis ordinum mendicantiũ de consilio suorum Diffinitorum excludẽs a prouincia quendam religiosum eius filium, vel incorporatum in ea, nisi præcederet accusatio, aut citatio, aut causa legitima; dicitque esse dictam sententiam nullam ipso iure; quod probat, quia lex, & ordinatio facta ab illo, qui cognoscit superiorem, in damnum alicuius priuatæ personæ saltem sine rationabili causa, est ipso iure nulla, vt attestantur Panor. Aretin. & Felynus; & ideo puto negotium suspectum, quod visitator alicuius prouinciæ cum authoritate ministri Generalis eijciat ab ea omnes exteros aliarum prouinciarum, qui sunt iam incorporati in ea, nisi præcedat accusatio, & citatio, & nisi audiat eos. Dixi, *cum authoritate Generalis;* quia sine illa nulli prælato licet hoc facere; & ideo possunt ij nõ per viam appellationis, quia non est in vsu inter mendicantes, sed per viam defensionis recurrere ad superiorem prælatum, qui debet, & potest illos exgrauare, vt dicit Nauarrus loco supra dicto.

Pan. Aretin. Felyn. i c. cũ oẽs cõstitut.

8 Octaua Conclusio. Iudex, cui Sanctitas sua committit aliquod negotium, vt examinet illud, dicens, *in hoc oneramus conscientiam tuam*, potest committere hoc examen alteri, quia talia verba videntur esse posita magis ad monendum illum, quam vt insinuentur ei delegari iudicem illius causæ, ita vt nollit Pontifex, quod alteri committat, vt dicit Felynus; & si dicto iudici conuenit tractare hoc negotium de iure ordinario, multo magis poterit committere dictum examen, vt dicit quædam decisio Rotæ, quam affert Nauarrus.

Fel in c. si. §. is a quo of fic. ord. Decisio Rot. 368 in nouis

9 Nona Conclusio. Tenetur iudex absoluere innocentem sciens, quod est talis, si aliqua via potest illud facere, quamuis sit probatum esse delinquentem, impediens aliquo honesto modo, quod non veniat res ad iudicium, aut liberans carcere reum sine nota, & scandalo examinans testes ad modum examinis Danielis; & si non potest amplius facere, tenetur manifestare eius innocentiam coram populo; nec in hoc facit iniuriam testibus, quia si cognoscant iurasse falsum iuste condemnantur in mendacio; & si forte bona fide decepti putauere dicere veritatem, maius est ius, quod habet innocens, cui non potest nocere eorum bona fides; & si est iudex inferior, tenetur remittere reum ad superiorem, vt ferat sententiam protestans in hoc casu efficaciter eius innocentiam deserens pro tunc officium iudicis, vt possit deseruire pro teste: & iudex superior tenetur absoluere illum, si potest id facere sine scandalo, vt post Alex. de Ales, & Caiet. dicit Corduba: quia cum iudex possit aperire carcerem, vt hic fugiat, & possit impedire, quod non veniat causa ad iudicium, & teneatur ad illud, vt fatetur Sotus, ego non inuenio rationem sufficientem, vt dicamus non teneri, cum negotium tractetur

Nau. li. 1 cons. tit. de offic. iud. ordinarij cõsil. 2.

Cord li. 1. qq q. 37.

Sot. li. 5. de iust. q. 4. ar. 2

tur coram eo, quærere omnia media possibilia, & honesta, vt talis innocens sit liber, & ideo non puto veram opinionem Soti, qui dicit, quòd non tenetur iudex remittere reum ad superiorē in hoc casu: vnde infero, quod peccabit mortaliter non vtens hoc remedio, vt resoluit Corduba, qui addit, quod, licet putet quod non proficiet depositio sua, si remittit causam ad superiorem, tenetur nihilominus remittere eum, ne cogatur proferre sententiam iniustam, & dicit hanc esse opinionem D. Thom. 2. 2. q. 64. ar. 6. nu. 3.

Sot. vbi sup.

10 Decima Concl. Si non sit recursus ad superiorem ratione alicuius scandali, aut quia longe sit, si negotium non patiatur dilationem, aut aliam ob causam, si lis sit super causa ciuili, scilicet super magna quantitate rerum, potest iudex condemnare innocentem, si negotium est probatum, & verificatum contra illum, quia ob bonum pacis, & ne perturbetur ordo exterior, debet reus tolerare patienter sententiam, & amittere ius suum particulare, & in hoc casu puto ego veram opinionem D. Tho. Couarruuiæ, & aliorum allegatorum a Corduba; qui dicunt non teneri iudicē deserere officium suum, aut pati aliud quod vis malum, sed quod potest licite condemnare innocentem, ita vt in conscientia non possit illum absoluere: in causis vero criminalibus, vbi agitur præcipue de condemnando morte innocentem, tenetur deserere officiū suū, vt cum sexdecim rationibus confirmat Corduba, quia lex, quæ habet puniri malefacientes, non iubet hoc ob testes, qui contra eum sunt, sed ob crimen, qđ commisit; hic autem innocens, prout ei iudici constat, non commisit delictum; verum est tamen, quod si ex eo quod desereret officium, nasceretur scandalū, aut metus iustus, posset in hoc casu iudicare secundum allegata, & probata, quia priuata vtilitas innocentis non debet conseruari cum damno, & iactura publica & ideo, quando timet iudex, qđ occidetur a principe suo, aut a populo, si non iubet puniri innocentem, poterit illum condemnare, vt dicit Summa Rosella, quod quidem puto esse verum, quamuis contrarium teneat Siluester; qui dicit, quod, si hoc esset verum sequeretur esse illi licitū occidere aliquē, ne alter tertius occideret ipsum; non aduertens, quod hic iudex in casu nostro iubet puniri innocentem authoritate publica, quā dat illi lex in hoc casu, viso quod aliter non potest liberare innocētem: qui vero occidit aliquem, ne occidatur ab alio tertio, non occidit illum authoritate publica, sed solum priuata; & etiam quia homicidium, quod fit priuata authoritate, est malum, nisi occidat quis aggressorem defendens se; at quod fit authoritate publica, non est malum, quamuis in eo occidatur innocens, vt quiescat populus, cum innocēs sit probatus reus.

D. Th. 2. 2. q. 67. art. 2. & q. 64. ar. 6. ad 3. Cor l. 1. variar. c. 1. Nau. c. 21. nu. 99. Cor. vbi sup.

Cordu. vbi sup.

Rosel. verb iudex § 18

11 Vndecima Conclusio. Iudex superior, qui est princeps potest iudicare cōtra legis verba seruans eius mentem, immo peccaret mortaliter iudicans secundū verba, & relinquens mentem; & idem tenentur facere iudices inferiores, vt dicit S. Thom. quia leges ordinatę sūt ad bonum commune, & potest sæpe accidere, quod obseruatio vnius legis secundum literā resultet in damnum huius boni publici; & ideo si existat ciuitas obsessa inimicis, & iuberet princeps eius, quod eius portæ non aperirentur noctu, non obstante hoc mandato deberent aperiri alicui ciui, a quo ipsa deberet defendi, quia confidit in illo: & ideo si non aperiantur illi portæ, itur contra mentem legis, quæ est defensio ciuitatis. Non tracto hic de differentia, quæ est inter iudicem superiorem, & inferiorem quo ad hoc: quia hoc pertinet ad eos, qui scribunt non per modum summæ, qualiter ego in hoc tractatu: sufficit dictū quo ad consciētiam. Hinc infertur primo, qđ iudex, qui non obseruat legem factam ab eo, aut a suis præcessoribus sine causa rationabili, peccat mortaliter. Dixi, *sine causa rationabili*, quia cum causa rationabili potest dispen-

D. Th. 2. 2. q. 90. ar. 2.

dispensare absque peccato in lege sancita ab eo, & suis praecessoribus vt dicit Caiet. Secundo infertur, quod non potest iudex parcere latroni iuste condemnato morte committans hãc pęnam in aliam, quamuis remittat pars læsa; immo addit Caietan. quod si esset princeps, esset reus omnium delictorũ, quæ ab hoc latro ne postea commissa fuissent. quod tenet etiam Nauarrus, & sequitur Aragon, estque expressa sententia D. Gregorij relata a Graciano in decreto.

Caiet. verbo iudex.

Naur d. 22 Aragon. 2. 2 q. 60 ar. 5. p. 103 c. sunmete. 11 q. 3.

12 Duodecima Conclusio. Non solũ iudices superiores legislatores, sed etiã inferiores possunt augere, & minuere pęnam legis, vt probatur in iure, & resoluit Couar. quod intelligitur, si adsit causa iusta id faciẽdi, vt dicit Accursius glossans leges, quæ id asserunt: erit autẽ iusta causa, quando delinquens est minor, & quando probatur, quod peccauit ignoranter, aut quando probantur magna seruicia facta reipubl. ab eo, aut suis precessoribus, sic enim dicit, & probat Nauar. affirmans posse iudicem in fauorem minuere pęnam legis non solum ob seruitia, quæ ipse fecit reipubl. sed etiam, quæ facta sunt a suis consanguineis. Ex dictis sequitur responsio ad casum, quem fecit confirmari ab hominibus doctis, scilicet, quod poterat iudex inferior dissimulare punitionẽ impositam a lege cum aliqua persona detenta ob commissionem certi cuiusdam delicti, cum non esset accusator, nec infamia orta ab indicijs euidentibus, probato delicto cum duobus testibus secretis per viam inquisitionis, quia si puniebatur pęna legis, remanebat reus infamatus nobilis existẽs, & reputaretur delinquens publice, vnde ex[illegible]rentur lites, & simultates graues, & damnosæ reipub. cum iactura alicuius domus, seu aliquarum, ciaculato veneno ab vno in alium, præcipue cum essent complices huius delicti consanguinei hominũ bene merentium de republ. vbi agebatur negotium & detinebatur delinquens, q̃ quidem mala euitabantur data deliquẽti aliqua pęna, ita secreta, & parua, vt putaretur esse falsum, quod illi impositum erat: quod quidem probatur, quia secũdum Caiet. iudex inferior potest annullare accusationes, quas habet in sua potestate, quamuis ordinatæ sint ad satisfactionem partis læsæ, si sciat, quod ex eis prouenient magis damni quam vtilitatis bono communi, vt si scit, quod ex illis, si non annullantur, perturbabitur respubl. eo quod sit nimis grauis persona accusata: hancque opinionem sequitur Aragon: si ergo hoc propter bonum commune est licitum contra ius, quãdo est pars accusans, quare non debet admitti in debito casu idem, quando non est accusator, nec pars lęsa, cui debeatur aliqua satisfactio, cum sequatur ex hoc tantum vtilitatis bono communi?

Nau. in rub. de iud. nu. 99.

Caiet. 2. 2. qu. 68 ar. 3.

Arag d. art. 3.

13 Decimatertia Cõclusio. Sanctum Concil. Trid. monet iudices ecclesiasticos, quod tractantes de puniendis subditis suis cum pœnis arbitrarijs considerent, quod sint pastores, & non percussores, vnde sic cõuenit præesse subditis, vt non videantur esse illorum domini, sed patres amantes eos sicut filios, & fratres monentes, & exhortantes eos, vt fugiant a malo, & sequantur bonum, ne cogantur comprehendentes eos in aliquo delicto punire eos ex delicto. Monet autem S. Concilium, quod si facta hac tam salubri admonitione, ac necessaria inuenerint, quod aliqui humana fragilitate obliti sint, cogant eos, ac conuincant rogantes eos verbis paternis, ac reprehendentes cum perfecta charitate, & patientia, considerantes, quod ad corrigendum delinquentem communiter maiorem efficaciam habent verba dilectionis, quam aspera, & dura; & magis efficit monitio, quam comitatur dilectio, quam minæ, & magis charitas, quam potestas; & si ob grauitate delicti fuerit necesse applicare manum potestatis, & rigoris, studeant, vt semper comitetur illum mansuetudo, & misericordia: hæc verba sacri Concilij debent habere iudices ecclesiastici in cordibus suis. Hinc colligitur, quam longe ab hac doctrina sint iudices ecclesiastici, qui [illegible]

Concil. Trid ses 13. ca. 1. de ref.

uenientes

ti,vt constat ex aliquib. locis iuris canonici: quæ quidē est duplex, vna iudicialis, quæ accidit, quando recuritur ad superiorem rōne alicuius sententiæ iniustæ, & iniquæ; alia extraiudicialis, quando aliquis ratione alicuius grauaminis præsentis, aut futuri recurrit ad superiorē; q̄a appellatio, si est legitima, suspēdit sniam latam, & suspendit iurisdictionē, quam iudex inferior habebat super causam transferens cognitionem eius ad superiorē: secunda vero si est probabilis, transfert cognitionē eius ad superiorē, vt nihil innouet iudex inferior in præiudiciū partis, vt notat Siluester. Et est notandum, quod dixi esse appellationem deferendam ab inferiori ad superiorē, quia nulla via potest introduci, quod appelletur a superiori ad inferiorē, aut ab æquali ad æqualem, vt dicit S. Tho. & Caiet. quo supposito conuenit resoluere materiam per conclusiones.

Sil. ver. appellatio.q.2.

S. Th. 2. q 69. a. 3. vbi Caiet.

2 Prima Concl. Licitum est reo appellare in aliquibus casibus a iudice inferiori ad superiorem, vt dicit S. Th. scilicet, qn̄ sententia lata est iniusta; quia si est iusta, peccat reus appellans ab ea, vt definitū est in iure, in quo præcipitur, qd̄ non admittantur similes appellationes; si vero sit in dubio, an sit iusta, vel non, securius est admittere appellationē, q̄a melius est differre executionē iustitię, q̄ negare reo licentiā ad defendēdū eam, vt definitur in iure. Hinc infertur esse illicitū appellare illi, qui iuste condemnatus est, habens solū spem, quod iudex superior ob fauorē aliamve rōnem reuocabit sententiā, aut quod interim poterit liberari, quia statim ac q̄s scit, quod iuste condemnatus est, quāuis morte sit condemnatus, si per viam appellationis vult iniuste liberari, certū est, quod facit contra iustitiā, & tenetur restituere oīa damna, q̄ ex tali appellatione sequuta sint, & idem est, quando appellat solum, vt differat executionem sententiæ, vt determinatum est in iure, & idem tenet, Sanctus Thom. 2.2. quæst. 6. artic. 4.

D. Tho. vbi sup.

3 Secunda Conclusio. Ius remouens appellationem in aliquot casibus, & concedens regulariter in omnibus solum procedit in exteriori foro; quia in interiori iudex qui grauat peccat nō admittendo appellationem, vel alia via grauamen non remouendo, siue sit casus, quo liceat appellare, siue non, hoc totum dicit Nauarrus in Manual. cap. 25. numero 14. not. 3. Qua in re multi litigantes, & aduocati, ac procuratores eorum grauissimè peccant cum restituendi obligatione.

4 Tertia Conclusio. Quamuis religiosi non possint recurrere Romam per viam appellationis, possunt tamen recurrere per viam defensionis, quæ est de iure naturali, & includit in se appellationem. Possunt etiam recurrere ad superiorem per viam simplicis querelæ, vt tenent Panormitan. & Nauarrus, qui dicunt, quod possunt etiam recurrere Romam per viam appellationis, si eorum minister Generalis faciat constitutionem aliquam in detrimentum religionis, cum ius Canonicum insinuet, quod debet dari remedium appellationis religioso pro eius defensione; & idem ius præcipit grauiter puniri superiorem, qui non admittit illam, vt notat Decius, qui dicit, quod non solum potest appellare religiosus in causa ciuili, aut criminali, sed etiam in causa correctionis: respectu cuius loquendo regulariter etiam sęcularis non potest appellare, vt dictum est in iure, & tenet glossa, & Panormitanus; & ideo, quando dicitur, quod non est licitum subdito religioso appellare, hoc intelligitur a mandatis iustis, & correctione iusta; ab iniustis vero, & correctione excessiua non est illicitum, nec Concilium Tridentinum prohibet, quod appellent ad suos superiores, sed quod vadant ad eos sine licentia suorum prælatorum, & dicunt aliqui, quod si nolint illi concedere licentiam; non peccant, nec sunt apostatæ conferentes se in hoc casu, vt supra dictum est in capitulo de clausura. prima parte capitulo 43. numero primo.

Pan. in c. cū dilect. de app. Nauar. li. 2. cons. tit. de sent. & re iudi. cons. 1. c. ad const. de app. c. reprehensibilis, eod. tit. vbi Decius.

c licet de offic ordin. glo. & Pan. in ca. licet, de off. ord. Concil. Tri. sess. 25. ca 4. de reg.

5 Quarta Conclusio. Quamuis inspiciendo corticem iuris naturalis, quod nulli negat suam defensionem, videtur, quod religiosi possint appellare a superioribus ad alia tribunalia secundũ id, quod tradit Sotus allegans ad hoc aliquas rationes, & decreta canonica, nihilominus est eius resolutio, quod sancte factum est, quod in religionibus non adsit hoc remedium appellationis ad alia tribunalia; quia quamuis possit dari casus, in quo, quia non est hoc remedium, religiosus remaneat grauatus, nihilominus hoc damnum, quod raro accidit, cum pace, & quiete totius religionis eius matris compensatur, cuius vires, & splendor consistit in eo, quod religiosi intra se tractent negotia sua tanto silentio, vt nec in somniis possint venire ad notitiam aliorum tribunalium ecclesiasticorum, aut sæcularium: quia experiẽtia videmus, quod exeuntes religiosi extra clausuram suam ad tractandum negotia sua, amissam fecerunt magna ex parte quietem, & splendorem matris suæ religionis & sicut lex naturalis dictat, quod manus opponatur, & permittat vulnerari, ne vulneretur caput, a quo pendet salus totius corporis, sic eadem lex naturalis secundum intimum sui dictat, & prædicat, quod subditus religiosus permittat vulnerari grauaminibus, ne hęc, & alia maiora incidant super caput eius, quod est sua religio. Et ideo summi Pontifices inspicientes supradicta exulem fecere a religione appellationem ad alia tribunalia, vt constat ex quodam breui Bonifacij VIII. concesso nostræ sacræ religioni, & ex alio Sixti IV. concesso patribus Carmelitanis, & Augustinianis; nec ideo est nostrum intentum dicere, quod non possit recurri ad summum Pontifi. aut Nũtium Apostolicum, quia ad hoc licentiam habet quiuis religiosus: quod tamen, vt dicit Aragon, debet fieri in negotiis grauibus, cum debita moderatione; in negotijs vero parui momenti recurrere ad hæc tribunalia est causa multæ turbationis, & detrimenti religionis.

Sot li. 5. de iusti. q. 6. a. 3.

habetur in cõpitiu. appellare.

Arag. 2. 2. q. 69. artic. 3.

De reo condemnato.

Cap. XIV.

SVMMARIVM.

An reus teneatur exequi in se pœnam, in qua fuit condemnatus. conclusione 1. num. 1.

An reus teneatur exequi actionis quæ magis competuntur ministris iustitiæ, quã sibi. concl. 2. nu. 2

An possit condemnatus ad mortem fugere a carcere concl. 3. nu. 3

An condemnato extrema abstinentia cibi et potus, vt sic paulatim moriatur, possit ministrari plus cibi a custoditus, & ab amicis. concl. 4. nu. 4

An sit iusta sententia condemnans aliquẽ ad moriendum fame. ibid.

An sententia iusta secundum allegata, & probata & secundum ordinem iuris iniusta ob causam, quam continet, tribuat ius in foro conscientiæ. concl 5. nu. 5.

1 PRima Conclusio. Transgressor legis pęnalis post condemnationẽ iudicis iustam, & post quam consensit sententiæ, tenetur sub pęna peccati mortalis exercere illas actiones, quæ sunt necessariæ, vt soluat dictam pęnam, cũ non possint commode fieri ab alio nisi ab eo, & ideo, si est condemnatus morte, tenetur ire ad locum supplicij, & ascendere ad furcam, in qua est suspendendus, & tenetur per se, aut per alium soluere pecuniam, qua condemnatus est, quia si hoc non faciat, resistit ministris iustitiæ in re graui, quod est peccatum mortale.

2 Secunda Conclusio. Transgressor legis pęnalis post condemnationem iudicis non tenetur facere eas actiones, quę melius fiunt a ministris iustitiæ, quã ab eo, quamuis tales actiones sint necessariæ ad sufferendam pęnam; & ideo suspendendus non tenetur ligare funẽ, nec immittere gladium in iugulum, si est decapitandus, nec adiuuare suis

ma-

manibus, aut corpore, imò si eas faciat, peccat. Ex dictis infertur, quod reus condemnatus ad bibēdum aliquod vas plenum veneno tenetur aperire os suū, vt eijciatur illi vas intra dictum os, quia hæc actio non potest ab alio commodius fieri quā ab eo; sic enim tenet Victoria, cuius opinionem contra Caietanum, & Sotum sequitur Aragon, & Medina; debet teneri, quamuis Petrus de Nauarra discedat ab ea non inspiciens fundamentum a me positum. Et notetur, quod semper dico in his conclusionibus post condemnationē iudicis, quia ante eam transgressores legum pænalium non tenentur in conscientia implere pænas, quæ in illis imponuntur, quæ consistunt in actione, & passione; nec ab aliqua lege humana possunt ad hoc obligari, quia leges humanæ, vt sint iustæ, debent esse tolerabiles, vt dicit Sanctus Thomas, nō enim vult Deus, quod leges fiant ita difficiles, vt seruiant pro laqueis, quibus dæmon possit maiori facilitate capere animas: vt post S. Tho. & alios multos resoluit Cord.

Victo. de homic. num. 30. Arag. 2. 2. qu. 69 artic. 4. Med. 1. 2. qu. 96. artic. 4. Nau. li 3 de rest. ca. 3. nu. 821.

D. Th. 2. 2 qu. 95. art. 3.

3 Tertia Conclusio. Sæcularis, aut clericus detentus carcere, & condemnatus ad mortem, potest fugere a carcere, sic enim post Ancharanum tenet Couarruuias, Driedus, & Salzedus, quia nullus est, qui obliget illum detentum, vt stet ibi quousque suspendatur, si possit fugere non faciendo violentiam ministris. Verum est tamen, quod si hic detentus esset condemnatus ad carcerem perpetuum, aut temporalem si fugeret ab eo, peccaret mortaliter, & ratio huius differentiæ est, quia in condemnato ad mortem, vt in eo exequatur pæna, est necessaria operatio aliena, quia ipse non potest se occidere, et si non fugiat a carcere, videtur cooperari morti suę; cōdemnatus vero ad carcerem, ad executionē pænę non eget alia operatione, sed sua solum, & ideo condemnato eo hac pęna videtur iudex cōdemnare ad totum id, quod est necessarium, vt patiatur eā, & eius cooperatio est tam necessaria, sicut est necessariū, ꝙ vadat latro ad locum suspensionis: sic enim tenent Nauarrus, & Couarruuias. Et dixi supra *non faciendo violentiam ministris iustitiæ*, quia si facit illis resistentiam, peccat mortaliter, quamuis sit condemnatus ad mortem ita, vt dicit frater Ludouicus Lopez, quod condemnatus morte legitimis testibus iniuste tamen, quia coram Deo est innocens, si non possit defendere se nisi fugiens à carcere, vulnerans ministros iustitię, & custodem, tenetur magis obedire sententię iudici, quam fugere vulnerans ministros iustitię, qui non sunt in culpa.

Cou. li. 1 var. c. 2. num. 14. Drie. de li. christ. pa. 228. Salz. in practic. cri c. 137 pa. 468.

Na. in c. statuimus 19. qu. 3. nu. 53 Cou. vbi sup.

Lop. in inst. cōs 1. p. c 66 col. 463.

4 Quarta Conclusio. Reo condemnato extrema abstinentia cibi, & potus, vt sic decedat paulatim a vita non possunt ministri iustitiæ ministrare illi cibum, nec instrumenta, quibus possit carcerem perfringere, & fugere, & ideo nō carent culpa custodes carcerum positi a prælatis in religionibus pro custodia condemnatorum, qui tribuunt plus cibi religioso detento quam a sententia concedatur, quia sunt ministri iustitiæ, & tenentur seruare fidelitatem, quod si id faciunt pietate eorum, debent vti eadem pietate circa communitatem, & religionē, cui expedit talis punitio, nec habet aliam furcam, nec gladium, vt puniat eos, qui peccant in ea, & vtantur ea pietate cū alijs malefactoribus, qui possunt esse in eadem religione, qui deposito habitu solent mitti ad triremes cum magno dolore ibi viuentes, & pietate eorum, qui viderunt illos venire ad religionem, ad quærendam suam salutationem, qui si mortui essent in carceribus monasteriorū moniti, & instructi monitionibus charitatiuis fratrum in successum, & bono eorum exemplo finirent vitam suam differenter: & nolunt prælati retinere eos in carcere, quia dicunt, quod est potius illis caupona. Auferant ergo custodes talem opinionem exequētes sententiam, sicut imponitur illis, quia est magnæ pietatis genus esse in hac re illis crudeles, ne mittantur in triremes. Est tamen notandum, quod illi, qui non sunt ministri iustitiæ, possunt

præbere aliquem cibum huiusmodi carceratis, & possunt dare illis instrumenta necessaria ad fugiendum à carcere si detinerentur ob aliquem casum fortuitum, & condemnati aliqua sententia rigorosa, si sint in reliquis homines probi, secus autem, si sunt facinorosis, vt dicit Ludouicus Lopez; & quamuis sint facinorosi, eorum pater, & mater, & frater, & filij, possunt ministrare supradicta, cum Valerius Max. ductus solum lumine naturali laudet quandam filiã, quæ nuda ingrediebatur carcerem, & proprio lacte nutriebat matrem suam condemnatam famis morte. Et nota, quòd est opinio Caiet. Soti, & Aragon, quod exterus aliquis possit præbere cibum huic condemnato fame, quamuis sit facinorosus, si putet talem sententiã fuisse nimis crudelem, & alienam a charitate Christiana, & ideo iudicant illam iniustam, cum faciat hominem mori rabie affectum, & fere disperatum. Et notetur, quod ille, qui recipit ab vxoribus Aegyptiorum aliquam pecuniam, vt liberet maritos earum, qui sunt condemnati innocentes existentes ad triremes non obstante dicta illorum innocentia, potest licite retinere talem pecuniam cum intentione dandi eam pauperibus quia omnia, quæ habẽt huiusmodi Aegyptij, sunt surrepta, & per fraudes acquisita, vt dicunt Cord. & Ludou. Lopez. Et notetur amplius, quod quamuis dicat, quod, qui non sint ministri iustitiæ, possunt dare instrumenta necessaria ad hoc, vt reus possit fugere à carcere, hoc debet intelligi, nisi sit religiosus, & detineatur in carcere a suo prælato, quia in hoc casu peccarent mortaliter dantes talia instrumenta, cum cooperẽtur peccato eorum, quod committunt contra obedientiam, quę secundum obseruantiam regularem obligat eos, ne exeant a monasterio sine licentia prælati, vt supra dictum est.

Lop. in inst. cõsc. 2. p c 64 cõ. 446.

Caiet. 2 2. q. 69. ar. 4. Sot. li. 5. de iust. q. 6. ar. 4 Arag. 2. 2. q. 69. art. 6.

Cord. d casib. cõ sil. qu. 595. Lop. in in instr. consc. 2. p. c. 3.

5 Quinta Conclusio. Sententia iniusta data in causis sęcularibus, si est iniusta ob causam, quam continet, licet sit iusta secundum allegata, & probata, nõ obligat in foro conscientiæ, nec dat ius parti, in cuius fauorem datur, nec expoliat reum suo iure secundum D. Thom. Caietanũ, & Sotum; & probatur, quia sentẽtia data in foro exteriori, quæ fundatur in præsumptione, non obligat in conscientia, & cum hæc fundetur in falsa præsumptione, clarum est, quod non obligat, ita vt licet reus non appellet, nõ poterit pars contraria cum bona conscientia retinere, quod hac iniusta sentẽtia fuit illi applicatum, & ideo statim ac illi constiterit de iniustitia eius, tenetur restituere illud vero domino. An vero possit retinere cum bona conscientia, quod illi fuit adiudicatum per sententiam iniustam ex eo, quod nõ sit seruatus in ea iuris ordo, iam supradictum est in cap. 12. vbi lector redire poterit, poteritque videre in hoc tractatu, ac in ipsa summa, quantum laborauerim in ea componenda, nec puto deesse multa, quæ correctione aliqua egeant, & ideo in omnibus subijcio me correctioni S. Matris Ecclesiæ, & etiam correctioni cuiusuis alterius, qui melius penetrauerit difficultates, quas propono, a quibus omnibus cuperem doceri posse (si fieri possit,) vt ecclesiæ Dei seruitem; quæ cũ sit columna veritatis infallibilis, desiderat, quod vnusquisque scribentium, ac docentium accedat ad veritatem, ad gloriam illius qui est via, veritas, & vita, qui viuit in sęculorum sæcula. Amen.

D. Th 2. 2. q. 70. art. 4. Caieta. opus 27 eq q. 13 & i op. 17. resp. resp. 14. dub. 1. Sot. li. 3. de iust. q. 2. ar. 5

FINIS.

IN-

INDEX TRACTATVS ORDINIS IVDICIALIS.

Corre-

Correctio.

Crimen læsæ maiestatis.

D

Delictum.

Denunciatio.

Mo-

R

tura

se

Tortura.

V

Veritas.

bito,

FINIS.